
P. BERCHORIUS
REDUCTORIUM
MORALE







BERCHORIUS, Bertorius (Bersuire, Pierre). **Reductorii moralis libri quatuordecim. Black letter.** 4 and 365 leaves. **With magnificent, large woodcut border** *showing in the upper part the portraits of Berchorius and Plinius, very graceful allegorical figures in the other parts, within the fine mark of Rembolt in the centre, title printed in red and black, numerous large and small woodcut initials on criblée ground* and Chevallon's printer's device on last leaf. Folio. **Fine 18th cent. binding, in the style of Le Gascon,** *wooden boards covered with brown morocco,* the sides covered with gilt floral and foliated ornaments and arabesques (partly rebacked and corners repaired, binding slightly worn in places, the interesting gilt ornaments partly discoloured, but on the whole good specimen of French book binding from this time). **Paris, Claude Chevallon, 1521.** Frs.

Pierre Bersuire, a Benedictine monk, born 1290, died 1362 in Paris. His works ran through many editions in the 15th and 16th century. The Reductorium morale relates mainly to **natural sciences and medicine.** Of the contents we quote: De visu, de cerebro, de oculo, de palpebribus, de corde, de puero, de veneno et de medico, de avibus (gallina hirundine), de fluviis, de piscibus, de animalibus, de pulvere, de leguminibus, etc. etc.

Margin of last leaf mounted, but a very fine and clean copy of this scarce work with a remarkable woodcut-border.

¶ Reductorij moralis Fratris Petri Berchorij libri quattuordecim, perfectam officioꝝ atq; moꝝ rationem, ac pene totã nature cõplectentes historiã nusq̃ hactenus excusi gẽtiũ: sũma fide ac diligẽtia ad vetera exẽplaria castigati.

¶ Venundatur Parrisijs apud Claudium Cheuallon, sub Sole aureo: in via Jacobea.

Amplissimo ac Reuerendissimo domino/domino Ludouico Guilliardo Episcopo Tornacensi Claudius Cheuallon ꝑpetuum osequium.

INgenuum esse aiūt/Pōtifex optime: cui plurimum debeas/eidem & plu-
rimum debere velle: vt beneficioꝝ nō sit impetuosus ille ac cū leui quodā
ardore transiēs fluxus: hinc nihil iam cōferēte bn̄factore: inde collata ne-
gligēte bn̄ficiario: sed ex ꝓposito/certisq́ꝫ animi statutis manās: vt alter bn̄
sua collocasse: alter digna/& a digno suscepisse gaudeat: nec sit opus/alium
ille quęrat in quē recte collocet/hic a quo recipiat: qn̄ sic amare debemus
(plęriq́ꝫ eni oēs non nisi amicis bn̄facimꝰ) nō tāq̄ osuri aliqn̄: sed quasi desinere nō liceat.
Hęc eo dicta velim/Pōtifex optime: ne q̄d mireris: si ego/iā tibi tā multis noibꝰ obstri-
ctꝰ: nō cesso noua ī dies nō īplorare modo/sed extorquere bn̄ficia. Vt enī pręterita taceā
(quæ tot ac tanta sunt: vt ne minimā quidē particulā vnq̄ referre possim) q̄d nobis diebꝰ
istis potuisses cōferre pręclariꝰ: q̄ vt nostrū hoc Reductoriū morale Petri Berchorij (cur
enī nō nr̄m vocemꝰ: q̄d primi edimꝰ?) tuo fœlicissimo auspicio ꝓdiret ī lucē/patererisq́ꝫ
celeberrimū tuū nomē pręscribi? cuiꝰ ornatu & libro vēdibilitas accedat/& a viti litigato
ribꝰ defensio. Nēpe sūmo alicui numini dicata tēpla & a paucioribꝰ infestātur/& a pluri-
bus religiosius colūtur: illis timore numinis offensæ cohibitis: his amore & obseruātia
pellectis. Cū enī in oēs tua vbiq́ꝫ redūdet munificētia: vbiq́ꝫ virtꝰ elucescat: eaq́ꝫ pręcipue
qua nulla maior (vt q̄ veri hominis interioris curā habet/nō corruptibilis huiꝰ exterio-
ris) q̄ pōtificē decet/nihil hercle mirū si Dijs sis gratus/hoibusq́ꝫ acceptꝰ: vbiq́ꝫ lauderis:
vbiq́ꝫ ameris atq́ꝫ colaris: atq́ꝫ id obvnicū virtutū specimē. & qualisnā alter q̄so a Carolo
Guilliardo viro primario atq́ꝫ optimo/curiæ Parlamētę Pręside tertio nasci potuisses?
cū patrem fere sua ꝓles sequat̄: vt est in veteri ꝓuerbio. Nam vt honores illi gestos præ-
tereā: quibꝰ explicādis iusto volumine opus sit: q̄ sanctꝰ vbiq́ꝫ ꝑstat: q̄ iustus: q̄ in oēs ꝓpē
sus ac magnificꝰ/quātus cōsilio/quātus ī pace belloq́ꝫ: adeo vt vix scd̄m reperias. Cęterū
nō hic mihi vel patris tui/vel tuas ipsius laudes ꝑstrīgere ꝓpositū est: homini inerudito:
& ad hoc plane nō sufficiēti: sed p̄cari: nostrū hoc munusculū/qualequale sit/lęta fronte
suscipias. & facies/q̄ppe q̄d nomen tuū in ipa statim liminari pagina p̄fert. Quid enim
mea cōditiōe dignius aliud offerre potui? Dāt enī vobis principes honoꝝ fastigia: auri-
fusores emblemata: vestes elaboratas polymitarij: myropolę aromata: poetæ carmina:
nos bibliopolę (q̄d summum habemus) libellos: eosq́ꝫ potissimū quos vel nouitas vel rei
sublimitas aut amœnitas cōmēdet: qn̄quidē illa gratiā habet & venerē (vt q̄ fastidiū tol-
lit) hæc admirationē. Quę duo an hoc in libro cōcurrāt/facile est dictu: qn̄ nusq̄ hacte-
nus gētiū (q̄d quidē ad nostrā notitiā ꝑuenire potuit) typis ęreis fuit excusus: atq́ꝫ etiā
bene recteq́ꝫ viuēdi rationē/ac pene totā naturę cōplectit̄ historiā. quoꝝ altero q̄d hoie
Christiano dignius/altero quid viro sciēdi cupido vtilius? At vero nō idcirco opus tibi
hoc dedicamus: velut moribus tuis/aut eruditioni ꝓspiciētes (q̄ absolutissima sunt) sed
vt animi tibi nostri gratitudinē ostēderemus: ꝑpetuoq́ꝫ hoc mnemosyno nostrū tibi te-
staremur obsequiū: q̄ donū pręstantiꝰ hoc t̄pe: aut q̄d maioribꝰ cōstet īpēsis nō habemꝰ.
Nolumus inquā hęc te legere (vti nec sua Lucilius Persium doctissimū) sed simpliciores
ad populū declamaturos/ex vno oia fonte hausturos: breuiq́ꝫ cōpēdio naturę historiam
ꝑnoscere cupiētes: quā dudū ipe calles. Porro si libeat q̄d vnoquoq́ꝫ libro tractet author
ꝑspicere/pagina scd̄a folio scd̄o cathenula quadā ī margine adnotatū reperies. Nā quia
occupationibus tuis publico bono parcēdū erat/curauimus ne legēdos singulos habe-
res. iāq́ꝫ vereor ne æquo plus te detineā vir illustrissie. Vale: & me ī tuoꝝ nūeꝝ asscribe.

Tabula Alphabetica.

Tabula Alphabetica capitum totius libri.

Tabula Alphabetica.

Tabula Alphabetica.

Tabula Alphabetica.

Tabula Alphabetica.

FINIS.

¶ Extraict des Registres de Parlement.

Veue par la court/la requeste a elle baillee par Claude Cheuallon Libraire en luniuersite de ceste ville de Paris: par laquelle il requeroit defences estre faictes a to⁹ les Imprimeurs & libraires de ce royaulme de ne imprimer ne faire imprimer vng liure intitule Reductorium Morale fratris Petri Berchorij. par luy de nouueau ĩprime/ au proffit bien & vtilite de la chose publicque:et a grans frais/mises & despens: veuz aussi plusieurs arrestz de ladicte court donnez en pareil cas:et tout consulte/ la court fait inhibitions & defenses a tous Imprimeurs et Libraires de ce royaulme de ne imprimer ne faire imprimer ledit liure/iusques a deux ans finis & acomplis: a cõmẽcer du iour que ledit liure sera acheue de ĩprimer:sur peine de confiscation desditz liures/et damende arbitraire. Fait en Parlemẽt le dixhuytiesme iour de Mars Lan mil cinq cens vingt & vng.

Collation est faicte.
Ainsi signe Malon.

Visa per sacram Theologiæ facultatem requesta & supplicatione per Claudium Cheuallon librarium Vniuersitatis Parisien. supremę curię Parlamenti porrecta/ et respõsionibus ipsius Curię: visa etiam relatione & testificatione honorandorũ magistrorum nostrorum Guillermi de quercu: et Natalis Bedę: eadem facultas consentit & permittit ꝙ dictus Cheuallon imprimat & vẽdat librum Berchorij: de quo in prędicta supplicatione & testificatione pręfatorum magistrorũ nostrorũ fit mentio: tanq̃ vtilem ecclesię studiosis & prędicatoribus & prędicare volentibus.

Ad lectorem.

Habes hic lector candide quattuordecim libros Reductorii Moralis Fratris Petri Berchorii. Nam cum sexdecim sint eius operis libri: nos eos dũtaxat imprimi curauimus: quos hactenus incognitos situs obduxerat. Tertiũdecimum vero qui est de poetarum fabulis: Thomas quidam Vvaleys plagiari⁹ suppresso authoris nomine sibi vendicauit: mutatis pauculis quibusdam: vti solẽt qui equum aut aliud quoduis aĩal abegerint: aut caudam aut auriculas praecidere: vt diuersum animal videatur. Sextusdecimus porro liber: qui est de Bibliorum figuris & expositionibus: suo authori adhuc remanet integer: opus multiforme & pręclarum: olim iam impressum. Qualisnã vero homo fuerit author hic: Ioannes de Trittenhem in libello suo de scriptorib⁹ Ecclesiasticis satis explicat: in hęc verba. Petrus Berthorii natione gallus: patria Pictauiensis: prior monasterii sancti Eligii Parthisiensis (ibidem inhumatus) ordinis diui patris Benedicti: vir in diuinis scripturis studiosissimus: et valde eruditus atq; in secularibus litteris egregie doctus: in declamandis sermonibus ad populum excellentis ingenii: philosophus: historiologus: et cosmographus insignis: scripsit multa praeclara volumina: quibus nomen suum ad posteritatis notitiam cum gloria transmisit. Hactenus ille. Quęnam vero opera scripserit: author ipse in prologo huius operis satis explicat. nam quod de eius libris tradit Ioannes de Trittenhem: non satis cõprobatũ est: nisi ꝙ certũ est eum Titum Liuium ad instantiã Ioannis regis Francię in gallicam linguã cõuertisse: vt & Berchori⁹ ipse testatur in tertia parte Dictionarii sui: in dictione Roma. Porro ꝙ Ioãnes de Trittenhem Berthori⁹ legit per t. nos per c. difficile est ex exẽplaribus discernere: ita sibi sunt ea duo elementa in omnibus similia. nos vero per c. libentius legimus q̃ per t. quando iam sic inuulgatum est. Castigata aũt sunt oĩa: quãtum licuit: et cũ iis vnde excerpta sunt collata voluminibus. si qua tñ deprauata legant̃: nõ nobis asscribite: sed exẽplaribus: q̃ oĩa tã corrupta sunt: vt inoffensus versum vnũ non legas.

REuerendissimo in christo patri ac domino dño petro de prat; digna dei ꝓuidentia episcopo prenestino ac sacrosctē Romane ecclie cardinali necnon ad ꝑlensvicecancellario dñi nr̄i pape frater Petr⁹ berchorij pauper ⁊ pctōr monach⁹ seruitor et familiaris eiusdē seipsum ad perpetuum famulatum.

¶ Quia pater reuerēdissime iustum videtur ⁊ congruū/ teste sententia salomonis/ ꝙ is qui ficū seruat ⁊ irrigat/ qñq; loco et tempore percipiat fruct⁹ eius: et hoc ne forte sit sicut ille agricola qui ficū habens in horto suo: annis singulis veniebat ad ipsam/ querens fructum et nō inueniens: quapropter ipsam mandauit succidi: ⁊ de horto ipsius submoueri: hinc est pater ⁊ dñe/ ꝙ cū (iam diu est) me ficū infructuosam et aridam in agro ⁊ viridario domus tue duxeris transplātandū/ ⁊ diuersis gratijs ⁊ beneficijs irrigandū: sciens ꝙ plerūq; arbores transplantatione ꝓficiunt: q̄q; quando paulus plantat ⁊ apollo rigat/ fruct⁹ vberiores prouenīūt ⁊ succrescunt: dignū ⁊ cōgruum iudicaui fructus laborū meorum tibi pandere: vt sic de me arbore tua q̄q; infructuosa ⁊ sterili/ possis ꝯplacentiā aliquā reportare. Tibi igitur creatori et patri meo intendo offerre vitem: in qua erunt tres propagines: quarū vuas in calice tuo cōprimens/ tanq; bon⁹ pharaonis pincerna/ spero letificare cor tuū: qđ erga scientias non solum ciuiles ⁊ canonicas/ sed etiam theologicas et morales scio sollicitū ⁊ attentum. Tres autem iste ꝓpagines tres sunt libri/ seu tres laborū meoꝝ particule/ tibi vel nūc vel alias ꝓpinande/ scilꝫ morale reductoriū/ morale repertoriū (que duo iā tibi impresentiarū expono) ⁊ cōsequenter morale directoriū: quod si vita comes fuerit/ offerre tue maiestati ꝓpono. Amicus enim euangelicus/ licet somnolentus ⁊ dormiēs/ legit͛ superuenienti amico tres panes accōmodasse. Mulier etiā euāgelica tria farine sata legit͛ fermentasse. Simili ergo modo ego inter amicos ⁊ seruitores tuos pauperior/ q̄q; somnolētus ⁊ negligēs possim dici: in archiuo librorū tuorum istos tres panes accōmodo: et pro turba christi famelica recreāda/ ista tria farine sata fermento/ ⁊ ꝓ nutriendis lacte non solido cibo simplicibus/ qualescūq; cibos ignarus pulmētarius cōficio vel cōpono. Et vt verū fatear/ pulchrū depingere hominē pictor fedus mille colorū conor generibus: et tanq; fatuus medicus curare alios/ nō meipm/ contra regulam rationis contendo. Istos igit͛ tres panes/ istaq; tria sata farine .i. istas tres particulas rudis ⁊ simplicis doctrine/ indumētis rusticalibus a me rudi ruditer pro rudibus prorudite: tua benigna paternitas grate recipiat: et de me spina sterili/ qualeicunq; vuas et rosas forsitan colligens/ istos panes et farinā (q̄s offero) ac si poma aurea de hesperidum silua colligeret/ gratitudine tanta sumat. Nec indignetur eadē si parū est qđ offero tanto patri: sed attēdat potius affectū q̄ magnū: ⁊ cogitet ꝙ magis est pēsanda offerētis volūtas/ q̄ oblati vtilitas vel maiestas. Paupercula eñ vidua q̄ solū in erario templi duo minuta posuit: magis posuisse asserit͛ multis alijs diuitib⁹ qui multo maiora apponere videbant͛. Cū ergo sciat veneranda paternitas tua ꝙ profunda fluuiorū scrutat⁹ nō extiteri: nec iordanis influxerit in os meū: q̄q; minerue nō ꝑforat⁹ cuspidib⁹/ nec fonte potatus pegaseo/ apollinis monte bicipiti dormiui: spero ꝙ eadem a me elingui ⁊ inscio/ aristotelis propositiōes/ ptolomei cōsiderationes/ socratis sapiētiā/ ⁊ tullij eloquentiam nō requiret. Sed q2 nouit ꝙ deficiēs pondere/ numero et mēsura inuenior min⁹ habens: si cū sim paruulus loquar vt paruul⁹/ ⁊ sapiā vt paruulus/ mihi parcet. ¶ Igit͛ ꝯfido in dño ꝙ his oib⁹ ꝯsiderat; serenitas tua pie p̄r labores meos nō detestabit͛: sꝫ poti⁹ solita benignitate q̄ mētes intuētiū allicis: solita charitate q̄ multos āplexar; ⁊ reficis: solita hūilitate q̄ nullum vilipēdis aut despicis: solita prudētie lumiositate q̄ p̄ntia p̄terita ⁊ futura solerter ꝯsideras ⁊ respicis: solita iustitie eq̄tate q̄ grecis ⁊ barbar;/ sapiētib⁹ ⁊ insipiētib⁹ debitorē te reputans/ cū sis liber ab oib⁹ seruū singuloꝝ te efficis: mun⁹ modicum/ qđ tibi pauper seruitor offero (qđ reuera nō est dignū p̄sentia tanti patris) nō dedignabit͛: sed poti⁹ iuxta catōis elogiū g̃ta beniuolētia ꝓseq̄t͛.

¶ Quē igr̄ ordinē hui⁹ reductorij vidē dlectat/ seq̄ntē collatione ꝑlegat/ q̄ libri ordinē māifestat: ad laudē .s. ⁊ glīā creatoris: q̄ liguas ifātinas facit disertas/ a q̄ ois sapia/ ⁊ oē donū perfectū desursum est: q̄ est bñdictus in secula seculorū.

¶ Fratris Petri Berchorij Prologus in Reductorium suum morale.

VIdete quoniam nō solum mihi laboraui: sed omnibus exquirentibus veritatem. Eccli. xxiiij. Quia sicut dicit ille fons eloquentie tulli⁹ de officijs lib. j. preclare scriptū est a platone ꝙ non solum nobis nati sumus: q2 partē patria/ partem amici sibi vendicāt: atq; placet etiam stoicis/ q̄ in terra gignuntur/ ad vsum hoim creari: hoies ꝟo hominū causa genitos: vt alij alijs prodesse possint: hinc est ꝙ ego videns ꝙ omnis natura gaudet bonū sibi cōcessum alijs cōicare/ ⁊ bonoꝝ suoꝝ participem inuenire: nō solum mihi laborare volui: sed ad vtilitatē omniū fideliū labores meos ordinare cōtēdi/ iuxta doctrinā apostoli/ qui se dicit grecis ⁊ barbaris/ ⁊ sapientib⁹ et insipientib⁹ debitorē: ⁊ q̄ docet neminē debere qđ suū est querere/ sed alioꝝ vtilitatibus militare. Sciens igit͛ ꝙ teste scriptura/ bonorū laborū gloriosus est fruct⁹/ q̄q; qui in talento sibi cōmisso laborare noluit: a dño suo penā/ non gloriam reportauit: necnon ꝙ illi a dño cōmendantur qui ad cōstitutionē tabernaculi nō solū aurū ⁊ argentū ⁊ alia p̄ciosa obtulerunt: q̄nimo etiā illi qui pilos caprarū ⁊ alia modici p̄cij obtulisse probantur: q̄q; in magna domo (prout dicit apostol⁹) nō solū sunt vasa aurea ⁊ argētea: sed etiā lignea ⁊ fictilia: ideo iuxta mei pauperiem ingenij (cū reuera paup sim ego: ⁊ in laborib⁹ a iuuentute mea) in meis virib⁹ non ꝯfidens: sed in solo deo/ a quo oīe datū optimū/ ⁊ oīe donū perfectū desursum est descendens a patre luminū/ vnice sperans/ tenuitatē ingenij mei nō verit⁹/ nec scientie vacuitate turbat⁹/ manū meā misi ad fortia/ oculos meos ipleui vigilijs/ linguā meā calamū scribe cōstitui/ digitos meos docui ad nouos subeundum labores: ⁊ videns requiē ꝙ esset bona (sicut ruben) habitans īter duos terminos/ noui scꝫ ⁊ veteris testamēti/ humeros meos supposui ad portandū: ⁊ ad dei laudē ⁊ gloriā vtilitatēq; legentiū/ opus seq̄ns plenū laborib⁹ ordināndū: vt sic recte videar dicere ꝟbū pro themate sumptū. Videte q̄m nō solū mihi laboraui ⁊c̄. In q̄b⁹ ꝟbis vtiq; tria facio q2 .s. hic excito aliqualē attētionē. Hic recito manualē afflictionē. Hic explico gñalē itētionē. Ita ꝙ ꝓbat attētionē affect⁹ idicatiu⁹. Videte. Probat afflictionē effect⁹ molestatiu⁹. Laboraui. Probat intētionē affect⁹ charitatiu⁹. Non solū ⁊c̄. In oi eñ ope ingenij dꝫ excitari attentio lectoris: dꝫ recitari ꝯditio labor;: dꝫ declarari intētio factoris. Igit͛ dico ꝙ hic p̄mo excitat͛ attētio lector;/ ⁊ hoc fit cū d͛. Videte. Et reuera necesse est ꝙ hō videat et ad sciendū libri p̄ncipiū diligēter attēdat. Joānes eñ librū de manu āgeli receptur⁹ ⁊ comestur⁹/ āte oia se vidisse p̄misit. Angel⁹ ēt sibi secreta celestia reuelatur⁹/ ipsum ad vidēdū ⁊ ad attēdēdū induxit. Veni inq̄t ⁊ vide. Lector g̃ libri hui⁹ si ip̄m vult studēdo comedere/ ⁊ ei⁹ cōtēta cognoscere/ āte oia dꝫ videre/ ⁊ ad q̄dā preambula attēdere/ ⁊ studere: dicēs illud Exod. iij. Vadā ⁊ videbo visionē hāc magnā. Videte inq̄o .ps. Venite ⁊ videte ⁊ narrabo/ q̄ timet; deū. Attēde g̃ ⁊ vide

Ad hui⁹ operis conditionem
Ad huius opis distinctionē
Ad hui⁹ operis denoīationē
Ad huius opis ordinationem

¶ Circa ꝯditionē opis notādū ē ꝙ labores mei nihil aliđ sūt q̄ q̄dā morales reductiōes/ q̄dāq; ꝓp̄etatū moralizatiōes/ ⁊ q̄dā exēplares applicatiōes/ q̄b⁹ scꝫ ꝯditiōes ꝟtutū ⁊ vitioꝝ possint oñdi/ ⁊ q̄b⁹ exēplis ⁊ figuris mediātibus possint illa q̄ ad fidē ⁊ mores ꝑtinēt/ manuduci. Et sic dico ꝙ i isto ope ꝓp̄rietates reꝝ/ figmenta poetaꝝ/ enigmata scripturaꝝ sunt ꝓ materia: applicatio ꝟo ad mores est ꝓ forma: de⁹ est ibi ꝓ cā efficiēti: sal⁹ ꝟo aiarū est ibi ꝓ cā finali. ¶ Circa distinctionē ꝟo notat͛ ꝙ gñal͛r labores mei i tria distinguūt͛ .s. i moralitates/ distīctiōes seu diuisiones/ ⁊ in themata ⁊ collationes. Est g̃ p̄mū op⁹ meū circa moralitates simpl͛r: ad finē scꝫ ꝙ ad oē ꝓpositū possit

Fratris Petri Berchorij Prologus

homo proprietates rerum adducere: et eas moralizatas/
expositas et applicatas ad omne quod voluerit inuenire.
Et sic dico ꝙ ista prima pars ꝯtinet librũ de proprietatibꝰ
rerũ/diuersos libros mũdi mirabiliũ/fabulas et enigmata
poetarũ/⁊ quasdã figuras sanctarũ scripturarũ. Ista enim
omnia a me sunt excerpta/⁊ ad mores etiam applicata/ et
propter operis quãtitatem ĩ duo volumina sunt distincta.
¶ Scda pars laborũ meoꝝ circa materias tam litterales
q̃ȝ morales generaliter versatur/⁊ ſm ordinẽ cõcordantia-
rum biblie oĩa vocabula ꝑ ordinẽ exponũtur / necnõ ſm ꝙ
ad diuersa possunt applicari proposita. Nũc autẽ ꝑ distin-
ctiones/ nũc per exemploꝝ inductiones/ nũc per figurarũ
⁊ proprietatũ applicationes/nũc per auctoritatum diuisio-
nes/⁊ per cõcordãtiarum tam biblie q̃ȝ originaliũ multipli
ces adductiones/ dicta vocabula dissecãtur: vt sic quicũqȝ
de quocũqȝ vocabulo predicare vel collationẽ facere decre
uerit: ⁊ quocũqȝ modo ipsum vocabulum voluere vel acci-
pere voluerit/totum paratum ⁊ ordinatũ inueniat quid lo-
quatur. Et ista etiam necesse est ꝙ in duo volumina distin-
guat. ¶ Tertia ꝟo ꝑticula quã scȝ necdũ compleui/erit de
diuisis thematibꝰ ⁊ auctoritatibꝰ/ ⁊ de quibusdã breuibus
collationibꝰ/q̃ scilicet non prosequent: sed ad predictũ opꝰ
secũdum / scilicet ad materias in diuersis vocabulis ꝓse-
quutas facta introductiõe ꝯgrua remittent: vt ⁊ sic primũ
opus sit sicut lapidicina vel puteus/ad materiã hauriẽdũ:
secũdũ opus sit sicut quoddã edificiũ ad exhaustã materiã
collocandũ: tertium vero opusculũ erit sicut ostiũ ad dictũ
edificiũ subintrãdum. Igit in istis tribus intẽdo laborum
meoꝝ seriẽ terminare: vt sic opꝰ ingenij mei/qđ a tribꝰ aĩe
depẽdet potẽtijs/possim ad trinitatis gloriã ordinare. Iste
enĩ numerus ternarius multipliciter est ꝑfectus/qꝛ scilicet
ipsa beata trinitas ab ipso numero denominatur: ipsa dei-
tatis imago/scilicet aĩa/tribus potentijs decorat: ipa rerũ
machina ternario mẽsuratur: incq̃ȝtũ ĩ mẽsura/põdere/ atqȝ
numero cõstituit ⁊ format. Ipm celũ ꝑ triplicitates signo-
rũ distinguit. Ipse angeloꝝ numerꝰ in tres (que ex tribꝰ cõ
stant ordinibꝰ) hierarchias diuidit. Ipa natura animaliũ
in tres partes: scilicet in volatilia/natatilia/⁊ gressibilia va
riatur. Apud etiã poetas apollo dicit tripodẽ portare. Ne-
ptunus fingit tridentem habere. Pluto supponit tres har-
pyias/tres parcas/tres iudices/⁊ tres furias secũ in infer-
no tenere. Iste est ergo numerus in rebus diuinis/natura-
libus et humanis sacratꝰ/super alios numeros priuilegia-
tus/et in scripturis multipliciter cõmendatus. In isto enĩ
se adhibet aristoteles deum magnificare. In isto dicit sa-
piẽs bene suo spiritui complacere. In isto dicit esaias mo
lem terre cõsistere ⁊ pẽdere. Quapropter in tres partes la
bores meos disseco: ⁊ sicut preostẽsum est/oĩa opera mea in
tres particulas subdistinguo: vt sic (exemplo iude macha-
bei) istis tribꝰ ordinibus possim diabolo (qui habet tres or-
dines dentiũ) obuiare: ⁊ tribus istis lanceis corpus absalo
nis cõfodere: ⁊ tres in vna vite ꝓpagines/post huiꝰ vite tri
duũ/in regis christi calicẽ propinare. Ista ergo sunt atten-
denda circa operis distinctionẽ. ¶ Circa denominationẽ
vero opeꝝ p̃dictoꝝ notãdũ est ꝙ qꝛ in isto pᵐo opere ꝓprie-
tates naturales deducũtur ad mores: ideo ipsum opꝰ mo-
rale reductoriũ nomino. Qꝛ in secundo opere inueniuntur
materie tractate ⁊ elucidate: ⁊ secundũ vocabuloꝝ naturã
ꝑ alphabeti ordinẽ explicate/ideo ipm morale reptoriũ ba
ptizo. Tertiũ vero opusculũ/qꝛ per quasdam remissiones ⁊
reductiones multa cõtinebit sub breuibꝰ/ eritqȝ quasi mo-
dus et directio vt alijs q̃s vtat: ideo ipsum morale breuia-
rium seu directoriũ/si vita comes fuerit/appellabo. Nec i-
putet quis ad p̃sumptionẽ si operibꝰ immo magis laboribꝰ
meis noĩa posui: vel si nomen meũ ipsis inserui: qꝛ ille qui
numerat multitudinẽ stellarũ/⁊ oĩbus eis noĩa vocat: scit
ꝙ hec ex supbia nõ facio: sed potius hoc necessariũ esse pu-
to. Nãqȝ enĩ vana sunt opera/⁊ risu digna: confusum tamẽ
negocium videretur/si q̃nqȝ volumina carentia nomine in-
uenirẽt: et si auctor horum voluminũ nesciretur. Igit non
inflect quisqȝ ꝯtra me: in me. s. attendens sciẽtie vacuitatẽ/
eloquẽtie nullitatẽ/necnõ omnis moralis sanctitatis ⁊ iu-
stitie paucitatẽ. Nec moueat aut dicat ꝙ epistole q̃dẽ gra-
ues sunt: presentia autẽ corporis infirma: etiam sermo cõ-
temptibilis. Nec subiungat etiam insultãdo ꝙ vita mea a
doctrina discordat/⁊ ꝙ aliter viuo q̃ȝ predico/⁊ ꝙ multa fa
cienda consulo/que tamẽ non facio: sed omitto. Sed potiꝰ
talis obloquutor cõtra defectũ scientie cogitet ꝙ deꝰ quan-
doqȝ secreta sua abscondit a sapientibꝰ ⁊ prudentibus: ⁊ re
uelat ea paruulis: ꝙqȝ asina balaam meliꝰ vidit angelum
q̃ȝ ꝓpheta/ necnõ ꝙ deus magis voluit fundari ecclesiam
suam ꝑ petrum ⁊ alios simplices piscatores/q̃ȝ ꝑ aristotelẽ
⁊ quoscũqȝ philosophos ⁊ oratores. Stulta enim mũdi ele
git deus/ſm apostolum/vt sapientes confundat: ⁊ infirma
et ignobilia vocauit/vt nobilia ⁊ fortia vilipendat. Iteꝝ cõ
tra defectum eloquentie mee consideret talis quicunqȝ est
obloquutor/ ꝙ moyses elinguis fuit/⁊ labijs incircuncisis
nõ tamen ꝓpter hoc a dñ̃o reprobatus/ quinimo lex ei fuit
credita/⁊ deus pharaonis est dictus/ ⁊ ipsi aarõ q̃ eloquẽs
fuisse dicit/antelatꝰ. Apostolus etiã predicat nõ ĩ sublimi-
tate sermonis aut sapientie ad corinthios venisse/nec in ꝑ-
suasibilibus humane sapiẽtie verbis: sed in ostensione spi-
ritus ⁊ veritatis apud eos p̃dicasse. Item cõtra defectum
vite ⁊ morũ/ siquem forsan in me existimat: attendat obse-
cro ꝙ deus quandoqȝ malis sicut instrumẽto suo ad bonũ
vtitur: ⁊ ꝙ etiã ꝑ balaam ⁊ alios malos prophetas multa
bona et vera predixisse ꝓbatur. Deus enĩ scit de petra mel
educere: ⁊ oleum de saxo durissimo propinare. Deus nouit
de spinis vuas colligere/⁊ sicut alter deucalion de durissi-
mis lapidibꝰ filios abraam suscitare. Quinĩmo/qđ mira-
bilius est/si hoĩes tacuerint: lapides facit clamare: ⁊ sicut
alter sanson in maxilla asini nouit alienigenas trucidare.
Qꝫ si ista ꝯsideratio non sufficit/sꝫ adhuc talis obloquutor
ꝓpter leuẽ vitã quam in me forsitan precessisse cogitat/ la-
bores meos ⁊ opera vilipendit: cogitet obsecro ꝙ vbi abun
dauit delictũ/quãdoqȝ gratia superabũdat. vel saltẽ salua-
toris cautela vtat: vt qđ dico si bonũ est faciat: malũ vero si
quod fecero/nõ attendat. Deꝰ enim teste Isidoro de sum-
mo bono/ nõ respicit quales antea fuerimꝰ/ sꝫ quales in fi-
ne erimꝰ. His ḡ considerationibꝰ debet obloquutor cessare
si me videt nomẽ meũ exprimere: et si me audit istos meos
labores ⁊ opera prelibatis nominibꝰ baptizare. Sum igit
quidã peccator/ ordinis sancti benedicti monachꝰ/de ter-
ris frãcorũ genitus/ natione gallꝰ/patria pictauinus/noĩe
petrus/cognomine berchorius: ⁊ reuerendissimi in xp̃o pa
tris domini domini petri de pratis diuina dei prouidentia
episcopi penestrini/ ⁊ sacrosancte romane ecclesie cardina
lis et vicecancellarij/familiaris domesticus: qui etiam ꝑ
ipsum libris et necessarijs mihi cõmunicatis et traditis/
ad istos labores meos sum inductus/et in istis etiam dire
ctus multipliciter et adiutus. Nomẽ ergo meum ideo ape
rio: non vt inde aliqua gloria mihi detur: sed vt potius siq̃d
est in istis meis laboribus minꝰ bene factum vel dictum:
mee imperitie ascribatur. Siquid vero laude dignum ibi
est: totum diuine attribuatur glorie: q̃ quandoqȝ teste sene-
ca/innocentium ⁊ simplicium ore fatur. Non enim (inquit
saluator) Vos estis qui loquimini/ sed spiritꝰ patris vestri
qui loquitur in vobis. Hec ergo attendenda sunt circa hu
ius operis nominationẽ. ¶ Circa vero operis ordinatio-
nem multa sunt attendenda. Quocirca notandum est ꝙ
istud primum volumen quod morale reductorium appel-
lo/ordinem libri de proprietatibꝰ rerum sequitur. Verũta-
men in tot particulas non distinguitur: quia quãdoqȝ due
partes seu duo libri illius voluminis hic sub vna particu-
la continẽtur. Aliquos etiam libros ex certa scientia trans
posui/vt in duo volumina equalius partirẽtur. Alique etiã
sunt in libro de proprietatibus materie/quas valde succin
cte posui: sicut est liber de infirmitatibus/ et liber de arbo-
ribus/de quibus notabiliora extraxi/magis vero cõmunia
dereliqui. Multa enim sunt ibi que magis visa sunt mihi
pertinere ad receptas medicorum/q̃ȝ ad dicta philosopho
rũ: quapropter de istis me breuiter expediui. Aliqua etiã
sunt que in pluribus augmentaui. Multa que alibi reper-
ta sunt/superaddidi: sicut patet de piscibus: de quibus idẽ
magister de proprietatibus parum tractat. Ego vero ali-
bi reperta materia de ipsis magnum tractatulum cõpila-
ui. In libro etiam de aĩalibus/ et de aquis et fluminibus/
multa volui superaddere: et materiam in diuersis repertã

codicibꝰ ad suos titulos applicare. Legi enim illud nota-
bile ⁊ egregiũ volumen/ scz pliniũ secundũ de naturali mũ-
di historia: legi senecã de naturalibꝰ q̃stionibus: legi solinũ
de mũdi mirabilibꝰ: legi geruasiũ de ocijs ĩperialibꝰ: nec-
non plura alia opera vel tractatꝰ in quibꝰ multa recitatio-
ne digna reperi: que ĩ suis locis huic primo operi ſm suas
materias ⁊ titulos aggregaui. Ultra librũ autẽ de proprie-
tatibꝰ cũ suis additionibꝰ ⁊ adiũctis/ tres particulares tra
ctatus huic volui operi supaddere/ ⁊ ad vtilitatẽ legẽtium
superioribus aggregare: videlicet quẽdam tractatum qui
intitulatur de nature mirabilibus: alium qui est de redu-
ctione fabularũ/ ⁊ poetarũ poematibꝰ: aliũ ṽo qui est de
expositione ⁊ moralizatione figurarũ/ ⁊ scripturaꝝ enigma-
tibus. Istoꝝ vero triũ tractatuũ ordinẽ qui plenius scire vo
luerit/ videat ꝓlogos qui cuilibet istoꝝ tractatuũ preponũ-
tur: in quibꝰ de istoꝝ libroꝝ ordine magis plene tractatur.
Nec moueat quẽcunq̧ si in dictis libris de mirabilibus ⁊
de fabulis mixta extranea/ q̃ forte falsitatis hñt effigiẽ/ mul-
taq̧ paganoꝝ figmẽta posueri ⁊ ad mores duxerim/ vt ẽ di
ctũ: sz attẽdat ꝙ egyptioꝝ thesauri ꝓ edificãdo tabernaclo
fuerĩt necessarij: ⁊ mlier pagana si ĩ ꝑlio capiebať post lotio
nem aque ⁊ vnguiũ sectionẽ/ poterat ab hebreo vxor accipi:
et ad populũ israel aggregari. Quapropter male nõ credo
facere si thesaurũ egypti mulierẽq̧ paganã .i. poetaꝝ ⁊ phi
losophorũ necnon gentiliũ ⁊ paganoꝝ doctrinã accipio: ⁊ si
vngues .i. errores ⁊ sup̃fluitates aufero: et si ꝑ reductiões/
moralizationes ⁊ applicatiões/ ipam in israeliticã trãsfero
vel conuerto. Adhuc autẽ circa ordinẽ huiꝰ operis est notã
dum ꝙ ꝓprietates cuiuslibet animalis vel etiã alteriꝰ cu-
iuslibet rei in plures .§. distinguũtur/ scd̃m ꝙ diuerse illius
cõditiões ad vnũ vel ad aliḋ ꝓpositũ applicabiles videbã
tur. Plerũq̧ etiã fit ꝙ idem textꝰ vel idẽ .§. pluribꝰ ⁊ diuer-
sis modis exponiť: ſm ꝙ ꝑ diuersos modos acciṗiẽdi/ nũc
in bono/ nũc in malo/ nũc allegorice/ nũc mystice exponibi
lis putabať. ¶ Postremo ṽo circa ordinẽ istiꝰ operis opor-
tet aduertere ꝙ iste liber siue in vno siue in duobꝰ volumi-
nibus scribať: sexdecim ꝑticulariter hz libros/ quoꝝ q̃ttuor
primi circa hoiem versanť: alij vero circa illa q̃ facta sunt
ꝓpť hoiem/ occupãť. Primꝰ ergo liber tractat ea q̃ p̃cedũt
vel ordine tp̃is/ vel nature/ hois creationẽ: et sic ibi agitur
de deo/ angelis/ spiritibꝰ/ sensibꝰ/ qualitatibꝰ/ et humoribꝰ.
Secũdꝰ agit de his q̃ cõstituũt hois formationẽ: scz de cor-
pore et mẽbris tã generalibꝰ q̃z particularibꝰ/ ſm ordinem
quo in corpe sunt locata. Tertiꝰ agit de his q̃ variant hois
cõditionẽ/ ⁊ de his q̃ faciũt ad sui esse ꝯseruationẽ: et sic ibi
agiť de diuersis generibꝰ ꝑsonarũ/ p̃re scz/ filio/ dño/ seruo/
et similibus/ ⁊ de illis sex accidẽtibꝰ q̃ sanitatẽ ꝯseruãt/ scz
somno ⁊ vigilia exercitio ⁊ ceteris. Quartꝰ vero agit de his
q̃ faciũt ad hois destructionẽ/ scz de ĩfirmitatibꝰ ⁊ de morte
Quĩtꝰ agit ꝺ his q̃ ꝑtinẽt ad celi ⁊ corpoꝝ celestiũ naturã/
et ad tẽporũ variationẽ. Sextus agit de materia et forma:
ignis ⁊ aeris ꝓprietatibꝰ et imp̃ssionibꝰ. Septimꝰ agit de
aeris ornatu/ scz de volatilibꝰ. Octauꝰ agit de aq̃s ⁊ flumi
nibus. Nonꝰ agit de aquaꝝ ornatu/ scz de marinis mõstris
et de piscibꝰ. Decimꝰ de aĩalibus/ vermibꝰ ⁊ serpẽtibꝰ. Un
decimꝰ agit de mõtibꝰ/ metallis et lapidibꝰ. Duodecimus
agit de herbis ⁊ arboribꝰ/ seu de plantis et vegetabilibus.
Tertiusdecimꝰ agit de q̃busdã reꝝ accidentibꝰ: scz de colo
ribus/ saporibꝰ et liquoribꝰ/ sonis/ numeris/ mẽsuris/ ⁊ pon
deribꝰ: ⁊ sic finiť ordo libri de rerũ ꝓprietatibꝰ. Quartusde
cimꝰ agit de nature mirabilibꝰ. Quĩtusdecimꝰ agit de poe
tarũ fabulis ⁊ enigmatibꝰ. Sextusdecimꝰ ṽo agit de figurꝭ
biblie ⁊ eaꝝ expõnibus. Et sic pz ordo huiꝰ reductorij q̃tũ
ad numerũ suarũ partiũ ⁊ librorũ. ¶ Aduertẽdũ tñ ꝙ post-
q̃z hoc opꝰ reductorij penitꝰ cõpleuissem: quoddã volumen
qḋ intitulabať de moralizatione libri de ꝓprietatibus rerũ/
meas venit ad manꝰ: in quo quidẽ nõ omes libri/ sed aliq̃/ ⁊
etiã nõ omniũ caploꝝ littera/ sed aliq̃ ꝓprietates de quoli-
bet excerpunť: que ꝓcul dubio in locis pluribꝰ notabiliter
exponũtur. Paucas tamẽ ꝓprietates accipit/ quibꝰ ĩ locis
suis quasi protracte vtiť: et deinde adiũctis alijs materijs
in quolibz capitulo vel .§. multipliciter se extẽdit. Quẽ qui-
dem librũ: q2 multa eleganter ibi exposita videbanť: totum
volui perlegere/ ⁊ siq̃d inueni qḋ nõ primitꝰ posuissẽ/ in suo

Cõtẽta Librorũ.

loco statui in breuiloq̃o collocare. Patz igiť ꝙ ad quattuor
debet lector attẽdere vt visum ẽ: scz ad operis ordinationẽ
nominationẽ/ distinctionẽ/ et conditionẽ: que quidẽ attẽtio
ostensa est/ cũ dictũ est. Uidete. vt ⁊ sic ad attendẽdum oẽs
generaliter inuitem: dicẽs illud threnoꝝ .j. O vos oẽs qui
trãsitis ꝑ viã: attẽdite ⁊ videte. Igiť dico ꝙ hic excitať attẽ
tio ꝓuidi lectoris. Uidete inquio. ¶ Secũdo principaliter
dico ꝙ hic recitať afflictio ingentis sudoris/ ⁊ hoc ostendiť
qñ diciť laboraui. Et vere laboraui/ ⁊ opa plena laboribꝰ ⁊
vtinã vtilibꝰ ĩcipere volui: ⁊ vt veꝝ fatear/ ab ipis p̃mordijs
iuuentutis/ ⁊ ab ipsa ianua vite mee/ in laboribꝰ plurimis/
in penis ⁊ miserijs semꝑ fui. Laboraui enĩ in gemitu meo:
laui qñq̧ lachrymis lectũ meũ/ sciens ꝙ ille qui laborem ⁊
dolorẽ considerat/ nũq̃z vt cõmuniter sine legitimo certami
ne ⁊ sine bonis laboribꝰ coronã dat. Laboraui igiť primo ⁊
ante oĩa/ biblie textum quater studendo/ vt sic sine cõcor-
dantijs allegare scirẽ: figuras/ auctoritates ⁊ historias/ di-
ligentissime cõsignando. Laboraui postea librũ illũ de ꝓ-
prietatibꝰ cũ alijs qui de naturis rerũ tractabãt/ diligenter
videndo/ ⁊ q̃cq̃d potui retinẽdo. Laboraui post hec auda-
ciam moralizandi sumendo/ ⁊ in hoc annis plurimis attẽ-
dẽdo: dictas rerũ naturas/ ad mores (sicut dictũ est) appli-
cando: formã quoq̧ ⁊ ordinẽ eis dãdo. Laboraui insuꝑ opꝰ
magꝭ arduũ ⁊ difficile qḋ repertoriũ morale vocaui/ aggre
diendo/ ⁊ ibi quasi ꝑ quinquẽniũ insudando. Laboro vero
nũc hec oĩa corrigendo/ ⁊ semꝑ aliq̃d vtile in diuersis locis
et materijs aggregando. Laborabo vero postea opusculũ
breuiarij moralis/ collationũ scz ⁊ thematũ compilando/ ⁊
istos labores meos sub isto triplici ordie cõsummãdo. Nõ
ignorãs igiť ꝙ homo nascitur ad laborẽ/ ꝙq̧ q̃libet fidelis
sicut bonꝰ christi miles laborare teneť/ rogo illũ ad quẽ sũt
labores oim ordinandi: vt a sede magnitudinis sue sapien
tiã mihi mittat/ que mecũ sit/ ⁊ mecũ laboret: vt sic possim
cũ apostolo dicere ꝙ lz sim apostoloꝝ minimꝰ: plus tamen
plurimis laboraui/ nõ ego: sed gratia dei mecũ. Exemplo
igiť sapiẽtis modicũ laborare volui/ vt inuenirẽ mihi mul-
tam requiẽ: sciens ꝙ sancti finaliter requiescent a laboribꝰ
suis: ⁊ ꝙ bonoꝝ laboꝝ gloriosus est fructꝰ. Fructꝰ dico non
corruptibilis/ sed eternꝰ: q2 reuera illũ valde fatuũ dicerẽ
qui pro spe temporalis mercedis labores spũales faceret:
et qui opera sui ingenij ad temporalem gloriã ordinaret/ et
hoc maxime cũ videã cleri rectores et populi/ labores phi-
losophantiũ spernere/ nulli prorsus manũ largitionis extẽ-
dere: q̃nimo sepe video ignaris epulantibus/ scientificos
esurire. Dudũ eñ et reges ⁊ prelati solebant diligere illos
qui in scientijs laborabãt: et qui ſm possibilitatem ingenij
se in facultatibus exercebant: sicut exemplificať in princi-
pio historie tripartite de iudicibus/ qui honorauerunt ho-
merũ. De philippo macedone: q̃ ditauit theopõpũ. De se-
uero cesare: q̃ supra modũ remunerauit oppianum. De alle
na: qui beauit symonidẽ. De tyrãno dionysio: q̃ honorauit
platonẽ. Sicut etiã exemplificat solinꝰ de victore orientis
pompeio: qui possidonio philosopho reuerentiã exhibuit: ⁊
de vticense catone/ q̃ duos philosophos de remotis parti-
tibus romã adduxit: seq̧ plurimũ eo facto senatui ⁊ popu-
lo cõtulisse iactauit. Sed quid mirũ si tunc mũdi potentes
litteratos ⁊ litteras honorabãt: tunc etiam dij celestes ſm
antiquorũ opinionem ipsos dignos honoribus iudicabãt.
Liber enim pater corpus cuiusdã philosophi athenis ĩhu-
matum iacens propter violentiã obsidionis lisandri/ de no
cte lisandro apparens/ permitti sepeliri mãdauit. Sine in-
quit sepeliri delicias meas. Apollo etiam delphicꝰ socra-
tem sapiẽtiorem cunctis mũdi hominibus iudicauit. Pol
lux ⁊ castor pindarũ philosophum de domo ruinosa voca-
uerunt: quo egresso/ ceteros periculum mox inuoluit. Sed
quid dicam: an tunc esset beatius laborare circa scientias/
quando a dijs et hominibus premia sperabãtur/ an nunc:
quando ingrata diuitum generatio tales respicere non
dignatur: quin potius ipsos fantasticos et quasi in mundo
superfluos reputat: Qui in nature operibus/ ⁊ in scientijs
que intellectum perficiunt meditantur: ita ꝙ illud euãge-
licũ. Dñe per totam noctẽ laborauimꝰ et nihil p̃didimꝰ/
cũ petro dicere iã videntur. Cuiꝰ quidẽ cõtemptꝰ ratio est
in promptu: q2 scz teste aplo/ aĩalis hõ nõ percipit ea q̃ sunt

spiritꝰ dei. Stultitia est eñ illi: et nõ potest intelligere alta.
Est eñ stulta sapientia. Et econtra (scriptura teste) talium
sapiẽtia / apud deũ est stultitia. Reuera dico ꝙ imo nũc est
beatius laborare circa talia ꝙ̃ tunc erat. Quia scilicet tũc
illi corruptibilẽ sperabant mercedẽ: nos autẽ incorruptam
Illi laudes querebãt hoim: nos autẽ laudes querimꝰ an-
gelorum. Illi gloriã acquirebãt humanã: nos aũt gratiam
ꝓmereremur diuinã. Illi sue ꝓuidebant virtuti: nos autẽ ani
marũ militamꝰ saluti. Illi in mũdo coronabantur hedera:
nos autẽ in celo coronabimur eterne glorie fibula vel coro
na. Illi declamabãt ⁊ tragediabãt in theatris: nos aũt de-
clamamꝰ in ecclesijs: ⁊ etiã in nostris cordibus nobisipsis.
Et sic ergo cõcludo ꝙ beatũ est et vtile laborare / ⁊ se in bo-
nis opibꝰ occupare. Qꝛ scꝫ teste seneca / generosos animos
labor nutrit. ⁊ ſm apostolũ / q̃ nõ laborat: mãducare nõ me-
ruit. Mulier etiã fortis ex eo ꝯmendatur / quia ociosa panẽ
suũ nõ comedit. Laboraui ergo. ps. Laboraui clamans: et
rauce facte sunt fauces mee. Placeat igiẽ eterno deo ꝙ la
bores meos gratos habeat: ⁊ ꝑ istis laboribꝰ eterne glorie
blandimẽta cõcedat. Qꝛ ꝓcul dubio aliꝰ possem dicere il-
lud propheticũ. In vacuũ laboraui sine causa: ⁊ inane con
sumpsi fortitudinẽ meã. Patꝫ ergo ꝙ hic recitatur afflictio pe-
ne vel sudoris. Laboraui inquio. ¶ Sed tertio dico ꝙ hic
explicatur intentio feruẽtis amoris: qꝺ vtiqꝫ fit cũ dico. Nõ
solum mihi / sed oibus. Uerus eñ et charitatiuꝰ amor ma-
gis diligit vtilitatẽ cõem ꝙ̃ priuatã: ⁊ ideo ad virũ bonum
pertinet ꝙ sibi soli non studeat proficere / sꝫ ꝙ magis oĩbꝰ
glorietur prodesse. Stelle eñ suas influẽtias sibi iuicem cõi-
cant / celiqꝫ luminaria nõ sibi solũ lucẽt: sed oẽs generaliter
illuminãt ⁊ illustrãt. Et formice etiã labores suos sole non
comedũt: imo oẽs congregant pro singulis / et singule ꝑ oi-
bus militãt ⁊ laborãt. Sic reuera nũqꝫ dꝫ homo ad lucrum
propriũ solũ attẽdere / sed ad oim salutẽ opa sua iugiter or-
dinare. Nõ inqo soli mihi labo. sed oibus. Exemplo beati
Job: q̃ dicit ꝙ buccellã suã solꝰ nõ comedebat: sed ostiũ suũ
oĩbus patens erat / ⁊ bona sua trãseuntibus diuidebat. vt
sic ⁊ ego dicã illud Eccli. xxxiij. Respice qm̃ non solũ mihi
laboraui / sed oĩbus exquirẽtibus disciplinã. Ut exemplo
etiã chameleontis (qui oibus coloribꝰ se cõformat) possim
dicere illud. j. ad Corint. ix. Oibus oia factꝰ sum. Illa eni
que sine fictione didici / sine inuidia cõmunico. Talentũqꝫ
mihi traditũ in terra non fodio / ⁊ thesaurũ quẽ mihi dedit
dñs / nõ abscondo: sed potiꝰ oia q̃ scire possum / libẽter alijs
manifesto. Et qui sitit / veniat: et qui voluerit / bibat. Oẽs
generaliter inuoco ⁊ inuito. Nũqꝫ eñ illos approbaui q̃ bo
na siqua fecerint / soli gloriantur habere: ipsaqꝫ solent abs-
cõdere: ⁊ more cerui (q̃ cornu dextrũ abscondit) depositum
inuidiose sibimet retinere: quibꝰ scilicet reprehẽsiue potest
dici illud. j. Reg. xxj. Quare tu solus / ⁊ nullus tecũ? Maxi-
me cũ dicat sapiens ꝙ sapientia abscõdita et thesaurus oc
cultus: nulla vtilitas in vtrisqꝫ. Ipsi vero singuli possunt di
cere illud esa. lxiij. Torcular calcaui solus / ⁊ de gentibꝰ non
erat vir mecũ. Ego igitur post excitatam lectoris attentionẽ
post recitatã laboris vexationẽ: post exẽplificatã amoris in
tentionẽ seu affectionẽ: iam intẽdo opus huiꝰ reductorij ici-
pere: a deo sumẽs exordiũ: a q̃ necesse ẽ oẽ pricipũ ichoare.

¶ In noie sanctissime et indiuidue trinitatis incipit Primus liber Reductorij Moralis fratris Petri Berchorij Pictauiensis / ordinis sancti Benedicti.

Capitulũ primũ de Deo.

1 
Eus. Quia ꝓprie specula-
tionis est de rebꝰ sub
lectiue ⁊ materialiter loqui inq̃tũ
scꝫ sũt reducibiles trãssumptiue
ad aliquẽ itellectum moralem:
ideo cũ deꝰ sit illꝺ ad quem oia
reducuntur: absurdũ videretur mi
hi de ipso hic capitulũ facere: et
proprietates eius / ad alia ꝓpo-
sita adducere / nisi viderem scri-
pturam benedictũ nomẽ suum
2 aliquãdo ad hoies / aliqñ ad angelos applicare. ¶ Igitur
breuiter dicamꝰ ꝙ ſm damascenũ deus est primũ pricipiũ
imortale et eternũ / simplex / influxibile / impassibile / incõpo
sitũ / incorruptũ / lumen intellectuale / virtus inaccessibilis /
fons bonitatis / oia mẽsurans / oia implẽs / oibus dominãs
⁊ iperans / oia cõtinẽs ⁊ ꝯseruãs. Charissimi / qꝛ scriptũ est.
Imitatores dei estote: sicut filij charissimi. quia etiam scri-
ptũ est de viris iustis et perfectis. Ego dixi dij estis / et filij
excelsi oẽs. ideo cõpetenter possum dicere ꝙ quilibet vir ꝑ-
fectꝰ ⁊ maxime ꝓlatꝰ põt spũaliter dici deꝰ: ⁊ hoc qꝛ pro certo
talis est principiũ alioꝝ ꝑ honorẽ ⁊ dignitatem: ⁊ ideo ipse
dꝫ esse imortalis et eternꝰ ꝑ ꝑseuerãtie ꝯtinuitatẽ. Influxi-
bilis et ipassibilis ꝑ cõstãtie ⁊ patiẽtie firmitatẽ. Simplex
et incõpositꝰ ꝑ mẽtis inocẽtiã ⁊ puritatẽ / ⁊ ꝑ verboꝝ verita
tẽ ⁊ sinceritatẽ. Incorruptꝰ ꝑ mũditiã et castitatẽ. Lumen
intellectuale ꝑ sciẽtiam ⁊ subtilitatẽ. Itẽ iste dꝫ esse virtus
bonũ viriliter operãdo. Inaccessibilis / maiestatẽ suã ne vi-
lipẽdatur / nõ nimis familiariter submittẽdo / vel popularibꝰ
exponẽdo. Fons etiã bonitatis in oẽs misericorditer iflueñ-
do: ⁊ cũctis liberaliter bonitatis sue bñficia largiẽdo. Itẽ
iste dꝫ esse oia mẽsurãs: qꝛ scꝫ ipse dꝫ mẽsurare merita ⁊ de-
merita subditoꝝ ꝑ debitã cõsiderationẽ. Debet esse oia im
plens / qꝛ scꝫ vacuos virtutibꝰ vel opibꝰ dꝫ iplere ꝑ bonorũ
documẽtoꝝ ⁊ exẽploꝝ eruditionẽ / ⁊ ꝑ tpaliũ bñficiorũ sub-
uẽtionẽ. Dꝫ isup eẽ oia ꝯtinẽs ꝑ charitatẽ ⁊ dilectionẽ: ⁊ oia
cõseruans ꝑ iustitiã ⁊ defensionẽ: oibus iperãs et dñans ꝑ
potẽtiã ⁊ iurisdictionẽ. Et sic talis poterit dici deꝰ. i. dei imi-
tator ⁊ filius: ita ꝙ de talibꝰ ꝓlatis et ꝑfectis poterũt secu-
lares ⁊ subditi dicere illud Act. xiiij. Dij similes facti hoi-
bus descẽderũt ad nos. ¶ Deꝰ dicitur fons totiꝰ bonitatꝭ. Bo 3
nitas aũt sua sũme i hoc appetit: qꝛ bñficia sua oibꝰ solet ꝯce
dere / ⁊ tã bonis ꝙ̃ malis bona sua influere vel donare: ⁊ il-
la q̃ ad regimẽ vniuersi ꝑtinẽt nulli ꝙ̃uis ipio denegare. Uñ
oibꝰ dat deꝰ vitã / nutrimentũ / regnũ ⁊ tutelã / siue infidelis
fuerit vel fidelis. Solẽ ei suũ facit oriri sup bonos ⁊ malos
ad illuminandũ. Tpalia cõcedit ad nutriendũ. Tutelã ve-
ro boni ãgeli cuiꝫ etiã ifideli apponit ad custodiẽdũ. Ista
ei bñficia q̃ ad cõem reꝝ ordinẽ ꝑtinẽt / nulli deꝰ denegat.
Illa tñ q̃ ad specialẽ grãm ꝑtinẽt / sicut est grã ⁊ gloria / bo
nis et bñmeritis solis ꝓstat. Sic vere dꝫ facere ꝓlatꝰ. dꝫ eni
esse fons totiꝰ bonitatis / et ideo ꝑ liberalẽ pietatẽ in oẽs dꝫ
influere / oibꝰ ꝓficere / nulli nocere. Et dato ꝙ aliqs bonos
alios malos / quosdã amicos / q̃sdã inimicos videat / cũctis
tñ illa q̃ ad suũ cõe officiũ ꝑtinẽt / dꝫ distribuere / ⁊ ꝓpter ꝓua-
tũ odiũ vel delictũ nemini munꝰ publicũ denegare / oibus-
qꝫ subditis nutrimẽtum pie subuẽtiõis: regimẽ iurisdictio-
nis / ⁊ tutelã ꝓtectiõis ⁊ defensiõis gñaliter mistrare: ⁊ malos
⁊ bonos indifferẽter libra iustitie / sicut oim debitor guber-
nare. Rom. j. Grecis ⁊ barbaris sapiẽtibꝰ ⁊ isipiẽtibꝰ debi-
tor sum. Uerũtñ q̃tũ ad illa q̃ ꝯcernũt grãm vtpote q̃tũ ad
ꝓmotiões dꝫ alio mõ se hẽre: qꝛ tũc dꝫ inter subditos discer
nere / bonosqꝫ malis ꝓferre: ⁊ ſm merita ꝑsonaꝝ aliter et aliter
dispẽsare. j. ad Coꝝ. xj. aliꝰ qdẽ esurit / Aliꝰ autẽ ebrius est.
¶ Deꝰ est iustꝰ verũtñ rigorẽ suũ nõ stati ifert delinq̃ntibꝰ: 4
imo multũ dissimulat et expectat: vt hoies respectũ habeãt
penitẽdi: qꝛ ſm scripturã: nõ vult deꝰ mortẽ pctõris / sꝫ vt cõ
uertatur et viuat: et dissimulat pctã hoim ꝓpter pniam. Sic
ꝓcul dubio dꝫ facere iudex vel ꝓlatꝰ: qꝛ ꝓ certo nõ stati dꝫ
ad punitionẽ cõtra delinquẽtẽ ꝓrũpere / sꝫ sub dissimulatio-
ne multa opꝫ trãsire vt sic possit pnie locũ dare. Qꝺ tñ ẽ cõ
tra multos q̃ magis q̃rũt punitionẽ ꝙ̃ correctionẽ: q̃ statim
sine dissimulatione ꝓrũpunt ad sniaꝝ executionẽ. Prouer.
iiij. Pedes eoꝝ in malũ currũt: ⁊ festinant vt effundãt san-
guinẽ. ¶ Deꝰ regẽdo mũdũ / q̃rit solũ creaturaꝝ vtilitatẽ / ⁊ 5
nõ ꝓpriã: qꝛ scꝫ de isto suo regimine nihil acq̃rit vtilitatis.
Sic vere illi q̃ vicarij sunt dei: scꝫ ꝓncipes / iudices ⁊ ꝓlati /
⁊ etiã ꝓdicatores ⁊ doctores / nõ dñt i officijs suis ad ꝓpriũ
lucrũ attẽdere: sꝫ solũ de subditoꝝ vtilitatibꝰ ꝓuidere: iuxta
illꝺ. j. ad Coꝝ. x. Nemo qꝺ suũ ẽ q̃rat / sed qꝺ alteriꝰ. ¶ In 6
deo sũt tres ꝑsone: vna tñ ⁊ eadẽ ẽ substãtia / eẽntia. ⁊ ẽt q̃lꝫ
ꝑsona est i alia: dato ꝙ nõ sit alia. Totꝰ ei est in pr̃e filiꝰ / et
totꝰ i ꝟbo pr̃. Sic ꝟe moraliter loq̃ndo / dato ꝙ nos simus plu
res ⁊ disticte ꝑsone i ecclia / debemꝰ tñ eẽ vnũ q̃tũ ad fidei
vnitatẽ / ⁊ alter in alterutro q̃tũ ad intimã charitatẽ. Eze. j
Erat rota i medio rote. Uñ dic ꝙ tres ꝑsone vna eẽntia sũt

contente: ad denotandum ꝙ tres clerici vno beneficio debent et vna ꝓbēda ꝯtenti esse. Uel dic ꝙ inter personas ecclesiasticas oēs debent de republica certare: ⁊ in vnā essentiam/ ⁊ in vnā cōem cōcordiam cōuenire. Uel dic ꝙ in diuinis tres ꝑsone non habent nisi vnam essentiā: in humanis autē est ecōuerso: q2 vna essentia tres habet ꝑsonas/ inquātū. s. hodie vnꝰ clericꝰ nō est cōtentꝰ vno priorato ⁊ bñficio nisi etiā habeat duos vel plēs.

7 ¶ De noibꝰ ꝓ dei/ siue proprijs siue appropriatis/ de relationibus/ notionibꝰ/ ⁊ effectuū diuinorū ad humana mēbra applicationibus/ vide quomodo loqtur magister in ista materia: q2 ipsa nolui moralizare: nec ad aliud applicare.

8 ¶ Hoc solū superaddo ꝙ spūssctūs cui attribuit bonitas/ multis noibꝰ noiatur. Iste eñ dicitur digitꝰ/ columba/ nubes/ vētus/ ignis/ ros/ oleū/ et alia similia/ que ꝓcul dubio nō solum spūisancto/ immo etiā cuilibet spūali viro possunt moraliter competere: vt sic nō caro sed spiritus possit esse: q2 scilicet iste debet esse digitus/ discrete ⁊ subtiliter operando. Columba/ modeste ⁊ simpliciter cōuiuendo. Nubes/ pie et benigniter beneficia alijs pluendo ⁊ influendo. Uentus/ tribulatos refrigerando ⁊ consolando. Ignis/ hoies congelatos ⁊ indeuotos in amore dei accēdendo ⁊ inflāmando. Ros/ per doctrinā irrigando et fecundando. Oleū/ per misericordiā leniendo/ et ꝑ bñficia impinguādo. Ideo nō solū de spūsancto/ imo etiā de quolibet viro spirituali pōt dici illud Sap. vij. Est (inquit) in illa/ suple ecclesia/ fide vel sapientia/ spiritus intelligentie vnicus/ multiplex/ subtilis/ disertus/ incoinquinatus/ certus/ suauis/ amans bonum.

Capitulum secundū. de angelis.

1 Angelus ſm damascenum est substantia intellectualis semper mobilis/ icorporea/ arbitrio libera/ deo ministrans/ gratia nō natura imortalitatē habens. Angelꝰ eñ summā habet intellectꝰ subtilitatem ⁊ claritatē/ ⁊ hoc quia nullā habet cū materia depēdentie necessitatem. Habet eñ intellectū deiformē: et ideo supra tēpus est/ ita ꝙ res ꝑ discursum nō itelligit/ sed totū simul apphēdit ⁊ cognoscit. Et ideo qualis est cōparatio simplicis ad cōpositum/ sic intellectꝰ angelici ad humanū. Talis angelꝰ ꝓcul dubio debet esse qlibet vir perfectꝰ. Iste est eñ intellectualis ꝑ fidem ⁊ discretionem. Semꝑ mobilis per obediētiam/ ⁊ operationē. Arbitrio liber/ ꝑ amotam oēm seruitutis culpe obligationem. Deo ministrans/ ꝑ obsequium et humilē subiectionē. Immortalitatē habens/ ꝑ perseuerantem in bono durationē. Deiformiter intelligens/ ꝑ mentis sue cū deo cōformationem. Cito/ simul/ ⁊ sine discursu veritatem cognoscens/ per promptā mentis adhibitionem. A materia. i. a carne/ vel a mūdo nō dependens/ per totalem sui ab ipsis abdicationem. vt sic quilibet talis figuret Apoc. x. vbi dicitur. Uidi angelū fortem descendentē de celo amictū nube: et facies eius erat vt sol ⁊c̄. Expone sicut ifra finali tractatu in loco suo.

2 ¶ Scd̄m dionysiū li. de di. no. c. vj. Angeli dicūt agalmata. i. specula clarissima/ imaculata ⁊ pura/ diuini luminis receptiua/ ⁊ ipsius alijs manifestatiua et ostensiua. Q2 scz illud qd̄ angelus gustando et cōteplādo diuinitꝰ ꝑcipit/ alijs inferioribꝰ notificat ⁊ transfundit. Continue eñ faciē patris cōtemplat/ ⁊ illud quod ibi viderit/ ad alios trāsfundere comprobatur. Superiores eñ illuminant inferiores/ et lumen qd̄ a deo recipiūt/ influūt in minores. Procul dubio tales angeli possunt dici viri ecclesiastici/ q2 pro certo isti debēt esse specula ⁊ exemplaria aliorū: quia scilicet isti debent esse puri per innocentiā: imaculati ꝑ carnis mūditiam: luminis gratie ⁊ sapientie a deo receptiui/ ⁊ verbis ⁊ exēplis ipsius ad alios transmissiui/ ⁊ ꝑ bona opa exterius ostensiui. Illuminationē eñ gratie et scientie quā gustādo et cōtemplando a deo solent recipere: debent in alios/ scz seculares ⁊ subditos transfundere/ ⁊ quanto gradu sunt superiores/ tanto plus debent inferiores suo celesti lumine irradiare: sicut ad litterā faciunt boni ꝓdicatores ⁊ doctores. De quibꝰ Apoca. xviij. Uidi alterū angelū descendentem/ habētem potestatem magnam/ ⁊ terra illuminata est a gloria eius.

3 ¶ Angelorum mirabiles sunt operationes ⁊ virtutes. Omnia enim faciunt sine mora ⁊ dilatione. Oia aduersa coercent sine resistentia et cōtradictione. Semper nobis assistunt et seruiunt sine intermissione. Humane nature sunt custodes a dei ordinatione. Libere deo famulantur sine coactione. Subito in instāti iussa dei perficiunt sine ꝓcrastinatione. Proficua ⁊ vtilia nobis procurant summa attentione. Deū cōtinue cōtemplant sine fatigatione. Extra se apprehendūt oīa sine collatione. Hominibꝰ preficiunt sine ipsoꝝ grauamine ⁊ turbatiōe. Inter se ordinatissime disponūtur sine inuidia ⁊ ambitione. Ista oīa possūt applicari ad bonos ecclesiasticos viros ⁊ prelatos: qui etiam in scriptura angeli nūcupant. Apoc. j. Septem stelle/ angeli sunt septem ecclesiarum. Isti eñ sine mora dicūtur oīa facere/ q2 scilicet dei ⁊ superiorū mandata debent sine dilatione exequi/ ⁊ opera mie et quecūq3 beneficia sine procrastinatiōis vitio exercere/ iuxta illud senece. Diu delibera: cito facito. Igitur isti debēt aduersa et nocumenta a subditis coercere: ipsisq3 assistere et seruire/ ⁊ contra inimicos spūales ⁊ temporales tutamen et refugium adhibere. Isti eñ angeli/ scilicet prelati/ hoīm. i. subditorum sunt custodes ⁊ ministri/ ad ipsorum tuitionem ⁊ defensionem cōtra demones/ tyrannos et hereticos deputati. Esaie. lxij. Super muros tuos hierusalē cōstitui custodes. Unde de angelis potest exponi illud Canticoꝝ. v. Inuenerūt me vigiles qui custodiūt ciuitatem. Item isti sine coactione debent sponte ⁊ libere dño seruire: q2 scz nō placēt deo coacta seruitia. Bona oīa pro posse debent alijs procurare: deū et bona eterna debent cōtemplari/ ⁊ oīa que ad salutē pertinent/ apprehendere ⁊ videre ⁊ apprehensa perpetuo retinere. Matthei. xviij. Angeli eorum semper vident faciem patris. Item isti debent homines sibi commissos. i. subditos sine questu ꝓprij lucri regere/ ipsisq3 sine tyrānide principari/ et preesse. Ordinate viuere/ et nullꝰ alteri inuidere/ et alter alterius officium vel beneficium nō ambire/ sed in pace ⁊ ꝯcordia ꝑpetua ꝑmanere. Uñ de āgelis loqns dicit scriptura Job. xxv. ꝙ deus facit cōcordiam in sublimibus suis. i. in viris ecclesiasticis ⁊ prelatis.

4 ¶ Angeli carne vel ossibus nō teguntur/ sine dilatione operantur/ deum continue cōtemplantur/ inter se sine discordia cōuersantur/ inferiores superioribꝰ famulant/ ⁊ maiores minoribus principant/ nulla passibilitate grauant/ nulla varietate alterātur/ nulla mortalitate corrumpūtur/ nulla mala affectione inflāmantur/ nulla inuidia stimulātur/ nulla iracundia cōturbantur/ nūq3 sibiinuicē iniuriātur/ et quicquid eis a deo preceptum fuerit/ subito sine tardamine exequunt/ ⁊ q2 immortales sunt/ ideo pro conseruatione sue speciei non nubēt neq3 nubentur. Tales angeli possunt dici quilibet boni religiosi et clerici: qui etiam in scriptura angeli possunt dici: sicut de sacerdote dicitur Malach. ij. ꝙ legem requirent ex ore eius: q2 angelus dñi exercituū est. Tales eñ angeli sine dilatione debent operari/ celeriter obediendo: celestia debent cōtemplari/ se a terrestribus abstrahendo: sine discordia debent cōuersari/ secum pacifice cōuiuendo: inferiores superioribus debent famulari/ cū reuerentia obsequendo: superiores ⁊ antiquiores inferioribus et iunioribus debent principari/ ipsos iuste regendo et gubernādo: nulla passibilitate debent grauari/ se per patientiam stabiliendo: nulla varietate alterari/ se per constātiam cōfirmādo: nulla mortalitate seu iniquitate corrūpi/ se per perseuerantiam in vita gratie cōseruando. Isti etiam ad litteram nulla mala affectione debēt inflāmari: nulla inuidie scitilla/ aut iracundia stimulari: et nunq3 sibiinuicem iniuriari: et quicquid eis iniunctum fuerit/ debent prompte/ volūtarie et celeriter exequi et operari: vt sic de ipsis possit intelligi illud quod de nubibus dicitur Job. xxxvij. Lustrāt cuncta per circuitū quocūq3 eas voluntas gubernantis duxerit. Et ideo de immortalitate/ perseuerantia ⁊ stabilitate cuiuslibet talis angelici viri/ potest dici illud. ij. Regū xiiij. Sicut enim angelus dei/ sic est dominus meꝰ rex: vt nec benedictione nec maledictione moueatur. Isti etiam carnis propagatione non debēt vti: sed in castitate perpetua conuersari/ quia sicut dicitur Matth. xxij. Qui digni habiti fuerint regno/ non nubent neq3 nubentur: sed erūt sicut angeli dei.

5 ¶ Item sicut ponit hic magister/ q̄uis angelica natura sit a lineamentis corporis penitus aliena: tamē in corpali figura pingunt/ et habere varias figuras et

mēbra corporalia a scriptura ꝑdicant̄: sed ꝑ denominationem visibiliū mēbrorū intelligunt̄ actiões ⁊ ꝓprietates inuisibiliū animorū. Angeli ergo pingunt̄ cū longa coma/⁊ cū capillis deorsum pendētibꝰ. Pingunt̄ etiā cū pēnis et alis sursum tendentibꝰ. Pingunt̄ etiā cū auribꝰ et naribus/ cū ore ⁊ cū dentibꝰ/cū lingua ⁊ cū labijs/cū oculis et supercilijs/cū brachijs ⁊ manibꝰ/cū tibijs ⁊ pedibꝰ/ cū costis ⁊ laterib/cū lūbis ⁊ femoribꝰ. Procul dubio talꝫ āgelꝰ sic figuratꝰ pōt dici q̄libet vir perfectꝰ. Eze.xxiij. Uidit viros depictos ī parietibꝰ/imagines chaldeoꝝ expssas coloribꝰ. Ad viros igit̄ perfectos et angelicos expositionē quā ad ipsos angelos applicat hic magister/possumꝰ applicare. Capilli ergo istorū signant sanctas cogitatiões/ que a capite mētis oriunt̄/⁊ sursum in deū cōtinue reflectunt̄: inferius vero q̄ꝫtū ad vite actiue regimen aliquotiēs extendunt̄. ꝑs. Jacta cogitatū tuū in dn̄o/⁊ ip̄e te enutriet. Ale eoꝝ designāt aptitudinē ad cōtēplandū ⁊ ad mentē sursum ad dn̄m eleuandū. Aures significant ꝓ̄ptitudinē ad audiendū. Nares vero denotant discretionē ad vitia fetentia repellendū et ad virtutes odoriferas sentiendū. Quia procul dubio viri iusti mādata prelatorū ꝓ̄pte debent audire/⁊ inter odores ⁊ fetores/⁊ inter virtutes alioꝝ ⁊ vitia debent discernere/et vitia respuere: virtutes vero odoriferas diligere/et in eis delectari. Ja.ij. Sit oīs homo velox ad audiendū. Itē isti debent habere os ad manducandū ⁊ gustandū ꝑ deuotionē. Dētes ad masticandum ꝑ deliberationē/ Labia ad osculandū ꝑ charitatiuā dilectionē/ Linguā ad loquendū ꝑ laudē ⁊ cōfessionē/ Oculos ad videndū ꝑ claram discretionē/ Manus ⁊ brachia ad laborādū ꝑ bonā opationem/ Pedes ⁊ tibias ad ambulandū ꝑ bonā affectionē/ Costas ⁊ latera ad sustinendū ꝑ patientiā ⁊ durationē/ Lumbos ⁊ femora ad generā dum ꝑ virtutū productionē. In hoīe eñ morali os q̄ꝺ gustat est deuotio. Ala q̄ sursum volat ⁊ leuat est contēplatio. Dens q̄ masticat est deliberatio. Labium q̄ꝺ osculatur est dilectio. Lingua q̄ loq̄tur est cōfessio. Oculus qui videt est discretio. Manꝰ que laborat est operatio. Pes qui ambulat est affectio. Latus ⁊ humeri q̄ sustinent sunt patientie firmatio. Lūbus q̄ generat est bona delectatio ⁊ virtualis productio. Et sic quilibꝫ talis angelicus vel angelus potest figurari in illo angelo qui apparuit Joāni Apoc.j. qui habebat caput ⁊ capillos candidos sicut lanā: oculos velut flāmam ignis: et pedes similes orichalco ⁊c̄. Expone sicut infra in tractatu de figuris biblie ī loco suo. vt de quolibet tali viro angelico ⁊ perfecto possit dici illud Judic.xiij. q̄ꝺ dixit mater sāsonis. Uir dei venit ad me/habens vultū angelicū.

6 ¶ Angeli semꝑ pingunt̄ iuuenes et nō barbati/vestiti et adornati/ pedibus nudi ⁊ discalciati/ humeris pēnati seu alati. Sic vere viri sp̄uales et angelici iuuenes sunt per morū nouitatē. Uestiti sunt per vite honestatē/⁊ ꝑ tectam omnē turpitudinē et feditatē. Ornati sunt per virtutum et morū venustatē. Discalciati sunt ꝑ pedū.i. affectuū nuditatem/⁊ liberā in dn̄o voluntatē. Alati sunt ꝑ cōtemplationis sublimitatē/⁊ per eleuatā ad celestia anie libertatem: q̄ pro certo viri angelici in moribꝰ semꝑ iuuenescūt semperq̄ꝫ sunt iuuenes: q̄ nunq̄ꝫ ꝑ malas cōsuetudines senescunt: ornati per bonā conuersationē/ alati ꝑ contēplationē/nudi pedes ꝑ liberam affectionē: vt sic figurentur in illo angelo Tho.v. de quo dicit̄ ꝙ thobias inuenit iuuenem splendidū stantem/ꝓ̄cinctū paratū ad ambulandum.

7 ¶ Angeli veri ⁊ angeli picti iter se differt: q̄ scꝫ āgeli picti alas habere vident̄/tñ nūq̄ꝫ volant. Os aperiūt acsi cātare debeāt/⁊ tamen nūq̄ꝫ clamant. Thuribulū portāt: q̄ tamen odorē nunq̄ꝫ vaporāt. Cereos deferūt/⁊ tñ nūq̄ꝫ illuminant nec illustrant. Tales picti et ficti angeli sunt hypocrite: de quibꝰ etiā dr̄.ij. ad Corinth.xj. Qꝛ ipse angelꝰ sathane trāsfigurat se in āgelū lucꝭ. q̄ ꝓcul dubio talis āgelꝰ videt̄ hr̄e alas cōtēplationis/⁊ tñ nunq̄ꝫ exercet vnū volatū alicuius bone affectionis: apparēter credit̄ os aperire/orare scilicet et deū laudare/ ⁊ tñ vocē eius nūq̄ꝫ cōsueuit dn̄s exaudire. Thuribulū deuotionis gerere videt̄/⁊ tamen odor aromatum virtutū nunq̄ꝫ a deo percipit̄ aut sentit̄. Cereos etiam bonorū exemploꝝ portat/⁊ tñ seipsum nō illuminat/nec illustrat. Baruch.vj. Neq̄ꝫ splendebūt vt sol/neq̄ꝫ illuminabunt vt luna.

8 ¶ Describunt̄ etiam angeli sub multiplici figura mirabiliter alterati/ sicut tangit dionysius in fine hierarchie. Sicut eñ ex discursu scripture patet/ angeli quandoq̄ꝫ visi sūt alati atq̄ꝫ pēnati. Esa.vj. Sex ale vni. ⁊c̄. Aliquando vestibꝰ igneis visi sunt induti. Dañ.x. Brachia eiꝰ scꝫ angeli / ⁊ q̄ deorsum erāt vsq̄ꝫ ad pedes/ quasi sp̄ēs eris candentis. Aliq̄ñ zonis aureis visi sunt accincti. Apoca.j. Precinctū ad mamillas zona aurea. Aliq̄ñ v̄gis ⁊ sceptris visi sūt ꝯiūcti: sicut Judic.vj. legit̄ ꝙ angelꝰ extendit sūmitatem virge quā tenebat. Itē aliq̄ñ tela ⁊ gladios visi sunt gestare: vt ptꝫ.ij. Re.xxiiij. vbi dauid vidit āgelū euaginato gladio. Aliq̄ñ trullas et perpēdicula visi sunt habere/sicut de amos legit̄ ꝙ ip̄e trullā cemētarij vidit. Amos.vij. Aliquādo calamos ⁊ mēsuras visi sunt tenere: vt zachar.ij. vbi de quodā angelo dicit̄ ꝙ habebat calamū mēsure/ ad hierusalem mensurādā. Item aliq̄ñ visi sunt cū phialis ⁊ aromatibꝰ. Apoc.iiij. Aliquando cū citharis ⁊ dulcesonātibꝰ. ibidē. Aliq̄ñ cū tubis dure clangentibꝰ. Apoc.ix. Aliq̄ñ cū atramentis/⁊ scriptorū instrumētis cōpetentibꝰ. Ezech.ix. His ⁊ multis alijs figuris angeli figurant̄: ⁊ per tales figuras eoꝝ operatiões mirabiles designātur. Ista oīa possunt applicari ad viros ecclesiasticos ⁊ ꝑlatos/etiam si nō exponamus aliter q̄ꝫ exposuit hic magister/q̄ scilicꝫ angeli grece/nūcij dicūtur latine: q̄ scilicet viri iusti dei sunt nūcij et ministri. Matth.iiij. Accesserūt angeli: et ministrabant ei. Igit̄ isti debent habere alas.i. sublimē affectionē ⁊ cōtemplationē. Uestes igneas.i. feruentem amorē et dilectionē. zonas aureas.i. sapientiā ⁊ splendentē discretionē. Uirgas ⁊ sceptra.i. auctoritatē ⁊ iurisdictionē. Tela ⁊ gladios.i. rigorem/seueritatē/et correctionē. Trullas et perpēdicula q̄ scꝫ sunt instrumēta ꝓ edificādo.i. exemplarē ⁊ verbalē edificationē. Calamos ⁊ mēsuras.i. discretā aliorū mēsurationē ⁊ suoꝝ meritoꝝ distinctionē. Phialas ⁊ aromata.i. suauem deuotionē ⁊ bone fame odorationē. Citharas ⁊ cantꝰ.i. benignā tribulatoꝝ cōsolationē/⁊ dei laudē ⁊ gratiarum actionē. Tubas.i. asperā reprehēsionē/⁊ fortē ad bonū excitationē. Atramentariū scriptoꝝ.i. diuine volūtatis in alijs descriptionē notificationē ⁊ predicationē. Talia eñ officia instrumenta ⁊ ornamenta sp̄ualiter intellecta habēt angeli.i. viri angelici et perfecti: quapropter angeli possunt dici q̄ sicut dicit̄ in.ꝑs. Deus facit angelos suos sp̄ūs et ministros suos.

¶ Itē ponit hic magister ꝙ angeli diuersis rebus naturalibꝰ cōparātur in scriptura: ⁊ sub varijs etiā figuris rerum irrationabiliū apparuisse legunt̄: scilicet vētis nubibꝰ/ignibꝰ/ꝓ̄ciosis lapidibꝰ/bobꝰ/aq̄lis/leonibꝰ ⁊c̄. Sꝫ q̄ vir ꝑfectꝰ rebus istis omnibꝰ infra in locis et titulis diuersimode cōparat̄: ideo de istis supsedeo quo ad presens. Omitto igit̄ istā materiā de hierarchijs ⁊ ordinibꝰ/ ⁊ eorū ꝓprietatibus: q̄ non est ꝑ̄sentis operis de angelis aliquid dicere nisi inq̄ꝫtū aliquas eoꝝ ꝓprietates possum ad aliud applicare. 9

¶ Hoc solū superaddo ꝙ hic in fine dicit magister ꝙ bonꝰ angelus nostre custodie deputatꝰ ad bonū nos excitat ne ī vitijs dormiamꝰ. Sp̄ūaliter nos reficit/ne sub onere recūbamꝰ. Arcet demones/ne lesionē ab eis subeamus. Instruit in ambiguis vt certitudinē habeamus. Cōducit in via/ne per iuia deuiemus. Item iste assistit nobis in tristitia positis/vt cōsolemur. Cōpatitur delinquentibꝰ vt emendemur. Astat preliantibus vt adiuuemur. Sanat vulnera ne moriamur. Item iste pctā nostra nobis reducit ad memoriā/vt erubescamꝰ. Uoluntatē dei annūciat vt eā ipleamꝰ. Impedimēta aufert vt deo liberiꝰ seruiamꝰ. Frequenter nos visitat: ⁊ nobis ꝓ̄cauet ne offendamꝰ. Ista oīa possunt applicari ad bonū ꝑlatū subditoꝝ custodie deputatū: qui ꝓcul dubio officiū habet tā angelicū q̄ꝫ diuinū. Iste eñ dꝫ subditos predicando/ne in vitijs dormiant excitare. Figura Act.xij. vbi petrū in carcere positū ⁊ dormiētē angelus percusso ipsius latere excitauit. Itē iste debet cibos exemplorum doctrine ⁊ temporalis elemosyne ministrare. vt.iij. Regū.xix. vbi angelus apportauit panē helie dicens Surge comede: quia grandis tibi restat via. Itē iste debet demones.i. hereticos ⁊ tyrannos ne subditis noceant coarctare: sicut de raphaele legit̄ Tho.viij. ꝙ asmodeū q̄ sarre maritos occiderat relegauit. Item iste debꝫ ne errent subditi ipsos in rebꝰ dubijs informare. Uñ āgelꝰ dicit danieli. dañ.ix. Nūc egressꝰ sūt docerē te. Itē iste dꝫ subditos ī via 10

morũ cõducere/⁊ ne ꝑ vitia deuiẽt/ipſis debꝫ verbis ⁊ exẽ
plis viã iuſtitie demõſtrare.pſ̃. Angelis ſuis mãdauit de
te vt cuſtodiãt te in oĩbus vijs tuis. Exemplũ thobie.v.vbi
raphael angelꝰ dixit thobie. Ego ſanũ ducã et reducã filiũ
tuũ. Itẽ iſte debet triſtes ⁊ tribulatos cõſolari/⁊ cõfortare.
vt Luce.xxij. vbi angelꝰ xp̃m dum erat in agonia cõforta
uit. Et geñ.xvj. vbi angelus agar deſpanti ⁊ fugienti cõſo-
lationes ⁊ cõſilia bona dedit. Itẽ iſte debet delinquentibꝰ
condolere: preliantes ⁊ certantes contra fortunã ⁊ cõtra vi
tia debet iuuare: et languentes et egrotantes a vitiorũ vul
neribus debet ſanare: exẽplo boni angeli qui pre cõpaſſiõe
ſupponiẗ flere. Iudi.ij. Apparuit aũt angelꝰ dñi ad locum
flentiũ.et Eſa.xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. Exẽplo
etiam illius angeli qui iacob luctantẽ voluit exercitare: et
contra eſau promiſit iuuare. Geñ.xxxij. Exemplo inſuper il
liꝰ angeli q̇ thobie cecitatẽ voluit ſanare: ⁊ ſibi opportuna
remedia adhibere: ſicut apparet Tho.xj. Itẽ debet angelꝰ
et angelicꝰ p̄latꝰ pctã ſua ſubditꝫ ad memoriã reducere: vo
luntatem dei eis predicare ⁊ dicere: impedimẽta etiam et
ſcandala ſique in via morũ habeant/debet pro viribꝰ amo-
uere. Angelus eñi filijs iſrael pctã ſua improperauit. Iu-
di.ij. Angelus chriſti natiuitatẽ paſtoribus nũciauit. Luc.
ij. Angelus inſuper filios iſrael p̄cedens ipſos ab offendi-
culis liberauit. Exo.xxiij. Precedet te angelus meꝰ ⁊ intro
ducet te ad eueum etheum ⁊ amorreũ/quem ego cõteram.
Iſta igiẗ oĩa p̄lati angeli ſubditis ſuis faciũt: ipſiſq3 q̃tũ
11 poſſunt proficiũt atq3 proſunt. ¶ Angelus cõtinue deo mi-
niſtrat/a dei laude nũq3 ceſſat/ hoĩes quibus apparet ſi in
principio contriſtat/in fine tamẽ cõſolaẗ ⁊ delectat: qñ vult
ſe oſtendit/⁊ qñ voluerit ſe occultat. Corpus aptũ pro appa
rendo accipit: ipm̃q3 peracto officio dimittit: ⁊ ipſum corpꝰ
in priſtinũ reducere conſueuit/⁊ ipſe angelus iterato a mor
taliũ viſibus ſe abſcõdit. Hec oĩa ad bonũ religioſum per-
tinẽt: qui ſcilicet deo continue debet miniſtrare. Dañ. vij.
Milia miliũ miniſtrant ei. Deo ſemper debet pſallere ⁊ eũ
laudare.pſ̃. Laudate dñm omnes angeli eiꝰ. Peccatores
debet reprehẽſionibus contriſtare. Verũtamen ne deſpe-
rent/ſemp debet eos cõſolationibus finaliter ꝯfortare. Ab
hoĩm viſibus ſe debet abſcondere: et in clauſtrorũ abditis
occultare. Verũtamen qñ neceſſe habet ſcilicet pro vtilita-
te ſui vel ꝓximi exteriꝰ hoĩbꝰ appere: corpꝰ ad hoc captũ.i.
mores ad hoc conuenientes debet induere/ quos ſcilicet
pacto officio debet deponere/ et iterũ in abditis clauſtri ſe
inuiſibilẽ exhibere: mũdi aſpectꝰ fugere: ⁊ ſoli deo inuiſibi-
liter militare. Unde Iudic.xiij. de angelo manue apparẽ-
te dr̃ q̄ in flãma aſcendit in celum: ⁊ vltra eis nõ apparuit.
12 ¶ Angelus in corpe aſſumpto aliquãdo comedere videẗ/
et tamen cibus ille in corpus aſſumptũ non cõuertitur nec
mutaẗ: imo poteſtatiue ab ipſo conſumiẗ ⁊ adnihilaẗ. Iſta
poſſunt dici de quibuſdã qui videnẗ cibũ verbi diuini audi-
re comedere ⁊ recipere/inde tñ non ſe ſolent reficere vel nu
trire: q̄n imo ipſum ſic receptũ ſolent conſumere ⁊ adnihila
re.i.pro nihilo habere: ⁊ in nullã ſui vtilitatẽ conuertere vel
mutare. Tho.xij. Videbar quidẽ vobis comedere ⁊ bibere
Hec igitur de ꝓprietatibus boni angeli inq̃tũ poſſunt ad
mores hoĩm applicari/ſufficiant quo ad preſens.

¶ Capitulum tertium de diabolo.

1 Diabolus. Nota q̄ diabolus eſt angelꝰ malus:
lucifer ſcꝫ ⁊ quilibet alius ſequax eius: q̇ ſponte
a deo recedẽs in malitia exiſtit obſtinatꝰ. Sũt
igitur demones/ſpiritus/angeli a deo volunta-
rie peruerſi et auerſi/in malitia obſtinati/ mẽte
ſubtiliſſimi/humane ſalutis inuidi: ⁊ abſq3 omni lucro ſuo
ad nocẽdum hominibꝰ ſemp prompti. Scd̃m eñi Damaſ.
ex dei ꝑmiſſione in omnẽ quã voluerint imaginẽ ſe trãſfor-
mant/⁊ ſic tentationes varias ſolent imittere/quibus mẽ-
tes decipiũt ⁊ defraudant. Afflictionẽ enim ⁊ damnationẽ
humanã ſumme appetũt: ⁊ ideo niſi a deo vel a bonis ange
lis coerceanẗ/ q̃to magis nocuerint/ tãto nocere amplius
delectanẗ: ſicut dicit Greg. ꝑmi moraľ.xxxij. Tales demo-
nes videnẗ eſſe hoĩes quidã obſtinati/quidã crudeles/im-
pij ⁊ tyranni: ſicut ſunt aliq̇ vſurarij: et officiales principũ/
et balliui/q2 ſcilꝫ a deo ſponte ⁊ voluntarie videnẗ recede-
re/⁊ ex inata ſibi malitia ſaluti ⁊ ꝓſperitati hoĩm inuidere.

Iob.xxxiiij. Quaſi ex induſtria receſſerũt a deo. Bonũ eñi
ſociorꝫ ⁊ vicinorꝫ ſuſtinere nequeũt: ⁊ ideo damnationem ⁊
tribulationẽ eorum ſemp machinanẗ ⁊ querũt. Et dato q̄
ibi aliquod cõmodum non habeant: ſepe tamẽ fit q̄ in no-
cumentis aliorũ et preiudicijs ſe delectant/ſicut patet de
iſtis malis officialibus et balliuis qui gaudent et non ceſ-
ſant magiſtris ſuis ſubditos accuſare/⁊ q̄cq̄d mali poſſunt
alijs procurare/ipſoſq3 decipere ⁊ fraudare/p̄dari/iniuria-
ri et turbare/ niſi dei vel angeli. i. niſi boni principis vel p̄-
lati ꝓuidẽtia ipſos ſciat debite coercere / ⁊ a ſuis malitijs
cohibere.j.pet.v. Aduerſariꝰ veſter diabolꝰ tanq3 leo rugiẽs
circuit querẽs quẽ deuoret. Tales eñi vt cõiter in ſuis ma-
litijs ſunt ſubtiliſſimi/ ⁊ ideo ad defraudandum ſimplices
ſunt aſtutiſſimi. In varias eñi figuras.i.in diuerſas fictio-
nes ⁊ diſſimulationes ſe ſolent vertere: vnũq3 apparẽter p̄-
tendere/⁊ aliud latenter intendere: vt ſic meliꝰ poſſint ſim-
plices defraudare.ij.ad Cor.xj. Angelꝰ ſathane transfigu
rat ſe i angelũ lucis. ſicut ad lr̃am de malitioſis ⁊ de falſis
amicis ptꝫ: q̇ boni volũt apparere: vt meliꝰ poſſint nocere.
Tales etiã nõ ſatianẗ male facere: imo q̃to plura mala fe-
cerit et magis nocuerint/ſemp deſiderãt plꝰ nocere: qd̄ be-
ne figuraẗ Matth. viij. vbi demones ab obſeſſo fugati di-
cebãt dño. Si eijcis nos: mitte nos in porcos: q2 ſcꝫ iſti qñ
nõ poſſunt plꝰ nocere hoĩbus.i.maioribꝰ/accipiũt tamẽ li-
centiã nocendi porcis/pauperibꝰ ⁊ minoribꝰ. ¶ Demones 2
multis denominanẗ nominibꝰ in ſcriptura: ꝑ que ſcꝫ ipſorũ
malitie et proprietates male ſpũaľr denotantur. Igiẗ ma-
lus ſpũs diciẗ diabolꝰ.i. deorſum ruens/ q2 de celo cecidit
Demon.i.ſciẽs q2 ſcientiã naturalẽ retinuit ⁊ q2 ſumma in-
telligẽtia a principio viguit. Sathan.i.aduerſarius: q2 hũa
no generi ſp̄ ꝯriꝰ extitit. Beemoth.i.bos/ q2 mugitũ deſpa-
tiõis ꝓmittit/⁊ q2 herbã.i.carnales ſpũaliter comedit. Le
uiathan.i.additamẽtũ: eo q̄ penã pene/⁊ culpã culpe ſemp
addit. Apollion.i.exterminator/eo ſcꝫ q̄ oẽs virtutes exter
minat ⁊ deſtruit. Serpẽs ⁊ coluber tortuoſus/eo q̄ in mali-
tijs ſuis ſuaviẗ collabiẗ ⁊ incedit. Leo eo q̄ crudeľr ꝑſeq̄ẗ ⁊
inuadit. Et ꝓcul dubio iſta oĩa cõpetũt quibuſdã malis et
malitioſis diuitibꝰ ⁊ peccatoribꝰ huiꝰ mũdi. Iſti enim di-
cunẗ diabolus: q2 deorſum ad mũdi bona ſolent ꝑ auaritiã
ĩpetuoſe ⁊ ſine deliberatiõe ruere ⁊ deſcẽdere. Mat.x. Vi-
debã ſathanã quaſi fulgur de celo cadentẽ. Demõ/q2 mun
dana ſcientia ⁊ ſapientia: hoc eſt dictu/ cauteloſa malitia
ſolent alios p̄cellere. Luce.xvj. Filij huiꝰ ſeculi prudentio-
res filijs lucꝭ ſũt. Sathan q2 alijs hoĩbꝰ ſolẽt aduerſari ⁊ ſe
opponere. Beemoth/q2 ſicut bos/herbas.i. diuitias aliorũ
ſolẽt depaſcere. Leuiathã/q2 aliorꝫ bona ſuis poſſeſſiõibꝰ ſo
lẽt addere. Apollion/q2 paupes ſolẽt extermĩare exhereda
re ⁊ deſtruere. Serpens ⁊ coluber/q2 caute et ſuauiter ſolẽt
alios fraudare ⁊ decipere. Leo/ q2 ĩpos finaliter ſolẽt p̄da-
ri ⁊ diripere. q2 ſcꝫ ipſi primo ſicut ſerpens/caute obligãt et
decipiũt innocentes/ ⁊ tandẽ ſicut leo deuorãt ⁊ diripiũt ſe
ab eis defendere nõ valẽtes.pſ. Inſidiaẗ quaſi leo in ſpelũ
ca ſua: inſidiaẗ vt rapiat pauperẽ: rapere pauperẽ dũ attra-
hit eũ. ¶ Demones/illos quos decipiũt videẽt diligere: in- 3
quantũ ſolent bona tẽporalia ipſis dare / in fine tñ illos ſo-
lent dimittere/⁊ dãnationem perpetuã miniſtrare. Demo
nes etiam promittũt hominibus que non reddũt. Sic vſu-
rarij/pauperes quibus bona ſua mutuant/diligere ſe ſup-
ponunt: ipſos tamen in fine damnant/exheredãt et cõfun-
dũt. Multa ẽt ſolẽt eis ꝓmittere q̄ tñ in fine nolunt reddere:
⁊ q̄ etiã more demonũ ſolẽt interpretari aliter ĩtelligi debe
re. Incorrigibiles etiã ſunt/q2 ꝓ certo vix/aut nũq3 ad veri
tatis ſemitã ſe ꝯuertũt. Vel dic de luxurioſis q̇ more demo
nũ alios carnaliter diligũt/ ⁊ ſic diligendo ad ignẽ ꝑpetuũ
ſecũ trahũt. Qui etiã iuuẽclis multa ꝓmittũt q̄ nõ reddũt/
et corrigi ab aliquo nũq3 volunt/ ⁊ etiã qd̄ eſt deterius/nũq3
poſſunt. Eccľi.xxiij. Hoĩ fornicario oĩs panis dulcis: nõ fa-
tigabiẗ tranſgrediẽs vſq3 ad finẽ. Prouer.xv. Nõ amat pe-
ſtilẽs eũ q̇ ſe corripit. ¶ Demões ꝓpriã extollẽtiã q̄rũt/bo- 4
nis terrorẽ ĩferũt/ipſoſq3 i hoc ſcľo pluſq3 malos deprimũt/
atq3 ledũt. Malos vero in p̄nti ꝓmouẽt ⁊ extollũt/ſolũ ꝓpẗ
pctã p̄tãtẽ ſup hoĩes accipiũt. Largi ĩ ꝓmiſſis/⁊ mẽdaces
ĩ factꝭ ſũt/ tẽpeſtates excitãt ⁊ faciũt/ ⁊ poſt ſe veſtigia dere
liquũt. Incorrigibiles ſũt ⁊ obſtiati/ita q̄ mutari a malitia

nūqꝫ possunt. Tales demones videnꝭ esse mali principes et prelati: qꝛ scꝫ isti ad litteram/ terrorē solēt bonis inferre: tempestates tribulationū contra ipsos suscitare/ ipsosqꝫ ledere/ ⁊ deprimere. Malos etiam extollere et fouere/ ꝓpriā excellentiā solent querere/ et ꝓpter peccata populi non ꝓpter sua merita regnū ⁊ dominiū obtinere. Multa ꝓmittere/ ⁊ pauca reddere/ vestigia malorū exemploꝝ post se relinquere/ et a nullo possunt aut volūt corrigi. Quapropter necesse est eos in sua malitia īcorrigibiliter ꝑmanere. Amos v. Odio habuerūt in porta corripiētē/ ⁊ loquentē ꝑfecte abominati sūt. Et sicut demones incubi mōstra genuerūt: sic isti carnali affectioni incūbētes nepotulos suos/ sicut quedam monstra in ecclesia generant/ ⁊ producūt: qui scꝫ propter eorum insufficiētias monstra et monstrosi proprie dici possunt: et maxime qꝛ plura capita/ idest plures digitos/ vt cōmuniter possident atqꝫ gerunt. Incubi etiā dici possunt pro eo qꝫ aliquotiens cū mulieribus cohabitant ⁊ incūbūt. Gen̄. vj. Videntes filij dei filias hoim qꝫ essent pulchre: elegerunt sibi vxores.

Capitulum quartum de hoīe.

1 Homo ſm isidorum est animal deiforme/ mansuetū ⁊ naturale/ ſm legem rōnis discipline susceptibile. Et ſm aristotelem: animal est rationale mortale. Sursū enī est versus celū erectū/ iter naturā angelicā ⁊ brutalē mediū: qꝛ scilicet cū angelis participat ꝑ rationē: cū brutis vero ꝑ mortalē conditionē. Et ideo statura sursum erigiꝭ vt per rōnem videatur suprema querere: inferius tamen circa terrā corporis mole detinetur/ vt cū brutis videatur similitudinē habere. Oībꝰ rebus igiꝭ prelatus est. Homo solus inter animalia bipes: Solꝰ sursum erectꝰ/ Solꝰ multos capillos in capite habens/ Solus pulsum venarū sentiens/ et pre cunctis aīalibꝰ in sensu tactu vigēs/ Solus aures nō mouens et pre ceteris animantibꝰ respectu sui corꝑis os habēs modicū/ et oculos magis claudens/ et solus in duabus palpebris pilos habens. Nobilissimū ergo animaliū est homo/ ⁊ ideo ceteris animalibus est prelatū/ ⁊ a deo magis ꝓuilegiatū/ preditū ⁊ dotatū. Per hoīem loquēdo spūaliter possum intelligere quēlibet bonū ecclesiasticū vel prelatū: qui procul dubio alijs est prepositus/ et prefectus/ ⁊ in gradu ⁊ statu alijs preelectꝰ. Talis igiꝭ debet esse animal. i. res animata per gratiam ⁊ charitatem/ Mansuetū per modestiā et beniguitatem/ Rationale per prudentiam ⁊ sagacitatē. Verūtamen mortalem se cognoscens per ꝓprie conditionis notitiā/ et humilitatē/ vt dicat illud Sapien̄. vij. Sum quidem et ego mortalis homo: similis oībus hoībus: et ex genere illius qui prior factus est. Iste igiꝭ debꝫ esse erectꝰ/ ꝑ celestiū affectionē/ et cōtemplationē: inter angelos et iumenta. i. inferiores subditos medius/ per iurisdictionem ⁊ ꝑlationē. Et dato qꝫ in ꝑte sit similis angelis ⁊ supremis/ īmentis tamē. i. simplicibus debet etiā in parte considerare se similem ꝑ mortalē conditionē/ dicens dn̄o illud ps̄. Vt iumentum factus sum apud te. Decet enim qꝫ prelatus in parte sit angelicus/ purus/ mundus/ et rationalis: in parte vero iumētum. i. tentationū expers/ sciens/ et compatiēs fragilitatis mortalis/ dicēs illud Esa. liij. Ego sum vir dolorum ⁊ sciens infirmitatē. Item iste debet esse bipes quia scilicet duo debꝫ habere principalia fundamenta/ scilicet veritatē ⁊ iustitiam. Debet in capite. i. in mēte habere multos capillos. i. virtutū redundantiā. Debet habere optimū sensum tactus. i. cōpassionem ⁊ clementiā: ⁊ optime debet percipere preliū aliorum. i. aliorū querimoniā et miseriam Vel etiā sensum tactus debet habere. i. prudentiā: quo cognoscat cuiuslibet cōplexionem ⁊ sufficientiā: dicens illud

2 Gen̄. xxvij. Accede ad me huc vt tāgā te. ¶ Itē iste aures non debet mouere/ scꝫ ad illa que dicunꝭ/ ipsas plus debito inclinādo: quinimo aures debet habere īmobiles oīa equanimiter audiendo/ ⁊ nō alteri magisqꝫ alteri plꝰ fauendo. Os debet modicū habere scilꝫ parū loquēdo vel sobrie comedēdo. Oculos ceteris magis debet claudere magis dissimulādo ⁊ acsi nō videret plurima trāseūdo. Et in duabus palpebris discretiōis sue spūali scꝫ ⁊ tēporali debet pilos qui de carne nascunꝭ. i. proprie fragilitatis notitiā habere/ semꝑ de morte cogitando/ ⁊ humiliatiōis materiam meditando: vt sic in bono significato exponaꝭ de talibus illud ps̄. Oculos habent et non videbūt: aures habent ⁊ nō audient ⁊c. qꝛ procul dubio ad hoiem. i. ad personā rationalem/ ⁊ maxime ad ecclesiasticū prelatū pertinet qꝫ parū loquaꝭ/ qꝫ auditu verborū non moueaꝭ/ ⁊ qꝫ ad vidēdum ⁊ ad explorandum aliorum vitia vltra debitū non feratur. Esa. vj. Oculos eius claude: ⁊ aures eius aggraua. ¶ Hō solꝰ

3 inter aīalia ridet: solus ꝑter struthionē caluescit ⁊ vt cōiter solus canescit/ et cū cetera aīalia frontem habeant: iste tn̄ signū letitie ⁊ tristitie solus in fronte ostēdere cōsueuit. Homo etiā solus cor in sinistra habet: pectꝰ habet latū/ naturaliter est nudꝰ/ ⁊ cauda caret/ ⁊ ī lōgū ⁊ latū equalitatē possidet atqꝫ tenet. Nā vt dicit solinꝰ ca. v. mirabiliū tāta est inter extremitates brachioꝝ corꝑis latitudo quāta ē a plāta pedis vsqꝫ ad ꝟticē ipsiꝰ lōgitudo. Et iō micocrosmꝰ. i. minor mūdꝰ dr̄: eo qꝫ ad mūdi silitudinē mēsuratꝰ eqlr cōprobaꝭ. Anthropos etiā. i. sursum erectꝰ appellaꝭ eo qꝫ eiꝰ statura superiꝰ eleuaꝭ. Reuera talis homo debet esse qlibet hō iustꝰ/ rōnis scꝫ vsu dotatꝰ/ ⁊ mortalitate. i. mortalitatis cōsideratione grauatꝰ/ et humiliatꝰ: qꝛ ꝓcul dubio talis debet esse risibilis per spem ⁊ consolationem. Caluescēs. i. pilos diuitiaꝝ deponēs/ ꝑ elemosynā et largitionē. Canescēs ꝑ prudentiā et senilē discretionē. Et fronte. i. apparētia nunc spūalem letitiā nūc spiritualē tristitiā pretēdēs ꝑ ꝓprie cōuersationis variā ordinationem. In sinistra tn̄ aduersitatis semꝑ cor ⁊ mentē habens ꝑ mortis ⁊ inferni cōsiderationē Quia ꝓ certo vir iustꝰ semꝑ debet cor suū ad ꝑ̄sentes ⁊ futuras miserias ⁊ aduersitates flectere/ ⁊ ſm loca et tēpora nūc letus nūc tristis esse. Per sapientiā canescere: ꝑ elemosynā caluescere: ⁊ ꝑ spem ⁊ ꝯsolationē ridere. Job. v. In vastitate ⁊ fame ridebis. Et iste ꝓcul dubio pectꝰ debet habere latū ꝑ charitatē: nudus debet esse ꝑ diuitiarū cōtēptum et per volūtariā paupertatē. Cauda dꝫ carere ꝑ pompe sequentiū ⁊ famulantiū raritatē. Equaliter debet mēsuratꝰ ⁊ quadratꝰ esse ꝑ quattuor virtutū cardinaliū moderamentū et equalitatem. Apoc. xxj. Latera ciuitatis erant equalia sursum. Et debet esse erectus ꝑ cōtēplationē celestiū ⁊ mētis sublimitatē. Luce. xxj. Respicite ⁊ leuate capita vestra.

4 ¶ Homo naturaliter est animal nudū: in capite tn̄ multis capillis ⁊ crinibꝰ est vestitū: pre ceteris aīalibus suras ⁊ tibias habet valde carnosas: Cor eius iacet in parte sinistra et naturaliter caret cauda. Fragile animal est/ et de humo ⁊ humore creatū/ ⁊ tamen vultū habet sursum expositum ⁊ eleuatū. Talis est pctōr: qꝛ qꝫuis naturaliter nudus ⁊ pauper nascaꝭ: imo etiā qꝫuis pauper ⁊ nudus viuat/ ⁊ nulla ꝓsperitate fruaꝭ: in capite tamē. i. in mente ⁊ affectione pilos diuitiaꝝ habere cōprobaꝭ: qꝛ scilicet multi sunt qui qꝫuis a statu ⁊ cōditiōe debeāt diuitijs esse nudi: sicut sunt religiosi maxime mendicātes/ ipsas tamen habent in capite. i. in affectione ⁊ mēte. Prouer. xiij. Est quasi diues cū nihil habeat. Cor em̄ et mētem in sinistra bonorū tēporaliū habere dinoscunꝭ/ inqꝫtū ad terrena magis qꝫ ad spūalia inclinaꝭ. Cauda em̄. i. finis et mortis memoria dinoscitur carere: et tibias. i. affectiones carnosas ⁊ carnales solet habere. Vultum ꝑ superbiā solet sursum gerere/ ⁊ ab humo ⁊ humore. i. a luxuria solet nomē ⁊ regimen vēdicare. Et ideo breuiter bene diciꝭ de tali homine illud Eccli. iij. Nihil habet hō iumēto ampliꝰ. Vide infra libro. vj. c. xxvij. §. xix.

Capitulum quintum de anima.

1 Anima ſm Damascenum/ est quedam substātia viuens/ simplex/ incorporea/ inuisibilis/ immortalis/ rationalis/ intellectualis/ infigurabilis/ organico corꝑe vtēs/ ip̄mqꝫ regēs/ ⁊ inhabitās ⁊ totā in mēbris singlis se diffundēs/ ⁊ ipsi corpori augmentationem/ sensum et generationē tribuens/ libere et voluntarie agens/ et libero arbitrio semper fungens/ ⁊ in se dei imaginē semper representans. Hec damascenꝰ. Per animam que corpori est prelata/ ip̄mqꝫ portat/ viuificat/ atqꝫ regit/ possum intelligere prelatū: qui procul dubio corpori collegij/ ⁊ ecclesie prelatus est/ ipsumqꝫ per gratiā/ occasionaliter ⁊ ministerialiter viuificat/ ⁊ per discretionē gubernat. Iste igitur debet esse viuens/ scilicet vita gratie/ simplex. i. sine plica cuiuscūqꝫ malitie/ īcorporeꝰ sine carne carnalis īmūditie/ inuisibilis ꝑ cautelā/ humilis suiipsius

custodie: et immortalis per cōtinuitatem bone perseuerantie: quia scilicet iste debet esse immortalis/ nunꝗ per culpā deficiēdo: sed semꝑ in vita gratie pseuerādo. Et debet esse inuisibilis nunꝗ se propalādo: sed bona sua ab aspectibus hoīm abscōdendo: qꝛ procul dubio qui talē immortalitatē vult habere/ debet se absconditum et inuisibilē exhibere. j. ad Timo. ij. Regi seculoꝝ inuisibili imortali. Iste etiā debet esse rationabilis per prudētiā ⁊ discretionē: intellectualis per fidem scientiā et cognitionē: infigurabilis per amotam oēm hypocriticam fictionē. Choꝝ et collegiū inhabitans per presentē visitationē: ipsumqꝫ regens ꝑ iurisdictionem: monēs ad bonā operationē: augmentans per spiritalem et temporalē fecūdationē ⁊ promotionē: sibiqꝫ tribuēs ⁊ ministrās sensum ⁊ rationē/ ⁊ bonoꝝ operū generationē ⁊ ꝓductionē/ volūtarie etiā agēs et operās ꝑ liberā mētis in deū eleuationē/ ⁊ ꝑ spontaneā bonoꝝ actuū electionē ⁊ eductionē: imaginē etiā dei habēs per bonā et moralē ipsi deo conformationē/ ⁊ in mēbris ⁊ subditis omnibus ⁊ singulis se diffundens per cuiuslibet curam et gubernationē/ et per cuiuslibet amorē/ et dilectionē: qꝛ videlicet bonus ꝓlatꝰ se debet oībꝰ subditis intimare/ et quēlibet per charitatē inhabitare/ ⁊ de salute cuiuslibet cogitare/ ⁊ nō per acceptionem personarū vnū dimittere ⁊ aliū promouere: sed oībus se totum ⁊ totaliter exhibere. Sap̄. vj. Equaliter est cura ei de oībus. vt dicat quilibet. ij. Regū. j. Tota aīa mea in me est. Et vt sic etiā aīe sue. i. ipsi ꝑfecto ⁊ spūali prelato dicat quilibet illud Luc. xviij. Anima mea multa bona habes. Vel etiā ista possunt dici de quolibet viro ꝑfecto qui recte est aīa et vita alioꝝ: qui debet habere ꝑfectiones ⁊ ꝟtutes predictas.

2 ¶ Anima corpus nō occupat neqꝫ grauat/ ⁊ tn̄ ipm̄ viuificat/ atqꝫ portat. Habet aūt aīa similitudinē creatoris/ qꝛ scilicet respectu aīe et nō corporis ad similitudinē dei factus est homo scd̄m August. Habet em̄ aīa tres potētias scilicet rationalē/ concupiscibilē et irascibilē. vel intellectū/ voluntatē/ ⁊ memoriā: ⁊ tamē in essentia est nō multiplex/ imo simplex. Talis aīa potest dici qlibet vir spūalis et sanctꝰ: qꝛ pro certo talis nō dat occupationē vel grauamen corpori eccl'ie qđ inhabitat: imo suis bonis doctrinis et exēplis ipam portat/ et vegetat/ viuificat/ ⁊ sustētat. Iste em̄ idē et vnus ꝑmanens et simplex sine plica malitie pseuerans/ multas habet spirituales potētias ⁊ virtutes. Habet em̄ rationalē. i. virtutē prudentie et discretionis: habet concupiscibilem. i. virtutē charitatis et dilectionis: habet irascibilem. i. virtutē zeli iustitie ⁊ seuere correctiōis ⁊ spūalis cōtra vitia indignationis. Intellectū scientie ⁊ vere cognitiōis. Volūtatē bone affectiōis: ⁊ memoriā dei bn̄ficioꝝ et sue beniuole saluationis. Sic em̄ dei similitudinē ⁊ cōformitatē habebit: et inquātū est creature possibile/ se creatori moribꝰ cōformabit. O aīa insignita dei imagine/ decorata similitudīe/ despōsata fide/ dotata spū ⁊c. Vel oīa predicta dic de aīa. Que sicut hꝫ ꝓdictas potētias naturales/ ita debet habere illas q̄ per istas intelligūtur conditiones morales ⁊ virtuales. Sit ergo rationalis ⁊c. Expone sicut supra.

3 ¶ In aīa est multiplex virtus: apprehēsiua videlicꝫ via sensitiua/ imaginatiua/ intellectualis/ ⁊ rationalis. Sēsitiua em̄ est illa qua apprehēdit res corporales presentes. Imaginatiua est illa qua imaginaꝛ res corporeas absentes/ sicut fit qn̄ mōtes aureos cogitamꝰ: pro eo ꝙ et mōtes et aurū particulatim vidimꝰ ⁊ cognouimꝰ. Intellectualis est illa qua res immateriales intelligimꝰ. Rationalis vero est illa qua inter verū ⁊ falsum iudicamꝰ/ ⁊ qua vnū ab altero separamus. Istas quattuor virtutes apprehensiuas debet spūaliter habere quilibet homo prudēs/ videlꝫ sensum. i. prudētiā/ que cognoscit exteriora. Imaginē. i. fidē/ que cognoscit occultiora. intellectū. i. cōtemplationē que apprehēdit remotiora et spūaliora. Rationē. i. discretionē q̄ discernit meliora ⁊ veriora.

4 ¶ Cū triplex sit anime potētia ꝑ cōparationē ad suum actū: scilicet vegetatiua/ sensitiua et rationalis: ipsa potētia vegetatiua tres habet speciales operationes/ generat em̄/ nutrit/ ⁊ augmētat. Generat dico ad speciei multiplicationē/ nutrit ad subiecti cōseruationem: augmentat ad subiecti perfectionē et completionē. Talis aīa videꝛ esse diuina grā/ que recte aīa aīe potest dici: quia scilicet ista est que viuificat aīam/ ⁊ sicut forma spūalis esse morale ⁊ virtuale dat sibi. Ergo ista inter cetera virtutē habet vegetatiuā/ et viuificatiuā ipsiꝰ mētis nr̄e. Que quidē spūalis viuificatio et vegetatio opaꝛ in nobis generationē bonoꝝ operū/ nutritionē virtutū/ ⁊ augmētationē meritoꝝ. Per gratiā enim bona opera generanꝛ: virtutes nutriunꝛ/ ⁊ merita augmentanꝛ. Verūtamē sicut aīe vegetabili subseruiūt quattuor naturales vires: scilicet vis appetitiua/ digestiua/ retentiua/ ⁊ expulsiua: sic vere gratie diuine cooperantur quattuor spūales virtutes; videlicet vis appetitiua bone affectionis/ vis digestiua sane discretionis/ vis retentiua perseuerantie ⁊ durationis/ vis expulsiua cōfessionis. Affectio em̄ appetit virtutuꝫ cibationē/ discretio digerit. i. discernit ⁊ distinguit receptoꝝ in mente conditionē/ et puri ab impuro/ ⁊ mali a bono facit distinctionē. Perseuerantia autē seruat ⁊ retinet illa que vtilia sunt ⁊ pura. Cōfessio vero expellit illa q̄ vitiosa sunt ⁊ impura. Sic igiꝛ aīa. i. gratia diuersas in nobis exercet perfectiōes/ et spūales efficit actiōes; vt quilibet sic aīatus possit dicere illud Sap̄. viij. Sortitus sum aīam bonam.

5 ¶ Anima ꝙuis sit de se purissima: tamē propter coniunctionē cū carne multas incurrit passiones ⁊ sordes. Sic vere bona ꝑsona ꝙuis pura ⁊ munda existat: si tamen carni. i. alicui carnali persone associata fuerit/ ⁊ coniuncta/ sordes vitioꝝ contrahit: ⁊ ipsius malis verbis ⁊ exemplis malas ꝯditiones faciliter incurret. Ecclesiasti. xiij. Qui tetigerit picē: inquinabiꝛ ab ea/ ⁊ qui cōmunicauerit superbo/ induet superbiā.

6 ¶ Anima sensitiua multas habet ꝓprietates. Licet em̄ sit rationali ignorātior: vegetatiua tn̄ est dignior/ et ideo ꝙdiu est in corpore/ multas nobiles peragit actiōes. Ista em̄ est sensus ⁊ motus in corpore effectiua/ ad singulas partes corporis sue virtutis diffusiua: secūdum organoꝝ nobiliorē dispositionē nobiliū actionum est in eis conductiua/ somni ⁊ vigilie causatiua/ sui ad interiora reuocatiua: et quāto plus ad exteriora diffunditur/ tanto magis est in interioribus suarū viriū remissiua. Talis est actiua vita seu illa discretio seu illa diuina gratia quā habēt actiui. Que ꝙuis sit indignior rationali. i. cōtemplatiua ⁊ spūali: est tamē melior vegetatiua. i. carnali ⁊ mūdiali. Ista em̄ in actiuis perficit motū bone operationis/ et sensum discretiōis: somnum contēplationis/ et vigiliā diligētie/ et bone meditationis/ ⁊ occupationis. Et quāto q̄s est nobilioris vite ⁊ melioris cōditionis/ tāto in eo causat actus sanctioris ꝑfectionis. Ista em̄ quādoqꝫ se retrahit ab exterioribꝰ et mūdanis ad cōscientie interiora/ et tanto ibi fortius vigoraꝛ/ quāto magis dimittit exteriora/ qꝛ scilicet p'uribꝰ intentꝰ minor est ad singula sensus.

7 ¶ Anima rationalis diuine imaginis est representatiua/ oīm rerum similitudinis cōtentiua. Semel creata est/ tam in corpore ꝙ extra corpus in esse perpetuo ꝑmansiua. Forma est corporis qđ habitat/ ⁊ ipsiꝰ perfectiua. Rerū oīm est apprehensiua/ et per reflexionē suiipsius supra se/ est suiipsius cognitiua/ ⁊ scd̄m philo. ista ad modū tabule rase/ est impressionum oīm receptiua/ boni et mali est diiudicatiua/ ⁊ libere electiua. Corporis qđ ihabitat est naturaliter dilectiua/ et coniūctionis cū eodē est naturalit' affectatiua. Boni naturaliter est appetitiua: ⁊ mali etiam fugitiua. Licet em̄ ex defectu liberi arbitrij quandoqꝫ malū appetat: synderesis semꝑ remurmurat atqꝫ reclamat/ q̄ naturalit' bonū amat. Anima em̄ vegetabilis diligit esse: sensitiua vero diligit bene esse/ sꝫ rationabilis appetit optimū esse: et ideo nō q̄escit quousqꝫ optimo se coniungit. Locus em̄ anime rationalis est deus: ad quē naturaliter moueꝛ: vt appetitus eius in eo quiescat. Ista possunt applicari ad quēlibet virū iustū spiritualem ⁊ religiosum: qui est aīa/ viuificator ⁊ forma/ perfectio et cōpletio corporis ecclesie quā frequētat. Iste em̄ debet dei imaginē per cōformitatē representare similitudinē oīm gerere: et se alioꝝ moribꝰ ꝯformare. j. ad Cor. ix. Oībꝰ oīa factus sum. Semel vero creatꝰ ⁊ ad ecclesiā gratiā vel religionem conuersus/ nō debet amplius retrocedere: sed in tali esse ꝑpetuo ꝑmanere. Deuto. xxiij. Qđ semel egressum est de ore tuo/ obseruabis. Res oēs debet appꝓhēdere ⁊ in laudē creatoris cōuertere/ ⁊ supra seipsum debet reflecti et conditionē propriā considerare ⁊ cognoscere/ ⁊ de se non de aliis iudicare. Matthei. xiii. Videte vosmetipsos. Qđ tamē est contra multos de quibus Bernard. in meditatio

nibus suis dicit. Multi multa sciūt: ꝛ seipsos nesciunt. Itē iste debet esse sicut tabula rasa ī qua nihil depingit̄ p indifferentiā volūtatis: vt scilicet mens sua nihil habeat ꝓprie voluntatis/ sed sit receptiua oīm que a deo vel prelato sibi impressa fuerint/ vel mandata. Sap. xvj. Unuiscuiusqꝫ volūtati deseruiēs ad qđ quisqꝫ volebat cōuertebat̄. Iste etiā inter bonū ꝛ malū debet iudicare ꝛ discernere/ bonū spōte et libere eligere/ malū dimittere et refugere/ esse/ bene esse/ et optimū esse/ debet querere/ et ideo optimo scilicet deo se debet cōiūgere/ ꝛ ī ip̄o solo quiescere ꝛ manere. Augu. Inquietū est cor meū dn̄e/ donec quiescat in te. Corpus vo qđ inhabitat. i. claustrū vel beneficiū qđ obtinet/ debet diligere/ et cū ipso coniungi personaliter appetere/ ꝛ ab eo nunqꝫ velle recedere/ sed ibi personaliter residere. Qđ tn̄ est cōtra religiosos vagātes/ ꝛ ꝯtra ecclesiasticos in suis beneficijs residere nolētes: cum tamē dicatur Matthei. vj. Quocūqꝫ
8 intraueritꝭ/ illic manete donec exeatꝭ. ¶ Una aīa rationalis vnū corpus sibi appropriat: ꝛ intrare aliud nō anhelat. Nunqꝫ eni inuenit̄ vna aīa duo corpa ihabitare/ imo vno contēta semp in ipso appetit latitare: quinimo qn̄ p mortē inde exire compellit̄/ ad vertendū ibidē continue inclinat̄: nec ex toto beatificat̄ quousqꝫ proprio corpore ī die iudicij induatur. Sic vere quelibet aīa rationalis. i. quelibet ꝑsona spiritualis vno corpore. i. vno beneficio debet cōtentari: nec ad plura inhabitāda corpora. i. plura obtinenda beneficia debet eius affectio dilatari: nec de corpore in corpus. i. de beneficio in beneficiū/ de statu in statū/ debet discurrere vel transferri: sed in corpore qđ primo despōsauit. i. in statu vel beneficio qđ primo obtinuit/ nisi sit aliud canonicū qđ obsistat/ debet ꝯtinue hospitari. Allega vt supra. §. precedēti. Cuius tamē contrariū faciūt ambitiosi: qui vident̄ sequi opinionē pythagore: qui posuit aīas trāsire de corpore in corpus: qꝛ scilicet isti semp volunt de beneficio in beneficium transuolare: contra illud Luc. x. Nolite trāsire de domo in domū. quia sicut dicit̄ Eccli. xxix. Uita nequam hospitandi de domo in domū. Uel ista oīa possunt dici de bona coniuge/ que illū cui ꝯiungitur: debet diligere: ꝛ cū ip̄o et cū nullo alio se tenere/ fidelitatē ei seruare/ ꝛ ad alios per adulteriū non transire. Etiam si corpus. i. maritus mortuꝰ fuerit/ debet aliū non querere: sed si continere valeat/ in viduitatis continentia permanere. Uel dic etiam de sanctis monialibus ꝙ ex quo corpus. i. monasterium intrauerunt/ nunqꝫ amplius debent appetere trāsire ad aliud corpus. i. ad aliū statū vel ad mūdū. Uel dic ꝙ aīa est mens nr̄a/ corpus est locus vbi habet habitare/ ꝛ maritꝰ quē habet despōsare/ est ipse deꝰ. Isti igit̄ debet perpetuo cohabitare: ꝛ ab ipso nō recedere: nec per pctm̄ ad alia corpora/ scilꝫ ad mūdum/ carnē/ vel diabolū se transferre. ps. Inhabitabo in tabernacula tua in secula. Qꝫ si casu aliquo/ scilicet p mortē peccati talem locū suum dimiserit/ debet redire ad ipsum appetere/ ꝛ quousqꝫ ad ip̄m per grām redierit/ non quiescere nec cessare. Hiere. iij. Patrē vocabis me: ꝛ post me ingre
9 di non cessabis. ¶ Anima in corpore triplicē exercet virtutem/ scilicet naturalē/ vitalē/ et aīalem. Naturalis autē est qua res generat/ et in esse producit/ qua etiā res nutrit/ ꝛ in esse custodit/ qua insup res augmētat/ et ad complementū ꝑducit. Uitalis est qua vitā sensitiuā corpori infundit/ qua cor et pulmonē mouere facit/ ꝛ qua anhelitū ꝛ pulsum mediantibus cordis spiritibꝰ introducit. Aīalis vero est qua motū volūtariū perficit/ qua sensum cōmunem ꝛ imaginationē causat/ ꝛ qua sensus particulares efficit et ministrat. Naturalis ergo virtus sedē habet ī hepate. Uitalis in corde. Aīalis vero in cerebro seu in capite. Per aīam possum intelligere deū: qꝛ sicut aīa regit corpus/ ꝛ in qualibet parte corporis est tota: sic deus regit mundum/ ꝛ in eius parte qualibet est totus. Dico igit̄ ꝙ cū in corpore eccl̄ie sint tria mēbra. i. tria genera personarum: scilicet hepar/ cor/ ꝛ cerebrum. i. cōiugati/ prelati/ et religiosi/ figurati Eze. xiiij. in illis tribus viris/ Noe/ Job/ Daniel: ipse deus istis mēbris triplicē administrat virtutē. Cōiugatis em̄ competit virtꝰ naturalis: qꝛ scilicet isti ꝓlis generatiōi/ agriculture/ ꝛ mūdi nutritiōi/ ipsiusqꝫ augmētationi ꝛ multiplicatiōi vacāt. Prelatis ꝯpetit virtꝰ vitalis. Isti em̄ ꝟbis ꝛ exēplis debēt corpus ecclesie viuificare/ spiritū gr̄e oibꝰ ministrare: ꝛ anhelitū deuotiōis/ pulsumqꝫ bone operationis/ in oībus generare. Religiosis vero ꝯpetit virtus aīalis. Isti enim corpus ecclesie ad bene operandū mouent/ et ibidem sensum discretiōis ꝛ compassiōis causant. Et sic dico ꝙ cerebrū. i. religiosi sunt in capite. i. in loco eminētioris ꝑfectionis/ vt deum iugiter cōtēplentur. Cor. i. prelati sunt in medio. i. in statu iustitie ꝛ iurisdictionis vt ad oēs equaliter ordinētur. Hepar vero. i. cōiugati sunt in infimo. i. in statu subiectiōis vt p ipsos oēs alij nutriant̄ et sustentent̄. Isti em̄ sunt tres status saluandorū: de quibus potest dicere dn̄s illud Ecclīasti. xxv. In tribus beneplacitū est spiritui meo. ¶ Cū
10 cōtinua attractio aeris sit virtuti vitali necessaria/ ita ꝙ sine ista nō potest aīal viuere/ nec in esse debito permanere/ istud tamē est verum ꝙ iste anhelitꝰ seu ista aeris attractio potest ex causis varijs impediri. Hoc em̄ accidit quādoqꝫ ex cerebri opilatiōe: vt in apoplexia. Aliquādo ex cordis lesione: vt ptꝫ in vulneratis. Aliquādo ex caloris ad interiora repercussione: vt patet in timidis. Quandoqꝫ ex pulmonis ꝑforatione: vt patet in ptisicis. Quādoqꝫ ex corporis repletione: vt patet ī submersis. Quādoqꝫ ex canalis seu thoracis obstructiōe: vt patet in asthmaticis. Quādoqꝫ ex cordis venenatiōe. Quādoqꝫ ex nimia caloris rarefactione/ sicut patet in his q̇ se in aqua calidissima balneauerūt. Quādoqꝫ ex nimia infrigidatione: vt patet in illis qui supra nauem dormiūt/ et morātur. His ergo et multis alijs modis impedit̄ anhelitus/ ꝛ deficit vitalis sp̄us seu virtus. Sic vere cum aeris. i. spiritussancti attractio/ que scꝫ fit per deuotionem ꝛ orationē/ sit oīno necessaria ad vite gratie conseruationem: istud tamen est verū ꝙ huiusmodi attractio oratio et deuotio multipliciter impedit̄. Et hoc procul dubio quādo cerebrū. i. sensus per ignorantiā opilat̄: quādo cor et mens vulnere inuidie vulnerat̄: quādo timor desperatiōis interius generatur/ et calor spei repcutitur et fugatur/ quādo pulmo. i. affectio perforat̄: et ad mūdana exterius aperitur/ qn̄ homo aquis. i. delicijs ꝛ diuitijs submergitur: et canalis cordis cōstringitur ꝛ replet̄: qn̄ aer. i. exterior societas corrumpit̄/ ꝛ quādo venenū male suggestiōis ad cor interiꝰ intimatur ꝛ profundat̄: quando nimio calore mali amoris aīa rarefit: et quando nimio frigore mali timoris nerui consciētie coarctant̄. Iste sunt em̄ quedā passiones ꝛ quedam vitia ꝛ infectiones que anhelitū deuotiōis impediūt: ꝛ que per mortē culpe/ ꝛ pene aīam suffocāt ꝛ occidūt: ꝛ vitā gratie sibi auferūt atqꝫ tollunt: qꝛ scilꝫ sicut dicit̄ Ezech. xviij. Anima que peccauerit/ ipsa morietur.

Capitulum Sextum de sensibꝰ in generali.

1 Sensus est actus virtutis sensitiue ipsius anime per quē apprehēdit formas rerū exterior̄. Et diuiditur sensus in cōmunē ꝛ particularē: qꝛ scilicet sensus cōmunis habet sedē in vētriculis cerebri: sensus vero particularis in mēbro deputati organi. Sunt ergo quinqꝫ sensus particulares/ qui cōi sensui famulātur/ res exteriores apprehēdendo: ꝛ ad sensus cōis iudiciū interius remittēdo. Sensus vero cōis intꝰ est in cerebro/ de rebꝰ acceptis ꝛ apprehēsis iudicādo ꝛ discernēdo. Habet autē iste sensus cōis tres cellulas ī cerebro sicut tres sedes in quibus diuersimode operat̄/ scilꝫ primā ꝛ anteriorē/ vbi vtitur apprehēsiua: secūdam ꝛ mediā/ vbi vtitur iudicatiua ꝛ cognitiua: posteriorem ꝛ vltimā/ vbi vtitur memoratiua/ sicut per oīa dicit Johānicius/ ꝛ Cōstantinꝰ. Sic vere in corpore ecclesie est dare sensum particularē et cōmunē: pro eo qꝛ ad ip̄m pertinet de cōmuni vtilitate tractare. Sap. vj. Equaliter est illi cura de oibꝰ. Quilibet vero officialis est sensus particularis: ad quē pertinet de particulari negocio cogitare. Eccl̄iasti. xxxviij. Unusqsqꝫ in arte sua sapiens est. Ad istos ergo sensus particulares. i. sensatos officiales ꝑtinet exteriora negocia recipere/ ꝛ ea intꝰ ad sensus cōmunis. i. ad prelati iudiciū reportare/ qui scilꝫ ipsa debet apprehēdere ꝛ audire: ꝛ tandē ipsa discernere ꝛ iudicare: et finaliter memorie cōmendare. qꝛ videlicet ad ad prelatum pertinet tres habere cellulas. i. discretionis ꝛ prudētie gradus/ videlicꝫ imaginatiuā seu fantasticā/ qua imaginet̄ quid est faciēdum de futuris et necdū expletis. Rationalē seu logisticā/ qua ordinet et iudicet de presentibus ꝛ propinquis. Memoratiuā vero qua recordet̄ de pre-

teritis: vt sic accedat verbũ senece dicẽtis. Si prudens fuerit animus tuus: tribus tẽporibus dispensetur. Futura preca ue. presentia ordina. preterita memorare. Uel dic ꝙ sensus cõmunis potest dici ratio cuiuslibet: que scilicet debet habere istas tres cellulas. i. istos tres discretionis gradus.

2 ¶ Sensus particulares sunt quinqꝫ in corpore ꝑ quos oĩa particularia ab aĩa cognoscuntur: qꝛ scd̃m Aristotelem: Oĩs cognitio nr̃a incipit a sensu. Isti autem sunt / visus qui iudicat de coloribus. Auditus qui iudicat de sonis et de vocibus. Gustus q̃ iudicat de saporibus. Olfactus qui iudicat de odoribus. Tactus qui iudicat de solidorꝫ conditionibꝰ. Sic vere aĩa debet habere quinqꝫ sensus spũales: videlicꝫ visum prudentie / auditũ iustitie / gustum et odoratũ tẽperantie / tactũ vero fortitudinis ⁊ potẽtie. Uel dic ꝙ ecclesia debet habere visum. i. hoĩes contẽplatiuos. Auditũ. i. bonos auditores / ⁊ iustos iudices ⁊ p̃latos. Gustum. i. hoĩes spũales et deuotos. Odoratũ. i. hoĩes prouidos ⁊ discretos. Tactũ. i. hoĩes laboriosos: et in actiue opibꝰ expertos: et sic isti figurabuntur. j. Mach. ij. in quinqꝫ filijs matathie qui contra hostes israel viriliter pugnauerũt. Uel dic ꝙ quinqꝫ sensus anime sunt visus discretionis. Auditus obedientie et subiectionis. Odoratus meditatiõis. Gustus deuotiõis. Tactus ꝯpassionis. Et sic ista erit sicut probatica piscina / que habebat quinqꝫ porticus. Joannis. v.

Capitulum Septimum de visu.

1 Visus est sensus subtilior ⁊ nobilior inter sensus et ideo remotiora potest ꝑcipere: et de obiectis coloribus a longe iudicare. Iste ergo sensus in diuersis aĩalibus diuersimode se habet: qꝛ scilicet in quibusdã aĩalibus ad visum cooperatur claritas / sicut in aquilis: ⁊ in quibusdã obscuritas / sicut in catis: in q̃busdã vero mediocritas / sicut ĩ vespertilionibꝰ et noctuis. Sic vere cũ visus et virtus cognitiõis ⁊ discretionis sit inter alias virtutes nobilior / ꝓ eo scilicet qꝛ quecũqꝫ remota sue subiacẽt potestati (quia scilicet homo potest visu intellectus sui cogitare et iudicare nõ solũ de presentibꝰ ⁊ mũdanis: verũ etiam de rebus remotissimis: infernalibꝰ scilicet et supernis) istud tamẽ verũ est qꝛ visus discretiõis in varijs varie variatur. Aliqui em̃ bene vident in die / ⁊ male in nocte ⁊ in obscuritate negociorũ seculariũ: qꝛ scilicꝫ sagaces sunt in spũalibus: ignari in temporalibus. Unde isti sunt quibꝰ dicitur Mar. xiij. Uidete vigilate et orate. Aliqui vero sunt ecõuerso: qui scilicet bene vidẽt in nocte negociorum tẽporaliũ: male vero in die et claritate negociorũ spũalium / sicut sunt cati. i. mũdi sapiẽtes: qui ad insidiandũ muribus. i. pauperibꝰ semꝑ vacant: ita ꝙ isti possunt dicere illud psalmi. Nox illuminatio mea in delicijs meis. Aliqui vero sunt mediocres: qꝛ videlicet mediocriter se habẽt ad vtrũqꝫ: qꝛ nec ex toto volũt diem spiritualiũ: nec ex toto noctem temporaliũ: sed cum vtroqꝫ volunt participare: et de quolibet aliquid cogitare: sicut sunt simplices seculares q̃ more vespertilionũ modicũ habent de spũalium lumine: ⁊ tñ nõ ex toto sunt in peccatorꝫ ⁊ terrenorũ caligine. Joã. xij.

2 Adhuc lumen modicũ in vobis est. ¶ Ad visum formãdũ requiruntur multa. s. virtutis interioris operatio: organi seu oculi dispositio: aeris atqꝫ luminis illuminatio: anime circa actum attentio et meditatio: rei vise presentatio ⁊ oppositio: ipsiusqꝫ rei proportionata distantia vel remotio: ipsius etiã rei stabilitas vel saltem mediocris motio: ipsius insuꝑ rei soliditas et grossa incorporatio: ipsius etiam rei quantitas / ⁊ debite magnitudinis ꝓportio: tẽporis mora ⁊ alicuiꝰ spatij ordinatio. Et sic a parte hominis videntis sunt tria: scilicet virtus / organum / attẽtio. A parte vero rei vise sunt quinqꝫ: scilicet rei presentia / debita distantia / stabilitas / soliditas / ⁊ quãtitas. A parte vero exteriorũ sunt tria: scilicet tempus / aer / ⁊ lux. Ista igitur per §. distinguemꝰ. Dicamꝰ ergo ꝙ ad hoc ꝙ oculus bene videat / tria debẽt cõcurrere: scilicet ꝙ organũ sit bene dispositũ: ꝙ virtus nõ sit impedita: ⁊ ꝙ attentio adhibeatur / alibiqꝫ nõ diuertatur: qꝛ scilꝫ dato ꝙ obiectũ sit p̃sens / homo tamẽ non videt illud nisi attẽdat: qꝛ scilꝫ attẽtio est illud qđ coniungit animã cũ re visa. Est etiã necessariꝰ aer qui deferat speciẽ rei vise ad oculũ Lux illustrãs et aerẽ et rem visam. Et tẽpus. i. mora infra quã aĩa iudicet de obiecto. Aĩa em̃ subito non iudicat dato ꝙ res anime subito se opponat. Sic vere ad debitũ iudiciũ cognitiõis discretiõis ⁊ discussionis de aliq̃ re faciẽdũ necessaria sunt plura: videlꝫ virtꝰ interior. i. naturalis sensus et discretio. Item dispositio oculi. i. mentis disposita conditio: vt scilicet nõ sit ibi alicuius fauoris vel odij excecatio. Item attentio mẽtis. i. debita diligẽtie adhibitio: qꝛ scilicet qui bene vult iudicare vel inter res discernere: necesse est ꝙ sit diligens et attẽtus. ij. Parali. xix. Sit timor dei vobiscũ: et cũcta cum diligentia facite Dañ. ix. Attende et fac. Item est necessaria aeris exterioris. i. bonorũ sociorũ ⁊ consiliariorũ adiutoriũ et delatio. Nullus em̃ est ita sapiẽs quin bene indigeat aere rerum species deferente. i. auxilio aliorũ / iudicio suo sana cõsilia ministrante. Ecclasti. xxxij. Fili sine consilio nihil facias. Item est necessaria tẽporis fluxio ⁊ dilatio. i. more ⁊ deliberationis adiectio: qꝛ scilicet nullus potest bene iudicare: nec rei veritatẽ subito eligere vel videre. vnde Senec. in ꝓuer. Diu deliberãdũ est qđ semel statuendũ est. Unde aplꝰs. j. ad Corin. xvj. Nolo vos modo in trãsitu videre. Itẽ necessaria est lucis diuine presentia et interpositio: qꝛ procul dubio visus recti iudicij nõ perficitur nisi oculus. i. persona iudicans / ⁊ aer. i. consiliarius deferens / luce diuine gratie illustretur. Alias em̃ nec iste bene iudicabit / nec ille bonum cõsilium ministrabit. Joã. xj. Qui ambulauerit in die: nõ offendit: qꝛ lucẽ mũdi huiꝰ videt. Qđ bene ptꝫ in peccatoribꝰ ista luce carẽtibus: q̃ de rebus discrete nesciunt iudicare. Exẽplifica quo modo vis.

3 ¶ Ad hoc ꝙ de re visa verum iudiciũ habeatur: necesse est ꝙ res visui presentetur: item ꝙ res nõ sit nimis oculo propinqua: nec ab ipso nimiũ elongetur. Item necesse est ꝙ illa res sit firma et solida / non aerea seu ꝑuia / immo visus ꝑ ipsam transiens / ipsam nõ videre propter raritatẽ dinoscitur ⁊ probatur. Itẽ necesse est ꝙ res sit vel ex toto stabilis / vel mediocriter mobilis. Quando enĩ aliquid velociter mouetur nunq̃ꝫ de eius forma ꝓprie iudicatur: sicut patet de ligno lõgo vel gibboso: qđ videtur rotũdum si velociter moueatur. Item necesse est ꝙ res sit alicuius quãtitatis: ita em̃ modica esse posset ꝙ nullatenus visui subiaceret. Et sic ergo dico ꝙ sex sunt que visum perturbãt / ⁊ que visus distinctionẽ ⁊ cognitionẽ tollũt: videlꝫ rei absentia / rei nimis lõginqua distãtia: rei nimis rara ⁊ ꝑuia transparentia: rei etiã nimis parua existẽtia: rei insuꝑ nimis mobilis apparentia. Procul dubio istis sex modis videtur impediri visus recti iudicij vel vere discretiõis in oculo cordis nostri. Et primo quidẽ propter absentiã ignorantie. Ignorãtia em̃ facit nobis res absentes: qꝛ oĩs res q̃ ignoratur / itellectui absens est. Res ergo absentes et ignoratas videre nõ possumus / ⁊ ideo necesse est ꝙ res presentialiter sciẽtialiter videamus / ad hoc ꝙ de ipsis notitiã habeamus. Quod est cõtra illos qui male de absentibus et ignoratis iudicant / ⁊ qui causas presentialiter nõ examinãt seu tractãt: quos scꝫ exẽplariter videtur dñs reprehẽdere Geñ. xviij. vbi auditui videtur credere noluisse / sed visualẽ presentiã adiecisse / dicẽs. Clamor Sodomorũ ⁊ Gomorreorũ multiplicatus est: descendam et videbo vtrum clamorẽ qui venit ad me / opere ꝯpleuerint. Itẽ dico ꝙ visus recti iudicij impeditur propter propĩquitatẽ affectionis et amicitie. Res em̃ immediate superposita oculo nõ videtur: qꝛ pro certo quãdo aliquis oculo cordis nostri per nimiũ affectũ superponitur / defectus eius seu cõditio nõ cognoscitur nec videtur: immo ꝙ plꝰ valet q̃ꝫ valeat iudicatur. Unde Senec. in ꝓuer. Amans q̃d cupiat scit: quid sapiat nõ videt. Itẽ impeditur visus iste propter remotionẽ odij inuidie ⁊ displicẽtie: quia pro certo quãdo aliqua persona seu etiam aliqua res est a corde nostro ⁊ ab affectu remota / ⁊ a nobis per extraneitatẽ vel odiũ elongata: bonitatẽ ipsiꝰ nõ videmus: nec de ipsa debite iudicamꝰ. Et inde fit ꝙ extraneos et remotos contẽnimus / et respectu familiariũ ipsos modicũ reputamꝰ: sicut faciũt illi p̃lati q̃ solos ꝯpatriotas promouẽt / alios autem nõ vidẽtur respicere vel videre. ps. Oculos habent ⁊ nõ videbũt. Igitur necesse est ꝙ persona nec per affectũ sit propinqua: nec per odiũ remota / ad hoc ꝙ proprie cognoscatur. Item impeditur recti iudicij visus propter prauitatẽ hypocrisis ⁊ false apparentie. Aer em̃ nõ potest videri: quia nõ est solidus sed transparẽs. Sic vere proditor / falsus amicus / vel hypocrita / qui nihil habet solidi-

tatis/multū vero raritatis/fictiōis et vanitatis: nunq̄ꝫ pro-
prie videtur aut cognoscit̄: qꝛ semper est aliud q̄ꝫ credat̄: qꝛ
pro certo tales nullo modo volunt videri vl̄ cognosci. Job
xxiiij. Obseruat caliginē: dicens/nō me videbit oculus. et
operiet vultū suū. Res ergo debet esse solida. i. homo debet
esse verus/fidelis et firmus: ad hoc ꝙ de eo possit iudicare
sensus humanus. Item impedit̄ propter mobilitatē incon
stantie. Aliqui em̄ sunt ita in moribꝰ mobiles/inconstātes
et instabiles/ꝙ homo nō potest ipsos cognoscere vel vide-
re. Job. xxiij. Si me vertā ad dexterā/nō videbo illū. Item
impedit̄ iste visus propter modicitatē sufficiētie: ⁊ istud fit
qñ res est ita parua. i. ita modice ꝟtuosa ꝙ homo nescit de
ea iudicare. Joā. xvj. Modicū ⁊ iam nō videbitꝭ me. Ista
igitur sunt sex cause que impedīūt iudiciū ratiōis. Uel ista
possunt dici de visu mīe diuine: qui ꝓ certo impedit̄ sex mo
dis/qꝛ procul dubio deus nō dignatur oculo mīe videre il-
los qui sunt absentes: scilicꝫ extra domū ecclesie: sicut sunt
infideles. Item illos qui sunt nimis propiqui: scilꝫ per pre-
sumptionē: sicut sunt illi qui se reputant deo ꝓpinquos/de
proprijs meritis presumētes. Item illos qui sunt nimis lō
ge per peccatū: et qui longe a deo recedūt per obstinationē
et desperationē. Item illos qui sunt rari et trāsparētes per
falsitatē et hypocrisis vanitatē. Item illos qui sunt nimis
mobiles per animi leuitatē ⁊ per inconstantie fluxibilitatē
Item illos qui sunt nimis parui per fidei modicitatē ⁊ per
imperfectā virtutū quantitatē. Tales em̄ non videt oculus
diuinus: nec ipos ad salutē respicit sue mīe aspectu. Eze. 8.
Dereliquit dn̄s terrā: ⁊ dn̄s nō videt nos. qꝛ ꝓ certo iste solū
videt oculo sue mīe illos qui ꝑ fidē sunt presentes: illos qui
per humilitatē mediocriter sunt distātes: illos qui per veri
tatē sunt solidi: illos qui per perseuerantiā sunt stabiliti: ⁊ il
los qui virtutū dimēsionibus sunt ꝯpleti: vt sic quilibet ta-
lis dicat illud psalm. Uidit dn̄s et misertus est mei: factus
4 est protector meꝰ. ¶ Sicut dicit Seneca vbi tractat de iri
de: nihil est acie nostra fallacius: et inde est ꝙ super oēs sen
sus faciliter decipit̄ sensus visus. Et sic aliquādo videt̄ cir
culus in candela: aliquādo videtur vna res moueri que est
stabilis: sicut existēti in naui videt̄ ꝙ littora moueant̄: sicq̄ꝫ
vna res videtur due. Qd̄ contingit quattuor modis sicut
ponit Uincētius. causas tamē omitto: qꝛ nimis sunt diffici
les et profunde. Et breuiter cause istorum fallaciū visuum
sunt in ipso oculo non in rebus: et ipse motus quē in littore
esse credimus/in nobis est qui in nauicula fluctuamꝰ. Ge-
neraliter autē ista accidunt ꝓpter aliqualē humoris grossi
interpositionē/ vel propter motū spirituū et perturbationē.
Sic vere visu et iudicio nostro nihil est incertius aut falla-
cius. Decipitur em̄ aut propter nimiā affectionē/et tunc vi
detur nobis ꝙ vna res est due: qꝛ scilicet bonū illorū quos
diligimus/duplex q̄ꝫ sit putamus. Aut propter mentis tur
bationem/ ⁊ ignorātie corruptionē/vel inuidie aut odij tur
bationē: qꝛ scilicet tunc nos esse stabiles respectu alioꝝ cre
dimus: alios vero respectu nostri vanos ⁊ mobiles estima
mus/cū reuera motus iste et morū defectus sit in nobis/et
nō in illis: tamē nos ipsum esse credimus in alijs/nō in no
bis. Naturale em̄ est sicut dicitur: ꝙ in quo quis insanit/in
eodē credat alios īsanire. Homo em̄ scd̄ꝫ se alios iudicat: ⁊
scd̄m conditionē propriā/alioꝝ conditiones mēsurat: iuxta
cōsilium Pilati: dicentis. Accipite eū ⁊ scd̄m legem vestrā
5 iudicate. ¶ Quādo spiritus visibilis ⁊ imago rei vise in ce
rebro mouet̄/tunc visus decipit̄: qꝛ homini videt̄ ꝙ oīa mo
ueantur: ⁊ sic cōtigit illis qui diu circūierunt: qꝛ etiā postq̄ꝫ
steterint/ videtur eis ꝙ circūeant vniuersa. Spiritus enim
cerebri mouet̄: ⁊ ideo motū illū qui in se est/esse in alijs opi
natur. Sic etiā cōtingit homini qui trāsit fluuiū quādo ali-
quo flatu aque supficies fuerit mota: tūc enim videtur sibi
ꝙ ipse currat/vel ꝙ equus suus labat̄ aut fugiat/vel ꝙ ipse
se moueat/seu cadat/dato ꝙ immobilis tunc ꝑsistat. Spe-
cies em̄ rei vise/scilicet aque que est in motu/dū oculo p̄sen
tatur: spiritū visibilē mouet: sicq̄ꝫ talis species sic mobilis
per ipsum ad sensum ꝯmunē defertur: ⁊ sic sibi videt̄ ꝙ mo-
tus qui est i aque supficie/in seipō efficiat̄. Ista possunt ap-
plicari ad duo genera peccatorū in quibus visus recti iudi
cij est corruptus. Sunt em̄ quidā qui secūdum se iudicant
alios/⁊ quidā qui scd̄m alios iudicant semetipsos. Qꝛ scilꝫ
illi qui circūeunt ꝑ vitia ⁊ peccata/ꝓpter motū et turbatio
nem sue discretionis et sue estimatiue ꝟtutis (que scilꝫ mo
tibus malorū desideriorū turbatur) alios q̄ꝫq̄ꝫ bonos et sta
biles/esse varios ⁊ mobiles ⁊ circūeuntes per vitia opinan
tur: sicut superiꝰ iā est dictū. Psalm. In circuitu impij am-
bulāt. Econtra autē quidā sunt qui qꝛ vident totā supficiē
aque. i. totā ꝯgeriem vite humane fluere ꝑ peccata/⁊ malo-
rum vitam finaliter currere ad tormēta/illi procul dubio il
lud idem estimāt de seipsis: et dū alios fluere ꝯsiderant/se
ipsos posse stare desperant: ⁊ in damnationē eternā necessa
rio se casuros cogitāt atq̄ꝫ putāt. Eze. xiij. Uidēt vana: ⁊ di-
uinant mēdacium/ait dn̄s. ¶ Infinite alie illusiones ⁊ de 6
ceptiones fiunt circa visum: ⁊ potissime in diuersis generi-
bus speculorū: q̄s longū est ponere/quas etiā nec Uincētiꝰ
in speculo naturali: nec magister in libro de proprietatibꝰ
rerum ponūt/et ideo ipsa omittere volui quo ad p̄sens. in li
bello em̄ Petri de ceperia qui intitulatur de oculo morali
inuenies de visu multa notabilia extracta de scientia ꝑspe
ctiua: de quibus nōnulla posui in tabula quā cōposui in ti-
tulo de oculo/et in titulo de videre. Uide etiā infra de ocu
lo: vbi multa.

Capitulum Octauum de sensu auditus.

Ensus auditus in aurium organis suum sorti- 1
tur effectū: pluraq̄ꝫ ꝯcurrunt et reqrūtur ad hoc
ꝙ debite exerceat actū. Requirit̄ em̄ virtus in-
terior bene disposita ad sonum iudicādū/requi
ritur auris exterior bene operata ad sonum reci
piendū/requiritur aer ad sonum deferendū/requirit̄ atten
tio ad sonū iudicio anime presentandū: tēpus etiā ad deli-
berādum. Ista possunt dici de auditoribus ⁊ iudicibus: qꝛ
scilicet quinq̄ꝫ requirūtur ad hoc ꝙ causas audiant debite
atq̄ꝫ iuste: scilicꝫ virtus iustitie interioris: auris flexibilis et
facilis audiētie exterioris: aer consilij sanioris: attentio di-
ligentie potioris: tempus seu mora deliberationis pruden
tioris. Expone diffusius sicut supra eodē. §. v. vbi ista expo-
nuntur de visu. Matth. xiij. Qui habet aures audiēdi/au-
diat. ¶ In aure est os petrosum/durū/tortuosum/⁊ siccū/ 2
cooperans ad auditū: qꝛ scilicet aer ibi melius cōfringitur
et sonus fortior generat̄: sicut ponit Cōstantinus ꝙ campa
ne melius sonāt flante borea q̄ꝫ flante austro propter aeris
siccitatem. Sic vere ad hoc ꝙ audiamus sonum verboꝝ ⁊
mandatorū dei: ⁊ etiā sonū ⁊ voces pauperū egenorū/ mul
tū cooperat̄ ꝙ in aure cordis os petreū. i. duritiā iustitie di
uine habeamus. Eccli. xxviij. Sepi aures tuas spinis. Qꝛ
pro certo iste sonus melius nobis sonat si boreas diuini ti-
moris nos iduret: q̄ꝫ si auster mūdane ꝓsperitatꝭ nos emol
liat. Uel dic ꝙ sonus precū nostrarū melius sonat in auri-
bus dei quādo borea ⁊ frigore tribulationum percutimur:
q̄ꝫ quādo austro ꝓsperitatis mollimur. ¶ Sonus venit ad 3
auditum per multas reuolutiones: qꝛ primo fit in loco vbi
percutitur: ⁊ post ad alium locum refringitur. Et sic postq̄ꝫ
in aere multas reuolutionis fecerit: vltimo ad auditū per-
uenit et attingit. Et inde est ꝙ quādo super lignum percu-
timus: ictum non statim audimus: licet ipm̄ subito videa-
mus. Tardius em̄ agit auditus q̄ꝫ visus: ⁊ ideo videmꝰ ce
lerius q̄ꝫ audimꝰ. Ista possunt applicari ꝙ magis mouent
exempla q̄ꝫ verba: qꝛ scilicet magis mouēt iudiciū ratiōis
illa que exemplariter videmus/q̄ꝫ illa que verbaliter audi
mus. Unde Seneca epl̄a. vj. Homines amplius oculis q̄ꝫ
auribus credūt: longū em̄ iter est per precepta/breue ⁊ effi
cax per exēpla. Illa enim que audiunt̄/ non semꝑ sunt ve-
ra: qꝛ scilicet de vno ad aliū perueniūt: et per multas reuo-
lutiones transeūt/et ideo minoris fidei et credulitatis exi-
stūt. Unde cato. Rara fides ideo est: qꝛ multi multa loquū
tur. Secus autē de aspectu et visu qui īmediate venit ad
oculū. Et ideo breuiter melius est ꝙ exēplis predicemꝰ ⁊ ꝙ
in nobisipsis virtutes alioꝝ oculis ostēdamus/ q̄ꝫ ꝙ verba
eorum auribus exponamus. Matth. v. Uideant opera ve
stra bona. Uel ista etiā possūt dici de iudicibus: qui tarde
debent credere audita/faciliter vero visa. Uel dic ꝙ quan
do aliqua mala dicuntur de nobis vel de vxore ⁊ familia/
ista vltimo ad nostrū perueniūt auditū. Totus em̄ aer/to-
ta vicinia/et tota patria plena est sono infamie/anteq̄ꝫ ve-
niat ad auditū nostre notitie. vn̄ Seneca. Ultimi mala do

4 mus nostre cognoscimus. ¶ Auditus quādoq₃ patit̃ ex vitio cerebri/quandoq₃ ex vitio auriū/q̄nq₃ ex corrosione vermiū/et quādoq₃ ex horrore sonorū: sicut in egypto superiori in loco vbi nilus oritur/ex maximo fragore hoïes surdi fiebāt: quapropter secundū solinum/ a regiōe illa penitus recesserūt. Ista ergo oïa sensum auditus vel inficiūt vel molestant. Sic auditus noster turbatur quādoq₃ a vermib⁹.i. a detractorib⁹ ⁊ corrosoribus/ iniuriatorib⁹/quādoq₃ a fragore alicui⁹ horribilis infamie alioꝝ ⁊c̄. Vide titulo de auribus circa finem.

Capitulum Nonum de sensu olfactus.

1 Olfactus sensus est quo inter odores discernimus/ et quo in bonis odorib⁹ delectamur/malos vero refugimus et horremus. Odor eñ rei primo a re per aera euaporat. Aer vero tali odore imbutus/ ipm ad nasum portat: et ipm in cauernulis narium/anime iudicio repñsentat: qui si bonus est animā delectat/si vero malus/ ipam afficit ⁊ molestat. Talis est virtus discretionis. Ista eñ diiudicat de fetore vel odore.i. de infamia ⁊ fama aliorū. A substantia eñ cuiuslibet.i. a vita et moribus resoluit̃ odor fame: qui tandem in aere.i. in vicinia propinqua miscet̃/⁊ tādē ad nares discretionis nr̃e seu ad olfactū nostrū ꝑuenit et defert̃. Isto ḡ si bonus fuerit/ delectamur: et exēplo ad bñfaciendū inducimur ⁊ cōfortamur: si ꝟo mal⁹ fuerit/ꝯturbamur: ⁊ aliq̄n ex tali exēplo īficimur ⁊ grauamur: q꞉ ꝓcul dubio bona fama pōt esse causa boni/⁊ mala mali. Cāti.j. Odor vestimētorū

2 tuorū sup oïa aromata. ¶ Sensus olfactus summe viget i quadrupedibus. solo eñ odore discernūt inter herbas salutiferas et nociuas. Potissime autē viget in simia: que ante omnia cibū odore tentat. in cane: qui odore predā inuenit. in vulture: qui cadauera etiā vltra mare odoratur ⁊ sentit/ scđʒ Isido. li. xij. c. viij. Homo inter aïalia valde male odoratur: qđ forte fit ꝑpter cerebri humiditatē scđm Aristo. Sic vere odoratus discretionis ⁊ deuotionis spūalis/qua scʒ inter bonū ⁊ malū discernitur/ et qua bonū eligit̃ ⁊ malū dimittit̃: magis hodie viget in bestijs q̄₃ hoïbus.i. in laicis q̄₃ ecclesiasticis: et simplicibus q̄₃ in sapientibus: q꞉ scilicet isti odore deuotionis suauitatē cibi eucharistie prosequūtur/predā eterne glorie inuestigant atq₃ sequūtur: ⁊ cadauer mortis christi presentiunt/et meditant̃: dicētes christo illud Canti.j. In odorem vnguentorū tuoꝝ curremus. ⁊c̄. Reliqua vide de naso ⁊ odoribus in titulis suis.

Capitulum Decimum de sensu gustus.

1 Gustus est sensus cui⁹ est lingua propriū instrumētum. Nerui enim in lingua ⁊ in eius porosa substātia existētes/mediāte humore saliuali cibi saporē accipiunt: et ad aïe iudiciū referūt: sicut est de alijs supradictū. Est autē hic sensus summe vtilis ad indiuidui conseruationē. Isto eñ mediāte corp⁹ nutritur: isto vero vel corrupto vel ablato vis enutriua deficit/et tota natura corporis dissipatur. Per istum sensum possum intelligere cōpassionis virtutem/que ꝓcul dubio discernit inter dulcedinē prosperitatis/ ⁊ amaritudinem aduersitatis alioꝝ: vt scilicet ipsis cōgaudeat in prosperis/⁊ condoleat in aduersis. Mediāte enim neruo colligatiuo charitatiue dilectionis/mediāte saliua gr̃e ⁊ deuotionis/gustus pietatꝭ ⁊ cōpassionis perficit̃: per quē aïa nutritur virtutib⁹ et auget̃/et sine qua non crescit in virtutib⁹ nec complet̃/nec in esse gr̃e cōseruat̃. Bene ergo dicit apostol⁹ cū dicit.j. ad Timo. iiij. Pietas ad oïa vtilis est. Vel dic ꝙ gustus est deuotio ⁊ cōtemplatio: ꝑ quas dulcedo diuina et sapor et suauitas eterne glorie bibitur et gustat̃/et amaritudo vitiorum et terrenoꝝ cōtēnitur et horretur. ꝑs.

2 Gustate et videte: q̄m suauis est dñs. ¶ Gustus quādoq₃ i corpore corrumpit̃ vel aufert̃: in tātum ꝙ dulcia/amara et insipida sentiunt̃. Qđ quādoq₃ fit ex organi gust⁹ infectione/et ex alicuius corrupti humoris adiunctione/sicut fit in febricitantib⁹. Quādoq₃ fit ex sanguinis mēstrualis fumosa spiratione: vt patet in nouiter cōcipientib⁹: in quib⁹ appetitus mutat̃/et gustus inficit̃/ita ꝙ carbones eis sapiūt: et boni cibi desipiūt. Quādoq₃ ex alicuius dulcis degustatione: vt patet in illis qui fructus dulces comedūt: quibus nō sapit postmodū vinum bonū ⁊c̄. Sic vere gustus ⁊ complacentia bonoꝝ spūalium inficit̃ et corrumpit̃ multis modis: videlicet ex febri ⁊ calore cupiditatis et auaritie: item ex sanguine carnalitatis ⁊ luxurie: item ex potu ⁊ ex amore dulcedinis ꝓsperitatis ⁊ terrene affluentie. Ista enim oïa gustum deuotiōis nostre inficiūt: et saporem inuenire in rebus spūalibus nō permittūt. Quapropter etiā tales qui in gustu verbi dei/penitentie et eucharistie/ et aliorū bonorū spiritualiū non delectātur: nunq̄₃ gustu eterne glorie finaliter recreant̃. Luce. xiiij. Dico autē vobis q꞉ nemo virorū illorū qui vocati sunt/gustabit cenā meā. Vide infra de cholera. §. vltimo ⁊ infra de matre. §. iiij. Et vide ĩfra de lingua vbi inuenies de gustu.

Capitulū Undecimū de sensu tactus.

1 Tactus scđm Auicēnam est vis ordinata in neruis totius corporis ad cōprehendēdum qđ tangit. Est etiā tactus ille sensus quo nos cognoscimus calidū a frigido / humiduʒ a sicco/ lene ab aspero/molle a duro/leue a pōderoso. Et habet iste sensus istud propriū: q꞉ cū alij sensus propria instrumēta et organa habeant/iste ad mēbra oïa se diffundit: ⁊ in toto corpore diffusus existit/quinimmo etiam oēs alios sensus concomitatur /et eis etiam cooperatur. Et licet iste sensus videat̃ alijs grossior: est tamē pro maiori parte ipsis vtilior/q꞉ scilicet tactus potest esse sine alijs sensibus: alij autē esse nequeunt sine ipso. Nullus eñ sensus proprie de suo obiecto iudicaret/nisi rem sensibilē tāgeret et sentiret. Per istū sensum tact⁹ possum intelligere illā discretionē quā habemus de rebus que mētem nostrā comprimūt atq₃ tāgūt. Et sic dico ꝙ iste est sensus passiuus: quo percipiunt̃ violētie tactuū actiuorum. Quia igit̃ tria sunt que nos tangūt/ scilʒ miseria proximoꝝ/afflictio tormentorū/⁊ horror et detestatio vitiorū: possum dicere ꝙ per sensum ⁊ aduertētiam talium tactuū/possunt intelligi tres virtutes/scilicʒ tactus cōpassionis quātum ad primū. Tactus patientie et tolerationis quātum ad scđm. Tactus doloris et cōpunctionis quo ad tertiū. Cōpassio eñ sentit proximoꝝ miserias. Toleratio sentit turbatoꝝ molestias. Cōpunctio sentit vitiorū nequitias. Per tales eñ sensus et tact⁹ sentim⁹ ⁊ cognoscimus quid est frigiditas et siccitas pauptatie: asperitas et duritia aduersitatis: ponderositas vero et grauitas iniquitatis. Et ecōuerso ꝑ istos possum⁹ sentire quid est calor dilectionis: humor ⁊ lenitas benigne cōsolationis: mollities et leuitas ꝓsperitatis ⁊ mūdane subuētionis. Ideo de isto triplici tactu potest intelligi illud psalm. ꝙ de⁹ respicit terram: et facit eam tremere: tangit mōtes: ⁊ fumigant. Dico ergo ꝙ licet alij sensus spūales ꝓpria organa.i. proprios status ⁊ ꝑsonas sibi vendicēt: q꞉ scʒ visus discretiōis est in clericis/auditus iustitie in prelatis/odoratus contēplationis in religiosis/gustus clemētie in laicis: tactus tamē iste/scilicet compassio/compūctio ⁊ aduersorū toleratio debet esse cōmunis vniuersis. Job. xx. Man⁹ dñi tetigit me. Et ideo talis tactus passiuus.i. talis perceptio taliū exteriorū et interiorum dolorū / licet sit alijs virtutib⁹ minus nobilis/ est tamē ad salutē magis vtilis. Quos eñ dñs compunctione cōpassione vel correctione tetigerit: ipsos pro certo saluos faciet/⁊ curabit: sicut habemus ꝑ decursum euangelij vbi christus per tactū/mutum sanauit. Mar. vij. Expuens tetigit linguā ei⁹ ⁊c̄. Leprosum curauit. Luce. v. Tetigit eū dicēs: volo mūdare. Mortuū suscitauit. Luce. vij. Tetigit loculum dicēs. Adolescēs tibi dico surge. Quia ꝓ certo qui a deo cōpassiōe miserorū/et compūctione peccatoꝝ/ ⁊ afflictione tormentorū bene tangit̃/recte per cōfessionē loquit̃: a lepra peccati curat̃: ⁊ a morte ꝑpetua liberat̃. ¶ Sensus

2 tact⁹ ledit̃ multis. q̄nq₃ eñ ex toto amittit̃/vt in mēbris paralyticis. Quādoq₃ intercipit̃: vt quādo cōtigit ꝑpter opilationem neruorū spiritū libere non transire/et sic mēbra contingit obdormire/et tactū amittere : vt patet in apoplexia: vbi patiens etiam combustionē ignis nō sentit . Quādoq₃ ab exteriori ledit̃: vt quādo digitus frigiditate aeris taliter cōstringitur ꝙ tactū vel puncturā sentire nō videt̃. Quandoq₃ etiā propter incisionē vel corruptionē partiū impedit̃: q꞉ scilicet mēbrum corruptū vel precisum nihil sentire quādo tangit̃ cōprobatur. Sic vere sensum cōpassionis ⁊ cōtritionis perdit peccator multis modis: scilʒ q̄nq₃ propter pa

ralysim auaritie: que scilicet cõtrahit manus ne det elemosynas. Quãdoqȝ propter apoplexiã supbie: que scilȝ est morbus capitis: ⁊ facit cadere. Nõnqȝ propter congelationẽ indeuotionis ⁊ pigritie: que scilȝ cõstringit digitos ne faciãt bonum. Quãdoqȝ etiã propter corruptionẽ luxurie: et quãdoqȝ propter abscisionẽ desperatiõis/et obstinate malitie. Tales eñ: scȝ auari/ supbi/ pigri/luxuriosi/et obstinati/sensum cõpassionis vel cõtritionis non habẽt/et ideo tactum diuine correctionis vel aliene afflictiõis/seu etiã prelati vł pdicatoris/monitiõis vel redargutiõis: necnõ futuri ignis inferni ⁊ dãnationis non sentiũt neqȝ vident. Prouer.xxiij. Uerberauerũt me/ sȝ nõ dolui: traxerũt me: et ego nõ sensi.

3 ¶ Per tactũ potest intelligi quecũqȝ cõiũctio vel etiã operatio. Res eñ que tangit aliã/iũgitur cũ eadẽ: etiam cũ aliquid facimus/tãgẽdo illud facim⁹. Sed de tali tactu actiuo nihil ad presens: qꝛ hic solũ agitur de sensu tactus passiuo ⁊ perceptiuo/de quo vide in multis huius operis §. ⁊ capitulis vbi agitur de tangi vel sentire.

Capitulum Duodecimũ de spiritibus.

1 Spiritus est quedã substãtia aerea virtutes corporis excitãs ad suas peragendas actiones: vt dicit in li. de spiritu et aĩa. Et generatur spiritus scd̃m medicos in hepate a sanguine per fortem caloris ebullitionẽ/et ipsius sanguinis in aereã substantiã conuersionẽ. Est autẽ triplex spũs in corpore: scilicȝ naturalis/vitalis/⁊ aĩalis. Naturalis est ille primus q̃ in hepate generatur: ⁊ vtutẽ naturalẽ regit/⁊ ei dominatur/et p eius adiutoriũ corpus nutritur et augmentatur. Uitalis autem est ille idem qui ad cor transiens amplius depuratur/⁊ in vitalem spiritũ mutatur/et per arterias diffusus/vitã ⁊ pulsum operatur. Animalis autẽ est ille idẽ qui ad cerebrũ missus/ibi amplius depuratur/⁊ in aĩalem spiritũ conuertitur: virtute cuius sensus ⁊ motus toti corpori ministratur. Per istas tres species spirituũ possum intelligere tres species grãrũ/videlicet gratiã preuenientẽ/cooperantẽ/et pficientẽ. Gratia eñ gratis data seu preueniens est sicut spũs naturalis/ qꝛ scilȝ facilis est ad habendũ ac si naturaliter haberetur. Minus etiã pfecta est alijs: qꝛ ista nõ sufficit ad salutẽ. Faciliter eñ euaporat/⁊ in nihilũ cedit. ps. Exibit spũs eius/ ⁊ reuertetur in terram suã: in illa die peribunt oẽs cogitationes eorũ. Gratia vero gratũ faciens et cooperans est spũs vitalis: que scilicet vitã anime tribuit: ⁊ pulsum bonoꝝ affectuũ introducit. Eze.j. Spirit⁹ eñ vite erat in rotis. Gratia autem pficiens ⁊ cõsummãs est spũs aĩalis: qꝛ scilicet ista est que sensum discretionis pficit/ ⁊ motũ bonorum operũ cõtinuat ⁊ custodit: que spũalia facit sapere: ⁊ motũ bonoꝝ operũ cõsũmare. Sap.vij. Optaui/et dat⁹ est mihi sensus: inuocaui/⁊ venit in me spiritus sapiẽtie: ⁊ preposui illũ regnis ⁊ sedibus: ⁊ diuitias nihil esse dixi in cõparatiõe illi⁹. Quia pro certo illi qui spiritũ sapientie/ gratie ⁊ perfectionis habent/respectu eius equiparabile nihil putãt. Isti ergo spũs ⁊ iste gratie/ vtutes nostras naturales ad bonũ excitant: vt scilicȝ scd̃m deũ actus suos exerceant atqȝ agãt. Una etiã in aliam conuertitur: qꝛ scilȝ de gratia gratis data fit gratia gratum faciens: tandem in gratiam cõsummantem per maiorem decoctionẽ dilectionis conuertitur et mutatur. Econtra autẽ nunqȝ fit istoꝝ spirituũ reciprocatio: qꝛ scilȝ ex quo quis ad gradũ perfectionis ⁊ grẽ cõsummãtis potuerit attingere: nunqȝ debet ad alios gradus min⁹ perfectos qui precesserant retroire. ps. Spũs vadens ⁊ non rediens. Uel dic q̃ isti tres spũs significãt tres virtutes theologicas: scilȝ spem: que est sicut spũs naturalis. Naturale est eñ sperare bonũ. Charitatẽ: que est sicut spũs vitalis: ista eñ dat vitam grẽ. Fidẽ: que est sicut spũs aĩalis: a quo scilicȝ sensus ⁊ sapientia ⁊ rerũ ad salutem notitia oriũtur.

2 ¶ Spũs in corpe scd̃m mẽbra qb⁹ cõiungitur/diuersa diuersimode operatur. Per totũ enim corp⁹ diffusus/diuersis mẽbris se incorporat/⁊ scd̃m mẽbrorum diuersitatẽ operationes diuersas peragit ⁊ pertractat. Et sic dico q̃ in hepate cooperatur virtuti naturali: ĩ corde vtuti vitali: ĩ capite vtuti sensuali: ĩ oculo vtuti visuali/⁊ sic de alijs. Nõ est eñ aliqd mẽbrũ ĩ corpe q̃n ibi spũs human⁹ aliqs exerceat actiones secũdum ipsoꝝ mẽbrorum varias dispositiones ⁊ cõditiones scd̃m Auicẽnã ⁊ Cõstantinũ. Procul dubio per istum spũm humanũ: qui est quedã substantia aerea in neruis et venis ⁊ arterijs cõstituta/possum intelligere spiritũsanctũ: qui aereus pp̃ter puritatẽ ⁊ propter spiramẽ grẽ potest dici. Iste ergo per oĩa mẽbra. i. per oẽs status corporis ecclẽe diuersimode se diffundit/et diuersas grãs et virtutes in diuersis peragit et effundit. Iohe.ij. Effundã de spiritu meo super omnẽ carnẽ. Et sic dico q̃ isto spiritu mediante in hepate. i. in viris misericordibus/et inferiorib⁹ secularib⁹/est virtus naturalis: ⁊ ista est clementia seu pietas: qua scȝ alij per eos nutriuntur. In corde. i. in viris deuotis et feruẽtibus abũdat virtus vitalis. i. gratia et charitas. In cerebro. i. in viris discretis ⁊ prudẽtibus abundat virtus aĩalis. i. sapiẽtia ⁊ sciẽtiarũ multiplicitas. Et breuiter per istũ spm̃ habet ecclesia vel aĩa visum fidei/odoratũ spei/auditum obediẽtie/gustum deuotiõis ⁊ gratie/ tactũ cõpassionis/motũ bone operationis/loquelam cõfessionis/sensum pfecte discretionis. Et ideo bene dicit apostolus. j. ad Corin.xij. q̃ diuisiones gratiarũ sunt: vnus autem spiritus diuidens singulis prout vult. Alij enim per spiritum datur sermo sapientie/alij sermo scientie ⁊c̃.

Capitulum Decimũtertium de pulsu.

1 Pulsus est effectus spirit⁹ vitalis: qui nihil aliud est q̃ȝ motus arteriarũ/ex cordis dilatatiõe ⁊ cõstrictiõe causatus. Propter qd̃ ipsi⁹ cordis dispositio in pulsu optime declaratur/et ideo pulsus brachiorũ a medicis tãgitur: vt cordis cõplexio cognoscatur. Talis pulsus significat opera vel affect⁹: que pcul dubio ab ipso corde originaliter exeunt: et scd̃m dilatationem amoris/vel cõstrictionẽ timoris ipsius cordis/pulsant exterius ⁊ procedũt. Prudens ergo medicus et prelatus/subditoꝝ pulsus ⁊ operatiões debet palpare/examinare et tangere: vt sic possit cordiũ ipsorum dispositionem cognoscere vel videre: quia procul dubio scd̃m q̃ volũtas interius bene vel male disponitur: scd̃m hoc pulsus exteriorum operum ordinatur. Ideo cuilibet sic tangẽdo ⁊ examinando debet medicus seu prelatus dicere illud Geñ.xxvij. Accede ad me vt tangã te si tu es filius meus.

2 ¶ Medicus tangit pulsum in brachio. Qd̃ fuit magis congruũ ⁊ honestũ. Est eñ locus public⁹ ⁊ exposit⁹/ q̃ sine verecũdia põt tãgi. Uerecũdũ eñ eẽt secretiores corpis partes tãgere: et ideo ordinatum fuit vt pulsus brachij tangeretur. qd̃ scilicet sine vtriusqȝ verecũdia tangitur/ ⁊ vbi etiam pp̃ter cordis propinquitatem cordis dispositio melius declaratur. Medicus est cõfessor vel prelatus. Iste igitur quãdo in cõfessione vel alias tangit ⁊ examinat infirmũ pctõrem: vt scilȝ sciat dispositionem cordis sui/et debitũ remediũ apponat/non debet tangere verecũdas partes. i. nõ debet inquirere de secretis verecũdis peccatis: sed solũ debet tãgere brachia. i. opera vel vitia manifesta. Si eñ apud simplices de talibus vitijs inqreretur: delinquendi occasio prestaretur. Qd̃ etiã de predicatore dico: qꝛ scȝ tangere debet vitia publica: nõ occulta: ne forte si priuata delicta ⁊ eorũ cõditiões detegat/simplicib⁹ necdũ talia expertis occasionẽ tribuat. Esa.lij. Pollutum nolite tãgere. Etiã de iudice ⁊ prelato potest dici q̃ reum nõ debet tangere vt cõiter nisi in mẽbris manifestis ⁊ in criminibus obiectis: nõ de illis que nesciuntur: ne forte propter reuelationẽ alicuius occulti scãdalũ oriatur. Mich.vj. Non q̃ras iniquitatẽ in domo impij.

3 ¶ Pulsuũ varie sunt diuersitates: qꝛ scilȝ pulsus aliquando est fortis/ aliquãdo debilis/aliquãdo dur⁹/aliquãdo mollis/ ⁊ sic de alijs. Isti tamẽ pulsus multis modis ⁊ occasionib⁹ variãtur: et ĩ diuersis diuersimode disponuntur. Et inde est q̃ pulsus est fortior ĩ viris q̃ȝ in feminis: in calidis q̃ȝ in frigidis: in siccis q̃ȝ in crassis. Pingues eñ fortem pulsum nõ solẽt habere: ⁊ hoc propter frigidiorẽ complexionem: et propter arterie in carne occultationem. Item fortior est in iuuentibus q̃ȝ in senibus: quia pro certo pulsus ex maiori calore in iuuenib⁹ augetur: et ex etatis frigiditate in senibus debilitatur. Fortior etiã est in hyeme q̃ȝ estate/qꝛ scȝ in estate pp̃ter dissolutionem feruoris virtus fit debilis: que in hyeme propter adunationẽ fit fortis. Sic vere cũ multe sint pulsuũ. i. operationum ⁊ affectionũ interiorũ diuersitates: istud verũ est q̃ iste meliores ⁊ fortiores existũt in viris. i. in virilibus/ virtuosis/⁊ fortibus: in calidis. i. in deuotis charitatiuis et

amore dei feruētibus: in macilentis.i.in pauperib⁹ ꝛ absti-
nentibus: in iuuenibus.i.in puris nouis ꝛ innocentibus: in
hyeme.i.in tribulationū frigore viuētibus ꝛ conuersantib⁹
ꝙ in illis qui contrarie sunt cōditionis: et qui modice sunt
perfectiōis: qꝛ procul dubio pulsus operationū et affectuū
mollis est et debilis in feminabus.i. in hoibus mollibus ꝛ
effeminatis. In frigidis.i.in tepidis indeuotꝫ ꝛ pigritia cō
gelatis. In pinguib⁹.i.in diuitib⁹ deliciosis ꝛ dilatatis. In
senib⁹.i.in viris in malis moribus induratis. In estate.i.in
prosperitate viuētibus/et ardore cōcupiscentie inflāmatis
Ista em̄ oia/videlicꝫ estas/ꝓsperitas/senectus/male con-
suetudines/pinguedo deliciarū/frigiditas indeuotionis/ꝛ
femineitas imꝑfectiōis/ pulsum operum ꝛ affectuū mollifi
cant ꝛ diminuūt: et valorē ꝛ fortitudinē tollunt: qꝛ breuiter
de talibus potest dici illud Sap.iij. Opera eorum inutilia
4 et labores sine fructu. ¶ Homo dormiens pulsū habet par
uum/ꝛ tardū: post somnū vero propter caloris confortatio-
nem pulsum habet fortē/velocē ꝛ magnū. Sic ille qui dor-
mit in delicijs et vitijs huius mūdi/ pulsum affectiōis ha-
bet tepidum/paruū et tardū: sed postꝙ de tali somno p pe
nitentiam surrexerit: pulsus sue orōnis/affectionis ꝛ opera
tionis/ maior ꝛ fortior apparebit. Calor em̄ charitatis ꝛ fer
uoris/ex somno peccati precedēte efficitur fortior: qꝛ scilicꝫ
scḋꝫ apostolū ad Ro.v. Ubi abūdauit delictū: ibi abūdauit
gratia tādē maior. Uel dic ꝙ somnus est deuotio/post quā
5 pulsus cordis ꝛ affectus cōsueuit crescere ꝛ vigere. ¶ Bal
neum tēperatū pulsum fortificat ꝛ cōfortat. Si vero aqua
in calore excedat/sicut fit in illis qui bulliunt: pulsus celer-
rimus efficit/ꝛ ex euaporatione spirituū virtus totaliter ex-
tinguitur/et mors sequit. Sic vere illi qui balneantur in tē
perato balneo deuotionis vel lachrymose compunctionis/
pulsum affectus solent temperatū/fortē et viuacem habe-
re: qꝛ scilꝫ tales in bonis affectibus ꝛ operibus solēt precel-
lere ꝛ vigere. Illi vero qui in excessiuo balneo mundi deli-
ciarum se balneant: pulsum malorū desideriorū ꝛ operū ci-
tum habent: qꝛ scꝫ mundi delectabilia plus debito deside-
rant et affectant. Prouer.xx. Desideria occidunt pigrum.
6 ¶ Ista igit excerpta et extracta de tribus primis tractati
bus huius libri/ vbi scilꝫ agitur de deo angelis ꝛ aīa ꝛ eius
virtutibus/quātum ad presens spectat negociū/sufficiant:
qꝛ ꝗuis multa ibi sint alia / ista tamen sola visa sunt mihi
moralizabilia ꝛ ad mores applicabilia. Nūc ergo ad mora
lizandū illa q̄ ad cōpositionem corporis humani et mēbro-
rum pertinent/manū mittamus: ꝛ hic sub vno tractatu de
qualitatibus ꝛ humoribus/de membris hoīs/et etatibus/
necnon de sex accidentibus sanitatem cōseruātibus/et cō
sequēter de infirmitatib⁹ sanitatē destruētib⁹ ꝑstringam⁹.

Capitulū.xiiij.de humani corporis cōpositione.

1 De humani corporis ꝛ partiū eius proprietatib⁹
tractaturi/ ab elemētaribus qualitatib⁹/ꝛ quat
tuor humoribus ex quibus cōstat corpus huma
num/est primitus inchoādum. Quattuor itaꝙ
sunt elementa/et quattuor elemētares qualita-
tes ex quibus constituit omne animatū corpus/ꝛ maxime
corpus humanū/ qḋ inter aīata corpora est nobilissimū/et
nobilissimis operationibus deputatū: vtpote anime ratio-
nalis organū/ipsius actionibus ordinatū. Ex quattuor em̄
elementis constare dignoscit: scilꝫ igne/aere/aqua/ꝛ terra/
et ex istorum elementorū quattuor qualitatibus principali
bus ordinat/scꝫ calore/humiditate/frigiditate/ꝛ siccitate.
Caliditas em̄ qualitas est ignea/humiditas aera/frigidi-
tas aquea/siccitas terrea. Ista em̄ quattuor sūt que corp⁹
in esse constituūt/ipmꝙ ꝗdiu īsimul ꝓportionate fuerit/ in
esse suo custodiūt ꝛ componūt. Reuera sicut homo exterior
corporalis format exterius: sic etiam spūaliter loquēdo/ ho
mo interior ꝛ moralis format interi⁹. Quia em̄ moralis ho
mo est organum nobilissime forme/scꝫ anime/hoc est dictu
diuine gratie que animat mētem nostram: ideo necesse est
ꝙ nobilissime formet/ꝛ ꝙ a multis virtutibus informet. Di
co igit ꝙ in cōpositione eius spirituali et morali debēt con
currere quattuor elemēta/et q̄ttuor qualitates ab eis depē
dentes. Quattuor em̄ elementa sunt/ignis.i.ardor charita
tis. Aer.i.nitor puritatis. Aqua que cōgelat et refrigerat.i.
timor diuine maiestatis. Terra que oia sustinet ꝛ fundat.i.
fundamentū humilitatis. Ab istis em̄ quattuor spiritalib⁹
elementis oriuntur quattuor qualitates pīcipales.i.quat-
tuor virtutes cardinales. Ab igne em̄ charitatis ꝓcedit ca
liditas iustitie/que scꝫ est feruida per rigorem. Ab aere pu-
ritatis procedit humiditas scientie et prudentie/que scili-
cet est clara ꝛ lucida per splendorem. Ab aqua diuini frigo
ris ꝛ timoris procedit refrigerium tēperantie. A terra vero
fundamētalis humilitatis procedit siccitas fortitudinis ꝛ
constantie. Res em̄ sicce magis sunt fortes et durabiles ꝗ
humide. Istis ergo quattuor virtualib⁹ qualitatibus inte-
rior homo noster: scilicꝫ mens ꝛ conscientia componit: ꝛ ad
susceptionem anime.i.diuine grē disponit ꝛ formatur. Qḋ
bene figurat Eze.j. in illo mirabili aīali qḋ habebat quat-
tuor facies ꝛ quattuor pēnas. Quattuor em̄ facies sunt q̄t-
tuor virtutes originales/scꝫ charitas/innocētia/ timor/hu-
militas. Quattuor autem pēne sunt quattuor virtutes car-
dinales: scilicet iustitia/prudentia/temperantia/fortitudo.
Exo.xxv. Facies quattuor circulos aureos p quattuor ar-
ce angulos. ¶ De quattuor qualitatib⁹ due sunt actiue/et 2
due passiue. Actiue em̄ sunt caliditas et frigiditas. Passi-
ue autem sunt humiditas ꝛ siccitas. Istarū enim qualita-
tum actione ꝛ passione corpus humanū regit/ꝛ tota ei⁹ cō-
ditio variat. Sic vere de calore charitatis/ꝛ frigiditate di
uini timoris/ ꝛ humiditate clemētie ꝛ dulcoris/et siccitate
abstinētie ꝛ squaloris/moralis homo cōponit: ꝛ istarū ꝟtu-
tum actionibus ꝛ passionibus tota aīe cōditio ordinat.

Capitulum.xv.de calore seu caliditate.

Calor seu caliditas est quedam elemētaris qua 1
litas/summe actiua/ ꝛ diuersorū effectuū in cor
poribus inductiua. Ista est em̄ oīm que nascun
tur generatiua: inferiorum ad superiora reducti
ua: compactorꝫ dissolutiua: durorū remollitiua:
mollium vero ꝛ liquidorū induratiua. Per caliditatē enim
cūcta generabilia generātur. Patet in vere/vbi calor solis
adueniēs facit herbas/flores/ fruct⁹ ꝛ folia generari. Etiā
quādoꝙ fit ꝙ per calorem celestem rane sursum in nubib⁹
generant. Item per caliditatem infima ad superiora redu
cunt. Calor em̄ de terra ꝛ aqua fumos ꝛ vapores dissoluit/
ꝛ cum motū habeat a centro ad circūferentiā/ ipos sursum
secum eleuat ꝛ extollit: ꝛ primo in substātiam aeream/tan-
dem igneam cōuertit. Item per istum calorē metalla que
dura sunt/dissoluūtur ꝛ molliuntur: illa vero q̄ liquida sunt
per cōsumptionē partium subtiliorꝫ remanētibus terrestri-
bus indurantur: sicut patet in ouo liquido per calorē igneū
indurato. Procul dubio talis calor videtur esse feruor cha-
ritatis ꝛ diuini amoris: vel etiam ipse spūssanctus/qui dici
tur ꝛ calor ꝛ amor. Quia pro certo talis calor solet in viris
iustis generare virtutū ꝛ bonorū operum vbertatē ꝛ perfe-
ctionem. Inferiores vero.i.terrenos ꝛ mūdanos/ꝛ hic infe-
rius circa terrena detentos/solet sursum eleuare/ꝛ trahere
ad celestiū affectionem. Cōpactos ꝛ obstinatos solet dissol
uere per cōtritionem ꝛ cōpunctionem. Liquidos aūt/mol-
les ꝛ carnales solet indurare ꝛ solidare per cōstantie et pa
tientie roborationē/ꝛ per perseuerātie durationē. Ideo be-
ne dicit apostol⁹. Ephe.iij. In charitate redacti/ꝛ fundati:
vt possitis cōprehēdere cum oībus sanctis/que sit latitudo
longitudo/sublimitas/ꝛ profundū. Uel dic ꝙ caliditas est
cōcupiscentia mūdana: qꝛ pro certo ista est que vitiorꝫ quā
titatem generat: ꝛ ranas garrulitatis in aere cōsciētie cau
sat: sursum per superbiam eleuat: fortes/duros/ et in bono
compactos dissoluit et debilitat: molles vero/ teneros et
misericordes ꝛ pios per parcitatem constringit/ ꝛ per cru-
delitatem indurat: subtilesꝙ partes bonorū affectuū ꝛ gra
tiarum et virtutū euaporare faciens: terrestres auaritie ap
petitus in corde retinet ꝛ reseruat. Job.xlj. Cor eius indu-
rabit quasi lapis: ꝛ stringet velut malleatoris incus. ¶ Ca 2
lor solet materiā in quā agit subtiliare: nititur em̄ ipam ma
teriam spūalem facere/ꝛ ideo nō cessat eam rarefacere/dis
soluere et dilatare/et ad simplicitatē reducere/et in ignem
vel aerem subtiliare: sicut patet in glacie: que primo per ca
lorem dissoluit: ꝛ tandem si fortius agat/bullire compellit:
et sic in fumū ꝛ aerem cōmutat. Talis est calor charitatis/
vel etiam spūssanctus: quia procul dubio omnē materiam
in quā agit.i.omnē mentē quā calefacit/nititur in spūalem

reducere/puram ⁊ simplicē facere/ et in naturā aeream et igneam.i.puram/claram/sanctā/⁊ lympidā immutare. Et ideo iste primo dissoluit per contritionem: dilatat per dilectionem: bullire facit per bonorū desideriorū affectionem: et sic in aerem ipsam conuertit/per bonam moralē conuersionem et mutationē. Quod etiā de calore tribulationum potest intelligi: q̄r scilꝫ iste facit occasionaliter oīa supradicta. Job.xxviij. Lapis solutus calore in es vertit̃. Uel dic de calore cōcupiscentie: que primo dissoluit per delectationes: dilatat ad mundi bona per ambitiones: bullire facit ꝑ malas affectiones/⁊ sic mētem euanescere facit per vanitates ⁊ elationes.ad Ro.j. Euanuerunt in cogitationibꝰ suis ⁊ obscuratū est insipiens cor eoꝝ. Caliditas est naturaliter purgatiua: vt ptꝫ in auro ⁊c̄. Uide de auro/⁊ de igne/⁊ quomodo aurum per ignem non minuit̃ sed purgat̃.

3 ¶ Caliditas est accidentaliter corruptiua: vt est videre quando calor plus dissoluit q̄ꝫ consumat: vt patet in cumulo frumenti aqua asperso / vbi calor inclusus aquā resoluit in humidā fumositatē/que grana tacta remollit/ et ea putrefacit ⁊ corrūpit. Talis calor est malus amor/q̄ scꝫ cor calefacit multipliciter ⁊ inflāmat. Iste eñ mētem in quā agit/solet corrūpere/et in vitiorū putredinem cōmutare. Quādo eñ inuenit aquā et humorē mollis affectionis in hoīe/ statim solet eam in malos appetitus resoluere: qui resoluti grana virtutum solent inficere ⁊ corrūpere: ⁊ ibidē vitiorū putredinem generare.ij. Petri.iij. Celi magno impetu transient: elemēta vero calore soluent̃. Uel ista possunt allegari contra multos qui plus dissoluūt q̄ꝫ consumere possunt.i. qui plura et ardua negocia solent incipere q̄ꝫ possint sine debito terminare: quia vt cōmuniter corruptio ⁊ defectꝰ solet in talibus apparere. Exodi.xviij. Stulto labore consumeris: vltra vires tuas est negociū.

4 ¶ Caliditas est naturaliter alleuiatiua. Humiditas eñ per calorē cōsumit̃ / ⁊ sic pōdus materie minorat̃. Etiā ꝑ actionē caloris ipa humiditas partim in spūs cōmutatur/ per quoꝝ multiplicationē corpus amplius leuiatur: ⁊ inde est q̄ corpora aīaliū viuentiū sunt incōparabiliter leuiora/q̄ꝫ corpora mortuoꝝ. Qđ fit ꝑpter calorem ⁊ spm̄ contentum in arterijs ⁊ in venis. Corpora etiā post prādium sunt leuiora q̄ꝫ ante: ⁊ hoc propter calorē qui per cibum in corpore confortat̃: ⁊ qui occasione cibi digerēdi/fortius roborat̃. Sic procul dubio amor dei feruorq̄ꝫ deuotionis facit hoīem spūalem/agilem atq̄ꝫ leuem: ita q̄ faciliter potest per bona opera ⁊ per obedientiā currere/⁊ sursum per affectionē ⁊ contemplationē ad celestia se leuare. Iste eñ calor humiditatē carnalitatis cōsumit/⁊ spūs bonarum affectionū generat et ꝓducit: ⁊ sic mentem leuem ⁊ agilem facit/et pondus peccati ⁊ male cōsuetudinis minorat atq̄ꝫ tollit. Nihil eñ est amore leuius: nihilq̄ꝫ faciliꝰ aut promptius. Ideo bene dicit̃.j.ad Cori.xiij. q̄ charitas oīa credit / omnia sperat/ oīa sustinet ⁊c̄. Et inde est q̄ illi qui sunt viui per grām / ⁊ prāsi seu cibati per doctrinā ⁊ sciētiā sunt mortuis ⁊ ieiunis.i.peccatoribus ⁊ virtutibus vacuis magis leues/⁊ ad obediēdum/⁊ bene operādum/⁊ celestia ascēdendum et affectandū magis agiles atq̄ꝫ fortes: et ad sustinēdū ⁊ supportandū ipsis p̄latis ⁊ socijs minꝰ graues. Cuius tamē cōtrarium in mortuis.i.in peccatoribus inuenit̃: quoꝝ vita grauis ⁊ importabilis cōperit̃. Sap̄.ij. Grauis est nobis etiam ad videndū: q̄m dissimilis est alijs vita eius. Uel etiā istud potest intelligi de leuitate spūalis paupertatis: q̄r pro certo quādo calor charitatis abundat: tunc humorem bonoꝝ temporaliū per elemosynas consumit: et alleuiat ab onere terrenorū. Sicq̄ꝫ fit q̄ quando quis ꝑ gratiam est viuificatus/⁊ per doctrinā vel per eucharistiā bene cibatus/magis solet esse vt cōiter a terrenis alleuiatus. Actuū.xxvij. Satiati cibo alleuiabant nauem: proijciētes triticū i mare. Uel ista possunt dici de malo amore ⁊ feruore: qui facit hoīem leuem ⁊ incōstantem/⁊ nihil difficile vel graue reputantem. Uel potest etiā dici de diuitibus bonis qui quādo sunt diuitijs satiati/ tunc solent magis esse a vitijs alleuiati/et calore charitatis amplius confortati. Uel etiam dic in malo/q̄ illi qui diuitijs satiant̃/amplius ꝑ incōstātiā alleuiant̃/et minus per dei timorem premunt̃ et aggrauant̃. Esa.ix. Alleuiata est terra zabulō ⁊ terra neptalim ⁊c̄.

5 ¶ Caliditas est aliquotiens aggrauatiua. actione eñ sua habet poros aperire/partesq̄ꝫ subtiles et leues cōsumere/⁊ spiritus qui sunt causa corporee leuitatis/euaporari facere/ ⁊ exterius a corpore trahere ⁊ educere: ⁊ sic in corpore ponderosam grauedinē generare. Et ista est ratio quare corpora sunt magis ponderosa ⁊ laxa in estate q̄ꝫ in tempore hyemali. Ista oīa facit calor ⁊ feruor mali amoris/vł etiam cupiditas tam carnea q̄ꝫ terrena. Mētem eñ grauē pigram ⁊ pōderosam/⁊ ad bona opera inhabilē ⁊ ineptam faciunt/subtilesq̄ꝫ partes.i.grām et deuotionē consumunt/ poros sensuū ⁊ affectuū ad mundana aperiunt: ⁊ sic spūs et virtutes qui causa erāt spūalis leuitatis/euaporare faciūt: ⁊ sic retinēdo partes terrestres.i.appetitus terrenoꝝ/ vitiorum grauedinē introducunt/⁊ hoīem grauem ad bene operandū faciunt/ipm̄q̄ꝫ pigrū ⁊ desidē constituūt. qđ bene videtur figuratū Joā.iiij. vbi ventus vrens ⁊ calidus percussit virentē hederam: que fuit protinus arefacta.

6 ¶ Caliditas naturalis est coloris rubei ⁊ purpurei in corporibus generatiua: sicut patꝫ in rosis et in corporibꝰ sanguinee cōplexionis: in q̄bꝰ ex diffusione caloris per mēbra color rubeus generatur. Caliditas vero innaturalis est palloris ⁊ nō rubedinis effectiua: sicut etiā patet in rosa q̄ in fumo sulphuris posita statim ruborē amittit/⁊ in colorē pallidum se cōuertit. Calor naturalis est charitas ⁊ contritio. Calor vero innaturalis est carnalitas ⁊ cupiditatꝭ inflāmatio. Q̄r pro certo calor dilectionis ⁊ ardor cōtritionis solent rubore honestatis ⁊ verecūdie generare: ⁊ ꝑ honestam cōuersationē totam hoīs superficiem colorare. Econtra vero caliditas innaturalis/scilꝫ carnalis vel mundialis cōcupiscētia/⁊ maxime q̄n sibi adiungunt̃ opa/solēt rubore verecūdie tollere: et pallorem inhoneste cōuersationis inducere/et totā hoīs superficiem offuscare. Threñ.iiij. Obscuratū est aurum: mutatus est color optimꝰ.

7 ¶ Caliditas tēperata causa est conseruationis/viuificationis ⁊ vegetationis: sicut patꝫ de calore naturali: quo mediante corpus viuificat̃/cibus digeritur/et sanitas custodit̃. Calor vero intēperatus ⁊ excedēs/ totum contrariū facit: q̄r scꝫ materiā in quā agit/vsq̄ꝫ ad vltimū dissoluit/et finaliter destruit ⁊ consumit. Sic vere calor ⁊ ardor tribulationū si sit tēperatus/proficit: vitāq̄ꝫ gratie/et digestionē seu compositionē morum ꝑficit/et sanitatem anime custodit. Si vero vltra debitū excedit/solet mētem per pusillanimitatē dissoluere/humorē deuotionis cōsumere/et sic per desperationē vniuersam morū substantiā deuastare. Uel ista etiā possunt dici de correctiōe tēperata et excessiua. Uel dic q̄ calor tēperatus est charitas et cōtritio/que sanitatē anime custodiunt. Calor autē excedēs est cupiditas/et luxuria/⁊ iracundie inflāmatio/que bona oīa destruūt et cōsumunt.ij. Pe.iij. Elemēta calore soluentur.

8 ¶ Calor tēperatus/acetosa ⁊ amara cōuertit in dulcia: vt patet in fructibꝰ maturatis. Excedens vero et intēsus dulcia conuertit in amara: vt est videre in humoribus/vbi sanguis dulcis in cholerā ꝯuertitur: ⁊ in aqua maris/ vbi per actionē caloris/partes subtiles euaporant/terrestres vero in salis substantiam conuertunt̃. Sic facit moderata correctio et contritio: q̄r peccatorē amarum cōuertit in dulcē hominē/bonū et iustum. Si vero excesserit/tunc per desperationem ipsum absorbebit/ et partes subtiles/ scilicꝫ spem ⁊ deuotionem euaporare faciet: et eum de dulci in amarū.i. de iusto in impiū cōmutabit. Threñ.j. Et ipsa repleta amaritudine.

9 ¶ Calor naturaliter est fructuum maturatiuꝰ/et quāto calidior est regio/ tanto est fructuū citius ad maturitatem productiuꝰ: et in ipsis amplioris dulcedinis causatiuꝰ. Est etiā calor multarū nobilium formarum tam naturalium q̄ꝫ accidētalium de potentia ad actū eductiuus: sicut patet de metallis/ que actione caloris de duris lapidibus educunt̃: de vitro/qđ per caloris violentiā de cineribꝰ generat̃: ⁊ etiā de fructibus/qui calore mediante de potentia arborum procreant̃. Talis calor est charitatis feruor vł cōtritionis ardor/vel spūssancti vigor. Iste eñ quādo abūdat in homine/maturitatē prudentie solet inducere: dulcedinem deuotionis solet efficere: et de ipsa materia.i. de ipa volūtate que more materie est formarū oīm susceptiua/nobiles formas bonorū morum solet educere: ⁊ ibidē metalla virtutū interioꝝ: vitrū.i.claritatē conditionū exterioꝝ: fructus etiam operationū vtiliorꝫ solet efficaciter generare.

Uel ista expone de calore et ardore correctionis et tribula
tionis/cuius impulsu homines maturantur/et ad pruden-
tiam conuertuntur: quia sicut dicitur Esa.xxviij. Uexatio
dat intellectum. Et per cuiꝰ actionem forme virtutum/ab
ipsis informibus peccatoribꝰ educũtur. Unde illud predi-
10 ctum Job.xxviij. Lapis solutus calore in es vertit. ¶ Ca
lor solet in aere multas impressiones generare/⁊ ibidem ꝑ
vapoꝛum attractionẽ/nunc nubes/nunc pluuiam/ nũc vẽ-
tum/nunc grandinem/nunc fulmen/nunc tonitruum face
re et creare. Sic vere calor cupiditatis temporalis/vel ar-
dor voluptatis carnalis/vel etiam furor ire et crudelitatis
mentalis/solet in aere cõscientie multas impressiones dia
bolicas introducere. Nã ꝓ certo ibidẽ generatur a tali ca-
lore pluuia voluptatis/nubes ignorantie ⁊ obscuritatis/vẽ
tus vanitatis/grando proteruitatis/fulmẽ crudelitatis/to
nitruum discordie et rixositatis.ps. Ignis grando nix gla-
11 cies spũs procellarꝫ ⁊c. ¶ Calor semꝑ vult sursum tẽdere/
et ideo corpora calida solent motũ suũ sursum a centro ad
circũferentiam facere/ et nunꝗ̃ nisi violenter inferius resi-
dere. Patet in igne: qui semꝑ sursum ascendit/⁊ in oleo: qđ
1 SAnguis eſt humoꝛ calidus et humidus/in coꝛde vel in hepate generatus/in venis et arterijs per totum coꝛpus diffuſus/et ad mēbꝛoꝛum nutrimētum ⁊ vitam oꝛdinatus. Et ideo ſcđm Iſidoꝛum ſanguis dicit̄ greca appellatiōe ꝙ vegetet et ſuſtentet/vitāqꝫ in aīalibus ꝯfirmet. Et ideo ſanguis ſcđm Conſtantinum dicit̄ amicus nature:qꝛ pꝛopter perfectā decoctionē ſuā ipſi nature eſt amicabilis/ laudabilis/ atqꝫ ſuauis. Talis ſanguis eſt ſanguis Chꝛiſti/vel memoria ipſius/et diuine paſſionis cōpaſſio. Quia pꝛo certo iſte eſt qui in coꝛde ⁊ cogitatione/in hepate et affectione cōtentus/ipſam animā viuificat atqꝫ nutrit / ipſamqꝫ confirmat in vita gratie et cuſtodit. Et ſic ipſi anime que per ipm̄ redempta eſt/amicū et amicabilē ſe oſtendit. Uel dic ꝙ ſanguis eſt diuina gratia / que nature.i.anime eſt amicabilis ⁊ amica. Ipſam enim nutrit ſpūaliter et vegetat:⁊ in bono fortificat ⁊ cōfirmat. Eze.xvj. In ſanguine tuo viue. 2 ¶ Cū ſanguis inueniatur in coꝛpoꝛe tā in arterijs qͣ̄ in venis : ille tamē ſanguis qui i arterijs reperit̄/calidioꝛ/ſubtilioꝛ/rubicūdioꝛ ⁊ dulcioꝛ cōperit̄. Sic vere cū arterie q̄ a coꝛde ꝓcedūt.i.religioſi ⁊ clerici/qui coꝛdi.i. deo ſpecialiter cōiuncti ⁊ deputati ſūt:vene etiā q̄ ab hepate (vbi eſt virtꝰ nutritiua) ꝓcedūt.i.viri laici q̄ cura bonoꝝ tꝑaliū occupant̄/ꝯtineāt ſanguinē grē ⁊ deuotiōis/vel ſanguinē pietatꝭ et bone affectiōis/vel ſanguinē.i.memoꝛiā dñice paſſionis: arterie tñ.i.religioſi ⁊ clerici ⁊ viri cōtēplatiui/debēt talē ſanguinē hr̄e feruētioꝛē/purioꝛē/⁊ dulcioꝛem. Qꝛ qͣuis doloꝛ xp̄i paſſionis/dulcoꝛ grē deuotiōis ⁊ cōpaſſionis: in oībus eſſe debeat:ipſum tamen in religioſis ⁊ clericis feruentioꝛē ⁊ dulcioꝛem pꝛe ceteris eſſe opoꝛtet. Mꝫ etiā de ſanguine Chꝛiſti in ſacramento altaris poteſt intelligi: quē ſcilꝫ contēplatiui pꝛe ceteris deuote recipere et ipſum cuſtodire debent. Eze.xliiij. Stabunt in cōſpectu meo vt offerant adipem et ſanguinē ſacerdotes ⁊ leuite. 3 ¶ Sanguis aliquādo ꝑ alienum humoꝛē ſibi adiunctū inficit̄/et ſic in ſapoꝛe ⁊ coloꝛe a cōditione ꝓpꝛia variat̄/et cū coꝛruptus fuerit vel ex ꝓpꝛia cōplexione/vt eſt in lepꝛoſis/vel ex alterius humoꝛis adiūctione/vt eſt in alijs infirmis:tunc in coꝛpoꝛe multiplex infirmitas generat̄. Sic pꝛocul dubio ſanguis.i.affectio coꝛdis humani aliquādo coꝛrūpitur per pctm̄/ ⁊ hoc ex ſua naturali cōplexione.i.ex ſua ꝓpꝛia peruerſitate ⁊ malitia/aliquando ex aliquo humoꝛe adiuncto.i.ex mala ſocietate/doctrina/vel tētatiōis diabolice verſutia. Quocūqꝫ tamē modo ipſe ſanguis.i.affectio coꝛrūpat̄/exinde infirmitatū.i.vitioꝛum multiplicitas pꝛoducit̄ et cauſat̄. ps. Interfecta eſt terra in ſanguinibus eoꝝ. Mꝫ in ſpeciali poteſt intelligi de ſanguine carnis et carnalitatꝭ/vbi coꝛruptio luxurie gignitur aliquādo ex ꝓpꝛia voluntate/aliquādo ex aliena tentatione. Unde de talibus dicit̄ illud Iudith.xiiij. Inuenerūt cadauer holofernis in ſuo ſanguine volutatū. 4 ¶ Oē animal habēs ſanguinē/ maius eſt coꝛpoꝛe/ fortiꝰ virtute alio nō habente/ſcđm Ariſtotelē. Uide de aīalibus in gñali §.viij.xl.lij.liij.lxix.lxx.cxvij.cxliiij.cxlv.in quibꝰ ponunt̄ multa/que ꝓpter bꝛeuitatē hic omitto. 5 ¶ Aīalia moderate cōplexionis habent quātitatē ſanguinis tēperatam/qꝛ ſcilicꝫ non abundant vltra modū in ſanguine: ſicut faciūt illi qui bibunt vinū turbidū atqꝫ nouū. Sanguis eñ quādo nimis abundat/coꝛrūpitur:quo coꝛrupto virus ⁊ ſanies gignitur/ niſi per vene apertionē minuatur. Sanguis ſignificat delicias coꝛpoꝛales / vinū vero ſignificat diuitias tēpoꝛales/q̄ ſcilicet moꝛe vini letificāt coꝛ hoīs: ſcilꝫ peccatoꝛis. Illi igitur qui in moderamine virtutum volūt viuere/ nunqꝫ ſolēt ſanguinē carnalium deliciarū abūdanter habere/ſicut habent illi qui vino nouo mundane pꝛoſperitatis potant̄/qui vt cōmuniter carnalitatis ſanguine adimplent̄. Talis eñ ſuperflua repletio coꝛruptionē luxurie ſolet inducere/ ⁊ tandem vitioꝛū egritudīes generare/niſi foꝛte talis ſanguinee carnalitatis ſuꝑfluitas abſtinētie beneficio minuat̄: ⁊ confeſſionis apertionibus vacuetur. Ideo peccatoꝛi dicit̄ illꝫ Iob.xvj. Terra ne operias ſanguinē. Uel dic ꝙ ſanguis eſt ſubſtātia tēpoꝛalis:que pꝛo certo quādo nimis abūdat/ coꝛruptionem auaritie et luxurie ſolet inducere/ niſi homo ſtudeat ipſam elemoſyna euacuare. Teſte Ariſtotele: Omne animal quāto plus habet de pinguedine/ tanto minus habet de ſanguine.⁊c̄. Uide infra de pinguedine.§.j. 6 ¶ Sanguis faciliter coꝛrumpitur/maxime circa oſſa/ ⁊ hoc potiſſimū quādo aīal eſt ſanguineū. Sic vere in perſonis ſanguineis ⁊ carnalibus/ſanguis affectiōis faciliter coꝛrūpit̄/ſcilicet per nimiā dilectionē circa oſſa.i.circa collaterales/ꝓpꝛios ⁊ affines:qꝛ ſcꝫ tales plus debito diligūtur: et ſic affectio coꝛdis iſtoꝛū per coniunctionē coꝛdis cū talibꝰ ſiccis/ duris/ignaris/oſſeis amicis ⁊ parētibꝰ/a rectitudine iudicij ⁊ iuſtitie coꝛrūpitur ⁊ mutat̄. Oſee.iiij. Sanguis ſanguinē tetigit. 7 ¶ Homo qñqꝫ viſus eſt ſanguinē ſudare. Qñ eñ ſanguis aquoſus et liquidus ſuꝑabūdat in coꝛpoꝛe: natura ſe cupiēs exonerare/eijcit illū ad ſuꝑficiem et ad cutē/⁊ ſic partes eius liquidas ⁊ aquoſas expellit exterius ꝑ ſudoꝛē. Sanguis iſte ſuꝑfluus ⁊ nociuus ſignificat carnalē coꝛdis affectionē/que aque.i.lubꝛicitati et icōſtātie naturaliter eſt coniuncta. Iſtā igit̄ debet natura ſagax.i.ratio a ſe repellere/et ipſam ꝑ ſudoꝛē laboꝛis et penitentie exteriꝰ vacuare. Mꝫ etiā de ſanguine tēpoꝛalis ſubſtātie intelligi pōt:q̄ exterius per elemoſynas eſt ſudanda/⁊ a coꝛdis interioꝛibus affectiōībus exēplo Chꝛiſti (de quo dicit̄ Luce.xxij. Factꝰ eſt ſudoꝛ eius ſicut gutte ſanguinis decurrētis i terrā. ⁊ bene dicit in terrā.i.ad pauperes/ ⁊ nō ſurſum in celū.i.ad diuites) ſanguis bonoꝛū tēpoꝛaliū eſt ſtillandus. 8 ¶ Aliqua aīalia habēt ſanguinē venenoſum: ſicut eſt taurus/cuiꝰ ſanguis ꝓpter exceſſum caliditatis et ſiccitatis citiſſime coagulat̄: vt dicit Ariſtoteles libꝛo de aīalibꝰ.iij .c.xix. Et ideo hauſtus crudus interficit potātem: ſicut de quodā philoſopho legimꝰ ꝙ hauſtu taurini ſāguinis ſe peremit. Per taurū coꝛnutū intelligo peccatoꝛes elatos. Per ſanguinē eoꝝ intelligo infectiua eoꝝ exēpla et ꝟba/⁊ cōglutinatiuā amicitiā eoꝝ. Qꝛ ꝓ certo quicūqꝫ talē ſanguinē crudum ⁊ ſine coctione diſcretionis biberit/et ſibi incoꝛpoꝛauerit/pꝛo certo moꝛtē culpe ⁊ miſerie repoꝛtabit. Iudith.xj. Oꝛdināt vt

interficiant pecora sua: et sanguinẽ eorũ bibant. Uel dic ꝙ taurus est mala mulier ornata / et tortis crinibus cornuta: cuius sanguis affectionis/locutionis ⁊ socialis coniũctionis coagulat atq; ligat/et ideo potatores et dilectores inuenenat atq; necat. Uel dic ꝙ taurus est diabolus/seu mũdus: cuius sanguis sunt delicie vel diuitie vel scientie mũdiales/que procul dubio si crude.i.incaute/⁊ sine decoctione deliberationis et discretionis bibũtur ⁊ diligũtur/mortem diuersorũ vitiorum et tandẽ tormẽtorum in suis potatoribus operant̃. Apoc.xvj. Sanguinem dedisti eis bibere vt digni sunt. Uel dic ꝙ sanguis tauri est affectio pctõris/q̄ pro certo per incõpassionẽ faciliter cõgelatur/et per crudelitatem indurat̃: ita ꝙ mortis periculum in alijs operatur.

9 ¶ Sanguis est amicus nature: ⁊ ideo semper nititur naturã iuuare/et sibi remediare vel subuenire. Unde qñ homo dormit/ statim sanguis exteriora relinq̃t/⁊ ad interiora vbi natura pro cõfortatione virtutis digestiue indiget/se retrahit et recurrit/⁊ digestionẽ adiuuat/atq; nutrit. Et inde est ꝙ homo dum dormit/exanguis et pallidus efficitur/⁊ tota coloris superficies offuscatur. Quãdo etiam corpus ledit̃ vel scinditur/statim sanguis ad locum doloris currit/et sicut bonus amicus/quãtũ in se est/mẽbro leso succurrere nititur et intendit. Per sanguinem potest intelligi vir perfectus: qui scʒ per charitatẽ est calidus/per compassionẽ humidus/per pietatẽ fluidus/et per verecũdiam rubicũdus. Talis eñ amicꝰ nature dicit̃: eo ꝙ oĩbꝰ nature filijs ꝓ posse benefacere ꝯprobat̃. Quotiẽscũq; eñ videt ꝙ in corpore digestio celebrat̃.i. ꝙ aliqđ negociũ rei publice cõgruũ tractat̃/vel ꝙ de alicuius vicini vel amici vtilitatibꝰ ordinat̃/ statim debet solus verꝰ amicus currere: et exteriora sua negocia relinquere/et quãdoq; etiam totam superficiẽ status sui pallidã ⁊ exanguem vt alijs proficiat/dimittere: iuxta illud.j.ad Corĩ.x. Nemo qđ suũ est querat/sed qđ alterꝰ. Si etiã aliqđ mẽbrum.i. aliquis socius vel vicinus infortunio vel paupertate ledit̃/statim iste cõpatiẽs ad ipm̃ vt subueniat applicat̃/et iuuare quãtũ potest/fratris inopiã quãtũ in se est meditat̃/sciens ꝙ sicut dicit̃ Prouer.xviij. Frater qui adiuuat̃ a fratre/tãq; ciuitas firma. Uel dic ꝙ sanguis est affectio cordis nr̃i/q̄ debet exteriora dimittere/⁊ de extrinsecis fortune cõmodis nõ curare/interiora cordis et cõsciẽtie petere/digestionẽ morum iuuare/⁊ doloroso membro.i. cordi cõtrito se presentem exhibere/ et salutis remediũ adhibere. Uel dic ꝙ significat bona temporalia/vel etiam affectionẽ cordis. Natura enim.i.homo videns aliquod mẽbrum.i.aliquẽ fratrẽ suum aliquo infortunio lesum/ vł quoquo modo suo auxilio ĩdigere/statim appetit sibi succurrere/et ideo pro ipso iuuãdo/sanguinẽ bonorũ suorum tẽporalium/vel saltẽ sanguinẽ affectuũ ⁊ cõpassionũ cordialium/ cõtinuo sibi mittit: ⁊ prout potest/sibi subuenit et succurrit.

10 ¶ Sanguis quando mẽbrum est lesum vel trũcatum/statim solet ibi fluere/ipsumq; solet natura statim mittere/vt locum adiuuet patiẽtem. Sanguis vero qui pro iuuando mittitur/nõ iuuare sed nocere probatur: quia si locus apertus non fuerit/ibidem aggregatur: ⁊ finaliter corrũpitur/⁊ infirmitas generatur. Si vero locum apertũ inueniat/cũ sit nature fluxibilis/nec habeat q̇ ipm̃ retineat/extrafluit: et sic corpus per sui absentiam debilitat: et nisi retineatur/ cũ ipso vita defluit et recedit. Ista possunt generaliter applicari cõtra quosdã indiscretos ⁊ nimis audaces amicos carnales et cõsanguineos/q̄ vidẽtes aliquẽ de amicis suis lesum/tanto zelo volunt succurrere/ ⁊ contra inimicos currere/ꝙ plus quãdoq; consueuerunt nocere q̃ȝ proficere. Qr enim fluxibilitatẽ motuum et appetituũ suorum cohibere nequeunt/ideo sepe fit ꝙ dũ indiscrete exterius exeunt/se ⁊ alios secũ perdũt. Et breuiter sepe fit ꝙ ille qui ad iuuãdũ mittitur/et qui etiã quãtum in se est iuuare nititur/propter suam indiscretionẽ plus nocere q̃ȝ ꝓficere reperit̃. Sãguis eñ.i.sanguinis affectio / nunq̃ȝ intra metas discretionis se cohibet/qñ amicũ lesum et iniuriatũ videt: dũq; ad vĩdictã currit et feruet/vt in pluribꝰ nõ ꝓficit/immo nocet. Dicat igitur ille lesus illđ psal. Que vtilitas in sanguine meo: dũ

11 descendo propter ipsum in corruptionem. ¶ Sanguis bene decoctus mutatur in pinguedinem ⁊c̃. Uide de pinguedine.§.j.

12 ¶ Sãguis in parte dextra est calidior q̃ȝ ĩ sinistra/ ⁊ inde ẽ ꝙ mulier portãs masculũ in vtero/primo mouet pedẽ dextrũ: idẽ de leone ⁊c̃. vide ĩfra.c.de pede.§.v.

13 ¶ Scđm Aristotelem/cor est propriũ domiciliũ sanguinis/⁊ ideo est cõcauum ad sanguinẽ recipiendum/⁊ durum ad ipsum cõtinendum/⁊ et in medio/ ad ipsum per corpꝰ vndiq; diffundendum/⁊ rubeum ad ipsum cõplexionaliter ostendẽdum. Cor enim de sanguine creatur vt dicit idem/⁊ ideo fons et principium sanguinis comprobat̃/quia vt ipse dicit/in nullo membro est sanguis sine venis nisi in corde. De opinione vero medicorum qui dicunt principiũ sanguinis esse hepar/et Aristotelis qui dicit principium ipsius esse a corde/ non habemus curare/cum nostre presenti speculationi possit vtraq; opinio deseruire. Cor potest significare quelibet virum ecclesiasticum et prelatum/ et ad regimen corporis ecclesie vel patrie constitutum. Quia pro certo isti debent esse sanguinei.i.molles et teneri/benigni/⁊ sanguinis benignitatis et clementie precipue contentiui/et ipsius fontalitatis in alios diffusiui/et exemplariter ostensiui. Quia procul dubio sũme decet iudicẽ/ ꝑlatũ vel ꝑncipẽ vel quẽcũq; potestatẽ habẽtem/esse clementẽ ⁊ pium: ⁊ in omnibꝰ amicabilem et benignum. Unde Seneca loquens cuilibet correctori dicit in quadam epistola sic. Semper obiurgationi aliquid blande cõmisce / facilius eñ penetrant verba que dulcia sunt q̃ȝ aspera. iuxta illud Senec. in Prouer. Optimũ est semper ignoscere: tanq̃ȝ si ipse pecces quotidie. Uel dic ꝙ sanguis est memoria sanguinis Christi/ que pro certo in corde cuiuslibet per compassionẽ debet vigere/et sibi sedem et habitaculum possidere/ et concauitatem humilitatis/duritiamq; constantie ⁊ firmitatis habere/vt ipsum possit recipere et seruare. Et idem dic de sanguine diuine gratie et deuotionis/ necnon de humore clementie et compassionis. Uel dic ꝙ cor est prelatus vt est dictum/qui pro certo sanguinis Christi per compassionẽ debet esse custoditiuus/et ipsius per predicationem in alios diffusiuus. Uel dic ꝙ sanguis significat substãtiam tẽporalem/qua humana vita nutritur et sustentatur. Uel etiam beneficia et bona ecclesie/cõmunitatis vel patrie per sanguinem denotãtur: que scilicet cor.i.princeps vel rector vel prelatus habet continere/recipere ⁊ seruare/ ⁊ in medio equitatis et iustitie sine acceptione personarũ debet manere/vt istũ sanguinem possit ad mẽbra.i. ad subditos discrete et iuste vndiq; destinare/videlicet pauperibus ⁊ indigentibus subueniendo/⁊ alios prout dignum fuerit promouẽdo: et sic cor istud .i.prelatꝰ bene vtendo isto sanguine: vitam eternam mercabitur/⁊ per ipsum ad celi gloriam assumetur. ad Hebre.ix. Per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta/ eterna redemptione inuẽta.

14 ¶ Sanguis igitur naturalis et temperatus/est purus/calidus et humidus/dulcis/animalis nutritiuus/ virtutis naturalis continuatiuus/sedes anime et ipsius contentiuus / vigoris cordis et spirituum conseruatiuus/animi letificatiuus/ et in cute ruboris rosei generatiuus/⁊ vt breuiter cõcludat̃/sanitatis corporis effectiuus/ ⁊ etiã qñq; doloris ⁊ egritudinis curatiuꝰ/sicut patʒ de sanguine columbe qui oculis medetur/scđm Constanti. et de sanguine simie qui leonem sanat scđm Plinium. Ista possunt exponi de sanguine Christi in altari sumpto/vł de memoria dominice passionis/vel etiam potest dici de humore gratie ⁊ deuotionis/vel de dulcedine pietatis ⁊ compassionis. Quilibet enim talis spiritualis humor est in se purus et mundus/⁊ cordi deuoto feruidus/dulcis/sapidus/ atq; sanus. Iste enim habet mẽtem virtutibus nutrire/naturalem virtutem continuare/a peccato seruare/animã locare et continere/vigorem constantie ⁊ audacie in corde facere/animũ gaudẽtem et letum in dño facere/amorem dei suscitare/et ruborem honeste verecundie generare/totãq; conuersationis superficiem virtutibus colorare / vitiorum egritudines sanare/et sanitatem seu integritatem morum si ipsam inuenerit custodire. Hebr.ix. Sãguis Christi emũdauit cõscientias nostras ab operibus mortis.

15 ¶ Sãguis quãdoq; in corpore corrũpitur: ⁊ tunc nullũ nocumentũ corpori deteriꝰ inuenit̃. Qr eñ sanguis est amicꝰ nature/ideo qñ aliquo malo humore corruptꝰ fuerit/a natura tñ recipit̃/ ⁊ ratiõe sue dulcedinis naturalis ⁊ amicitie ad naturã/sua malitia nõ cauet̃/et sic ꝑ ipm̃ maius periculũ corpori sub-

inferť. Adiunctus eñ sanguini malus humoꝛ nõ cognosci
tur/et sic a natura admittitur/et non vitatur: sicut patet in
febꝛibus semitertiis/ vbi cholericus vel melãcholicus hu-
moꝛ sanguini permixtus/ non ita cito se nature vel medici
iudicio manifestat. Ista possunt applicari ꝯtra quosdã ma
los cõsanguineos/ ꝛ carnales amicos/ qꝛ sanguis sunt.i.cõ
sanguinei ꝛ cognati/ ꝛ per cõsequẽs iudicanť familiares/ ꝛ
tanꝗ amici a natura.i.a ꝑsona recipiunť/ ꝛ ad hospitiũ/ fa
miliaritatem et colloquiũ admittũtur: ita ꝙ iuuẽcule ipso-
rum cognate cõfidentes in eis/ dicere videnť eisdem illud
Ruth.iii. Expande palliũ super familiã tuã: quia propin-
quus es. Sed quid? Pꝛo certo sepe fit ꝙ talis sanguis.i.ta
lis consanguineus per luxuriam est coꝛruptus/et malo hu
moꝛe coꝛrupte intentionis infectus/et sic dum ꝓpter ami-
cabilitatem ꝛ cõsanguinitatem incaute recipiť/ latẽs eius
malitia/ malaqꝫ et coꝛrupta intentio nõ percipitur: et ita tã
to consanguineã suam facilius decipit et inficit/ quãto sibi
coniunctioꝛ videbať. Exemplo Amon filii pꝛimogeniti re-
gis Dauid: qui pꝛopꝛiam soꝛoꝛem oppꝛessit/ dum ipsius coꝛ
ruptam malitiam pꝛopter fraternũ vinculum nõ pꝛecauit:
sicut diciť.ii.Reg.xiii. Quia sicut dicit poeta. Cognato po
terit nomine culpa tegi. Ideo de talibus coꝛruptis cõsan-
guineis sub specie cõsanguinitatis alios inficientibus/ po
test intelligi illud Osee.4. Furtum ꝛ adulterium inunda-
uerunt super terram: et sanguis sanguinẽ tetigit. Uel expo
ne generaliter ista de quolibet falso amico/ qui dũ amicus
crediť/ ad cõsilia ꝛ familiaritates recipiť/ ꝛ dum coꝛruptio
sue male intentionis non attendiť/ nocumentũ ab ipso faci
lius subinferť. Hiere.ix. Unusquisqꝫ a pꝛoximo suo se custo-
diat: et in omni fratre suo non habeat fiduciam. Et merito
qꝛ sicut diciť Matthei.x. Inimici hominis domestici eius.

16 ¶ Sanguis menstrualis pꝛopter humiditatis abundãtiã
et caloꝛis indigẽtiam in mulieribus generatur/ qui si vltra
debitum retineatur/ in coꝛpoꝛe pessimas generat passiões
scđm ꝙ ad diuersas transfundiť coꝛpoꝛis regiones/ scilicet
hydꝛopisim/ phꝛenesim/ maniam/ et suffocationẽ spũalium
mẽbꝛoꝛum. Et non mirũ si iste sanguis pꝛopꝛiũ ledat subie
ctum: cum etiam multipliciter ledat alienũ/ nisi suis tẽpoꝛi
bus fuerit vacuatꝰ. Que quidẽ vacuatio est in istis reme-
diũ singulare. Sicut eñ dicit Isidoꝛus. lib. xi.c.i.et Soli-
nus.c.iiii.qui democritum allegat in testem/ mulier solum
menstruale animal est/ cuius pꝛofluuia non paruis notata
documentis/ merito inter monstrifica numerantur/ scili-
cet pꝛopter effectus mirabiles/ immo miserabiles qui exin
de sequunť. Cõtactu igiť sanguinis huiꝰ fruges non germi
nant: acescunt musta: moꝛiũtur herbe: fetus amittũt arbo-
res: ferrum rubigo coꝛrumpit: nigrescunt era et metalla:
siquid canes inde comederint/ in rabiem efferuntur. Gluti
num seu bitumen asphalti/ qđ nec ferro frangitur nec aqua
diluitur/ pollutum isto sanguine sponte dissoluitur/ quinim
mo etiam (vt dicit Solinus) si isto sanguine fila inficiãtur
bitumen illud sponte dispergitur qđ pauloante aggregatũ
fuerat: ꝛ sic de continuitate connexa/ ruptio ꝛ partitio repẽ
tina efficiť virtute huius sanguinis ꝛ causať. Sanguis iste
sic coꝛruptus/ potest significare luxurie coꝛruptelã: que pꝛo
cul dubio in mulieribus.i.in personis imperfectis ꝛ incon-
stãtibus (que sole mẽstruales sunt ꝛ pꝛodigiose) ex abundã-
tia humiditatis carnalis voluptatis/ ꝛ ex defectu ꝛ carẽtia
feruoꝛis deuotionis et caloꝛis charitatis gignitur: et in ho
mine ꝓduciť ꝛ causať. Ista est eñ q̃ nisi vacueť a subiecto/
sed dimittať/ in suo ꝓpꝛio subiecto.i.in ꝑsona luxuriosa mul
tas passiões alioꝝ vitioꝛũ facit. Aliis etiã multiplr officit/
et tam suũ subiectũ ꝗ alienũ ledit. In suis eñ possessoꝛibꝰ
hydꝛopisim.i.sitim maloꝛũ desiderioꝛũ generat: phꝛenesim
.i.irrationabilitatẽ animi pꝛouocat: maniamqꝫ et fatuitatẽ
pꝛopter infectionẽ mẽtis ꝓcreat/ vanasqꝫ imaginatiões ex
citat atqꝫ causat. In aliis vero/ verba scilicet vel exempla
sua attendẽtibus solet iste sanguis et ista infectio luxuriose
persone multa mala facere: qꝛ scilicꝫ eius verbali vel exem-
plari contactu seges virtutum perditur/ mustum deuotio-
nis et feruoꝛis acescit/ herba.i.viroꝛ honestatis arescit/ fru-
ctus bonoꝛum operum perit/ rubigo male consuetudinis
coꝛrodit/ nigredo male conuersationis succedit/ rabies ar-
doꝛis et inflãmate affectionis accedit/ et glutinum et con-
tinuitas pacis et concoꝛdie recedit. Constat eñ ꝙ per san-
guinem luxurie maloꝛum sepe fit ꝙ amicitia ꝛ cõcoꝛdia rũ
pitur: rabies ire gignitur: sicut ꝑꝫ in illis qui a falsis ami-
cis et coꝛruptis cõsanguineis se vidẽt in suis filiabus ꝛ ne
ptibus fedatos/ qui contra tales ad iram et discoꝛdiã ani-
mantur. In ipsis etiam personis que tale linimentum reci
piunt/ conuersatio denigrať/ cõsuetudo rubiginať/ fructus
bonoꝛum operũ perditur/ ꝛ viroꝛ gratie siccať/ et seges vir-
tutum penitꝰ extirpatur. Ideo de tali sanguine potest dice
re diabolus cuilibet tali sanguineo pctõꝛi illud Eze.xxxii.
Irrigabo terrã sanguine fetoꝛis tui. Sanguine eñ.i.fetoꝛe
impudicitie maloꝛũ irrigať et inficiť terra ꝛ patria vicino-
rum. Uel si vis per istum coꝛruptum sanguinẽ intellige coꝛ
ruptam affectionẽ/ peccatũ etiam et infectionẽ. Ista enim
sunt que tam in nobis ꝗ in aliis faciunt multa mala. ꝛc.
dic sicut supꝛa.

17 ¶ Secũdum solinũ vbi supꝛa/ sanguis mẽ-
strualis ita est coꝛruptus et coꝛruptiuus/ infectus ꝛ infecti-
uus ꝙ mulier que huiusmodi fluxũ patiť: non innocẽtibus
oculis ĩtueť. Aspectu eñ inqt specula vitiat/ ita vt hebeteť
visu fulgoꝛ offensus/ facieisqꝫ obtusi nitoꝛis quadã caligine
nubiletur. Nam si talis mulier speculũ respiciat: solo aspe-
ctu solet obnubilari/ et si speculũ nouum fuerit/ talem ma-
culam dicitur cõtrahere q̃ amplius non poterit amoueri.
Ista possunt applicari contra luxuriosas ꝑsonas/ quarũ vi
sus et aspectus est aliis venenosus/ ꝛ ad luxuriã inductiuꝰ.
Et maxime quãdo accidẽtaliter sunt in ista nepharia pas-
sione vel in luxurie tentatiõe. Dato eñ ꝙ aliqs sit ita sctũs
et iustus ꝙ possit dici speculũ alioꝝ/ si tamen oculus impu
dicus ipm aspexerit/ vix erit quin aliqua tẽtationis vel ma
le cogitatiõis caligine hebeteť: iuxta illđ Esa.v. Lux obte-
nebꝛata est caligine eiꝰ. Potissime vero si speculũ fuerit no
uum.i.si homo fuerit iuuenis/ vel etiã nouitius/ et de nouo
cõuersus ad religionẽ vel ad fidẽ: tũc tali aspectu maculã
luxurie vel mentalis vel actualis ꝯhit/ que ab ipso ampliꝰ
nõ recedit. ita ꝙ potest dicere illđ Cãti.iiii. Uulnerasti coꝛ
meũ in vno oculoꝛũ tuoꝛũ. Unde.ii.Petri.ii. Oculos habẽ
tes plenos adulterii ꝛ incessabilis delicti.

18 ¶ Itẽ solinꝰ di-
cit ibidẽ vnũ valde mirabile: ꝙ.s.cũ iste sanguis in oĩbꝰ sit
inutilis et nociuus/ vnũ tamen (inquit) habet solum saluta
re: qꝛ scilꝫ sydus helene auertit: qđ est ꝑniciosum nauigãti-
bus. Et ꝗuis nesciã quomodo iste sanguis illã stellã auer-
tat/ vel eius malã influentiã impediat/ possum tamẽ moꝛa-
liter exponere ꝛ dicere ꝙ helena pulcherrima mulierũ que
fuit causa destructionis troie/ potest significare ꝓsperitatẽ
mũdi/ per quã troia.i.ciuitas aĩe dissipať. Per sanguinẽ au
tem istũ quo humana natura in ventre nutriť/ vilis carnis
conditio denotať. Igiť dico ꝙ dato ꝙ vilis ꝛ sanguinea ca
ro nr̃a de se sit inutilis/ potest tamen aĩe esse vtilis: qꝛ ꝓ cer
to per istius consideratiõnẽ sydus helene.i.claritas ꝓsperi
tatis mũdane caueť ꝛ auertiť/ ꝛ ne nauigãtibus ꝛ peragrã-
tibus mare huiꝰ vite noceat/ impediť. Qꝛ procul dubio hõ
cauet ne ipm sydus helene.i.splendoꝛ mũdane glĩe ipm de
cipiat/ quãdo sanguinẽ mẽstrualẽ/ quo in vẽtre nutriť.i.vi-
lis natiuitatis sue oꝛiginem cogitat atqꝫ pensat. Uel si vis
dic ꝙ istud sydus potest significare diabolũ (de quo Apoc.
viii. diciť ꝙ stella magna ardens sicut facula cecidit de ce
lo) qui ꝓcul dubio nauigãtibus per hũc mundũ est ꝑnicio-
sus ꝛ nociuus. Per sanguinẽ vero qui bitumen rũpit: possũ
intelligere sanguinẽ chꝛisti: qꝛ ꝓ certo iste est q̃ malã influẽ
tiam ꝛ potentiã istius mali syderis a nobis auertit/ ꝛ bitu-
men seu ligamẽtũ eterne dãnationis dissoluit/ ꝛ sic nauigã
tes.i.fluctuãtes peccatoꝛes a periculo liberauit. zacha.ix.
Tu aũt in sanguine testamẽti tui eduxisti vinctos tuos de
lacu in quo nõ erat aqua.

19 ¶ Postqꝫ puer conceptus fuerit/
natura retinet menstruũ ad ipsius nutrimẽtum. Puer eñ
tali sanguine in vtero nutriť: ꝛ ad complemẽtum peruenit
coꝛpoꝛale. Sic vere possum dicere ꝙ ex quo homo fuerit ge
nitus/ ꝛ in esse ꝓductus/ ꝛ in vẽtre huius seculi cõstitutus/
ratio debet retinere/ scꝫ in memoꝛia/ sanguinẽ mẽstrualẽ.i.
vilitatẽ sue ꝓpꝛie cõditionis ꝛ carnalis ꝓcreationis/ vt sit
spũale anime nutrimentũ/ ꝛ suũ in virtutibꝰ cõplemẽtum.
Qꝛ ꝓ certo mens in virtutibꝰ perficiť et augeť/ qñ pꝛopꝛie
vilitatis conditio iugiter in memoꝛia retinetur. Ideo bene
potest dici homini illud.ii.Regũ.i. Sanguis tuus sit super

20 caput tuū. ¶ Sanguis menstrualis quando debite purga-
tur et eijcit: corpis sanitas introducit et seruatur. Si vero
plus debito retent⁹ fuerit / tunc multarū egritudinū causa
erit. Quis autē iste sanguis sm̄ Isidor. lib. xj. nō habeat
certā tpis reuolutionē: accidit tn̄ vt cōiter in fine lunatiōis:
sicut etiā dicit aristoteles lib. ij. de gn̄atiōe aialiū. Sic vere
si sanguis pcti debite purget p cōfessionē: totā sanat ꝛ me-
liorat anime cōditionē. Si vero in corde pl⁹ debito retinea-
tur: tūc vitior multitudo in eo generatur. Talis tn̄ euacua-
tio / scilicet cōfessio nō habet tempus determinatum: quia
scz semp ꝛ vbiq debet fieri. Verūtamen in fine lunatiōis. i.
in fine vite / scz senectute dz talis euacuatio et cōfessio ápli⁹
abūdare: q2 videlicet senes debēt esse magis scrupulose cō-
sciētie et magis ad euacuādū vitia studiosi. Ista autē figu-
rata possunt esse Luce. viij. in illa muliere que erat in flu-
xu sanguinis: que tactu vestimētor dn̄i est sanata: q2 vere
illa mulier. i. illa aia que fluit sanguinē vitior p cōfessionē /
tunc temporis sanat a vitijs / qn̄ tangit vestem cōuersatio-
21 nis xp̄i per imitationem. ¶ Mulier nō patit istam immū-
ditiā q̄diu est in etate puellari: ꝛ hoc q2 tunc vene sunt stri-
cte / nec pōt ide fluere talis humor. Nec etiā in etate senili
scz post ānos qn̄quagita: et hoc q2 tunc humor diminuitur:
ꝛ talis supfluitas desiccat. Sic vere ille mulieres. i. ille ani-
me q̄ sunt puelle per innocentie puritatē / vel senes per pru-
dentie maturitatē et grauitatē: nunq̄ patiūtur profluuium
menstruale. i. alicuius immūditie voluptatem. Ezechi. xvj.
22 Mūdaui sanguinē tuū ex te. ¶ Mulier que post cōceptio-
nem patit fluxum sanguinis / facit faciliter abortiuū / ꝛ hoc
propter subtractionē nutrimēti ipsi⁹ fetus / qui tali sangui-
ne in vtero nutritur. Unde retentio talis sanguinis signum
est mulierē concepisse. Iste eñ sanguis cōceptum p̄cedit:
et ideo talis fluxus / flores ipsi⁹ mulieris dicit: q2 more flo-
ris fructum. i. conceptum pueri antecedit: sicut dicit cōstā-
tinus. Sic vere quando sanguis. i. humor doctrine fluit ab
vtero. i. a memoria / signū est q fetus. i. cōceptus boni ppo-
siti / qui tali humore nutriri debuerat / abortit. Retentio vero
verbi dei ꝛ humoris scientie ꝛ doctrine / signū est q in men-
te ipsius auditoris cōceptus boni propositi perseuerat. Sā-
guis eñ bone doctrine debet conceptū boni ppositi prece-
dere / ꝛ sicut flos fructū / sic verbū et doctrina bonū ppositū
23 anteire. ¶ Sanguis mēstrualis missus ad mamillas ꝛ ibi
decoctus / materia est lactis ꝛc̄. Uide infra de mamillis.
24 ¶ Aues ꝛ animalia nūq̄ patiuntur talem fluxū: et hoc q2
superfluitates humorū suorū transeūt in pilos ꝛ in plumas
Sic vere illi q̄ sunt animalia. i. boni actiui / vel volatilia. i.
boni cōtemplatiui / non patiūtur fluxū carnalis voluptatis
nec sanguinee ꝛ luxuriose lubricitatis: q2 scz si habēt aliq̄s
superfluitates diuitiarū / solent ipsas per alias vias / scz per
elemosynas pauperib⁹ emittere / et exinde pilos virtutū ad
se spūaliter vestiēdum / ꝛ alas ad sursum ad paradisum vo-
landū facere / et sic nō solent de diuitiarū suarum superflui-
te aliquā imūditiā generare. Mar. v. Siccat⁹ est fons san-
25 guinis eius. ¶ Item mulieres nimis se exercētes ꝛ sepius
mouētes / nō multū mēstruāt: sed q̄ q̄escūt et suauiter viuūt
multa purgatione indigent. Sic vere illi qui sunt in labore
exercitio et erūna / non multū incurrūt fluxū carnalis volu-
ptatis: cui⁹ tn̄ cōtrarium est in illis q̄ viuunt laute / necnon
in solatio ꝛ quiete. Hierc. v. Saturaui eos: ꝛ mechati sunt.
26 ¶ Quando sanguis menstrualis retinet / ꝛ inueniēs vias
clausas ad alias partes infundit ꝛ mouetur: tunc etiam so-
let exinde fum⁹ exhalare corruptus / qui cerebrum petens
quādoq̄ maniā ꝛ phrenesim inducit / ascendens etiam ad
orificiū stomachi appetitū imutat: sicut apparet qn̄ mulier
pregnans ppter retentionem huiusmodi / carbones vel ali-
qua talia vilia cōedere appetitet affectat / bona ꝯo cibaria
respuit ꝛ refutat. Per istū sanguinē possum intelligere hu-
morem substātie tēporalis ꝛ diuitias huius mūdi. Iste eñ
nisi per elemosynas vacuent / ꝛ si per auaritiā retineantur /
inducūt multas spūales in aia passiones. Fum⁹ enim ma-
lor affectuū et cogitatuū exinde pducit: q2 cerebrū discre-
tionis inficitur / ꝛ appetitus desideriorū corrumpitur: ita q
tunc mania. i. turbatio rationis incurrit: ꝛ etiam bonus ap-
petit⁹ peruertitur et mutatur. Quod patet: q2 illi qui p aua-
ritiam diuitijs sunt pregnantes / appetitū videntur habere
subuersum / q2 scz bonos cibos bonorū spiritualiū contēnūt
et abhorrent: vtiles eñ cibos bonorū temporaliū diligunt
et affectant / iuxta illud Prouer. xxvij. Anima saturata cal-
cabit fauū. Uel dic q iste sanguis significat carnalem vo-
luptatē ꝛ deliciarū carnalitatē. Ista eñ nisi dimittat ꝛ va-
cuetur / et nisi etiā per confessionē exterius expellat / fumos
malorum cogitatuū generat: ꝛ rationem ꝛ affectionem per-
turbat ꝛc̄. Uide infra de matre. §. iiij.

¶ Capitulum. xxj. de phlegmate.

1 Phlegma est humor semicoctus actiōe caloris
imperfecti ex frigida et humida materia genera-
tus. Qn̄ enim humor non plene digerit / in phle-
gma cōmutat: qn̄ vero pfecte decoctus fuerit ꝛ
digestus / tunc exinde sanguis efficitur ꝛ causa-
tur: et sic fit q phlegma per maiorem decoctionem potest
sanguis fieri / sanguis vero nūq̄ phlegma. Et est phlegma
humor frigidus / humidus / isipidus / ꝛ liquidus. Talis est
nouitius / ꝛ nouiter ad fidem / penitētiam ꝛ religionē cōuer-
sis / q2 p certo talis vt cōmuniter in principio est impfect⁹ / ꝛ
propter actionē imperfecti caloris charitatis non plene in
moribus digestus: sed adhuc crudus et indeuot⁹ / humid⁹
et carnalis / frigid⁹ ꝛ in moribus semicoctus. Istud tamen
habet bonum vt cōmuniter talis homo / q2 scz ipse est in p-
pinqua dispositione vt plene in moribus digeratur / ꝛ vt p-
fecte per charitatem ꝛ contritionē loquatur / ꝛ vt in sangui-
nem. i. in virū perfectū pro nutriendo corpore ecclesie con-
uertatur. ps. Conuertit aquas eorum in sanguinem. Uerū-
tamen postq̄ in sanguinem. i. in virū perfectum mutat⁹ fue-
rit / nūq̄ debet ampli⁹ in phlegma cōuerti / nec in virum im-
perfectum mutari / nec a statu perfectionis recedere vel re-
uerti. Cuius tn̄ faciūt multi cōtrariū: de q̄bus in psal. Ior-
danis cōuersus est retrorsū. Uel dic q phlegma est cruda
nouitiorum affectio / que in sanguinē et perfectionē cōuer-
titur / et etiam amplius si boni fuerint / ad cruditatē indeuo-
tionis et ad viscositatē carnalis īfectionis nō reuertit. Uel
dic q phlegma ē iuuenis / q̄ postq̄ ad posteriores etates p-
2 cesserit / ad iuuētutē ápli⁹ nō redibit. ¶ Natura posuit i ve-
nis phlegma vt in sanguinē cōuertat / ꝛ exinde membra nu-
triat seu alat. Sic ꝯe ivenis. i. i ecclesia de⁹ posuit ipfectos
cū perfectis / malos etiam cū bonis / iuuenes cū prouectis /
vt scz successiue boni efficiant: ꝛ per eos alijs deficiētibus
mēbris ecclesie succurrat. ꝛ inde est q necesse est q imper-
fecti ꝛ iuuenes doceant ꝛ regant quādo senes perfecti non
abūdant / q2 minus perfectus ad administrationē preficit /
sibiq̄ aliorū nutritio cōmittitur: vbi perfector copia nō ha-
3 betur. ¶ Phlegma quādoq̄ efficit i natiuitate / scd̄m q ab
alijs humoribus (qui sibi adiungunt) varias cōtrahit qua-
litates. Unde cōstātin⁹. Phlegmatis innaturalis ꝛ accidē-
talis quattuor sunt species: scz phlegma acetosum / qd̄ fit p
melācholie admixtionem. Salsum calidum: qd̄ fit per cho-
lore rubee infectionē. Dulce / quod fit ppter sanguinis ap-
positionē. Uitreum: qd̄ fit per ipsius viscosi phlegmatis in-
digestionē / ꝛ vitreo colori assimilationem / ꝛ a digestiōe re-
motionem. Sic vere loquendo spūaliter / phlegma. i. homo
impfectus ꝛ īdeuotus / ꝛ crudus / in quattuor culpe species
potest variari: sic q a quattuor humoribus. i. a quattuor af-
fectionib⁹ potest diuersimode associari. Ipsum eñ potest
associare melancholia / que tristitiam generat. i. timor ma-
le humilians. Cholera / que iram augmentat. i. dolor male
afficiens. Sanguis / qui letitiam pcurat. i. gaudiū male al-
liciēs. Uitreus humor / qui sua viscositate lenit ꝛ inuiscat. i.
spes male decipiens. His eñ quattuor humoribus ꝛ quat-
tuor affectionib⁹ homo inficitur / ꝛ in suis cōditionibus va-
riat. Et sicut dicitur Eccli. xxvij. Uerbū nequā imutabit
4 cor: ex quo partes quattuor oriuntur. ¶ Homo qn̄ est phle-
gmaticus / cognoscit certis signis. Est eñ sm̄ cōstātinum
corpore pinguis / motu tardus / sensu hebes / mēte obliuio-
sus / carne mollis ꝛ fluidus / colore liuidus / facie tumidus /
sputis plenus / somno multo / et de aquis / pluuijs et niuib⁹
somniās / paruеq̄ est sitis ꝛ appetitus. Q2 (sicut iam supra
dictum est) per phlegma semicoctū intelligūt mores incō-
positi ꝛ indigesti / sic etiā congrue per phlegma pōt itelligi
peccator / cuius humores. i. affectiones ꝛ mores nō sunt be-
ne digesti / cōpositi seu cocti. Esaie. xlviij. Excoxi te / sed nō

quasi argentū. Mꝛ ꝓcul dubio iste ē corpore pinguis ꝑ carnalem insolētiam/ motu tardꝰ ꝑ pigritiam/ sensu hebes per ignorātiam/ mēte obliuiosus per beneficioꝝ ingratam desipientiam/ carne mollis ꝑ imbecillē incōstātiam/ colore liuidus ꝑ exterioris cōuersationis inhonestā apparētiam/ facie tumidus per inflatā superbiam/ sputo plenus ꝑ malorum verborū spumātem eloquētiam/ parui appetitus ꝑ bonorum eternoꝝ modicam sitim ⁊ cōplacētiam/ somni multi ꝑ torporem ⁊ accidiā/ ⁊ de pluuijs ⁊ niuibꝰ.i. de mūdi bonis animam infrigidantibus semper somnians per continuam de ipsis reminiscentiam.

Capitulum.xxij.de cholera.

1 Cholera ē humor subtilis/ calidꝰ et siccus/ rubeꝰ et amarus/ ex excessu caloris in corꝑe generatꝰ: qui scȝ mixtus cū sanguine ipsum subtiliat/ ⁊ ad penetrādum habilitat. Ista etiam in cista fellis ꝓcipaliter abūdat ⁊ habitat. Cuiꝰ ꝑs ad itestina mittit/ ⁊ ipsa ad expellendū suꝑflua pūgit ⁊ excitat: alia vero ꝑs mittit ad stomachū: vbi suo calore digestionē adiuuat ⁊ ꝯfortat sicut dicit cōstañ. Per istā cholerā q̄ instrumētū est irascibilis passiōis/ possum intelligere ꝯtritionē ⁊ spiritualē contra vitia indignationē. Istā eñ concomitatur calor charitatis/ siccitas abstinentie et parcitatis/ rubedo verecūdie ⁊ pudorositatꝫ/ amaritudo doloris/ displicētie/ ⁊ cordialis penalitatis: vt sic de tali cōtritionis humore dicat hō illud Hiere.xx. Factus est in corde meo quasi ignis estuās/ claususq̄ȝ in ossibus meis ⁊c̄. Ista igit̄ ad multa ꝓficit atq̄ȝ valet. Sanguinem eñ bone affectiōis ad bonum instruit/ ⁊ subtiliat/ digestionem ⁊ cōpositionem volūtatis et morū cōfortat/ et expulsionem seu cōfessionem fecum vitiorum excitat atq̄ȝ causat: vt sic de ista cōtritionis amaritudine dicat cōfitens illud ꝑs. Recogitabo omnes annos meos in amaritudine aīe mee. Uel dic ꝙ cholera est zelꝰ ⁊ rigor iustitie: que lȝ sit amara ad tolerādū/ feruēs et calida ad puniendum/ est tamen vtilis ⁊ proficua ad corpus ecclesie vel patrie gubernādum. Quia scȝ per istā cibi.i. boni et iusti digerūtur ⁊ emendātur/ feces vero.i. mali puniuntur/

2 et de mūdo vel patria expelluntur. ¶ Uix aut nūq̄ȝ est dare sanguinē i aliqua ꝑte corꝑis q̄n habeat cholerā ꝑmixtā. Sanguis qui facit gaudere/ significat gaudiū prosperitatis. Cholera vero que amara est ⁊ facit irasci/ significat tribulationē ⁊ aduersitatē. Uerū est igit̄ ꝙ nō est dare sanguinem sine cholera: quia ꝓ certo nō est dare gaudiū sine tristitia/ prosperitatem sine aduersitate/ dulcedinē sine amaritudine q̄ȝdiu viuimꝰ in hac vita/ qꝛ sicut dicitur Prouer. xiiij. Risus dolori miscebit̄: ⁊ extrema gaudij luctus occupat. Cholera naturalis q̄nq̄ȝ fit inaturalis vel ꝓpter nimiā adustionē: vl' ꝓpt' alteriꝰ mali hūoris adiūctionē. Uñ prout dicit ꝯstātinꝰ: quattuor sunt spēs cholere: scilȝ cholera citrina/ q̄ fit de cholera rubea mixta aquoso phlegmati. Cholera vitellina/ q̄ fit ex admixtiōe phlegmatꝫ grossioris. Cholera prasina coloris viridis/ que prasina dicit̄/ eo ꝙ amara ⁊ viridis sicut prasinū.i. sicut marrubiū inuenit̄: que scilicet ex comestione crudarum herbarū/ porrorum scȝ ⁊ alliorum ſm aliquos generat̄. Cholera eruginosa coloris cinerei/ q̄ fit ex humoris cōsumptione/ ⁊ a qua Erisipelas/ ⁊ noli me tangere/ ⁊ alie infirmitates corrosiue et pessime causantur. Ista possunt applicari ꝯtra illos qui cholera innaturali.i. excessiua inflāmatione vrūtur. Istos eñ q̄nq̄ȝ vrit cholera citrina.i. ardor iracundie/ que scilȝ colorē variat ⁊ citrinat. Aliquādo cholera vitellina.i. ardor luxurie/ que mētē more vitelli cōglutinat ⁊ īuiscat. Aliquādo cholera prasina.i. ardor auaritie/ que mētem sollicitudinibꝰ amaricat/ ⁊ quā esus crudaꝝ herbarū.i. bonorū tēporalium causat. Aliquādo cholera eruginosa.i. ardor inuidie/ que scilȝ subiectū suū corrodit ⁊ dissipat/ ⁊ mētem incinerat ⁊ desiccat. Iste sunt eñi quattuor cholere.i. quattuor inflāmatiōes male: quibꝰ scȝ cōplexio corporis.i. affectio cordis accēdit̄/ ⁊ tota mens pctōris vritur ⁊ crematur. Eccli.xl. In ventre impij ignis

3 ardebit. ¶ Cholera naturalis nature terminos non excedens habet multas nobiles conditiones. Est eñ humoris subtiliatiua/ digestionis confortatiua/ fecū expulsiua/ longitudinis corporis causatiua: et stature in altū eleuatiua: animositatis et audacie generatiua. Talis est zelꝰ iustitie vel correctiōis ardor/ vel etiā cōtritionis feruor. Quelȝ eñi talis spūalis cholera subtiliat ꝑ discretionem/ digerit scilȝ mores per conuersionem ⁊ mutationē/ expellit scȝ culparū feces per confessionem/ corpꝰ.i. congeriē morum prolongat per perseuerantie durationē/ ⁊ in altū eleuat per spem ⁊ cōtemplationem/ mētisq̄ȝ audaciā excitat ad aggrediendum omnē bonam operationem.

4 ¶ Ecōtra dic ꝙ cholera multas habet illaudabiles ꝓprietates: quia scȝ cholericus est naturaliter iracūdus et imāsuetus/ animo leuis/ motu instabilis/ corpore longus/ carne macilentus/ colore fuscus/ in crinibus niger/ multo ⁊ crispo pilo hirsutꝰ/ tactu calidꝰ/ fortis ⁊ velocis pulsus. Istud pōt applicari litteraliter de quolibet iracundo. Uel potest dici ꝙ cholera est pctm̄ mortale/ qđ scȝ more cholere cor excitat et inflāmat. Istud eñ facit hoiem leuē/ incōstātē ⁊ istabilē/ iracundū/ imāsuetū ⁊ mobilē/ in lōgū.i. pigrū/ et ad bene operandū tardū ⁊ inhabilem. Item facit eū macilentū ꝑ pinguedinis deuotionis subtractionem. Fusci coloris per inhonestā conuersationē. Hirsutum corpore ꝑ horribilem ⁊ asperā conditionem. Nigrorū capilloꝝ per infectam affectionem. Calidi tactus ꝑ auaritiam ⁊ ambitionē. Fortis pulsus per multiplicē malā operationem/ et per fortem ad male operandum virtutem et actionē. Ista enim omnia facit cholera.i. cōcupiscentia seu inflāmatio cordis mala. Mꝛ pro certo qui ad malū plꝰ debito fuerit inflāmatꝰ: omnibꝰ istis vitijs erit faciliter maculatus.

5 ¶ Cholera quādo in corpore corrūpit̄: malas generat in corpore passiones. Huiꝰ igit̄ ꝓdominij signa sunt/ quia facit sentiri amaritudinem in ore: ita ꝙ peruertit̄ appetitus: ita ꝙ dulcia videntur amara/ ⁊ sapida insipida/ pūctura et ardor in stomacho/ abominatio cū vomitu/ lingue siccitas cū siti/ dolor capitis grauis/ oculorum cōcauitas/ vigilia ⁊ insomnitas/ alienatio mentis/ ⁊ in somnis horribiles visiōes. Tales eñ somniant de igne/ fulgure/ ⁊ aeris inflāmatione. Quod fit ex fumo igneo petente cerebrū ⁊ imaginatiuā immutante: sicut dict cōstantinus in pantechni li.x. theorice.c.ij. Sic ꝓcul dubio ꝙ cholera corrupta et excessiua.i. ardor auaritie ⁊ inflāmatio male cōcupiscētie dominetur in corde: signa sunt plurima. talia. In ore.i.i corde taliū est amaritudo sollicitudinis ⁊ ambitiōis/ que pro certo rectum appetitū subuertit in illis: intātū ꝙ talis auarus dulcia ⁊ spiritualia/ amara ⁊ difficilia/ cruda ⁊ īsipida sentit. Maledictꝰ. Esa.v. Ue qui dicitis bonū malū. Sequitur. Ponētes amarū in dulce/ ⁊ dulce in amaꝝ. Igit̄ talis patitur pūcturā inuidie/ aboiationē cibi.i. verbi dei: et vomitum male displicentie/ siccitatē idevotionis ⁊ inclemētie/ sitim insatiabilis appetitus ⁊ auaritie/ dolorē capitis.i. intētionis/ ⁊ remorsum cōscientie/ cōcauitatē oculoꝝ.i. profunditatē malitie/ alienationem mētis/ furoris ⁊ iracūdie/ vigiliā et insomnitatē excessiue diligētie/ visiōes horribiles et somnia mali ꝓpositi et excogitate rapine ⁊ seuitie. Quia ꝓcul dubio tales nō somniant nec cogitant nisi de cogitatione aeris.i. de populatione regionis/ de fulgure aliene tribulationis/ ⁊ tempestate rapine/ vsure ⁊ exactionis. Tales enim sunt ad talia multū vigiles et plurimū solliciti et insomnes. Job.xxiiij. Subuerterūt pauperum viam/ ⁊ oppresserunt pariter māsuetos terre. Quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum/ vigilantesq̄ȝ ad predam preparant panem liberis.

Capitulum.xxiij.de melancholia.

1 Melancholia est humor spissus ex fece et turbulētia sanguinis generatꝰ: dictꝰ a melan/ qđ est nigrū: et chole qđ est humor: quasi niger humor. Declinat eñ ad nigredinem: et ideo cholera nigra a medicis nuncupatur: sicut dicit constantinus. Est igitur melācholia naturalis/ ⁊ innaturalis. Naturalis autem est vtilis corpori: qꝛ scȝ ista partim vadit cum sanguine/ ⁊ habilitat ipm̄ ad mēbra melancholica nutrienda/ partim vadit ad splenē ad ipsum nutriēdū/ partim mittitur ad orificium stomachi ad famem excitandā/ ⁊ appetitum ⁊ desiderium ꝓuocandū. Per melancholiā que est humor terrestris ⁊ ponderosus/ et tristitiā generans ⁊ timorē: possum intelligere spūalem tristitiam ⁊ timorem/ mortisq̄ȝ ⁊ terrestreitatis nr̄e deꝑssam miseriā et dolorē/ ⁊ maxie illū statum quo humor corporis ⁊ nature per mortē obscurabit̄

et ingrescet. Talis eñ cholera nigra et melãcholia.i.timor
et memoria futuri status mortis multum est necessaria ad
salutem. Deb; enim semꝑ esse mixta cũ sanguine/qui facit
amare.i.cũ nostra naturali affectione. Cum splene/qui fa-
cit ridere.i.cum nostra temporali cõsolatione. Cum stoma
cho/qui facit appetere.i.cũ nostra temporali dilectiõe. Qꝛ
sc; timor ⁊ memoria mortis/semꝑ debet nostris affectibus
et nostris cõsolationibus et delectationibꝫ esse cõmixta: qꝛ
sic habilitaꝛ sanguis affectionis nostre ad mẽbra melãcho
lica.i.ad tristes pauperes/per elemosynas nutriendum/et
stomachus nostri cordis iuuaꝛ ad bona et vtilia appeten-
dũ: ⁊ ad cibũ doctrine ⁊ gratie ⁊ glorie cũ desiderio affectã-
dum. Splen etiam ꝓsperitatis ⁊ cõsolationis mũdane per
talem melancholicũ timorẽ disponitur ad non nocendum
sed potius adiuuandũ: qꝛ per timorẽ dñi declinat omnis a
malo: sicut diciꝛ Prouer. xv. et Timor dñi delectabit cor.
sicut dicitur Eccli.ij. et sic dauid in ps. de ista nigra tristi-
tia loquitur: dicẽs. Timor ⁊ tremor venerũt super me: ⁊ cõ-
texerunt me tenebre. et sequiꝛ de bono desiderio generato.
Et dixi/ quis dabit mihi pẽnas sicut columbe: ⁊ volabo/et
2 requiescam? ¶ Melancholia est fex aliorum humorũ quã
doq; generatus ꝑ modũ residentie/sicut fex residet in vino
vel humor grossior in vrina/aliqñ ꝑ modũ adustionis cine-
ritie/ quando scilicet calore agente in humoribus naturali
bus/humiditas consumiꝛ/et melãcholia innaturalis sicut
quedã cinerea humiditas generaꝛ/ que sc; atra est/ et etiã
ebulliens vt acetũ/ ꝓpter quod etiã a muscis refugitur ⁊ ca
uetur. Sic vere fex ⁊ infectio omniũ humoꝝ ⁊ carnalitatũ/
est ipsa residentia ꝯsuetudinarie luxurie/que sc; ex actione
et inflãmatione caloris concupiscentie gignitur/ et ex con-
sumptiõe humiditatis gratie ꝑcreaꝛ. Et qꝺ peius est/quã
doq; ex magna adustione libidinis / melãcholia innatura-
lis.i.peccatum contra naturam efficitur/quod atrum ⁊ ace
tosum.i.vile et horribile dinosciꝛ/ intantũ ꝙ etiam ab ipsis
muscis.i.ab ipsis peccatoribꝫ abhorreꝛ. Sicut eñ ista me-
lancholia innaturalis deterior est inter humores/ ita ꝙ de
ipa non potest humor alius effici/morbosq; incurabiles/si-
cut est cancer ⁊ lepra/exinde cõtingit effici/ et incineratio-
nem etiã generari: sic vere inter vitia carnalia/istud est hor
ribilius ⁊ vilius/ita ꝙ post istud nõ efficiꝛ vllũ peius. Mor-
bum etiam male ꝯsuetudinis inducit/ qui est incurabilis:
cancrum etiam et lepram.i.abominationem: qꝛ vt cõmu-
niter omibꝫ est horribilis: ⁊ finaliter incinerationem ignis
et cõbustionis corporis/et ignis etiam infernalis eterni et
durabilis. Esai. ix. Uestimentum mixtum sanguine erit ĩ
3 cõbustionem/et cibus ignis. ¶ Signũ potissimũ dominij
huiꝰ humoris corrupti est timor. Niger eñ est iste humor:
nigredo vo ⁊ obscuritas mater est timoris/⁊ inde est ꝙ ma-
gis timet homo nocte q̃ʒ die. Est etiã humor iste terrestris/
et grauis: ⁊ ideo cor cõstringit/⁊ timorẽ inducit. Unde ga-
lenus in libro passionũ dicit ꝙ nõ est mirũ si melãcholicus
sine causa timeat: qꝛ sc; causã timoris cõtinue secũ portat.
Per istam choleram nigrã potest intelligi peccatũ/ qꝺ sc;
propter defectũ candoris innocentie diciꝛ nigrũ/ ⁊ propter
defectũ lucis gratie diciꝛ obscurũ. Quia ꝓ certo tales qui
tali corrupto humore inficiũtur et denigranꝛ/ sine causa ti-
ment ⁊ perturbantur: ⁊ nec mirũ si cõtinue timeant: qꝛ pec-
catum qꝺ est causa timoris/cõtinue secũ portant. Dũ enim
niger humor peccati cor ꝑ desperationem cõprimit/ timo-
rem seruilem necessario itroducit. vnde illud ps. Trepida
uerunt timore vbi non erat timor. Uel dic ꝙ terrestrꝛs hu-
mor iste/bona terrena significat/quorum fumus et affectio
cor per auaritiam coarctat: et sic timorẽ amittẽdi ipsa bo-
na efficit atq; causat. Quia sicut dicit seneca: q̃tũ accessi-
4 mus ad successum/tantũ accessimꝰ ad metũ. ¶ Signa cor
rupte melancholie in corpore dñantis sunt/ quando homo
somniat terribilia et tenebrosa/ visui pessima/ et in sapore
acetosa/quando etiam homo gaudet de re tristabili/et tri-
statur de re gaudiosa et cõsolabili/quando etiam homo ta
cet pertinaciter vbi est loquẽdum/ ⁊ quando insolenter lo-
quitur vbi est tacendũ. Sic vere signum est ꝙ in corde ho-
minis dñatur melancholia.i. tristitia ⁊ desperatio/vel etiã
peccati mortalis obscuritas et offuscatio/quando nõ som-
niat nec cogitat nisi terribilitatem dãnationis/et obscuri-
tatem infernalis habitationis / vel etiã terrorem alicuius
enormis criminis ⁊ actionis/ quãdo etiam gaudet in rebꝰ
mũdanis que sunt tristabiles/ ⁊ qñ tristaꝛ in rebus diuinis
que sunt letabiles/ quando insuꝑ in confessione vbi loq̇ de-
bet/tacet: ⁊ in consilijs ⁊ societatibꝰ vbi tacere temperate
deberet: vltra debitũ loquitur. Quia breuiter mali est ali-
qua terribilia ⁊ enormia somniare/proponere et cogitare: si
de spũalibus agitur/tristari: si de temporalibus / gaudere:
vbi nõ est necesse/plꝰ debito loqui: in confessione vero ⁊ vbi
est necesse/ꝓcaciter cõticere. Eccli. xx. Est odibilis q̇ est ꝓ-
cax ad loquendũ. Sequiꝛ. Qui multis vtitur verbis/ledet
animam suã. Uisi sunt quãdoq; aliqui melancholici quorũ
imaginatio ita erat ꝑ melancholiam corrupta/ꝙ existima-
bant se esse vas terreũ: ⁊ ideo timebãt tangi/ne forsitan frã-
gerentur. Aliqui etiã visi sunt qui putabant se mũdum pu
gno claudere: ⁊ omnia in manibꝰ continere: ⁊ sic non valen
tes manus ad cibum extendere/timebant ꝙ si manꝰ laxa-
rent/mundum contingeret ruere vel perire. Alij etiam vi-
si sunt qui angelũ mundũ tenere putant: ⁊ eum velle dimit
tere cadere pre tedio existimant: ⁊ ideo manus ⁊ brachia ⁊
humeros subleuant/ vt ipsum a casu sustineant atq; ferant
Tales procul dubio mali opinatores et falsi existimatores
sunt multi in mũdo. Quidã enim sunt deliciosi: q̇ sc; se cre
dunt esse vasa terrea.i.fragiles ⁊ impotentes ad penitentiã
peragendã: ⁊ ideo tactũ penitentie ⁊ correctionis refugiũt:
al'as si tacti fuerint/mori credunt. ps. Factꝰ sum tanq̃ʒ vas
perditũ. Quidã etiã presumptuosi: quibꝰ videtur ꝙ totum
mundũ cõtinent/⁊ ꝙ sine eoꝝ auxilio ⁊ cõsilio negocia nul-
la valẽt. Qui etiam manꝰ nunq̃ʒ volunt ad cibũ scil; ad tri-
buendum pauperibꝰ extendere/timẽtes machinã statꝰ sui
deficere/si per largitatẽ ꝯtingat bona sua pauperibus ero-
gare/cõtra illud Eccli. iiij. Nõ sit porrecta manus tua ad
accipiẽdum/⁊ ad dandũ collecta. Quidã etiam sunt fatui
scrupulosi/qui videlicet angelũ tenẽtem mũdum.i.dei pro-
uidentiã regentẽ mũdum/ ipm quodãmodo velle dimitte-
re putãt: vt pote qꝛ timẽt parẽtibꝰ suis dei ꝓuidentiã defice
re/⁊ ideo omittũt religionẽ intrare/ vel alia bona facere: vt
applicatis humeris possint ne cadat mũdus.i. ne statꝰ pa-
rentum decidat/procurare: ⁊ sic vidẽtur velle istum angelũ
deũ in executione sue prouidẽtie adiuuare/cũ tñ dicat scri-
ptura. Job. xxvj. Cuius adiutor es/ nunquid imbecillis?
¶ Item sunt aliqui qui credũt se nõ habere caput/vel sal- 5
tem habere plũbeum vel ferreũ. Alij sunt qui se gallos cre
dunt esse: ⁊ sic quando audiunt gallos cantare/brachijs se
percutiunt/⁊ galloꝝ more cantant: ita ꝙ aliquotiens rauci
fiũt. Alij etiã in suspitionem incidũt / ita ꝙ amicos suos si-
ne causa odiũt: ⁊ aliquotiens percutiũt ⁊ occidunt. Nuper
etiam (vt ait hic magister) quidam nobilis murilegũ se cre
debat: et sub locis ⁊ bancis vbi cati insidianꝛ muribus/tã-
tum habitare volebat. De quodã etiã ego audiui narrari ꝙ
nudus de lecto fugiẽs/in vepribus se abscondit/⁊ philome
nã se asserens/seruitori ipsum querenti vt se cãtare (qꝛ phi-
lomena erat) ꝑmitteret/supplicauit. De alio itẽ qui tẽpo-
re magistri arnaldi de villa noua/ mortuũ se credebat: nul-
loq; modo comedere volebat asserens ꝙ mortui comedere
nõ debebant. Idem tamẽ magister/assumpta veste nigra
mortuũ se finxit: ⁊ sub illo colore ipm infirmũ ad cimiteriũ
duxit / vbi alios socios nigro vestitos splendide comeden-
tes stare disposuerat: ipsosq; mortuos comedere asseruit/et
sic eorũ exemplo ipsum infirmum caute ad comedendũ in-
uitauit/⁊ ita eũ sanauit. Multa ĩfinita talia facit melãcho
lia corrupta incõmoda/et multa facit imaginari mẽdacia
atq; vana. Procul dubio multi tales melãcholici spũaliter
intellecti sunt hodie in hoc mundo/q̇ sc; de se ⁊ de alijs fal
sa opinantur/⁊ vana ⁊ mendacia meditãtur. Et primo qui-
dem sunt illi qui male iudicãt de prelatis/qui sc; vel nõ re-
putant se habere caput.i.prelatũ: vel saltem ipm existimãt
plumbeũ.i.defectuosum ⁊ vanum: dicentes illud. iiij. Reg.
iiij. Caput meũ doleo. Alij sunt qui nimis presumunt de
seipsis/⁊ isti sunt quidam qui videntes gallos.i. predicato-
res cantare ⁊ predicare/credũt ⁊ tentant facere sicut ipsi/⁊
predicare ⁊ cantare volũt/⁊ se gallos ⁊ predicatores dicũt:
sicut patet de multis qui penitus nihil sciunt/⁊ tamẽ alijs
predicare cõtendũt/ꝓpter quod in multos errores incidũt

atqꝫ cadūt. De quibus dicit apl's.j.ad Timo.j. Uolētes eē legis doctores/nō intelligentes neqꝫ que loquunt/neqꝫ de quibus affirmant. Alij sunt qui male iudicant de vicinis/ et isti sunt potissime zelotypi: qui nimis faciliter opinantur ⁊ credunt/⁊ amicos suos persequūtur ⁊ odiūt/ ⁊ in ipsis nō cōsentiunt nec cōfidunt: cōtra illud Prouer.iij. Ne molia-ris amico tuo malū: cū ipe in te habeat fiduciā. Alij sunt q̇ male existimāt de seipsis: qꝛ scꝫ quidam sunt qui credūt se esse murilegos: sicut proprie sunt auari/ qui ad hoc videnť credere se esse factos/ vt mures.i.pauperes rapiāt: ⁊ vt sim-plicibus insidientur/ eosqꝫ decipiant ⁊ defraudent. ps. In-sidiatur vt rapiat pauperem. Quidā etiā videntur crede-re se esse philomenas/sicut sunt illi qui mundi letitijs sunt dediti: ⁊ semꝑ cantare ⁊ tripudiare cū insolentia sunt para-ti. Job.xxj. Tenēt tympanū ⁊ citharam/⁊ gaudent ad soni tum organi: ducunt in bonis dies suos/ ⁊ in puncto ad infe ros descēdūt. Quidam etiam credūt se esse mortuos/sicut sunt illi pctōres qui de propria salute desperant: ⁊ iam mor tuos ⁊ dānatos se iudicant/ ita ꝙ cibū gratie/ eucharistie/ penitentie ⁊ diuine misericordie repudiant/ ita ꝙ necesse ē eos per culpam et penam perire/ nisi sint discreti medici.i. cauti predicatores prelati / qui etiā peccatores et mortuos se fingētes/per exēpla aliorum similiū mortuorū.i.aliorum precedentium peccatorū/comedētium scꝫ et penitentium/ ipsos ad salutem pertrahant ⁊ reducant: ita ꝙ talibus exē plo aliorum de tali imaginata desperationis morte viuifi-catis potest dici illud ad Colo.ij. Cū mortui essetis in deli ctis/cōuiuificauit cū illo: donans vobis omnia delicta ve-stra. Uel dic ꝙ iste credēs se mortuū/erat humanū genus: quod scꝫ morte imaginaria ⁊ spūali.i. morte culpe erat mor tuum et depressum: ita ꝙ cibū gratie sumere non valebat. Sed pro certo celestis medicus christus se mortuū ⁊ mor-talem effecit/⁊ etiam mortaliter se mortuū ⁊ peccatorē quo dāmodo finxit/ inqꝫtum scꝫ sub veste nigra mortalitatis et humilitatis/in similitudine carnis pcti venit: et sic isti in-firmo.s.humano generi se cōformans/⁊ alios mortificatos ⁊ spiritualiter mūdo mortuos/scꝫ predicatores ⁊ apl'os secū habens/cibū gratie ⁊ etiam ꝓprij corporis sibi dedit: et sic istum infirmum a morte etiam opinata ⁊ vera culpe et pe-ne/misericorditer liberauit. Joan.vj. Ego sum panis viuꝰ qui de celo descēdi. si quis mānducauerit ex hoc pane: viuet ineternum: ⁊ panis quē ego dabo/ caro mea est ⁊c. Multa alia exempla de melācholicis possem dicere: ꝫ omitto / qꝛ esset longissimū enarrare. Sic ergo sufficienter de qualita-tibus ⁊ humoribus est hic dictum.

¶ Hic incipit Liber secundus de corpore ⁊ membris hu-manis. Capitulum.j. de membris hoīs ī gnāli.

1 M Embrū. Nota ꝙ ꝫm Auicēnā mēbra sunt corpa ex ꝑma humorū cōmixtiōe ꝓcreata. Uel ꝫm Joānitiū/mēbrū est firma ⁊ solida pars aīalis/ ex similibꝰ vel dissimilibꝰ cōposita/ ad aliqđ spe-ciale officiū deputata. Solida eñ di-cit ad differentiā spirituū: qui nō sunt membra. Cōposita etiā dicit ex simili bus/ ratione mēbrorum simpliciū que cōstant ex similibus: sicut caro ⁊ sanguis. Sunt eñ similia quorū quelibet particula eiusdem est nature cū toto / sicut quelibet pars sanguinis est sanguis. Ex dissimilibꝰ etiam dicit/ ꝓpter mēbra officialia: que ex partibꝰ dissimilibꝰ cō-ponunť: sicut patet de manu: que cōponiť ex carne/neruo/ vena ⁊ osse ⁊c. Ecclesia charissimi/ ꝫm apl'm facit genera-liter vnū corpꝰ. ad Ro.xij. Multi vnū corpus sumꝰ in chri-sto. In isto autem corpore multa sunt mēbra.i. multe cōgre gationes/patrie/ville/ꝑsone/monasteria ⁊ collegia: q̄ ꝓcul dubio vt ꝯmuniter sunt firma ⁊ solida in fidei firmitate/ et certis officijs deputata in ipsiꝰ ecclesie ꝯmunitate: qꝛ sicut dꝛ ad Ro.xij. Omīa mēbra nō eundem actū habent. Sed ꝓcul dubio istorū mēbroꝝ duo sunt genera/ qꝛ scꝫ q̄dā sunt similia ⁊ simplicia/ sicut sunt boni ꝯtemplatiui ⁊ religiosi ⁊ clerici : qui scilꝫ per vnam in deum intentionem sunt sim-plices/⁊ per vnam conformitatem ⁊ dilectionem sunt simi les. Totū eñ ⁊ pars idem sunt: quia scꝫ vniuersi ꝑ intimam charitatē ijdem sunt cū singulis/⁊ singuli etiam per mutuā dilectionem assimilātur ⁊ conueniūt vniuersis. Qꝛ ꝓ certo in collegijs ⁊ ꝯmunitatibus quelibet pars debet represen-tare totum/ ⁊ in vnam volūtatem debēt conuenire vniuer-saliter singuli/⁊ singulariter vniuersi. Act.iij. Multitudis credētium erat cor vnū. Quidam autem istoꝝ sunt dissimi lia et cōposita/sicut seculares et actiui/qui vnā simplicem intentionē ad deū non possunt habere: quia necesse est eos diuersa diuersimode cogitare: ⁊ de domo/ patria ⁊ familia ꝑtractare: ⁊ seipsos ad multa diuidere ⁊ diuersificare.j. ad Coꝝ.vij. Qui autem cū vxore est/sollicitꝰ est que sunt mū-di: ⁊ quomodo placeat vxori/⁊ diuisus est. ¶ Cum deꝰ ⁊ na tura creauit mēbra sicut īstrumēta virtutibꝰ anime cōgruē tia/necesse fuit ꝙ cū aīa diuersas ꝟtutes hēat / diuersa mē bra fierent: que diuersis anime virtutibꝰ diuersimode deser uirent. Sic vere in ecclesia vel collegio necesse est esse plu res personas in diuersis officijs ꝯstitutas: vt per ipas sicut per instrumenta/anima.i. deus vel prelatus suas exerceat actiones. Cū enim ista anima: scꝫ deus vel prelatus vel re-ctor ꝯmunitatis diuersa habeat facere/necesse est vt diuer sa membra.i. diuersos officiales habeat: per quos possit qđ necesse fuerit/ exercere. Bene ergo dꝛ ad Ro.xij. ꝙ corpus non est vnum mēbrum/sed multa. ¶ Scđm triplicem vir-tutem anime/scꝫ animalē/vitalem/et naturalē/tria sunt in corpore genera mēbroꝝ: scꝫ animata/ spūalia/et naturalia. Animata sunt illa que administrant corpori sensum ⁊ mo-tū/sicut sunt cerebrū/⁊ nerui ⁊ organa sensuum. Spiritua-lia sunt illa que spiritum vitalem continent/⁊ que vitā cor-pori administrant: sicut sunt pulmo/cor/⁊ arterie. Natura-lia autē sunt que nutrimentum corpori tribuūt: ⁊ que ad cō seruationē speciei/generationi deseruiūt/sicut sunt stoma-chus/hepar ⁊ renes/⁊ similia/ sicut dicit ꝯstantinꝰ ⁊ etiam auicēna. Talia tria genera mēbrorū.i. personarum sunt ne-cessaria in corpore eccl'ie militantis: scꝫ prelati/clerici/lai-ci. Prelati eñ habent officiū mēbrorum animatoꝝ: qꝛ scilꝫ corpori ecclesie debēt de regimine ꝓuidere: ⁊ oīes dirige re ⁊ mouere: sensū discretiōis/motūqꝫ bone oꝑatiōis ꝓ se ⁊ pro alijs exercere: quia sicut dꝛ Eccli.x. Principatus sensa ti stabilis. Predicatores ꝟo religiosi ⁊ clerici: sunt sicut mē bra spūalia seu vitalia: quia scꝫ isti corpori ecclesie/vitā gra tie ⁊ spiritum salutis ministrant: inqꝫtum ꝑ deuotionē ora-tionem ⁊ predicationem se ⁊ alios viuificant/ ⁊ salutis spi-ritum eis prestāt. ps. Os meū aperui: ⁊ attraxi spiritū. Lai ci vero sunt sicut mēbra naturalia: qꝛ scꝫ isti per vim gene-ratiuam mundū cōtinuant: ⁊ per agriculturam ⁊ mechani ca opera totū corpus ecclesie nutriūt ⁊ sustentāt. Job.xxvj. Sustentas brachiū eius qui nō est fortis. Sic igitur patet quomodo prelati regendo/ mouendo et sensificando: reli-giosi vero ⁊ clerici orando/docēdo ⁊ viuificādo: laici etiam laborando ⁊ sustentando/operi ecclesie deseruiūt: ipsumqꝫ cōstituunt ⁊ ꝯponunt. Uel dic ꝙ in ecclesia mēbra anima-ta sunt boni ꝑlati/qui alios regūt. Mēbra spiritualia sunt viri religiosi ⁊ deuoti: q̇ orōnibꝰ vitam gratie alijs tribuūt. Naturalia vero sunt predicatores ⁊ doctores boni: qui do-ctrinis suis alios nutriūt/ ⁊ qui etiam peccatores in gratiā generant ⁊ ꝓducunt.j. ad Coꝝ.iiij. Per euangeliū ego vos genui. ¶ Itē aliq̄ sunt mēbra ꝑparatoria: aliq̄ purgatoria aliq̄ deportatoria: aliq̄ defēsoria. Preparatoria sūt illa q̄ ꝑpa-rant cibos corpori: sicut dentes/ stomachus/⁊ similia. De-portatoria sunt illa que nutrimētum/motū ⁊ sensum ꝑ cor-pus deferūt: sicut vene: que deportant sanguinē ab hepate: arterie / que portāt per corpus spiritum a corde: nerui etiā qui portāt per corpus sensum et motū a cerebro ⁊ a capite. Purgatoria sunt illa que purgāt corpus a superfluitatibꝰ: sicut sunt foramina auriū: cista fellis: ⁊ meatꝰ corporis. De fensoria vero sunt illa que mēbra principaliora defendunt a nocumētis: sicut sunt craneū/quod defendit cerebrū/pe-ctus/ quod defendit cor: brachia corpus ⁊c. Sic vere in ec clesia sunt quattuor genera mēbrorum.i.ꝑsonarum: scꝫ pre-lati/qui corrigendo ⁊ regendo subditos preparant. Predi catores/qui cibū doctrine ad alios deportant. Curati ⁊ cō fessores/qui vitia aliorum purgant et emundant. Milites vero atqꝫ principes/ qui corpus eccl'ie defendūt atqꝫ iuuāt ⁊ qui ipos defendendo laborant ⁊ pugnant. Breuiter ergo possumꝰ cōcludere ꝙ mēbra vniuersa indigent auxilijs sui

gulorum/ꝛ singula vniuersoꝝ.j.ad Coꝝ.xij. Pro seinuicem
5 sollicita sunt mẽbra. ¶ Mẽbra quadã mirabili harmonia sunt inuicẽ ordinata: ꝛ ita pariter ãnexa/ ꝙ maiora minoribus / et minora maioribus correspondent. Inferiora enim corpus sustinent/ media corpus iungunt et ligant: superiora corpus regunt/ exteriora defendunt. Et sic sunt in corpore pedes pro sustentamento/ nerui pro colligamento / oculi pro regimento/ manus ꝑ defensamento. Per corpus potest intelligi hõ interior seu mens humana. Ista em̃ diuersas habet partes ꝛ mẽbra. Habet em̃ inferiora quib⁹ sustẽtatur: et ista sunt humilitas ꝛ spes. Humilitas em̃ fundat: ꝛ spes sustentat. Item habet media quibus colligaẗ: ꝛ ista sunt charitas et pax. Charitas enim ligat/ pax ꝟo quietat. Item habet superiora quib⁹ gubernatur: ꝛ ista sunt prudẽtia et iustitia. Prudentia enim dirigit: iustitia autẽ omnia equaliter disponit. Item habꝫ exteriora quib⁹ defensatur/ et ista sunt fortitudo/ elemosyna/ abstinẽtia ꝛ oratio. Fortitudo resistit: oratio ꝟo cũ elemosyna gladio percutit/ abstinẽtia autẽ hostem scꝫ carnẽ prosternit. His igitur spiritualibus mẽbris spiritualis homo .s. bona mẽs cõponiẗ: et sic virtualib⁹ partibus ĩtegratur. Bene ergo diciẗ.j. ad Coꝝ. xij. ꝙ corpus nõ est vnũ mẽbrum/ sed multa. Uel dic sicut supra ꝙ in ecclesia agricole sũt inferiores: qui mũdũ sustẽtant. Religiosi ꝛ p̃dicatores sunt medij/ qui mũdũ in amore dei ꝛ proximi ligant. Superiores sunt prelati/ qui mundum gubernãt. Exteriores sunt milites: qui mũdum defen-
6 sant ꝛc̃. ¶ Membra ita sunt ordinata in corpore/ ꝙ vnũquodq̧ cõtentum est officio sibi dato/ ita ꝙ nũq̧ vnum aliud in officio suo impedit: sed potius ipsum adiuuat et custodit. Membra etiam ita cõnexa sunt/ ꝙ vno patiẽte aliud cõpatitur: ꝛ dolẽte vno condolent vniuersa. Et inde est ꝙ si vnũ lesum fuerit: humores ibi statim ꝯfluũt de alijs mẽbris/ vt si possint subueniãt mẽbris lesis. Mẽbrum em̃ sanum mẽbro infirmo subuenit: ꝛ ꝑ eius morbo alleuiando ledi multotiens ꝯsueuit. Sic vere in corpore ecclesie/ ville/ collegij vel patrie/ nos qui ẜm ap̃lm sumus alter alteri⁹ membra/ debemus esse cõtẽti statu/ gradu/ officio et beneficio a natura naturãte deo nobis dato: ita ꝙ nullus debet statum/ officium vel bonũ alterius appetere/ nec ad hoc anhelare vel ambire: nec alios in suis officijs/ gradibus/ statib⁹ vel beneficijs impedire. Quinimo ita debem⁹ adinuicem esse per mutuam charitatem cõnexi/ ꝙ dolente vno debẽt alij condolere: ꝛ ꝑ lesione tribulationis/ paupertatis vel infirmitatis tollenda: humores proprios.i. interiores affectus/ ꝛ exteriores etiam ꝓuentus in eius auxilium destinare: et cum eo (si gaudiũ habuerit) cõgaudere.j.ad Coꝝ.xij. Pro seinuicem sollicita sunt mẽbra: ꝛ si quid patitur vnum mẽbrum/ cõpatiũtur oĩa mẽbra: ꝛ si gloriatur vnũ mẽbrũ/ cõgaudẽt etiam oĩa membra. Uel ista possunt dici de xp̃o: q̃ cum esset sanus/ sine pctõ: ꝑ infirmis peccatoribus quib⁹ compassus est/ infirmari voluit: carnem assumẽdo ipsosq̧ ꝓprio humore iuuit/ pro ipsis sanguinem effundendo: ꝛ lesionẽ corpis sustinendo. Esa.liij. Ipse vulneratus est ꝓpter
7 iniquitates nostras ꝛc̃. ¶ Mẽbrum q̃diu ab anima regiẗ/ sanũ est: quãdo vero per cõtractionem neruorum/ paralyticum efficitur/ ꝛ influentia aĩe ꝛ spirituum priuaẗ: tunc ꝓcul dubio nec sibi nec corpori ꝓficit: immo nocere ꝛ impedire alia comprobaẗ. Sic vere in ecclesia illi qui aĩa ꝛ spiritu.i. diuina gratia ꝛ sp̃ũsancto viuificanẗ/ boni sunt: ꝛ corpori eccl̃ie ꝓficiũt. Qui ꝟo sp̃ũ ꝛ anima.i. diuina gratia nõ viuificãtur/ boni nõ sunt corpori eccl̃ie nec ꝓficiunt: immo obsunt/ ꝛ bonos alios in suis operationib⁹ impediunt atq̧ ledũt: vt de talib⁹ intellectualib⁹ mẽbris dicat ecclesia illd̃ ad Ro.vij. Uideo aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis mee.
8 ¶ Membra quãto sunt nobilioris cõpositiõis/ tãto vehemẽtius sentiũt molestiam cuiuslibet lesionis. Patet de oculo: in quo puluis modicus nocet: vbi manum vel pedem maior in cẽtuplo nõ nocet. Sic vere est de corde nobili ꝛ generoso. Sicut em̃ nobilis anim⁹ nõ libenter infert iniuriam: sic nec libẽter sustinet: q̃nimo modicus puluis.i. modica iniuria animũ generosum ledit/ ipsumq̧ inq̃etat et offendit. Teste em̃ aristotele/ nobilis anim⁹ nec facere/ nec pati potest iniuriam. Unde etiam seneca dicit ꝙ generosus nõ potest cõtumeliã sustinere. Uel dic in malo significato de mũdi nobilib⁹: qui sine causa se lesos reputant: ꝛ de festuca trabem faciẽtes: si modico puluere.i. modica iniuria tanguntur / statim offensos mirabiliter se proclamant: vbi tamen nulli alij se lesos aliqualiter putarent.
9 ¶ Mẽbra officialia solẽt se ꝑ membris p̃cipalibus opponere: ꝛ sine deliberatione ꝑcussoris ictib⁹ se offerre/ sicut patet de manu: que ꝑ tuitione cordis vel capitis etiã gladio se opponit: ꝛ seip̃am ꝑ salute cordis vel capitis secari ꝑmittit: vnũ virtutẽ ꝛ vitam se habere perpendit. Sic vere fidelis christianus/ ꝛ maxime membrum officiale.i. homo in p̃latione vel officio cõstitutus/ ꝑ corde vel capite.i. ꝑ tuitione christi fidei vel ecclesie/ sine quacũq̧ deliberatiõe pigritie vel timoris se debet aduersarijs opponere: et etiam si sit necesse/ morti ꝛ pene exponere/ ꝛ ꝑ tuitione fidei vel libertatis ecclesie quecũq̧ grauia sustinere. Apoca.ij. Sustinuisti ꝓpter nomen meum: ꝛ nõ defecisti.
10 ¶ Membra fiũt aliquotiens mõstruosa ex errore nature. Uñ dicit aristoteles lib. iiij. de generatione animaliũ. c.iij. ꝙ illud accidit ex fortitudine virtutis: ꝛ ex paucitate materie. Tũc em̃ facit virtus de illa pauca materia multa mẽbra: sed informia. Et sic aliquando visus est pullus cũ quattuor alis vel pedib⁹: ꝛ vno capite. Uisus etiam est homo cũ duob⁹ capitibus/ et vno corpore. Uisus etiã est hircus q̃ cornua habebat in genibus. Uisus est aries q̃ habebat quattuor cornua. In nano etiam apparet monstruositas. Natura enim videns ꝙ parum habet de materia/ membris principaliorib⁹/ scꝫ capiti ꝛ pectori (que sũt ꝓpe cor) sicut magis chariorib⁹ dat multũ de materia: ꝛ illa mẽbra perfecte complet ꝛ augmẽtat. Alijs vero mẽbris magis a corde remotis modicũ dat et ea ĩperfecta gñat atq̧ format. Talis error nature quotidie videẗ accidere in promotionib⁹. Prelatus em̃ est sicut virtus vel sicut natura: bona vero tẽporalia sunt sicut materia: promouendi sunt sicut fetus ꝛ membra. Quid ergo? procul dubio quãdo prelat⁹ habet materiam pre manibus .i. beneficia cõferenda: primo ꝛ ante oĩa ipse solet formare/ promouere et complere mẽbra que sunt ꝓpe cor.i. illos quos magis hꝫ cordi/ scꝫ nepotulos ꝛ parẽtes. Istis g̊ dat multũ de materia.i. de bonis tp̃alib⁹ ꝛ de b̃ñficijs eccl̃iasticis: ita ꝙ facit eos magnos/ diuites ꝛ formatos: alijs autẽ mẽbris.i. alijs ꝑsonis que nõ sunt ei cordi/ solet modicũ de ista materia dare: ꝛ sic eos cõsueuit incõpletos ꝛ informes facere /et eos paruos et pauperes relinquere/ et tenues et inopes procreare. Errat igitur in hoc natura.i. prelat⁹: qui eq̃liter nõ distribuit bona sua/ imo vni dat excessiue: ꝛ alij diminute: iuxta illud.j.ad Corith.ix. Ali⁹ quidẽ esurit: ali⁹ autẽ ebrius est. Alia aũt expone: et dic ꝙ natura nõ habẽs sufficientẽ materiam/ facit quod potest: ꝛ ideo facit mẽbra informia ꝛ incõpleta: vt dictũ est. Sic vere prelatus nõ habens in corpore ꝛ collegio suo sufficientem materiam.i. sufficientes personas/ producit ꝛ promouet hoĩes sine cõplemento virtutum. Facit em̃ qd̃ potest ꝛ nõ quod vult: ꝛ ideo cũ meliores nõ habeat/ multotiẽs ꝑturit ꝛ promouet incõpletos: ꝛ ad dignitates emittit viros in moribus mõstruosos. Quod potissime videmus de prelatis carnalibus: qui omnino volẽtes promouere suos: cũ non habeant materiã competentem/ sepissime parturiũt hoĩes moribus incõpletos/ ꝛ in omnibus imperfectos. p̃s. Impfectũ meũ viderũt oculi tui.
11 ¶ Quandoq̧ fit mõstrum in natura ꝙ vnum corpus duo habꝫ capita. Unde vise sunt due mulieres que ab vmbilico sursum due erant: deorsum vero in vnũ corp⁹ terminabãtur: quaꝝ etiam vna mortua est ante aliã: ꝛ ꝑ sociã aliquãdiu mortua ẽ portata/ sicut audiui fuisse (nõ est diu) in ꝓuincia tholosana. Aug. etiam de ciuitate dei lib.xvj.c. viij. dicit ꝙ tẽporib⁹ suis nat⁹ est puer qui in sup̃iorib⁹ partibus erat duplex: in inferioribus vero simplex. Unũ enim corp⁹ habebat: ꝛ duo capita deferebat. Ista possunt applicari contra multos/ qui reuera videntur in ecclesia mõstrũ esse. Cum em̃ ipsi vnicum corpus.i. vnicam personam habeant/ ipsi tamen duo capita.i. dignitates ꝛ priorat⁹ aliquotiens duos habent. Quãuis em̃ vnus vir vnã debeat vxorẽ habere/ ipsi tamẽ (more lamech) nõ vna cõtenti sunt/ imo cõiuncti plurib⁹ volunt esse: cũ tamẽ isti deberẽt facere ẜm cõsilium saluatoris dicẽtis. Qui habet duas tunicas: det vnam nõ habenti. q2 sicut dicitur Luce.xvj. Nemo potest

duobus dñis seruire. Uel dic de multis qui per varias affe
ctiones ꝛ intentiones sunt duplices: q̄uis sint in eodē cor
pore.i.in eadem ecclesia vel collegio/ in apparentia vnifor
mes ꝛ simplices. Multi eñ sunt qui vnum esse videntur/ q̄
tamen diuersis cordibus ꝛ capitibus.i.diuersis affectioni
bus ꝛ intentionibus seiungūtur. Uel istud etiam potest di
ci de electionib⁹/ vbi sepe in vno corpore ponit duplex ca
put.i.duplex capitaneus vel prelatus per contrarietatem
discordātium electorū: cū tamen dicat scriptura. Osee.j. ꝙ
cōgregabunt filij israel ꝛ filij iuda pariter: ꝛ ponēt sibimet
caput vnum. Uel dic ꝙ cū nos sim⁹ plures persone/ vnum
corpus in xp̄o: ꝛ eisdem pedib⁹.i.eisdem fundamētis fidei
sustentemur: si ꝯtingat aliquē nostrū mori per pctm̄/ vel in
fortuniū incurrere: illi qui vnū sūt.i.in statu gratie vel ꝓspe
ritatis cōstituti/ debent talem fratrem sic defunctū ꝛ mor
tuum sustentare/ ꝛ ip̄m tanq̄ʒ sibi cōiunctū ꝛ intimū in cha
ritatis dulcedie supportare. ad Galath.vj. Uos q̄ sp̄uales
estis/ instruite huiusmodi in sp̄u leuitatis. Sequitur ibidē.
Alter alteri⁹ onera portate. Pullus ꝭm aristotelem vbi.s̄.
quandoqʒ fit mōstruosus/ ꝛ habet plures alas/ ꝛ plures pe
des q̄ʒ deceat: ꝛ inde est ꝙ aliquādo inuētus est pull⁹ cum
quattuor pedib⁹/ ꝛ aliquando cū quattuor vel sex alis. Sic
pro certo inter ipsos pullos.i.iter peccatores quos miluus
.i.diabolus sepe rapit/ sunt aliqui mōstruosi. Et isti iter ce
teros sunt aduocati. Isti eñ vltra modum in pedibus.i.in
magistris eos sustentātibus ꝛ fouētibus/ ꝛ in alis diuitiaꝝ
pensionum/ ꝛ etiā officioꝝ/ quibus sursum vehunt/ abūdāt:
ita ꝙ respectu vicinoꝝ suoꝝ mōstrū dissilē alijs esse patēt.

Capitulum.ij.de capite.

Caput ꝭm Isidorum libro.xj.c.j. est a capiendo
dictum/ eo ꝙ omnes sensus ꝛ nerui inde initiū
capiant. Caput est sedes sensuum principaliū/
et origo omnium organorum sensibiliū/ anima
lis etiam virtutis est domiciliū/ trāsmittens ad
omnia mēbra inferiora generaliter sensum ꝛ motū. Septē
habet caput foramina: que sunt sensuum instrumenta. In
firmissimo autē corporis loco positum est caput: sicut mē
brū ceteris digni⁹: vt totū corpus ordinet atqʒ regat. Quat
tuor aūt plura in compositione capitis dicūtur cōcurrere:
videlicʒ durorū ossiū fortitudo/ medulle cerebri plenitudo/
carnium exterioꝝ paucitudo/ omniū ossium lympitudo/ ca
pillorū etiam multitudo. Ista eñ sunt cōcurrentia i capitꝭ
cōpositione/ ꝛ in ipsius naturali cōplexione: sicut dicit con
stātinus. Per caput generaliter potest intelligi quilibet ca
pitaneus vel prelatus/ qui scilʒ est caput/ princeps ꝛ rector
omniū alioꝝ. Esa.ix. Lōgeuus ꝛ venerabilis ip̄e est caput.
Tale eñ caput debʒ habere septem foramina.i.sp̄ussancti
dona/ per que scʒ possit virtutes recipere/ et vitia vacuare.
zach.iiij. Ecce candelabrū aureum totum: ꝛ septem lucer
ne eius super illud. Iste igit in summo dignitatis vertice
situatur: ꝛ in eminētiori gradu corporis collocatur: vt sic ꝑ
eum corpus collegij regat: ꝛ mēbrorum.i.subditorū aliorū
cōgeries debite gubernetur. Ad caput eñ.i.ad prelatū vel
rectorē ꝑtinet corp⁹ ecclie regere: ꝛ membra.i.subditos de
bite gubernare. Ideo bene dicit prelato vel supiori illd.j.
Regum.xv. Caput i tribubus israel factus es. Sed quid:
Procul dubio tale caput.i.talis capitane⁹ quicūqʒ vel pre
latus/ debet habere sex cōditiones: quia scilicet iste debet
habere ossa fortitudinis ꝛ cōstantie. Multā medullam mi
titudinis ꝛ clementie. Paucam carnem carnalitatis ꝛ la
sciuie. Neruos dilectionis ꝛ amicitie. Sēsus discretionis
et prudentie. Capillos exterioris honeste cōuersationis et
decentie. Caput enim q̄ʒq̄ʒ durū exteri⁹ appareat: multam
tamen interius habʒ medullā. Qr pro certo ꝓlatus dato ꝙ
apparēter debeat pretēdere duritiam seueritatis/ ꝛ semper
gerere cōstātiā solide firmitatis: debet tamen intus afflue
re medulla mollis ꝛ tenere pietatis: ꝛ cū hoc debet habere
sensus prudentie et sagacitatis: neruos etiam et ligamina
charitatis: capillaturā honestatis: ꝛ paucitudinē carnis.i.
lasciuie ꝛ carnalitatis. Ista autem oīa in arca testamēti fi
gurantur/ q̄ erat deaurata intus ꝛ foris/ ꝛ cōtinebat māna/
virgā/ ꝛ tabulas legis dei: ꝛ erat de lignis sethim increma
bilib⁹. Qr pro certo prelat⁹ vel princeps debet habere vir
gam/ ecce duritia correctionis. Māna/ ecce dulcedo com
passionis. ps. Impinguasti in oleo caput meū. Tabulas le
gis/ ecce scientia discretionis. Aurū intus/ ecce feruor dile
ctionis. Aurum extra/ ecce splendor cōuersationis. Lignū
incremabile/ ecce paucitas carnalis infectiōis ꝛ ꝯcupiscē
tis inflāmationis. Ideo bene dicit chrysostom⁹ in dialogo
suo li.ij. Sit inq̄t prelatus temperans/ nō superbus: reuerē
dus ꝛ secretus/ mitis ꝛ humilis/ liber ꝛ vehemēs/ māsuet⁹
et cōstans. Uel si vis dic ꝙ caput est mēs ꝛ intentio viri iu
sti/ que scʒ regit membra.i.alias actiones: qr scʒ a capite.i.
ab intentione denominātur opera quo ad mores. Istd igit
caput debet in summo loco/ scilʒ in deo vel in paradiso per
cōtemplationem ꝛ affectionem locari: ꝛ duritia cōstantie/
mollitie deuotiōis/ sensu discretiōis/ neruis dilectiōis (ꝛc̄.
sicut supra) caput dʒ moralit adornari. Et sic dicet sibi illd
Cāti.v. Caput ei⁹ aurū optimū/ oculi ei⁹ sicut colūbe. Uel
per oīa dic ꝙ caput istud est christus ꝛc̄. sicut supra. Iste
enim habet duritiam iustitie/ mollitiē clementie ꝛc̄. ¶ Ca
put est sicut camin⁹ totius corporis: ꝛ ideo multarū fumo
sitatum de toto corpore ascendētium est in se receptiuum.
Et ideo natura fecit caput porosum/ ꝛ tam manifeste q̄ʒ oc
culte foraminibus multis plenum/ vt sic per occultos po
ros fumositatū superfluitates euacuarent: ꝛ vt per emūcto
ria manifesta/ grossiora (ne caput lederēt) purgarētur. Per
fumositates possum intelligere vota/ affectus/ petitiones ꝛ
querimonias subditoꝝ. De toto enim corpore.i.de toto col
legio solent tales fumi ad caput.i.ad prelatum ascendere:
et ip̄m diuersimode ꝯturbare. Necesse est igitur vt istud ca
put sit per discretionem ꝛ prudentiā ꝑforatum/ vt scʒ super
flua ꝛ inania dimittat transire/ necessaria vero retineat et
discernat. Prelatus enim nō sufficeret/ si oēs fumos mē
brorum.i.oēs appetitus ꝛ querimonias subditoꝝ in se reti
neret. Et ideo necesse est multa pretermittere: ꝛ de necessa
rijs tantū curare. Bene igitur cōsulit sapiens/ Eccl'is.vij.
dicens. Cunctis sermonib⁹ qui dicunt/ nō accōmodes cor
tuū. Uel dic ꝙ caput est mens/ ad quā ꝑ certo fumositates
mēbrorū.i.affectiones carnales cōtinue ascēdunt/ ipsamqʒ
per pctā inficiunt atqʒ ledunt. Necesse est igit multas ibi
aperturas fieri: vt per cōfessionē possit loco ꝛ tēpore vacua
ri. ¶ Scd̄m aristotelem li.iiij. de generatione animalium/
aliquādo contingit in vno corpore duo esse capita ꝛc̄. vide
supra titulo precedenti/ vel vide de serpētibus pluriū capi
tum.c.de angue. ¶ Caput est radix totius corporis et ipsi⁹
principium ꝛ etiam fundamētum/ et ideo ab ipso influitur
corpori sensus ꝛ motus: ꝛ quando caput est bene ordinatū
et dispositū/ omnia mēbra corporis meliori ꝯsistētia dispo
nuntur: ꝛ econuerso: si caput lesum fuerit vel turbatū/ oīa
mēbra inferiora corporis patiūtur. Per caput intelligit in
tentio. Ista est enim omniū actuū moraliū principiū ꝛ ori
go. Ab ista eñ depēdēt omnia mēbra.i.omnes actus: ꝛ ꝭm
eius dispositionem/ moralem bonitatem vel malitiā conse
quūtur. Si eñ caput intentionis sanū fuerit atqʒ rectum/ ꝛ
ad deū in suis qualitatibus ordinatum: tūc omnia mēbra
.i.omnes actus nostri debita consistentia disponuntur. Si
autem istud caput intentionis corruptū fuerit vel turbatū
et ꝑ peccati malitiā deprauatū/ tunc etiam membra actuū
et operum male disponūt: ꝛ sanitate gratie et meriti spoliā
tur: ꝛ dispositionem peccati necessario sortiūtur. Cū caput
eñ infirmū est: cetera mēbra dolēt. Esa.j. Oē caput lāgui
dum: ꝛ oē cor merens. A planta pedis vsqʒ ad verticem
nō est in eo sanitas. Uel dic ꝙ caput est ꝓlatus: qui scʒ cor
pori ecclesie influit sensum discretionis/ et motū bone ope
ratiōis. Isto igit bene disposito ꝛ bene in moribus ordina
to/ mēbra.i.subditi bene similiter in moribus disponuntur:
et econtrario/ si per peccata lesum fuerit: alij etiam exēplo
eius/ pctī malam dispositionem incurrere dinoscūtur. Uir
tus enim vel vitium capitis.i.capitanei vel ꝓlati in corp⁹
faciliter redundat: et tam in bono q̄ʒ in malo/ prelato sub
dit⁹ de facili se cōformat. Eccl's.x. Qualis rector ciuitatꝭ
tales inhabitantes in ea. ¶ Caput sensuum instrumentis
a natura extitit insignitū. Posuit eñ natura in capite ocu
los/ aures/ nares ꝛ linguā/ quib⁹ possit visum/ auditū/ odo
ratum et gustum habere: ꝛ ipsis mediātibus alia membra
debite gubernare. Sic vere prelatus debet sensibus sp̄ua
libus pre ceteris vigere/ ꝛ in se ipsos moraliter ꝯtinere. Ha

beat igiꝝ oculos clare diseretiōis. Aures ⁊ auditū iustitie ⁊
audiētie et attētiōis. Nasum ⁊ odoratū deuotiōis. Linguā
predicationis: ⁊ gustum pietatis ⁊ compassiōis: quo scꝫ gu
stet ⁊ sapiat dulcedinē et amaritudinem subditorū. Debet
eñ omnia videre ⁊ examinare/ debet oīa audire ⁊ īuestiga
re/ debet celi suauitatē et inferni feditatem odorare/ debet
nihilominꝰ subditoꝝ amaritudinē ⁊ dulcedinem/ aduersa
et ꝓspera (vt scꝫ de illis doleat/ de istis gaudeat) ꝓgustare.
Et sic diceꝝ illud ꝓuer.x. Bñdictio domini sup caput iusti
De talium ergo sensuū plenitudine potest dici illud Eccli.
xj. Sapientia humiliati exaltabit caput.

Capitulum.iij. de cerebro.

1 Cerebrum. vt dr̄ in pantechni li.iij.ca.xij. est cor-
pus album/ sine sanguine/ humidū/ de spū ⁊ me
dulla hñs multū: in tribꝰ cellulis distinctū/ dua
bus pelliculis vestitū/ ī altiori loco corpis collo
catū/ ⁊ duris cranei ossibꝰ circūseptū. Tale ce-
rebrū debet esse interior mens humana. Ista eñ debet eē
alba per innocentiam/ sine sanguine carnalitatis per cōti-
nentiam/ plena spiritu ꝑ sapiētiam/ abundās medulla per
clemētiam/ munita duro craneo ꝑ firmitatis cōstantiam/
vestita pellibus ꝑ sue vilitatis notitiam/ tribꝰ cellulis di-
stincta per fidei trinitatis ꝓuidentiam/ ⁊ in alto posita per
cōtemplatiōis eternorum eminētiam. Dicat igiꝝ illud Ec
clesiasti.xxiiij. Ego in altissimis habito: ⁊ thronus meus in
colūna nubis. Vel si vis expone oīa de prelato vel quolibet
2 viro iusto. ¶ Cerebrū album fuit: vt cuiuslibet coloris faci-
liter esset susceptiuū. Multū habuit de spū: vt faciliter esset
motiuū. Multū habuit de medulla: vt calor causatꝰ ex cō-
tinuo motu/ ꝑ eam tēperaretur. Sine sanguine fuit/ vt non
inficeretur: ⁊ ne om̄e quod apprehenderet: rubeum videre-
tur. Humidū/ vt cito ꝑ receptionem formaꝝ sensibiliū īmu
taretur: ⁊ vt rerum apprehensio sibi faciliter imprimereꝝ. Ta
lis debet esse voluntas ⁊ mēs capitis.i. prelati vel etiam cu
iuslibet viri iusti. Ista eñ debet esse alba per innocētie pu-
ritatem: vt faciliter recipiat colores virtutū ⁊ perfectionū.
Debꝫ esse plena spūsancto/ vt faciliter moueatur motu bo-
narum operationū. Debet habere medullā pietatis: vt tē-
peretur a calore ⁊ a feruore seuerarum punitionū/ vel iracū
die inflāmationū. Debet esse multū humida/ mollis ⁊ tene
ra: vt cito in ea fiat impressio alienaꝝ supplicationū. Debꝫ
etiam esse sine sanguine carnalis affectionis/ ne sua imagi
natio inficiatur rubedine carnaliū imaginationū. Qr pro
certo ad prelatū pertinet ꝙ in iudicio sit sine sanguine car-
nalis affectionis/ et ꝙ semper sit albe/ pure et innocentis
intentionis/ ⁊ etiam pie/ mollis ⁊ tenere cōditionis/ ⁊ prō-
pte ⁊ benigne impssionis ⁊ exauditionis. Et ideo de petro
qui fuit dictus cephas.i. caput/ ⁊ symon.i. audiens/ dicitur
Matthei.xvj. Beatꝰ es symon bariona: qr caro ⁊ sanguis
3 non reuelauit tibi. ¶ Cerebrum in tribus cellulis seu ven-
triculis est distinctū. In primo est imaginatio. In secundo
est ratio. In tertio est memoria seu retentio. Prima pars ē
multū humida ⁊ medullosa: vt imaginatio faciliter impri-
matur. Secūda pars ē multū plena spiritibꝰ: vt spū coope-
rante ratio inter formas discernat ⁊ diiudicet meliꝰ ⁊ medi
tetur. Tertia vero respectu aliaꝝ frigida est et sicca/ vt quod
apprehensum fuerit/ melius retineatur: et diutius memo-
rie cōmendetur. Sic oīa dicit cōstantinꝰ. Per cerebrum a
quo originaliter ꝓdeunt omnes sensus/ intelligo discretio-
nē ⁊ prudētiam animorū. Ad quod facit qđ dicit pli.li.vij.
ca.xvj. ꝙ zoroastres die qua natꝰ est risit: ⁊ cerebrū ei ita pal
pitauit/ vt manū adpositā repelleret: que inq̇t fuerunt futu
re presagia sapientie. Ista in tribus cellulis ⁊ partibus est
distincta. Debet enim primo habere fantasticam et ima-
ginariam/ q̄ʒtū ad futura premeditanda. Debet secūdo ha
bere rationem iudiciariam/ q̄ʒtum ad presentia discernen-
da. Debet tertio habere puppim reseruatoriam/ q̄ʒtum ad
preterita retinēda/ et diuturne memorie cōmendāda. Iste
eñ sunt tres partes prudentie/ que est cerebrū anime spūa
le: qr scꝫ ista se dꝫ extēdere ad futura pn̄tia p̄terita: iuxta ver
bum senece dicentis. Si prudens fuerit animꝰ tuus: tribus
temporibus dispēseꝝ. Futura inq̇t precaue/ p̄sentia ordina/
p̄terita recordare. Vel dic ꝙ tres ille cellule significāt fidē
trinitatis: vel etiā tres virtutes theologicas: que sunt par-
tes cerebri.i. sapiētie spiritualis: que sunt habitaculū spūs
animalis.i. spūssancti ⁊ gratie virtualis. Eccli.xxv. In tri-
bus beneplacitū est spiritui meo: que sunt ꝓbata corā deo
⁊ hominibus. ¶ Cerebrū duas habet pelliculas quibꝰ in- 4
uoluitur ⁊ quibꝰ tuetur et defendiꝝ/ quarum superior diciꝝ
dura mater: et iterior diciꝝ pia mater. Exterior enim que ē
a parte cranei/ magis est dura. Interior vero q̄ est īmediate
coniuncta cerebro/ magis est tenera atqꝫ pia. Per cerebrū
potest intelligi p̄latus vel etiam mēs p̄lati a qua scꝫ sensus
discretionis ⁊ motus bone operationis debꝫ ad alios deriua
ri ⁊ emanare. Talis igitur debet habere circa se durā ma-
trem ⁊ piam matrē. Dura eñ mater est iustitia ⁊ seueritas
Pia mater est clementia ⁊ benignitas. Iustitia est mater:
qr diligit/ dura: qr corrigit. Pietas ē mater: qr fouet/ ⁊ pia:
qr indulget. Istas igiꝝ duas matres habeat mens prelati/
vt per piam matrē foueat ⁊ indulgeat: per duram vero ma-
trem puniat et deterreat. Iste eñ due matres sunt mīa/ et
veritas: qr sicut diciꝝ Prouer.xx. Misericordia et veritas
custodiunt regem. Unum tamē aduertēdum est ꝙ pia ma
ter proprior est cerebro q̄ʒ sit dura/ ad denotandum ꝙ prela
tus debet esse magis misericors q̄ʒ seuerus: ⁊ ꝙ pietas sibi
debet esse intimior q̄ʒ sit rigor/ ⁊ ꝙ magis debet esse pius q̄ʒ
rigidus seu durus. Iste sunt due matres que venerunt ad
salomonē: quarū vna petebat occidi puerū ⁊ diuidi/ altera
aūt petebat oīmode sibi parci. Una ergo erat dura mater/
⁊ alia pia mater. Sed pro certo salomon obediuit precibꝰ
pie matris: dicēs. Date illi infantem viuum: hec est enim
mater eiꝰ. Et preces repulit dure matris: sicut.iij. Reg.iij.
historialr̄ enarratur. Salomō eñ prelatum regem vel iudi
cem significat/ qui duas matres: scꝫ iustitiam ⁊ clemētiam
secum portat. Iustitia enim dura mater vult punire ⁊ occi
dere: clementia vero pia mater vult indulgere et parcere.
Salomon igitur bonus prelatus debꝫ piam matrem.i. cle-
mētiam exaudire: ⁊ dure matris.i. iustitie rigorem ⁊ acutiē
tēperare. Ad qđ facit qđ dicit bernardꝰ sup cantica loquēs
p̄latis. Discite vos subditoꝝ matres esse non dños. Discite
nō metui/ sꝫ amari. Sit ī vobis materna pietas/ ⁊ paterna
seueritas. Exhibete vos matres fouēdo/ patres corripiēdo
Suspendite verbera/ producite vbera. ¶ Cerebrū corpori 5
sensum ⁊ motū administrat/ ⁊ ideo ipso bene disposito/ ce-
tera bene disponuntur: ⁊ ecōuerso ⁊c̄. dic sicut supra de ca-
pite.§.iiij. ¶ Cerebrū sequitur motū lune: qr scꝫ crescēte lu- 6
na medulla cerebri crescit: ⁊ ea diminuta diminuitur ī sub
stātia ⁊ virtute/ sicut dicit aristoteles li.ij. de ꝑtibus aīaliū
Sic vere cerebrum.i. sapientia cordis nostri debet regi ſm
lunā.i. ſm diuine grē influētiā: qr.s. hō nō dꝫ inniti prudētie
sue: sꝫ ipam ſm lunā.i. ſm dei volūtatē ordiare. ꝓuer.iij. Ne
sis sapiēs apđ temetipm. time deū/ ⁊ recede a malo. Crescē
te enim luna in lumine.i. crescente in nobis lumine diuine
gratie/ tunc cerebrum.i. sensus ⁊ discretio crescit: ⁊ ecōuer-
so/ dei gratia decrescente/ etiam nostra sapiētia euanescit.
Gratia enim dei sum id qđ sum: dicit apostolus.j. ad Cor.
xv. ¶ Cerebrum omnibus mēbris sensum tribuit/ ⁊ tamē 7
qđ mirabile est/ ī se cerebrū nihil sentit. Talis est malꝰ pre
dicator ⁊ doctor: quia scꝫ talis verbis ⁊ exēplis suis solet ī
aliis sensum discretionis ⁊ cōpassionis inducere/ ipse vero
cū malꝰ sit/ nihil boni vult sapere vel sentire. Eccli.xxj. Nō
est sensus vbi est amaritudo. supple pcti. ¶ Cerebrum ſm 8
aristo.li.ij. de partibꝰ animalium/ mēbrum est frigidum et
humidū: et ideo cordi vbi est fons caloris: est oppositū: ⁊ vt
excessum caloris cordis tēperet/ eidē ex opposito desuper
est locatum. ⁊ etiam ſm aristo. cerebrum post cor ē in crea-
tiōe hominis primū mēbrum. Per cerebrum corporis ec-
clesie potest ītelligi beata virgo: que ꝓcul dubio post cor.i.
post christum tenet in ecclesia primum locū: que per pieta-
tem est penitus medullosa. Per cor autē intelligo christū/
qui scilꝫ per rigorē iustitie est feruidus ⁊ accensus. Et ideo
beata virgo regina mīe dicitur: christus vero sol iustitie nū
cupatur. Cerebrū igitur cordi opponiꝝ/ quia scꝫ beata virgo
per suam mīam viscerosam calori ⁊ rigori ipsiꝰ cordis chri
sti se opponit: et eiꝰ feruorem temperat suis precibꝰ atqꝫ le-
nit. Rigor enim diuine iustitie totum mūdum accēderet/ ⁊
oēs pctōres contereret ⁊ deleret/ nisi virginalis clementie
mollities ⁊ pietas obuiaret. Allega de pietate beate virgi

nis. Uel potest dici ꝙ in corpore ecclesie vel collegij aliqui sunt ita accẽsi zelo iustitie ꝙ ad punitionẽ delinquẽtiũ cupiunt toto impetu ruere/ ⁊ eos sine pietate punire. Necesse est igitur ꝙ cũ eis in corpore sit cerebrũ. i. viri molles/ misericordes ⁊ pij/ frigidi/ deliberati ⁊ maturi: qui alioꝝ rigorẽ tẽperent: ⁊ ipsos ne vltra debitũ seuiãt aut puniãt/ suis maturis cõsilijs moderent̃ ⁊ cõponant. Eccli. xxxiij. Respice in omnia opera altissimi/ vnum contra vnum/ duo contra

9 duo. ¶ Circa cerebrum est rete mirabile arteriarũ a corde ascendentium: ⁊ spiritum vitalẽ ⁊ calorem secũ sursum deferentium ⁊ cõtinentium/ ⁊ cerebrum cõtinue calefaciẽtium ⁊ pulsantium. Ipm etiam cerebrum ratione mot⁹ sui continui magnũ calorem habet contrahere: ⁊ ideo necesse fuit cerebrũ frigidũ mẽbrũ esse/ vt predictũ rete posset refrigerare: ⁊ etiã sui caloris accidẽtalis malitiã tẽpare/ sicut dicit hali/ ⁊ etiã aristo. li. ij. de ꝑtib⁹ aĩaliũ. Per cerebrũ quo corp⁹ regit̃: ⁊ qd̃ ĩ alto loco scꝫ ĩ capite ꝯstituit̃/ itelligo iudicẽ vel p̃latũ. ps̃. Cõstituit eum in caput gẽtium. Talis enĩ omnia mẽbra. i. oĩes subditos habet regere: ⁊ ꝑ executionem officij sui sollicite se mouere. Per rete arteriarũ intelligo societatẽ curialium: qui scꝫ circa cerebrũ. i. circa iudicem vel prelatum solent seinuicem aggregare/ et more retis ꝑ malas confederationes seinuicem colligare/ qui scilꝫ spũ vanitatis sunt pleni/ ⁊ calore cupiditatis accẽsi: ⁊ ideo cerebrũ solent verbis adulatorijs ⁊ detractorijs/ ⁊ cõsilijs/ necnon precibus importunis pulsare / ⁊ ipm ad faciẽdum malũ: ⁊ ad subditos grauandũ accendere ⁊ mouere: ⁊ ipm ad faciẽdum mala omnia ꝓ viribus inflãmare. Ita ꝙ ipe potest dicere illud ps̃. Cõsilium malignãtium obsedit me. Isti sunt enim rete diabolicum ꝓ superioribus capiendis. Eze. xxxij. Expãdam sup te rete meũ: ⁊ capieris in sagena mea. Quid ergo? Procul dubio istud cerebrũ. i. iudex debet esse frigidus ⁊ refrigeratus. i. prudens/ maturus et deliberatus: ⁊ ideo talibus taliũ pulsationibus/ ꝓprij etiã motus ⁊ appetit⁹ affectionib⁹ nõ debet inflãmari/ nec ad malum aliqualiter incitari: sed in omnib⁹ prudenter ⁊ sagaciter moderari/ nec talium malis consilijs / detractionibus aut pulsationibus ĩmutari: dicens illud ps̃. Nõ sedi cũ cõsilio vanitatis/ ⁊ cũ iniqua gerentibus. Uel per cerebrũ capitis intelligo sapiẽtiam prelati ⁊ supioris/ que ꝓ certo ita debet esse frigida ⁊ matura: ⁊ a p̃cipitis appetitus impetu aliena/ ꝙ reti malorũ et eorum colligationi: ipsorũqꝫ pulsui ⁊ inductioni sciat obuiare/ ⁊ omnia linea iustitie temperare: dicens illud ps̃. Cadent in retiaculo eius peccatores. singulariter sum ego/ donec transeam. Uel ꝑ rete intelligo connexionem virtutũ/ ⁊ ligamina dei mãdatorum/ p̃cepta etiam legũ ⁊ statutorum. Isto ergo debet esse cerebrum. i. qlꝫ sensatus circũdatus: ⁊ isto etiã mediãte a corde. i. a deo spũ vitalis gratie vegetatus. Uel dic ꝙ istud rete significat bonos consiliarios ⁊ socios/ qui debent prelatos ⁊ iudices circũstare: ⁊ spiritu sapiẽtie quo pleni sunt/ firmitatẽ corporis ipsius excitare/ ⁊ sibi vitam. i. vitale cõsiliũ ministrare.

10 ¶ Scd̃m aristo. lib. ij. de gñatiõe aĩaliũ: hõ ĩter cetera aĩalia respectu corpis sui maximũ hꝫ cerebrũ. Et ide ẽ ꝙ pueri ꝓpt̃ cerebri magnitudinẽ nõ pñt rectũ tenere caput/ donec tãdẽ fortificata natura ꝑ calorẽ cordis/ mediãtib⁹ arterijs ipsi⁹ cerebri põderositas leuiet̃. Per cerebrũ qd̃ est mẽbrum molle fluxibile ⁊ debile/ intelligo mollitiẽ carnalitatis/ vel etiam fluxibilitatẽ carnalis affectionis/ qua caput mentis multipliciter occupatur. Dico igit̃ ꝙ illi q̃ sunt homines. i. illi qui gradu ⁊ ꝓfessiõe habent esse homines. i. ratione vtentes: ⁊ dei imaginẽ per imitationem habentes/ sicut sunt religiosi/ clerici ⁊ p̃lati/ habent cerebrum carnalis affectionis pre ceteris magis grossum: ⁊ magis ad ista terrestria põderosum. Et inde ẽ ꝙ multi q̃ sunt imbecilles sicut pueri/ ꝓpter pondus male inclinationis ⁊ carnalis affectionis/ quo grauat̃ caput intentionis: a rectitudine iustitie ⁊ ĩnocẽtie sepe diuertere ⁊ deflectere dinoscũt̃/ quousqꝫ calore diuine charitatis ab huiusmodi grauedine liberent̃. Luce. xiij. Inclinata nõ poterat sursum respicere. Uel dic ꝙ illi qui magis videntur esse homines. i. rationabiles/ scꝫ mundi sapientes: ceteris grossius habent cerebrum: hoc ẽ dictu ꝙ in rebus spũalib⁹ rudiorẽ habẽt sensum in oĩbus: et ꝓpter hoc isti non libenter caput intentionis sursum ad deum habẽt erectum: sed potius more puerorum ad terrena inferi⁹ inclinatũ. Joan. xix. Inclinato capite emisit spiritũ.

11 ¶ Scd̃m arist. Aĩalia q̃ nimis magnũ habẽt cerebrũ multi sunt somni. Hũiditas enim resoluta neruos opilat: vias sensuum claudit: ⁊ spiritũ recludit: ⁊ sic vigiliã impedit/ ⁊ somnũ inducit. Per cerebrum intelligit̃ sensus. Illi ergo qui magnũ habent cerebrum. i. qui magno sensu seculari dotati sunt: vt cõiter magni sunt somni pigritie/ ⁊ ceteris ꝓfundius in peccatis dormiunt ⁊ quiescunt. Tales enĩ abũdãt in hũore carnalitatis / q̃ scꝫ per malas affectiones resolutus impedit vigiliã spũalis sagacitatis. Prouer. xix. Pinguedo immittit soporẽ. Talibus ergo debet dici illud Jone. j. Quid tu sopore deprimeris? surge inuoca deũ tuũ

12 ¶ Cerebrum siccũ facit hoĩem valde vigilẽ/ ⁊ quod apprehendit/ tenaciter retinẽtem. Humidum vero facit hominẽ somnolẽtum ⁊ obliuiosum ⁊ tardum: ⁊ supfluitatibus multis plenum: vt dicit hali. Siccitas significat abstinẽtiam: que desiccat corpus: vel pauptatem/ que desiccat domũ. Humiditas vero significat ꝓsperitatem / vel etiã deliciarum carnalitatem. Dico igit̃ ꝙ illi qui sunt sicci ꝑ paupertatẽ ⁊ abstinẽtie ꝑcitatẽ: sunt vt cõiter ĩ bono vigiles/ ⁊ dei beneficioꝝ ⁊ iudicioꝝ memores ⁊ tenaces. Illi vero qui ꝑ ꝓsperitatem ⁊ carnalitatem sunt humidi / dei iudiciorum et beneficiorum sunt obliuiosi/ ⁊ superfluitatibus vitiorum pleni/ et torpore pigritie somnolenti. Unde illud p̃dictum. Prouer. xix. Pinguedo ĩmittit soporem.

13 ¶ Si in cerebro excesserit siccitas cũ frigiditate/ solet homo sensus habere ⁊ meatus mũdos. Sic vere illi qui cerebrũ conscientie habent frigidũ ꝑ diuinum timorem: siccũ etiam per sublatũ carnalitatis humorẽ: claros habent sensus per prudẽtiam ⁊ mundos habẽt meatus per continentiam.

14 ¶ Habentes cerebrum frigidum ⁊ humidum/ cito canescunt: ⁊ habẽtes cerebrum calidum ⁊ siccũ/ cito caluescũt. Canities significat sapiẽtiam: iuxta illud Sap. iiij. Cani sunt sensus hoĩs Caluities vero significat elemosynã. Ista est enim que capillos diuitiarũ proijcit ⁊ resecat/ ⁊ inde caput mentis spoliat ⁊ denudat. Igitur ille qui cerebrum conscientie habet ꝑ timorem dei frigidum / et per deuotionẽ humidum: cito per sapiẽtiam efficitur canus: qꝛ sicut dicit̃ Eccli. j. Principium sapiẽtie timor dñi. Ille vero qui ꝑ charitatẽ est calidus/ ⁊ per carnis afflictionem siccus / cito ꝑ cõtemptum tẽporalium fit caluus/ ⁊ ꝑ elemosynarũ distributionẽ capillis ꝓprijs. i. exteriorib⁹ diuitijs cito nudus. Qꝛ breuiter dei timor sapiẽtiam inducit: charitas vero diuitiarũ amorem tollit. Esa. xxij. Uocauit dñs ad fletũ et luctũ ⁊ caluitiũ ⁊c.

15 ¶ Illi q̃ cerebrũ hñt humidũ/ difficilr̃ calui fiunt: ⁊ inde ẽ ꝙ in posteriori parte capitis nũqꝫ caluitium generatur: ꝓ eo ꝙ ibi humor propensior aggregat̃. Sic vere illi qui in cerebro cordis ⁊ volũtatis per compunctionẽ ⁊ deuotionem humidi sunt/ raro aut nunqꝫ a capillatura virtutum calui fiunt. Illis eñi capilli virtutũ nõ consueuerunt cadere/ qui humore deuotionis et cõpunctionis soliti sunt abundare. Mat. xxj. Capillus de capite vestro non peribit.

Capitulum. iiij. de oculo.

1 OCulus sm̃ Isidorum li. xj. c. j. dicitur quasi occult⁹. Oculi enim sub palpebrarũ tegminibus occultantur/ ne aliquib⁹ intercidentibus iniurijs offendantur. Sũt oculi mẽbra in cõplexione nobiliora/ in situ sublimiora/ in passione teneriora/ in effectu vtiliora/ ipsi etiam anime viciniora. Dicũtur igitur oculi ceteris mẽbris occultiores: pro eo ꝙ palpebris cõteguntur. Dicũtur etiam ceteris mẽbris nobiliores: pro eo ꝙ nobilioribus partibus/ scꝫ tribus humorib⁹ et septem tunicis cõponũtur. Dicũtur etiam ceteris mẽbris sublimiores: ꝓ eo ꝙ ĩ capite q̃ altior pars corpis ẽ/ collocãtur. Dicũtur etiam ceteris mẽbris teneriores: pro eo ꝙ pre ceteris mẽbris cito ledũtur ⁊ patiuntur. Dicũtur insup ceteris mẽbris viciniores: pro eo ꝙ in ipsis anime passiones ostẽdũtur: ⁊ siue sit amor/ siue odium/ siue tristitia/ siue gaudiũ/ exterius per oculos declarat̃. Ista oĩa possunt applicari ad prelatum vel ad predicatorẽ. Isti enim sunt oculi ⁊ speculatores ecclesie / qui in alto dignitatis supercilio collocantur / vt longe lateqꝫ videant quõ mẽbra omnia. i. vniuersi subditi gubernent̃. iiij. Reg. xix. Eleuasti in excelsum

oculos. Isti ergo sunt in gradu ceterorum altiores: ⁊ etiã debẽt esse per affectionem et contemplationẽ eternorum / necnõ per vite excellentiam: et per eminentiam meritorum: ceteris subditis celsiores. Hieremie. iiij. Leua oculos tuos in directum. Item isti debent esse occultiores: quia pro certo ad prelatũ pertinet ꝙ nõ sit nimis expositus vel apertus: quinimmo sub cuiusdam maiestatis reuerentia debet esse plus ceteris absconditus et velatus. Quod etiam de occultatione humilitatis potest intelligi: quia scilicet iusti se debent per humilitatem abscondere: et ne videant vanitates diuertere: et bona sua ne alijs appeant / occultare. Esa. xxxiij. Claudit oculos / ne videat malum. Item isti debent esse ceteris teneriores: fraterne enĩ miserie et desolationes cito debent istos per compassionem ledere: et sue pietatis teneritudinem molestare. Eccli. xxij. Pungens oculũ educit lachrymas. Item isti debent esse in complexione nobiliores: suam enim complexionem spiritualem debẽt. x. principaliter componere: scilicet tres humores. i. tres virtutes theologice: ⁊ septem tunice. i. septem virtutes morales: que debent ipsos circundare et ornare. Isti enim debent virtutũ theologicarum: q̃ sunt spes / fides / ⁊ charitas / ternariũ habere: vt sic deus appendat tribus digitis molem terre. Esai. xl. Debent etiam habere donorum spiritussancti seu etiam virtutum moralium septenarium. Eccli. xx. Oculi eius septẽplices sunt. Item isti debent esse animevicinioress. Anima enim corporis ecclesie est ipse christus: qui per gratiam animat et viuificat vniuersos. Istius igitur anime oculi. s. prelati / vicini ei ꝑ gradus. s. dignitatẽ: sibi quoq3 eẽ debẽt propinqui per morum conformitatem. Istius enim anime scilicet dei / debent alijs voluntatem ostendere: et motus sue ordinationis verbaliter et exemplariter declarare: vt sic dicat deus illud Job. xxxj. Pepigi fedus cum oculis meis. Item isti debẽt esse ceteris vtiliores: quia scilicet sicut oculus non sibi soli sed toti corpori est vtilis: quia scilicet lumẽ habet non pro se: sed pro corpore gubernando: sic prelatus et vir iustus vtilitatem cõmunem magis debet querere q̃3 propriam: et lumine sue scientie seu temporalis substantie non debet sibi soli proficere: sed alijs potius opem ferre. j. ad Corinth. x. Nemo quod suum est querat: sed quod alterius. Quis multi de talibus suis oculis ⁊ p̃latis possint dicere illud ps. Lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Vel omnia supradicta potes exponere de oculo cordis seu mentis / qui debet in alto poni per contẽplationem: anime esse vicinus per sue salutis meditationem: occultus esse per suarum virtutum absconsionem: faciliter pati per compassionem: ex decem partibus constare per decalogi custodiam et impletionem: alijs plusq̃3 sibi proficere per charitatem et dilectionem. psal. Oculi eius in pauperem respiciunt.

2 ¶ Oculus secũdũ Constantinum / septem habet pelliculas: sc3 tres a parte interiori / ⁊ quattuor a parte exteriori: que scilic3 tunice ab interiori cerebro originem suam sumũt. Tres etiam hab3 humores predictis tunicis inuolutos. Quorũ scilicet tam pellium q̃3 humorum dictus constantinus nomina et cõditiones distinguit: ipsarumq3 processum diuersimode diffinit. Oculus est cor: qd̃ pro certo habet tres humores. i. tres potentias naturales: sc3 intellectum / memoriam / ⁊ voluntatem / vel etiam ipsam fidem trinitatis. Tres etiã habet tunicas ex vna parte. i. tres virtutes theologicas: scilicet spem / fidem / et charitatẽ. Quattuor vero ex altera: scilicet quattuor virtutes cardinales: que sunt iustitia / tẽperantia / prudentia / fortitudo. His enĩ septem tunicis. i. his septem virtutibus debet indui oculi triplex humor. i. mentis potentia tripertita. Quia pro certo oculus mentis nunq̃3 bene componitur: nisi istis septem tunicis spiritualiter vestiatur: et nisi sibi a cerebro. i. a deo intrinsece influantur. Daniel. x. Ecce vir vnus indutus li-

3 neis. Sequitur. Oculi eius vt lampas ignis. ¶ De tunicis ⁊ humoribus oculorum magnũ tractatũ facit author ꝑspectiue

4 sed omitto / quia videtur mihi impertinens. ¶ Duo oculi in capite sunt locati: ad finem vt alter alterius beneficio iuuaretur: et vt siq̃d vnus pateretur / per alium defectus ipsius suppleretur. Habent etiam oculi duos neruos in quibus spiritus visibilis continetur: qui tamen in frõte media in modum crucis transuersaliter vniuntur: vt sic vnus spiritus ab altero confortet: et vt imago rei vise nõ duo / sed vna a duobus oculis videatur. Ista dualitas significat cõbinationẽ charitatis. Teste enĩ gregorio: Charitas minus q̃3 inter duos esse non potest. Est igitur necesse vt oculi. i. viri spirituales ⁊ discreti sint duo. i. per charitatem ⁊ amicitiã cõbinati / et per dualem colligãtiam aggregati: et hoc vt inuicem adiuuentur. Nerui enim sue dilectionis: ⁊ spiritus sue affectionis / inuicem debẽt vniri. Et q̃uis duo sint. i. plures: visus tamẽ sue discretionis ad vnam debet imaginem reduci. i. ad vnam volũtatem simplicem terminari. Sicut enim dicitur Actuũ. iiij. Multitudinis credentium erat cor vnũ ⁊ anima vna.

5 ¶ De dualitate igitur charitatis loquitur sapiens Ecclesiastis. iiij. dicẽs. Melius est esse duos q̃3 vnũ. Habent enim emolumentũ societatis sue. Sequitur. Siqs preualuerit contra vnum: duo resistunt ei.

6 ¶ Q̃uis oculi sint duo / ⁊ q̃uis a se inuicẽ sint diuersi: ipsi tamẽ in actu videndi vnum sunt: ⁊ super rem visam vtriusq3 radij in pyramide se contingunt: ⁊ sic in vna visione conueniunt: et vnicum actum videndi faciunt et inducunt. Quod potissime accidit: quia nerui cõcaui visibilis spiritus delatiui: in modum crucis transuersaliter se vniunt: ⁊ sic duo nerui sibi inuicem spirituum: ⁊ imaginum receptarum cõmunionẽ faciunt: ⁊ ita q̃uis sint duo: vnius tamen rei vnam nõ duplicem imaginem seu speciem iudicant ⁊ decernunt: sicut dicit auctor scientie perspectiue. Sic vere q̃uis nos simus quãdoq3 duo ⁊ nõ vnum / ⁊ q̃uis simus in aliquibus diuersi ⁊ diuisi (vtpote quia diuersarum regionum ⁊ cõditionũ / et forte affectionum) quando tamen conuenimus ad iudicandum de aliqua re visa: sicut est in electione prelati vel ĩ alicuius vtilis negocij examinatione: nos procul dubio nõ debemus facere iudicium bipertitum: sed potius vnũ simplex / concors / vniuocum / consonum ⁊ quietum / cuius procul dubio causa debet esse: quia pro certo dato ꝙ inter nos habeamus dualitatem. i. aliqualem diuersitatem exterius: nerui tamen nostre affectionis debent per charitatem iungi ⁊ vniri interius. Quia quecunq3 sit exterius diuersitas: intus tamen in cordibus debet esse vnitas et concorditas. Et q̃tãcũq3 diuersitatẽ in corpore habeamus vel in loco: idẽ tamen esse debemus in pectore vel in voto. Geñ. ij. Erũt duo in carne vna. Et sic in videndo ⁊ in iudicando et in discernendo ⁊ ordinando debemus simpliciter vniuoce ⁊ concorditer nos habere: ⁊ nõ alter alteri dissonare. Judic. xx. Conuenit vniuersus israel quasi vnus homo: eadem mente vnoq3 cõsilio.

1 Mandibula dicitur a mandendo seu manducando. Sunt enim mandibule ex pluribus duris ossibus composite: dentibus infixis munite: ⁊ neruis et lacertis inuicem sunt cõnexe. Quod fuit necessarium propter motus cõtinuitatem: et propter apertionis et clausure necessitatem. Sunt enim sicut due mole ad conterendum et molendum cibum se mouentes: et nutrimentum toti corpori primarie preparantes: sicut dicit per omnia constan. Mãdibularum in corpore ecclesie typũ gerunt doctores ⁊ predicatores. Isti enim officiũ habẽt cibum doctrine terendi et preparandi: et corpus fidelium spiritualiter nutriendi: ⁊ ideo isti debent esse fortes per cõstantiam: ⁊ neruis veritatis cõnexi per mutuam amicitiã: necnon dentibus. i. verbis discretis ⁊ distinctis coniuncti per eloquentiam. Quod etiam de mandibula superiori et inferiori. i. de beato petro ⁊ paulo dici potest: qui ita fortes et connexi fuerunt: ꝙ nunquam hominem timuerũt: immo demones. i. inimicos fidei superauerũt. Quorum etiam connexio apparuit cum eodem die mortui sunt/ vt dicit timotheus i epistola ad dionysium. Unde de ipsis canitur. Quomodo in vita sua dilexerunt se: ita ⁊ in morte non sunt separati. Figurari ergo potuerunt isti in mandibula asini mortui: qua sanson philisteos strauit: et fontem de eius molari vt biberet reportauit/ sicut dicitur Judic.xv. Asinus enim mortuus fuit Christus: cuius mãdibula fuit apostolorum et predicatorum et doctorum populus. Sanson igitur. i. ecclesia fortis et inuincibilis cum tali mandibula. i. cum predicatoribus et eorum doctrina: philisteos. i. demones superauit: et ab ipsis etiam fontem doctrine quo potatur quotidie/ diuinitus acquisiuit. Uel dic ꝙ iste due mandibule significant Minores ⁊ Predicatores/ qui inuicẽ debent esse connexi et amici: ⁊ tamen videmus ꝙ magis sunt inuicem inuidi et diuisi. 2 ¶ In mandibulis sunt quedam partes carnose/ que gingiue nũcupantur: in quibus dentes nõ gignuntur/ ⁊ firmiter radicãtur: et a quibus neruis dentiũ nutrimenta debita ministrantur: que etiam labiorum pellibus/ ne indecenter appareant/ conteguntur. Gingiue iste que sunt in faucibus/ possunt mihi denotare virtutem benignitatis/ que naturaliter est mollis/ tenera ⁊ carnosa. Ista enim i ore nostro debet inueniri: ⁊ in ea dentes. i. verba fundari/ ⁊ ibi neruis sapientie radicari. Necesse est enim ꝙ dẽtes et verba in benignitate fundentur: ⁊ ꝙ quicquid dicitur/ cũ benigna dulcedine disseratur. Quod maxime ad predicatores pertinet: qui sunt mandibula et gingiua iesu christi: quia sicut dicitur Eccli.vj. Uerbũ dulce multiplicat amicos: et mitigat inimicos. 3 ¶ Quemadmodum gingiue diuersimode patiuntur: scilicet ex humorum corruptione/ que oris fetorem inducit: ⁊ ex neruorum relaxatione/ que dentium relaxationem inducit: sic vere gingiue siue mandibule ecclesie: scilicet predicatores: quãdoqꝫ duas passiones incurrunt: videlicet corruptionem luxurie/ et stultiloquium insolentie. Ex luxuria enim quando ipsam incurrunt/ fauces totius religionis vel ecclesie fetent: ⁊ infames efficiuntur. Quando etiam sunt verbosi ⁊ garruli/ dentes eorum. i. verba/ ad multa inhonesta et maxime ad murmurationem et adulationem laxantur. Esa.xxxiij. Laxati sunt funiculi sanitatis. 4 ¶ Omne animal mouet mandibulam inferiorem ⁊ non superiorem: preter crocodilum ⁊c. Uide de crocodilo vbi inuenies.

Capitulum.xv. de labijs.

1 Labia sm Isidorũ a lãbendo sunt dicta. Quod autẽ est superius: labiũ dicitur: quod autẽ inferius/ labrũ vocatur. Sũt autẽ labia mẽbra mollia subtilia ⁊ carnosa/ circa dentes posita: ⁊ ad ipediendũ frigidũ aerem: ne dẽtes ledat/ inuicẽ se claudẽtia: ⁊ ad itercidẽdũ aerẽ multũ apta. Flexibilia etiã sunt ⁊ mobilia: ⁊ tã ad gustãdũ quam ad verba pferẽdũ naturaliter opportuna: sicut dicit cõstã. ⁊ etiã aris. li.ij. de ptibus aialiũ circa

finē. Sunt eñ labia de nouem instrumentis voci formāde necessarijs: q2 verbum nunq̄ bene formaretur/ nisi lingua cū labijs aliquotiens iungeretur. Labia ecclesie sunt predicatores vel etiam predicatorū verba / quibus scz mediātibus/ ligua dei patris spūssanctus format vtilia verba sua Isti igitur molles/ benigni ⁊ teneri debent esse: ⁊ sua benignitate duritiam dentium. i. diuine iustitie rigorem debēt reprimere/ ipm̄q3 q̄nq3 circūuoluere ⁊ claudere/ ⁊ ne peccatores ad desperationem terreat: ipm̄ aliqualiter temperare: ⁊ sic aerē doctrine intercipere: ⁊ materialr̄ fm̄ auditorū exigētiā variare. Sit igit̄ isti molles ⁊ teneri ꝑ benignitatē: flexibiles ⁊ mobiles per sedulitatem: rubicūdi ⁊ colorati ꝑ verecūdam honestatem/ gustantes vero scz deuotiōis suauitatem/ ⁊ verba formātes per honeste locutionis vtilitatē/ se etiam inuicem claudentes ꝑ discretam custodiam ⁊ humilitatem: ⁊ se inuicem ꝯiungentes per amicitiam ⁊ charitatem. Et ideo Prouer. x. Labia iusti erudiūt plurimos. Uel si vis per labia que a lambendo dicunt̄/ intelligo adulatores: qui lambūt leniunt ⁊ applaudunt: qui scz circa dētes. i. circa duros ⁊ mordaces principes habēt hodie locū suum. Job. xix. Derelicta sunt tantūmō labia circa dentes meos. Tales eñ sunt molles ꝑ suauem locutionem. Flexibiles per verborū suoꝝ ad voluntatem alioꝝ mutationem ⁊ variationē. ps. Labia dolosa in corde ⁊ corde locuti sunt. Inuicem se claudentes ꝑ mutuam inter se cōfederationē Uocem formantes ⁊ distinguentes per verborū suorum fallacium cōpositionem. Osculum dantes ꝑ false amicitie fictionem et simulationē. vnde in ps. Uenenū aspidum sub labijs eorum. Quod scilz venenum facit dormire potantē. sic adulatio ⁊c̄. Uel dic ꝙ labia sunt valde mollia: verūtamen duris ⁊ acutis dētib⁹ sunt vicina. Sic vere verba adulatoꝝ que multā habēt flexibilem lenitatem/ semper solēt iuxta se habere dentes. i. detractoriam mordacitatem. ps.

2 Gladi⁹ i labijs eoꝝ. ¶ Labia si fuerit rubicūda/ significāt puram ⁊ incōmixtā complexionē: si sint liuida/ significant malam corporis dispositionem: si sint tremula/ significant iram ⁊ mentis turbationem. Sic vere bona ⁊ pura cōplexio ⁊ conscientia facit verba ⁊ labia rubicunda per verecūdiam ⁊ honestatem. Mala vero conscientia ipsa facit liuida ⁊ infamia ꝑ turpitudinem ⁊ deformitatem. Ira vero ipsa facit turbata ⁊ informia ꝑ precipitem balbutiositatem. Prouer. xvj. Mordens labia perficiet malum.

Capitulum. xvj. de mento.

1 Mentum dicitur quasi mandibularū fundamentum. Cōstituitur enim mentum ex duobus ossibus mandibularū inferiorū / quod ideo mobile fuit factum: vt os per ipm̄ faciliter clauderetur. Est igitur in mento maxima fortitudo / et faciei etiam maxima pulchritudo. Tangi enim se per mentum bruta animalia faciliter nō ꝑmittunt: quia si mentum frangatur: totam feritatem ⁊ fortitudinem suam perdunt: sicut de dauid dicitur. j. Reg. xvij. ꝙ confregit dauid mentū leonis ⁊ vrsi/ ⁊ eruit eis ouem. Per mētū qd̄ est vltima pars faciei/ intelligo virtutem perseuerantie. Ista est enim finis ⁊ complementum faciei cōuersationis honeste/ ⁊ vultus etiā mētis nr̄e. Ista est que claudit os: q2 scilz clausura ⁊ cōplementū totius boni operis est ab ipsa. Ista est que est toti⁹ corporis moralis. i. totius cōgeriei virtutū/ pars in qua debet vigere maxima fortitudo: q2 scilicet quilibet summe debet studere ꝙ in ꝑseuerando sit fortis. Nā si tale mētū perseuerantie rumpit̄: tota mētis fortitudo pro nihilo computatur. Si enim istam perdimus: faciliter demonibus subiacemus: quia sicut dicitur Matthei. xxiij. Solum qui perseuerauerit/ saluus erit. Nos igitur tale mentum nostrum ꝑmittere a demonibus per tētationē palpari nō debemus: imo si de rūpenda perseuerātia nos tentauerit: debem⁹ cōtra eū indignari. Quod tamē est cōtra multos/ q̇ non sunt sicut quadrupedes: imo sicut pueri/ qui tangi in mento nō indignant̄ sed delectant̄: q2 in humana natura/ et maxime in pueris/ tactus mēti signū est amicitie et applausus. Sic vere multi sunt qui mentum sue perseuerantie tangi ꝑmittunt: et blanda diaboli palpatione fortitudinem suam perdunt: similes Amase: cui⁹ mentum Joab sub specie amicitie tetigit et accepit: ⁊ sic eum (loquēdo sibi) occidit ⁊ decepit: sicut dicitur. ij. Regū. xx. Sic diabolus dū nobis blāde suggerendo loquitur/ mortem nobis culpe ⁊ pene fallaciter machinatur. Eccli. xij. Labijs suis indulcorat inimicus: ⁊ si inuenerit tempus: nō satiabitur sanguine.

Capitulum. xvij. de ore.

1 Os fm̄ Isidorum dicit̄ quasi ostium: pro eo ꝙ (vt ait) ꝑ os sicut per ostium cibos et spiritū introducimus/ superfluitates eijcimus: ⁊ verbum proferimus et ꝓducimus. Os enim vt dicit idē aīe est nuncius: q2 quod mente cōcipimus/ ore ꝓferim⁹. Est tamen os: vt dicit gregori⁹/ multis custodijs circūseptum: scz dentibus atq3 labijs / vt scilicet tot intermedijs clausa mens prius deliberet ⁊ discernat/ q̄ ꝓferat: et vt verbum prius transeat per limam q̄ per linguā. Igit̄ ꝑ os possum intelligere locutionē: que pro certo mentis est ostium ⁊ ianua: per quam educimus verba nostra: ⁊ in qua masticamus ⁊ discutim⁹ cibos sapientie ⁊ doctrine: vt predicando et docendo auditoribus demus spiritualia nutrimenta. Et sic igitur dico/ ꝙ os locutionis valet ad eijciendum superflua vitiorū per confessionem: ad masticandum doctrine cibaria per disputationem: et ad denunciandum anime dei consilia per predicationem: dum tamen ibi sint debite clausure per discretam deliberationem: ne scz hō vltra debitū indeliberate prorūpat ad aliquā verbi inordinationem. Eccli. xxviij. Ori tuo facito ostia: et seras auribus tuis. Et sicut videm⁹ ꝙ homo inter cetera animalia paruū habet os/ sic ille qui homo. i. rationabilis est: os modicum. i. modicā locutionē ⁊ paucā debet habere/ ⁊ verboꝝ multiloqo abstinere: sciēs ꝙ ī mltiloquio nō deerit pctm̄: sicut dr̄ Prouerb. x. Et qui multis vtitur verbis: ledit aīam suam.

2 ¶ Os fm̄ cōstan. necessarium est in corpore propter corporis nutritionem. Nullum enim membrum in corpore nutritur/ nisi primo cibus in ore teneatur. Habet enim os cibū masticare ⁊ ruminare: et tādem ad stomachum trāsmittere: ⁊ inde ad membra particularia deriuare/ ⁊ eū ipsis icorporare. Tale os videtur eē predicator vel doctor. Iste enī cibū doctrine masticat ⁊ examinat: ⁊ sic membris. i. auditoribus ipm̄ mittit ⁊ deriuat: ⁊ inde eos reficit ⁊ educat. Uerūtamē sicut os āte alia mēbra saporem cibi recipit: sic bona doctrina vel scriptura doctori vel predicatori ꝑ deuotionem ante alios sapit: ⁊ sibi prius q̄ auditoribus fructū facit. Apoc. x. Erat ī ore meo tāq̄ mel dulce volumē. ⁊ in ps. Q̄ dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo.

3 ¶ Os quattuor habet cōditiones. Est enim cōcauū ad cibos cōtinendum. Durū ad cibos masticandū. Neruosum ad ciborū dulcedinem sentiendū. Humidum autem ⁊ saliuosum ad cibos transglutiendum. Os quod recipit oēs cibos: significat sensum auditus/ qui recipit omnes cibos: ⁊ omniū verborū terminos atq3 modos. Sit igitur os istud concauum: vt que dicuntur/ capiat per attentionem. Durū tamē: ne cito credat: sed vt oīa masticet ⁊ discutiat ꝑ discretionem. Sit etiam neruosum. i. sensibile: vt bene sentiat dictorum cōditionē. Et tandem sit saliuosum et lubricosum: vt scilicet masticata cito deglutiat: et in ventrem memorie reponat per retentionem. Matth. xv. Omne quod in os intrat/ in ventrem vadit. Ueruntamen sicut videmus ꝙ os cibos receptos: si non sunt boni ⁊ sani ⁊ sapidi/ solet reijcere: alīas si ipsos comedat/ periculo possunt esse: sic auditus debet verba nisi fuerint vtilia reijcere: ⁊ ea ventri memorie non cōmittere: ne forte retenta possint periculum generare: vt sic hō dicat īepto sermoni audito illd̄ Apoc. iij. Quia tepidus es: incipiam te euomere de ore meo.

4 ¶ Os est necessarium ad sermonis formationem: ⁊ ad grossarum superfluitatum a cerebro / pulmone et stomacho expurgationē: ad aeris attractionem/ et ad cordis inflammationis refrigerationem: vt dicit Constātin⁹. Sic vere os nostrum debet necessario laudem gratiarum actionis et confessionis formare: superfluitates vitiorum a capite. i. ab intentione/ a pulmone. i. ab affectione/ a stomacho. i. a delectatione/ per confessionem eijcere et purgare/ aerem etiam deuotionis ⁊ gratie debet per orationē attrahere/ ⁊ tentationes et inflāmationes mētis suis orationibus temperare. ps. Os meū aperui: et attraxi spiritum.

5 ¶ Os est nuncius mentis et cordis scd̄m Isidorū. Si igitur fidelis est nūcius/ nunq̄

debet mentiri.i.contra mentem ire/nec aliquid dicere nisi
qđ cor(cuius est nūcius)dictat/exemplo ipsorū de quib⁹ di
citur Apoc.xiiij. In ore eorum non est inuentū mendaciū.
6 ¶ Os hoīs respectu corporis sui valde est modicum/econ
tra os ferorum animaliū mirabiliter est apertū/sicut patet
de leone ⁊ silib⁹/⁊ etiā de serpēte ⁊ reptilib⁹/quoꝝ respectu
corporis oris latissimus est hiatus. Sic vere homo.i.perso-
na rationalis et discreta/debet habere os modicū p rarā ⁊
parcam locutionē/et per temperatā comestionē/qꝛ sicut di
citur Prouer.xxj. Qui custodit os suū: custodit animā. Cu
ius tamē cōtrariū faciunt feri venenosi pctōres: qui scꝫ ma
ximū habēt oris hiatum per voracitatē gulosam/per mor-
dacitatem verbosam/et per loquacitatē garrulosam. Eze.
xxxiij. Aperto ore meo non silui amplius.

Capitulum.xviij.de dentibus.

1 Dentes scđm grecos dicunt odontes: quasi edē
tes/diuidētes seu incidentes: vt dicit Isidorus
Uel dicūtur dentes quasi dementes. Demunt
eñ semp aliquā cibi partem. Sūt autem in ore
viri scđm Cōstan. xxxij. dētes: qui in incisores/
caninos/ ⁊ molares diuidunt. Incisores sūt p̄mi: q̄ sunt la
ti ⁊ scindentes: dētes scꝫ anteriores/qui ad incisionē ⁊ pri-
mā cibi receptionē sunt apti. Canini sunt secundi/qui sunt
acutiores/qui bini ⁊ bini ab vtroqꝫ oris latere sunt cōiūcti/
et ceteris fortiores ad scindendū/ et ad perforandū ceteris
plus acuti. Molares sunt in tertio gradu/qui sunt dentes
fortiores/latiores/⁊ ad molendū quicq̄d durum fuerit/du
riores. Primi habēt vnam radicem. Secūdi habent duas
Tertij habēt tres. Et in istis est talis ordo: qꝛ qđ a primis
dentib⁹ non potest precidi/ad caninos secūdos dētes trās-
mittit/et tandē ad molares (vt cōteratur penitus)destina
tur: sicut distinguit Constan. in pant. Os quod est quoddā
claustrū/potest mihi denotare ī corpore eccl'ie domos pri-
cipum et prelatorū/vbi procul dubio multa cibaria.i.mul-
ti simplices diuersimode cōprimūtur. In isto igitur ore sūt
dentes.i.familiares/mali/duri/ rapaces atqꝫ mordaces/q̄
scilꝫ dicūtur ab edendo/ab incidendo/⁊ demendo. Edunt
enim per gulositatē/incidunt per detractoriam mordacita
tem: demunt scilꝫ alijs quicq̄d habent/per rapinam ⁊ cru-
delitatem. Qꝛ pro certo principes et prelati sunt hodie ge-
neratio que pro dentib⁹ gladios habet: sicut dicit Prouer.
xxx. De quib⁹ in psal. Filij hominū/dentes eorū arma ⁊ sa
gitte/⁊ lingua eorū gladius acutus. Istorum ergo dentiū/
malorū scilꝫ familiariū tres sunt ordines: qꝛ primi sunt inci
sores: scilꝫ parui balliui/ q̄ non faciunt nisi inuadere et inci
dere/explorare et inquirere si aliq̄d potest exigi vel haberi.
Et isti non habēt nisi vnam radicē/qꝛ scilꝫ tales parū sunt
firmi/⁊ cito consueuerūt amoueri. Secūdi sunt canini: scilꝫ
iudices mediocres/qui vere canini dicunt propter insatia
bilem auaritie appetitū/qui scillicet duas habent radices:
quia sunt in statu suo firmiores/⁊ ideo isti ad rapinam sunt
acutiores ⁊ peiores. Tertij sūt molares/scꝫ ꝓpīqui cōsilia-
rij ⁊ magistri/qui a molendo dicunt/pro eo ꝙ oīa demoliū
tur/et maxime: qꝛ tribus radicibus plantant: ⁊ qꝛ firmi sūt
in statu suo/et qꝛ eis credit/nec facile mutātur. Funiculus
eñ triplex difficile rūpitur. Ecclesiastis.iiij. Horum igitur
minores/quos nō possunt vincere/frangere vel decerpere:
mittunt ad caninos mediocres/qui etiā ipsi mittunt quos
superare nequeunt/ad molares. Et sic mali prelati ⁊ prici-
pes possunt figurari in illa bestia Dañ.vij. que erat similis
vrso/et habebat tres ordines dentiū ī ore suo/et ī ipsis dēti
bus principes tres/qui dicebāt ei. Surge/ comede carnes
plurimas. Expone. Tales enim vrsi.i.principes vrsini/deli
ciosi scilꝫ et auari/ tribus ordinibus dentiū.i.familiarium
suorū/nihil aliud dicunt nisi ꝙ surgant ⁊ comedant carnes
plurimas.i.ꝙ plures extorqueāt subiectorū rapinas ⁊ emē
das. Iob.xlj. Per girum dentiū eius fortitudo. Isti eñ sūt
dentes diaboli: quib⁹ mediantib⁹ lacerat innocētes. Deu-
tero.xxxij. Dentes bestiarū immittā in eos cum furore tra-
hētium sup terram atqꝫ serpentiū. Uel dic ꝙ os diaboli est
tentatio: que tres habet distinctiōes dentiū.i.suggestionū:
inquātum scꝫ de triplici cōcupiscētia solet tētare/⁊ qđ vna
frangere non potest/ad aliam solet mittere et vertere. Iob
xvj. Infremuit cōtra me dentibus suis. Uel dic ꝙ istud est
os detractoris/ī quo sunt tria genera dentiū ⁊ sermonū ⁊c.
Dic sicut de manticora. ¶ Scđm Isidorū ⁊ Constan. den 2
tiū numerū distinguit q̄litas sexuū. Uiri eñ habēt plures/
⁊ femine pauciores. Color etiā dētiū/īter etates solet diui-
dere/qꝛ iuuenes dētes habent albos/senes autē obscuros
et fuscos/excepto equo: cuius dentes scđm Aristo. hoc ha-
bent propriū/ꝙ tēpore senectutis albescūt. Per dētes intel
ligo verba: q̄ in ore debēt esse ordinata/et aliqua plana/ali
qua acuta/aliqua lenia/ aliqua seuera/scđm ꝙ negocia re-
quirunt. Uiri ergo.i.persone viriles ⁊ prudētes/debēt plu-
res dentes.i.auctoritatē plus loquēdi habere/q̄ꝫ femine.i.
q̄ꝫ persone simplices ⁊ imprudentes. Eccl'i.xxxij. Loquere
maior natu/decet eñ te. Idem dicit apl'us.j.ad Timo.ij.
Mulier in silentio discat. Docere eñ mulieri nō permitto.
Uel ad litterā dic ꝙ plures sermones decēt viros q̄ꝫ mulie
res. Cuius tamē est cōtrarium/qꝛ ⁊ mulieres ⁊ imbecilles
hoīes pre ceteris sunt loquaces/qꝛ scđm senecā: Canes in-
signiores magis indulgēt latratibus. Dentes etiā isti in iu
uentute.i.in spūalis vite nouitate/magis solent dealbari p
castam et honestā locutionem/q̄ꝫ in senectute vitiorū/vbi
pro certo dentes huiusmodi obscurant/⁊ p inhonestā locu
tionem infames ⁊ nigri efficiūtur/nisi forte in equis.i.in hy
pocritis/qui etiā antiqui et mali/dentes verboꝝ per fictio
nem castitatis habent albos et mūdos. Uel per dentes in-
telligūtur virtutes/quib⁹ a iustis diabolus deuoratur. Iste
igitur in viris ⁊ virtuosis sunt multe/in feminis vero ⁊ de-
fectuosis valde pauce. Et insere hic ꝙ (sicut dicit ī historia
Hierosol. et ponit Uincētius li.xxx.c.xliiij.)ab anno q̄ crux
dñi p saladinū capta est/scilicet millesimo cētesimo octua-
gesimo septimo/pueri qui nati sunt/ non nisi viginti vel vi-
ginti duos dētes habēt/cū ante.xxx.vel.xxxij.habuerit. In
quo potest notari ꝙ dentes.i. bona verba vel virtutes sine
crucis deuotione haberi nō possunt. ¶ Animalia multoꝝ 3
dentium ⁊ coniunctorum ⁊ rectoꝝ/ sunt vite longioris: pau
corū vero curuorū ⁊ separatorū/vite sunt breuioris. Sic ve
re illi reges/ q̄rū dētes.i.familiares ⁊ iudices sūt ordinati/
multiplicati/per iustitiā recti/et in vita et morib⁹ regulati/
diutius viuūt/⁊ in suo statu magis ꝑseuerāt. Illi vero quo
rum dentes et familiares ⁊ populi sunt per rapinā acuti/et
per iniustitiam curui/ et per dissensiones disiuncti ⁊ diuisi/
diu nō durant: nec in statu prosperitatis lōgo tēpore perse-
uerāt. Uel per aīalia intellige nō reges sed regna: sicut Da
nielis.iiij. vbi p quattuor aīalia quattuor regna intelligun-
tur. Qꝛ vere regna nō solent perseuerare/ si dentes.i.popl'i
sint soliti a iustitia deuiare/ ⁊ a concordia disgregari. vnde
Matthei.xij. Omne regnum ī seipso diuisum desolabitur.
Et Eccl'i.x. dicit ꝙ regnū a gente in gētem transfert ꝓpter
iniustitias ⁊ iniurias. Uel dic ꝙ dētes sunt verba(vt dictū
est)que si coniuncta sunt/matura ⁊ ordinata: signum est ꝙ
homo ī statu gratie diu viuit. Si vero varia sunt/acuta/pū
gitiua/signū est ꝙ homini imminet breuis vita.i.gratie bre
uis stat⁹/qꝛ sicut dicit Prouer.x. In multiloquio nō deest
peccatum. ¶ Pueri mutant dentes: ⁊ non viri ꝑuecti. Sic 4
vere pueri.i.imbecilles ⁊ impfecti mutant ⁊ variant verba
sua: nec in ore habēt aliquā stabilitatem/vel in ꝓmissis vel
dictis aliquā veritatis firmitatē. cuius tamē contrariū fa-
ciunt viri.i.hoīes viriles/solidi atqꝫ veri/qꝛ scilꝫ tales solent
dentes.i.verba habere solida/ et in veritate ꝑpetuo permā
siua. Exēplo moysi: de quo dicit Deutero.xxxiiij.ꝙ centum
viginti annoꝝ erat quādo mortuus est/⁊ nō caligauit ocu-
lus eius/⁊ dētes ipsi⁹ nō sunt moti. ¶ Dētes scindentes et 5
acuti oriūtur ante hebetatos ⁊ latos. Dētes acuti sunt verba pungitiua/lati vero verba sunt modesta et benigna. In
multis igitur citius ⁊ facilius nascūtur dentes acuti.i.ser-
mones detractorij et pungitiui/q̄ꝫ modesti/simplices/⁊ ho
minū nō lesiui. Citius eñ discit homo male loqui q̄ꝫ bene/
qꝛ teste Senec.ij.li.de naturalibus. Uirtus doctorē deside-
rat/sine magistro vitia discūtur. Et sicut videmus ꝙ dens
euulsus in iuuentute/iterum renascit: sic in multis cū vnū
verbum cessat ⁊ deficit: statim aliud generatur. ¶ Dentes 6
anteriores cadunt et mutantur: posteriores vero maxilla-
res nunq̄ꝫ. Quod accidit: qꝛ primi dētes sunt debiliter ra-
dicati: posteriores vero bene: sicut supra dictum est. Sic
vere in ecclesia sancta dei: illi qui sunt anteriores / ꝑiores

⁊ maiores/scilꝫ ecclīastici/sunt debiliores in moribus/⁊ ad
cadendū per vitia ꝓniores. Posteriores autē.i.simplices ⁊
laici/q̄ statu et gradu ī ecclīa sunt extremi/ sunt ī fide ⁊ mo
rib⁹ vt cōiter magis fixi. Unde illud ꝑdictū Deuter.xxxiij.
7 Dētes ipsius nō sunt moti. ¶ Dentes scd̄m Cōstāti.mul-
tas incurrunt passiones. Humores eñ corrupti ex malis ci
bis/ꝑ neruos ad ligamentū dentiū descēdentes ⁊ vermes
ibidem aliquotiens generātes/sunt causa quare dētes ali
quādo corrūpunt̄/perforātur/fetent/dolēt/et delocant̄. Sic
vere humores corrupte affectionis/ qui corrumpūt neruos
sensate rationis et discretionis/et producunt vermes mali
appetitus ⁊ stimulationis/sunt causa quare dētes verboꝝ
nostrorū passiōes multas incurrūt. Exinde eñ fit ꝙ in istis
dētibus apparet perforatio inuidie/fetor luxurie/dolor ira-
cūdie/et delocatio incōstantie. Ista enim oīa in verbis no
stris exterius a malis mentis affectionib⁹ generātur: qꝛ scꝫ
scd̄m prauitatem volūtatis verba exterius variātur: iuxta
illud Luce.vj. Ex abundantia cordis os loquitur. Uel si
vis/per dentes intellige fideles/qui in maxillis fidei radi-
8 cati/multis quādoqꝫ vitijs deprauant̄. ¶ Dētes aliquādo
stupescunt/et quasi sensum amittunt. Qd̄ quādoqꝫ contin-
git ex frigiditate neruos sensibiles spasmāte/vt ex niue vel
glacie neruos dentium cōstringēte. Quādoqꝫ etiā contin-
git ex fructu acido vel acerbo intus neruos sensibiles pe-
netrante/et sensum neruorū taliter immutāte/ꝙ etiam bo-
nos cibos est sibi difficile degustare. Dentes oris / in scri-
ptura affectiones mētis significāt: que scꝫ more dētium in-
fra sub labijs.i.sub verbis abscōduntur. Iste igit̄ quādoqꝫ
stupescunt/ ⁊ sensum deuotionis ⁊ gustus celestis delecta-
tionis amittunt/⁊ cibos bonorū spūalium contemnūt. Qd̄
ꝓcul dubio fit quando niue et glacie diabolice tentationis
stringūtur/ et quādo fructibus acerbis bonorū temporaliū
satiant̄. Eze.xviij. Qui comederit vuā acerbā: obstupescēt
9 dentes eius. ¶ Dentes igitur sunt duri/albi/acuti/radica
ti/in carne nascentes/ ⁊ tamē a carnis cōditiōibus alieni/
labijs clausi/neruis colligati/ ⁊ sibi inuicē coaptati/et cor-
pori nutriendo necessarij/ ⁊ voci formāde ⁊ risui faciēdo mi
rabiliter opportuni. Dentes xp̄i sunt viri iusti. vnde sibi dr̄
Cantico.vj. Dentes tui sicut greges ouiū/que ascēdunt de
lauacro. Tales igitur Christi vel ecclesie dētes/⁊ maxime
predicatores/quibus mediantibus Christus mādecat.i.si
bi per charitatē incorporat peccatores: (iuxta illud Jo.iiij.
Ego cibum habeo māducare quē vos nescitis ⁊c̄.) debent
esse albi ꝑ castitatē/acuti per seueritatē/ duri per cōstantie
stabilitatē/radicati per fidei firmitatem/de carne nati/nō
carnaliter viuere per vite spūalis sanctitatē/inuicē coapta
ti per concordem fraternitatē/ligati ꝑ charitatē/labijs ve-
lati ꝑ humilitatē/corp⁹ ecclīe nutrire ꝑ doctrine veritatē ⁊
per clemētie pietatem/vocem facere ⁊ iuuare ꝑ diuine lau
dis alacritatem/risui etiam cōparari ꝑ spei celestium iocū
ditatem. Ecclī.xix. Risus dētium ⁊ ingressus hoīs/denun-
10 ciant de illo. ¶ De dentibus vide multa in tractatu de ani
malibus in generali/⁊ in multis alijs titulis animalium.

Capitulum.xix.de lingua.

1 Lingua scd̄m Isidorū dicit̄ a lingēdo vel a legē
do. Est eñ instrumētū gust⁹ ⁊ locutionis/⁊ ideo
cibos habet lingere/ ⁊ ꝟba legere. Est autē lin-
gua naturaliter mobilis/ carnosa/ porosa/ner-
uosa/ oblonga/ plana/ rubicunda / subtilis / te-
nuis/mobilis/et acuta: loco tamen concauo et humido si-
ta/et sicut in carcere posita/labijs ⁊ dentibus circūsepta:
vocum est informatiua/saporū discretiua/aīe interpretati-
ua/et per humorē saliue totius corporis humectatiua. Lin
gua Christi in suo corpore mystico ecclesie est predicator
vel etiā doctor. Uel etiā lingua est quelibet bona ꝑsona lo-
cutioni diuine laudis ꝑ̄cipaliter deputata/sicut precipue
sūt clerici ⁊ religiosi. p̄s. Lingua mea calam⁹ scribe. Talis
igitur lingua debet lingere/et legere: quia scilicꝫ ipsa debet
esse instrumentum gustus et licture deuotionis: ⁊ vocis et
lecture orōnis/predicationis/cōfessionis/⁊ gratiarū actio-
nis. Debet eñ inter cibos bonorū temporaliū/corporaliū/
⁊ spūalium/discernere/ ⁊ loquelam spūalem ⁊ salutarē deo
et hoībus promere/volūtatem ipsius aīe.i.ipsius dei inter-
pretari et dicere/ ⁊ vocē suā articulatim et ordinate propo-
nere. Prouer.xv. Lingua sapientiū ornat sciētiam. Et sali-
ua bone doctrine vel diuine gratie/ecclesiā vel animā hu-
mectare: vt sic de tali lingua dicat ecclīa illud Esa.l. Dñs
dedit mihi linguā eruditam. Igitur dico ꝙ talis debet esse
mollis et carnosus per benignitatē / porosus et penetrabi-
lis per pietatem/neruosus ⁊ sensibilis per sagacitatē/oblō
gus aliquātulū per deliberatiuā maturitatē/planus ⁊ sim-
plex per omnimodā veritatē/rubicundus et sanguine⁹ per
verecūdam honestatem/tenuis et subtilis per spūalē pau-
pertatem/mobilis ⁊ vertibilis per diligentē sedulitatē/acu
tus etiā ⁊ more gladij formatus per locutionis seueritatē/
in loco humido situs ꝑ deuotionis ⁊ gratie suauitatē/detē
tus ⁊ circūseptus/ligatus et incarceratus per dei manda-
torum circularitatē. Qꝛ pro certo cū homo multas habeat
grās ⁊ ꝟtutes/necesse est vt ī carcere diuini timoris nimis
discipline ⁊ mādatorum dei ⁊ prelatorū liget̄/ne per inanē
gloriam dilatet̄/et ne exterius ad mūdi delectabilia pl⁹ de
bito prolabat̄. psal. Dixi/custodiam vias meas: vt non deli
quam in lingua mea. Uel dic ꝙ ligua est locutio cuiuslibet
viri iusti/que ꝓcul dubio debet esse mollis et benigna/ner
uosa ⁊ sensata (qꝛ ex venis prouenit sensus ⁊ motus) oblon-
ga et moderata/rubea et verecūda/tenuis ⁊ humilis/mo-
bilis et subtilis/acuta etiā aliquotiens et seuera ⁊c̄. per oīa
sicut supra. Incarcerata etiam debet esse/ne scilꝫ nimis ef-
fluat per excessiuā verbositatē. p̄s. Ligua mea adhesit fau
cibus meis. Uel si vis oīa ista potes exponere de malis et
loquacibus/vel etiam de eorum locutiōibus. Isti eñ sciūt
verba sua mirabiliter formare/et que ab aīa.i.viris spūali-
bus excogitata sunt/mirabiliter interp̄tari/⁊ varie ordina-
re. p̄s. Linguis suis dolose agebāt. Et saliua ꝑuerse sue do
ctrine totā patriā humectare. Igit̄ talis ligua est mollis ꝑ
adulationē/ porosa et bibula ꝑ ꝓprij cōmodi appetitionē/
oblonga ⁊ nō quadrata per fallacē dissimulationē/subtilis
et tenuis per cautelosam cauillationē/gladialis et acuta ꝑ
detractionem et perforationē. p̄s. Ligua eorū gladius acu
tus. Mobilis aut plicabilis ⁊ varia ꝑ mādatorum circūuo
lutionē. psal. Lingua tua cōcinabat dolos. Rubea/sangui
nea ⁊ carnosa/per vilem ⁊ carnalē de p̄ctis carnalibus mē
tionem. psal. Sagitte paruulorū facte sunt lingue eoꝝ. Uel
dic ꝙ lingua diabolica est malus aduocatus/vel ei⁹ fallax
locutio. p̄s. Linguis suis dolose agebāt: venenum aspidū
sub labijs eorū. Qd̄ etiam de detractorib⁹ potest dici/qui
sunt molles et plicabiles adulādo/acuti autē ⁊ mordaces
detrahēdo ⁊c̄. sicut supra. ¶ Lingue aliquorū aīaliū medi
2 cinales sūt/⁊ aliq̄ venenose. Medicinalis eñ est ligua ca-
nis/qd̄ accidit vel ex complexionis bonitate/vel ex aliqua
occulta proprietate. Uenenosa etiā est lingua serpētis/dra
conis / ⁊ rabidi canis. Canis eñ rabidus linguā semꝑ ha-
bet extra os/ et semꝑ stillat venenū / qd̄ ita inficit aquā vbi
cadit/ꝙ homo inde bibens efficit̄ rabiosus. Lingua etiam
serpētum scd̄m Aristote.li. de aīalibus/liuida est/acuta et
malitiosa/et propter acutum fumū veneni in motu est velo
cissima. Sic vere lingua ⁊ locutio in aliquib⁹ est bona/⁊ in
aliquibus mala. Ex lingua eñ potest prouenire sanitas et
venenū/vita et mors/bonū ⁊ malum. Prouer.xviij. Mors
et vita in manibus lingue. Quidā eñ sunt qui habent lin-
guam medicinalē et bonā/sicut sunt viri iusti/qui lingua ⁊
verbis alios per bonam doctrinā et eruditionē sanāt. Pro-
uer.xij. Lingua sapiētium sanitas. Et potissime tales de-
bent esse canes.i. prelati et predicatores/ qui gregis dñici
sunt custodes. Quidā autem istam linguā habent veneno
sam/scilꝫ serpentini ⁊ rabidi pctōres/qꝛ scilꝫ lingua et locu
tio talium ꝑ suas malas exhortationes inuenenat/⁊ ad di
uersa vitia eos ꝑtrahit ⁊ inuitat: ꝯtra illud. p̄s. Prohibe lin
guam tuam a malo/⁊ labia tua ne loquātur dolū. Lingua
eñ talium semꝑ solet per multiloqua exēpla os aperire/ve
nenum verborū malorū vomere/et acuta per detractionē ⁊
punctionē esse. p̄s. Acuerunt linguas suas sicut serpentes.
Et etiā maculosa/nigra/ infamis et immūda solet videri/
⁊ veneno malitie velocissime ꝑ mēdacia et verbositatē mo
ueri/et ꝑ duplicitatē velociter agitari/nō aduertēs qd̄ Da
uid dicit ī psal. Disꝑdat dñs vniuersa labia dolosa/⁊ liguā
magniloquā. ¶ Lingua serpētis dū viuit serpēs/est vene-
3 nosa: cū vero serpens mortuus fuerit/lingua separata ⁊ sic-

cata/venenum perdit:et cōtra veneni presentiā sudare cōsueuit. Et ideo talis lingua reputaꝛ vtilis et preciosa/ licet primitus fuerit venenosa. Tales serpētes significāt hoīes peccatores/qui dum viuūt/scilꝫ in peccato/linguā et locutionem habēt multipharie venenosam/qꝛ scilꝫ verba mala ⁊ venenosa euomūt/quibus auditores inficiunt et corrumpunt:iuxta illud. Corrūpūt bonos mores colloquia praua. Sed vere quādo tales spūaliter moriūtur/⁊ quādo per penitentiam mortificātur:(iuxta illud.ij.ad Corin.vj. Quasi morientes:⁊ ecce viuimus)tunc lingua taliū efficiꝛ non venenosa/⁊ contra venenū peccatorū multipliciter preciosa/ quia scꝫ ꝯ pctm̄ solet sudare ⁊ clamare/ et venenū culpe homini prodere ⁊ mōstrare. Unde illud predictū. Lingua sapientium sanitas. ¶ Lingua contrahit quādoqꝫ multa vitia ī loquēdo. Quādoqꝫ em̄ efficitur muta/qđ fit vel ex aliq̄ corrupto humore linguā inficiente/vt est quādo apostema ligat lingue neruū: vel ex cerebro aliqđ vitium cōtrahēte/ et sensum motus lingue debite nō influēte. Sic vere ligua multorū muta efficiꝛ a p̄dicādo ⁊ docēdo/ et hoc accidit vl' ꝑpt' ꝓpriū vitiū:vel ꝑpt' vitiū cerebri. Propriū em̄ vitiū est quando vt cōiter est infecta humore ⁊ apostemate pctōꝝ/ et ideo omittit loqui ⁊ predicare/ sciens ꝙ nihil posset boni dicere quin ꝯtra se loqueretur. Uitiū autē cerebri/est defectꝰ sciētie/que a cerebro et a ratiōe venit. Ista em̄ duo faciunt hoīem mutū/⁊ ab vsu lingue et predicatiōis officio alienū.

4 (margin)

5 (margin) Eze.iij. Lingua tua adherebit palato tuo. ¶ Lingua loquēdo efficiꝛ balba/ vt quādo homo nescit ad plenum cito verba formare. Et hoc fit ꝓpter lingue nimiā humiditatē/ vt in ebrijs. Uel scđm aliquos ꝓpter nerui lingue breuitatem/qui ad finem lingue nō se extēdens facit hoīem balbutire. Que etiā causa est quare homo efficiꝛ traulꝰ.i.qre aliquas litteras dicere vel formare nescit:sicut.r.vl'.g. Sic vere illi qui sunt nimis humidi per carnalitatē deliciarum/⁊ qui etiā neruū sciētie nimis habēt breuem/ ita ꝙ a cerebro rationis nō recipiunt plene sensum/nō solent habere rectā vel honestam locutionē/nec bene formatā vel discretā eruditionem vel predicationē. Tales em̄ in rebus spūalibus balbutire possunt/sed non loqui:qꝛ sicut dicit Seneca: Marum est fortiter aliquid dici ab homine mollitiem professo.

6 (margin) ¶ Lingua aliquādo efficiꝛ nimis celeris. Qđ accidit quādo nerui lingue nimis sunt longi/ita ꝙ extremitatē lingue attingūt: vt dicūt quidā. Sic vere illi qui neruū in quo est sensus/habent nimis longū.i.illi qui nimis abūdant in sensu suo/solent nimis esse celeres in sermone/ hoc est dictu ꝙ tales nimis solēt esse prompti ad loquēdum/⁊ ad verba superflua proferendum. Esa.xxxij. Lingua balboꝝ velociter

7 (margin) loquetur. ¶ Lingua aliquādo apostemate intumescit/aliquādo corrupto humore grauescit / aliquādo vlceribus laceratur/aliquādo propter mentis captionē locutione priuatur/sicut patet in phrenesi. Sic vere locutio aliquādo patitur apostema supbie. Esa.xxviij. In loquela labij ⁊ lingua altera loquar. Aliquādo putredinē luxurie. Aliquādo vlcera inuidie. Aliquādo mētis captionem malitie. His em̄ vitijs locutio deprauaꝛ/et per elationē/iactātiā/adulationē/ detractionem/multipliciter maculatur. Iaco.iij. Lingua

8 (margin) ignis est/⁊ vniuersitas iniquitatis. ¶ In principio lingue sunt due vene/que saliuales dicūtur:a quibus saliua egreditur/a qua et lingua ⁊ os humectaꝛ/⁊ ciborū siccitas tēperatur. Est autem saliua humor insipidus/inter gustū ⁊ suū obiectum medius/qꝛ scilꝫ nullus rei sapor sentitur/nisi quādo ꝑ saliuā gustui p̄sentaꝛ: vt dicit Cōstā. Saliua significat grām dei. Ista em̄ in hoīe nasciꝛ a duabꝰ venis et duobus pricipijs precipuis/que sunt: declinare a malo/⁊ facere bonum. Talibus em̄ venis saliua gratie in nobis oriꝛ/a qua os cordis spūaliter humectaꝛ/⁊ qua mediāte gustus deuotiōis in saporibus ciborum spūalium delectaꝛ. Cōstat em̄ ꝙ nisi mediante gratia diuina/cibus doctrine vel eucharistie gustui affectionis per deuotionē nō sapit/ nec in ventrē cōscientie faciliter labitur aut descendit. Ista autē mediāte/cibus doctrine ab auditoribus transglutitur/et sapor in documētis spūalibus inueniꝛ. Ideo in persona peccatoris dicebat Iob.vij.dicens. Usquequo nō parcis mihi:nec dimittis me vt glutiā saliuā meā? Et sicut saliua hoīs mors est serpētis scđm Ambrosiū et Basiliū in hexamero/sic diuina gratia mors est spūalis hostis. ¶ Quādo homo emittit sputum seu saliuā sanguineā fetētem et saniosam: signū est ꝙ pulmonem habet corruptum et vulneratū/ scđm Cōstāti. Sic vere quādo homo de ore verba infecta/ īhonesta/ sanguinea et carnalia/saniosa ⁊ detractoria emittere consueuit:signū est ꝙ pulmo sue affectiōis īterioris diuersis vitijs est corruptus. Sicut em̄ diciꝛ Matth.xv. Ex abundantia cordis os loquiꝛ.et Marci.vij. diciꝛ ꝙ de corde exeunt adulteria/fornicatio ⁊c. ¶ Saliua ⁊ sputo intus retentis ⁊ nō euacuatis/est aliquotiēs causa mortꝭ:sicut ptꝫ in phthisicis:qui vulnerato pulmone/ sputo/ saliua seu phlegmate a cerebro defluente/cum ipsum expellere nequeūt: suffocātur. Sic quādo sputum ⁊ saliua pcti a cerebro.i.a cogitatione ⁊ imaginatiōe descēdit ad pulmonē affectiōis/ipsamqꝫ vlcerat per cōsensum/nisi per cōfessionē possit eijci/necesse est per mortem eternam hominem suffocari. ⁊c. vide supra de phlegmate.

9 (margin)

10 (margin)

Capitulum.xx.de voce.

1 (margin) Vox est aer tenuissimꝰ ictꝰ plectro lingue/⁊ multis instrumētis naturalibus formatꝰ. Ad formationē em̄ vocis multa reqrūtur: ⁊ potissime pulmo: aspera arteria seu canales gutturis/ dētes/ lingua/labia/vua. Et est vua mēbrū in gutture qđ viam aeris habet dilatare vel restringere/et aeris emissionem tēperare/ ⁊ ne vltra debitū effluat/ipsius exitū moderari: et sic vua mediāte solet homo vocē vel diminuere/ vel augere/sicut dicit Constan.in pant. Uox est locutio viri iusti/cuius procul dubio aer.i.spūs sanctus materia debet esse/et diuersa instrumēta virtutū/formā debent et efficaciam sibi dare. Inter alias autē virtutes que in locutione et vocis prolatiōe necessarie sunt/summe necessaria est vua: ꝑ quā intelligo discretionē/qꝛ scilꝫ ista est que voci debet imperare/et eam vel emittere vel tenere/ qꝛ scilꝫ quando est necesse/ debet ipsam late facere discurrere. p̄s. Eleuauerūt flumina vocē suā. Quādo vero necesse nō est/tunc debet sibi viam claudere/⁊ ipsam inter secreta gutturis cohibere. Naum.ij. Non audietur vox nūciorum tuoꝝ. Ultra istud etiam verū est nō solum de locutione cōmuni/immo etiam de predicatione/qꝛ scilꝫ istam quādoqꝫ debemus effundere: ⁊ quādoqꝫ (ne fastidiaꝛ) clamorē ipsius cohibere.

2 (margin) ¶ Canales gutturis/et folliculi pulmonis/instrumēta sūt vocis/qui si lenes et tēperati fuerint/dulcem et tēperatā ⁊ equalem reddunt vocem. Si vero asperi fuerint et plus debito lati/vel stricti/vel distorti/tunc grauem vel exilē vocē faciunt/vel inequalē/dissonam/seu turpem/sicut dicit Cōstantinus. Canales isti sunt p̄dicatores/q̄ vna cū pulmone aerem emittente.i.cum spiritu sancto sciētiam ⁊ gratiā infundente: et cū lingua sue eloquētie verba exterius disserēte/vocem predicationis habēt emittere/ ⁊ per ipsam auditorum animos informare. p̄s. Dabit voci sue vocē virtutꝭ. Si igiꝛ isti canales scilꝫ predicatores/sint lenes et suaues/ temperati et iusti/et vitiorū supfluitatibus nō grauati/ tūc vox/predicatio ⁊ doctrina eorū auditoribꝰ dulcis erit/cōsona ⁊ amica. Talem em̄ solent libenter audire/et eius vocē diligere ⁊ haurire/dicētes. Canti.ij. Ostende mihi faciem tuam/sonet vox tua in auribus meis. Uox em̄ tua dulcis/⁊ facies tua decora. Sed vere si tales canales.i.predicatores sint mali/⁊ in moribus vitiosi ⁊ asperi/⁊ vltra debitum per trāsgressionē discipline lati/vel etiā in seueritatibus et singultibus nimis stricti/⁊ per vitia deuij ⁊ distorti/tūc dico vox istorū/doctrina et eruditio nō est grata: sed audientibus dissona/contēptibilis/et inepta. Tales em̄ non libenter audiūtur/⁊ voces sue doctrine ab oībus cōtēnuntur. et hoc:qꝛ teste Gregorio/loquentis auctoritas perdiꝛ / quādo

3 (margin) vox opere nō iuuatur. ¶ Pulmo scđm Aristo. est primū vocis susceptibile/ et ideo scđm ipsum/nullum animal carēs pulmone ⁊ lingua/habet vocē. Unde dicit ꝙ musca/locusta/et similia/nō habent vocem/ licet sonum faciant nō cū ore/sed cū alis/scilꝫ stringēdo aerem cū alis circa corpus. Cuius certum signū est/qꝛ talia aīalia sonū talem faciunt volādo/⁊ nunqꝫ quiescēdo. Pulmo qui deseruit cordi/ significat scientiam/lingua vero denotat eloquētiam. Ista igiꝛ duo sunt in voce.i.in predicatione et bona eruditiōe necessaria: qꝛ pro certo illi qui carent eisdem/nunqꝫ articulatim

vociferant: dato ꝙ more muscarū sonos multos faciant/et
multa inutilia verba promāt. psal. In in omnē terrā exiuit
4 sonus eorū. ¶ Rane scđm Aristo. li. iiij. plus vociferant de
nocte ꝗ̃ de die. Sic vere mali magis gaudent/ cantant et
vociferant ⁊ exultant in nocte ⁊ obscuritate vitiorū/⁊ de re
bus malis et vitiosis/ꝗ̃ de die. i. ꝗ̃ de rebus spūalib⁹ ⁊ ho-
nestis. Prouer. ij. Qui dimittūt iter rectū/⁊ ambulant per
vias tenebrosas/qui letātur cum male fecerint/ ⁊ exultant
5 in reb⁹ pessimis. ¶ Aues parui corporis magis vociferāt
ꝗ̃ aues magne. Aues etiā mascule vociferant/nō femelle.
Qđ maxime verū est inter coturnices ⁊ gallos/vbi mascu
li/non femine cantant: vt dicit ibidē. Sic vere illi qui sunt
parui per humilitatē/masculi per virilitatem/solent ꝑ ora-
tionem/cōfessionem/predicationē/et grārum actionē/ me-
lius canere/ꝗ̃ illi qui sunt femine ꝑ mollitiem deliciarū/vł
sunt magni per altitudinē eminētiarum. Cōstat em̄ ꝙ par-
ui/ simplices ⁊ pauperes/deo voces predictas abūdātius
emittunt/ꝗ̃ illi qui prelati vel clerici vel aliter magni sunt.
Eccli. xlvj. Exaltauit vocē suam de terra. Uel dic ecōuer-
so/ꝙ illi qui in scientijs ⁊ meritis sunt minores/sunt cōmu
niter in verbis ⁊ locutionibus ampliores. Qꝛ illi qui min⁹
valere noscūtur/ad vocē garrulitatis iactātie et adulatio-
nis altius efferunt: iuxta illud Senece. Imbecilliores ca-
6 nes magis indulgent latratibus. ¶ Gallus scđm Aristo.
ibidem/post victoriā vociferat. Etiam quecūqꝫ auis cano-
ra/cum satiata fuerit/magis cantat. Omne etiam animal
generatiōis tpe magis clamat. Ille aūt q̄ vim generatiuā
perdit/sicut est castrat⁹/ sue vocis resonātiam mutat/⁊ im-
becillius vociferat/ꝗ̃ antea faciebat. Sic vere cum victo-
riam cōtra tentationes acquirimus/cū societatē bonorum
spūalium ⁊ etiam terrenorū accipim⁹/⁊ cū generationi bo-
norum operū intēdimus/nos ꝓcul dubio vociferationi ora
tionis/laudis/⁊ grārum actionis/magis insistere debem⁹.
psal. Psallite dn̄o in voce tube/psallite dn̄o in cithara. Il-
li em̄ qui virtute generatiua/et bonorū operum ꝓductiua/
scilꝫ gratia dei castrati ⁊ priuati sunt/ spūalium vocum pre
dictarum fortitudinē perdunt/⁊ in spūaliter vociferādo va
ni et exiles statim fiunt. Qđ iam apparet in multis pecca-
toribus/qui deū laudādo/orando vel predicādo nō vocife-
rant/immo exiliter ⁊ imbecilliter deo cantant/et feminali-
ter voces mittunt. Hiere. xvj. Auferā de loco isto vocē gau
7 dij et letitie/⁊ vocem sponsi/et vocē sponse. ¶ Uox acutior
est in iuuenib⁹ ⁊ in feminis/ ꝗ̃ in senibus aut in viris. Iu-
uenes em̄ ⁊ femine propter debilitatē mouent paucū aerē/
et ideo acutiorē sonum faciunt. Uiri vero et senes multum
aerem mouent ꝓpter fortitudinē neruorum et lacertorū/⁊
grossiorem sonū emittūt: vt dicit Aristo. vbi supra. Sic ve-
re/illi qui sunt femine. i. molles ⁊ deliciosi/pueri et imbecil
les/ignorātes et defectuosi/ solēt vt cōiter acutius ⁊ altius
loqui et vociferari/et paucum aerem. i. paucam scientiā in
vociferando ⁊ loquēdo mouere et attēdere: et ideo acutius
et citius et indeliberati⁹ verba fari. psal. Dedit abyssus vo
cem suā/altitudo manus suas leuauit. Illi vero qui sunt vi
ri. i. virtuosi ⁊ viriles/et qui sunt senes. i. maturi ⁊ prudētes/
in loquendo solent plus de aere sapientie ponere/ ⁊ vocem
suā maiori deliberatione tardare. Et ideo tales grauiorē/
maturiorē et prudētiorem vocē emittūt/⁊ nō acute vel in-
cōposite verba promūt. Qꝛ breuiter loquendo/prudētes so
lēt grauiter/depresse/⁊ mature loqui: fatui vero ⁊ ignari so-
lent acute ⁊ effeminate ꝓfari. Unde de bonis potest dici il
lud Eze. j. Cum fieret vox sup firmamētum: submittebant
cherubin alas suas. Cherubin em̄. i. viri spūales/debēt ela
tionis alas submittere/ quādo habēt vocem in firmamēto
8 eccl'ie formare. ¶ Uox q̄n̄ est grauis/rauca/aspera ⁊ disso-
na/valde est vitupabilis et nociua/⁊ discordie ī harmonia
generatiua/⁊ auditus audientiū grauatiua. Uox em̄ vnius
si sit dissona/multorū bene canentiū turbat harmoniā. Sic
vere vox maloꝝ aspera ⁊ iniuriatoria/rauca ⁊ detractoria/
dissona ⁊ turbatoria/acuta ⁊ iactatoria/nō est bona/sed po
tius odibilis atqꝫ vana/et in harmonia vnius cōcordis so-
cietatis est dissensionis ⁊ discordie causatiua. Tales igitur
voces malorū bonis nō sunt grate nec amabiles/ sed poti⁹
tristes/ odiose et turbabiles. Eze. xix. Desolata est terra a
voce rugitus ei⁹. Uel expone de voce hereticorū/q̄ est horri
bilis/et nociua ⁊c̄. Esa. xxix. Uox phitonis vox tua. ¶ Uox 9
dulcis/ cōsona et ordinata/multas habet laudabiles pro-
prietates. Est em̄ dulcis vox et melodia/tristium letificati
ua/amoris excitatiua/laboris subleuatiua/passionum ani
me expressiua/puritatis cōplexionis ostēsiua/laudis et pre
conij acquisitiua/affectionū anime imutatiua/ad preliū ex
hortatiua/et mētis de timore ad audaciā/de ira ad clemē-
tiam/de auaritia ad largitatem et munificentiam cōuersi-
ua/volucrum ad laqueū vocatiua/et ipsarū ad mortis peri
culum ꝓductiua/demonū effugatiua/sicut patet in saule. j.
Reg. xvj. ⁊ multarū egritudinū lenitiua/sicut patꝫ in mēte
alienatis ⁊ phreneticis/q̇ sepe ꝑ melodiā ad mentē redeūt/
⁊ ad sanitatē animi reuocant. Talis est vox diuine laudis/
et bone eruditionis/et predicatiōis. Talis vox em̄ solet tri-
stibus et desperatis cōsolationem et spem immittere/amo
rem et deuotionē in deum excitare ⁊ accendere/ ⁊ omnē la
borem et tribulationē per patiētiā subleuare. Hiere. xj. Ad
vocem loquele grandis exarsit ignis. Item ista solet passio
nes anime ac defectus/et vitia mētis exprimere/cōplexio-
nis. i. cōditionis bone ⁊ virtuose signū esse/ et apud deum ⁊
hoīes laudis preconiū vendicare: qꝛ scilꝫ ille qui bene p̄di-
cat/⁊ qui solēniter deum laudat/a cūctis audiētibus famā
et preconiū reportat. Dicit em̄ quilibet illud Canti. v. Uox
delecti mei pulsantis/aperi mihi soror mea. Cōgratulādo
etiam dicūt illud Canti. ij. Uox turturis audita est in terra
nostra. Item ista solet affectiones audiētium immutare: ⁊
ad litterā/ mētem de ira ad clemētiam/de auaritia ad mu
nificētiam/ de timore ad audaciam cōuertere/et ad non ti
mēdum ꝓ Christo mortis periculū animare/sicut patet de
illis qui se ad verba predicatorū martyrio ꝓ Christo vel ꝓ
republica exponunt. psal. Dedit vocem suā: et mota est ter
ra. Itē ista vox solet demones effugare/ ⁊ infirmitates pcti
sanare/⁊ mentē a deo alienatā/ad sanitatem gratie reuoca
re/et gaudiū spiritus in anima generare / vt sic dicat illud
psal. Ecce dabit voci sue vocē virtutis/date gloriā deo sup
israel. ⁊c̄. Uel dic ꝙ vox dei patris est Christus/vel etiam
vox Christi est ipse predicator. Matth. iij. Ego vox clamā-
tis in deserto. Talis igit vox letificat ꝑ cōsolationē/excitat
amorem et deuotionē ⁊c̄. Per omnia sicut supra. Uel dic ꝙ
talis vox est plāctus vel cōtritio/oratio vel cōfessio/que sci-
licꝫ deo vel sacerdoti passiōes anime. i. peccata exprimūt/
amorē dei et sanctoꝝ excitāt et attrahunt/et angelos letifi
cant/demones fugant/⁊ spūales morbos sanant/⁊ mētem
ad sanitatē ⁊ gratiam reuocant et restaurāt. Unde in psal.
Uox exultationis ⁊ salutis in tabernaculis iustoꝝ. Uel dic
ꝙ talis vox est grārum actio/que benefactorē solet letifica
re/⁊ amorē eius ad ampli⁹ excitare/affectionē immutare/⁊
bone cōplexionis/et grate intentionis signū esse ⁊c̄. sicut su
pra. ¶ Scđm Pli. lib. xj. c. lj. Pueri qui celerius loqui inci- 10
piunt/tardius incedūt/ et ecōtra illi solent citius incedere
qui tardius fari cepere. Dicit etiam ꝙ puerū nimis cito lo
qui/malum est signū. Unde ait ꝙ cresi filius in crepūdijs
locut⁹ est. Ex quo prodigio secutū est ꝙ totum illud regnū
perijt: sicut dicit. Idem ponit haliebel ragel lib. iiij. c. j. vbi
etiam mirabili⁹ ponit. Sic vere moraliter loquēdo/illi qui
ad loquēdum sunt celeriores ⁊ promptiores/ sunt vt cōmu
niter ad incessum bonorū operū tardiores. Et ecōuerso illi
pueri et iuuenes citius incipiūt per bona opera progredi/q̇
tardius et maturius volunt loqui. Qꝛ pro certo ibi tardus
est incessus bonoꝝ operum et virtutū/ vbi nimis accelerat
copia verborū loquacitasqꝫ sermonū: quinimmo/si pueri ⁊
iuuenes citius ꝗ̃ deceat loqui volūt/totum regnū sue futu
re perfectionis destruūt et subuertūt. Bene ergo docet Ja
co. j. Sit oīs homo velox ad audiēdum: tardus autē ad lo-
quēdum. Ideo bene dicit illđ Eccli. xxxij. Adolescens/in
causa tua loquere vix. Uel dic cōtra illos qui nimis cito ꝓ-
mittunt: qꝛ vt cōmuniter tardius ad reddēdum incedunt/
et ecōtra. Figura de duob⁹ filijs: quorū qui primus ire ī vi
neam ꝓmisit/tardius/immo nunqꝫ illuc iuit. ¶ Item idē 11
Plini⁹ ibidem dicit ꝙ vox in homine magnā vultus habet
partē/agnoscimus em̄ eam anteqꝫ cernamus/ nō aliter ꝗ̃
oculis. Totidem sunt ec quot in rerum natura mortales/⁊
cuiqꝫ sua ꝓpria/sicut facies. Sic ꝓcul dubio est de locutio-
ne. Ut ꝯmuniter em̄ ista est q̄ habet magnā partē vultus. i.

notitie cõditionum nostrarũ: quia scilꝫ ex verbis nostris co
gnoscitur qđ in corde vlterius cogitet. Quilibet eñ habet
suam propriã vocem .i. suum propriũ modum loquendi/ per
quem mores ipsius cognoscũtur/ quãdo cũ diligẽtia atten-
dũtur. Matth. xij. Ex abundãtia cordis os loquit. Et eius-
[12] dẽ. xxvj. Nam et loquela tua manifestũ te facit. ¶ Itẽ idẽ
ibidem ait ꝙ aliqua aĩalia in aliquibus locis sunt muta/ q̃
in alijs sunt loquacia/ sicut exẽplificat de apris ⁊ de ranis
que in macedonia mute sunt/ que tamẽ alibi voces edunt.
Cicade etiã in rhegino agro italie sunt mute/ que vbiqꝫ ali
bi sunt clamose. Sic vere multi sunt qui ĩ vna patria sunt
verbosi/ in alia vero muti/ ⁊ qui/ vbi timent/ muti et patien
tes esse noscũtur: iuxta illud. Ego autẽ sicut surdus non au
diebam/ et sicut mutus non aperiẽs os suũ. Qui tamẽ quã
do sunt in loco vbi nihil timẽt/ vocibus/ iactantijs/ derisio-
nibus et inanibus letitijs efferũtur. Eze. xxxiij. Aperto ore
meo non silui amplius.

Capitulum. xxj. de gutture.

[1] GUttur est extremitas canaliũ pulmonis/ vt di
cit Cõstã. Et est guttur mẽbrum longum/ cõca
uum/ chartilaginosum/ in duabꝰ extremitatibꝰ
latum/ ⁊ in medio magis strictum/ tribus cana
libus cõpositum/ et ad triplex officium destina
tum. Guttur eñ habet cibos in corpus traijcere/ vocẽ per-
ficere/ et aerem attrahere et eijcere/ vt dicit idem Constã.
Guttur corporis ecclesie est prelatꝰ vel etiã predicator/ vel
quilibet religiosus/ vel iustꝰ. De quo in psal. Exultationes
dei in gutture eorũ/ ⁊ gladij ancipites in manibus eorum.
Talis eñ debet esse concauus per humilitatẽ/ longus per
perseuerãtie longanimitatẽ/ chartilaginosus ⁊ durus ꝑ pa
tiẽtie firmitatẽ/ in extremis/ scilicet quãtũ ad exteriores/ la
tus per charitatẽ ⁊ liberalitatẽ. In medio vero quãtũ ad se
strictus per penitẽtiam ⁊ abstinẽtie parcitatẽ. Canalibꝰ tri
bus cõpositus per fidei sancte trinitatis veritatẽ/ vel tribꝰ
canalibus per virtutũ theologicarũ trinitatẽ/ vel per voto-
rum religiõis triplicẽ obligationẽ. Et ad triplex officiũ de-
putatus/ per triplicẽ quã facit hominibꝰ vtilitatem: qꝛ scilꝫ
iste habet corpus eccl̃ie cibo doctrine vel elemosyne pasce
re/ aerem deuotionis attrahere/ et in alios refundere/ ⁊ vo-
cem diuine laudis ꝓmere/ et diuersos sonos diuine doctri
ne alijs eructare. Prouerb. viij. Veritatẽ meditabit guttur
meũ ⁊c̃. Ut sic de tali gutture dicat illud Canti. v. Guttur
eius suauissimũ/ et totꝰ desiderabilis. Vel dic ꝙ guttur est
locutio predicatoris/ que debet esse alijs lata/ ⁊ sibi stricta/
dura et aspera/ et vocis .i. cibi/ ⁊ aeris .i. doctrine simplicis/
grosse et subtilis/ corpori eccl̃ie ministratiua ⁊c̃. Allega vt
[2] supra. ¶ In gutture est vnum mẽbrum qđ ligua gutturis
nũcupatur/ quo scilꝫ ipsum guttur claudit/ ⁊ via aeri trãseũ
ti vel stringit/ vel dilatatur/ et ne corruptus humor vel cor-
ruptus aer/ vel puluis subintret guttur/ huiꝰ obstaculo pre-
seruatur: scđm Constã. Per guttur quod recipit cibos/ in-
telligo volũtatem/ que scilꝫ cibos desiderioꝝ mittit adinui
cem. Per istam linguã intelligo timorẽ dei/ vel etiã virtutẽ
prudentie/ que scꝫ in medio volũtatis debet esse sicut vnũ
ostium versatile/ quo scilicet via affectionibꝰ bonis vel ma
lis aperiatur/ vel restringat. Uirtus enim prudentie bonis
aperit/ et malis claudit/ et maxime: qꝛ nisi discretio volũta
tem a suis appetitibus coerceret/ ipsamqꝫ clauderet et re-
stringeret/ forte corruptus aer vane superbie/ corruptus hu
mor luxurie/ corruptus puluis auaritie/ per cõplacentiam
forsitan subintraret/ qui mentem diuersis vitijs suffocaret.
Ideo de illis qui nõ habent discretionis obstaculo guttur
clausum/ sed ad oĩa appetibilia expositũ et apertũ/ dicitur
in psal. Sepulchrũ patens est guttur eorũ. Vel dic ꝙ talis
lingua est tẽperãtia/ que loco ⁊ tẽpore debet guttur ꝑ absti-
nẽtiam stringere/ et etiã ipsum (quãdo necessitas exigit) ad
aliquas delicias dilatare. Vel dic ꝙ guttur est locutio/ vbi
ianitor debet esse timor dei/ qui scilꝫ istud guttur debet mẽ
dacio/ iactantie ⁊ adulationi claudere: veritati vero/ oratio
ni et confessioni et alijs bonis locutionibus aperire. Pro-
uer. iij. Misericordia ⁊ veritas nõ te deserant: circũda eas
[3] gutturi tuo. ¶ Cum guttur cibum et aerem habeat recipe
re vt cibo stomachũ possit reficere/ ⁊ aere cor possit refrige-
rare: ideo natura dedit sibi duas vias/ scꝫ vnam qua cibus
transit ad stomachũ/ et aliam qua aer transit ad pulmonis
vẽtilabrum. Ista autẽ duplex via quoddã habet operculũ/
qđ dicit epiglottũ: qđ alternatim vtrãqꝫ viam potest operi-
re/ et ideo quãdo aspirandũ est/ istud operculum viã stoma
chi ex toto claudit/ ⁊ viam cordis et pulmonis aperit. Ecõ
tra autem quãdo comedendũ est: in hora qua cibus traij-
citur/ via cordis et pulmonis aeri et spiritui clauditur/ via
stomachi cibis et potibꝰ aperit. Due eñ vie iste nũqꝫ simul
possũt esse apte/ imo si vna apta fuerit/ alia necessario clau
sa erit/ vt dicit idem Cõstan. Guttur qđ oĩm ciborum sapo
rem recipit/ significat mẽtem/ cui scilꝫ diuersimode sapiũt
vniuersa. Ista igit in generali habet duo foramina .i. duas
affectiones/ scꝫ vnam que est spũalis/ aliã q̃ carnalis. Spi-
ritualis est illa per quã aerẽ bonorũ spũalium recipimus.
Carnalis est illa per quã cibos bonorum temporaliũ appe
timus ⁊ optamus. Prima cooperat ad cordis ⁊ anime re-
frigerationẽ. Secũda vero tendit ad stomachi et ad corpo-
ris refocillationẽ. Prima est via per quã ad cor ⁊ ad volun
tatem transeunt spũalia. Secũda per quã ibi subintrãt per
complacẽtiã tẽporalia. Eze. xlj. Duo ostiola erant in tẽplo.
Istis eñ foraminibꝰ et appetitibꝰ dñatur epiglottum: per
qđ intelligo virtutẽ discretionis/ que scilꝫ habet claudere/
vel aperire/ nũc vnã/ nunc aliã/ et cordi nũc tẽporalia/ nunc
spiritualia ministrare/ scđm ꝙ necessitas hoc requirit. Ista
est enim que claudit/ ⁊ nemo aperit: q̃ aperit/ et nemo clau
dit. Apo. iij. Unum tamẽ attendendũ est: ꝙ scilꝫ ista duo fo
ramina nõ possunt esse simul aperta: qꝛ scꝫ homo nõ potest
simul attrahere aerẽ ⁊ cibum/ deum ⁊ mũdum/ spiritualia
et terrena/ virtutes et vitia/ quinimmo si affectꝰ cordis ad
vnũ aperiat/ necesse est ꝙ ad aliud obstruat: quia qui hau-
rire vult spũalia/ necesse est ꝙ claudat animum ad terrena.
Qꝛ qui terrenis cor aperit/ bonis spũalibus ipsuꝫ claudit.
sicut enim dicit Matthei. vj. Nemo potest duobꝰ dñis ser
uire/ aut enim vnũ diliget/ ⁊ alterum odio habebit/ aut vni
adherebit/ ⁊ alium contẽnet. ¶ Item scđm Constan. cũ ci [4]
bus et aer diuersas habeãt vias/ vt dictũ est/ qꝛ scilꝫ aer re-
cipitur per trachẽã arteriam/ ⁊ cibus per aliũ latum cana-
lem/ qui dicit Isophagus/ valde est periculosuꝫ et nociuũ
cum cibus qui grossus est et corpulẽtus/ per viam aeris se
immittit/ et cum ad pulmonẽ et ad cor labit et descendit/
tunc enim via aeris intercludit/ et sic animal suffocat. Sic
vere charissimi cum aer ⁊ cibus .i. bona spũalia et terrena/
duabus incedant vijs/ ⁊ duo occupent loca: qꝛ scilꝫ spũalia
tendere debent ad cor/ tẽporalia vero ad bursam: valde est
anime magnũ periculũ quando cibi bonorũ temporalium
viam spiritus ⁊ virtutũ ingrediũtur/ scilꝫ viam cordis/ quã-
do scꝫ per auaritiã ⁊ affectum ista tẽporalia ad cor tendũt/
⁊ metas suas excedunt: qꝛ scilicet tunc viam sancti spũs ⁊
gratie intercludũt/ et cor per auaritiã attingunt et suffocãt
et subuertunt. Cauẽdum est igit ne dum cibus bonorũ tẽ-
poraliũ possidetur/ ad cor per cõplacentiã aut per dilectio-
nem eius nimiã deriuet: quia sicut dicitur Eccl̃i. x. Nihil
est iniquius q̃ꝫ amare pecuniã. Ideo bene docet Dauid in
psal. dicens. Diuitie si affluant: nolite cor apponere. ¶ In [5]
gutture generatur infirmitas que dicit squinãtia: q̃ fit quã
do humores fluunt a capite ad guttur/ ⁊ ibi faciunt aposte
ma/ cuius compressione intercludit via spũs ⁊ aeris/ ⁊ via
cibi: ⁊ sic nõ potest hõ nec comedere nec respirare. In squi
nãtia enim ita constringunt nerui maxillarũ/ ꝙ vix potest
etiã cum instrumẽto os ipsius aperiri/ quapropter necesse
est velociter hominem suffocari. Sic vere quãdoqꝫ fit ꝙ hu
mores vitiorũ quãdo in apostema multiplicant et augmẽ-
tantur/ solent guttur mẽtis per verecũdiam stringere/ ⁊ cõ
fessionem spũalem impedire. Maxillas etiã deuotiõis ta-
liter quãdoqꝫ cõstringunt/ ꝙ comestionẽ ⁊ auditũ ciborum
spũalium/ scilꝫ verbi dei/ impediũt atqꝫ tollunt. Tales igit
qui per verecũdiam nõ confitentur/ et qui per indeuotionẽ
cibos doctrine comedere dedignãtur/ de facili ipsi suffocã
tur: ⁊ morte ꝑpetua moriũtur: ita ꝙ talis potest dicere illud
ij. Parali. xxxvj. Incuruatus sum multo vinculo ferri/ ⁊ nõ
est mihi respiratio. ¶ Squinãtia aliqñ ita accidit in guttu [6]
re/ ꝙ tota latet interiꝰ/ et tũc sine remedio est mortalis: ali-
qñ partim est extra/ et partim infra/ ⁊ tũc q̃uis difficiliter/
quãdoqꝫ tamẽ cum diligẽtia potest curari. Aliquãdo autẽ

ex toto apparet exterius: ⁊ tunc facilius medicaꝝ. Sic vere
infirmitas pcti/ que guttur anime ne per cõfessionẽ loqua-
tur tenet ligatũ/ tripliciter est disticta. Quedã eñ est ex to-
to intra in cõscientia/ ita ꝙ nihil exterius potest apparere/
sicut est in illis qui peccata sua celãt/ ipsaqȝ per cõfessionẽ
in nullo manifestant. et ista procul dubio est mortalis/ qꝛ si
cut dicit Prouer.xxviij. Qui abscondit scelera sua/ nõ diri
getur. Alia aũt partim apparet/ partim latet/ sicut est in il-
lis qui aliquãdo bene cõfitentur/ verũtamen nõ plene. Et
ista per industriam medici/ scilȝ sacerdotis/ scientis scȝ ma
teriam de ꝓfundo cõsciẽtie extra ad cõfessionem bonis in-
ductiõibus educere/ potest recipere sanitatẽ. Alia autẽ est
que exteriꝰ apparet ex toto/ sicut est in illis qui pctã sua ex-
terius cõfitentur/ ita ꝙ nihil interius retineꝝ. Et ista ꝓ cer-
to de facili sanatur/ ⁊ sibi ex dei misericordia sine periculo
subuenitur/ quia sicut dicit Prouerb.xxviij. Qui confessus
fuerit/ ⁊ dimiserit peccata sua/ misericordiã consequeꝝ. De
aliis passionibus gutturis/ scilicet de raucitate et similibꝰ
vide infra.

Capitulum.xxij.de collo.

1 Collum est mẽbrum per qd̃ caput sustẽtatur/ cu
ius pars anterior gula/ posterior vero/ ceruix et
cerebri via scd̃m Isidorũ appellaꝝ. Est autẽ col
lum/ mẽbrum rectum/ rotũdũ/ erectũ/ osseum/ ⁊
neruosuȝ. Osseum enim est: vt sit forte ad caput
sustinẽdum. Maxima eñ fortitudo quorũdã animaliũ est
in collo/ sicut patet de boue/ vrso/ ⁊ leone. Neruosum etiam
fuit: vt esset mobile ⁊ vertibile iuxta votum: prout dicit Cõ
stãti. Collum moraliter loquẽdo/ signat virtutem spei: que
recte est collum aĩe virtuose. Ista est eñ media inter corpꝰ
et caput. i. inter mẽtem/ ⁊ deum. Sursum eñ erigiꝝ celestia
affectãdo. ad Collo.iij. Que sursuȝ sunt/ querite. In amore
rotundaꝝ/ mentẽ in deum circulariter reducẽdo. Per iusti
tiã rectificatur/ recte scȝ et cũ meritis de deo sperãdo. Per
constantiã fortificatur/ patienter terribilia pro deo sustinẽ-
do. Per diligẽtiam neruificaꝝ/ per bona opera se mouẽdo.
Quia ꝓcul dubio spes nostra debet esse mobilis per bono
rum operũ diligentiã/ et fortis per cõstantiam et patientiã.
Job.xl. In collo eiꝰ morabiꝝ fortitudo. Ut sic anime dica-
tur illud Canti.iiij. Sicut turris Dauid collũ tuũ/ que edi
ficata est cũ ꝓpugnaculis. Uel dic ꝙ collũ ecclesie/ est pre-
latus: qui inter caput ⁊ corpus. i. inter deũ ⁊ populũ est me
dius. Iste ergo per iustitiã debet esse rectus/ per fidẽ rotun
dus/ per clemẽtiam suauis et planus/ per spem et cõtẽpla
tionem erectus/ per virilitatẽ neruosus/ per constantiã os-
seus/ per patientiã vigorosus. Canti.vij. Collũ tuum sicut
turris eburnea. Uel dic ꝙ collũ anime qd̃ habet sustinere
oĩa pondera/ est fortitudo ⁊ patiẽtia/ que ꝓ certo debet esse
in homine ossea et neruosa/ ne succũbat oneribus vel tribu
lationibus que cõtingunt/ et vt onus dei mandatoꝝ facili-
ter tolereꝝ: q̃uis Neemie.iij. dicaꝝ ꝙ principes ⁊ magistra
2 tus nõ supposuerũt colla sua i ope dñi. ¶ Generaliter oẽ
animal habẽs tibias longas/ habet collũ longũ. Patet de
camelo inter aĩalia/ de grue inter volatilia: et ecõtra vt cõ
muniter illa que collum habẽt longũ/ habent etiam tibias
longas: exceptis oĩbus natantibus: sicut est cygnus/ ⁊ an-
ser/ que q̃uis habeãt colla longa: tibias habẽt breues. Ti-
bie q̄ sunt finis corporis/ significãt ꝑseuerantiã. Colla vero
que sursum erigũtur/ significãt spem et affectionẽ/ orationẽ
etiam ⁊ deuotionẽ. Qꝛ ꝓcul dubio istud est generale ꝙ illi
qui lõgum et excelsum vsqȝ ad interiora velaminis paradi
si habent collũ spei/ affectionis/ deuotionis ⁊ orationis: lõ-
gas etiã habent tibias perseuerantie et durationis/ qꝛ scilȝ
cõmune est ꝙ illi in gratia lõgius perseuerãt: qui collũ spei
ad deum altius eleuant/ et qui ꝑ spem/ affectionẽ/ orationẽ
et deuotionẽ mentẽ magis extendũt ad deũ et exaltãt. Un-
de illud predictũ Cãti.vij. Collũ tuũ sicut turris eburnea.
Ista fallunt in natatilibus. i. in ꝑsonis in deliciis viuẽtibꝰ/
quia scȝ tales habent longũ collũ spei et inanis fiducie/ qꝛ
scȝ ipsi sperant habere sine operibꝰ paradisum/ et tamẽ ipsi
habent valde breues tibias ꝑseuerantie. Tales eñ nõ per
seuerant: ⁊ tamẽ paradisum cupiũt atqȝ sperant/ cũ tamen
de ipsis dicaꝝ illud Job.xl. Spes eius frustrabiꝝ eũ/ ⁊ vidẽ
tibus cũctis precipitabiꝝ. Uel si vis dic ꝙ crus est vita/ col
lum est doctrina/ qꝛ scȝ in collo est vox. Crus igiꝝ et collum
debent inuicem coaptari/ qꝛ scilȝ vita et doctrina debẽt in-
uicem cõparari/ et vnum alteri similari/ vt scȝ cũ longo col
lo magne doctrine/ sit longũ crus etiam magne ⁊ eminen-
tis vite vt qui magno cruce bonevite nõ polleat/ etiã habe
re collum longum solẽnis doctrine non audeat. Cuius ta-
men cõtrarium est in natatilibus. i. in hypocritis: qui mo-
re cygni exterius sunt albi/ ⁊ interius nigri/ quia scȝ in istis
crura collo. i. vita doctrine non respõdet. Quia dato ꝙ ha-
beant magnũ collum. i. magnam eloquẽtiam atqȝ vocem/
ipsi tamẽ habent crus breue. i. inceptam existẽtiam atqȝ vi-
tam/ qꝛ scilicet isti sciunt magna dicere/ ⁊ pauca facere: qꝛ
sicut dicitur Matthei.xxiij. Dicunt: et nõ faciunt. ¶ Ma- 3
xima fortitudo quorũdam aĩaliũ est in collo/ sicut patet de
bobus/ vrsis/ ⁊ leonibꝰ. Et ideo generale est ꝙ collo ligato/
et colli fortitudine superata/ qd̃cũqȝ aĩal est infirmũ. Qua-
propter qui benevult animal in sua iurisdictione tenere/ ne
cesse est collũ ipsius alligare. Per collũ intelligo locutionẽ.
Uox eñ in collo formaꝝ. In ista autem est maxima anime
fortitudo/ qꝛ scilȝ nunq̃ȝ potest a diabolo subiugari/ quãdiu
libera est ad clamandũ/ hoc est dictu/ ad peccata sua cõfi-
tendũ/ ⁊ ad dei auxiliũ inuocãdum. Job.xlj. In collo eius
morabiꝝ fortitudo. Diabolus igiꝝ summe nititur istud col-
lũ per verecundiã ligare/ ne cõfiteamur ⁊ oremus: ⁊ ꝑ ma-
lam cõplacentiam ⁊ finalẽ impenitentiam stringere/ ne de
ipsius manibꝰ fugiamus. Dicit ergo diabolus illud hiere.
xxvij. Fac tibi vincula ⁊ cathenas/ ⁊ pones eas in collo tuo.
Qui eñ cathenis talibus alligaꝝ/ de subiectiõe diaboli nõ
faciliter liberaꝝ. Ideo consuliꝝ aĩe peccatrici Esa.lij. Con
surge cõsurge hierusalẽ: solue vincula colli tui captiua filia
syon. ¶ Aues vt cõiter que collũ habent forte/ volant extẽ-
to collo. Sic vere aues. i. volatiles supbi/ solẽt erecto ⁊ extẽ 4
to collo incedere/ ⁊ etiã in collo cordis supbiam denotare.
Esa.iij. Eleuate sunt filie syon: ⁊ ambulauerũt extento col-
lo. ¶ Aĩalia pulmone carẽtia carẽt collo. patet in natatili
bus ⁊ piscibus/ q̄ non habẽt pulmonem. quod patet: qꝛ nõ 5
spirant/ ⁊ ideo in ipsis nõ est collum a corpe distinctũ. Pul
mo qui acrẽ attrahit ⁊ cor refrigerat/ deuotionẽ ⁊ contẽpla
tionẽ significat: collũ per quod vox exit/ p̄dicationem. Illi
igitur q̇ pulmonem nõ habẽt/ collo carẽt: qꝛ ꝓ certo illi qui
virtutẽ deuotionis non habent/ ⁊ spũm sanctum ꝓ cordis
refrigerio attrahere nesciũt/ predicatiõis officio nullatenꝰ
digni erunt. Unde Job.xxxix. Quis circũdedit collo equi
hinnitum? quasi dicat indignus est.

Capitulum.xxiij.de humeris.

Humeri sunt illa membra q̄ immediate collo et
capiti subiiciunꝝ. Et dicunꝝ humeri in hoĩbus:
armi vero in aĩalibus. Spatule vero dicuntur
quedã lata ossa que in eisdem armis vel hume
ris sunt inserta. Et sunt hũeri necessarij ad cor-
dis ⁊ mẽbrorum vitaliũ defensionem/ ad brachiorum et pe
ctoris colligationẽ/ supportationem/ ⁊ ad quorũcunqȝ one-
rum sustentationẽ. Sunt eñ humeri mẽbra ossea et neruo-
sa/ ⁊ ideo fortia/ ⁊ portãdis oneribꝰ opportuna/ sicut dicit ꝑ
omnia cõstantinꝰ. Per humeros ecclesie intelligo milites
⁊ homines militares/ qui scilicet post caput ⁊ collum. i. post
prelatos/ q̇ more capitis habent regere: ⁊ religiosos seu cle
ricos/ q̇ instar colli habẽt vocem ⁊ cantũ diuine laudis di-
cere atqȝ ꝓmere/ altiorẽ in ecclesia tenent locũ. Ista enim
mẽbra spirituales viros. i. ecclesiasticos teneꝝ defendere.
Colligationem inter pectus et brachia. i. amicitiam ⁊ con-
cordiam iter regulares ⁊ seculares teneꝝ facere. Collum
⁊ caput. i. prelatos et religiosos tenentur supportare/ et eis
etiam deferre: ⁊ onera quarũcunqȝ tribulationum ⁊ laborũ
pro christo ⁊ ecclesia teneꝝ viriliter tolerare. esa.ix. Factꝰ
est principatus sup humerum eiꝰ. Tamen istud est contra
multos milites: q̇ magis sunt proni ad discordiã/ q̃ȝ ad pa-
cem. De quibꝰ dicitur Job.xxxj. Humerꝰ meus a iunctu-
ra cadat. Qui etiam nõ sunt parati ad onera penitẽtie vel
christi militie sustinendũ/ sed magis ad quiescẽdum. vnde
esa.xiiij. Onus illiꝰ ab humero tolletur. Uel si vis/ ꝑ hume-
ros aĩe intellige virtutes obedientie/ patiẽtie/ fortitudinis
⁊ constãtie. Iste sunt eñ quidã humeri qui oĩbus oneribus
penitentie ⁊ tribulationũ debent subiici/ ⁊ a quibꝰ oĩa gra-

nia debēt equanimiter pro dn̄o tolerari. Eccli. vj. Subijce
humerū tuū ⁊ porta. Quis de inobedientibꝰ/deliciosis/ ⁊
impatiētibꝰ/et onera penitētie ⁊ tribulationū sustinere de-
dignantibꝰ/dicatur illud Neemie. ix. Dederūt humerū re-
cedentem/⁊ ceruicem suam indurauerunt/ nec audierunt.
2 ¶ Humeri qn̄qꝫ patiuntur ꝑpter nimiam fatigationē: con
tra quod est remediū facere de oleo fomentationē: sicut de
humeris elephātis dicit aristo. Patiūtur etiā delocationē/
et id propter alicuiꝰ mali humoris inter iuncturas ipsiꝰ flu-
xum ⁊ imixtionē. Generale est eñ in omni mēbro ꝙ qn̄ su-
perfluꝰ humor īter iūcturas immittit̄: dolor qui gutta dici
tur/generatur. Tales dolores qn̄qꝫ patit̄ homo. Qn̄qꝫ eñ
dolet et impatiēs est de nimia laborum ⁊ tribulationū affli
3 ctione/⁊ tunc sanat̄ olei cōsolationis inūctione. Qn̄qꝫ pati
tur errorē fidei/⁊ incōstantie delocationē/ et quandoqꝫ ma
lorum humorum. i. falsorum amicorū in iunctura et copula
amicitie aggregationē et confederationem. Qn̄ enim ma-
lus humor. i. malus homo in iūctura membrorum. i. in ami
citia ⁊ societate bonorū admittit̄ ⁊ colligit̄/sepe fit ꝙ multi
dolores/multa damna et incōmoda propter eū generant̄.
psal. Turbati sunt a vexatione malorū/⁊ dolore. Uel dic ꝙ
supflui humores sunt diuitie vel delicie/q̄ in iuncturis ani
mi se per cōplacentiam imponētes/dolorum ⁊ sollicitudi-
num/infirmitatū ⁊ etiam vitiorū omnium sunt origo.

Capitulum. xxiiij. de brachijs.

1 Brachia scd̄m Isidorum dicuntur a bari grece
quod est forte latine/eo. s. ꝙ i brachijs sit maxi-
ma fortitudo. Cōstāt eñ brachia ex duobꝰ for-
tibus ossibꝰ inuicem cōcathenatis ⁊ iunctis/⁊
cum fortissimis neruis humero desuꝑ colliga-
tis. Et sunt brachia flexibilia/⁊ ad motū iuxta volūtatis ar
bitriū habilia. Neruosa sunt etiā et parū carnosa/fortia ta-
4 men ⁊ ossea. Fortitudo autem eorū ad multa valet/scilꝫ ad
portādum/ad eleuandū/ad erigēdum/ad constringēdum/
ad repellēdum seu defendendum/ad impugnādū seu per-
cutiendum/ad operandū seu etiā laborandū. Per brachia
5 potest intelligi virtus bene operādi/vel etiā anime fortitu-
do. Igit̄ duo sunt anime brachia. i. duplex fortitudo/videli
cet vna qua mala sustinent̄/alia qua bona perficiūtur. Et
quelibet istarū habet duo ossa. i. duas principales virtutes
ex quibus constat. Primū os est spes premiorū. Scd̄m ve-
ro est timor tormentorū. Ista enim sunt duo ossa que iuuāt
fortitudinē ad aduersa viriliter sustinēdum/ ⁊ ad bona viri
ter peragendū. Brachia igitur fortitudinis nostre debēt es-
se flexibilia/ad deo et prelatis obediendū: et neruis perpe-
tue charitatis cū deo colligata/ad oīa opera sua ad laudē
ipsius exequēdum. Et sic igit̄ ista fortitudo se extendet ad
portādum pro deo onus tribulationū/ad leuādum despera
tos beneficijs cōsolationum/ad erigēdum mētem propriā
per spem eternā delectationū/ad constringendū nobis pro
ximos per amplexū charitatis et dilectionis. Itē ad repel
lēdum malorum iniustitiā/ad defendendū iustorum inno-
cētiam/ad impugnādum spūalium hostium violētiam/et
ad operādum oīm bonorū actuum redūdantiam. Ad ista
eñ oīa se debēt extēdere brachia fortitudinis nostre/vt sic
aīa possit dicere deo illđ psal. Qui doces manus meas ad
prelium/posuisti vt arcum ereum brachia mea. Uel dic ꝙ
brachia ecclesie sunt viri iusti/et maxime pricipes vel pre-
lati/qui per charitatē debent esse bini/et neruis charitatis
et concordie simul iuncti/q̄ ꝑ virtutē debēt esse neruosi/⁊ ꝑ
delicias parum carnosi/⁊ ad oīa bona opera vigorosi. Isti
eñ debēt lapsos erigere/malos reprimere/ bonos defende
re/mala sustinere/⁊bona facere. Ut sic de bono ꝑlato dicat̄
illud psal. Redemisti in brachio tuo populū tuū/filios Ia-
cob/et Ioseph. Uel ꝑ brachia intellige Christū/qui ab hu
meris. i. a deo patre dependet/⁊ qui duobꝰ ossibus/ scilꝫ hu
manitate et diuinitate cōstat/qui parum fuit carnosus per
voluptatē/fortis autem ⁊virtuosus cōtra diaboli potestatē
Iste igitur fuit fortis mala sustinendo/ bona faciendo/ho-
stes superando/⁊ pctōres misericorditer liberādo. psal. In
2 brachio virtutis tue deposuisti aduersarios meos. ¶ Ossa
que cōstituunt brachia/sunt fortia/cōcaua/medullosa/ner
uosa/et in suis extremitatibus chartilaginosa. Fortia dico
ne faciliter frāgant̄. Concaua: ne nimis pōderarēt/⁊ a mo-
tu impedirētur. Medullosa/vt inde ⁊ nerui ⁊ arterie mitte
rētur. Neruosa ⁊ chartilaginosa/vt de facili mouerent̄/⁊ in
vertebris verterentur. Talia ossa debent esse boni subditi/
et maxime religiosi vel eccłiastici/ qꝛ scilꝫ isti debēt esse for
tes et cōstantes/ne per impatientiā frangant̄. Concaui/et
spūaliter pauperes/ne pondere terrenorū premātur. Me-
dullosi et cōpatientes/ vt ꝑ eorum deuotionē et clementiā
alij circūstantes ab eis spūaliter vegetentur. Neruosi etiā
et chartilaginosi. i. mobiles et vertibiles / vt ad votum dei
vel prelati obediendo/ ⁊ bene operādo/faciliter moueātur.
Uel dic ꝙ isti debent esse fortes ad sustinēdum/cōcaui ad
omnia charitatiue cōtinēdum/medullosi ad pie oībus sub
ueniendū/ vertibiles ad cito superioribꝰ obediēdum. Esa.
lj. Brachia mea populos iudicabūt. ¶ Aliqua sunt aīalia 3
aquea/que habēt brachia sine ossibus/sicut sunt polypi/et
sepie/et similia. Sic vere in ecclesia multi sunt qui in bra-
chijs ossa habere nō vident̄/ qꝛ scilꝫ nihil fortiter operātur/
immo vidētur habere brachia carnea: qꝛ scilꝫ nō nisi carna
liter cōuersantur. ij. parali. xxxij. Cum eis est brachium car
neum. ¶ Brachia vicinitatē et familiaritatē cum capite ⁊ 4
cerebro vident̄ habere/et ideo quodā sensu nature/sine de-
liberatione / cōtra ictus ferientium pro capite se opponūt.
Sic vere boni christiani cerebro. i. Christo/⁊ capiti. i. eiꝰ fi-
dei/debent esse familiares et vicini/et eis per grām conti-
gui et cōiuncti. Et ideo pro isto cerebro ⁊ capite. i. ꝑ Chri-
sto et fide sua se debēt opponere/⁊ tyrānis et idololatris ob
uiare/et si necesse fuerit/ictus et mortis iacula non vitare.
Qđ etiā de prelatis debet esse/qꝛ pro capite suo. i. pro eccle
sia sua/ et pro membris. i. pro subditis se debent opponere/
et pro ipsis (cum necesse est) damna et verbera sustinere. j.
Esdre. iiij. Prohibuerūt eos in brachio et robore. ¶ Bra- 5
chia qꝛ cordi sunt vicina/et ab eo venas et sanguinē et etiā
arterias ⁊ pulsum recipiētia/solent ipius cordis dispositio
nem ostendere/et ipsam exterius tangētibꝰ medicis decla
rare. Brachia sunt opera. Cor vero significat mētem et vo
lūtatem. Igitur per brachia cordis dispositio ostēdit̄: quia
cōstat ꝙ per exteriora opera qualis sit volūtas interior/de-
claratur. A corde eñ deriuatur pulsus ad brachia/⁊ a mē-
te descēdit virtꝰ ad opera. ⁊ ideo q̄ pulsum brachiorū. i. mo-
tum exteriorū bene attenderit/si in corde sit sanitas vel in-
firmitas/cito noscit. Unde Gregorius dicit ꝙ per hec que
foris apparent/quid intus lateat aperit̄. et Sap. xiij. Ope-
ribus attendentes/ cognouerunt quis esset artifex. ¶ Bra 6
chia/quādo corpus infirmū est / pro corrupto sanguine ex-
trahendo/solēt vulnera recipere/⁊ ipsa in patientia sustine
re. Si vero pars sinistra patitur/solet medicus venā dextri
brachij aperire/vt sic possit sinistre parti corporis subueni-
re. Econuerso autē si dextra patitur/ brachiū sinistrum pro
ipsius remedio vulneratur/et suo sanguine vacuat̄/nisi for
te materia fuerit venenosa: qꝛ tunc ad partē oppositam nō
trahitur/sed per illam partē in qua est passio extrahitur/ne
forte per illā cor vel aliud mēbrum nobile vulneretur/sicut
in libro de phlebotomia dicit̄ et cauet̄. Corpus mysticum
est ecclesia/ in quo procul dubio brachium dextrū est ipse
Christus/mediante quo pater operat̄ omnia. Eccli. xxxvj.
Glorifica manum et brachiū dextrū. Brachium autē sini-
strum est genus humanū/ qđ procul dubio a principio fuit
infirmū/et ideo pro ipso sanādo necesse fuit dextrū brachiū
. i. Christū dei filiū vulnerari/⁊ suo sanguine vacuari. Igit̄
si ipsum dextrum brachiū. i. Christū in ꝑsona eccłie sue vel
pauperum infirmari cōtingat: nos sinistri/qui iam facti su
mus sani/ non debemus timere sanguinē nostrum effunde
re/ scꝫ pro Christo vel pro ecclesia martyriū etiam si neces-
se fuerit sustinēdo/vel sanguinē etiam nostre substātie tēpo
ralis pro ipso in persona pauperū euacuare/eisdē eleemo-
synas cōferēdo: vt sic cuilibet tali dicāt pauperes illđ Esa.
xxxiij. Esto brachiū nr̄m in mane/et salus nostra in tēpore
tribulationis. Uel dic ꝙ in corpore ecclesie brachiū dextrū
sunt prelati religiosi ⁊ clerici/sinistrum vero sunt seculares
et laici. Igitur isti debēt alter alterius infirmitates porta-
re/et alter pro salute alterius percussionē ⁊ sanguinis tēpo
ralis substātie minutionē sustinere/dum tamē per vnius le
sionē possit pars alia remediū reportare. Istud tamē quan
doqꝫ debet deficere in illis qui habent materiam veneno-

sam.i.in peccatoribus ⁊ iniq̄s/qui alijs sunt venenū. Pars
enim sana virorū iustorum non debet pro talibus mala pa
ti:q̄r scilicet ex beneficijs talibus concessis sequerent̄ incō
moda ampliora: q̄r scz tales quāto magis prosperant̄/tāto
alijs damna inferunt grauiora. Esa.xxvj. Misereamur im
pio/et nō discet facere iustitiā. Tales igit̄/et nō ꝑ ipsis alij
sunt feriendi/et in sua impietate ab alijs dimittēdi/et ijdē
cēsura iustitie feriēdi:iuxta illd̄ ap̄li ad Gala.vj. Unusq̄sq̄
7 onus suum portabit. ¶ Brachia mutuo sibi seruiunt/⁊ pro
infirmitate mēbrorū vulnerari se ꝑmittunt/⁊ percutientibꝰ
vt sanētur alia/acquiescunt. Cum corde scd̄m Galenū spe-
cialem amorē trahunt/ ⁊ ideo quicq̄d cor diligit/etiam bra
chia diligūt/⁊ ad amplexū illius se extendūt/et q̄d a corde
diligi sentiunt/ quāto vicinius possunt cordi applicāt ⁊ cō-
stringunt. Brachia sunt predicatores et prelati/qui scilicet
corpus ecclesie habent ab hereticis ⁊ tyrānis defendere et
seruare. Dico igit̄ ꝙ tales sibi mutuo seruire debēt/et tā tē-
poraliter q̄z spūaliter ministrare. Cor.i. ipsum deum qui est
principiū vite / debēt diligere/⁊ quicq̄d etiā deus diligit.i.
ipsos homines (de quibus scriptū est Sap̄.xj.ꝙ diligit deꝰ
omnia que sunt:q̄m sua sunt)debent ipsi similiter amare: ⁊
amplexu charitatiuo amplexari et cōstringere/⁊ ipsi cordi
.i.deo/exemplis et verbis astringere/⁊ spūaliter applicare.
Generale est em̄ ꝙ oīs amicus quicq̄d amat̄ ab amico/ di
ligit/⁊ etiam ipsi amico fortius per dilectionē copulat ⁊ cō
8 strigit. ¶ Sicut in ꝓgnosticis dicit̄/denudatio ⁊ inquisitio
brachior̄ est in acutis infirmitatibus signū mortis. Sic ve
re quādo homo per iactātiam denudat/publicat et ostētat
opera sua/et maxime quādo est infirmus et peccator/ vtpo
te quando gloriatur in operibus vitiosis/signū est mortale:
quia scilz tales raro ad vitam gratie redeunt/ immo quasi
cōmuniter tales mortem eternā incurrunt. Isti sunt de qui
bus dicitur Esa.iij. Peccata sua quasi sodoma predicaue
runt/ nec absconderunt.

Capitulum.xxv.de manibus.

1 Manus scd̄m Isidorū dicit̄ quasi munus: q̄r scilz
maximū munus corporis est ip̄a manus. Et est
dextera que dicit̄ a dando/⁊ sinistra que dicit̄ a
a sinēdo. Dextera em̄ dat socio signū pacis. Si-
nistra vero cum parū faciat/tamē res fieri ꝑmit
tit et sinit. Et sic dextera a dando/ sinistra a sinendo scd̄m
Isidorū nomen sumūt. Palma etiā dicitur manus extēta:
pugnus vero dicit̄ manus clausa. Et dicit̄ pugnꝰ a pugil-
lo/et palma a palme ramis: qui semꝑ sunt extenti. Cū igit̄
manus dicat̄ corporis munus/ videtur ꝙ per manū potest
munificentia designari. Ista enim quādoq̄z est dextera pa
cem alijs faciendo/quādoq̄z sinistra bonū fieri sinēdo/⁊ nō
impediendo/quādoq̄z pugnus se claudendo et retrahēdo/
quādoq̄z palma se extendendo/et per eleemosynā ⁊ benefi-
cium pauperibus dilatādo. Prouer.xxxj. Palmas suas ex-
2 tendit ad pauperem:et manus suas aperuit inopi. ¶ Ma
nus scd̄m Cōstan.est magnum corporis iuuamentū/⁊ etiā
ornamētum/⁊ principale motus vel operis instrumētū. Et
constat manus ex pluribus ossibus in figura dissimilibꝰ et
diuersis:solidis tamē ⁊ inuicem concathenatis ⁊ cōnexis/
scd̄m Constā. Manus anime sunt bona opera/q̄r scilz per
manum qua oīa facimꝰ/ generaliter operatio designatur.
psal. Firmetur manus tua: ⁊ exaltetur dextera tua. Manꝰ
igitur.i.operationes nostre debent ex pluribus ossibus.i.ex
pluribus virtutibus cōstare:que scilz firme et solide debēt
esse: et inuicem in cōpositione manus.i.operis manualis/
conuenientes ⁊ cōnexe. Et sic talis manus nō solū erit ne-
cessarium iuuamētum/immo etiā opportunū et congruum
ornamentū.psal. Manus em̄ mea auxiliabit̄ ei/et brachiū
3 meum cōfirmabit eum. ¶ Scd̄m Aristo.lib.iiij.de partibꝰ
animaliū:manus nō est vnū instrumētū/sed multa. Crea-
tio enim manus cōueniens est multis ⁊ varijs operationi
bus:et ideo potest homo vti vna sola parte/vel duabus/vł
pluribus/scd̄m plures modos. Et ideo manus est extensa
et diuisa in plures articulos ⁊ digitos/ inter se varios ⁊ di-
uersos/alios quidē paruos / alios medios/alios magnos/
vt sic ꝑ eos minima/media et maxīa retinere valeret. Pre-
latus in ecclesia/est sicut manus i corpore. Iste est em̄ ma-
nus dn̄i/que pro toto corpore ecclesie debet laborare/⁊ alia
mēbra defendere/pascere ⁊ iuuare. Unde de bono prelato
potest dici dn̄o illud psal. Sciāt q̄r manus tua hec:et tu do
mine fecisti eā. Igitur talis manus nō debet esse vnum in-
strumētum/sed multa. Debet em̄ prelatus se diuersis ⁊ op-
positis operibꝰ coaptare/ ⁊ diuersis diuersimode cōforma-
re.j.ad Cori.ix. Omnibus oīa factus sum. Prelatus enim
debet diuersos digitos/et varia operādi genera habere/vt
sic secūdum diuersos modos agendi possit et paruos ⁊ ma-
gnos manutenere/et sub regimine iustitie continere. vt sic
de manutenentia boni prelati possit dn̄o dici illud psal. In
manu tua dn̄e oēs fines terre. Nulla enim manus/nullus
p̄latꝰ potest bene manutenere subditos/nisi in sua manute
nentia scd̄m diuersitatē personarū multos et varios seruet
modos. Et sicut videmus ꝙ manus est habilis ad aperien
dum et extendēdum / ad claudendū et contrahendum/ad
operādum ⁊ laborādum/ ad percutiendū ⁊ impugnādum/
ad defendēdum ⁊ ad ictus alios repellēdum: sic vere q̄nq̄z
prelatus debet esse manus extensa ꝑ liberalem retributio-
nem.psal. Extendit manū suā in retribuēdo. Manus clau-
sa/scilz indignis ⁊ peccatoribꝰ per suorum beneficiorū tali-
bus denegationē. Manus laborans per bonā operationē.
Manus percutiens per malorū castigationē. Manus ob-
uians ⁊ repugnans per nequitie malorū repressionē. Et sic
de tali manu poterit dicere quilibet subditus illud Eze.ij.
Manus autē dn̄i erat mecum cōfortās me. ¶ Uola est in- 4
terior pars manus/ concaua ⁊ plana/que hoc habet ꝓpriū
ꝙ nunq̄z pilescit:sed perpetuo ꝑmanet nuda pilis. Est etiā
vola summe sensibilis/⁊ in ea viget potissime sensus tactꝰ/
et(quod valde est mirabile)scd̄m Plini. scorpio cum alias
partes pungat ⁊ ledat/nunq̄z potest ledere volam manus.
Ego etiam vidi hoīem qui a casu fuerat hoc expertꝰ. Ma-
nus dei est ecclesia/qua scilz mediante ipse saluādos in sta
tu gratie manutenet:iuxta illud Sap̄.iij. Iustorū anime in
manu dei sunt. Que etiā manus ex diuersis et dissimilibꝰ
ossibus et digitis.i.personis constat. In ista igit̄ manu/vi
ri religiosi et deuoti obtinent locū vole/q̄r scilz ipsi sunt pla
ni per veritatem/concaui per humilitatē/sine pilis per spi
ritualem paupertatē/et per temporalium raritatem:⁊ sine
lesione scorpionis.i.demonis/per omnimodā sanitatē. Qr
scilicet tales debēt pilos diuitiarum nunq̄z aggregare/ sed
ipsas continue erogādo/ debēt depilari et pauperes semꝑ
esse:et sic punctionis diabolici scorpionis/ diuino freti au-
xilio/poterunt preiudicia deuitare. Ita ꝙ talibus dicet̄ il-
lud Luce.x. Ecce dedi vobis virtutem calcādi suꝑ serpen
tes et scorpiones/⁊ suꝑ omnē virtutē inimici: ⁊ nihil vobis
nocebit. ¶ Manus sicut etiā cetera mēbra/sunt duplices 5
seu bine/dextra videlicz ⁊ sinistra. Dextra autē leuior ⁊ for-
tior est ad laborādum/ propter abūdantiam caloris in par
te dextera potius abūdantis. Et circa hoc possum addere
q̄d dicit solinus in libro suo de mirabilibus.c.q̄nto:ꝙ parti
dextere habilior ascribit̄ motus/leue firmitas maior. Un-
de altera gesticulationibus prōptior/altera oneribus ferē-
dis accōmodatior est. Et ideo leua dicit̄/a leuādo ⁊ a por-
tādo. Et inde est ꝙ in parte leua portat miles ensem ⁊ scu-
tum/pharetrā ⁊ arcum/vt dextera sit expeditior ad agēdū.
Dic ꝙ in corpore ecclesie due partes seu due manus sunt
religiosi/⁊ clerici. Clerici em̄ ⁊ prelatꝰ sunt manus dextra/
q̄r scilz isti debent esse facilis ⁊ fortis motus et laboris/per
actiuā ad bona opera faciendum/⁊ ad ecclesie negocia mi
nistrādum. Religiosi vero sunt manus sinistra. Ad sinistrā
enim positi sunt extra mūdum:⁊ ideo istis debet inesse ma
ior firmitas cōstātie ⁊ patiētie/ad onera religionis sustinē-
da/⁊ ad mūdi tribulamina perferenda:vt sic de tali vtraq̄z
manu dei dicat̄ illd̄ psal. Firmetur manus tua:⁊ exaltetur
dextera tua. Quia scilz dextera clericorum et prelatorū ad
bona opera debet exaltari. Manus aūt/supple sinistra/cō
tra terribilia debet cōfirmari. Uel dic ꝙ pars dextra est ꝓ
speritas/sinistra vero aduersitas. Igitur in dextera ꝓsperi
tatis debet esse agilitas maior ad bene operādum: in sini-
stra vero aduersitatis debet esse firmitas amplior ad mala
sustinēda.quia scz illi qui prosperātur: cum eis facultas su-
perat/debēt bona opera facere. Illi vero qui aduersant̄(cū
sit necessarium)debent(ne succūbant)firmitate constantie
prepollere. Et sic isti erūt sicut ille due oliue,zacha.iiij.que

ſtabant vna a dextris/⁊ altera a ſiniſtris candelabri aurei. Uel dic ꝙ pars dextera ſignificat eccl'iaſticos/ſiniſtra vero laicos: q2 ſcȝ ad ſiniſtros ⁊ laicos ptinet onera negotioꝝ tollere/⁊ etiã arcũ/ſcutum ⁊ pharetrã accipere/et pro republica debellare: vt pars dextera/ſcȝ populus eccleſiaſticus poſſit in ſuis ſpũalibus operationibus liber eſſe: q2 ſcȝ laici debẽt facere tẽporalia: vt clerici vacẽt ad ſpũalia. Ad Gala. vj. 6 Unuſquiſq; onus ſuũ portabit. ❡ Teſte Galeno/multi inueniũtur viri qui vtraq; manu vtunẗ pro dextera. Hippocrates vero dicit in aphoriſmis ꝙ mulier nũq; poteſt fieri ambidextra: qḋ ſcȝ accidit in viris propter calorẽ abũdãtem/in mulieribus vero ecõtrario ꝓpter frigiditatẽ dñantem. Per partẽ dexterã/que eſt nobilior/⁊ calore charitatis feruẽtior/intelligo virtutẽ cõtẽplatiuã. Per ſiniſtrã actiuã/que ſcȝ debet eſſe oneribꝰ ⁊ laboribꝰ accõmodatior. Quis igiẗ raro accidat: tamẽ quãdoq; inuenitur homo. i. vir pfectus/q̃ eſt ambidexter: q2 ſcȝ ipſe eſt in dextera et in ſiniſtra .i. in contẽplatiua ⁊ actiua/in ſpũalibus ⁊ tẽporalibus circũſpectus: ſicut ſunt pfecti viri ⁊ prelati/qui in vtroq; laudabiliter ſe habẽt. Figurati in illo iudice iſrael qui dicebatur aioth: ⁊ interpretaẗ nobilitas/vl' gloriatio: de quo diciẗ Judicũ. iij. ꝙ vtraq; manu vtebatur pro dextera: q2 ſcilȝ vt dictũ eſt/tales prelati ⁊ iudices qui in moribus ſunt nobiles ⁊ generoſi/ſunt ⁊ in dextera ſpũalium ⁊ in ſiniſtra tẽporalium virtuoſi. Qḋ vtiq; in mulieribꝰ. i. imbecillibꝰ et imperfectis hominibus nunq̃ inuenitur/nunq̃ em̃ fiunt ambidextri: q2 vt cõmuniter inter eos illi qui in dextera. i. ĩ regimine ſpũalium ſunt fortes/in ſiniſtra tẽporaliũ ſunt penitus inexpertes. Ecõuerſo illi qui ſunt vtiles in tẽporalibꝰ/parum valent in ſpũalibus. Sicut em̃ videmꝰ ꝙ quidã inueniuntur hoies qui ſiniſtrã manũ habẽt fortiorẽ q̃ȝ dexteram: ſic multi inueniũtur qui melius ſciunt operari in ſiniſtra tẽporalium/q̃ȝ in dextris ſpũaliũ/q2 ſcilȝ tẽporalia optime ſciũt regere/in ſpũalibus vero neſciũt aliquid viriliter facere. Breuiter igiẗ patet ꝙ tria ſunt genera perſonarũ diuerſimode operãtium: videlicet peccatores ⁊ mũdani/qui de ſiniſtra faciũt dexterã: q2 ſcȝ fortes ſunt ad tẽporalia/nõ ad ſpũalia. Item ſimplices ⁊ religioſi/qui ſolum ſunt potẽtes in dextera/⁊ nihil in ſiniſtra/q2 ſcȝ ſolũ valent in ſpũalibus/et nihil in tẽporalibus. Item prelati pfecti ⁊ virtuoſi/qui ſcȝ ſunt ambidextri/in vtraq; ſcȝ parte fortes/⁊ in ſpũalibus ⁊ tẽporalibus ſapiẽtes: de quibꝰ poteſt dici illud Judicũ. xx. Erãt viri fortiſſimi/ſiniſtra/vt dextera preliantes. Uel dic ꝙ dextera pars ſignificat felicitatẽ eternã/ſiniſtra vero proſperitatẽ terrenã. Prouer. iij. Longitudo dierũ in dextera eius: et in ſiniſtra illius/diuitie ⁊ gloria. Igiẗ dico ꝙ inueniunẗ quidã/qui vtraq; manu gaudẽt/ſicut fuerunt ſancti: qui ⁊ tẽporaliter ⁊ eternaliter ꝓſperati ſunt/⁊ qui diuitijs tẽporalibus ita vſi ſunt/ꝙ etiã celi diuitias impetrarũt: ſicut beatus Ludouicus/⁊ ſimiles. Alij vero ſunt/qui in ſiniſtra tẽporaliũ parũ potuerũt/⁊ ibi defectus plurimos habuerũt/⁊ tamẽ in dextera celeſtis glorie claruerũt/ſicut vt cõmuniter ſunt oẽs iuſti. Alij autẽ ſunt qui ſolũ ſunt potẽtes in ſiniſtra mũdane proſperitatis/nihil tamẽ poterũt in dextera eterne felicitatis: ſicut generaliter ſunt oẽs diuites peccatores/qui multa poſſunt tẽporaliter/nihil tamen poterũt ſpũaliter: q2 ſcilȝ tales ſiniſtrales a Chriſto maledicentur/⁊ a dextere conſortio ſeiũgentur: q2 ſicut diciẗ Prouer. iiij. Uias que a dextris ſunt/nouit dñs. Peruerſe autẽ vie a ſiniſtris ſunt. 7 ❡ Manus diuerſimode patiuntur. Patiuntur em̃ contractionẽ/arefactionẽ/puſtulationẽ/ſciſſionem/vermiũ corroſionẽ/pruritũ et titillationẽ/tremorem ⁊ vacillationẽ/iuncturarũ diſlocationẽ/et chiragricam paſſionem. Sic vere manus. i. operatio noſtra ſeu virtꝰ operatiua noſtra: multos quandoq; patiẗ defectus. Ibi em̃ generatur cõtractio auaritie et parcitatꝫ/que impedit ne manꝰ ad elemoſynas extendaẗ. Ibi generaẗ arefactio torporis ⁊ deſidie/qua manus a motu bonorũ operũ retardatur. Ibi gignitur puſtulatio ⁊ inflatio ſupbie ſeu inanis glorie/qua homo in ſuis operibꝰ gloriatur. Ibi accidit ſciſſio ſchiſmatis ⁊ diſcordie/qua ipm̃ opus ab vnitate et integritate ſua variatur. Ibi cõtingit corroſio vermis aliene detractionis et inuidie/qua opus ipſum mordetur ⁊ laceratur. Ibi euenit pruritus aliene adulationis ⁊ fallacie/qua ipſum opus ſcalpitur et adulatorie cõmendatur. Ibi generatur timor dubietatis et infidẽtie/qua ipſum opus pre timore difficultatis impeditur. Ibi accidit diſlocatio caſus et deſiſtẽtie/qua ipſum opus pretermittitur et interpellaẗ. Ibi accidit chiragra ⁊ dolor articulorum. i. vitiũ impatientie qḋ ex difficultate operum generatur. Talia igitur vitia circa manꝰ et opera noſtra accidunt/ipſaq; diuerſimode vitiãt/maculant/et corrumpunt: vt ſic de talibus poſſit dicere quilibet illud Job. xxxj. Manibus meis adheſit macula. 8 ❡ Si homo vertat ſe ecõtrario/ſtatim omnia que ſibi erãt dextera/fient ei ſiniſtra/et econuerſo. Ueſtes etiam ⁊ calcei ſi inuerſentur/illa que pro mẽbris ſiniſtris erant/dexteris applicãtur/⁊ etiam econuerſo. Sic vere ſi quis de bono in malum verſus fuerit et mutatus/ſtatim dextera ſibi in ſiniſtra mutantur/inquãtum illa que ſibi primo bona ⁊ vtilia videbãtur/ſcilicet ſpiritualia: nunc ſibi mala et aſpera reputãtur. Et ecõuerſo/etiam ſiniſtra videtur dextera/inquãtum bona terrena et vitia ſibi fore iudicat meliora. Unde Job. vj. Anime eſurienti etiam que amara ſunt/dulcia eſſe videntur. Idem autem dic de illis qui conuertuntur de malo in bonum/q2 ſcilȝ totus ſuus in contrariũ vertitur appetitus.

Capitulum. xxvij. de digitis.

1 Digiti ſcd̃m Iſidorũ dicuntur a decem vel a decentia: eo ꝙ decem ſunt numero: et eo ꝙ corpori decentiam preſtant. Sunt igitur quinq; digiti in vtraq; manu/quorũ quilibet/in tribus oſſibus eſt diſtinctus. Primuſq; pollex diciẗ: eo ꝙ pre ceteris polleat virtute. Secundus index vocatur: eo ꝙ cum eo quicq̃d oſtẽdimus indicatur. Tertius vocatur medius: eo ꝙ in medio ſituatur. Alius anularis dicitur: eo ꝙ in ipſo anulus deferatur. Quintus vero auricularis diciẗ: eo ꝙ ipſo auris ſcalpatur interius ⁊ tangatur. Sunt autem digiti mobiles ⁊ flexibiles/vt ſic ſint apti ad accipiendum vel retinẽdum. Sunt etiã graciles et diſtincti/⁊ vnguibus in ſuis extremitatibus armati/⁊ quãto magis ſtricti et graciles/tãto ſunt ad varia opera magis apti. Per digitos in manu/intelligo fideles in eccleſia vel in religione collocatos/quia iuſtorum anime in manu dei ſunt. Iſti igitur ſunt in vniuerſo decem: eo ꝙ decem mãdatorum ſunt factores. Iſti in ſpeciali ſunt quinq;: eo ꝙ quinq; ſenſuum ſunt debiti cuſtodes/et cohabitatores. Quilibet conſtat ex tribꝰ oſſibus: eo ꝙ omnes ſunt trinitatis fidei cultores/vel triũ votorum religionis profeſſores. Uel trium virtutum theologicarum humiles poſſeſſores: vt ſic de mandatis ⁊ virtutibꝰ/que ab iſtis digitis ſunt habenda/poſſit eccleſia dicere illud Cãtico. v. Digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſſima. Iſti igitur debent eſſe recti et graciles per iuſtitiam ⁊ per humilitatem: flexibiles ⁊ mobiles ad ſe extẽdẽdum per largitatem/et ad ſe claudẽdum per prudẽtiam et ſagacitatẽ/q̃uis de multis dicatur illud Eſa. lviij. Deſierũt digitum extendere. Armati etiam debent eſſe vnguibus/per debitam duritiam et ſeueritatem: vt ſic eccleſia dicat de talibꝰ illud pſal. Benedictus dñs qui docet manus meas ad prelium/et digitos meos ad bellum. Adhuc etiam dico ꝙ in iſtis debet eſſe pollex. i. aliqui qui virtutibus polleant. Index. i. aliqui qui predicando alijs bona et mala indicent et exhibeãt. Medius. i. aliqui qui pro concordia et pace inter diſcordes faciẽda mediatores ſe prebeant. Anularis. i. aliqui qui anulo fidei ſe ſubarrent vt reſplendeant. Auricularis. i. aliqui qui aures aliorũ ſcalpant/ſubintrent/atq; doceãt. Mar. vij. Miſit digitos ſuos in auriculas. Uel ſi vis per digitum intellige ſpiritum ſanctum/de quo diciẗ Luce. xj. In digito dei eijcio demonia. Iſte eſt em̃ digitus rectus/gracilis/⁊ ad operationes habilis/qui pollex eſt/virtutibus pollẽdo: index ſaluti neceſſaria indicãdo: medius/concordiam faciẽdo: anularis/nos fide ſubarrãdo: auricularis/ſalutaria nr̃is auribꝰ inſpirãdo. Nã ſicut mediãte digito ſcribimꝰ: ſic deus pater mediãte ſpũſancto/in cordibꝰ nr̃is ſcribit/inſpirãdo q̃ ſunt neceſſaria ad ſalutẽ. Ioã. viij. Inclinãs ſe/digito ſcribebat in terrã. Uel dic ꝙ digitꝰ pr̃is eſt filius/q̇ ex tribus oſſibꝰ. i. tribus naturis cõſtat. ſ. ex diuinitate aĩa ⁊ corpore. Et iſte ꝓ certo diciẗ pollex/index/⁊ eſt etiã rectus/gracilis/⁊c. ſicut ſupra. Exodi. viij. Digitꝰ dei eſt hic. Uel ꝑ digitũ intelligo ꝺpationẽ/q̃ dȝ eſſe mobilis/

diligens/gracilis/humilis/recta ⁊ iusta/distincta et discreta/⁊ vngue finalis perseuerãtie munita/vt sic de tali dicat illud Joã.ix. Infer digitũ tuum huc. De maloꝝ vero operibus potest dici illud Esa.lix. Digiti eoꝝ polluti sunt iniquitate. et illud Matthei.xxiij. Imponũt onera grauia in humeris hoim/digito autem suo nolũt illa mouere. 2 ¶ Digiti quãto sunt rectiores/graciliores ⁊ flexibiliores/tanto sunt opibus aptiores. Sic vere homo quãto est ꝑ iustitiã rectior per humilitatẽ gracilior/ꝑ obediẽtiã flexibilior/tãto est ad opera bona habilior ⁊ dispositior. 3 ¶ Digitis inest viuacissimus sensus tactus/nihil eñ facilius discernit inter obiecta sensus tactus: sicut extrema digitoꝝ/ad qđ cooperatur carnis paucitas/cutis tenuitas/⁊ neruorũ viuacitas: vt dicit Cõstã. Digiti qui immediate faciũt opera: sunt boni viri bonis operib⁹ dediti ⁊ attẽti. Isti igit debẽt esse modice carnis per deliciarũ carnaliũ raritatem/tenuis cutis ꝑ exterioris substantie tenuitatẽ/viuacis tactus ꝑ doloris alieni cõpassionem ⁊ pietatẽ. Parum eñ de carnalitate debẽt habere/tenuem cutem diuitiarũ debent possidere/et alioꝝ miserijs debẽt tangi/⁊ illas misericorditer discernere ⁊ sentire/⁊ eisdem quãto plus poterunt subuenire. Leuitici.xvj. Asperget septies digito contra propitiatoriũ. Uel dic ꝙ digiti virtutẽ discretionis significãt/qua mediãte viri prudẽtes alioꝝ dispositionẽ cognoscunt. 4 ¶ Digiti hoc habẽt ꝓpriũ: q2 ante cibum sunt grossiores/ꝗ̃ post cibũ. Unde anulus qui propter sui cõstrictionẽ/vix ante prandiũ de digito extrahitur/faciliter post prãdiũ amouet: vt dicit sup Aphorismos. Talis debet esse vir iust⁹: q2 scz ex prãdio diuinorũ beneficiorũ/⁊ ex satietate diuitiarũ debet gracilior ⁊ humilior fieri/et a tumore supbie/siquẽ ante habuerat/relaxari. Eccli.iij. Quãto magnus es: humilia te. Uel per prãdium intellige receptionẽ eucharistie/vel etiã auditum verbi dei ⁊c. sicut supra. 5 ¶ Aues fluuiales et natatiles habent pellẽ inter digitos pedum suorũ. sic vere deliciosi ⁊ deliciarũ fluminibus assueti/semper inter digitos. i. inter opera sua habẽt aliquid de corio vel de pelle. i. de carnali affectione vel intentione.

Capitulum. xxvij. de vngulis.

1 Ungula siue vnguis est extrema pars digiti ẽm Constãti. que ex cordis fumositatibus ad extremitates digitorũ ascendẽtib⁹ generat: ⁊ ideo in vnguibus/ipsius cordis dispositio multotiens declarat. Sũt autem vngues necessarij ad digitorum munimẽtum/et ad manuum ornamẽtum. Et habẽt vngues carneã luciditatẽ/politã planiciẽ/⁊ specularẽ claritatẽ. Per vngues intelligunt opera: que scz a cordis fumositatibus ⁊ affectionibus generant/⁊ ad ipsas manus ⁊ digitos destinãtur: quapropter ipse cordis ⁊ volũtatis dispositiones/in ipsis vnguibus ⁊ operib⁹ demonstrant. Igit in istis vngulbus debet apparere luciditas bonoꝝ exẽploꝝ: vt sic sint in ornamẽto morũ ⁊ cõuenientiũ. s. cordiũ ⁊ aĩoꝝ. Et sic de viro iusto qui talib⁹ vngulis adornat: poterit dici illud psal. ꝙ placebit super vitulum nouellum cornua ꝓducentẽ ⁊ vngulas. 2 ¶ Aues et fere rapaces vngulas habent pro mucronib⁹/⁊ ideo tales quãdo quiescũt/solent vngues claudere ⁊ reflectere/ne forte ledãtur: sicut de leone ⁊ aquila infra patet: vt dicit Arist. li. vj. aĩaliũ. Istud expone sicut de leone §. xxvj. 3 ¶ Aquila ẽm Aristo. li. vj. quãdo quiescit sepissime respicit vngues suos/timens ne forsitan hebetentur. Sic vere vngues/q̃ sunt finis ⁊ extremitas digitorũ. i. finẽ vite/operũ ⁊ negociorũ debem⁹ respicere ⁊ attẽdere: ⁊ ne forte ibi cõtingat hebetatio pctĩ diligẽtissime ꝓcauere. Eccli. vij. In oĩbus operib⁹ tuis memorare nouissima tua/et in eternũ nõ peccabis. Uel dic ꝙ vngues vbi terminantur manus ⁊ digiti/sunt opa: q̃ scz semꝑ debem⁹ respicere ⁊ videre/⁊ ne ibi veniat aliq̃ hebetatio alicui⁹ inhonesti actus/discretissime cogitare. 4 ¶ Aues curuorũ vnguiũ curuũ etiã habẽt rostrũ. Sic vere illi qui curuos habẽt vngues. i. opa defectuosa/habẽt vt cõiter rostra curua. i. ꝟba excusatoria falsa ⁊ cauillosa. Generale est eñ ꝙ illi qui libẽter male faciũt/etiã libẽter se excusãt fallaciter/⁊ etiã mẽdaciter multa dicũt/⁊ ideo verba curua ⁊ fallacia semꝑ gerũt. Uel etiã dic ꝙ inter rostra ⁊ vngues est similitudo. i. inter ꝟba ⁊ opera: q2 scz similitudinẽ operum representat siĩtudo verborũ.

Capitulum. xxviij. de lateribus.

1 Latera scđm Isidorũ dicunt quasi lata: sunt eñ ille partes corporis/in quib⁹ latent coste. Interius eñ latera costis fulciũtur/que etiã coste dicũtur: eo ꝙ ipsis oĩa interiora custodiant ⁊ sustẽtentur. Sũt autẽ coste scđm eũdem quattuordecim ossa/septena scz ab vtraqȝ parte: que scilȝ ossib⁹ teneris chartilagineis ĩ scutella pectoris colligant/⁊ ibi ad defensionẽ cordis ⁊ interioꝝ inuicẽ adunant: vt dicit Cõstã. Ista latera spũaliter loquẽdo/et iste coste/q̃ sunt septene ⁊ septene/possunt significare duo moralia latera/seu duas partes spũales anime virtuose/scz septẽ dona exvna parte/⁊ septẽ virtutes ex altera. Iste eñ sunt quattuordecim coste: q̃ scz debẽt cõuenire in pectore viri iusti: vt cor ⁊ mens ꝑ eas custodiant/⁊ a vitiorũ lesionib⁹ preseruẽtur. Sic eñ de tali latere dicit Prouer. iij. Ne paueas repẽtino terrore potẽtias ipsorũ/dñs erit ĩ latere tuo: ⁊ custodiet te ne capiar. 2 ¶ Latus dextrum est mobilius: sed latus sinistrũ est firmius ⁊c. Uide supra de manu §. v. vbi exponit. 3 ¶ Quãdoqȝ in lateribus generat apostema qđ dicit pleuresis/in ꝯcauitate et teneritate costarũ/et deprehendit ꝑ sputũ/de dicti apostematis materia vel natura. Sputũ eñ sanguineũ denotat materiã sanguineã. Citrinũ cholericã. Albũ phlegmaticã. Liuidũ melãcholicã. Sic vere in laterib⁹ ⁊ cõcauitate cordis latet quãdoqȝ apostema pctĩ. Istud põt ꝑ sputũ. i. ꝑ verbum qđ de ore ꝓfert cognosci. Ex abũdantia eñ cordis os loquit. Matth. xij. Et ideo scđꝫ materiã corruptã affectuũ ⁊ cogitationũ/q̃ latet in interiori intẽtione/diuersimode variatur sputũ. i. verbũ in ore et in exteriori locutiõe. Gregori⁹ Per hec que foris apparẽt: q̃d int⁹ lateat aperit. 4 ¶ Sicut dicit in ꝓgnosticis/ĩ febrib⁹ acutis/egrũ iacere ĩ latere/bonum est/⁊ maxime in dextro. Significat eñ latera nõ esse apostematizata: q2 scz qñ in laterib⁹ est apostema/nõ potest eger desuꝑ ĩcũbere pre dolore. Duo latera aĩe possũt mihi significare spem ⁊ timorẽ. Lat⁹ eñ dextrũ significat spem bonoꝝ eternoꝝ. Sinistrũ vero timorẽ inferni tormẽtorum. Igit quotiẽs cõtingit febris acuta alicui⁹ tribulatiõis vel tentationis/bonũ est ꝑ cõsiderationẽ iacere in aliquo laterũ ꝓdictoꝝ: q2. s. tunc optimũ est signũ boni viri/qñ recurrit ad cõsiderationẽ glorie eterne/que victori promittit: ⁊ miserie/q̃ victo etiã intentat. Eze. iiij. Dormies suꝑ latus tuũ. Maxime autẽ optimũ est in latere dextro. i. in spe ⁊ cõsideratiõe diuine grẽ et glorie residere/signũ eñ est tũc tẽporis ꝙ apostema pctĩ mortalis interius in corde nõ latitat/⁊ ꝙ interior affectio ad deũ libere spirat. Illi eñ qui apostemate vitioꝝ sunt pleni/nesciunt iacere in latere/nec ad deũ in tribulatiõe seu tẽtatiõe recurrere/nec de celestib⁹ aut infernalib⁹ cogitare: quinĩmo dolorẽ desperatiõis incurrũt. Et ideo iacere suꝑ ista latera nunqȝ querũt. Eccli. xl⁊. Seruo pessimo latus sanguinare. Uel dic ꝙ ista duo latera sunt amor et timor/vel facere bonũ ⁊ recedere a malo/et cetera siĩa. 5 ¶ Quãdoqȝ in latere generat vẽtositas/et fit punctura ⁊ dolor/qñqȝ etiã ibi cõtingit opilatio/ꝯtractio/duritia/inflatura et distentio/spasmus/⁊ siĩa: ex quib⁹ oĩbus dolor sequit. Et si pulsus magn⁹ et saltuosus fuerit/⁊ potissime si fuerit visus oculoꝝ horribilis/tunc etiã mẽtis alienatio timetur/⁊ mors finaliter generat. Sic vere in laterib⁹ mẽtis nr̃e/scz in volũtate ⁊ cogitatione/qñqȝ cõtingit ventositas inanis glĩe/qñqȝ opilatio verecũdie/q̃. s. nõ ꝑmittit viã oris per cõfessionẽ aperiri/qñqȝ cõtractio auaritie: q̃ scz nõ sinit mentẽ ad liberalitatẽ extendi/qñqȝ duritia obstinationis ⁊ malitie/quãdoqȝ etiã inflatura supbie/⁊ distentio impatiẽtie et iracũdie/⁊ qñqȝ etiã spasmus et insensibilitas accidie et pigritie. Et sic ꝓcul dubio pctõr infirmus dolore desperationis grauatur/et si pulsus exteriorũ operum fuerit saltuosus per iactantiã/et visus sue cognitionis et fidei fuerit horribilis per aliquã hereticam descendẽtiam/mens sua a recto sensu alienatur/⁊ mors eterna proximo cõminatur: vt sic de diabolo et peccatore dicat illud. ij. Regũ. xx. Percussit eum in latere: et effudit intestina. 6 ¶ Unum hic possum addere/ꝙ omnes mundi choree semper fiunt ad latus sinistrum. Choreantes enim/ad partem sinistram incedunt/et a latere dextro recedunt. Sic vere omnes illi qui per mundana gaudia choreizant/et qui in mũdi prosperis

gaudent/ tripudiant et exultant/ solent a dextera paradisi
et celestis glorie recedere / et ad sinistrā infernalis miserie
accedere/⁊ solent ꝟtutes dimittere/⁊ ad vitia se transferre.
Tales enim nunc habent dexterā prosperitatis: et ideo di
gnū est ꝙ vadāt ad latus sinistrū aduersitatis/ qꝛ sicut dicit
7 Eccli.xlij. Seruo pessimo sanguinare latus. ¶ Duo hoīes
diuersis vijs incedentes/quādo veniūt ad quadriuiū/⁊ vl-
tra trāseunt/ille qui prius erat dexter/ efficit sinister/⁊ econ
uerso ille qui erat sinister/efficit dexter. Sic vere in quadri
uio mortis/illi qui primo erant in prosperitatis dextera/po
nūtur in aduersitatis sinistra/et ecōuerso illi qui in latere si
nistro aduersitatis erant / tūc in dextera ꝓsperitatis sedēt:
qꝛ scilꝫ diuites qui nūc sunt dexteri/fiunt sinistri: pauperes
vero qui nūc sinistri sunt/fiūt dexteri. Figura de Ysaac: qui
volens benedicere filios Joseph/cancellatis manibus im
positis capitibus eoꝝ/ de dextero fecit sinistrū/⁊ de sinistro
fecit dextrū. Sic Ysaac.i.deus in iudicio suo manus suas
mutabit ⁊ translocabit: qꝛ scilꝫ manū dexterā felicitatis po
net sup illos qui nūc sunt in sinistra aduersitatis/manū ve-
ro sinistrā ⁊ duram iustitie ⁊ seueritatis et etiā aduersitatis
imponet illis qui nūc sunt ad dexterā ꝓsperitatis/⁊ sic erūt
sinistri dextri/et dextri sinistri/ ⁊ iuxta dictū veritatꝫ Mat-
thei.xx. Erunt nouissimi primi: ⁊ primi nouissimi.

Capitulum.xxix. de dorso.

1 Dorsum scd͂m Ysidorū dicit a duritia. Unde dor
sum dicitur quasi durū sicut saxū. Tergū etiam
dicit / a treon/ qđ est rotūdū. Et scd͂m Remigiū
proprie tergū est tam aīaliū ꝙ̃ captiuoꝝ: qꝛ scilꝫ
dorsa eorū terūtur/et oneribus ⁊ ictibꝰ affligun
1 Stomachus grece dicit os latine scd̃m Isidorũ Est em̃ os ⁊ ostiũ vẽtris: qꝛ scꝫ stomach᷒ cibos recipit: et partẽ impurã ad intestina mittit: aliã vero partẽ in humores conuertit/quib᷒ originaliter corpus nutrit/dũ ipsos ꝑ quasdã venas ad mẽbra deriuat et deducit. Talis est p̃latus/ vel p̃dicator. Isti em̃ sunt os quo corp᷒ pascit ꝑ doctrinam/et sunt ostiũ per qd in ecclesiã intratur ꝑ promotionẽ vl' fidẽ. Isti enim sũt q̊ cibos sciẽtie ⁊ doctrine ab extrĩseco ꝑ studiũ recipiũt/ ipsosqꝫ digerunt/ masticant et discernũt/grossaqꝫ a subtilibus/inania ab vtilibus/pura ab impuris diuidunt/⁊ inutilia ꝑ intestina obliuionis ⁊ repulsionis emittũt/pura autẽ ⁊ vtilia retinẽt/ que in bonos humores bone doctrine conuertunt/⁊ sic mẽbra.i.fideles spiritualiter nutriũt. Osee.xj. Ego quasi nutritius effraim.⁊ Joã.x. Ego sum ostiũ: siqs per me introierit/saluabit. Uel dic ꝙ stomachus est homo pius/qui cibos bonorũ tẽporaliũ recipit/quib᷒ ꝑ eleemosynas pauperes nutrit. ¶ 2 Stomachus scd̃m Cõstantinũ est mẽbrum rotũdum/ oblongum/concauũ/asperũ interius ⁊ villosum/carnosum/⁊ flexibile/⁊ duobus orificijs/superiori scꝫ ⁊ inferiori ꝑforatũ. Igitur rotũdus est/ne aliqua superfluitas in angulis occultet. Uillosus est: vt cibus ꝑ villos i loco digestionis aliquãdiu retineat. Cõcauus est: vt cibus receptus in eo retineat. Carnosus est: vt ꝑ carnis calorẽ digestio melius compleat. Oblõgus est: vt sic melius cũ superiorib᷒ ⁊ inferiorib᷒ coniungat. Fexibilis est: vt sic scd̃m quantitatẽ ciborum stringat vel extẽdatur. Perforatus est superi᷒/vt cib᷒ introducat. Inferi᷒ ꝟo: vt ad inferiora trãsmittat. Stomachus significat bonũ subditũ/q̊ cibũ doctrine ab ore.i.a p̃dicatore recipit/⁊ exinde mẽbra.i.virtutes ⁊ vires anime vegetat ⁊ nutrit/⁊ qd purũ et bonũ est retinet: si vero q̊d malũ vel impurũ receperit/foras mittit. Oia em̃ per orificiũ superius.i.ꝑ auditũ recolligit/sed ꝑ orificiũ inferius.i.ꝑ obliuionẽ ⁊ contẽptũ verba inutilia et incongrua de cordis intestinis expellit. Matth.xiij. Elegerũt bonos in vasa sua: malos autẽ foras miserunt. Igit iste debet esse rotũdus ꝑ simplicitatẽ/ scꝫ sine quocũqꝫ angulo falsitatis/ quo possit retinere aliquã pcti supfluitatẽ.ij.Reg.vij. Erat in summitate basis quedã rotũditas. Itẽ debet esse asper ⁊ villosus ꝑ quãdã retẽtiuam capacitatẽ/ vt cibum grẽ vel doctrine retineat ꝑ longanimitatẽ/ne scꝫ cito labat ꝑ obliuionis facilitatẽ/ vt sit de illis de quib᷒ Luce.viij. dicitur ꝙ audiẽtes verbum/retinẽt: ⁊ fructum afferunt in patiẽtia. Itẽ cõcauus debet esse ꝑ humilitatẽ/vt oia libẽter capiat per sedulitatẽ. Matth.xix. Qui potest capere/capiat. Itẽ debet esse oblõgus ꝑ cõtẽplationis subtilitatẽ/vt scꝫ possit mentaliter attingere ab infimis ad superiora. Sapien.viij Attingit a fine vsqꝫ ad finem fortiter. Item debet esse carnosus ꝑ pietatẽ/⁊ flexibilis ꝑ obediẽtie mobilitatẽ/vt scꝫ se possit dilatare vel stringere/ordinare ⁊ disponere scd̃m dei et prelati volũtatem. Sap.xvj. Uniuscuiusqꝫ volũtati deseruiens/ad qd quis volebat cõuertebatur. Uel dic ꝙ stomachus est volũtas nostra/que debet habere cõditiones predictas ⁊c̃. Dic ⁊ allega sicut supra. ¶ 3 Stomachus (⁊ precipue human᷒) propriũ habet ꝙ a parte superiori est strict᷒/ a parte vero inferiori est latus/ et hoc potissime in hoĩe est necessarium / qui erectus incedit/vt scꝫ cibus habeat locũ latum inferius vbi continue descẽdit. Stomachus qui deuorat oẽs cibos/significat gulosos/qui recipiunt cibos deliciarũ: ⁊ auaros/ qui deuorãt cibos diuitiarũ. Uel etiã stomachus significat volũtatem deliciosorũ et auaroꝝ. Uerũ est em̃ ꝙ istis est strictitudo a parte superiorũ et eternaliũ/ latitudo vero a parte inferiorũ et tẽporalium. stricti enim ⁊ arcti sunt affectando superiora/lati vero appetẽdo inferiora bona/cõtra illud ad Colossẽ.iij. Que sursum sunt querite/non que sup terram. ¶ 4 Stomachus a quinqꝫ frustulis hepatis circuitur/vt calore ipius digestio adiuuet. Hepar etiã per venas mesaraicas succositatẽ stomachi attrahit/ ipsamqꝫ fortius decoquendo/in sanguinẽ alterat et cõuertit. Stomachus significat mundi philosophos: qui succositatem ⁊ humorẽ philosophie ediderũt. Hepar autẽ significat viros theologos/qui charitate caluerũt. Procul dubio enim hepar.i.theologus a stomacho.i.philosophis naturalibus humores scientiarũ attrahit et exhaurit/ipsasqꝫ calore ⁊ feruore diligẽtie ⁊ studij decoquit / et exinde sanguinẽ et doctrinã theologicã efficit ⁊ cõponit/ quo tandẽ corpus eccl'ie nutrit/⁊ vitã grẽ sibi ꝓcurat ⁊ tribuit. p̃s. Conuertit aquas eoꝝ in sanguinẽ. Uel dic ꝙ stomachus est p̃latus/q̊ iuxta se debet hepar.i.bonos feruentes ⁊ charitatiuos homines habere/ qui suo cõsilio debẽt ad digerendũ.i.ad gubernandũ cibos suos.i.susceptũ ꝓpriũ gregẽ adiuuare. Eccl'i.ix. Uiri iusti sint tibi cõuiue. Uel dic ꝙ hepar est hereticus: qui bonã succositatẽ sciẽtie quã a stomacho scripture recipit/mutat totaliter/corrũpit/⁊ i sanguinẽ ĩfecte doctrine ꝑ digestionẽ malarũ expositionũ ꝑuertit. ¶ 5 Scd̃m Cõstãti.li.j. Theorice.c.xv. stomachus calidus grossos cibos bene digerit/subtiles vero cõsumit/multũ appetit/⁊ faciliter sitit/nec parũ cibi vel potus ei sufficit. Frigidi vero stomachi grossos cibos male digerũt subtiles autẽ requirũt/ parum sitiũt/⁊ pauca cibaria eis sufficiũt. Sic vere illi stomachi/seu ille voluntates q̊ ꝑ auaritiã sunt calide/grossos cibos bonoꝝ tẽporaliũ solẽt optime digerere ⁊ gubernare. Subtiles ꝟo cibos bonoꝝ spũaliũ solẽt ꝯsumere/⁊ in imaginatione sua adnihilare/sitim auaritie solẽt habere/ et ad sui refrigeriũ ciborũ tẽporaliũ copiã affectare. Eccli.xxiij. Aia calida quasi ignis ardẽs nõ extiguet donec aliq̊d glutiat. Illi ꝟo q̊ ꝑ diuinũ timorẽ sunt frigidi/scilꝫ viri sancti/ grossos cibos terrenorũ nõ bene digerunt aut ministrant/ nec in mundi negocijs libenter se implicãt/subtilia vero.i. spũalia bene tractant/et parum per auaritiã sitiunt: ⁊ ideo pauci tẽporales cibi seu diuitie eis sufficiũt. Prouer.xxvij. Sufficiat tibi lac caprarũ in cibos tuos. ¶ 6 Patit multis causis stomach᷒. Accidit em̃ sibi indigestio/vomit᷒/diarrhea/ singultus/ inflatio/ eructatio/inflatio/ bulimus.i.fames grãdis siue vaccina/fastidium/⁊ similia. Que oia accidunt vel ex inanitione/vel repletione/vel humorũ corruptione/vel ex virtutis defectiõe/seu etiã ex aliorũ mẽbrorũ colligatione. Sic vere stomachus vocis humane/multas incurrit infirmitates morales/videlicet indigestionẽ seu vitium insolentie/vomitũ iactantie/ singultũ inuidie/eructationem detractionis/ diarrheam.i.fluxũ carnalis infectionis. Hec enim oia generãt in homine vacuitas virtutũ/repletio terrenorũ/corruptio volũtatis/defectio virtualis cõstantie ⁊ ꝓbitatis/⁊ quãdoqꝫ colligãtia alioꝝ mẽbrorum.i. male societatis. ex quibus etiã sepe accidit inflatio supbie et vanitatis/bulimus et insatiabilitas auaritie ⁊ cupiditatis/ necnõ fastidiũ ⁊ displicẽtia sciẽtie verbi dei/seu audite veritatis. Prouer.xiij. Uẽter impiorum insatiabilis ⁊c̃.

Capitulum.xxxvj.de hepate.

1 Hepar ſm Iſidorũ dicitur a paſcẽdo/ eo ſcꝫ ꝙ in hepate generatᷣ ſanguis/quo paſcitur totũ corpus. Eſt autẽ hepar idem qꝺ iecur: mẽbrum ſcꝫ calidũ ⁊ ſanguineũ/cõcauũ ⁊ lubricoſum/in dextro latere collocatum / ſtomacho ſuppoſitum/ et eius adiutorio deputatũ. Per iecur qꝺ amare cogit/itelligo cor vel mẽtẽ/que. ſ. debet eſſe feruens ⁊ calida ꝑ deuotionem: rubea ⁊ ſanguinea ꝑ chriſti ſanguinis recordationem: cõcaua ⁊ profunda per humilitatẽ ⁊ cõſiderationem: terrena et lubricoſa per benignitatem et cõpaſſionẽ: in dextro latere vite eterne collocata per ſpem ⁊ contẽplationẽ: ſtomacho vero.i. prelato ſuppoſita per obedientiam ⁊ ſubiectionem: et eius operationibus accõmoda per obſequiũ et ſubuẽtionem. vnde Eccli. iij. Magnato humilia caput

2 tuũ. ¶ Hepar in homine/quinqꝫ habet partes ſeu alas/qbus ſcꝫ ipſa ſtomachi ſuperficies circuitur: ⁊ in ſuis operibus adiuuatᷣ. Sic vere anima habet quinqꝫ alas.i.quinqꝫ potentias ſenſitiuas/quib⁹.ſ.ſtomachus.i. cor iuuatur ⁊ regitur: ⁊ in ſuis operationib⁹ ſupportatur. Ioan.v. Erat aũt hieroſolymis probatica piſcina / quinqꝫ habens porticus. Uel dic ꝙ hepar ẽ affectio cordis noſtri/ que pre cõpaſſione mortis ⁊ ſanguinis chriſti tota debet eſſe ſanguinolẽta. Quinqꝫ etiã partes debet habere.i.qnqꝫ vulnera xp̄i tenetᷣ cogitare: dicens illud Matth.xxv. Dñe quinqꝫ talenta tra

3 didiſti mihi. ¶ Iecur in aliquibus aĩalibus habet duas partes: in aliquib⁹ tres/in aliquibus quinqꝫ. Sic vere mẽs viri iuſti/in aliqb⁹ habꝫ duas partes per duo ꝑcepta charitatis: aliquando tres per fidem beate trinitatis: aliquãdo quinqꝫ per debitam obſeruantiam quintuplicis ſenſuũ va

4 nitatis. ¶ Homo inter omnia animalia reſpectu ſui corporis maximũ habet iecur. Sic vere iecur.i.amor et affectio charitatis debet in hoĩe.i.in viris rationabilibus ⁊ diſcretis pre ceteris abũdare. Uel dic ꝙ iecur quod eſt ſedes voluptatis ſm Iſidorum/ſignificat carnis dilectionem. Iſte igitur in hoibus.i.in viris ratione vtentibus: ſicut ſunt clerici ⁊ eccleſiaſtici/maiores inueniuntᷣ q̃ꝫ in quadrupedib⁹: .i.q̃ꝫ in ſimplicibus laicis. Quia procul dubio illi qui ſunt litteris ⁊ ſcientijs mũdialibus magis dediti: ſunt voluptatibus pleniores. Hiere.iiij. Sapientes ſunt vt faciant ma

5 la. ¶ In hepate eſt vna vena q̃ diuiditur in decẽ. Sic vere in ſcriptura eſt vna virtus: ſcꝫ iuſtitia/ que in decem venu

6 las.i.in decem mandata diuiditur. ¶ Hepar ꝑ venas meſaraicas humorem receptum in ſanguinẽ vertit ⁊c̃. vide. ſ̃. de ſtomacho. ¶ Hepar humorẽ a ſtomacho receptum cõ

7 uertit in diuerſos humores. Illud eñ quod eſt calidum et humidũ/efficitur ſanguis. Quod calidũ eſt et ſiccũ/ efficitᷣ cholera. Qꝺ frigidũ ⁊ ſiccũ/fit melancholia. Qꝺ frigidum et humidũ/ phlegma. Sic vere hepar.i.predicator ſcientiã ſuam nõ cõuertit in vnum genus verborum: ſed in multa. Aliquando enim facit ſanguinem.i. dulcedinem benigne monitionis: aliquãdo choleram.i. feruorem aſpere reprehẽſionis: aliquando melancholiam.i.terrorem triſtis comminationis: aliquãdo phlegma.i. fluorem eloquentis collocutionis. Sic bene dicitᷣ de predicatorib⁹ Actuũ.ij. ꝙ varijs linguis loquebantur magnalia dei. Uel dic ꝙ quattuor humores ſunt quatuor affectiões/que a corde velut ab hepate oriuntur. Sanguis eñ qui facit hoĩem letum: ſignificat gaudium. Cholera que ignea ẽ et vrit/ſignificat dolorem. Phlegma qꝺ viſcoſum eſt et lenit/ſignificat ſpem. Melãcholia autẽ que cõtriſtat/ſignificat timorem. Uel dic ꝙ humor eſt gr̃a/q̃ a natura.i.a rõne in q̃ttuor hũores.i.in q̃ttuor ꝟtutes cardiales mutatᷣ. Eccli.xxvij. Ex corde ꝑtes q̃ttuor

8 oriũtur. Uide de humore in principio. ¶ Eſt igitur hepar ſanguinis generatiuum/ puri ab impuro ſeparatiuũ/membrorum nutritiuũ/caloris excitatiuũ/digeſtiõis perfectiuũ Sic predicator ſanguinẽ doctrine generare: ⁊ exinde purũ ab impuro ſeparare: calorem charitatis debet fouere: digeſtionem morũ debꝫ in alijs cauſare: ⁊ humore doctrine ſue debet omnia membra.i.omnes fideles ſpiritualiter educa

9 re. Oſee.xj. Ego nutriti⁹ effraim. ¶ Hepar patitur multis modis: ſcilicet ex calore nimio ſpirit⁹ euaporante/⁊ ſanguinem deſiccãte: ⁊ virtutẽ debilitante. Ex frigiditate conuerſionem humoris in ſanguinem impediente: ⁊ ſanguinẽ ipſum cõgelãte. Qñqꝫ ex aliquo groſſo humore vias ipſi⁹ opilante: ⁊ exitum ſanguinis retardante. Quandoqꝫ ex apoſtemate ipſius ſubſtãtiam aggrauante/vel ex ventoſitate partes ipſius diſtendente. Quandoqꝫ ex ſanguine cauſis varijs defluẽte. Sic vere hepar cordis noſtri patitur ſpiritualiter ex vitijs diuerſis: ſcꝫ ex calore mali amoris/ qui inflãmat deſideriũ/qui ſolet ſpiritũſanctũ fugare: ⁊ facere euaporare: ⁊ ſanguinem diuine gratie deſiccare. Mat.ix. Siccatus eſt fons ſanguinis. Itẽ patitur ex frigiditate mature cõuerſationis: vnde ⁊ cõgelatur ſanguis noſtre affectionis. Eccli.xliij. Frigidus vẽtus aquilo flauit: ⁊ gelauit cryſtallus. Item patitur ex opilatione verecundie ⁊ obſtinate malitie/qua ſcꝫ impeditur ne per cõfeſſionem exeat ſuperfluitas peccati ⁊ ĩmũditie. Item patitur ex ventoſitate elationis: ⁊ apoſtemate preſumptionis ⁊ ſuperbie. Item etiã patitur propter fluxum ſanguinis.i. propter profluuium luxurie: ex qua ſequitur deſtructio virtutis ⁊ cõſtantie: ⁊ debilitas incõſtantie. His eñ multis ⁊ varijs cauſis hepar mẽtis noſtre patitur: ⁊ virtus ipſius eneruatur. ꝑs. Dereliquit

10 me virtus mea: ⁊ lumen oculorum meorum ⁊c̃. ¶ Frigiditas hepatis ex cordis calore tẽperatur ſm hali. Eſt enĩ cor ſuperius: hepar inferius: ⁊ ideo hepar tẽperatur a corde tã q̃ꝫ a ſuperiori. Sic vere calor ⁊ charitas cordis.i.ſuperiorũ tẽꝑat frigiditatẽ et imperfectionẽ hepatis.i.inferiorũ: quia quando ſubditos contingit per indeuotionem infrigidari/ neceſſe eſt eos prelatorum foueri calore: ⁊ ſuperiorum virtutibus vegetari. Hiere.vj. Paſcet vnuſquiſqꝫ eos q̇ ſub ma

11 nu ſua ſunt. ¶ Ex alteratiõe hepatis alteratᷣ totum corp⁹ Uñ qñ hepar ſucceſſiue calefit: ita ꝙ ibi cholera citrina generatᷣ: totũ corp⁹ diſtẽperatᷣ/⁊ in colorẽ croceũ imutatᷣ. Sic vere quando iecur.i. affectio incurrit calorẽ inordinate inflãmationis ⁊ amoris: vtpote qꝛ homo habet inordinatum appetitum ad aliqua delectabilia: tunc ibi cholera iracundie/melancholia triſtitie/ſanguis corruptus luxurie/phlegma pigritie ⁊ deſidie generatur: quoꝝ infectione totũ corpus exterius/⁊ tota ꝯuerſatio maculatur: qꝛ ſm Gregoriũ diſpoſitiones affectionis/imutant cõditionem cõuerſatio

12 nis. ¶ Scꝺm plinium lib.xj.c.xxxvij. iecur maxime eſt vetuſtatis patiẽs/centũ enĩ ãnis inuẽtũ eſt duraſſe. hoc (inq̇t) obſidionum exempla ꝓdidere. Hoc applica ad bonũ amorem/qui per iecur deſignatur: iuxta illud. Cogit amare iecur. qꝛ ſcꝫ tale iecur dꝫ eſſe ꝑpetuũ ⁊ eternũ: qꝛ ſcꝫ perfectus amor debet inter bonos diutiſſime durare/⁊ nunqꝫ deſiccari vel ceſſare. Seneca. Sic diligam⁹: q̃ſi deſinere nõ liceat.

Capitulum.xxxvij.de felle.

1 Fel ſm Conſtan. eſt mẽbrũ ſuꝑ hepar in q̃dã ciſtula recollectũ. humor enĩ choleric⁹ ad ciſtulã aggregatᷣ: ⁊ ibi ſicut in loco ꝓprio receptatᷣ. Eſt enim fel mẽbrum calidũ ⁊ ſiccum / ⁊ ad multa eſt neceſſarium. Primo quia fel impuritatẽ ſanguinis habet recipere: ⁊ ipſum ſanguinẽ ad cholerã depurare. Secũdo quia per vnum foramen choleram ad ſtomachum habet mittere: et ibi calore ſuo digeſtionẽ adiuuare Tertio quia per aliud foramen choleram ſuam ad inteſtina habet dirigere: vt virtutem expulſiuam poſſit in eis cõfortare: ſicut dicit idem Conſtãtinus. Et ſic dico ꝙ fel eſt ſanguinis depuratiuum: et ſuo calore digeſtiõis iuuatiuũ: ⁊ ſuo acumine ⁊ mordacitate inteſtinorum pũctiuum: ⁊ ad expulſionem ſuperfluorum excitatiuum. Fel quod eſt amarum/ſignificat amaram contritionem: que ſcꝫ ſemper debꝫ cõcomitari hepar.i.delectationem ⁊ affectionem. Quia procul dubio iſta in anima ad multa eſt neceſſaria: quia ſcꝫ ꝑ ipſam ſanguis affectionis/ digeſtio et compoſitio ciborum ventris.i.appetituũ cordis/ iuuatur: ⁊ expulſio ſuperfluorũ .i.vitiorum per confeſſionem confortatur. In iſta enim eſt calor charitatis/qui cogitationes habet digerere. In iſta eſt acumen doloris: q̇ habet inteſtina ad cõfitendũ ⁊ ad expellendum vitia excitare ⁊ compungere. In iſta eſt ſubtilitas que habet ſãguinẽ.i.affectionẽ abſtergere ⁊ purgare. j. Reg.xxiiij. Ingreſſus eſt ſaul vt purgaret vẽtrem. Uel dic ꝙ fel ſignificat rigorem diuine iuſtitie/qui conſideratus/ ⁊ hepati cordis appoſitus/habet confortare digeſtionẽ/contritionem/expulſionem cõfeſſionis/⁊ purificationẽ affectionis. Uel dic ꝙ omnia predicta facit bon⁹ prelatus vel pre

2 dicator ⁊c. ¶ Scdm Aristo. oia animalia habēt fel: quedā tamen habēt fel nimis occultū: sicut camelus/columba/⁊ similia. Sic vere vix est aliquod animal. i. aliqua ꝑsona q̄n habeat fel. i. quin habeat iracūdiā naturalem. Uerūtamen aliqui sunt qui istud fel habent valde occultum: sicut sunt colūbe. i. viri iusti/q̄ scilȝ sciūt cohibere īpetū ire sue: ⁊ ipsos abscondere ⁊ celare: q̄ sicut dicit Eccli. xlj. Melior est homo qui abscondit stultitiam suam ⁊c. Uel potest dici ꝯtra hypocritas et malitiosos/ qui q̄uis in publico nō ostendāt fel iracundie/odij ⁊ malitie/ipsum tamen tenent in intestinis ⁊ absconditis cordis sui absconditum ⁊ celatū: contra illud Leuiti. xix. Ne oderis fratrem tuū ī corde tuo: sed publice argue eū. ¶ Itē aīalia ſm Aristo. que habēt hepar sanū: ⁊ quoꝝ sanguis naturaliter est dulcis: aut carēt felle aut habēt fel valde paruū: ⁊ hoc in venis gracilibus/ nō in hepate. Hepar autē qd felle caret: vt ait/est valde boni coloris. Sic vere illi qui hepar affectiōis habent sanū/dulce/purū: felle malitie/furoris ⁊ iracūdie semꝑ carent: aut saltē fel ire ⁊ malitie paruū habēt: ⁊ etiā colore bone cōuersationis rutilant atq̄ pollent. Ex sanitate enī interioris affectionis dependet color bone ꝯuersationis: ⁊ carentia fellee ma-

4 litie ⁊ intentionis. ¶ In hepate locus q̇ iacet sub felle: est valde dulcis: scȝ plus q̄ alie partes. Nam ꝑ collectionē humoris fellei ad vnū locū/ ꝑtes vicine efficiūtur sapidiores ⁊ dulciores. Per fel intelligo amaritudinē doloris ⁊ cōtritionis vel etiam temporalis tribulationis. Quia pro certo vbicūq̄ istud fel fuerit: illud quod est sub. i. illud quod seq̄t dulce erit. Q̄r vere amaritudinē tribulationis cōmuniter sequitur dulcedo cōsolationū: ⁊ si fel cōtritionis vel tribulationis precesserit: dulcius quod subsequitur apparebit. ps. Secundum multitudinē dolorum meorū in corde meo cōsolationes tue letificauerūt animā meā. Uel potest allegari q̄ sepe accidit q̄ iuxta hoīes nequiores ⁊ felle neq̄tie pleniores inueniunt quādoq̄ homines dulciores: ⁊ dulcedine sanctiores. Tota enī nequitia videt in istis abūdare: scȝ in malis/⁊ se a iustis penitus elōgare: q̄ q̄to in malis maior est prauitas: tāto in iustis qui ibi sunt/amplior viget sancti-

5 tas: vt sic de bono quolibet dicat christus. Sicut lilium inter spinas/sic amica mea inter filias. ¶ Fel suo acumine et sua subtilitate solet humores incidere ⁊ cōsumere: ⁊ ideo fel auiū rapaciū solent medici in collyrijs admiscere. Sic vere fel amare penitētie humores pctōrum incidit ⁊ cōsumit: et ideo medicus predicator fel auium rapacium. i. penitētiam sanctoꝝ precedētium: q̇ verbis scȝ ⁊ exemplis animas a diabolo rapuerūt: debȝ in collyrijs predicationum et documētorū ponere: vt sic oculos mētis auditorum possit abstergere ⁊ mūdare. Uel dic q̄ fel ē amaritudo diuine iustitie/que ꝓ certo cōsiderata peccata exterminat/ ⁊ ideo predicator ipsa vtitur: quādo predicationis collyrio visum

6 sanat. ¶ Quādoq̄ ex feruore nimio/et ebullitiōe fellei humoris: sanguis in hepate inficit/ quo sic infecto ⁊ ad nutrimentum per membra trāsmisso totū corpus inficitur: ⁊ passiones varie generant. Sic vere quādo in iudice vel prelato abūdat calor excessiuus felleus. i. ira/vindicta/vel malitia venenata: tunc vere totus sanguis sue affectionis ꝑ crudelitatē ⁊ rapinā inficitur: ⁊ color corporis. i. tota ꝯuersatio sua exterior deturpat. Thren. iiij. Quomodo obscuratū est aurū: mutatus est color optim⁹? Uel dic q̄ excessus correctionis malorū ledit sanguinem. i. societatem simpliciū et bonorum ⁊c. Uel allega oīa ista de ira ⁊ fellea inuidia: q̄ ipsi possessori anteq̄ alijs est amara. Ista eñ quando nimis feruet in corde: pallorē/croceitatē ⁊ maciē causat in corpore. Unde ire stimulis accēsum cor palpitat ⁊c. ī manipulo

7 ¶ Cū fel habeat duo foramina: scȝ superius ⁊ inferius/per que cholera rubea ad diuersas partes corporis deriuatur: si autē foramen superius clauditur vel opilatur: solet ipsa cholera tātū in partibus inferiorib⁹ abūdare: ita q̄ solet ipsas croceitatis maculis vitiare: econuerso autē si foramen inferi⁹ clauditur: tunc pars corporis superior maculatur: ista possunt generaliter applicari q̄ pctm̄ superiorū redundat in subditos ⁊ inferiores. Ex opilatiōe enī/obstructione et malitia inferiorū: quando scȝ ita sunt per malitiā opilati q̄ per cōfessionem nolunt se purgare: aliqualiter etiam ipe partes superiores: scȝ prelati/religiosi ⁊ clerici/peiores efficiuntur: ⁊ in malis suis exēplis ⁊ operibus aliquotiēs corrumpunt. Si vero pars ista superiorū prelatorū ⁊ clericoꝝ/ ꝑ pctā opilata/lesa ⁊ corrupta fuerit/ tunc vere in īferiores hūorū corruptio redūdabit: q̄ sicut dicit gregori⁹ in glo. super. ij. Reg. xxiiij. vbi agit de peccato dauid in numeratione populi: Ex culpa subditorū plerūq̄ fit deterior vita prelatorū: ⁊ ex iniquitatib⁹ ꝓlatorū fit deterior vita subditorū.

Capitulum. xxxviij. de splene.

Splen ſm Cōstan. est mēbrū in sinistra parte stomacho suppositū/ nigre cholere receptiuū/ sanguis autē ⁊ cholere purgatiuū: ⁊ sui firmitate ⁊ siccitate appetitus ī stomacho excitatiuū: ⁊ ſm aliquos/risus est in hoīe causatiuū: scȝ ſm pliñ. li. xj. c. xxxvij. Nam vt ait: splene ridemus/ felle irascimur/ corde sapim⁹/cerebro sentimus/iecore amamus. Per splenem possum intelligere amorē dei/ qui cholerā nigrā. i. irā diuine iustitie/que nigra est/tristabilis/ et obscura / habet recipere: ⁊ in cordis scrinio retinere. Et ideo ista virtus: scȝ timor dei/in sinistra corꝑis debet esse/ꝓ eo q̄ timor in sinistra aduersitatis magis dinoscit abundare: vt sic dicat de isto splene ⁊ de sua cholera nigra illd ps. Timor et tremor venerūt super me: ⁊ cōtexerūt me tenebre. Igitur ista est q̄ homini facit duo cōmoda. Aufert eñ malū: ⁊ cōfert bonū: q̄ scȝ timor dei habet sanguinē affectionis a vitijs depurare: q̄ timor dñi expellit peccatum. Eccli. j. Et appetitū bene operandi ⁊ eterne saluatiōis in homine excitare. Eccli. xv. Qui timet deū/ faciet bona. Ista est etiam que facit ridere: q̄ pro certo risus eterne glorie/et letitia iocunditatis paradisi ex diuino timore sequitur: et ex presenti dolore futura gloria generatur. Joan. xvj. Cōtristabimini: sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Splen enī diuini timoris generat gaudiū ⁊ letitiā/ fel amaritudinis et doloris generat iram. i. zelū cōtra vitia ⁊ iustitiā. Cor insuper feruentis charitatis ⁊ amoris generat eternorum sapientiam. Cerebrū memorie ⁊ tenoris generat beneficioꝝ dei sensum ⁊ notitiā. Iecur vero benignitatis ⁊ dulcoris generat amorē ⁊ amicitiam. Ista enim sunt quedam mēbra virtualia/que in nobis generant bona opera spūalia. Et isti sunt q̇dā boni rami anime/qui portāt multiplices bonos fructus. Matth. vij. Bona arbor bonos fruct⁹ facit. ¶ Splen quandoq̄ opi-

2 latur: ita q̄ nō potest defluere superfluus eius humor/q̇ scȝ inuiscatus ⁊ indurat⁹ nō purgatur: ⁊ sic dolor ⁊ infirmitas generatur. Splen qui facit ridere/⁊ tñ secū habet melācholiam/seu cholerā nigrā/que tristitie est causa/significat mūdi ꝓsꝑitatē: q̄ fatuos ridere facit in pñti: ⁊ tñ causam eterne eorum tristitie secū portat. Ista igitur quādoq̄ in homine opilatur: qd fit quādo per auaritiā via liberalitatis clauditur: ⁊ humor bonorū tēporalium supflue retinetur. Tunc enim infirmitas peccati gignit: et mors inferni ꝓcuratur. Uel dic q̄ istud facit opilatio volūtatis/⁊ obstructio vocis/ quādo scȝ homo per cōfessionem nō purgatur: sed supfluos humores vitiorum retinet in corde suo per obstinationem vel verecūdiam cōfitendi: ex quo mors culpe ⁊ miserie seq̄tur/qua misera anima afficitur et grauatur. ¶ Splen sicut

3 ⁊ alia mēbra q̄nq̄ ḡuat/q̄nq̄ rōne silitudinis hūorē melancholicū attrahit vltra modū. Q̄r scȝ dū membrū humores sibi similes nimis attrahit: exinde dolorē ⁊ grauedinem eto sentit. Sic vere homo grauatur ex nimia sibi similiū societate ⁊ adiunctione: ⁊ ex indiscreta sociorū ⁊ amicoꝝ aggregatione. Ex hoc enim homo sumptibus grauatur: ⁊ diuersis affectib⁹ fatigatur. ¶ Secūdum sentētiam hippo-

4 cratis/si splen sit magn⁹: corpus macrescit. Et si splen macrescit/corpus pinguescit. Igitur mediocritas splenis ad paruitatem tendēs/ bonitatē cōplexionis designat. Sic vere si splen qui ridere facit. i. mundi ꝓsperitas vltra modum pinguescit ⁊ crescit: tunc vere homo virtutib⁹ deficit ⁊ macrescit. Econtra autē vbi mūdi ꝓsperitas minuitur: tūc virtutum pinguedo in homine generat. Melior est ergo ꝓsperitatis quantitas tēperata/ q̄ si nimiū fuerit augmentata. Bene ergo dicit Prouer. xxx. Nec paupertatem nec diuitias dederis mihi dñe/tribue tātum victui meo necessaria. Et sic dicit q̄ cursores libenter faciunt sibi minui de vena splenis: vt leuius currant: scdm pli. vbi supra. Sic vere illi qui ad deū volūt expedite per bona opera currere/ debent

de vena mundane prosperitatis sibi detrahere ⁊ minuere:
et de sanguine bonorū temporaliū sibi quod superfluū est
detrahere: ⁊ pauperibus erogare. Uel si vis per splenē itel
lige mundi risum ⁊ letitiā: cuius abūdantia pinguedinem
virtutū attenuat: ⁊ cuius paupertas ipsam augmētat: quā
qui bene vult ad deū currere: sibi diminuit et detrahit: di-
cens illud Ecck'is.ij. Risum reputaui errorem. q2 sicut di-
citur Prouer.xiiij. Risus dolori miscebitur: ⁊ extrema gau
dij luctus occupat.

Capitulum.xxxix. de visceribus.

1 Viscera fm Isidorū dicunt quasi vitalia sequē
tia. Subsunt enim viscera seu intestina mēbris
vitalibus: ⁊ sunt sicut culcitra/ ⁊ sicut quedam
necessaria instrumenta. Possunt etiā dici visce
ra: quia inuicē se inuiscant: ⁊ ꝙ se mutuo teneāt
Et sunt viscera necessaria pro fecib⁹ recipiendis ⁊ proijciē
dis: ⁊ pro superioribus purgandis et exonerādis. Sunt au
tem ipsa viscera rotunda/gibbosa/ tenera ⁊ longa/colligā-
ta/et duabus telis seu duobus pāniculis circūsepta: sicut
dicit Cōstan. Talia viscera sunt presbyteri vel cōfessores:
qui in ecclesia intestinoꝝ seu viscerum locū tenent. Isti em̄
feces ⁊ peccata totius corpis ecclesie recipiūt: cōfessiones
audiendo/ ⁊ ipsa expellunt ⁊ eijciūt absoluendo/ ⁊ mēbra.i.
fideles a superfluitatibus exonerant: penitentiam imponē
do. Osee.iiij. Peccata populi mei comedent: ⁊ ad iniquita
tem eorū subleuabunt animas suas. Isti igitur debent esse
teneri ⁊ flexibiles ꝑ compassionē ⁊ pietatē: debent esse gib-
bosi ⁊ circūuoluti ꝑ exterioris habitus ruditatem ⁊ humili
tatem. Debent esse longi ꝑ perseuerantie diuturnitatē. De
bent esse inuicē colligati et viscati ꝑ cōcordie vnitatē. De-
bent esse duabus tunicis iuoluti ꝑ duplicem charitatem/
et ꝑ amoris dei ⁊ ꝓximi duplicitatē. Ideo ecclesia petit in
psal. dicēs deo. Spiritū rectū innoua in visceribus meis.
Quis de ecclesia et multis ecclesiasticis possit dici illud
Abacuch.ij. Omnis spiritus nō est in visceribus eius. Uel
per viscera intellige precordia mentis nostre: q̄ ꝓ certo de-
bent cōtinere feces humilitatis/ ⁊ memoriā nostre fragili-
tatis ⁊ vilitatis: ⁊ debent habere teneritudinē pietatis/ col
ligantiam vnitatis/ ⁊ duos pāniculos charitatis. ad Phi.
j. Quomodo cupiam oēs vos in visceribus iesu christi. vt
de pietate dicatur illud Geñ.xliij. Cōmota quippe erāt vi
scera ioseph sup fratre suo. Ista etiam debent esse gibbosa
et circūuoluta per dei timorē: q2 scȝ ille qui timet/ libēter se
inuoluit ⁊ abscondit. Threno.ij. Cōturbata sunt omnia vi-
2 scera mea. Debent etiā esse ⁊c̄. sicut supra. ¶ Scd̄m Con-
stan. viscera seu intestina sunt numero sex/ inter que est vnū
intestinū quod a medicis dicit ieiunū / a se eni eijcit q̇cq̇d
recipit: ⁊ ideo semper vacuū ⁊ ieiunū existit: ⁊ cum animal
moritur/ semꝑ ieiunum et vacuū inuenitur. Omnia em̄ in-
testina vt cōiter duo habēt foramina/ et ideo qd̄ ab vna pte
recipitur/ ab alia vacuat. Per istud possunt intelligi in ec-
clesia viri liberales ⁊ pij/ qui.s. quicquid a deo de bonis tē-
poralibus recipiūt/ alijs ⁊ maxime paupibus per liberali-
tatē reijciūt/ sibiq; parum aut nihil reseruant / ꝓpter quod
vacui/ ieiuni ⁊ paupes perseuerant. psal. Pauꝑ sum ego: ⁊
in laboribus ⁊c̄. ad Colo.iij. Induite vos sicut electi dei vi
scera mie. Uel istud significat hoies abstinentes/ ⁊ per ieiu
nium seipsos affligentes. Joel.ij. Cōuertimini ad me in ie
iunio/ ⁊ fletu/ ⁊ planctu. Uel dic ꝙ talia significant audito-
res ꝑuersos/ qui in sermonibus ⁊ al's oia bona documenta
recipiūt/ nihil tamē retinent/ immo inanes ⁊ vacui gratijs
⁊ virtutibus semꝑ manent. Esa.xxix. Uacua est anima ei⁹
3 ¶ Inter intestina quodlibet vt cōiter habet duo orificia/
vnum quo recipit/ aliud quo emittit/ excepto eo qd̄ dr̄ orbū/
quod.s. ad modū sacci est factū/ nec habet orificiū/ nisi vnū/
potest enim recipere/ sed nō emittere. Sic vere cū inter vi-
scera ecclesie/ oēs debeant id quod a deo vel a ꝓximo reci-
piunt/ ꝑ gratiarum actionē emittere et refundere: istud ta-
men deficit in quibusdā / qui bene habēt vnum foramen.i.
vnam capacitatē ad accipiendum / nullā tamen ad refun-
dendum/ seu gratias agendū. Optime enim volunt a deo
vel a proximo beneficia recipere: nihil autem volunt recō-
pēsare vel effundere/ nec aliquid pauperibus emittere: sed
sicut saccus diaboli omnia retinere: cōtra illud Eccli.iiij.
Non sit porrecta manus tua ad accipiendū: ⁊ ad dandum
collecta. ¶ Inter viscera est vnum intestinū quod dicitur 4
duodenū/ eo ꝙ duodecim digitos habeat ad mēsurā hoīs
cuius existit: fm Cōstan. De alijs etiam intestinis vt dictū
est/ vnū ē qd̄ dicitur ieiunū: aliud qd̄ dicitur orbū seu sacc⁹:
eo ꝙ scȝ ad modū sacci retinet intromissa. Sic vere in visce
ribus et precordijs mentis nostre: inter cetera debent esse
tria principaliter intestina.i. tres speciales virtutes: videlȝ
fides/ spes/ charitas. Fides enim est intestinū duodenū ꝓ
eo ꝙ duodecim articulos continet in seipsa. Spes autē est
itestinū ieiunū/ eo scȝ ꝙ spes in ꝑsenti ieiunat: ⁊ ad futuros
cibos anhelat. Charitas vero est intestinū quod dicit orbū
Ista est enim que ad modū orbis ⁊ circuli oia circūcludit/
⁊ que more sacci omnia cōtinet ⁊ custodit: ⁊ tam amicos q̄3
inimicos intra sui ambitū inuoluit: ipsosq; quos semel ac-
ceperit vel dilexerit: vlterius non dimittit. Can.iij. Tenui
eū: nec dimittā. Et sicut dicit.j. ad Cor.xiij. Charitas nū-
q̄3 excidit. Ideo de istis trib⁹ dicitur ibidem. Nunc autem
manēt fides/ spes/ charitas/ tria hec: maior autē horum est
charitas. ¶ Inter viscera est vnum itestinum dictū yleon 5
et aliud dictū colon: in quibus yliaca ⁊ colica passio gene-
ratur/ que horribiles faciunt in viscerib⁹ torsiones. Sic ve-
re inter precordia mētis nostre/ diuersi sunt affectus / in q̄-
bus procul dubio torsiones inuidie ⁊ passiones tristitie ge-
nerātur: a quibus ipsa viscera.i. ipsi mentis affectus grauit-
ter cruciantur.ij. Math.ix. Apprehēdit eum dolor dirus
viscerū. ¶ Uiscera diuersimode patiuntur. Aliquando ex 6
ventositate distendente/ et torsiones inducente. Aliquādo
ex siccitate opilante/ ⁊ stercora indurante/ ⁊ exire prohibē-
te. Aliquādo ex humore cholerico fluxū dysenterie causan
te. Aliquādo ex apostemate/ se in cōcauitate viscerū imiscē
te. Aliquādo ex acuta cholera intestina pungēte ⁊ corrodē
te. Sic vere intestina mentis ⁊ affectus nostri multos spiri
tuales morbos incurrunt. Quādoq; enim per inuidiā di-
tendūtur. Quandoq; ꝑ auaritiam indurantur: ⁊ ab expul-
sione sumptorū.i. bonorum tēporalium vltra debitum retar
dant. Threnoꝝ.iiij. Amplexati sunt stercora. Quandoq; ꝑ
supbiam apostemātur. Quādoq; ꝑ luxuriam fluūt ⁊ dysen
teriantur: quādoq; ꝑ irā ⁊ crudelitatem pungūtur atq; tor-
quentur. Prouerb.xij. Uiscera autem impiorum crudelia.
¶ Scd̄m Aristo. Intestina habentium dentes in vtraq; 7
mandibula/ cōmuniter nō habētibus sunt minora. Sic ve-
re illi qui habent dentes discretionis in vtraq; mādibula:
superiori scȝ ⁊ inferiori: hoc est dictu: illi qui discrete masti-
cant celestia ⁊ terrena: habent vt cōmuniter intestina mo-
dica.i. ingluuiē ventris paruā: q2 scȝ discreti viri sunt pre ce
teris abstinentes/ ⁊ ventri modicū indulgentes. ¶ Anima 8
lia ampli ⁊ recti intestini sunt gulosa: fm Aristo.lib.iiij. de
partibus animaliū. Cibus enim statim eijcit etiam idige-
stus: ⁊ ideo talia animalia multū appetūt: ⁊ continue cibū
querunt. Sic vere homines quorum intestina.i. affectiōes
sunt nimis late ⁊ ample: ⁊ sunt etiam recte: hoc ē dictu/ ex-
tente: ⁊ per nullam temperantiam replicate: sunt vt cōmu
niter gulosi ꝑ auaritiam: ⁊ continue cibum bonorum tēpo-
ralium querunt ⁊ appetūt per rapinam. Nihil em̄ talibus
sufficit: ⁊ ideo cor eorum continue tēporalia esurit atq; que
rit. Prouer.xiij. Uenter impiorum insatiabilis. Quod etiā
de gulosis potest dici: quorū ingluuiei nihil sufficit: imo cō
tinue cibos petūt. Eccli.xlvj. Omnem escam mādu cabit
venter. Uel dic ꝙ talia animalia sunt fatui nobiles/ quorū
intestina affectuum sunt ita liberalia/ seu lata: ꝙ nihil sibi
retinent de diuitijs acq̄sitis: imo cuncta indiscrete eijciūt
⁊ expendunt. Et ideo tales semper solent esurire: ⁊ penuriā
sustinere / ⁊ per rapinam ⁊ crudelitatem cibos temporaliū
appetere ⁊ vorare. Prouer.xj. Alij rapiunt non sua: ⁊ semꝑ
in egestate sunt. ¶ Serpens habet ventrem strictum: ⁊ est 9
similis animalis intestino: fm Aristo. Sic serpētes.i. pru-
dentes/ modicū ⁊ strictum habēt ventrem.i. ventris inglu-
uiem: q2 scȝ ipsum strigunt ꝑ abstinētie parcitatem. Quod
est contra gulosos et auaros: de quibus dicit illud Act.j.
Effusa sunt oia viscera eius. Uel dic ꝙ prudentes viri ven
trem habent strictum: q2 scȝ in bonis terrenis suum mode
rant appetitum: ⁊ stringunt desideria mentis sue: iuxta il-
lud Eccli.xxix. Minima pro magnis sufficiant tibi.

Capitulum.xl.de renibus.

1 Renes ſm Iſidorū ⁊ hali ⁊ etiam Ariſto, in corpore neceſſarij ſunt ad ſanguinem aquoſum de hepate extrahendū: ⁊ ad ipm ab humore vrinali purificādum: ⁊ ad ipſam vrinā ad veſicā mittendum et expellendum. In renibus vis generatiua diciturvigere: ⁊ ibi ſemen ⁊ originem ſumere ⁊ habere. Sūt enim ſupra modū renes calidi ⁊ humidi: ⁊ ideo frigiditatis ſpondiliū ſunt temperatiui: vrine colatiui ⁊ expulſiui / generationis originaliter cauſatiui / virtutis naturalis ꝯfortatiui / carnoſi / rotundi / poroſi / ⁊ pinguedine coopti. Per renes eccleſie intelligi poſſunt viri ſpirituales: preſbyteri ⁊ cōfeſſores: ⁊ etiam boni predicatores. Iſti enim ſunt neceſſarij in corpore eccleſie militātis. Habent enimvirtutē ignee charitatis: qua ſcʒ operātur opera multiplicis bonitatis. ps. Ure renes meos ⁊ cor meū. Et ideo iſti ſolēt ab vrina. i. a ſuperfluitate mēbra. i. fideles purgare: ⁊ nouos fetus in eccleſia ſolent predicando ꝑ gratiam generare. Uirtutem bene agendi ſolent exemplis ⁊ doctrinis in alijs cōfortare: ⁊ frigiditatem indeuotionis ſalubriter temperare. Ideo iſti debent eſſe carnoſi per pietatem / poroſi et bibuli per ſancti deſiderij bonitatem. Rotundi ⁊ ſine angulis per ſimplicitatem ⁊ veritatē: ⁊ cooperti pinguedine gratie per oimodam ſanctitatem. Et ſic de eccleſia dicet illud Dan. x. Renes eius accincti auro obryzo. Uel dic ꝙ iſti renes ſignificāt bonos affectus / charitate flāmeos et ignitos. Iſti enim debēt ſuperflua ꝑ cōfeſſionem emittere: bona opera generare ⁊ ꝓducere. Et ideo modo predicto iſti debēt pingues / rotūdi ⁊ carnoſi eſſe: hoc eſt dictu / diuerſis virtutibꝰ abūdare. Et ſic iſti erūt illi renes quos dn̄s ſcrutari: ⁊ ī quoꝝ virtutibus dinoſcitur delectari. ps. Scrutās corda ⁊ renes deus. Et ſicut videmus ꝙ milites ante omnia renes ſuos ꝓcingunt ⁊ ſtringūt / ⁊ inde fortiores ſunt: ſic renes affectuū debemus ꝑ temperantiam cingere ⁊ ſtringere: ⁊ eos a vanis appetitibꝰ coercere. Exodi. xij. Renes veſtros accingetis ⁊c. Unde de helia dicitur. iiij. Reg. j. Uir piloſus occur-

2 rit nobis: zona pellicea accinctꝰ renibus. ¶ Renes ſeu lūbi ſunt ſedes ⁊ fundamentum veneree voluptatis. In eis enim ſemen generatur: ⁊ exinde ad genitalia propinatur: ⁊ ibi calor ⁊ appetitꝰ libidinis procuratur. Et ideo ſm Iſidorum lumbi ob libidinis laſciuiā appellantur. Sic igitur ꝑ renes poteſt luxuria ſeu carnis laſciuia deſignari: per quā ſolet homo ad carnis opa inclinari. Et ideo Exodi. xxviij. precipitur ꝙ ſacerdotes haberent feminalia a renibꝰ vſqʒ ad femora. Ad denotādum ꝙ renes voluptatis ſunt operiēdi: ⁊ caſtitatis feminalibus coercēdi. Eſai. v. Non ſoluetur

3 cingulum renū eius. ¶ Renes quādoqʒ patiuntur ex dilatatione: ⁊ humoris abūdantis extenſione. Aliquādo ex nimia inflāmatione: ⁊ lapilloꝝ in vijs vrinalibus generatione. Aliquādo ex frigoris cōgelatiōe. Sic vere noſtri carnales affectus multa vitia patiūtur: qꝛ ſcʒ per luxuriā dilatantur: quandoqʒ per indeuotionē cōgelantur: ⁊ quandoqʒ per obſtinationē indurantur: ⁊ ſic per tētationē diabolicā multis tentationibus vulnerātur. Threnoꝝ. iij. Miſit in reni-

4 bus meis filias pharetre ſue. ¶ Secundū Ariſt. renunculus dexter eſt ſemper altior: ⁊ pinguedine pauperior quā ſiniſter. Et hoc accidit / ꝓ eo ꝙ in dextera parte calor ē maior ⁊ motus amplior. Et ideo propter motū pinguedo cōſumitur: ⁊ propter calorem renūculus ſuperius eleuatur: ⁊ ſic altior ⁊ macrior inuenit. Duo renūculi in corpore / ſignificant duos ſtatꝰ hoim qui ſunt in mundo: dextros ſcʒ ⁊ ſiniſtros: .i. bonos et malos. Sed pro certo iſtud eſt verū: ꝙ dextri. i. boni ſunt in vita iſta ꝑ ſpem ⁊ cōtemplationem et celeſtiū affectionē altiores: ⁊ ꝑ paupertatem macriores. Calor enī charitatis ipos ad celeſtia eleuat: ⁊ motus temporalis aduerſitatis diuitiarū pinguedine ipſos nudat: cuius cōtrarium eſt in peccatoribꝰ ⁊ ſiniſtris: qꝛ ſcʒ iſti ſunt diuitijs pinguiores: ⁊ per terrenorum deſideria baſſiores: qꝛ ſicut dicit Eccl̄s. iij. Spiritus hoim aſcendit ſurſum: et ſpiritus iu-

5 mētorū deorſum. ¶ Renūculi inuoluti ſunt pinguedine: ⁊ tamē in ſe ſunt mirabiliter macri. Sic multi ſunt qui in religiōe vel eccl̄ia ſunt in medio pinguedinis gratie ⁊ doctrine: ⁊ tamē ſunt alijs virtutibꝰ macriores. Uel dic econtra de bonis diuitibꝰ / qui ſunt pinguedine diuitiarū repleti: et tamen ipſi in ſe: ſcʒ in affectu ipſas vilipendūt: ⁊ ſunt ſpiritualiter paupes atqʒ ſicci: ⁊ a deliciarū infectionibꝰ alieni.

Capitulum.xlj.de veſica.

1 Veſica ſm Cōſtan. eſt pānículꝰ durus / rotundꝰ: ⁊ in modū ſacci factus: ad recipiēdū ⁊ euacuandum ſupfluitatē vrine a natura diſpoſitus et paratus: a parte īferiori vndiqʒ clauſus: a parte ſuperiori vno foramine perforatus. Iſtud mēbrū in corporevidetur ſignificare virtutem confeſſionis in aīa. Confeſſio enim eſt ſpūaliter quedam veſica: que ſuperfluitates vitiorū per conſiderationē in profundo cordis aggregat: ⁊ tandē ꝑ loquutionē ipſa euacuat atqʒ fugat. j. ad Corinth. xiij. Euacuaui que erant paruuli. Uel dic ꝙ veſica ē bona affectio / que ſcʒ a parte ſuperiorū debet eſſe aperta ⁊ perforata: a parte ꝟo inferiorū et terrenorū debet eſſe clauſa ⁊ obſerata. Iſta ergo ſuperfluitatē vitioꝝ debet per confeſſionem emittere: et ſupfluitatem bonorū temporaliū debet ꝑ elemoſynam vacuare. allega vt ſupra. ¶ Scd̄m Ari-

2 ſto. nullum animal habens plumas vel ſquamas: aut cortices ſiue teſtas / habet veſicā preter tortucā ⁊c. Uide li. de animalibꝰ. c. de tortuca. ¶ Scd̄m Ariſto. humiditas nūqʒ

3 exit a veſica aīalium mortuoꝝ. In veſica etiā qn̄qʒ generat lapis / qui vias impedit vrinales. Sic procul dubio illi qui ſunt mortui ꝑ pctm̄: de veſica cordis ſui nunqʒ ſolent emittere ſuperfluitatē vitiorū per cōfeſſionē: imo nec de veſica arce ſue volūt eijcere ſuperfluitatem diuitiarū ꝑ elemoſynarum largitionē. Lapis enim obſtinationis in ipſorū cordibus generat: quo omnis ſpūalis euacuatio impedit. Audiunt enim illud Eccli. xxxv. Non apparebis in conſpectu

4 dn̄i dei tui vacuus. ¶ Item ſm Ariſtotelem ibidē: ſcʒ lib. iij. de partibꝰ aīaliū: omne animal habens pulmonē / multum ſitit: ⁊ ideo indiget cibo humido: pluſqʒ ſicco / quapropter neceſſe eſt ꝙ habeat veſicā: ad recipiendū cibi ſupfluitatem. Sic vere omnis homo qui habet pulmonē / ⁊ qui recipit vētum. i. qui habet appetitū venti inanis glorie: multum debet ſitire diuitias huiꝰ mundi: vt ſcʒ mediantibus ipſis appetitus ipſiꝰ ſatietur. Neceſſe eſt igitur ꝙ tales habeant veſicā cōfeſſionis / qua euacuent ſupfluas iniqtates: et veſicā etiam largitatis / qua euacuent ſupfluas facultates. Hiere. xiiij. Reportauerūt vaſa ſua vacua. ¶ Ueſicu-

5 la in auibus / eſt quedam pellicula in gutture ꝯſtituta: vbi auis grana recipit ⁊ colligit: ⁊ ipa ibi cōtra futurā eſuriem ſeruat / collocat ⁊ reponit. Talis veſicula in animavidetur eſſe charitas / que ſcʒ eſt ſicut quedā burſa anime: vbi ſcilʒ omnia genera meritorū ſeruantur: ⁊ vbi virtutū congeries aggregatur: ⁊ cōtra futurā dānationis eſuriem cibus gratie et meritoꝝ pro aīa reſeruat. ¶ Ueſica animalis quādo

6 vento eſt repleta / videtur eſſe quid groſſum ⁊ magnū: ſed ꝓ certo quando modicū foramen ibi infigit: ſtatim ventꝰ euaporat ⁊ exit: ⁊ totus ille tumor minuit ⁊ decreſcit: ⁊ quaſi totū in nihilū euaneſcit. Sic vere diuites ſuperbi / vento mūdane ꝓſperitatis pleni / apparēt hominibus valde groſſi: quia ſcʒ nūc videntur eſſe tumentes ⁊ magni. Sed ꝓcul dubio quādo per mortē fuerint perforati / ſtatim defluent ⁊ decreſcent: ⁊ vento mūdane glorie recedente ſtatim in nihilū euaneſcent. ps. Uidi impium ſuperexaltatum ⁊ eleuatum ſicut cedros libani: tranſiui / ⁊ ecce nō erat ⁊c.

Capitulum.xlij.de vrina.

1 Urina ſm Iſidorū eſt colamentū ſeu purgamētum ſanguinis ⁊ aliorū humoꝝ / actione nature generata. Et dicit vrina ab vrith: qđ eſt manifeſtatio: eo ꝙ per vrinā interiorū diſpoſitio demonſtrat. Uel dicit vrina ab vrēdo / eo ꝙ virtutem habet vſtiuam / corroſiuā / deſiccatiuā / ſcabiei ⁊ ſerpiginis curatiuā: et humorum ⁊ vlcerū mundatiuam / necnō cum felle accipitris mixta / oculoꝝ clarificatiuā: ⁊ tele oculi cōſumptiuā / ſicut dicit per omnia cōſtan. Per vrinā poſſum ītelligere peccata ꝑ cōfeſſionē emiſſa / electa / ⁊ ab ipſa veſica cordis egeſta: qꝛ procul dubio iſta quādo ꝑ conſiderationē cordi applicantur: multis eius paſſionibus vtiliter proficiunt ⁊ medentur. Nam ꝑ remorſum ſolent cōſcientiā vrere / humores carnalitatis ſiccare: ⁊ vlcera cauterizare affectionis mundare: telāqʒ. i. caliginem ignorātie rūpere: et male cōuerſationis ſerpiginem expurgare. Uel dic omnia

de penitētia/ que ē sicut quedā vrina nobis a xpo ⁊ sanctis exēplariter tradita ⁊ emissa/ que scʒ solet ꝑ cōtritionem vere: ⁊ oculos intellectus mūdare: ⁊ per afflictionem ⁊ satisfactionem oīa vitiorū vlcera expiare. Uel dic ꝙ vrina significat exterius emissa opera seu verba. Ista eñ ab vrith dicūtur: quod est demōstrare. Quia pro certo interiores animi dispositiones demonstrantur per vrinam.i.per exterius emissas ⁊ factas operatiōes ⁊ loquutiones. Gregoriꝰ. Per hec que foris apparēt/ quid intus lateat aperitur. Ista aūt demōstratio seu declaratio potissime fit per residētiam seu per hypostasim vrine/ hoc est dictu/ per perseuerātiam operis seu verbi. Qr pro certo tunc interior animi dispositio ꝑ exteriora verba cognoscitur: quādo ibi est residentia.i.quādo per perseuerantiam homo in dictis/ verbis ⁊ operibus residet ⁊ moratꝛ. Sap.xiij. Operibus attendentes cognouerunt quis esset artifex. ¶ Urina solet interiores cōditiones corporis ostendere: ⁊ ſm ꝙ diuersorū existit colorum: solet diuersa ⁊ varia in corpore designare. Quidā enim colores designāt mortificationem: sicut est niger color vel viridis. Quidam indigestionē: sicut est albus vel lacteus. Quidā digestionem ꝑfectam: vt citrinus vel ruffus. Quidā excessum ⁊ intēsionē: vt rubicūdꝰ: ⁊ huiusmodi: sicut dicit Isaac theophilꝰ/ egidius ⁊ cōstantinus. Sic vere vrina et egestio operū nostrorū/ ſm ꝙ est colorata ⁊ circunstātionata: diuersimode potest diuersa ⁊ varia designare. Si enim ista opera sint nigra ⁊ infamia: mortificationem mortis: ⁊ vite gratie priuationē designāt. Si sint alba ⁊ lactea.i.adulatoria ⁊ hypocrisis candore florida/ indigestionē morū significant. Si sint excessiua ⁊ subrubea.i. carnalia ⁊ sanguinea/ intensionem caloris ⁊ ardentis affectionis denotant. Si autem sint citrina/ splendentia ⁊ aurea/ sanitatem corporis et anime demonstrant.

Capitulum.xliij.de ventre.

Venter ſm Isidorū dicitur a veniēdo/ eo ꝙ scʒ ꝑ vētrem cibi veniant ad totum corpus. Et est vēter locꝰ vbi cibi digeruntꝛ: aluus locus vnde cibi egeruntur: vterus autem venter est mulieris: in quo pueri cōcipiuntur. Est igitꝛ venter ſm cōstan. pars corporis anterius posita: ⁊ in corporis medio collocata: vt sic ad distribuēdū cibos mēbris supiorībꝰ ⁊ īferioribꝰ eēt equalꝛ adaptata: diuersis pānis ⁊ intestinis cōposita: ⁊ ad digerendū ⁊ coquēdum cibos pro toto corpore ordinata. Est enim pars totiꝰ corporis mollior ⁊ infirmior: attamen vtilior. Totū enim corpus nutrit: ⁊ in ipso nutriēdo: in se mltas feces recolligit/ quas a se eijcit ⁊ expellit. Et etiā pro mēbris que in se cōtinet: multas passiōes incurrere cōsueuit. Per vētrem corporis ecclesie potest intelligi prelatus/ qui de viribus ⁊ mēbris tēporaliter ⁊ spūaliter nutriēdis sollicitam curam gerit. Et ideo iste in medio equitatis debet cōsistere: vt superioribus ⁊ inferioribus/ maioribus ⁊ minoribus ſm statuū suorum exigentiam possit debite ꝓuidere. Iste est enim qui ceteris mollior ⁊ benignior debet esse: ⁊ cibos doctrine debet pro alijs coquere: vt predicando cūctos valeat enutrire. Feces etiam.i.peccata totiꝰ corporis ecclesie debet cōfessiones audiendo recipere: ⁊ ipsas a se ⁊ alijs expellere. Passiones etiā ⁊ tribulationes debet pro alijs sustinere: ⁊ pro subditis vel ꝓ fide vel ecclesia/ terribilia nō timere: vt alij possint dicere illud Esai.liij. Uere languores nr̄os ipe portauit: ⁊ dolores nr̄os ipse tulit. Uel dic ꝙ ꝑ vētrē q̇ nutrit corpꝰ: intelligūtꝛ agricole/ q̇ nutriūt totū mūdū. et iō q̄ʒq̄ʒ isti sint viles/ īfirmi/ debiles atqʒ rudes: sunt tñ in corpore ecclesie p̄ ceteris necessarij ⁊ vtiles. vñ.i. ad Corinth.xij. Sed multo magis que vidētur mēbra infirmiora corporis eē: necessariora sunt. Uel dic ꝙ isti sunt religiosi vel predicatores/ qui q̄ʒuis sunt ceteris quo ad mūdū infirmiores: sunt tamen ceteris quo ad deū vtiliores. cibos enim doctrine masticant et decoquūt/ quibus spiritualiter omnes alunt: eorūqʒ in cōfessione feces ⁊ peccata recipiūt ⁊ expellunt. ¶ Uenter est pars corpis debilior ⁊ infirmior: et ideo multas incurrit aliquotiēs passiones. Patitur enī quandoqʒ ex nimia repletione: ⁊ succurritur ei per euacuationem. Patitur quandoqʒ ex nimia euacuatione: ⁊ subuenitur ei per repletionem: qr scʒ generaliter contraria curantur contrarijs. Per ventrem intelligo mentem/ que scʒ continet cor.i.intelligentiam: iecur.i.affectionem: fel.i.iram et turbationem: splenem.i.gaudiū ⁊ cōsolationē. Ista est enī pars corpis valde mollis: nihil enim mollius ⁊ ad deliquēdum fragilius mēte nostra. Hiere.xvij. Prauum est cor hominis et inscrutabile. Et Geñ.vj. Sensus et cogitatio hominis in malū prona sunt. Et ideo sepe patitur ex repletione vitiorū vel diuitiarum: quapropter necesse est ꝙ per confessionem euacuetur vitijs/ ⁊ ꝑ elemosynam diuitijs. Quādoqʒ vero patitur ex vacuitate virtutū ⁊ scientiarū: et tunc necesse est ꝙ per dei gratiam impleatur fidei ⁊ scientie dogmatibus. Luce.iij. Omnis vallis implebitur. ¶ Uētris conditio variatur ſm tempus: qr in hyeme ⁊ vere ſm hippocratē: ventres calidissimi sunt: ⁊ longissimi somni. et hoc accidit: qr propter frigus circūstans calor repercutitꝛ ad interiora: propter quod virtus fortius operatur: et inde est ꝙ appetitus ⁊ digestio amplius roboratur: ⁊ sic maior cibus ⁊ amplior requiritur ⁊ optatur. In estate autem calor naturalis applaudens suo simili/ exterius effunditur: ⁊ sic vētre frigido remanēte/ digestio impeditur: ⁊ sic minor cibus naturaliter affectatur. Sic vere in hyeme tribulationū/ calor charitatis ad interiora mētis repercussus: virtutes mentis in bono fortificat: ⁊ appetitū bonorū desideriorum augmētat: ⁊ digestionem morum efficit ⁊ ꝓcurat. Et ideo de cibis spiritualibus/ scilʒ eucharistie/ scientie ⁊ penitentie/ magis optat. Constat enim ꝙ tempus ⁊ statꝰ aduersitatis magis proficit moribus q̄ʒ status vt cōmuniter ꝓsperitatis. Estas eñ prosperitatis calorem charitatis facit euaporare: ⁊ ad exteriora solet affectionem attrahere: ⁊ sic solet īteriora debilitare: ⁊ appetitū bonorum spiritualium diminuere: quapropter parum solet de cibis huiusmodi affectare. Uel dic ꝙ illi qui sunt in hyeme.i.in peccato: magis appetūt de cibis bonorum temporalium/ q̄ʒ illi qui sunt in estate gratie.

Capitulum.xliiij.de vmbilico.

Umbilicus ſm Isidorum dicitur quasi vmbus iliorū. Umbꝰ eñ est locus mediꝰ in clypeo/ quaꝓpter vmbilicꝰ vētrꝭ dicitꝛ/ eo ꝙ ad modū vmbi in corpis vel vētris medio collocatꝛ. Sc̄dm cōst. vero vmbilicus ex neruis/ venis ⁊ arterijs constituitur: et per ip̄m infans in matrice sugendo sanguinem enutritur. Cū vero fetus de ventre egreditur: vmbilicus rūpitur: ⁊ ab obstetricibꝰ ad quattuor digitos alligatꝛ. Sc̄dm hieronymū vero super Ezech.xvj. Pueris quādo nati sunt/ primo solet vmbilicus prescindi: deinde ad diluēdum sanguinem aqua lauari: tandem ad siccādum ⁊ indurandum humida corpora sale siccari: ⁊ tādem ne membra defluant pannis ⁊ cingulis alligari. Per istum vmbilicum intelligo carnis voluptatem/ que insita est in medio carnis nostre. Ista est enim qua puer.i.peccator in ventre mūdane ꝓsperitatis positus: sanguine vitiorꝝ imbuitꝛ ⁊ nutritur. Et ideo quando talis puer/ scʒ peccator in gratiā nascitur: et ꝑ predicationē parturitꝛ: necesse est ꝙ vmbilicus carnalis voluptatis ab eo per bone cōuersationis propositum precidatꝛ: deinde ꝙ aqua cōfessionis mundetur: tādem ꝙ sale discretionis a superfluitatibus exterioribus siccetur: ⁊ ne postea iterum per vitia defluat/ ꝙ ligamētis mādatorum salubriū alligetur. Que etiā quasi omnia fiunt in puero nouiter nato/ qui baptismo lauatur: et sale salitur: ⁊ pannis lineis inuoluitur. Quod tamen peccatores ⁊ obstinati nō faciunt: īmo vmbilicū carnalitatis custodiūt ⁊ nō p̄scindūt. Cōtra quos loq̇tꝛ Ezechiel. c.xvj. dicens sub specie fornicarie mulieris. In die ortus tui non est precisus vmbilicus tuus: et in aqua non es lota in salutem: nec sale salita: nec inuoluta pannis. ¶ In mulieribꝰ est virtus venerea in vmbilico: et hoc qr gēitalia mulierꝝ in vmbilico sunt: sicut ⁊ virorū in renibus. Umbilicus autē est quo puer matris sanguine enutritur: sc̄dm gregorium super Iob.xl. vbi de diabolo dicitur Uirtus eius in lumbis eius: ⁊ fortitudo ipsius in vmbilico ventris eius. Per vmbilicum luxuria designatur. Ista est qua mulieres.i. persone muliebres stimulātur: ⁊ qua pueri .i.ignorantes et fatui/ a matre sua carne vel diabolo nutriūtur. Et adiunge si vis illa de precedenti.§. ¶ Secundum Aristotelem: aues quando nascuntur/ habent vmbilicum ⁊c. Uide de auibus in generali

Capitulum.xlv.de genitalibus.

Genitalia a gignendo sunt dicta / eo ꝙ per ipsa generationis officiū cōpleatur. Sunt autē genitalia ex mēbris principalibus: quia scilꝫ principalis virtutis / scilꝫ generatiue instrumenta / et caloris naturalis precipua sunt fomēta. Et ideo istis precisis: vigor virilis ⁊ sexus eneruatur: ⁊ homo ī mollitiem femineā cōmutatur. Pili etiam defluūt: ⁊ vox in mollem ⁊ muliebrem alteratur. Per genitalia possum ītelligere virtutem bona opera generandi: et fetum virtutū et meritorū producendi. Ista est enim virtus gratie diuine / q̄ quando in aīa radicat̄: possibile est ꝙ fetus bonoꝝ operum generetur: et ꝙ calor charitatis in pectore vegetetur. Sed ecōuerso quādo homo spiritualiter castratur: ⁊ quādo genitalia diuine gratie sibi ꝑ peccatū a diabolo adimūtur: tūc virilis virtus eneruatur: ⁊ homo ꝑ mollitiem fragilitatis: ⁊ per debilitatem cōstantie: ⁊ ꝑ resistendi ⁊ bene agendi impotentiam: in naturam femineam alteratur: ita ꝙ vox spiritualis: videlicet oratio / confessio / laus ⁊ gratiarū actio: ī eo penitus peruertitur: et pili virtutū defluunt: ⁊ omnis moralis species alteratur. Threno. iiij. Quomodo obscuratū ē aurū: mutat⁹ est color optim⁹: dispersi sunt lapides sanctuarij: ⁊c̄. Vel sivis virtus generatiua est scientia / qua mediāte predicator generat in gratiam auditores. Prelati igitur ⁊ p̄dicatores qui talia genitalia nō habuerint: generare nō poterit: sꝫ voce virilis p̄dicatiōis amissa / ībecilles ⁊ feminei apparebunt. ¶ Animalia quādo castrant̄ in iuuētute: efficiūtur maiora. Unde etiam vituli nisi castrati fuerint / cito post annū remanebunt parui / ꝓm Aristo. ii. j. de hist. aīaliū. Unde etiam dicit ꝙ castratis nō crescunt cornua. Verūtamen (vt ait) quādo animalia castrātur: extrahuntur eis genitaliū radices. ⁊ si ibi accidat apostema: puluis cōbustoꝝ testium appositus ipsum curat. Per genitalia intelligo voluptatem carnis / qua carnalis ꝓcedit generatio. Quando enim homo in iuuētute castratur: ⁊ per votum ⁊ obseruantiā castitatis: genitalibus. i. actu generatiue a iuuētute priuatur: constat ꝙ cornua superbie sibi non veniunt neqꝫ crescunt: imo in gratijs ⁊ virtutib⁹ augmentat̄: dū tñ radix genitaliū. i. cogitatio ⁊ affectio ipsi⁹ luxurie sibi penit⁹ adimatur. Verūtamē si ī loco castratiōis: apostema nascatur. i. si ratione castitatis sue homo apostematus / tumidus et presumptuosus efficiat̄: debet combustū testiculū apponere. i. dimissum carnalitatis periculum cogitare: ⁊ facilitatē recidiuādi videre: ⁊ sic apostema superbie poterit euitare. Ad 3 Gala. vj. Considerās temetipm: ne ⁊ tu tenteris. ¶ Scd̄m Aristo. quedam animalia castrātur ꝓpter testiculos: sicut 4 castores. Vide de castore. §. ij. ¶ Item ꝓm eundem: Onagri ꝓprijs filijs scindūt testes quando nati sunt: nisi a matrib⁹ abscōdant̄. Qđ ꝓm aliquos faciūt: qꝛ sunt zelotypi de vxore. Istud pōt allegari ad hoc ꝙ hō nō debet nimis cōfidere de vxore ⁊ filia etiam in illis qui sunt filij. i. familiares vel consanguinei: quinimo debet a talibus precauere: ⁊ genitalia eis auferre: hoc ē dictu: opportunitatem luxurie ab eis amouere. Vel istud potest dici contra zelotypos / q̇ etiā de vxoribus suis in proprijs filijs vix cōfidunt: cū tamē dicat theophrast⁹ ꝙ mulier seruari nō debeat: quia inq̄t / si bona est / nō debet: si vero mala / nō potest. Vel expone sicut. c. 5 de onagro. §. v. ¶ Natura in genitalibus posuit voluptatē. Tanta est enim vilitas et īmunditia illius operis ꝙ null⁹ prudens illud officiū exerceret: nisi illū voluptas ⁊ delectatio traheret ⁊ moueret: et sic generatio et nature conseruatio impediretur: nisi per voluptatem et desiderium traheretur. Sic vere deus in aīa ⁊ in affectione humana ⁊ in ipsa virtute generatiua: scꝫ in gratia ⁊ volūtate: quandam voluptatem ⁊ quandam complacentiam faciendi bonum et generādi bona opera posuit: scꝫ synderesim ⁊ iustitiam originalem / que scꝫ difficultatem tollit: ⁊ ad benefaciendū ex-6 citat ⁊ inducit. ¶ Scd̄m Isidorum genitalia dicuntur verenda / eo ꝙ honestatem alioꝝ mēbrorū non habent: ⁊ eo ꝙ malis gratibus rationis ad libidinem se mouent. Et ideo ista tegūtur / ne videantur: ⁊ vt eorum motus irrationalis ⁊ brutalis / ab intuentibus auertatur. Oīa enim mēbra vt cōmuniter obediunt rationi preter ista: ⁊ ideo fuerunt merito verecunda. In his potest notari ꝙ illi qui membris generatiuis vtuntur: ⁊ qui contra rationē brutalit̄ operant̄: saltem hoc abscondere et tegere tenentur: ne vilitas ⁊ inordinatio ipsorum actuū im mūdoꝝ ab alijs videantur. Quod tamen est contra multos qui in talibus nō verecundantur: sed more animaliū furiant̄. Esa. iij. Peccata sua predicauerunt: nec absconderūt. ¶ In generatiōe requiritur mascu- 7 lus ⁊ femina: mascul⁹ eñ se habet per modum forme: femina per modum materie. Sic vere in generatione bonorum operum necesse est ꝙ sit vir. i. xp̄s: semen gratie infundēdo: et mulier. i. voluntas: materiam boni propositi ministrādo.

Capitulum. xlvj. de matrice.

Matrix ꝓm Isidorū ē singulare membrū in mu- 1 liere: quedam scꝫ vesica seu pellicula in qua seminalis humor recipit̄: ⁊ in qua fetus substantia generatur: in quam etiā sanguis menstrualis sicut quedam residentia humorū corporis descēdit: quo ipse puer in vtero enutritur: cuius quidē sanguis fluxus q̄ꝫdiu durauerit in muliere: tandiu potestas cōcipiēdi in ea perseuerat. Matrix ista est volūtas / que semē verbi vel gratie recipit: ⁊ fetū propositi in se concipit / quem sanguis. i. Christi sanguis cōpassione vegetat atqꝫ nutrit: q̇ scꝫ q̄ꝫdiu in mente perseuerat: tādiu cōceptio bonorū operum durat. Si vero istius saguinis affluentia defecerit: tādiu bonorum operū generatio ⁊ productio nō perdurabit. Esa. iij. A timore tuo cōcepimus spiritū salutis. ¶ De san- 2 guine menstruo vide supra. ¶ Matrix habet tres cellulas 3 sicut in anatomia dicitur: scilꝫ dexterā / mediam / ⁊ sinistrā. Quādo autem semen in dextera parte recipitur: tunc masculus generatur: si vero in sinistra ceciderit: femina ꝓducitur: ⁊ si in medio loco subintrauerit: hermaphrodit⁹ (q̇ vtrūqꝫ sexū habet) tunc tēporis procreatur. Matrix est volūtas que scꝫ in suis affectibus temporaliter variatur: habet enī in affectione sua partem dexterā sinistrā ac mediam. Pars dextra significat affectū bonū ⁊ spiritualem: pars sinistra significat affectū malū atqꝫ carnalē: pars vero media significat mediū affectū / qui tendit varie ad partē quālibet transuersalem. Igitur ꝓm istas varias partes suas mēs nostra concipit diuersa genera filiorum. i. operū virtutū. Qđ enim cōcipit pars dextera. i. spiritualis affectus / efficitur masculus. i. bonū opus perfectum et virile. Quod vero sinistra. i. carnalis affectus cōcipit / in feminā. i. in opus molle ⁊ īprobum ipsum vertit. Media vero affectio et indifferens siq̇d concipit / opus hermaphroditū. i. indifferens: et aliquid de masculo ⁊ aliquid de femina. i. aliq̇d de bono / ⁊ aliquid de malo sapiens ipm̄ facit. Vel dic ꝙ in matrice ecclesie aliq̇ sunt positi ⁊ concepti in dextera. i. in amore spiritualium ⁊ eternorum: ⁊ isti sunt masculi. i. boni cōtemplatiui. Judicū xiij. Nascetur tibi puer masculus. Aliqui vero positi sūt in sinistra. i. amore mūdanorum vel vitioꝝ: ⁊ isti sunt femine. i. imperfecti vel actiui. Prouer. iij. In sinistra illius diuitie. Aliqui vero sunt ī medio: q̇ scꝫ more hermaphroditi vtrūqꝫ sexū volunt habere: ⁊ vtrāqꝫ ripam volunt pascere: et simul masculi ⁊ femine. i. simul cōtemplatiui ⁊ actiui: spirituales ⁊ temporales: diuites virtualiter ⁊ temporaliter apparere: sicut patet de quibusdam religiosis: qui cū elegerint sp̄ūalia: tamen facillime se implicant terrenis / quibus dicitur Judicū. v. Quare habitas iter duos terminos: vt audias sibilos gregum? Quod etiam cōtra adulatores potest dici: q̇ scꝫ hermaphroditi vidētur esse: qꝛ vniuersis se solēt diuersimode conformare: ⁊ simul et semel cōditiones varias pretendere ⁊ mōstrare. j. ad Corinth. ix. Omnibus omnia factus sum. Quod etiam contra falsos proditores dicitur: qui sexu ⁊ cōditione duplici induuntur: et in vna parte seu apparentia seu dextera / masculi. i. boni esse videntur: in sinistra vero. i. in absentia / falsi ⁊ malitiosi ⁊ feminei cōprobātur. Vel dic ꝙ cū in matrice ecclesie officia sint distincta / quidam tamen sunt qui de omnibus se volunt intromittere: ⁊ masculi ⁊ femine apparere: cōtra illud Deuteronō. xxij. Non induetur femina veste virili: nec induetur vir veste feminea ⁊c̄. ¶ Matrix varias passiones incurrit. Patit̄ enī 4 quandoqꝫ ex viarū cōstrictione / ⁊ superfluorum retētione. Quandoqꝫ patitur ex humorū fluxu ⁊ excessiua euacuatione. Quandoqꝫ patitur ex cōpressione ⁊ suffocatione. Quādoqꝫ patitur ex apostematione. Quandoqꝫ patitur ex precipitatione vel dextrorsum vel sinistrorsum delocatione. Qñ

ꝙ patitur quādo acutis humoribus ⁊ cholericis pungitur.
Quandoqꝫ vero patitur quando cōceptio ꝑ superfluā pin-
guedinem impeditur: ⁊ quādo partus iam conceptus ali-
quo casu adnihilatur. Sic vere matrix voluntatis et cōsciē-
tie: spūaliter patitur multis modis. Videlicet quando con
stringitur ⁊ retinet superflua diuitiarū per auaritiā: vel qñ
retinet pctā per verecūdiā vel malitiā. Item quādo nimis
effundit humores vitiorū per iactātiā. Item qñ cōprimitur
⁊ suffocatur per desperationē vel tristitiam. Item quando
ad dexterā prosperitatis ꝑ amorē/ vel ad sinistrā aduersita
tis per timorē nimis accedit per imprudētiam. Itē quan-
do apostemat ⁊ inflatur per superbiā. Itē qñ cholericis hu
moribus pūgitur per iram ⁊ inuidiam. Item quādo ꝓpter
pinguedinem carnalitatis cōceptio boni propositi impedi
tur ꝑ luxuriam. Itē quando partus boni operis iā cōcepti
5 impedit ꝑ aliquā pigritiā. Allega si vis/ sicut supra. ¶ In
matrice quādoqꝫ accidit quedā infirmitas/que dicitur mo
la: que nihil est nisi quedā massa carnea in matrice ex cor-
ruptis humoribus idurata. Accidit post viri copulā: ex flu
xu humorū ad matricem: ita ꝙ videt mulieri ꝙ cōceperit:
inflaturqꝫ vēter/ ⁊ apparēt signa cōceptionis: tempore aūt
partus non liberatur matrix a tumore. Unde ⁊ inuenta est
mulier/que ꝑ tres annos pregnans existens: finaliter pepe
rit frustū carnis ita durum ꝙ vix potuit ferro diuidi. Talis
infirmitas spūaliter loquendo quotidie accidit in multis
Suscepto eñ semine verbi dei a doctore vel ꝑdicatore/ quā
doqꝫ credit hō se bonū propositū concepisse: vtpote qr ꝓpo-
nit parere ⁊ facere aliquod bonū opus: verūtamen multis
accidit ꝯtrariū: qr scꝫ loco boni fetus pariunt massam car-
neam. i. loco operis virtuosi qđ videbantur concepisse: pro
ducunt opera carnalia et imunda: sicut videmꝰ de multis
in quibus quandoqꝫ apparent signa cōceptus boni propo-
siti: ita ꝙ videtur ꝙ debēt parere et facere multa bona/ qui
finaliter nihil faciūt: imo loco bonorum operū/ opera mala
prouenīūt: sicut de multis nouiter conuersis patet: qui pri-
mo anno faciūt multa: tandē nihil. Quia acres in ꝑncipio
in fine frangūtur ſm Aristo. de quibus dicitur Esa. v. Ex-
pectaui vt faceret vuas: ⁊ fecit labruscas. Et inde prelato
vel predicatori bono potest dici illud Matt. xiij. Domine/
nōne bonū semen seminasti in agro tuo: vñ ergo hꝫ zizaniā?

Capitulum. xlvij. de natibus.

1 Nates ſm Isidorū dicūtur a nitendo: eo ꝙ nati-
bus innitimur dū sedemus. Et ideo ſm Const.
caro natiū est dura ⁊ neruosa: vt molem corpo-
ris meliꝰ sustineat. Sūt autē ille partes vbi trū
cus corporis/ qui a collo incipit terminat: ⁊ a q̇-
bus tota corporis machina sustentatur. Et ideo moraliter
per nates potest intelligi patiētia seu fortitudo corporis/ q̄
corporis moralis sunt fundamētum: ⁊ ipsius solidū. Vel ꝑ
nates quibus verēda corporis sunt propinqua: ⁊ que a pue
ris in lecto iacentibus maculantur: ⁊ que sunt partes cete-
ris partibus carnose magis: itelligo carnales diuitias/ de-
licias/ vel carnalem hominis voluptatem/ que scilꝫ secum
portat maculationē imūditie/ verenda ꝟecūdie ⁊ infamie/
et carnositatem luxurie/ necnō emissionē stercorū fetentis
infamie. Quod bene figuratur in seruis dauid/ qui a rege
amon dehonestati sunt: ⁊ precise vestes eorū vsqꝫ ad nates
qr scꝫ diabolus nō potest seruos dauid. i. fideles christi ma
gis dehonestare ꝙ̄ vestes virtutum eis ꝑscindere: ita ꝙ na
tes vilis carnalitatis sue ⁊ sue imunde feditatis faciat ap-
parere. Esa. xx. Ambulauit seruus meus esaias nudus et
discalciatus ⁊ discoopertis natibus. Vel dic ꝙ nates in ec
clesia sunt agricole/ qui scꝫ sustinent totum corpus ecclesie
in temporalibus ministrandis.

Capitulum. xlviij. de femoribus.

1 Femora sunt ille partes corporis que ab ingui-
nibus ad genua protendūtur. ⁊ sunt femora mē
bra fortia/ ossea/ carnosa/ neruosa: interius ali-
quātulū ꝯcaua ⁊ tortuosa: a parte superiori gros
siora/ a parte iferiori graciliora. Per talia femo
ra corporis/ que sustentant et portant totū corpus/ possum
intelligere principes ⁊ prelatos/ qui scilicet totius ecclesie
vel patrie portant onus. Qr scꝫ isti debēt esse ossei et fortes
per cōstantiā/ carnosi ⁊ molles ꝑ clemētiam/ neruosi ⁊ mo-
biles ꝑ diligentiam/ concaui et tortuosi ꝑ dissimulationis
cautelam ⁊ prudentiam: ⁊ inter superiora ⁊ inferiora. i. deū
⁊ populū/ vel iter spiritualia ⁊ terrena medij ꝑ comunē cō-
uenientiam. A parte tamē superiorū ⁊ spiritualium debēt
esse magis grossi ⁊ magis ampli ꝙ̄ a parte inferiorū ⁊ tēpo
raliū ꝑ maiorē attentionē ⁊ vigilātiā: ⁊ sic poterit dici eccl'ie
illud Canticoꝝ. vij. Junctura femorum tuorū sicut moni-
lia/ q̄ fabricata sūt manu artificis. Et etiā eccl'ia potest ho-
die figurari in statua nabuchodonosor. Daniel. ij. cuius fe-
mora erāt ex ere/ qr scꝫ femora ecclesie. i. ꝑlati sunt erei/ cla-
mosi/ rubei/ carnales et sanguinei ⁊c̄. ¶ Femora sunt ille 2
partes corporis in quibus vel inter quas sunt membra ve-
renda: et in quibus actus carnalis voluptatis impletur: et
ideo in scriptura actus ipse carnalis colore eius circūstan
tie ꝑ femora denotatur: ⁊ sic loquitur scriptura salomoni ꝑ
mlieres deprauato. Eccl'i. xlvij. Inclinasti femora tua mu
lieribꝰ: potestatem habuisti in corpore tuo: dedisti maculā
in gloria tua. ¶ Antiquitus solebant homines iurare sup 3
femora patriarcharum: sicut de abraam qui fecit suum ser-
uum iurare super femur suum ne acciperet vxorem filio suo
Isaac de filiabꝰ chanaan: sicut dicit Gene. xxiiij. Et hoc
fortissimū erat/ pro eo ꝙ christus erat de suis femoribus se-
minaliter oriturus. Et ideo (vt dictum est) per femur intel-
ligitur ꝓpago carnalis. Quapropter sicut videmus ꝙ en-
sis portatur in sinistro femore/ cultellus vero super dextrū:
sic vere gladium verbi dei: et ensem euidentem iustitie di-
uine debemus ipsis nostris femoribꝰ. i. carnalibus deside-
rijs applicare: vt timore ducti possimus ipsorum lasciuiā
coercere. Can. iij. Lectulum salomonis. lx. fortes ambiunt
vniuscuiusqꝫ ensis super femur suum/ omnes tenentes gla-
dium/ propter timores nocturnos.

Capitulum. xlix. de genibus.

1 Genua ſm Isidorū dicūtur a genis/ eo scꝫ ꝙ in
creatione pueri/ genua genis coherent: ⁊ suo tu-
more concauitatē oculorum formāt. Unde etiā
ſm verbū ennij: vt ait idem Isidorꝰ/ genua cō-
primit arcta gena. Et inde est (vt dicit) ꝙ homo
dū ad genua prouoluitur/ facilius lachrymat. Natura enī
voluit eos de vtero materno memorari: vbi quasi in tene-
bris cōsedebant: anteqꝫ ad lucē prouenirent. Hec Isidorꝰ.
Per genua que sunt naturaliter flexibilia: et per quorū pli-
cationem homo ad terrā deuoluitur: potest intelligi humi-
litas ⁊ timor. Ista enim sunt duo genua/ que mētem humi
liant ⁊ inclinant: ⁊ eam ad terram. i. ad considerationē sue
proprie terrenitatis deprimunt ⁊ incitant. ꝑs. Genua mea
ifirmata sunt a ieiunio: ⁊ ego ad nihilū redactꝰ sū. Et ad fa-
ciendum reuerentiam deo et maioribus ipsa flectunt/ de-
trahunt atqꝫ domāt. Hester. iiij. Flectebāt genua ⁊ adora-
bāt. Igitur homo quādo flectit ista genua: debet faciliter
lachrymari: quia scꝫ humilitas ⁊ timor dei vicini sunt ⁊ so-
cij lachrymarū/ ⁊ etiā oculorū. Unde ad hoc deus in vtero
oculos genibus cōiunxisse videtur: vt homo videret genua
sua. i. hūilitatē ⁊ timorē dei. Vel etiā vt genua sua. i. flexibi-
litatē fragilitatis sue cōtinue intueatur: ⁊ vt ex cōsideratio-
ne vteri materni ⁊ vilis natiuitatis humane facilius ad la-
chrymas ꝓuocetur: vt sic inter genua humilitatis et ocu-
los considerationis et lachrymas doloris ⁊ cōpunctionis:
quedā perpetua fraternitas celebretur. Eze. xxj. Tabescet
omne cor: dissoluētur vniuerse manus: infirmabitur omis
spiritus: ⁊ per cūcta genua fluēt aque. Vel per genua eccle
sie intelligere possum viros humiles ⁊ religiosos/ qui se fle
ctunt humiliando et obediendo: ⁊ reuerentiam maioribus
exhibendo: ⁊ qui etiam faciliter lachrymas prouocant: de
vilitate propria cogitādo. Et sicut videmus ꝙ genua sunt
membra ossea/ neruosa/ ⁊ parum pinguia vel carnosa: sic ta
les debent esse ossei per fortitudinem constantie ⁊ duratio-
nis/ neruosi per sensibilitatem prudentie et discretionis: et
parū carnosi ꝑ macredinē abstinētie ⁊ macerationis. Mo-
biles vero ⁊ flexibiles (vt dictū est) per sedulitatem obediē-
tie ⁊ subiectionis. Dañ. vj. Tribus tēporibus flectebat ge-
nua sua. Quod tamen est contra multos/ qui non sunt nec
habent genua flexibilia: sed potius more elephātis ꝑ obsti
nationem rigida/ solida atqꝫ dura. ¶ Nā sicut in genibꝰ cō 2
tingit passio/ que ita neruos indurat ⁊ coarctat/ ꝙ sine ma-

ximo dolore non flectuntur: sic in genibus mentis huma-
mane quãdoqꝫ accidit coarctatio pigritie ⁊ induratio obsti
nationis: quibus ita fiũt superba ⁊ rigida/ ꝙ per humilita-
tem et obedientiam nolũt flecti: nisi forte cũ magno impa-
tiẽtie strepitu ⁊ dolore. Quibus dicitur illud Deuter. xxviij.
3 Percutiat te deꝰ vlcere pessimo in genibꝰ ⁊ in suris. ¶ Ge
nua humana flectuntur in posterius versus dorsum/ genua
vero quadrupedũ flectuntur in anterius versus vẽtrem: ex-
cepto tamẽ elephante: qui pedes posteriores dicitur flectere
sicut homo. Et ĩ hoĩe etiam lacerti brachiorũ flectũtur ad
interiora/ ⁊ super cor et caput: in quadrupedibꝰ vero flectũ-
tur ad inferius versus ventrem/ sicut potest sensibiliter ex-
periri: sicut dicit Pli. lib. xj. c. xlv. Genua ⁊ brachia signifi-
cant affectus ⁊ opera: qꝛ scꝫ sicut mediantibus genibꝰ cor-
pus defertur et mouetur: sic anima mediantibus affectibꝰ
de vna re ad aliam flectitur ⁊ mutatur. Igitur differentia est ⁊
debet eẽ inter hoĩes et iumenta. i. inter bonos ⁊ malos: qꝛ
pro certo genua elephantũ ⁊ hominũ. i. affectus personarũ
rationabiliũ/ spiritualiũ ⁊ iustarum/ debent flecti ad poste
riora. i. ad bona futura/ scꝫ ad gloriam paradisi/ que veniet
post hanc vitam. Brachia etiam. i. opera istorũ debent or-
dinari ad cor. i. ad vtilitatem cõscientie: ⁊ ad caput. i. ad ho
norem capitis nostri christi: ⁊ sui honoris et reuerẽtie: quia
scꝫ opera nostra debent ad cordis ⁊ anime vtilitatem: ⁊ ad
diuine laudis reuerẽtiam fieri. Affectus vero et cogitatus
nostri semꝑ debent ad posteriora bona celestia/ nõ ad mũ-
dana ⁊ presentia inclinari. ij. Parali. vltimo. Nũc flecto ge
nua cordis mei/ precans a te bonitatem dñe. Sed ꝓcul du
bio in quadrupedibus. i. in carnalibus ⁊ peccatoribus non
sic: qꝛ pro certo genua tibiarũ ⁊ lacerti brachiorum: hoc est
dictu/ istorum affectiões ⁊ operationes flectuntur/ ordinã-
tur ⁊ inclinãtur versus ventrem. i. ad carnis voluptatem: ⁊
ad anteriora. i. ad presentem mundi prosperitatem. Eccli.
xxv. Manꝰ debiles ⁊ genua dissoluta/ mulier que nõ bene-
ficat virũ suum. i. aĩa que nõ principaliter intẽdit ad chri-
4 stum. ¶ Genua sunt mẽbra corporis/ super quibus nutrix
solet puerum suũ sustinere: et ipsum blandiendo oblectare
Et sic per genua possum intelligere sustentationem spei ⁊
diuine consolationis/ quibus deꝰ blanditur suis fidelibus in
presenti. Et etiam sustentationẽ eterne fruitionis/ qua deꝰ
blandietur iustis hominibus in futuro. Esa. vlti. Ad vbera
portabimini: ⁊ super genua blãdietur vobis. Uel dic ꝙ nu-
trix est diabolus vel mũdus: cuius duo sunt genua: scꝫ mũ
di prosperitas: ⁊ carnis voluptas. Suꝑ istis ergo cõsolatur
et portat diabolus beatulos suos: ⁊ eis blanditur: ⁊ eos dele
ctat: cõcedens eis delectabilia huius mũdi. Et ideo Job
iij. plangebat talibus genibꝰ se fuisse susceptũ: dicẽs. Cur
exceptus genibus? cur lactatus vberibus? ⁊c̃. Et sicut ge-
nua lachrymis sunt propinqua (vt supra dictũ est) sic ve-
re genua mundane ꝓsperitatis inducũt lachrymas eterne
aduersitatis. Eze. vij. Per cuncta genua fluent aque.

Capitulum. l. de cruribus.

1 Crura ſm Isidorũ dicũtur a currẽdo/ eo ꝙ nos
currimus cũ eisdẽ. Tibie etiam dicuntur/ eo ꝙ in
longitudine et cõcauitate instrumento musico
qđ tibia dicitur/ similantur. Sunt igitur crura mẽbra
fortia: ⁊ ossibꝰ fortissimis cõposita: ⁊ sicut colum
ne fortissime ad sustinendũ totius molẽ corporis ordinata.
Inter femora ⁊ pedes sunt media flexibilia: etiã sunt ⁊ mo
bilia/ ⁊ medullis ĩteriꝰ irrigata. A parte vero posteriore solũ
in hoĩe sunt carnosa vt sure inuenta: vt dicit Pli. lib. xj. ca.
xlv. Quis in egypto inuẽtus sit hõ qui suras in cruribꝰ non
habebat: sicut ait. Per crura ecclesie possunt intelligi pre-
dicatores ⁊ doctores/ qui more tibiarũ doctrine modulos
citharizãt. Tales enĩ sunt sicut colũne fidei: et sicut corpo-
ris ecclesie fundamenta. Eccli. xxv. Colũne marmoree su-
per bases argenteas ⁊c̃. Fortibꝰ enim ossibus cõstãtie de-
bent esse cõpositi: ⁊ medullis deuotionis et gratie irrigati:
et carnositate ⁊ mollitie cõpassionis muniti. i. inter superio
res ⁊ inferiores medij: ⁊ eisdẽ ꝓportionaliter ꝯformati. Et
ideo ꝑ istos currimꝰ/ inquantũ per ipsos sumus ad cursum bo
norũ operũ eruditi: ⁊ tã verbaliter qꝫ exẽplariter informati:
vt sic bene possit dici illud qđ de ecclesia dr Can. v. Crura
eiꝰ colũne marmoree/ q̃ fundate sunt suꝑ bases aureas. Uel
etiã ꝑ crura possunt intelligi boni p̃lati/ q̃ sunt ecclesie fun-
damenta. Carnositas tñ cõpassionis solũ in hoĩbus. i. in ꝑ-
sonis rationabilibꝰ inuenitur: inter quos etiã quidã sunt q̃
suris compassiõis priuãtur: ⁊ qui carnosa teneritudine cle-
mẽtie nõ dotantur. Uel etiã intellige virtutẽ fidei ⁊ fortitudi-
nis/ q̃ sustinent aĩe edificiũ cum virtutũ membris ⁊c̃.

Capitulum. lj. de pedibus.

Pedes sũt extrema mẽbra corꝑis/ q̃ corꝑis totiꝰ
portant onus. Et constãt pedes ex quadragita
quattuor ossibꝰ ſm Cõstan. q̃ inter se neruis ⁊ li
gaminibꝰ colligãtur: vt corpus per ipsos fortius
sustentetur: ⁊ vt portando corpus faciliter moueã
tur. Et sũt pedes interiꝰ ossei ⁊ neruosi: exteriꝰ vero carnosi ⁊
plani/ aliquãtulũ concaui ⁊ annexi. Per pedes in scriptura
intelligũtur affectꝰ. Aug. Pes meus affectꝰ meus/ eo feror
quocũqꝫ feror. Isti igitur pedes affectionis nostre/ debẽt esse
per cõstantiam ossei/ ꝑ mollẽ pietatem ⁊ clemẽtiam carnei
et ꝑ flexibilem obedientiã neruei/ ꝑ humilitatẽ caui/ ꝑ sim
plicitatem plani. Eze. j. Pedes eoꝝ pedes recti. Uel dic ꝙ
pedes significãt agricolas ⁊ mercatores/ q̃ in corꝑe eccl'ie
sunt infimi ⁊ extremi: ⁊ tamẽ suis laboribꝰ portãt ⁊ sustinẽt
totũ mũdum. Et ideo isti debẽt esse plani ꝑ veritatem/ con
caui ꝑ charitatẽ: (q̃ scꝫ omnia cõtinet) carnosi per pietatẽ/
ossei ꝑ cõstãtie firmitatem/ neruosi ⁊ colligati per cõcordie
vnitatẽ. Psal. Humiliauerũt in cõpedibꝰ pedes eius. Uel
dic ꝙ pedes et fundamentum ecclesie sunt p̃lati: ⁊c̃. sicut
supra. ps. Perfecit pedes meos tãqꝫ ceruoꝝ. ¶ Scđm Ari
sto. lib. iiij. de partibꝰ aĩaliũ/ bruta aĩalia quattuor habent
pedes: ⁊ hoc necesse est (vt ait) pro eo ꝙ totũ corpus eorũ ꝑ
longũ inclinatur ad terrã: ⁊ pro eo etiã ꝙ appetitu brutali ipsa
aĩalia respiciũt inferius versus humũ. De hoĩbꝰ vero ⁊ vo-
lucribꝰ nõ sic: qꝛ quadã leuitate corporis erigũtur: ⁊ ad ter-
ram corporaliter nõ deprimuntur. Sic vere sunt mali aĩales
⁊ carnales/ qui ex toto ad terrã. i. ad terrena sunt inclinati ⁊
depressi: qꝛ pro certo isti habẽt quattuor pedes quibus ĩni-
tuntur. i. quattuor affectiões/ qbꝰ ꝑ bona terrena brutaliter
euagãtur/ q̃ sunt spes ⁊ gaudiũ/ timor ⁊ dolor. Boni vero spi-
rituales ⁊ rõnales qui per ꝯtẽplationẽ se erigũt ad eterna/
duobꝰ pedibꝰ. i. duobꝰ affectibꝰ: scꝫ amore dei ⁊ primi sunt
cõtenti: dicentes illud ps. Perfecit pedes meos tanqꝫ cer
uorũ/ ⁊ suꝑ excelsa statuens me. ¶ Itẽ ſm Aristo. li. iiij. de
partibꝰ aĩaliũ: Pullus equinꝰ in iuuentute posteriori pede
tãgit auriculas: cũ aũt creuerit/ non: ⁊ ratio est (vt ait) qꝛ in
quadrupedibꝰ pars posterior in iuuẽtute maior est ⁊ altior:
anterior autẽ minor ⁊ bassior. Quãdo vero adolescit: fit ecõ
uerso: qꝛ pars anterior crescit ⁊ maioratur: posterior vero re
spectu anterioris attenuatur. E cõuerso aũt in puero seu ĩ ho
mine: qꝛ dũ puer est/ pars anterior grossior est ⁊ põderosior
posteriori. Et inde est ꝙ puer manibꝰ terrã tangit: nec se sur
sum erigit vel extollit: cũ autem creuerit/ fit pars posterior
maior ãteriori: ⁊ sic se solet sursum erigere/ cũ virtute polleat
leuiori. Per q̃drupedes ĩtelligo malos: ꝑ hoĩes vero bonos.
Itẽ ꝑ ꝑtẽ ãteriorẽ intelligo sensualitatẽ/ q̃ ꝓcedit: ꝑ ꝑtẽ aũt
posteriorẽ ĩtelligo spũalitatẽ q̃ succedit. Uñ dicit apl's. j. ad
Coꝝ. xv. Priꝰ qđ aĩale: deĩde qđ spũale ẽ. Igitur istđ ẽ veꝝ ꝙ
in q̃drupedibꝰ. i. in ꝑsonis rudibꝰ q̃nqꝫ ĩ iuuẽtute et ꝑncipio
ꝑs posterior. i. spũales affectiões maiores sũt qꝫ ãteriores. i.
sensitiue ⁊ carnales: qꝛ scꝫ ꝓcul dubio q̃ñ crescunt in etate:
tũc minorantur in bonitate: ⁊ crescũt ĩ vanitate. Qꝛ scꝫ ꝑs an
terior sensualitatis crescit/ ⁊ pars posterior spũalitatis de-
crescit. Qꝛ pro certo multi sunt q̃ in iuuẽtute sunt optimi/ ⁊
ĩ senectute sunt pessimi. Mat. xij. Fiũt nouissima hoĩs illiꝰ
peiora prioribꝰ. Sed vere contrariũ est in hoĩbꝰ. i. in ꝑsonis
rõnabilibꝰ: qꝛ ꝓ certo ĩ istis q̃nqꝫ in iuuẽtute ãteriora. i. car
nalia prepõderãt posterioribꝰ. i. spiritalibꝰ: ⁊ ĩde fit ꝙ prona
ad terrena ꝑ auaritiã inclinãtur/ tãdẽ vero spũalia ⁊ posterio
ra in eis crescunt: anteriora vero ⁊ carnalia decrescũt: ⁊ sic
tales carnales ad deũ erigũtur: ⁊ sensum ad bona eterna ꝑ
affectionem et desiderium extollunt. Job. xlij. Dominus
autẽ bñdixit nouissimis iob magis qꝫ ꝑncipio eiꝰ. Et Job
viij. Pacatũ reddet habitaculũ iustitie tue/ intãtũ vt si prio
ra tua fuerint ꝑua: ⁊ nouissima tua multiplicentur. Uide ista
4 exposita infra. li. x. c. de poledro. §. j. ¶ Itẽ Arist. dicit ꝙ oẽ
aĩal q̃ñ sedet vel dormit/ solet flectere quattuor pedes/ pre-

ter elephantē/ꝙ propter pondus corporis sui/nō pōt flecte-
re quattuor simul: sed duos posteriores/quos replicat sicut
homo. Sic vt cōiter oīs homo ꝙ vult ꝑ cōtemplationē dor-
mire/qescere vel sedere/debꝫ pedes affectionū suaꝝ flecte-
re/restringere ⁊ plicare. Qđ tñ nō faciūt multi ꝙ sunt in re-
ligione: qꝛ scꝫ more elephātis nolūt pedes ⁊ affectꝰ suos ex
toto flectere: sed partim ad mūdū extēdere: ⁊ partim a mū-
do retrahere et plicare: ⁊ partim ad tēporalia stare: ⁊ ꝑtim
ꝑ cōtēplationē sedere. Uel dic ꝙ elephas est ꝑlatꝰ/ꝙ ex to-
to nō pōt pedes affectuū restringere a mūdanis: qꝛ scꝫ par-
tim hꝫ stare ꝑ actiuā/et partim sedere per cōtēplatiuā. Ui-
5 de supra de genibꝰ qñ flectūtur. ¶ Itē dicit Aristo. ꝙ pes
dexter maioris est motus ꝙ̄ sinister: ⁊ ide est (vt ait) ꝙ aliq
nobilia aīalia primo mouent pedem dextrū/sicut est came
lus ⁊ dromedariꝰ. Inde etiā ē (vt ait) ꝙ mulier in vtero ha
bens masculū: subito vocata pedē dextrū preponit: contra-
rium autem est de muliere que portat femellam in ventre/
quia scilicet ista solet semper pedem sinistrum ante alium
mouere: vt dicit Galenus super aphorismos. Et inde est
vt dicit Plinius libro.xj. cap.xlv. ꝙ omnia animalia a de-
xtris partibꝰ incedunt/sinistris incubant. De lupo etiam ⁊
vulpe dicit Aristoteles ꝙ primo pedem sinistrum mouēt:
et hoc quia pedes ⁊ tibias sinistras habēt lōgiores: et ideo
semper claudicant quando currunt: quia scilicet a sinistris
se erigunt/et a dextris se deprimunt ⁊ deflectunt. Pes de-
xter est bonus affectus et spiritualis et virtuosus. Sinister
vero est malus affectus carnalis et vitiosus. Prouerb.iiij.
Uias que a dextris sunt/ nouit dominus: peruerse autem
vie/que a sinistris sunt. Igitur istud est verum ꝙ illi qui cō
ceperunt masculum.i.bonū ⁊ virtuosum ꝓpositū: illi etiam
qui sunt leones/ nullū timendo ꝑ constātie firmitatē: came
li/se oneri inclinādo ꝑ patientie humilitatē: dromedarij/ce
leriter currēdo per obedientie agilitatē/⁊ per diligentie se-
dulitatem: pedem dextrum.i. bonū et spiritualem affectū
primo mouent/⁊ se in ipso principaliter agitant et exercent
Quia scilicet primo ⁊ ante omnia / bona spiritualia ⁊ eter
na appetunt ⁊ desiderant ⁊ affectant. Et econuerso illi qui
femina.i. molli et inepto proposito sunt impregnati: et qui
more lupi prede ⁊ rapine sunt dediti/ ⁊ more vulpis ꝑ ma-
litiam deprauati/ solent sinistrum pedem.i. carnales ⁊ sini
stros affectus primo ponere/et ipsos longiores et protēsio-
res habere/⁊ super eos se erigere ⁊ sustinere/super dextros
autem ⁊ spirituales se deprimere / et ibi modicū se tenere:
ipsosqꝫ postponere/⁊ vltimo mouere: ⁊ ꝑ consequens in via
morū nō recte incedere: sed ꝑ diuersa vitia claudicare.iij.
Reg.xviij. Usqꝫquo claudicatis in duas partes? Bñ ergo
dicit Ecclis.x. ꝙ cor sapientis in dextera eius/⁊ cor stulti ī
sinistra illiꝰ. Uerū est ergo ꝙ dextris pedibꝰ.i. bonis affecti
bus ad paradisum mouemur et incedimꝰ: sinistris vero.i.
malis ⁊ carnalibꝰ affectionibꝰ/in istis temporalibꝰ incuba-
mus/et ibi requiescimus et sedemus. Esaie.xxxiiij. Ibi cu
bauit lamia: ⁊ enutriuit catulos ⁊c. Uel dic ꝙ anima spiri-
tualiter habet duos pedes: scilicet dextrum quo incedit/
(hec est fides: quia secūdum apostolum.j. ad Corinthios
xiij. Per fidem ambulamus. Ista enim nos constituit via-
tores.) sinistrum item cui incubat/⁊ hec est spes: in qua ho
mo spiritualiter requiescit. ps. Caro mea requiescet in spe.
Uel dic ꝙ motus pedis dextri significat bonum opus/mo
tus vero pedis sinistri significat malum opus. Ergo quan
do quis mouet pedem dextrum.i. exercet bona opera/pro-
fecto signum est ꝙ talis est pregnans masculo.i. bono pro-
posito. Et econuerso / si motum sinistrum malorū operum
exerceat/ signum est ꝙ in corde suo feminei mali ⁊ vani ꝓ-
positi fetum portat. Uel dic ꝙ pes dexter est sustētatio sciē-
tie et gratie: sinister est sustentatio mundane sapientie / et
terrene substantie. Boni igitur pedem dextrū preponūt si-
nistro: quia spiritualia preponunt terrenis: mali vero econ
uerso/sinistrum dextro.i. temporalia spiritualibꝰ ⁊ eternis:
6 vt supra. ¶ Aliqua sunt animalia que pede vtuntur loco
manus/sicut est periolus et simia inter quadrupedes/ psi-
tacus et pelicanus inter aues. Sic vere multi sunt/ qui cū
non habeant manus.i. operationes/loco manuum habent
pedes.i. bonas affectiones. Quia pro certo vbi potestas
operādi deficit/bona affectio eius loco sufficit. Quod non
solum verum est in bonis: immo etiam in malis. Apud do
minum enim siue bona siue mala voluntas pro facto repu-
tatur. ¶ In apibus ⁊ in locustis pedes anteriores sunt po 7
sterioribus breuiores ⁊c. vide de locusta libro de auibus.
¶ Omne animal quadrupes habens multas scissuras pe 8
dum/generat filios cecos: vt dicit Aristoteles: sicut leo/ca
nis/ vulpes ⁊c. Sic vere omnes illi quorum pedes.i. affe
ctus diuisi sunt ad diuersa et varia bona mundi/generant
filios cecos.i. faciunt mala opera et tenebrosa/vel filios ce
cos.i. subditos ignorantes: quia scilicet tales suis verbis ⁊
exēplis/illos quos gñant: scilꝫ subditos ⁊ imitatores faciūt
ignorantes ⁊ cecos. Mat.xij. Ceci sunt: ⁊ duces cecoꝝ. Et
ideo tales debēt carere cornibꝰ dignitatū. ps. Cornua pec-
catoꝝ terentur. ¶ Pes igit̄ in vltimo aīalis est positus ad 9
eius perfectionē: longꝰ ⁊ planus ⁊ cōcauus ad vestigij im-
pressionē/digitis est distinctꝰ ꝓpter decoris formationem/
osseus ⁊ nerueus ꝓpter fortiorē durationē. Toti corpori est
necessariꝰ ad ipsiꝰ sustentationē/ ⁊ de loco ad locū vehitio-
nem. In feris etiā ⁊ in aīalibus est vtilis ad corū defensio-
nē. In volatilibus scissi pedes et curui vngues vtiles sunt
ad cibi ⁊ victꝰ acq̄sitionem: ⁊ in natatilibꝰ clausi vngues va
lēt ad sui in aquis regimen ⁊ directionē. Tales pedes pos-
sunt significare finalem perseuerantiā/ ꝙ scꝫ inter membra
corꝑis.i. in cōgerie virtutū/ finalē ⁊ vltimū tenet locū. Ista
eñ debet esse vestigij bonorū opeꝝ impssiua/decem articu
lorum.i. decem mandatoꝝ cōtentiua/ossee ⁊ neruee firmi-
tatis possessiua/corporis.i. ꝯgeriei virtutū sustentatiua/aīe
ad celum vehitiua/ prede eterne glorie acq̄sitiua/⁊ aīe na-
uigando ad celestia regitiua. Qꝛ ꝙ perseuerauerit vsqꝫ in fi
nem/hic saluus erit: sicut dicit̄ Luce.xxj. ps. Pes meꝰ ste-
tit in directo: ī ecclesijs tuis benedicā te dñe. Uel dic ꝙ pe-
des sunt pauperes / ꝙ in corpore ecclesie vltimū locū tenēt.
Isti igit̄ debent esse plani benignitate/duri/ ossei ⁊ neruei
patientie firmitate/longi spei lōganimitate ad predā eter-
ne glorie capiendā: diuisi charitatis capacitate: in aquis
vero bonoꝝ temporaliū clausi voluntaria paupertate. Uel
expone oīa de pedibꝰ affectuū ⁊c. Uel dic ꝙ pedes sunt se-
nectus ⁊c. sicut supra. ¶ Planta pedis est inferior pars pe 10
dis: a planitie dicta ꝺm Isido. Et ē pars pedis durior/ ne
scꝫ faciliter lederetur eundo ⁊c. Et est planta illa pars aīa-
lis/que vestigium imprimit incedendo. Ista planta potest
significare animi voluntatem/que scilicet debet esse plana
per humilitatem/cōcaua per spem/longa per cōstantiam/
fortis ⁊ dura per impressionem bonorum operum/ vestigij
bonorum exemplorum effectiua. Et sic dicetur illđ Eze.j.
Plāta pedis eorum quasi plāta pedis vituli ⁊c. Uel si vis
per plantam pedis intellige senectutem / que est extremi-
tas vite / vbi procul dubio in nobis debet inueniri plani-
ties ⁊ durities ⁊c. sicut supra. ¶ Calcaneꝰ ē extrema pars 11
pedis. Et est calcaneus rotundus/durus/solidus/et cum
cauilla colligatus/totius corporis mole pressus. Difficilis
est curationis si vulneratur / quod accidit propter carnis
paucitatem/et propter motus continuitatem. Calcaneus
est senectus/et vltima pars vite nostre: quam procul dubio
moles totius corporis.i. defectus totius iuuētutis premit:
et ideo vulneratur. Senectutis calcaneus ꝑ pctm̄ vulnera
tus/ difficiliter potest curari: qꝛ scilicet vitia senū sūt quasi
insanabilia/⁊ hoc facit duritia obstinatiōis/paucitas car-
nis.i. dulcedinis gratie et compassionis/et multiplex mo-
tus iracundie et turbationis. Et de muliere ideo serpenti
dictum est. Gene.iij. Ipsa conteret caput tuum: et tu insi-
diaberis calcaneo illius.

Capitulum.lij. de ossibus.

Dicto de membris corporis dissimilibus seu offi 1
cialibus: dicendum est de membris consimili-
bus: et primo de ossibus. Nam scđm Constan-
tinum.lib.ij. Ossa sunt duriores et smiciores par
tes corporis animalis: et hoc necessarium fuit
vt ait/ad corporis carnis sustentationem/et ad membrorū
interiorum defensionem. Sunt ergo ossa frigida/sicca/ al-
ba/dura/fortia/concaua/forma ⁊ qualitate diuersa/neruis
īuicē colligata/mutuo se ꝯtingētia/medullis interiꝰ plena/
⁊ carnibꝰ exteriꝰ coopta/miro nature artificio īuicē ordīata
In corꝑe ecclꝭie ossa sūt viri iusti ⁊ ꝑfecti/ ⁊ maxīe religiosi/

predicatores ⁊ ꝓlati/ qui scꝫ carnes ⁊ neruos.i. fragiles ⁊ i-
ꝑfectos fouent/ sustinent ⁊ supportant. Isti igitꝫ debent esse
sicci ꝑ abstinentiam/ duri ꝑ patiētiam/ fortes ꝑ cōstātiam/
albi ꝑ munditiam/ cōcaui ⁊ vacui ꝑ paupertatē/ medullosi
tamen ꝑ deuotionem ⁊ pietatē/ neruis colligati ꝑ amicitiā
et charitatē/ inuicem ordinati ꝑ decentiā ⁊ honestatē/ car-
ne cooperti ꝑ sue fragilitatis ꝯsideratā vilitatem. Unde ta
lia possunt signari in illis ossibꝰ de quibꝰ dr̃ Eze.xlvij. Ossa
arida audite verbū dñi: ecce ego intromittā in vos spiritū:
et viuetis: ⁊ dabo sup vos neruos/ ⁊ supercrescere faciā sup
vos carnes: ⁊ superextendam in vobis cutem. Qꝛ scꝫ talia
ossa ecclesie/ debent habere spm̃ gratie ⁊ veritatis/ neruos
charitatis/ cutem exterioris honestatis/ ⁊ carnes.i. cōside-
rationē sue carnalis fragilitatis. Uel dic ꝙ ossa aīe sunt vir
tutes/ q̄ scꝫ debent esse inuicem cōcathenate/ ⁊ ad sustenta
mentū aīe/ ne ꝑ vitia defluat/ ordinate: medulla deuotiōis
2 replete/ et inuicem in anīa ordinate. ¶ Ossa sunt exterius
multū dura/ intus tamen sunt molli medula repleta: ⁊ hoc
ne cōcauitate frangantꝫ: et vt per ipsam medullā nutriātur.
Concaua etiā sunt ossa/ ⁊ nō solida: vt leuiora efficiātur/ ne
forte si essent cōpacta/ nimio pondere grauarentur. Sic ve-
re ꝓlati exteriꝰ debent esse duri ꝑ apparentē seueritatē/ intꝰ
tn̄ in mente debēt esse molles et medulla pleni per pietatē
et benignitatē/ ⁊ hoc ne forte frangātur ꝑ odium/ vindictā/
vel crudelitatē. Bonis tēporalibꝰ etiā debent esse vacui ꝑ
ipsorū cōtemptū ⁊ spūalem pauꝑtatem/ ⁊ cōcaui ꝑ humili
tatē: vt sic sint magis leues/ surgendo ꝑ affectū ad celestiū
felicitatē: ⁊ minꝰ ponderādo ꝑ terrenā cupiditatē. Job.xxj.
Uiscera eius plena sunt adipe/ ⁊ medullis ossa illiꝰ irrigan
3 tur. ¶ Ossa masculoꝝ fortiora sunt ossibus feminarū. Ossa
etiam pisciū ⁊ auium valde debilia sunt respectu ossiū ani
maliū aliorum. Pisces sunt molles ⁊ carnales ⁊ luxuriosi.
Femine/ q̄ naturaliter sunt auare/ sunt auari/ cupidi ⁊ ābi-
tiosi. Aues vero q̄ alte volāt/ sunt supbi ⁊ elati/ ⁊ ꝑsumptuo
si. Igitꝫ ista tria genera personarū debilia habent ossa.i. cō-
stantiā debilem ⁊ fragilem: qꝛ pro certo isti sunt debiles ad
resistēdū/ ⁊ fragiles ad oꝑandū. Ita ꝙ de diabolo possunt
4 dicere illud ps. Quasi leo sic cōtriuit oīa ossa mea. ¶ Car
nes que sunt ꝓpinque ossibus/ sunt ceteris dulciores/ ⁊ hoc
est ꝓpter dulcedinē medulle/ q̄ est inter ossa posita/ cuiꝰ fu-
mi exhalantes faciūt dulcedinē. Sic vere illi q̄ frequentāt
viros bonos/ osseos ⁊ medullosos/ sunt ceteris meliores: de
medulla eñ sue gratie ⁊ scientie aliq̄d eis influitꝫ: ⁊ ideo sa-
por virtutis in eis generatꝫ. Prouer.xvj. Dulcedo anīe sani
5 tas ossium. ¶ Ossa naturaliter sunt sicca et dura/ grauia ⁊
insensibilia/ neruis inuicē colligata: et etiā medulla interiꝰ
irrigata. ⁊ inest ꝓpriū ossibꝰ qꝛ scissa nō recrescunt/ ad ignē
etiā posita nō flectūtꝫ/ nec curuātꝫ/ nec liq̄fiūt aut mollescūt:
⁊ si fracta fuerint: difficiliter reiūguntꝫ. Si ꝟo ossa sicca īui-
cem fuerint/ tumultꝰ ⁊ garrulitas generatꝫ. Talia ossa sunt
diabolici peccatores. Isti eñi sunt sicci ꝑ ideuotionē/ duri
ꝑ obstinationem/ insensibiles ꝑ incōpassionē/ medulla ple
ni ꝑ carnalem affectionē/ inuicem collidentes ꝑ garrulā et
ineptā locutionem/ nūq̄ꝫ liquescētes ꝑ igneā cōtritionem: ⁊
vix aut nūq̄ꝫ recrescētes ꝑ pñiam ⁊ ꝯuersionē si scindantꝫ ꝑ
pctm̄ ⁊ īfectionē: ⁊ difficiliter se reiūgētes ꝑ ꝯcordiā ⁊ dile-
ctionē qñ ꝑ dissēsionē frāgūtꝫ aut diuiduntꝫ: inter se neruis ⁊
amicitijs colligati ꝑ malā ⁊ īꝓbā ꝯfederationē. Ideo de
diabolo dr̃ Job.xl. Nerui testiculoꝝ eius ꝑplexi/ ossa eius
velut fistule eris: et cartilago ipsiꝰ quasi lamine ferree. Uel
si vis dic ꝙ ossa.i. viri cōstantes et fortes nūq̄ꝫ debēt lique-
fieri vel flecti igne tribulationis/ nec mollefieri aqua ꝓspe
6 ritatis et mūdane cōsolationis. ¶ Aliqua aīalia videntur
habere solida ossa sine medulla/ sicut est leo ⁊ elephas. me
dulla eñ taliū ꝑ substātiā ossiū in occultis poris vndiq̄ꝫ est
dispsa. Talia autē aīalia sunt ceteris fortiora: ⁊ ad libidinē
minꝰ prona. Unde etiā solinꝰ de lygdamo syracusano hoīe
fortissimo dicit ꝙ ossa eiꝰ dephensa sunt nō habere medul-
lā/ q̄ etiā nec sitire/ nec sudasse cōpertꝰ est. Et ideo p̄mꝰ in
olympico certamīe pācratij reportauit coronā. Per medul
lam/ q̄ est mollis ⁊ vnctuosa ⁊ pinguis/ intelligo voluptatē/
vel dulcē luxurie carnalitatē/ q̄ scilꝫ ossibꝰ nr̃is.i. interioribꝰ
viribꝰ ⁊ potētijs naturalr̃ est inserta. Illi ergo q̄ sunt ossa ⁊
mēbra leonis ⁊ elephātis xp̄i/ ⁊ qui ꝑ virtutē cōstantie sunt
solidi ⁊ cōpacti: ⁊ q̄ medulla carnalitatis et imūditie sunt
priuati/ sunt vt cōiter ꝑ alijs spūali fortitudine roborati: ⁊ ꝓ
victoria ⁊ certamīe huiꝰ mundi/ corona celestis glorie coro
nati: ⁊ ad spuendū ꝑ malā locutionē/ ad sitiēdū ꝑ auaritiā
et ambitionē minꝰ sunt naturaliter inclinati. Jaco.j. Bea-
tus vir q̄ suffert tentationē: qm̄ cū ꝓbatꝰ fuerit/ accipiet coro
nā vite. Uel dic ꝙ ossa sunt interiores potētie vel affectiōes
aīe/ q̄ si medulla carnalitatis careāt/ ⁊ ī se solida ⁊ firma ꝑ-
maneāt: spirituali fortitudine in tentationū et tribulationū
certamine multū valent: ⁊ ad sitiendū ꝑ auaritiā/ ad spuen-
dū ꝑ luxuriā minꝰ vacāt. Uel dic ꝙ medulla significat diui
tias/ quarū abūdantia generat luxurie carnalitatē/ raritas
vero ⁊ paupertas causat cōtinentie castitatē. ¶ Aīalia q̄ꝫ- 7
to plus in ossibꝰ habent de medulla: tāto sūt ad libidinem
magis ꝓna. ⁊ īde ē ꝙ elephas cuiꝰ ossa medulla dicuntꝫ ca
rere/ castissimū aīal fertur esse. Sic ꝓcul dubio illi q̄ habēt
magnā copiā medulle deliciaꝝ: libēter exercēt actꝰ luxurie
⁊ immūditiaꝝ. Et ideo elephātes.i. viri iusti ⁊ abstinētes/ q̄
carent deliciarū medulla/ abstinent a luxurie corruptela:
qꝛ sm̄ Hieronymū/ Uēter satur facilr̃ spumat in libidinē.
et sm̄ ecclesiasticū: Qui abstinens fuerit: adijciet vitam.

Capitulum.liij. de medulla.

Medulla sm̄ Cōstantinū est quedā substātia vn- 1
ctuosa/ in medio ossiū collocata: ⁊ ex purissimis
partibꝰ vnctuosi humoris/ in spine ⁊ ossiū cōca-
uitatibꝰ generata. Ista igitꝫ sm̄ ipm̄ calida est ⁊
humida: et frigiditatis ⁊ siccitatis ossiū tēpera-
tiua: ⁊ neruis mediātibꝰ a cerebro ꝑ medullā spine descen
dentibꝰ motꝰ ⁊ sensus in mēbris q̄ sub collo sunt/ effectiua.
Et sm̄ Isidoꝝ medulla dr̃ a madefactiōe/ eo ꝙ totū corpꝰ
madefaciat ⁊ humectet. Medulla ē diuīa grã/ q̄ ē alba ꝑ i-
nocētie puritatē/ pīguis ⁊ glutīosa ꝑ charitatē/ mollis ⁊ te-
nera ꝑ pietatem. Ista igitꝫ ad multa spūaliter valet: qꝛ scilꝫ
ista motū bone oꝑationis/ ⁊ sensum sapiētie et discretionis
ꝓcurat/ siccitatē incōpassionis et frigiditatē indeuotionis
tēperat/ ⁊ a cerebro.i. a deo ꝑ neruos bonarū affectionū de-
scēdēs/ totā aīam spūalr̃ vegetat ⁊ humectat. Job.xxj. Me
dullis ossa illiꝰ irrigātꝫ. ¶ Medulla desudat humorē/ q̄ ad 2
luxuriā excitat ⁊c̄. ⁊ inde est ꝙ aīalia que multū habent de
medulla: luxuriosa sūt ⁊c̄. Uide de ossibꝰ §. vltio. ¶ Sicut 3
dicit varro: Oīs medulla imitatur naturā lune/ tā in aīali
bus q̄ꝫ in plātis sicut est videre in cōchylijs marinis ⁊ simi
bus/ q̄ scꝫ in plenilunio augmentātꝫ: et in nouilunio vacuan
tur. Unde etiā (sicut ait) in plenilunio nō est bonū arbores
plātare seu inserere: qꝛ scꝫ fructꝰ efficiūtꝫ vermiculosi: ⁊ de fa
cili cōputrescūt: ⁊ hoc forsan accidit ꝓpter supfluā humidi
tatem/ quā tūc surculus vel arbor cōcipit/ in medulla cuiꝰ
superfluū nō pōt dirigi a natura: q̄ꝺ trāsmissum ad fructus
causa vermiculationis vel putrefactionis existit. Luna est
mūdi ꝓsperitas/ q̄ q̄ꝫuis splēdeat: tn̄ fluit ⁊ defluit. Medul
la est interior amor et affectio. Qꝛ pro certo vt cōiter oīs
huōr ⁊ amor mūdanoꝝ amicoꝝ cōuertit se ad lunā.i. mūdi
ꝓspitatē/ ⁊ sm̄ ꝙ ipa fluit et defluit ī illis q̊s diligūt/ sꝫ hoc
et medulla sue affectiōis ⁊ amoris crescit silr̃ ⁊ decrescit. Et
ideo si ꝯtingat ꝙ durante plenilunio.i. plenitudine ꝓsperi-
tatis mūdane/ aliqua arbor.i. aliqua persona surculo noui
amoris alicuiꝰ inseratꝫ/ nūq̄ꝫ exinde ꝓuenit vt cōiter fructꝰ
bonꝰ/ q̄nīmo sēp solet eē fructꝰ ⁊ finis talis amoris ꝟmiculo
sus/ ⁊ diuersis factis vitiosus/ corruptibilis ⁊ nō durabilis/
sed defectuosus: qꝛ scꝫ tales amāt dum durāt ꝓspera: odiūt
vero vel desistūt dū venerint aduersa. Eccli.vj. Est amicꝰ
socius mense/ ⁊ nō ꝑmanebit in die necessitatis. Uel dic ꝙ
luna est mūdi ꝓsperitas ⁊ fortuna/ q̄ si plena fuerit/ hoc est
dictu/ si nobis fauerit/ ⁊ abūdauerit/ humore supfluo ⁊ me-
dulla diuitiaꝝ et deliciarū taliter nos replebit/ ꝙ natura.i.
discretio vel ratio/ ipsas regere nequeat: sꝫ inde ꝟmes aua-
ritie/ ⁊ putrefactionem luxurie generabit. Cōstat eñ ꝙ mū
di diuitie illis qui ipsas regere nesciunt/ vermes diuersoꝝ
criminū introducunt. Esa.xiiij. Subter te sternetur tinea/
et opimentū tuum erūt vermes. Uel dic ꝙ fructus.i. merce
des taliū humoꝝ ⁊ superfluarū diuitiarū q̄ a discretiōe de-
bite non reguntꝫ: vermes eterne dānationis cōcomitantꝫ: qꝛ
sicut dr̃ Esa.lxvj. Uermis eoꝝ nō moriētꝫ ⁊c̄. Uide ꝺ teredi
ne.§.vlt. ¶ Aliq̄ sūt aīalia quoꝝ ossa dicūtꝫ medulla carere 4

sicut leo. Qđ ꝓ tāto dicitur: quia valde habet modicum de
medulla. qđ ptꝫ: qꝛ eius ossa ita sunt solida / ꝙ simul cōcussa
ignē emittunt. Sic vere multi sunt / quorum ossa. i. quoꝝ in-
teriores affectus sunt sine medulla pietatis / ꝗnimo in se cō
tinent ignem iracūdie ⁊ crudelitatis. Thre. iij. Misit ignē
in ossibus meis. ¶ Scđm Dioscoridem / medulla maxime
auiū ⁊ aīalīū siluestriū valde ē medicinalis / solet eī scissurā
labiorū conglutinare / dolorē auriū sedare / duritiā glandiū
emollire / vesicas pedū sanare / dolorē mamillarū ⁊ gutturꝝ
mitigare: et in ecticis et phthisicis humorē ꝑditū restaura-
re. Talis est medulla spūalis: scꝫ pietas / charitas / vel grā.
Ista est enī que remediatur labijs / tollendo omnē scissam
⁊ ineptā locutionē: aurib9 / ꝑbēdo audiēdi vbi dei ꝓꝓtitu
dinem ⁊ deuotionē: cordis glandib9 / molliendo oēm duri-
tiam ⁊ obstinationem: pedib9 / tollendo scꝫ exīde vesicas. i.
oēm supbiam / inflationem ⁊ ꝑsumptionē: gutturi ⁊ mamil-
lis / deuotionem ⁊ ꝯpassionem tempando / ⁊ dilatando eoꝝ
gustū ⁊ lactationē: ecticis ⁊ phthisicis. i. pauperib9 ⁊ ꝯsum
ptis / reparādo in eis humorē. i. spem ⁊ cōsolationē. Bn̄ igi
tur dicitur de medulla pietatis illud. j. ad Timot. iiij. Pie
tas ad oīa valet.

Capitulū. liiij. de cartilagine.

Cartilago est quedā substātia inter carnē et ossa
media / tenera / flexibilis ⁊ plucida / in ossiū extre
mitatib9 vt leui9 moueanꝭ / posita / ⁊ ad flecten
dū vel mouendum sine sui ruptiōe / naturaliter
coaptata: sicut ptꝫ in aurib9 ⁊ naribus / que sunt
mēbra cartilaginea / q̄ flectunꝭ ⁊ non frangunꝭ / ꝭm Constā
tinū. Cartilago aīe significat ipsi9 flexibilitatem ad bonū:
que scꝫ debet esse media inter duritiā osseā et teneritudinē
carneam / qꝛ scilꝫ non debet esse nimis dura ꝑ obstinationē
nihil credendo / vel nimis mollis ꝑ indiscretionē indifferē-
ter recipiendo / ⁊ se ad oīa deflectendo. nō est enī credendū
omī spiritui: sed ꝓbate spirit9 si ex deo sunt. Ioā. v. Flectaꝭ
igitur mens ad bonū documentū / cū quadam duritia deli
beratiue resistentie / ne forte sub specie boni sibi exhibeatur
impulsus alicui9 palliate nequitie. Uel dic ꝙ in corpore ec
clesie / cartilagines sunt viri obedientes / iuxta voluntatem
dei ⁊ prelatorū ad omnia se flectentes: ⁊ sine ruptione ipa-
tientie faciliter se mouētes. Sap. xvj. Ad qđ quisqꝫ volebat
cōuertebaꝭ. ¶ Cartilago est nature insensibilis: caret enī
sensu et motu / quātū est de se. et cartilago si scissa fuerit: nō
recrescit: sicut supra de ossib9 est expressum. Sic vere carti-
lagines diaboli. i. pctōres / q̄ scꝫ ad omne malū sunt flexibi-
les et mobiles / nō habent sensum cōpassionis / nec motum
bone opationis: imo si ꝑ pctm̄ scindanꝭ: ⁊ ab vnitate eccle-
sie diuidanꝭ: nunqꝫ amplius ꝑ pniam volūt recrescere: sed
in statu peccati perpetuo remanere. Un̄ de duritia obstina
tionis talium cartilaginū dicíꝭ Iob. xl. vbi de diabolo seu
behemoth dicíꝭ. Cartilago illius quasi lamine ferree.

Capitulum. lv. de neruis.

Nerui sunt quedam corporis membra gracilia /
longa / cōcaua / mollia ⁊ flexibilia / a cerebro ⁊ a
nucha dorsi orientia / spiritū aīalem cōtinentia /
et sensum ⁊ motū oībus mēbris corporis admi-
nistrantia: ⁊ alia membra / q̄ de se sunt inflexibi-
lia / sua flexibilitate mouentia ⁊ flectentia / ꝭm Const. ⁊ Isi
do. Nerui corporis ecclīe sunt viri iusti / ⁊ maxime sunt reli
giosi / ꝑdicatores ⁊ ꝑlati / qui a cerebro ⁊ nucha. i. a christo ⁊
a beata maria / vel a papa ⁊ ab ecclesia originaliter ꝓcedē
tes / ꝑ diuersas partes ecclesie sunt diffusi: vt sic dicat eccle
sia illud Iob. x. Pelle et carnib9 vestisti me: ossib9 ⁊ neruis
cōpegisti me. Igiꝭ tales debent spiritū animalē. i. spiritus-
sancti gratiā cōtinere / sensum deuotionis ꝑbere / ⁊ motum
opatiōis bone suis doctrinis ⁊ exēplis alijs exhibere: et sic
flexibilitate sue bone volūtatis poterūt duros / obstinatos
⁊ inflexibiles / ad flexionem bonorū operū immutare. Igiꝭ
isti debent esse graciles ꝑ humilitatē / longi ꝑ longanimita
tem / cōcaui ꝑ charitatem / molles ꝑ pietatem / flexibiles ꝑ
obediētie facilitatē: ⁊ sic corpi ecclesie poterunt facere mi
rabilē vtilitatē. Uꝉ dic ꝙ nerui significāt vtutes / q̄ a cerebro
christo / vel a nucha. i. a beata virgine ꝓcedūt: ⁊ per animā
se diffundunt: ⁊ motū bone opationis / sensumqꝫ cōpassiōis
faciunt ⁊ inducūt. Et sicut nerui inuicē sunt cōnexi / et bini
⁊ bini inuicem colligati cōiter: ita vt causa fortitudinis aīa
lis sint ꝭm ꝙ magis sunt compressi ⁊ multiplicati: sicut di-
cit Isidor9 et solin9: (vnde ꝭm ipm solinū / Uarro vbi agit
de prodigiosa fortitudine / ponit Tritanū gladiatorē q̄ ⁊ re
ctis ⁊ transuersis neruis cōpactus erat: et ideo fortis erat /
manibus etiā et pedibus cācellatis / quēcunqꝫ fortissimum
aduersarium leui impetu ꝓsternere solitū) sic vere virtutes
in aīa sunt cōnexe: ⁊ inuicē cōbinate ⁊ cōiūcte / ⁊ necessario
plures inuicem adiūcte. Et sic qui neruos virtutū ex recto
et ex trāsuerso. i. ab oī parte habuerint / tantā spūalē fortitu-
dinem acq̄rent / ꝙ hostes spūales faciliter superabūt ⁊ vin
cent. ad Heb. xj. Fortes facti sunt in bello / castra verterunt
exterorum. Uel si vis ꝑ neruos potes intelligere inferiores
iudices ⁊ ꝑlatos / ⁊ maxime legatos / qui a cerebro. i. a papa
originaliter exeūt: ⁊ pleni spūsancto ad diuersa officia ꝑ di-
uersas partes mittunꝭ ⁊ discurrunt. ¶ Nerui quādo exeūt
a cerebro / sunt molles ⁊ lenes: sed q̄to longius ꝓficiscunꝭ:
tanto ampli9 indurantur. Sic vere quando nerui. i. inferio-
res iudices ⁊ ꝑlati / ꝑmo a cerebro ⁊ capite. i. a papa et rege
mittunꝭ: ipsi ꝓcul dubio molles / dulces / benigni ⁊ suaues
inueniuntur: ⁊ potissime ꝗ̃diu ipsi capiti. i. istis suis magi
stris et capitaneis ꝓximanꝭ. Timēt enim si delinquerent:
ꝙ clamores ad suos dn̄os cōtra eos prouenirent. Sed pro
certo qn̄ isti nerui elōganꝭ ab ipso capite. i. qn̄ tales iudices
vel legati sunt in distāti patria a principe vel a rege / tūc ꝑ
crudelitatem induranꝭ: ⁊ qꝛ nō habēt quem timeant / sub-
ditis in duritia dominanꝭ. Esa. xlviij. Sciui enī qꝛ durus
es tu / ⁊ neruus ferreus ceruix tua ⁊ frons tua erea. Et sicut
in corpore diuersi sunt nerui: ⁊ diuersis officijs deputati / qꝛ
scꝫ vnum parvadit ad oculos / ⁊ aliud ad aures / ⁊ aliud ad
nares ⁊c̄. sic etiā in ecclesia diuersi diuersa faciunt: ⁊ iuxta
doctrinā apostoli / diuersi diuersimode ī mūdo seruiūt ⁊ dis
currunt. ad Ro. xij. Omnia membra corporis nō eundem
actū habent. ¶ Scđm Aristo. autem neruus precissus nō
recrescit / nec diuisus reiungitur: cuius tamen cōtrariū fa-
cit vena. Sic sunt multi ita in malo proposito indurati / ꝙ si
aliquo casu a deo vel ecclesia / vel religione / vel fide / ꝑ pec
2 Aliquãdo quies eſt falſa/⁊ nõ vera/ et hoc apparet in infirmitatibꝰ acutis/vbi homo continue eſt in febre: habet tamen aliquas horas falſe quietis/ q̃ ſcꝫ nõ eſt proprie quies: qr ſcꝫ non ceſſat infirmus ſomniare et aliquid mẽtaliter cogitare. Sic vero in mundo eſt duplex quies mentis: ſcꝫ quedã que eſt vera/quãdo ſcꝫ anima per fidem et charitatẽ et per cõtẽplationẽ etiã in deo reqeſcit. Alia eſt que eſt falſa / quãdo ſcꝫ anima in creaturis quietẽ inuenire credit/et quãdo aliqua delectabilia ibi ſentit. iſta enim nõ eſt quies vera: ĩmo falſa: qr pro certo homo nunqꝫ tãtũ diuitijs vel delicijs delectat̃/quin laboret amplius qꝫ letetur : ⁊ vbi magis videtur homo requieſcere/ſolet mentis maiores anguſtias plus ſentire. Eſa.lvij. Cor impij qſi mare feruens/qđ quieſcere valet.

3 Quies quando nimis excedit/ſolet multarũ egritudinũ eſſe cauſa. Iſta eſt enim malorũ humorum generatiua/caloris conſopitiua/virium corporis eneruatiua/corruptionis etiã inductiua. Aqua eñ quieſcens ⁊ ĩmota corrũpitur/⁊ ferrũ rubigine corrodit̃/ qñ minus debito vſitatur. Sic ꝓcul dubio quãdo homo plus debito quieſcit a labore bonorũ operũ/⁊ in mundi delectabilibus vltra qꝫ deceat cõſolat̃/ita ꝙ nullis tribulationum impulſibus vel laborioſis actibus occupat̃/ multorum vitiorum corruptio in eo generatur. Tũc enim ſolet in eo humor carnalitatis generari/calor charitatis tepeſcere/⁊ virtus fortitudinis ⁊ cõſtantie eneruari. Tota enim mens diuerſis vitijs corrũpitur/et tota cordis integritas malarum affectionum rubigine denigrat̃. Ideo de illis qui in ꝓſperitate quieſcũt/dicitur in pſ. In labore hominũ non ſunt: ideo tenuit eos ſuperbia. operti ſunt impietate ⁊ iniquitate ſua. vnde Hiere.xlviij. Fertilis fuit moab ab adoleſcentia ſua/ et requieuit in fecibꝰ ſuis ⁊c. Vide ſupra de ſomno tam in bono qꝫ in malo ſignificato .

4 Tria ſunt mẽbra in corpore que nũqꝫ habent quietem/ et que a motu perpetuo

non quiescunt/scꝫ cerebrū/cor/⁊ pulmo. Sic vere in corpore ecclesie tria sunt mēbra.i.tria genera personarū/que a motu bonorū operū nūꝗ̄ debent quiescere vel cessare/ scꝫ cerebrum/qđ significat prelatos/qui cetera mēbra regunt. Cor qđ significat bonos mūdanos/qui in corporalibus totū corpus ecclesie viuificant et nutriūt. Pulmo/q̇ significat religiosos ⁊ clericos:qui scꝫ docendo ⁊ orando ipm̄ cor.i.ipsos mūdanos a calore concupiscētie/ flatu spirituali refrigerāt et perfundūt. Prelati enim semꝑ debent moueri/alios debite regendo. Actiui semꝑ debent moueri/opera penitētie et misericordie exercēdo. Religiosi vero et clerici semꝑ debent moueri studendo/predicando/ docēdo/orādo/ obediēdo ⁊ cōtemplando.p̄s. Moueatur mare ⁊ plenitudo eius/ orbis terrarū/ et vniuersi qui habitant in eo. Uel dic ꝙ ista tria mēbra significant tres theologicas virtutes. Cerebrū enim est fides/que influit sensus vere cognitionis. Pulmo est spes/que habet flabellū refrigerantis cōsolationis. Cor ꝟo est charitas:que habet calorē amoris ⁊ dilectiōis. Ista igitur in nobis semper debent exercere motus spirituales et horrere quietē/⁊ delectationes temporales. Fides enim semꝑ debꝫ moueri ad verū/spes debet moueri ad summū/ charitas ꝟo debet moueri ad bonū. Fides enim credit veritatē. Spes semꝑ anhelat ad celi summā dignitatē. Charitas ꝟo amat dei ⁊ proximi bonitatē. Et sic de tali triplici motu dicitur Prouer.xxx. Per tria mouetur terra.i. anima vel cōsciētia. Luce.xxj. Uirtutes celoꝝ mouebuntur.

¶ Hic incipit Liber quartus de infirmitatibus.

Capitulum primum.

1 QUoniam iam dictum est de homine/ et de his que hominē constituūt/ dicēdum ē aliqđ de his que hominem destruūt ⁊ destituūt.i.de infirmitatibus/ et non quidem de omnibus/sed solum de aliquibus/ ꝯm ꝙ ad mores hominū melius poterūt applicari. Sunt igitur tria que naturā solent ledere/ scꝫ causa morbi/morbus/ ⁊ accidens seq̄ns morbum. Causa morbi ē innaturalis dispositio/sicut est mala cōplexio/ nimia repletio vel inanitio/ꝟtutis defectio/qualitatū alteratio/⁊ cōtinuitatis dissolutio. Morbus ē illa innaturalis dispositio que seq̄tur ex p̄missis: sicut est febris/ apostema/⁊ similia. Accidens vero est res sequens ad ipsam malitiam passionū:sicut sunt signa aliquarū infirmitatum:sicut est sitis in febribus: rubor et tumor in apostematibus ⁊c̄.et etiā sicut sunt quedā male dispositiones q̄ post morbos in corꝑe relinquūt/ sicut sunt cicatrices in apostematibus/debilitas ⁊ attenuatio ī febribus:⁊ similia. Procul dubio sic vidētur esse tria / que ipsi anime spiritualiter sunt nociua/scꝫ cause morborum.i.vitiorū/ipsi morbi.i.ipsa vitia/accidentia.i.illa que vitia sunt sequentia. Cause enī vitiorum sunt dispositio innaturalis ⁊ irrationalis ipsiꝰ volūtatis:quā quidē malam dispositionē efficit repletio diuitiarum ⁊ deliciarū/ inanitio virtutū ⁊ gratiarum: defectio virtutis ⁊ discretionis/ alteratio qualitatiue cōuersationis ⁊ dissolutio charitatiue cōtinuitatis ⁊ dilectionis/ necnon sociatiue coniunctionis. Ista enim omnia sunt quedā preambula ⁊ causalia ad morbos ⁊ vitia vniuersa. Morbi autem sunt ipsa vitia ex causis precedentibus introducta:scilicꝫ febris ⁊ calor auaritie/apostema ⁊ tumor superbie/⁊ similia. Accidentia vero sunt illa que ad predicta sequūtur/ sicut sunt reliquie morbi/⁊ signa ipsorū vitiorū:sicut est parcitas/que significat auaritiā/pōpositas superbiam/ detractio inuidiam. Sicut etiā sunt illa que post vitia remanent sicut cicatrices infamiarum/ ⁊ male dispotiones consuetudinū/⁊ facilitates ad recidiuationem culparum. Et breuiter in omni vitio sunt ista tria/causa efficiēs/culpa inficiēs/ et finalis dispositio deficiens. Allega sicut vis.

Capitulum.ij.de cephalea.

1 CEphalea est infirmitas capitis:dicta a cephale quod est caput. Caput enī patitur multis modis: sicut etiam in scriptura fit mentio Esaie.j. Omne caput languidū/⁊ omne cor merēs. Accidit ergo capiti dolor qui dicitur cephalea/qui quandoqꝫ prouenit ab extrinseco / scꝫ ex percussione ledēte vel ex calido aere dissoluente/vel ex frigido constringente. Quandoqꝫ etiam accidit ab intrinseco/ ⁊ tunc vel ex mala ipsius capitis vel cerebri dispositione/ vel etiam ex stomachi euaporatione. Unum tamen est:q2 quando iste dolor ē ab ipso capite/tunc est continuus: quando vero est a corruptis humoribus/ est interpollatus. Per caput intelligatur capitaneus ⁊ prelatus/iuxta illud p̄s. Constitues me in caput gentiū. Iste igiꝉ patiꝉ dolorē vitiorū multis modis. Et hoc quandoqꝫ a causis exterioribus/quandoqꝫ ab interioribus. Ab exterioribꝰ enim quādoqꝫ percutiꝉ/quādoqꝫ dissoluitur/quādoqꝫ cōstringitur. Ipsum enim percutiūt adulatores / et precum vel munerū oblatores/ vel etiā demones tētatores. Amos.ix. Percute cardinē/⁊ mouebūtur superliminaria. Ipm̄ etiā dissoluit aer calidꝰ.i.delicie carnales/q̄ remolliūt ⁊ eneruāt. Ipm̄ ꝟo cōstringit aer frigidꝰ.i.diuitie tēporales:que mentē per parcitatē cōstringunt/⁊ per indeuotionē cōgelāt:q2 de diuite potest dici illud Iob.xxxviij. In similitudinē lapidis duranꝉ aque/et superficies abyssi cōstringūtur. Ab interioribus vero quādoqꝫ patitur ratiōe cerebri/vbi sunt sensus:vel ratione stomachi/ vbi est appetitus/hoc est dictu/quando in eius cerebro.i.in eius intellectu/est vitiū ignorantie vel erroris / vel quando in eius stomacho.i.in eius appetitu ⁊ affectu est vitium auaritie/luxurie/vel alicuiꝰ cōcupiscētie vel ardoris. Ista enim sunt vitia interiora/scꝫ error ⁊ ignorantia in intellectu/ ardor ꝟo ⁊ cōcupiscētia in affectu. Ista tamen est diuersitas:q2 tale vitium cerebri.i.vitium erroris ⁊ ignorantie est continuū. Uitiū vero stomachi/scilꝫ gula ⁊ luxuria:est interpollatū. Uel si vis dic ꝙ caput est intentio:que scꝫ est caput mentis/que potest ledi adulationibꝰ/precibus/ ⁊ tentationibus exterioribꝰ/vel erroribꝰ/⁊ malis affectiōibꝰ interioribꝰ.p̄s. Iniq̇tates supgresse sunt caput meū. ¶ Caput dolet aliquādo ex corruptione vel superfluitate quattuor principaliū humoꝝ. Cognoscitur autem vnde ꝓuenit dolor:q2 si sanguis est in causa/dolor est a parte āteriori:si phlegma/ dolor est a parte posteriori:si cholera/dolor est a parte dextera: q2 sicut dicit Galenꝰ in libro īstitutionū: Nosse oportet caput diuidi in quattuor partes. Nam sanguis in frōte dn̄atur: cholera autem in dextera:melancholia in sinistra:phlegma vero in occipitio dominatur. Multa sunt alia signa causarum doloris capitis que ꝓpter prolixitatem omitto. Per caput vt dictū est/ intelligitur anima/seu mens/ vel etiam intentio mentis nostre/ que procul dubio quattuor habet partes.i. quattuor statuū diuersitates. Anterior enim pars est tēpꝰ iuuētutꝭ/posterior ꝟo senectutꝭ/dextera ꝟo ē statꝰ ꝓspitatꝭ: sinistra ꝟo statꝰ aduersitatꝭ. Itē dico ꝙ sāguis q̄ īficit/ significat carnalitatē ⁊ luxuriā. Phlegma ꝟo qđ īfrigidat/significat pigritiam/ que scꝫ motum mēbrorū aggrauat. Cholera vero que feruet/ ⁊ que leuis ⁊ ignea est/ significat auaritiam ⁊ superbiā. Melancholia vero que terribilia somniat/ significat timorem/ desperationē et tristitiam. Ista est igiꝉ veritas:ꝙ caput mentis nostre ꝯm quattuor statꝰ nostros/ a quattuor humoribꝰ.i.a quattuor vitijs potest ledi. Ipsam enī in anteriori pte.i.in iuuētute ledit sanguis.i. carnalitas et luxuria. Iudic.xiiij. Inuenerūt cadauer sine capite volutatum in sanguine.ij. Regū.j. Sanguis tuus super caput tuum erit. Ipsam enim ledit in posteriori parte senectutis/ phlegma.i.tepiditas ⁊ desidia. Esa.j. Omne caput lāguidum:⁊ omne cor merens. Item ipsam ledit in dextera.i.in statu prosperitatis/cholera.i.feruor auaritie/ et leuitas superbie:vt de hoc exponaꝉ illud p̄s. De torrēte (suple ꝓsperitatis) in via bibit: propterea exaltauit caput. Itē ipsam in sinistra aduersitatis ledit melācholia timoris/ despationis et tristitie.p̄s. Cōuerteꝉ dolor eiꝰ in caput eius/⁊ in verticē ipsiꝰ iniq̇tas eius descendet. Uel dic ꝙ caput est prelatus/qui in predictis suis statibus potest pati vitia supradicta. ¶ Caput patitur quandā infirmitatem que hemicrania nūcupatur/ qui dolor est grauissimus ꝯm Constan.⁊ fit 3 de fumo cholerico et calido/ cū ventositate puncturā arsuram ⁊ tinnitū inducēte. Sentit enim homo malleationem et percussionem ⁊ tinnitū in capite/ ⁊ nō potest pati somnū nec vocē/nec lucē/neqꝫ splēdorē. Talis passio videꝉ esse iracundia/que scꝫ ex cholerica cōplexione nasciꝉ/⁊ ex ventositate supbie generaꝉ. Ista enī in capite mentis generat a-

furã.i.vindicte appetitũ/puncturam.i.doloris aculeũ/mal
leationẽ.i.perpesse iniurie vel displicentie memoriam ⁊ tin
nitum:q2 scȝ memoria iniuriarũ ipsum semp malleat/ ⁊ ad
vindictam excitat atq3 vocat. Prouer.xix. Mallei percutiẽ
les stultorũ corporibus. Talis igitur infirmus somnũ cõso-
lationis nõ recipit/ vocem applausus effugit/ ⁊ lucẽ ꝓspe-
ritatis non diligit:q2 procul dubio nihil sibi prosperũ inue-
nit/ qui ire ⁊ impatiẽtie stimulis exardescit. Ideo bene di-
cit Prouer.xxvij. Graue ẽ saxũ/⁊ onerosa arena/sed ira stul
ti vtroq3 grauior. Vel dic ꝙ ista infirmitas est inuidia/que
scȝ ex superbia nascit/⁊ a qua cor ardescit ⁊ stimulat/intãtũ
ꝙ vocem alterius audire/⁊ lucem prosperitatis alterius vi
dere/nec splẽdorem aliene glorie respicere dignatur. Ioã.
4 iij. Qui male agit:odit lucẽ. ¶ Caput quandoq3 patitur ti
neam seu squamã: ⁊ potissime in pueris. Que ẽ infirmitas
phlegmatica/ superficiẽ operiens capitis/ ⁊ more tinee ip-
sam inficiens ⁊ corrodẽs. Ista autem passio immoderatũ
pruritũ inducit/⁊ nisi caute sanetur/semper cicatrices post
se deserit ⁊ relinquit. Contingit autem hec infirmitas pue
ris/ꝓpter cutis raritatẽ ⁊ mollitiem/ ꝓpter sanguinis abũ
dantiam/⁊ ꝓpter amplioris cibi affluentiam. Sũmum ta
men remediũ est lactantib⁹ ẜm Const. si a parte posteriori
sanguis inter aures extrahatur/⁊ ipso calido caput inũga-
tur. Poros eni sua caliditate aperit/⁊ sua subtilitate subin-
trat/⁊ subintrando materiã diuidit ⁊ consumit. Cibus etiã
ẜm Constanti. debet subtrahi/ vt subtracta materia possit
curari. Puer est quilibet homo carnalis ⁊ simplex/qui mo-
re pueri est imbecillis/impotens/ et ignarus. Passio autẽ
autem ista luxuriã significat: q2 pro certo pruritũ malorum
desideriorũ ⁊ cõplacentiarũ generat. Cutem cõuersatiõis
vlcerat/ saniem malorum exemplorũ distillat/ mẽtem etiã
corrodit ⁊ lacerat/ ⁊ dato ꝙ per penitentiã sanetur/semper
tñ cicatricem alicui⁹ note ⁊ infamie post se causat: q2 si ho-
mo quis luxuriosus fuerit/⁊ maxime religiosus/cleric⁹/vel
prelatus/vel etiam mulier et huiusmodi/ vix aut nunq3 est
quin cicatricem pristine infamie perpetuo secũ gerat. Esa.
xiiij. Subter te sternetur tinea/⁊ operimentũ tuum erũt ver
mes. Et procul dubio triplex potest eẽ causa istius vitij in-
ductiua. Prima est cutis raritas. i. debilitas fortitudinis
⁊ cõstantie. Abundantia sanguis.i.carnalitas deliciarum
⁊ intẽperantie. Multitudo etiã cibi.i.abũdantia diuitiarũ
et terrene opulẽtie. Eze.xvj. Hec fuit iniquitas sodome/su-
perbia/saturitas/⁊ abundantia/⁊ otium. Remediũ est igi
tur talibus pueris. i. talibus imperfectis si cibus terreno-
rũ bonorum eisdem subtrahatur/ ⁊ sanguis deliciarum ab
eis extrahatur: vt sic huiusmodi corruptio ⁊ luxurie ĩfectio
cõsumatur. Vel dic ꝙ sanguis est peccatũ:quod ꝑ cõfessio-
nem debet extrahi / et quo caput intentionis per memoriã
debet inungi/⁊ sic infectio luxurie consumi poterit/⁊ sana-
ri. Vel dic ꝙ caput puerile est prelatus puerilis/ qui tineã
luxurie patitur ex dictis causis:scȝ ex sua debili imꝑfectio
ne/⁊ deliciarum affluentia/⁊ diuitiarũ opulẽtia:⁊c. sicut su
pra. Et sicut videmus ꝙ tinea seu scabies a pueritia est sa
nãda:q2 si antiquari permittatur/vix amplius sanatur:sic
vere luxuria nisi a iuuentute eradatur ab homĩe/vix potest
amplius extirpari. Si enim ꝑ malas consuetudines fuerit
antiquata/vix erit amplius extirpata. Eccli.xxiij. Homini
fornicario omnis panis dulcis / nõ fatigatur transgrediẽs
5 vsq3 in finem. ¶ Patitur caput quandoq3 quandã erugino
sam squamositatẽ/quandoq3 capillorũ fluxum/⁊ nuditatẽ/
quandoq3 pediculorum/lendium et surionũ immẽsitatem.
Sic vere homo prelatus vel anima quãdoq3 patit squamo
sitatem male cõuersationis/ quando scȝ squame malorum
exẽploꝝ ĩde fluũt ⁊ cadũt. Itẽ fluxũ capilloꝝ.i.defectũ ꝟtu
tis ⁊ perfectiõis: vermes etiam ire/ inuidie ⁊ tristitie/⁊ de-
sperationis. Vel dic ꝙ caput est prelatus:circa quẽ generã
tur ⁊ aggregãtur multi vermes.i. multi homines peccato-
res/quorũ quidam faciunt pruritum adulationis/quidam
vero corrosionem detractionis ⁊ accusationis. Verũtamẽ
sicut video ꝙ tales vermes nõ sunt in capite nudo/⁊ capil-
lis vacuo:⁊ sic signum est ꝙ isti vermes magis capillos q̃3
caput sequuntur: sic ꝟe adulatores ⁊ detractores nõ sequũ
tur nec amãt caput.i.capitaneos et prelatos propter se:sed
solũ propter capillos diuitiarũ/quibus abũdant. Et istud

ptȝ:q2 si hõ vell⁹ diuitiaꝝ ꝑdiderit/ꝓ certo tales vermes.s.
adulatores/detractores ⁊ malos famulos et amicos circa
se ampli⁹ nõ habebit. Eccli.xiij. Si habueris/ꝯuiuet tecũ:
si nihil habuer̃/ derelinq̃t te. ¶ Ex vitio cerebri et capitis/ 6
resoluti mali fumi quandoq3 capillos inficiũt/ex quib⁹ vel
corrodũtur/vel defluũt/vel canescũt. Caput est prelat⁹:ca-
pilli sibi adherentes sunt subditi vel clerici: q2 pro certo ex
fumis.i.ex malis exemplis capitũ. i. prelatorum inficiũtur
capilli.i.grex omniũ subditorũ:⁊ sic fit ꝙ vel inuidie furfuri
bus corrodũtur/ aut per canitiẽ inanis glorie dealbantur/
aut ꝑ luxuriam defluũt ⁊ laxant. ¶ Caput quandoq3 patit 7
catarrhũ/qui nihil aliud est q̃3 fluxus immoderatus humo
rum/qui quandoq3 fit a calore dissoluente / quandoq3 a fri-
giditate cerebri cõprimente/ ⁊ partes liquidas exprimẽte:
quandoq3 ex liquiditate humoꝝ exterius defluente/ ⁊ quã-
doq3 ex debilitate ꝟtutis humores cõtinere nõ valẽte. Sic
vere a capite.i.a mente nostra prouenit quandoq3 flux⁹ hu-
morum.i.fluxus malarũ cogitationum ⁊ affectionũ/ et hoc
quando per ꝓsperitatem estuamus ⁊ dissoluimur/quando
etiam per frigus aduersitatis formidam⁹ et cõstringimur/
quando insuper ipse humor affectionis est male composit⁹
et digestus/⁊ ad vitia fluxibilis:⁊ quando nihilomin⁹ virt⁹
contentiua/scȝ virtus tẽperantie ⁊ fortitudinis est impotẽs
atq3 debilis. Q2 pro certo ex prosperitate ꝑ amorẽ male dis
soluente/⁊ aduersitate ꝑ timorẽ male exprimente ⁊ compri
mente/⁊ ex fluxibili dispositione ipsius volũtatis:necnõ ex
debilitate cõtinentie ⁊ cõstantie ⁊ firmitatis/fluxus vitioꝝ
et malorũ affectuũ gignitur/nulloq3 virtutis obstaculo ꝓhi
bet. Et hoc est q̃d dicit Eze.xxj. Tabescet om̃e cor (supple
ꝑ malũ timorem) dissoluentur vniuerse manus (supple per
malum amorem) infirmabitur om̃is spiritus (ecce virtutis
debilitas) ⁊ ꝑ cũcta genua fluẽt aq̃. ecce affectuũ ⁊ vitioꝝ ĩ-
cõstãtia ⁊ labilitas. ¶ Magister ponit hic remedia ⁊ ꝯ ĩfir 8
mitates capitis ⁊ ꝯtra catarrhũ. Sed q2 valde esset lõgum
ista medicine remedia moralizare/et ad mores applicare:
ideo in isto capitulo ⁊ in alijs pro maiori parte omitto gra
tia breuitatis. Vnũ tamen dicit Cõstant. ꝙ q̃3diu catarrh⁹
est in vehementia fluxus/nullũ est fomentum adhibendũ/
vel epithema apponẽdũ: tunc enim maior dissolutio fieret
et potius officeret q̃3 iuuaret. Sic vere loquendo moraliter
quando videmus ꝙ aliquis est in ipsa vehementia fluxus
sui.i. in ipso actu et opere vitioso / et in ipsa effrenitate vo-
luntatis:siue sit circa iracundiã/ vel circa luxuriã/ vel etiã
circa vanam gloriam/vel similia/nõ sunt tunc temporis re
media adhibenda/ nec etiam correctionis vel redargutio-
nis in ipso mentis furore sunt verba seu verbera apponen-
da. Talia enim que in ipso actu furoris menti offeruntur/
ipsam mentẽ ad deterius inflãmant:⁊ ideo necesse est vt il-
le furor aliquantulũ recedere permittatur/ ⁊ ꝙ vsq3 ad tẽp⁹
dissimulet/vt habita opportunitate meli⁹ castigetur. Istõ
potissime locũ hȝ in iracũdis ⁊ luxuriosis / de quibus dicit
Eccli.viij. Non incendas carbones pctõrũ/ arguens eos.
Sic etiam ipse de⁹ in suis correctionibus facit/ qui scȝ pec
catorem aliquãdo vti furore sue male volũtatis permittit/
fluxũq3 vitiorũ non impedit aut diuertit / finaliter vero cũ
homo se cognoscere ceperit/ipsum melius corrigit/⁊ cõuer
tit. Vnde ipse ẽ qui loquitur peccatori ⁊ de peccatore Esa.
lvij. Abscondi faciem meã:⁊ indignatus sum/ abijt vagus
in via cordis sui/vias eius vidi et dimisi eum/⁊ reduxi eũ/
et reddidi consolationes ipsi.

Capitulum.iij.de phrenesi.

Phrenesis seu furor/ est illa infirmitas de qua fit 1
dementio Deutero.xxviij. Percutiat te deus furo
re ⁊c. Est igit phrenesis calidum apostema ẜm
Constanti. in quibusdam cerebri pelliculis ge-
neratũ/ et a phrenibus.i.a pellib⁹ cerebrum ob-
uoluentibus/phrenesis nũcupatum. Cholera enim rubea
proprio calore ⁊ febrili leuigata furiosa efficit/et sic per ve-
nas/neruos ⁊ arterias/superius ad cerebrũ rapitur/ ibiq3 ĩ
apostema colligitur/⁊ exinde passio que dicit phrenesis/ge
neratur. Fit aũt ex calido humore in cõplexione calida/ et
tẽpore estiuo ⁊ calido/sequũturq3 accidentia terribilia / scȝ
alienatio mentis/siccitas oris/ sitis nimia/⁊ dolor ⁊ angu-
stia totius corpis/defect⁹ spirituũ/et syncopis cordis. Per

istam passionē intelligo iracūdiam ⁊ furorem/ i qua procul
dubio mens a recto iudicio alienat/ ⁊ rationis iudiciū ab-
sorbetur. Et ideo ista dicit apostema cerebri: qꝛ ꝓ certo qn̄
cholera.i.iracūdia ad cerebrū mentis rapitur/ necesse est ꝙ
ibi apostema superbie generet. Quod vtiqꝫ in personis fer
uentibꝰ ⁊ calidis/ ⁊ ad mala opera ardentibꝰ ⁊ acutis/ nec
non tpe estiue ꝑspitatis magis accidit/ vbi scꝫ magis viuit
cholera ꝑcipitis ⁊ feruide voluntatis. Talibꝰ ergo ꝯtingūt
plura mala accidentia/ videlicet sitis.i. ardor et appetitus
vindicte/ siccitas.i.indeuotio ⁊ impietas/ lingue nigredo ⁊
asperitas.i.verborum iniuriosa ⁊ infamis effrenitas/ dolor
etiam ⁊ angustia scꝫ de bono aliorū/ et syncopis seu defectꝰ
cordis ⁊ spirituū.i. defectus charitatis et affectuū bonorū.
Vn̄ ergo dicit sapiēs. Eccli.xxvij. Ira ⁊ furor vtraqꝫ execra
2 bilia. ¶ Phreneticꝰ cognoscitur per hec signa. Habet enī
mētis insaniam/ vigiliarum instantiam/ oculorū mobilita
tem/ ⁊ extensionē dissolutā. Item in ipso est capitis cōmo-
tio/ manuū ꝓiectio/ dentiū frendor et collisio/ semꝑ a lecto
vult surgere/ nūc solet plangere/ nūc cantare/ se custodien
tē et medicantem libenter solet ledere et mordere: raro so-
let silere/ sed quasi continue alte clamare. Isti ergo pericu-
losissime egrotant/ ⁊ tamen ignorant se aliqualiter egrota-
re. Phreneticus est peccator/ et maxime superbꝰ/ qui in ce-
rebro sensus sui/ apostemate et tumore sup̄bie est repletus.
Tales enī solēt mentē.i.rationis vsum perdere/ ⁊ cōtra ra-
tionem plurima cogitare. Solent ⁊ per malas sollicitudi-
nes vigilare/ per iracūdiam insanire/ ⁊ per extollētiam pō-
positatis oculos extendere/ ⁊ per diuersa desideria cupidi-
tatis ipsos ad mūdi delectabilia circūferre faciliter ⁊ mo-
uere. Eccli.xx. Oculi eius septēplices sunt. Isti etiā caput
intentionis solēt mouere per incōstantiam/ manus suas.i.
opera solent vndiqꝫ proijcere ⁊ dilatare ꝑ iactantiam/ den
tes etiam quādoqꝫ solent frendere ⁊ collidere/ per crudeli-
tatem in pauperes ⁊ iracūdiam. ꝑs. Frenduerūt super me
dentibus suis. Item isti de lecto.i.de quiete et pace solent
non curare/ ⁊ nūc per inanem spem ⁊ letitiam solēt canere/
nūc per desperationē ⁊ tristitiā solent plorare. Prouer.xiiij.
Risus dolori miscebit. Custodientes se.i.prelatos/ medicā
tes se.i.predicatores ⁊ correctores/ solent detrahendo mor
dere/ ⁊ de eorum correctionibꝰ complacentiam nō habere.
Prouer.xv. Nō amat pestilens eū qui se corripit. Semper
volūt loqui ⁊ raro silere/ ⁊ cū sint in mortis eterne periculo/
ipsi tamen dolorem infirmitatis culpe sue non vidētur per
cōtritionem sentire: qnimo quod est deterius/ nō aduertūt
se spūaliter īfirmari/ nec sibi mortis eterne periculum imi-
nere. Et ideo tali peccatori vitia sua ignorāti/ ⁊ pericula ne
scienti/ dicit Apoc.iij. Dicis qꝛ diues sum ⁊ nullıꝰ egeo/ et
nescis qꝛ tu es miser ⁊ miserabilis ⁊ pauper/ cecus ⁊ nudꝰ.
3 ¶ Phrenetico sunt remedia celeriter adhibēda/ alioquin
cito perit. Primo ergo debet caput infirmi abradi/ ⁊ cū te-
pido aceto ablui/ et pulmone pecorino caput sepius cata-
plasmari/ vena frontis sanguine minui/ in loco obscuro de-
bet cōstitui/ ⁊ ne fugiat aut surgat/ debet ligari fortiter vel
teneri. Vane picture sibi nō debent ostendi/ silentiū astan-
tibus debet indici/ ⁊ suis verbis fatuis nō debet aliquali-
ter responderi/ vnguentis ⁊ fomentis debet somnus prouo
cari/ cū medicina debita debet cholera extingui/ panis et
aqua solū pro dieta debet dari. Si vero his remedijs adhi
bitis adhuc per tres dies insania cū insomnietate perseue
ret/ nequaqꝫ potest amplius spes haberi. Phreneticꝰ (vt di
ctū est) ē peccator ex toto vitijs deditus/ a mēte et rationis
vsu alienꝰ/ ⁊ sine rationis obstaculo effrenatꝰ/ et bestialiter
ad vitia cūcta pronꝰ. Cautꝰ ergo medicus ⁊ prelatꝰ istis ca
pillos.i.occasiones ⁊ excusationes ⁊ tegmina vitiorū debet
abradere/ sanguinē peccati debꝫ per cōfessionem minuere/
pulmonem pectoris nostri christi.i.memoriam sue passiōis
debet adhibere/ ⁊ aceto/ supple qd̄ christꝰ in cruce potauit/
debet ipos abluere ⁊ potare. Ista enim sunt summa reme-
dia peccatori ꝑ prelatum ⁊ predicatorem adhibenda/ scilꝫ
confessio/ occasionū ⁊ excusationū amotio/ ⁊ mortis christi
memoria ⁊ recordatio. Threno.iij. Memor esto pauperta-
tis mee/ absynthij et fellis. Itē talis debet in obscuro.i.in
secreto ⁊ solitudine religari/ ⁊ a publicis negotijs ⁊ specta-
culis segregari/ ⁊ in tenebris contribulate conscientie/ vel
claustri et religionis/ vinculis dei mandatorum et regula-
rium statutorum debet tenaciter alligari. Matth.xxij. Li-
gatis pedibus ⁊ manibus proijcite eū in tenebras. Pictu-
reqꝫ ⁊ imagines.i.mulierū pulchritudines/ ⁊ bonorū mun-
dialiū cōplacentie/ ab aspectu suo debēt excludi. Vel etiā
ad litteram si casus hoc requirat/ ne fugiat/ in obscuro car
cere debꝫ ligari/ proijci ⁊ intrudi. Silentiū illis qui sunt iu-
xta eū.i.illis qui rogant pro ipso/ debet indici: suisqꝫ verbis
vel deprecatorijs vel desperatorijs nō debꝫ responderi: sed
potiꝰ omnia maledicta ⁊ cōuitia que dicit/ debent a prela-
to sub dissimulatione transiri/ et equanimiter sustineri: qꝛ ꝑ
certo quādo aliq̄s est in desꝑatione ⁊ furore/ nō est ei respō-
dendū: sed potius de verbis ipsius nō curandū. Prouerb.
xxvj. Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Iste igi-
tur vnguentis.i.verbis dulcibus et consolationibus debet
inūgi et fomentari. Somnus autem.i.quies mentis ⁊ affe-
ctionis debet induci ⁊ ꝓcurari. Cholera.i.feruor cupidita-
tum debet extingui/ ⁊ panis et aqua.i.arctitudo vite debet
iniūgi: qꝛ sicut dicit Eccli.xxix. Initiū vite hominis panis
⁊ aqua ⁊ vestimētū. Quid vltra? Procul dubio dico ꝙ post
ista remedia adhibita/ ⁊ postqꝫ prelatꝰ et predicator talibꝰ
correctionibus ⁊ cōsolationibꝰ/ cautelis ⁊ inductionibꝰ ta
lem phreneticū peccatorem sanare voluit/ si ipse adhuc re
manet incorrectꝰ/ nulla est de salute sua amplius spes ha-
benda: imo sicut medicus desperās solet infirmū dimitte-
re/ sic ⁊ istū sicut ethnicum dꝫ prelatꝰ fugere/ ⁊ in manu dei
relinquere/ qui solus potest remediū adhibere. Hiere.xxx.
Insanabilis fractura tua/ pessima plaga tua. ¶ Phrene- 4
ticus quandoqꝫ ligatur/ qui tamen in vinculis aliquotiēs
gloriatur/ ⁊ in eorū sonitu delectat. Sic vere peccator liga-
tur a diabolo vinculis malarum complacentiarum/ con-
suetudinū ⁊ vitiorū/ qui tamen ex hoc non videt tristari: im
mo solet in ipsis vinculis ⁊ vitijs aliquotiens gloriari/ ⁊ in
sonitu sue ꝓprie infamie delectari/ imo etiam quandoqꝫ fa
cit per iactātiam ꝙ ista vincula vitiorū audiūtur/ ⁊ ꝙ alijs
qui ipsa ignorauerant/ reuelant: ita ꝙ in tali sonitu proprie
infamie gloriantur. ꝑs. Quid gloriaris in malitia/ qui po-
tens es iniquitate? ⁊c.

Capitulum.iiij. de amentia.

Amentia dicitur ab a/ quod ē sine/ ⁊ mēs: quasi 1
sine mēte. Est enī idem qd̄ mania/ que ſm Cō-
stan. est infectio anterioris cellule cerebri/ cum
priuatione imaginationis: sicut melācholia est
infectio medie cellule/ cū priuatiōe rationis/ vt
dicit Platearius. Horū ergo remediū est ꝙ ligētur/ vt a ꝓ-
pria ⁊ aliena cessent lesione. Et sunt tales suꝑ oīa cōsolā-
di/ ⁊ a sollicitudinibus ⁊ timoribꝰ amouendi/ instrumentis
musicis letificandi/ ⁊ mediocriter exercendi/ ⁊ tandē si pur
gationes ⁊ electuaria nō sufficiunt/ arte chirurgica sunt cu
randi. Sic vere sepe fit ꝙ cerebrū.i.mens ⁊ sensus hominis
per amorem delectabiliū huius mundi taliter inficitur/ ꝙ
omnis spiritualis imaginatio et meditatio perditur/ ita ꝙ
de spiritualibꝰ et eternalibus nihil penitus cogitat. Tales
igitur vinculis statutorū a prelatis debent ligari: melodijs
dulciū verborū mulceri/ et letificari. A sollicitudinibꝰ secu
li per predicationem debent reuocari. In bonis operibus
et laboribꝰ debēt exercitari/ ⁊ si sit necesse/ chirurgia.i.cor-
rectiōe asꝑa debēt trūcari ⁊ curari. Que oīa bene figurant
in saul: qui aliquotiens per arreptionē demonis/ aliena-
batur a mēte/ ⁊ tamen per cantū cithare dauid reducebat
ad mentē.j.Reg.xvj. Quia pro certo sepe fit ꝙ dū dauid.i.
predicator vel prelatꝰ cū cithara predicationis vel dulcis
monitionis vel consolationis modulat/ mens per peccatū
deuia/ ⁊ a demone possessa/ ad sanitatē gratie reuocatur/ et
virtus imaginatiua ⁊ celestiū contemplatiua/ necnō infer-
nalium meditatiua/ ad sanitatem debitam reparatur. Ec-
cli.xl. Tibie ⁊ psalteriū suauem faciunt melodiam: ⁊ super
vtraqꝫ lingua suauis. ¶ Stupor est quedam passio anime
2 que nihil aliud est q̄ꝫ quedā cecitas seu insensibilitas men
tis/ que est quando apertis oculis homo nihil videt/ ⁊ quā
do propter defectū spirituum anima non iudicat de sensi-
biliter apprehensis: sicut fuerunt sodomite in foribus loth:
que aliquando cōtingit ex perturbatione rationis non ad-
uertētis. Aliquādo ex superfluitate humoris vias spirituū

opilantis/sicut pꝫ in ebriosis. Aliqñ ex cõstrictione frigoris
neruos sensibiles cõprimentis. Et dicit stupor a similitudi
ne stuporis corpalis/q̄ nihil aliud est q̄ꝫ obdormitio vel in-
sensibilitas alicuꝰ mẽbri. Talis infirmitas videtur inesse
sapientibꝰ huius mũdi. Ipsi em̄ cecitatem spiritualẽ patiũ
tur: qꝛ scꝫ in bonis spiritualibꝰ ceci esse cõperiũtur. Matth.
xv. Ceci sunt: ꝛ duces cecorũ. Dato enim ꝙ oculos intelle-
ctus habeant apertos/ lympidos ꝛ claros q̄ꝫtũ ad mũdi ne
gocia/ nihil tamẽ vident: imo ceci sunt q̄ꝫtũ ad illa que ani
me sunt vtilia. Actu. ix. Apertisq̄ꝫ oculis nihil videbat. Et
hoc ꝓcul dubio contingit quando ratio ipsorũ ꝑ malitiam
perturbatur. Sap. ij. Excecauit eos malitia eorum. Quan
do scꝫ via spiritus eorũ. i. ipsa affectio ꝑ abũdantiam humo
rum. i. per bonorum terrenorũ opulentiam opilatur ꝛ cumu
latur. Figura est de thobia. Thobie. j. cuius oculi ex sterco-
re hirundinũ sunt cecati. Et quando neruus. i. sensus ꝛ cõ-
passio indeuotionis frigore congelat/ ꝛ ne per pietatem ad
pauperes se extẽdat/ per auaritiam ꝯstringitur ꝛ arctatur.
Qꝛ pro certo stupor mentis. i. inaduertẽtia rationis/ ita ex-
cecat corda sicut stupor corporis. i. auaritia stupefacit ꝛ ob
dormit manꝰ ꝛ membra/ impediens scꝫ ne se extendant ad
pietatis opera. Et sic de talibꝰ breuiter potest dici illď Job
xij. ꝙ deus adducit cõsiliarios in stultum finem/ ꝛ iudices
in stuporem. Aduerte tamen ꝙ stupor vt cõiter accipitur ꝓ
illa mentis insensibilitate ꝛ inaduertentia / quam incurrit
homo cũ pro nimia admiratione pauescit / que de se nõ est
vitium neq̄ꝫ virtus. sed sic nõ accipitur infirmitas supradi-
3 cta. ¶ Stupor prout supra accepimꝰ/ est quedã falsa som-
niculositas/ que est dispositio ad grauissimas passiones/ et
maxime ad lethargum: qď est apostema in posteriori cellu-
la capitis generatũ/ ꝛ a lethe (quod est obliuio) dicit/ pro eo
ꝙ obliuionẽ inducit. Sic vere stupor ꝛ insensibilitas pigri-
tie/ somnusq̄ꝫ ꝛ somniculositas negligẽtie/ ad magna pctã/
et ad magnas anime passiones disponũt/ et maxime ad le-
thargum. i. ad obliuionem dei: quam faciliter introducũt:
sicut patuit in dauid. ij. Reg. xj. qui ex otio cecidit in adul-
teriũ ꝛ homicidium/ ꝛ per cõsequẽs in diuini timoris obli-
uionem ꝛ fastidiũ. Hiere. ij. Populꝰ autem meus oblitꝰ est
mei diebus inumeris. Adde si vis istum §. precedenti §. et
dic ꝯtra mũdi sapientes ꝙ cecitas et insensibilitas sue mẽ
tis facit eos deũ obliuisci. p̄s. Obliti sunt deũ qui saluauit
4 eos q̄ fecit mirabilia in egypto. ¶ Lethargꝰ est q̄dã infir-
mitas q̄ somnũ ꝛ obliuionẽ inducit / ꝛ fit quando phlegma
ex calore febrili sursum ad cerebrũ rapit: ꝛ in posteriori cel-
lula in apostema congregat: ꝛ sic ex superfluo humore cere
brum occupãte/ ille falsus somnꝰ qui lethargus dicit/ gene
ratur. Talis autẽ infirmus vix vocatus respõdet/ ꝛ si respõ
det/ loquitur aliena/ supinꝰ iacet/ ꝛ si ad horã super latꝰ ver-
titur/ ꝓprio impetu iterũ supinatur. Talis autẽ vt cõmuni
ter valde frigidus in extremitatibus inuenit. Medicus au
tem debet talem in loco lucido constituere/ loquentium et
disputantium garrulitas debet adesse. Per pilos barbe et
capitis debet trahi/ fumo fetido debet subfumigari/ vtpo-
te fumo cornu capre cõbusti/ ꝛ aqua frigida debet sepius ir
rigari/ clyster ꝓ euacuatione debet apponi. Caput eiꝰ de-
bet abradi/ ꝛ super om̄ia debet sternutatio prouocari. Per
istum lethargum potest intelligi malus diues/ cuius cere-
brũ. i. sensum ꝛ mentem/ humorum. i. bonorum terrenorum
ꝑ malas affectiones supfluitas occupat/ ibiq̄ꝫ mediãte ar-
dore febrili. i. feruore auaritie se collocat atq̄ꝫ fundat/ ꝛ som
num negligentie/ necnon dei obliuionem generat: ita ꝙ de
vitijs suis interrogatus/ respondere ꝑ confessionem nõ cu-
rat/ imo in lecto peccatorũ suorum se supinat: inq̄ꝫtũ scꝫ ip-
sis peccatis dorsum obliuiõis vertit/ ꝛ quasi subtus ꝛ retro
seipm̄ ponit et calcat. Et si ꝑ medicũ p̄dicatorẽ a tali mala
dispositiõe qñq̄ꝫ vertit/ stati ꝑ recidiuationẽ ad pctõꝝ suoꝝ
obliuionẽ iteꝝ supinat. p̄s. Proiecisti post tergũ tuum oĩa
pctã tua. Alio etiã mõ supinꝰ dicit/ inq̄ꝫtũ terrã. i. terreã suã
cõditionem ꝛ mortem retro post dorsum obliuionis sue po
nere cõprobatur. Eccli. xxj. Displicebit ei: ꝛ ꝓijciet post ter
gum suum. Medicus igit. i. predicator confessor vel prelatꝰ
debet tales ꝓut potest in luce veritatis ponere/ disputatio-
nes ꝛ verba bonarũ exhortationũ dicere/ ꝛ ab alijs dici fa-
cere/ capillos qui sibi adiacent. i. vitia que sibi adherẽt/ de-

bet per reprehensionem trahere/ atq̄ꝫ pungere/ fumum etiã
fetentem. i. memoriam suorũ fetentiũ vitiorũ/ vel cõbustio-
nẽ cornuũ caprinorum. i. damnationem hominũ peccato-
rum debꝫ ipsius naribus applicare/ et ipsius memorie pre-
sentare. Aqua etiam dulcis consolationis ipm̄ debet mul-
totiens irrigare/ spem venie promittendo/ ꝛ sic sternutatio-
nem cõtritionis/ euacuationem cõfessionis/ necnõ capitis
abrasionem. i. amotionẽ velaminis omnis male excusatio-
nis poterit ꝓuocare: ꝛ sic istũ pctõrẽ lethargicũ a somno vi-
tioꝝ poterit excitare/ dicẽs illud apl̄i ad Ephe. v. Surge q̄
dormis/ ꝛ exurge a mortuis/ ꝛ illuiabit te xp̄s. ¶ Sicut di- 5
cit Cõstã. si de phrenetico fiat lethargicꝰ pessimũ ē: si ꝯo le
thargia in phrenesim cõuertatur/ bonũ. Somniculosus le-
thargicus significat illos q̄ occulte sunt mali/ sicut sunt hy
pocrite ꝛ proditores/ qui exterius videntur simplices ꝛ dor
mientes/ et quasi nihil mali sciẽtes/ intus tñ sunt pessimis
infirmitatibꝰ ꝛ vitijs abũdãtes. Phrenetici vero publicos
peccatores designant/ qui infirmitatẽ vitiorũ suorum oĩbꝰ
manifestant. Igitur ꝙ de phrenetico fiat lethargicus. i. ꝙ
de publico ꝛ notorio peccatore fiat peccator occultꝰ hypo-
criticus ꝛ velatus/ pessimũ est: qꝛ scꝫ sub velamine hypocri
sis magis nocent vitia/ eo scꝫ ꝙ tunc virtutes esse credunt.
Econtra autẽ si de lethargico fiat phreneticus. i. si de pec-
catore occulto fiat manifestꝰ/ melius est: non enĩ tantũ no-
cet alijs/ dũ peccauet sibi. etiam magis ꝓficit/ dũ eius vi-
tia manifesta ꝛ cognita faciliꝰ corrigũtur. Allega si potes.
¶ Vertigo est infirmitas capitis q̄ nihil aliud est ꝭm Cõ- 6
stanti. q̄ꝫ corruptela spũs visibilis/ qua scꝫ fit ꝙ omnia vidẽ
tur voluẽtia ꝛ tenebrosa. Quod fit ex aliquo ventoso humo
re/ se spiritui visibili imiscente/ ꝛ motũ ꝛ vertiginẽ in imagi
natiuis spiritibꝰ inducente. Procul dubio talem infirmita
tem videntur habere multi falsi iudicatores ꝛ opinatores/
in quibus scꝫ visus recti iudicij sic turbatur / ꝙ oĩes alios
preter se/ voluẽtes ꝛ inconstãtes/ tenebrosos ꝛ vitiosos opi-
nantur. Se enim solos stare existimant: alios vero vagos ꝛ
volubiles esse putant. Istud ei facit vẽtositas sue supbe p̄-
sumptionis/ que scꝫ mouet ꝛ decipit visum sue discretionis
et cognitionis: de quo dicit Esa. xix. Dominus miscuit spi
ritũ vertiginis in medio eius: ꝛ errare fecerunt egyptũ. Et
dic ꝙ iste motus nõ est in rebꝰ: immo ē in ipso cerebro ipsiꝰ
patiẽtis. ad denotandũ ꝙ illos motus vitiorum quos quis
habet in se/ alios similiter credit habere/ qꝛ sicut dicit Tul
lius: in quo quis insanit/ in eodem alios insanire credit.

Vigilia/ insomnietas ꝛc̄. vide supra titulo de vigilia:
vbi de insomnietate. i. de vigilia inaturali multa vi-
debis.

Capitulum. v. de morbo caduco.

Caducus morbus est ille quo patiẽs cadere cõ- 1
pellit: q̄ epilepsia qñq̄ꝫ/ seu apoplexia/ seu etiã sa
cra passio noiat. Dicit enim ista passio (vt dici-
tur ĩ passionario) hieractonon. i. sacra passio/ eo
ꝙ sacras corporis occupet partes/ scilꝫ caput et
sensus. Dicit herculis passio/ eo ꝙ ĩfirmitas fortissima. Di
citur etiam epilepsia: ab epi/ qď est supra: ꝛ lepsis/ qď est le-
sio siue captio. Fit autem iste morbꝰ ꝑ raptum humorum
ad cerebrũ/ ꝛ suorum ventriculorum occupationem: ex qui
bus anima in regimine corpis impedit/ ꝛ sensus et motus
intercipit / quousq̄ꝫ natura ab illo humore exopilauerit viã
suam. Ista igitur passio hominẽ subito facit cadere/ caput
facit tremere/ ꝛ os ꝛ faciem cũ stridore dentiũ ꝛ spumatio-
ne turpiter obtorquere. Per istã infirmitatẽ intelligo pec-
catum superbie/ que scꝫ sacra passio dicitur: qꝛ scꝫ sacros vi
ros aliquotiẽs occupauit. Passio herculea: qꝛ de viris etiã
sanctissimis/ cõstãtissimis ꝛ fortissimis triumphauit. Epi-
lepsia. i. superiorum lesio: qꝛ scꝫ multos supiores ꝛ potentes
ꝓstrauit: imo etiã ip̄os supiores ãgelos de celo ad istũ cali
ginosum aerem iclinauit. Eccli. x. Sedes ducũ superborũ
destruxit dñs. Fit enim iste morbus superbie/ quando aliq̄
mali hũores. i. alique vane affectiones/ cogitationes ꝛ ima
ginatiões/ ad cerebrũ. i. ad cõsiderationem rapiũtur: vtpo
te quãdo homo nobilitatem generis/ fortitudinẽ corporis/
opulẽtiã diuitiarũ/ ꝛ etiã abũdantiã virtutũ ꝛ gratiarũ ali-
quotiens meditat. Qñ enim talis humor. i. talis vana cogi
tatio cerebrũ ꝯsiderationis occupat: tũc epilepsiam super-
bie ibi causat/ aiamq̄ꝫ a suis spiritualibus actionibus ipe-

dit/⁊ sensum discretionis/motuꝫ bone operationis homi-
1 ni tollit/⁊ a statu gratie ⁊ ꝓsperitatis descendere ipm̄ facit
ps. Tu humiliasti sicut vulneratū supbum. Et sic introdu
cit in homine peccatore tremorem desperationis / stridorē
ire ⁊ turbationis/ spumā malorū verborū ⁊ detractionis/et
obtorsionem vultus.i.turpitudinē male cōuersationis.Un
de breuiter superbia est ille morbus de quo dicit Marc. ix.
ꝙ quotiens apprehendebat illū infirmum/allidebat eū/ et
2 spumabat/⁊ stridebat dētibus/⁊ arescebat. ¶ Epileptico-
rum tres sunt species/scilꝫ epilepsia/analepsia/catalepsia.
Sed de istaꝝ diuersitatibus/parū ad presens curo. Unum
tamen aduertendū ꝙ quidā istorum presentiūt casum suū:
et quandoꝫ per cōstrictionem extremitatū casum deuitāt
ꝫm Galenū. Sentiūt enim quasi motū formicaꝝ/vel qua-
si motum aure superius ascendentis. Alij in nullo presen-
tiunt casum/sed cōtinua capitis grauedine laborāt. Teste
autē Galeno/ isti febrē sepe patiūtur:qꝛ sine calore nūqꝫ sur
sum materia raperet. Sic vere inter caducos peccatores/
quidam sunt q̄ casum futuri peccati presentiunt / inqꝫtū scꝫ
raptū materie.i.occasionem ⁊ tentationem peccati ꝑcogi-
tant et cognoscūt.et hi quandoꝫ remediū apponūt / seqꝫ ꝑ
cōtinentiam et temperantiam taliter cōstringūt/ ꝙ casum
vitioꝝ euadūt/dicētes illud ps. Cogitaui vias meas: ⁊ cō
uerti pedes meos in testimonia tua. Alij ꝟo istū casum nō
ꝑcogitant nec cognoscunt / nec ad prenuncia signa pecca-
ti attendūt/nec scꝫ ad raptū seu motum materie.i. tentatio
nis vel inflāmate affectiōis/ cautelam aut remediū appo-
nūt:⁊ ideo enormiter in vitia multa cadūt/grauedineꝫ ca
pitis.i.obstinationē mentis cōtinue secum gerunt/et febre
male ꝯcupiscētie faciliter incalescūt.ps. Cōcaluit cor meū
intra me. Bene ergo docetur Eccli.j.vbi dicit. Attēde ne
3 forte cadas. ¶ Epilepticis est vtile frequentiam hominū
deuitare: qꝛ scꝫ ibi solet ipsos infirmitas aggredi/vel noce-
re. Sicut etiā dicit Platearius/istos curat tres guttas san-
guinis de medio scapularū scarificādo extrahere/⁊ cū vno
ouo corui in fine accessionis pastū sumere. Proficit etiam
eis peonia vel potata vel portata: coagulum leporis bibi-
tum:hepar asini assatum/sicut dicit idem. Caducus signi
ficat infirmum: qui scꝫ cadit faciliter in peccatū/ ad cuius
tutelam possunt esse multa necessaria/⁊ primo quidem de
uitatio hominum: qꝛ scꝫ qui frequētiam hominum diligit/
et q̄ opera sua publicari consentit/ procul dubio facilius in
peccatū corruit atqꝫ cadit. Matthe.vj. Attendite ne iusti-
tiam vestrā faciatis coram hominibus. Proficit etiam istis
ꝙ tres gutte sanguinis extrahātur.i.ꝙ tres partes proprij
laboris ⁊ penitentie/scꝫ contritionem/ꝯfessionem/⁊ satisfa-
ctionē habeant/⁊ ꝙ cū ouo corui.i.cū memoria proprij pec-
cati(quod scꝫ coruus diabolus in corde eorum posuit et in-
fudit)lachrymabiliter ipa sumant. Proficit etiam istis coa
gulū gratie dei:⁊ assatura passionis christi. Qꝛ pro certo q̄
assatura asini nostri christi.i.memoria sue passionis pastus
fuerit ꝑ compassionem/qui coagulo sue gratie se impigua-
uerit per deuotionem/ ⁊ qui oua corui diaboli/ hoc ē dictu
propria peccata comederit per ipsorum memorialē recor-
dationem/⁊ tres guttas proprij sanguinis et laboris emise
rit/scꝫ cōtritionem/cōfessionem/⁊ satisfactionem:⁊ societa-
tes hominum fugerit per inanis glorie deuitationem: pro-
cul dubio a casu peccati ꝑseruabitur / ⁊ a casu mortis eter-
ne liberabitur.iij.Reg.j. Si fuerit vir bonus: nō cadet.

Capitulum.vj.de sternutatione.

1 STernutatio(vt dicit Cōstantinus) est violēta ce-
rebri cōmotio / ad expellendū ipsius cerebri fu-
mosas superfluitates. Fit aūt sternutatio aliqñ
a natura/aliquando a morbo. Prima autem est
bonum signū:significat enim naturā esse fortem
et ad expellēdas superfluitates potentē. Et ideo talis ster-
nutatio cerebrum cōmouet ⁊ exonerat/totūꝫ corpus cōcu
tit ⁊ alleuiat: ⁊ ex violenta aeris cōmotione in canalibus na
rium strepitū facit ⁊ generat. Procul dubio talis bona pas
sio est ꝯtritio. Ista est enim que cerebrū mentis mouet per
suiipsius discussionem/ et que etiam sonū ⁊ strepitum facit
per confessionem/ mentem autem superfluitatibus vitioꝝ
exonerat/per oīmodam satisfactionem. Et pro certo talis
sternutatio est bonum signum future salutis/ scꝫ quādo ho
mo sternutat faciliter.i.quando ad cōtritionem ⁊ confessio
nem libenter mouetur. Uel dic ꝙ sternutatio potest tenta-
tionē diabolicā significare/ cū qua supfluitates malaꝝ sug
gestionum eijcit/sonumꝫ terrorum ⁊ desperationum emit
tit/de quo Job.xlj. Sternutatio eius splendor ignis.

Capitulum.vij.de tremore.

1 TRemor accidit in capite vel in membris.⁊ sicut
dicit strabus super Gen.iiij. istud fuit signum
cain/ qđ deus posuit vt cognosceretur/⁊ ne occi
deretur/scꝫ tremor capitis. Et in hoc potest no-
tari ꝙ homo/ dato ꝙ sit more ipsius cain.i.pctōr/
dum tamen per dei timorem metuat atqꝫ tremat/ non me-
rebitur per damnationem occidi / sed potius vite gratie et
penitentie reseruari. Bene ergo dicit Thobias.xiij. Cum
2 tremore confitemini domino. ¶ Tremor capitis a Cōstā-
tino dicitur iectigatio/⁊ prouenit ex defectu virtutis regiti
ue in neruis spondilium/ seu ossium ipsius colli/ ⁊ aliorum
mēbroꝝ. Sūt enim in hoc morbo duo motus oppositi/quorū
alter sursum/alter deorsum mouet. Natura eni facit supio
rem: morbus vero inferiorem. Natura enim membrum qđ
necdum a suo regimine destituit / ipsum nititur regere / et
in dispositione debita continere/ ⁊ sursum per consequens
eleuare: morbus vero ipsum membrum inferius deprimit:
et sic ex controuersia duoꝝ motuum tremor accidit atqꝫ ve
nit. Procul dubio ꝑ istam infirmitatem possum intelligere
incōstantiam/⁊ dubitationem mentis : qꝛ scꝫ quidam sunt
quorum mens semper tremit dubitando / vacillando / et
incōstanter ⁊ dupliciter se habendo/⁊ nunqꝫ in soliditate fi
ducie vel constantie permanendo.ps. Timor ⁊ tremor ve-
nerunt super me:⁊ contexerūt me tenebre. Sūt enim in ho-
mine duo motus/scꝫ motus synderesis ⁊ rationis / qui sur-
sum erigit:⁊ motus sensualitatis/qui deorsum ad vitia pre
mit: motus etiam virtutis ⁊ gratie/qui mentem nititur re-
gere: motus vero culpe ⁊ carnalis cōcupiscētie/q̄ mētē sēp
vult inferius ad mūdi delectabilia trahere ⁊ deprimere. Isti
sunt eīn duo motus contrarij/ ⁊ sibi inuicē ꝯtradictorij/de
quibus ad Galath.v. Caro cōcupiscit aduersus spiritū: et
spiritus aduersus carnem. Quādo igitur virtus regitiua/
scꝫ ratio/ est debilis ⁊ impotens/tunc nō potest membrū.i.
mentem in statu debito ꝯtinere: imo qꝫuis semper per syn-
deresim cōscientie repugnet/⁊ infirmitati culpe resistat/ni
hilominus tn̄ motū culpe non tollit/nec eneruat/nec mētē
recte dirigit aut gubernat : sic igitur fit ibi quedā spiritua-
lis vacillatio/⁊ quedam incōstantie titubatio: qꝛ qꝫtum ra
tio vult sursum trahere / tātū culpa vult mentem deorsum
flectere.ps. Cōturbati sunt/cōmoti sunt: tremor apprehen
dit eos. Uel dic ꝙ virtus ista naturaliter significat debilē
prelatum/qui qꝛ nō potest membrū infirmū.i. malū subdi-
tum bene regere/ contingit in ipso tremorem incōstantie/⁊
desperationē inesse. Si enim ista virtus istius prelati esset
tanta/ ꝙ in isto infirmo ⁊ defectuoso subdito totū motū in-
firmitatis tolleret/ipmꝫ contra vitiorū suorum inclinatio-
nem in debito regimine contineret/nunqꝫ in ipso talis tre-
mor.i.talis mentis fluctuatio proueniret: sed quia in tali ꝑ-
lato vis regitiua/que est iustitia quandoꝫ deficit: ideo mē
brum seu subditum tremere ⁊ fluctuare permittit. Uel dic
ꝙ natura vel virtus significat animā: morbus vero signifi-
cat carnem. Uel natura est deus/vel bonus angelus: mor-
bus est diabolus seu mundus. Isti enim contrarios motus
agunt/et ideo mentem nūc sursum nūc deorsum deflectūt.
ps. Ascendūt vsqꝫ ad celos/⁊ descendunt vsqꝫ ad abyssos.
3 ¶ Frigiditas quandoꝫ inducit tremorē: neruos enim cō-
gelat/⁊ virtutē regitiuā debilitat:⁊ sic mēbri tremorem ge
nerat atqꝫ causat. Contingit etiā(vt dictū est) ex defectu re
gitiue virtutis/ membrū indispositum ⁊ infirmū debite re-
gere nō valētis. Unū autē aduertendū est/ꝙ paralysis que
fit cū tremore/magis est curabilis/ qꝫ illa que ē sine tremo
re. Cuius ratio est: qꝛ mēbrum qđ tremit/ nō est totaliter de-
stitutum a natura. Tremor iste significat timorem diuinū
et maxime timorem seruilem / qui facit tremere et pauere.
Istum enim introducit defectus virtutis regitiue/scꝫ cha-
ritatis: quia sicut dicitur.j.Joā.iiij. Qui timet/ nō est per-
fectus in charitate: perfecta enim charitas foras mittit ti-
morē. Ipm etiā efficit frigiditas cōgelans.i.excessus tribu

lationis ⁊ aduersitatis. ij. Esdre. ix. Erat omnis popul⁹ tremens propter hyemē. Quis ergo talis seruilis timor non sit sufficiens ad premiū obtinendū/ valet tamen ad peccatum vitandū/ ⁊ ad hominem ad bonū aliqualiter disponendum/ ⁊ ad dei miam obtinēdum: qꝛ pro certo paralysis peccati mortalis/ que scꝫ aufert sensum discretionis/ ⁊ motum bone operationis/ tunc tēporis curabilior reperitur/ quādo tremor talis/ scꝫ timor seruilis/ quo scꝫ homo timet damnationem ⁊ tormenta/ talē paralysim comitatur. Natura enī .i. deus nunq̃ illum ex toto destituit/ qui dei iustitiam tremit ⁊ metuit: q̄nimo ille faciliter ad sanitatē gratie ꝑuenit qui dei timorem cōtinet atq̃ gerit. Esa. lxvj. Ad quē (inq̄t) respiciam/ nisi ad pauperculū/ ⁊ contritum spiritu/ ⁊ tremētem sermones meos? Illa vero paralysis. i. illud peccatum mortale/ quod nullus tremor diuini timoris comitatur/ videtur incurabile: qꝛ pro certo membrum. i. persona que talem morbū patitur/ videtur a natura. i. a deo penitus destitutum/ ⁊ sue proprie volūtati dimissum/ ⁊ ad nullam sanitatem gratie ordinatū: sed potius damnationi perpetue reseruatum. Eccli. j. Qui sine timore est/ non poterit iustificari. Et si vis pone hic per modū figure de cain illud quod ponitur supra. §. j.

4 ¶ Membra quādo a virtute deficiūt/ quandoq̃ tremula ⁊ instabilia fiunt. Sic vere quando in homine deficit virtus gratie diuine/ ⁊ maxime virtus fortitudinis et spei/ tunc tremulus per desperationem efficitur: ita ꝙ semper titubat et mouetur: ⁊ vbi deberet esse firmus/ vacillat/ fluitat et turbatur. ps. Trepidauerunt timore vbi nō erat timor.

Capitulum. viij. de spasmo.

1 Spasmus est violenta neruorum contractio/ motum volūtarium auferens/ aut retardans: ⁊ hoc est quando mēbrū aliquod obdormit ⁊ spasmatur: ita ꝙ ad volūtatem hominis nō regitur aut mouetur. Et accidit talis infirmitas aliquādo ex repletione/ aliquādo ex inanitione/ ⁊ aliquādo ex nimia infrigidatione/ sicut patet in labijs ⁊ manibus infrigidatorum/ qui vix verba formant/ ⁊ vix digitos complicant ⁊ recuruant. Talis infirmitas videtur esse pigritia: qꝛ pro certo ista est que neruos affectionum cōtrahit/ ⁊ motū bonoꝝ operum eis tollit/ intantū ꝙ membra eorum videntur penitus obdormire/ ⁊ nullum motum boni operis exercere. Et prouenit talis infirmitas seu iniquitas aliquando ex diuitiarū repletione/ aliquādo ex virtutum inanitione/ aliquando ex frigiditatis indeuotionis cōgelatione. Qꝛ pro certo quando mens a virtutib⁹ exinanitur ⁊ depauperat̄/ quādo insuper mens ⁊ affectio bonorum terrenorum opulentia et cōplacentia cumulatur/ tūc solet per accidiam contrahi/ ⁊ a motu bonorū operum retardari. Ideo de ista triplici causa talem imobilitatem pigritie inducente/ potest dici illud Exodi. x. Tribus dieb⁹ nemo vidit fratrem suū/ nec mouit se de loco suo. quasi dicat. Isti tres dies. i. iste tres cause auferunt visum discretionis/ ⁊ motū bone oꝑationis.

2 ¶ Quādo digiti frigore sunt spasmati/ cauēdum est ne nimis subito forti calori apponātur: qꝛ ex subita repercussione frigiditatis extremitates neruorum dolorem nō modicū sentirēt. Paulatim ergo ⁊ non subito debet mēbrum calefieri/ ne lesionem neruorum cōtingat repercussione frigoris generari. Ista possunt allegari cōtra feruorem subitū nouitioꝝ. Ipsi enim qui in seculo fuerunt frigidi/ ⁊ per indeuotionem gelati quando tandem ad religionem veniunt/ feruori deuotionis ita subito ⁊ indiscrete se exponūt: ꝙ propriam fragilitatē obliuiscunt̄: ⁊ facere mirabilia ꝓponūt: ita etiā ꝙ plerūq̃ de sua ꝑfectione supbiūt/ ⁊ alios q̊s videt̄ peccare/ ꝯtēnūt. Sed ꝑ certo sepe fit ex occulta dei dispēsatione/ ꝙ isti tētationibus exponūtur/ ⁊ vt humilitatē cōcipiant/ sibiipsis dimittuntur. Et tunc frigus indeuotionis ad exteriores neruos ⁊ affectus cordis reuertitur: ita ꝙ dolorem vitiorū maiorem q̃ȝ ante senserant/ experiuntur: ita ꝙ etiam quandoq̃ a statu gratie cadere permittuntur. Et sic (sicut dicitur Mat. xij.) fiunt nouissima illius hominis/ peiora prioribus. Magis est igit̄ vtile ꝙ feruor ⁊ calefactio deuotionis paulatim/ vt cōtinuetur/ crescat: q̃ȝ ꝙ tota subito effundatur/ et postea perdatur ⁊ decrescat: quia sicut dicit̄ Prouerbi. xiij. Substantia festinata minuet̄: que antē paulatim colligit̄/ multiplicabit̄.

3 ¶ Omitto multa alia q̄ hic dicūt̄ de spasmo.

Capitulum. ix. de paralysi.

1 Paralysis est lesio partis humani corporis cum diminutione motus/ vel sensus/ vel vtriusq̃. Fit autem quandoq̃ ex humore opilante/ quandoq̃ ex calore cōsumente/ ⁊ neruos corrugante/ quādoq̃ ex frigiditate neruos cōstringente/ ⁊ spirit⁹ congelante/ et quandoq̃ ex vulnere neruos incidente ⁊ diuidente. Ex istis enim causis via animalis spiritus impeditur/ ⁊ sic mēbrum ad quod tendebat/ sensu ⁊ motu priuatur: ita ꝙ illud membrum quasi mortuū reputatur. Cōmuniter autem ex superfluo potu ⁊ cibo solet iste morbus fieri: quia scilicet per multitudinem humorum qui ibi generantur/ nerui solent (vt dictum est) opilari. Per paralysim possum intelligere peccatum/ vel etiam debilitatem virtutis/ et potentie spiritualis/ et impotentiam operandi bonum. Quod pro certo motum bonorum operum tollit/ ⁊ sensum discretionis confundit. Cōtingit autem hec infirmitas/ scilicet impotentia bene operandi/ multis causis/ scilicet propter humores carnalis delectatiōis/ propter calorem auaritie ⁊ ambitionis/ propter frigus timoris ⁊ desperationis/ propter vulnus inuidie/ iracundie et cordialis afflictionis. Carnalis enim delectatio neruos affectuum claudit ⁊ opilat. Auaritia neruos affectionis per parcitatem contrahit et corrugat. Timor ⁊ desperatio ipsos affectus per indeuotionē infrigidat ⁊ congelat. Inuidia vero ipsas affectiones scindit ⁊ vulnerat/ ⁊ schisma discordie inter partes generat atq̃ causat. Iste enī sunt quattuor cause quibus spirit⁹ diuine gratie intercipitur/ ⁊ per quas/ ne mentem sensificet ⁊ moueat/ impeditur. Et sic propter defectum ipsius spiritus sancti vel gratie/ membrū. i. peccator/ spiritualiter paralyticus efficitur/ ⁊ sensu cōpassionis vel discretionis/ necnon motu bone operationis destituitur et priuat̄: ita ꝙ de quolibet tali potest dici illd̓ Matth. viij. Iacet in domo paralyticus: ⁊ male torquetur. Vel dic ꝙ nerui sunt prelati/ quibus mediantibus/ mēbra. i. subditi recipiunt sensum ⁊ motum predictū. Sed qꝛ isti nerui quattuor predictis modis opilantur/ corrugantur/ congelantur ⁊ inciduntur: ideo mēbra subiecta paralytica efficiunt̄ ⁊c̄. per omnia sicut supra. Vel dic ꝙ nerui sunt predicatores ⁊c̄.

2 ¶ Paralysis est aliquādo generalis/ occupans mediam partem corporis infirmantis: aliquando particularis/ occupans solum vnum membrū: vtpote manuū/ brachiū seu linguā. Et est aduertendū ꝙ causa seu materia huius infirmitatis: scꝫ opilatio humorum/ aliquando est in origine neruorum/ aliquando etiam in ipso mēbro paralytico/ et discernitur: quando non solum dolet membrum paralyticum: imo etiam locus superior spine dorsi vel similis. vnde Galen⁹ ꝑmo de locis affectis dicit se amouisse emplastrū quod sophista posuerat super malum: scilicet super digitos: ⁊ posuisse super scapulam. Quia scilicet primo est medicādus locus vnde prouenit causa morbi/ q̃ȝ etiam ipsum membrum in quo est ipse morbus. Sic ꝓcul dubio dico ꝙ paralysis peccati/ ⁊ causa eius aliquando est in mēbro. i. in ipso malo subdito: aliquando prouenit a neruo superiori opilato. i. a malo prelato et infecto. Oportet ergo ꝑmo istū neruū. i. ꝓlatū malū sanare: alias vix poterunt membra que sub eo sunt/ sanitatis remediū reportare. Cū caput enim infirmū est/ cetera mēbra dolēt.

3 ¶ Paralysis que fit ex incisione/ nunq̃ curatur. Uniuersalis vero paralysis/ maxime que in senibus accidit/ vix aut nunq̃ aut difficiliter medicatur. Sic vere paralysis pigritie vel defect⁹ bonorum operum/ ⁊ vitium negligentie vix aut nunq̃ potest curari/ siue sit particularis siue sit vniuersalis: qꝛ. s. vix aut nunq̃ ꝑ penitentiā remediatur vitiū qd̓ per scissuram schismatis in senectute male consuetudinis generatur: quia scilicet postq̃ homo per schisma a fide et ecclesia fuerit separatus/ et ꝑ malas consuetudines in vitijs antiquatus/ vix amplius potest esse a paralysi inertie liberatus. j. Macha. ix. Dissolut⁹ est paralysi/ nec vltra potuit loqui verbū.

Capitulum. x. de oculis.

1 Oculorum varie sunt passiones. Sunt enim oculi mēbra mollia/ tenera ⁊ fragilia: ⁊ ideo ad ledēdū vel ad lesionem incurrendā sunt valde passiua ⁊ facilia. Patiūtur ergo oculi a vulnere continuitatē oculoꝝ dissoluente. A puluere tenerā

substantiam perturbante. A vento frigido spiritum visibi-
lem repercutiente. Ab aere calido dissoluēte. A fumo ob-
fuscante. A claritate corporis lucidi spiritum disgregante
A nimia tenebrositate spiritum visibilem conculcante. A
superfluo potu visum hebetante. A voluptate venerea hu-
morem crystallinum consumente et corrumpente. A cibo
forti ꝛ violēto / vtpote ab allio obscuritatem in oculis indu
cente. Istis enim decem causis oculus corporalis patitur
et tam istis q̄ȝ alijs multis causis in suis actionibus im-
peditur. Procul dubio per oculum intelligi potest anima/
que videt et intelligit vniuersa. Vel etiam oculus est mēs
et discretio cordis nostri. Vel etiā duo oculi nr̄i sunt intelle
ctus et volūtas. Dico igitur ꝙ tales oculi cordis nostri de-
bilis sunt nature: faciliter enim per peccata leduntur: qua
propter decem causis et decem occasionibus vitia patiun
tur. psal. Oculi mei defecerunt. Patitur igitur oculus mē-
tis quando per inuidiam vulneratur/ quando puluere ter-
renorum per auaritiam perturbatur / quando fumo super-
bie molestatur/ ꝛ quando vento inanis glorie repercutitur/
aut grauatur. psal. Oculos superborum humiliabis. Item
patitur iste oculus quando aere calido mundane prosperi
tatis dissoluitur ꝛ eneruatur: quando claritate solis (quem
vult respicere). i. ꝓfunditate diuine maiestatis quam vult
perscrutari et inquirere/ obtunditur ꝛ excecatur. Esaie. xxx
viij. Attenuati sunt oculi mei / suspicientes in excelsum.
Quando etiam obscuritate ignorantie obfuscatur / et dis-
cretionis lumen in eo cōpingitur et calcatur. psal. Obscu-
rentur oculi eorum ne videant. Item patitur iste oculus/
qn̄ homo vino peruerse doctrine inebriatur / quando vene-
re ꝛ luxuria maculaꝛ/ et qn̄ allijs. i. iracundie acredine pro-
uocatur. p̄s. Turbatus est a furore oculus meus. Ista eni
omnia oculum mentis ledunt / et spiritum visibilem. i. spi-
ritum sanctum/ seu diuinam gratiam in eo corrumpunt/ et
lumen discretionis per ignorantiam impediunt et obtun-
dunt: vt sic possit dicere peccator illud psal. Lumen oculo-
rum meorum/ ꝛ ipsum nō est mecum. Vel dic ꝙ oculus est
prelat⁹ vel religiosus/ qui scilicet quandoqȝ patitur dictas
2 infirmitates vitioꝝ ꝛc. dic per omnia sicut supra. ¶ Ocu-
lus quādoqȝ patitur apostema/ quod ex humoribus ad pu
pillam fluentibus super oculi albuginem aggregaꝛ. Et vt
istud apostema meli⁹ curetur/ debet medicus collyria mi-
tigantia apponere ex lacte femineo/ et aqua rosacea oculū
aspergere/ lachrymas restringere/ ꝛ aliquibus materiam le
uiter repercutere/ et nunqȝ (si materia est multum calida/ ꝛ
dolor fortis) debet repercussiua fortia adhibere: quia alias
si materia ad neruum obticum (per quem transit spiritus
visibilis) repercutitur/ perpetuam cecitatem poterit indu-
cere vel causare. Sic vere in oculo mētis aliqn̄ generaꝛ apo
stema superbie/ et congregatio humoris carnalitatis et lu-
xurie. Et ideo vt sanetur/ debet apponi collyrium mitiga-
tiuum dulcis monitionis/ lac dulcis doctrine / et aqua ro-
sacea deuotionis et compunctionis. Restringi etiam de-
bent lachryme desperationis/ et adhibenda est consolatio
spei/ et promissio venie ꝛ saluationis cum aliquantula leui
et non aspera repercussione timoris et redargutionis: ne
forte si esset excussiua repercussio et correctio / induceretur
cecitas mentalis obstinationis/ et non sanitas salutis/ vel
saluationis. p̄s. Turbatus est in ira oculus meus. Vel dic
ꝙ oculi q̄ sunt mēbra valde nobilia/ ꝛ ad regnū corporis in-
stituta/ significant nobiles ꝛ principes huius mundi/ q̄ pro
certo debilis sunt cōstantie vel virtutis. Nolunt enim aspe
re tangi vel corrigi: immo leniter et suauiter volunt vngi.
Confessor enim ꝛ predicator volens apostema superbie ab
eis tollere / debet verba mitigatiua et lactea adhibere/ et
non ipsos proterue vel fortiter exasperare vel repercutere:
ne forte ad deterius prouocentur / et cecitatem et obstina-
tionem malitie ipsum contingat in eis generare. Vel dic
ꝙ oculus significat personam debilem ꝛ fragilem/ que pro
certo si forti repercussione timoris tangatur / per despera-
tionem faciliter excecatur: quapropter cauendum est vt cō
fessor in talibus/ verbis lenitiuis q̄ȝ asperis plus vtatur. Ec
3 clesiastici. xxij. Qui pūgit oculū/ educit lachrymas. ¶ Pa
tientib⁹ i oculis apostema/ vtile est capite alto dormire/ lu
cis claritatem fugere/ vocis emissionem vitare/ et aquam
claram et calidam portare. Sic vere patienti aliquod vi-
tiū mortale in oculo cordis sui/ ꝓdest ei si capite intētionis
sursum erecto ad deum/ per spem ꝛ contemplationem dor
miat/ si claritatē mūdane glorie vitet et fugiat / si vocē mul
tiloquij compescat et silentium custodiat/ et si aquam cla-
ram diuine sapientie et doctrine bibat et hauriat. ¶ Ocu- 4
lis accidit lippitudo/ que est oculorum viscosa superfluitas
palpebris adherens/ et eas ingrossans/ et inuiscans: et nō
oculorū substantiam sed palpebras solas afficiens ita lip-
pis quippe oculis non pupille sed defluente humore pal-
pebre ingrossescunt / sicut dicit glosa super Leuiti. xxj. Et
ideo sicut ibidem exponitur/ per istos lippos oculos mun-
di sapientes intelliguntur / qui q̄uis pupillam intellectus
sanam habeant / intantum ꝙ veritatem clare cognoscant
atqȝ videant / ipsi nihilominus lippitudinem et viscosum
humorem carnalis vite sustinent et cum lippitudine scien
tie lippitudinem carnalitatis habent. Et ideo ibidem Le
uiti. xxj. precipitur ne ille qui habet lippos oculos/ vel al-
buginem in oculo/ seu iugem scabiem in corpore/ ministra
re in tabernaculo permittatur. Ad denotādum ꝙ illi a mi-
nisterio tabernaculi ecclesie/ et a promotionibus ꝛ officijs
debent repelli/ qui licet virtutis habeant scientiā/ vite ta-
men carnalis scabie / lippitudine et albugine sunt fedati.
Talibus enim potest dici illud Iob. x. Oculei carnei tibi
sunt/ et sicut videt homo/ ꝛ tu videbis. quasi dicat. tu vide-
bis rationabiliter sicut homo omnimodam veritatem/ ꝛ ta
men oculi tui carnei sunt per carnalis imunditie volupta-
tē. ¶ Oculo accidit quedam macula rubea/ que fit ex per 5
cussione aut ex re alia punctū rubeum faciente. In hac au
tem infirmitate sanguis est dissoluend⁹ postq̄ȝ inflamma-
tio quieuerit: et quandiu dolor perseuerat/ albumen oui est
sumendum cum oleo rosato. Oculo etiam accidit alia ma
cula que tela nuncupatur/ que fit quando humor viscosus
defluit ad oculū/ qui male discussus/ vel a principio non cu
ratus/ successu temporis induratur/ ꝛ tela vel pannus effi-
citur: a quo pupilla ꝛ etiam tota nigredo occupatur/ ꝛ ceci
tas introducitur. Que infirmitas incurabilis efficiꝛ/ si ali-
quantulū antiquaꝛ. Ipam tū ꝫm Cōstā. (dū recens ē) diciꝛ
sanguis extremitatis ale dextre colūbe/ vpupe/ vel hirun-
dinis rūpere: ꝛ fortiter abstergere vel curare. Sic vere quā-
do humor viscosus male ꝛ carnalis affectionis ꝛ cogitatio-
nis/ ad oculū mentis defluit: nisi statim per discussionem ꝛ
penitentiam curetur/ paulatim per malam cōsuetudinem
durescit ita ꝙ in telam et pannū. i. in obstinatam ꝛ compa-
ctam malitiam se conuertit/ ꝛ oculum mentis occupās/ ce
citatem obstinationis inducit/ quā nulla medicina penitē
tie curat/ si magno tractu temporis inualescit: quia sicut di
citur Prouerb. xxij. Adolescēs iuxta viam suam/ etiam cū
senuerit/ non recedet ab ea. Quando tamen talis macula
peccati vel ignorante recens est/ nec adhuc per obstinatio-
nē et desperationē indurata / tūc sanguis ale dextere ipsi⁹
colūbe cristi. i. memoria sui sanguinis et passionis/ proficit:
et peccati maculam rumpit/ abluit et abstergit. Apoc. vij.
Lauerūt stolas suas in sanguine agni. ¶ Sanguis quan- 6
doqȝ de aliqua venula desudat in oculo/ ꝛ generat ibi ma-
culam rubeam. Ista est macula luxurie/ que ex sanguine ꝛ
carne prouenit/ que oculū cordis inficit/ siue oculum. i. pre-
latū vel religiosum turpiter maculat ꝛ confundit ꝛc. ¶ La 7
chrymarum fluxus accidit in oculis/ qui quando est inuo-
luntarius ꝛ continuus/ maximam generat passionem. Ac-
cidit ergo fluxus lachrymarum inuoluntarius aliquando
ex percussione/ aliquando ex calidi aeris dissolutione/ ali-
quando ex frigidi coarctatione/ aliquando ex fumi mordi-
catione/ aliquando ex pulueris perturbatione / aliquando
ex ceparum vel alliorum odoratione/ aliquando ex humorꝫ
abūdantia et liquefactione/ aliquando ex virtutis conten-
tiue cerebri debilitate ꝛ defectione. Sic ꝓcul dubio lachry
me compunctionis et doloris/ lachryme etiam compassio
nis et dulcoris/ lachryme deuotionis et amoris possunt ex
causis varijs prouenire. Ipsas enī introducit percussio di-
uine inspirationis. Calida dissolutio charitatis/ feruoris et
dilectionis. Frigidus aer diuini timoris et tribulationis.
Fumus ignis. i. meditatio et memoria ignis eterne dāna-
tiōis. Puluis. i. cogitatio nostre mortis/ et puluere resolu-

tionis. Acredo allij odorati.i.mẽoria diuine iustitie/et suorum iudicioꝝ/⁊ sue seuere correctionis. Abũdantia humoris/gratie ⁊ deuotionis/ ⁊ debilitas contentiue obstinationis:hoc est dictu/ teneritudo benigne affectionis/que scilꝫ nescit lachrymas retinere/imo solet eas facillime desudare/sicut bene apparebat in illo q̇ dicebat in p̃s. Lauabo ꝑ singulas noctes lectum meum / lachrymis meis stratum meum rigabo. Uel dic ꝙ lachryme inuolũtarie significant desolationem damnationis eterne / que procul dubio ad modum calidarũ lachrymarum damnatos decoquunt et exurunt. Istarũ enim causa est calor dissoluens mali amoris/ frigus coarctans mali timoris/fumꝰ exhalans mundi vanitatis/puluis ꝑturbans terrene facultatis/ humor abũdans carnalis voluptatis/virtus deficiẽs ⁊ nihil continẽs intẽperate voluptatis. Ista em̃ oĩa lachrymas eterne dãnationis inducũt/et fletum perpetue desolationis infligũt Threnoꝝ.ij. Defecerũt pre lachrymis oculi mei. et Eccli. xxij. Pungens oculum educit lachrymas. Oculi insup solent ꝺm medicos caligatione molestari/ que est morbꝰ aduenĩẽs oculis/ maxime eorũ qui sunt in senectute. vnde.iij. Reg.xiiij. Caligauerunt oculi eius pre senectute. Isti aũt sic oculis caligantes/bonum est(si volunt curari)ꝙ oculos suos in aqua frigida demergant/et parũ in ipsa aqua aspiciant:qꝛ sic visus valde roboraꝉ. Debent fugere vinũ grossum ⁊ dulce:⁊ etiam cibos q̇ nõ facile digeruntur:similiter nõ debent comedere erucã/porrũ/ et ea que habent acrem vaporem. Multũ etiam prodest si quotidie per vnum mensem integrũ instilleꝉ huiusmodi aqua in oculos/que fit capiẽdo feniculum virentem/⁊ ponẽdo intra aquam pluuialẽ et relinquẽdo per vnũ diem ⁊ vnam noctem: ⁊ postea instillando. Profecto ꝑ oculos sic laborantes possumꝰ intelligere religiosos quosdã ãtiquos ⁊ in suis peccatis valde deprauatos/ maxime luxurie ⁊ auaritie: de quibus dici potest illud. iij. Regum. xj. Deprauatum est cor eorum per mulieres. Illi ꝓ certo religiosi sunt aut deberent esse oculi iuniorum: vt eos instruant et doceant bonis verbis/ suasorijs et exemplis:sed certe oculi eorum caligauerunt/⁊ videre non possunt: vt dicitur de helisco. j. Regum. iiij. Si autem tales volunt sanari / bonum est ꝙ oculos suos demergant in aqua frigida/ et in ea respiciant.i.bonum est ꝙ perfundant oculos suos lachrymis contritionis et penitentie / et non parum/ immo frequenter in eis cogitent: et tandem faciãt illud quod dicitur. j. Regum. iij. Planxerunt donec deficerent in eis lachryme. et tunc oculus eorum.i. cor valde roborabitur in gratia. Item debent fugere vinum grossum et dulce/et cibos duros.i.seminaria luxurie:nã vt est apud Terentium/ sine cerere et baccho friget venus. neqꝫ (propter hanc rationem)debent comedere erucam ⁊ similia:qꝛ oĩa ista mouent ad luxuriam. Proderit etiã si tales quotidie per vnum mensem.i.per residuum totius vite sue/instillent in oculos suos.i.in cor suum feniculum virẽtẽ.i.memoriã dominice passionis / que calida esse debet vt feniculus in corde eorũ:et feniculus iste.i.memoria dominice passionis remaneat per aliquod tẽpus in pluuia.i.lachrymis cõtinue stillantibus vt pluuia.

Capitulum.xj.de cecitate.

Cecitas est priuatio/seu perpetuum visus impedimentum/que scꝫ generatur multis modis. Accidit ergo cecitas quandoqꝫ ꝓpter organi indispositionem/propter nerui obtici opilationẽ/propter humorum consumptionem / quandoqꝫ propter oculorum vulnerationem/ quãdoqꝫ propter lachrymarum effusionem/ ⁊ substantie oculi dissolutionem/ quãdoqꝫ propter tunicarũ oculi inspissationem/ ⁊ humorum in oculo compactionem ⁊ indurationem/quãdoqꝫ propter humoris substantialis desiccationem / quandoqꝫ propter spiritꝰ visibilis disgregationem. Introducit igitur (vt dictũ est) cecitatem oculi indispositio/sicut patet in cecis natis. Neruorum opilatio / quod fit quando per supercrescentem humorem transitus spiritus per neruum impeditur. Humorum consumptio/sicut patet commuiter in senibus/ vbi ex humoris consumptione hebetatur et aufertur visus. Item tunicarum inspissatio/ sicut patet in macula de qua dictũ est. Humorum substantialis desiccatio/ et spiritus disgregatio/ sicut patet in viso: qui aspectu peluis cãdentis propter disgregationem spiritus visibilis / et consumptionem humoris crystallini cecatur. Ego etiam puerum vidi/ qui deprehẽsus in igne in cõbustione vnius domꝰ in qua erat/ ex splendore et ardore ignis inuentus est cecus postq̃ȝ euasisset. Procul dubio cecitas significat vitiũ ignorantie/ vel etiam vitium obstinationis ⁊ malitie:iuxta illud Sapientie.ij. Excecauit eos malitia eorum. Istud ergo vitium introducit multiplex causa: videlicet quando organum mentis est indispositum per infidelitatem / quando neruus affectionis opilatur per carnalitatem/ quando humor deuotionis consumitur per male vite antiquitatem/quãdo oculus ipsius mentis vulneratur per odij et inuidie peruersitatem/quãdo lachrymis plus debito perfunditur per desperationem et tristitiam / quando macula et duro panno tegitur per obstinationem et malitiam / quando humor gratie consumiꝉ/et sp̃us.i.sp̃ussancti donum disgregatur et dispergitur per igneam ⁊ feruentem auaritiam et cõcupiscẽtiam:quia pro certo quando ignis auaritie et carnalis concupiscentie oculum mentis per mala desideria comburit/ tunc humorem gratie consumit/ et spiritussancti dona euacuat et dispergit / et cecitatem ignorantie et obstinate malitie introducit.p̃s. Supcecidit ignis: ⁊ non viderũt solem. Istis igiꝉ varijs et diuersis modis fiunt ceci mundi pctõres/ita ꝙ illa que ad salutem pertinẽt/videre nesciunt/nec illa respiciunt aut attendunt. zacharie.xj. Percutiam omnem equum cecitate. ¶ Secundum Constantinum/ inter omnes passiones miserabilior est ipsa cecitas. Ista est enĩ que decipit cecum in apprehendendo/in iudicando/ in eligendo. In apprehendendo enim decipit imaginatiuam. de albo enim imaginatur ꝙ sit nigrum/et ecõuerso. In iudicando vero decipit virtutem deliberatiuam. Deliberat enim quandoqꝫ penes se ire ad orientem/ et vadit ad occidentem. Item in eligendo decipit virtutem affectiuam: quia quandoqꝫ oblato sibi denario cupreo et aureo / q̃ȝuis affectat aureum eligere / quãdoqꝫ tamen cognoscitur loco aurei cupreum accipere. Procul dubio talis cecitas videtur esse peccatum: quia scilicet istud est quod lucem gratie solet tollere/et rationis iudicium hebetare. Talis enim cecitas peccati decipit animam in imaginatione apprehensiua/in deliberatione determinatiua/ in affectiõe electiua. Cecus enim.i.peccator decipitur in imaginando. estimat enim de rebus nigris ꝙ sint albe/et ecõuerso: quia pro certo res mundanas que sunt nigre/ obscure et viles/ reputat esse albas/ claras et nobiles/ et econuerso spiritualia / que sunt alba / clara / nobilia et vtilia / reputat nigra / vilia et inutilia. Iste decipitur in ordinando et deliberando: quia pro certo sepe fit ꝙ peccator deliberat ire finaliter ad oriẽtem paradisi/ vtpote quia in fine penitere proponit/ qui tamen vadit ad occidentem inferni/ vtpote quia sine penitẽtia moritur/ et decedit. Threnorũ. iiij. Errauerunt ceci in plateis. Item decipitur in eligendo et affectando: quia ꝓ certo inter duos denarios sibi oblatos/cupreum scilicet et aureum.i.inter bona temporalia ⁊ eterna non bene eligũt: quia quandoqꝫ et communiter cupreum pro aureo.i. mundum pro paradiso eligunt/⁊ eternis contemptis temporalia apprehendũt. Ideo de talibus breuiter sic deceptis dicitur Sopho.j. Ambulabunt vt ceci/ quia domino peccauerunt. ¶ Cecus multas habet cõditiones. Cecus enim sepe est securus vbi esset timendum: ⁊ econuerso/ sepe est timidus vbi nihil est metuendum: quia enim non videt periculum/est securus/et quia causam securitatis non videt/ est ideo timidus. Item cecus nũq̃ȝ solet recte incedere/pedem enim sepe eleuat / vbi eũ deberet deprimere. Ipsum etiam econuerso quandoqꝫ deprimit / vbi debuerat eleuare. Iste etiam facillime offendit / et ideo vndiqꝫ palpando manu et baculo viam querit. Et breuiter/ cecus raro securus aliquid agit: immo vt communiter in cunctis dubitat et timet. Talis est peccator/et maxime ignorans et sapientia denudatus. Talis enim raro solet securus esse/lux enĩ gratie causa securitatis est: et ideo qꝛ peccator luce gratie caret/nunq̃ȝ proprie securus est. Timet enim etiam non timenda: qꝛ scilicet peccator timet semꝑ mũdi tribulationẽ/ penitentiã ⁊ correctionem/fortune deiectionẽ/⁊ mortis cõ

sumptionem: quia sicut dicitur Job.xv. Sonitus terroris in auribus impij: ⁊ cum pax sit/ inimicitias suspicatur. Et tamen ista non sunt a sapiente timenda / sed equanimiter toleranda : quia sicut dicitur . j . Joannis . iiij . Perfecta charitas foras mittit timorem . Uirtus enim spei talibus deficit/ ⁊ ideo etiam vbi timendum non erat/ quilibet pertimescit. psal . Trepidauerunt timore vbi non erat timor. Et breuiter homo peccator ⁊ sceleratus nunꝙ̄ est securus: nihil enim audet secure agere vel sperare: immo solet in oībus dubitare : sicut patet in malis officialibus ⁊ tyrannis ⁊ etiā in latronibꝰ iniquis. Sonitus enī terroris in auribus impij/ vt dictum est . Isti etiā qꝛ inferni ⁊ peccati pericula non perpendunt/ etiam vbi timere debuerant/ scꝫ in mundi prosperis/ securi sunt: ⁊ dū letantur in ꝓsperis/ ad aliquod periculū non attēdunt. Eccl'is. viij. Sunt impij qui ita securi sunt/ ac si iustoꝝ facta habeant. Igitur tales solent in via morum offendere/ ⁊ ad offendicula bonorū tēporalium pedes affectuū per desideria allidere/ pedesqꝫ affectionum sepe solent ad terrena deprimere / vbi ipsos ad celestia debuerant erigere : ⁊ etiā ipsos ꝑ superbiam solēt eleuare/ vbi per humilitatē ipsos debuerāt depressisse. Tho.xj. Surgēs

4 cecus pater cepit offendens pedibꝰ currere. ¶ Cecus semper solet omnia palpare/ ⁊ qꝛ semper est dubius/ semper solet manu vel baculo pretentare. Cecus etiā non sibi sed alteri de se solet credere/ ⁊ cani vel puero regimē sui dare. vnde etiam sepe fit ꝙ ad transeundū pontem vel aliud periculum cogit᷑ credere magis cani ꝙ̄ etiam sibiipsi. Cecus etiā nō solet erubescere: qꝛ scilicet cum neminem videat/ nullū estimat se videre. Unde quādoqꝫ nudus ⁊ discoopertus iacet/ ⁊ tectū se estimat/ ⁊ cū videat᷑ ab homībꝰ/ latere se credit. Sic vere peccatores qui spiritualiter ceci sunt/ omnia aliorū facta palpare ⁊ inuestigare volunt/ ⁊ quicquid sit de alijs/ scire ⁊ attrectare contendunt. Esa.lix. Palpauimus quasi ceci parietem / et quasi absqꝫ oculis attrectauimus. Tales etiam sui iuris proprie non sunt/ imo pueri.i.carnis et canis insatiabilis.i.diaboli vel mundi dominio subsunt ipsisqꝫ obtemperant ⁊ obediūt/ ⁊ ab eis regi / duci ⁊ ordinari se permittunt / eorūqꝫ malis suggestionibus ⁊ tentationibus obediunt atqꝫ credūt: sicut de Thobia ceco dicit᷑ Thobie.xj. ꝙ cepit offendens pedibus currere data manu puero. Tales etiam non erubescunt / dato ꝙ nudi ⁊ manifesti videant᷑: quinīmo ꝙ̄uis opa sua mala notorie faciāt: ita tn̄ sunt hebetes / ꝙ nō videri vel attēdi ab alijs opinant᷑. Qđ potissime patet de luxuriosis/ ⁊ etiam de vsurarijs/ qui opera sua credunt latere/ licet ipsa cōtingat omnibꝰ apparere: et qꝛ ipsi vilitatem propriam nō vident nec aduertūt/ ideo alios ipsa attendere nunꝙ̄ credunt. Geñ.ij. Erat enī vterqꝫ

5 nudus: ⁊ nō erubescebāt . ¶ Cecus oculos suos soli aperit facieqꝫ suam ad celum erigit/ ⁊ tamen lumen ipsius nunꝙ̄ sentit/ et dato ꝙ solis radius ceco oculo se presentet/ lumen tamen eius nō percipit neqꝫ videt. Sic vere peccator cecus et obstinatus quādoqꝫ faciē volūtatis ⁊ oculos rationis ad deū per aliquales cogitationes solet erigere / lumen tamē gratie nunꝙ̄ solet recipere/ sed in cecitate obstinationis ꝑpetuo remanet: sicut patet de mūdi sapientibus/ qui bene de deo et de salute sua aliquādo cogitant/ ⁊ tamen cor suū a malitia nunꝙ̄ mutant: imo dato ꝙ radius diuine gratie semꝑ ipsis se presentet/ vt eos saluet ⁊ illuminet: illi tamen illuminationē ipsius non recipiūt neqꝫ curant: imo in mentis cecitate vsqꝫ ad mortis terminū ꝑseuerāt. iiij. Regū.vj.

6 Percute obsecro gentem hāc cecitate . ¶ Cecus puerum ductorem suum quādoqꝫ verberat vel offendit: ipsa tamen verbera aliquotiens dure luit. Puer enim verberū non immemor/ ipsum in pōtis medio vel in aliquo periculo dimittit/ ⁊ fugiens/ viam euadendi periculū non ostēdit. Sic vere cecus ⁊ obstinatus peccator/ puerum iesum ductorem ⁊ rectorem suum non cessat per diuersa crimina offendere/ ⁊ ipm malis suis opibꝰ verberare: iuxta illud apl'i ad Hebre. vj. Rursus crucifigentes filiū dei sibimetipsis . Sed ꝓ certo iste puer finaliter de ipsis cecis peccatoribꝰ se vindicat: qꝛ post longā dissimulationem ⁊ ipatientiā sibi parcēs/ iniurias recogitat/ ⁊ in periculo mortis/ in ponte.s. ⁊ in pūcto per quem poterāt ad celum transire / ipsos solet dimittere/ gratiam suam eis non infundere/ nec contritionem vel penitentiam/ per quam euadant periculum/ ostēdere: sed potius ipsos dimittit in mētis sue obstinatione ⁊ cecitate manere/ ⁊ mortis eterne periculo subiacere. et tunc proprie ipse miser peccator cecus et desperans ⁊ ductore priuatus/ ⁊ in periculo dimissus/ poterit dicere illđ Geñ. xxxvij. Puer nō ꝯparet/ ⁊ ego quo ibo? ¶ Cecitas aliquas habet lauda-

7 biles proprietates. Solet enim cecus eo ꝙ visu noscitur carere / in tactu ⁊ auditu et memoria plꝰ vigere / sicut ego de quodam ceco vidi/ qui si semel hominem tetigisset/ etiam post annum ipsum solo tactu cognoscebat. Et sicut de alio audiui/ qui solo auditu didicit officium ecclesiasticū. Qui autem in vno deprimitur/ in alio releuatur. Unde etiam de demetrio philosopho legit᷑ ꝙ athenis fecit sibi oculos erui vt vegetatiores cogitatiōes haberet. Uel vt dicunt alij/ ne mulieres concupisceret/ vel vt alij asserunt/ ne malis ciuibus bene esse videret. Uisus enim pōt concupiscentie causa esse. Et ideo multi sunt quibus plus ꝓficeret cecitas ꝙ̄ videre: iuxta illud Joā.ix. Si ceci essetis: nō haberetis peccatum. Ista ad litteram possunt allegari ad cōsolationem cecorum: quia procul dubio oculi sunt irritamenta ⁊ incitamenta vitiorum. Ipsi sunt enim sicut quedam fenestre/ per quas intrant latrones.i. mūdi cupiditates ad animam. vnde Threnorū. iij. Oculus meus depredatus est animam meam. ⁊ Hieremie.ix. Mors intrat per fenestras. Uel ista possunt dici de cecitate ignorantie et simplicitatis/ ꝙ̄tum ad exteriora mundi negotia / quia procul dubio qui ꝙ̄tum ad exteriorē visum.i. ꝙ̄tum ad exteriorem sapientiam ceci sunt / in interioribus ⁊ in illis que ad salutem et conscientiā pertinent/ clare cernūt: et auditu subiectionis/ tactu cōpassionis/ memoria gratiarū actionis / plus alijs solent vigere: quia visu mundane sapientie magis inueniuntur carere. Esaie.xxix. Oculi cecorū videbunt. Uisus enim mundani sensus solet quandoqꝫ multarum fallaciarum et cautelarum et multorum appetituum causa esse/ ⁊ sic damnationem anime inducere ⁊ causare . Et ideo de christo legitur Marci.viij. ꝙ accesserunt ad eum ceci ⁊ claudi : et sanauit eos. Et sic loquitur Matthei.v. Si oculꝰ tuus.i. mūdanus sensus scandalizet te (supple mala ostendendo ⁊ suggerendo) erue eum/ ⁊ proijce abs te. Ideo seneca de cecitate dicit in libro de remedijs fortuitorum . Oculos (inquit) amisisti/ habet ipsa vox suas voluptates. an non intelligis partem esse innocentie cecitatem?

Capitulum.xij. de surditate.

1 Surditas est defectus auditus et priuatio / qui scđm Constantinum ianua mentis est/ qui quādoqꝫ totaliter aufertur/ quandoqꝫ diminuit᷑/ aut grauatur. Nerui enim audibiles qñqꝫ humoribus opilantur/ et sic auditus in toto vel in parte impeditur. Sic vere sepe fit ꝙ humores carnalitatis/ vel etiam substantia terrene facultatis/ in neruos affectuū nostrorum per malas complacentias se immittunt/ et sic surditatem obstinationis inducunt : ita ꝙ aures cordis nostri nec audire verbū dei/ nec credere veritati/ nec obedire mandatis prelati volunt. ps. Sicut aspidis surde/ obturātis aures suas . Uel dic in bono ꝙ quando humor diuine gratie neruum affectus/ et discretionem claudit/ tunc surditatem patientie introducit / quo fit vt homo conuitia ⁊ iproperia non audit/ aut ita parum curat/ ac si non audisset/ et tanꝙ̄ surdus dissimulat atqꝫ transit . Quod etiam in detractionibus ⁊ adulationibus debet esse: surdos enim nos exhibere debemus/ vt communiter ad dictas iniurias non intendamus / nec verba adulatoria vel detractoria faciliter audiamus. psal. Ego autem tanꝙ̄ surdus non audiens/ et sicut mutus non aperiens os suum . ¶ Aliquando intrant

2 vermes in aures/ vel ibidem ex compactis humoribus generantur: et tunc pruritus et titillatus sentitur/ ⁊ quasi quodammodo patiens prurigine delectatur . Sic vere multi sunt qui in auribus et auditu suo/ vermes.i. mordaces detractores admittunt/ et in eorum loquutionibus pruritum et delectationem sentiunt / ipsisqꝫ gratificantur et applaudunt. vñ apl's.ij. ad Thimotheum.iiij. Coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus . ¶ Surditas si a iuuentu-

3 te fuerit/ incurabilis est: etiam si per trienniū perseuerauerit/ vix curatur . Super omnia autem ad surditatem amo-

nendam vel alleuiandam valet balsamū auribus instillatum. Sic vere surditas obstinationis/ si fuerit antiquata/ vix opere nature.i.ministerio hominis potest ad sanitatem reduci. Miraculū enim diuinū est quando ille qui est a iuuentute ab auditu verbi dei/ ⁊ obedientie dei et prelati/ penitus obsurdatus/ et in vitiis induratus/ audiat ⁊ obediat sicut decet: sicut de christo dicitur Marci. vij. ꝙ surdos fecit audire / et mutos loqui. Inter omnia ergo que talibus surdis ⁊ obduratis possunt ad salutē ꝓficere/ summe proficit balsamū diuine misericordie eorum auribꝰ instillare/ et eis de dei misericordia predicare. Vel balsamum liquorē et dulcorem benigne monitionis significat / que pro certo aures surdas ⁊ obstinatas melius prouocat/ ⁊ ipsas ad bonum aperit et inuitat. Esaie.xxxv. Aures surdorum patebūt. Vide supra de aure ī fine: et supra de sensu auditꝰ.⁊c̄.

Capitulum.xiij.de fetore.

1 FEtor accidit in naso/ ⁊ in ore. In naso enim accidit precipue ex quadam infirmitate que polypus nūcupatur. Humores enim grossi ⁊ viscosi descendunt ad chartulas nariū: ibiqꝫ spongiosa porositate nariū imbibūtur / et ibi diuturnitate temporis ⁊ actione caloris condēsantur/ ⁊ quasi in substantiam carneam cōmutātur: que tādem corrumpitur / fetorē horribilē spirat/ aerem contiguū inficit / et odoratum aliorū grauat/ et neruos odorabiles ita obstruit et obturat/ vt etiā ipse patiēs ꝓpriū fetorē nō ꝑcipiat/ nec etiā īter fetores et odores discernat: immo penitꝰ nihil sentiat. Et est polypus infirmitas corrosiua / a polypo pisce dicta / que nares corrodit ⁊ dissipat/ ⁊ totam faciem (nisi ponatur remediū) destruit ⁊ deturpat. Per istam infirmitatem potest luxuria designari. Ista enim pre cunctis vitiis fetet: ⁊ fetorem infamie semper habet. Ista est enim polypus/ qui nares et nasum.i.sapientiam ⁊ deuotionem deuorat/ faciem conuersationis dehonestat/ neruos discretionis ⁊ sensus obturat/ intātū ꝙ polyposus vel luxuriosus fetorē sue proprie infamie nō percipit nec cogitat / ⁊ inter fetorem luxurie ⁊ odorē castimonie non discernit aut iudicat. Corruptus eñ humor male affectiōis induratus/ per diuturnitatē obstinationis putrefactus/ et in carnem conuersus per vitium carnalis luxurie ⁊ infectionis/ fetorem infamie diffundit/ odoratum discretionis obturat ⁊ claudit: et sic miser peccator propriā suam infamiam nō percipit neqꝫ sentit. Esaie.xliiij. Nō recogitant in mente sua/ neqꝫ cognoscūt neqꝫ sentiunt. ¶ Fe

2 tor oris accidit ex multis causis/ videlicet quādoqꝫ ex gingiuaꝝ corruptione/ quādoqꝫ ex oris vlceratione et pustulatione/ et quandoqꝫ ex thoracis mala habitudine/ ⁊ spiritus mala dispositione/ quandoqꝫ ex humorū stomachi putrefactione/ quandoqꝫ ex totius corporis infectione / sicut patet in leprosis: quoꝝ anhelitꝰ est fetidus ⁊ infectus/ qñqꝫ ex fetidorum comestione: vt patet in comedentibus allia ⁊ similia. Mꝫ ꝑ os ītelligit̄ locutio/ iuxta illud Apoc.xiiij. In ore eorum non est inuentum mendacium: bene ⁊ congrue per fetorem oris potest intelligi infamis deformitas verborū ⁊ locutionum. Os enim illi dicit̄ fetere/ qui fetida verba/ turpia/ mēdacia ⁊ infamia noscitur eructare. Fetor ergo taliū verborū/ ex diuersis prouenit causis/ videlicet quando gingiua mentis per heresim corrumpitur / quando os per detractionem vlceratur/ quando pectus per inuidiam inficitur,/ et quando cor per malas cogitationes ad male loquendum disponitur/ quando stomachus affectionis per luxuriam inficitur / quando totus homo per infamiam est corruptus/ ⁊ quando rebus fetentibus.i.malis operibus est cibatus. Ex his enim omnibus fetor oris/ ⁊ inhonestas verborum sequitur/ ⁊ mala ⁊ improba locutio generatur. Esa. xxxiiij. De cadaueribus eorū ascendet fetor.

Dolor dentium. vide supra de dentibus.§.vij.⁊.viij.

Capitulum.xiiij.de locutione.

1 LOcutio multipliciter impeditur/ ⁊ hoc quando lingua calore neruos corrugāte/ vel frigore constringente paralyticatur / quando humore relaxatur/ quando apostemate grauat̄/ ⁊ quando pustulis vlceratur. Ista enim oīa faciūt hominem mutū/ vel saltem in loquēdo multipliciter impeditū. Vnū tamen aduertēdum est/ ꝙ.s.ois qui naturaliter est surdus/ est similiter mutus: nam qui audiendo verba formare non didicerit/ ipsa necessario formare postea ignorabit. Sic vere lingua ecclesie/ scꝫ prelatus vel predicator/ qui alios habet instruere et docere/ iste inquā potest fieri mutus/ et ad loquendum/ docendū ⁊ predicandū/ impeditꝰ propter multa/ scilꝫ propter calorē auaritie/ propter frigus pigritie/ propter apostema superbie/ propter relaxationem ⁊ humectationem luxurie/ propter pustulas et vlcera inuidie/ necnon propter surditatem ignorantie. Qui enim ad audiendum et discendū in iuuentute fuerit surdus / necesse est ꝙ ad loquendum/ predicandum et docendum/ postea fiat mutus. Marc.vij. Adducunt ei surdum ⁊ mutum. Unde breuiter aliqui sunt qui loqui nesciunt / et alios docere non possunt propter paralysim pigritie. Aliqui non audent: quia patiūtur relaxationem luxurie. Alij non dignātur: quia patiuntur apostema superbie. Alij nō volūt/ quia patiuntur vlcera inuidie. Alij nesciunt/ quia patiuntur surditatem ignorantie. ps. Factꝰ sum sicut surdus non audiens/ et sicut mutus non aperiens os suum.

Capitulum.xv.de raucedine.

RAucedo accidit in locutiōe/ ⁊ in voce. Et fit generaliter tribus modis: scilicet ex spirituum et virtutum debilitate et defectibilitate: sicut patet in illis qui diu fuerunt infirmi/ et in illis qui multo ieiunio sunt attenuati. Item ex siccitate cōtractionē et asperitatē seu inequalitatē arterie inducēte/ et spiritū (ne libere transeat) offendente. Itē ex humiditate phlegmatis ⁊ sanguinis in vasis abūdāte/ ⁊ arterias coarctante. Ista eñ oīa liberū spiritꝰ transitū impediūt/ ⁊ asperitatē vocis faciūt/ ⁊ sic raucedinē introducūt. Raucedo q̄ est vox dissona/ aspera ⁊ nō placida/ pōt significare ineptitudinē locutionis/ doctrine ⁊ predicatiōis/ necnō impedimentū laudis/ ⁊ gratiarū/ ⁊ orationis/ ⁊ cōfessionis. Oratio eñ et confessio/ laus et gratiarū actio/ doctrinaqꝫ ⁊ ꝑdicatio/ sunt quedā spūales voces/ q̄ pro certo in multis ꝑ vitia raucescūt/ ⁊ deformant̄: ⁊ adeo/ ꝙ nec deo nec mūdo grate aut consone efficiuntur. Et hoc pro certo fit quando tales/ spirituū.i. spūssancti donoꝝ ⁊ virtutū patiūtur debilitatem ⁊ paucitatē. Item qñ pre siccitate indeuotionis patiuntur nimij frigoris asperitatē/ et iniustitie inequalitatē. Itē qñ pre abūdantia humoris diuitiarū ⁊ deliciarū/ patiunt̄ arterie.i.mentis constrictionē ⁊ depressionē ꝑ cupiditatē ⁊ carnalitatē: qꝛ ꝓcul dubio carnalitas/ cupiditas/ iīustitia ⁊ iniqtas/ indeuotio/ ⁊ spirituū seu virtutū tenuitas/ faciūt vocē hoīs raucā/ ⁊ deo ⁊ hoībus dissonā ⁊ ingratā. ps. Intrauerunt aq̄ vsqꝫ ad aīam meā: laboraui clamans/ rauce facte sunt fauces mee. ¶ De raucedine que causatur quādo lupus homini appropinquat/ vide infra de lupo.§.

ANgina vulgo squinantia. vide supra titulo de gutture duobus vltimis.§.

SPirandi difficultas. vide.s̄.de pulmone/ in fine: ⁊ supra de anhelitu.§.vlti.⁊.s̄.de aīa.§.vltimo.

SPuti infectio/ et cetera. vide supra de lingua duobꝰ vltimis.§.

Phthisis. vide.s̄.de pulmone.§.vltimo.

Capitulum.xvj.de cardiaca.

CArdiaca syncopis nihil aliud est ꝙ̄ tremor cordis. Syncopis aūt ē interpollatio motꝰ cordis. Causat̄ ergo tremor cordis multiplici causa/ videlicet ex dissolutiōe ⁊ euaporatione spirituum ipsiꝰ cordis. Et aliqñ ex hūore in pulmone abūdāte/ ⁊ substantiā cordis cōprimente/ ⁊ motū ipsiꝰ impediēte/ ⁊ ipm̄ tremere (cū se alias mouere nequeat) cōpellente. Aliqñ fit ab hepate debitū nutrimentū cordi non mittēte. Aliqñ ex alioꝝ membroꝝ colligātia/ sicut a cerebro vel stomacho malos fumos ad cor destināte. Aliqñ ex fumo melācholico inficiēte ⁊ spiritū perturbāte. Tremor cordis potest significare tristitiam ⁊ desperationem: quas procul dubio multa possunt introducere et causare. Et primo quidē defectus/ carentia/ et exhalatio spirituum.i. spiritussancti et charitatis/ a corde: quia pro certo vbi deficit charitas et spūssctūs: necessario deficit spes/ ⁊ sic ꝑ ꝯñs venit timor. ps. Tior ⁊ tremor venerūt sup me: ⁊ ꝯtexerūt me tenebre. supple desperatiōis. Itē accidit qñ cor mltitudine hūoꝝ.i. vitiorū

comprimitur/ ⁊ pondere eorum taliter grauatur/ ꝙ timore
dānationis constringitur/ ⁊ a dilatatione spei ⁊ charitatis
cessat/ ⁊ per desperationem tremere compellit̄ et arctatur.
Unde de talibus qui ex compressione humorū.i. ex cōside-
ratione suorū peccatorum incidunt in desperationem/ dici
tur Job.xv. Nō credit ꝙ reuerti possit de tenebris ad lucē/
circūspectans vndiqꝫ gladiū. Item dico ꝙ tremor despera
tionis accidit ex defectu nutrimēti consolationis ⁊ doctri-
ne/ quādo scꝫ ab hepate.i. a prelato vel predicatore nō reci
pit cōsolationis ⁊ scientie nutrimentū. Multi em̄ sunt/ qui
propter defectū eruditionis ⁊ ꝯsolationis desperant. Ideo
bene dicit apl's ad Ro.xv. Per patientiā ⁊ consolationem
scripturarū spem habeam⁹. Item accidit ex colligatione
aliorum membrorū.i. ex congregatione malorū sociorum/ a
quibus scilꝫ mali fumi. i. mala cōsilia euaporant. Accidit
insuper ex fumo melancholico.i. ex mala opinione/ ⁊ fatua
imaginatiōe/ q̄ rationē inficit atqꝫ turbat. ps. Turbati sunt
2 oēs insipiētes corde. ¶ Syncopis seu spasmatio/ qn̄ scꝫ ho
mo quasi mortuus efficitur/ ita ꝙ nihil sentire videtur/ ac-
cidit aliquotiēs ex subito dolore/ et timore cor ꝯstringente.
Aliquando ex gaudio in corde spiritus dissoluēte. Aliquā-
do ex nimio sudore. Aliquādo ex vene cordis opilatiōe. Ali
quando ex nimia repletione. Aliquando ex nimia exinani-
tione. Per syncopim/ que est interuallū ⁊ interpollatio mo
tus/ intelligo peccatū: quod.s. quotiens accidit/ vitā gratie
intercipit/ motum bonorū operū tollit/ et per incōpassionē
et incōpunctionem hominē spasmatū ⁊ insensibilem facit.
Istam ergo peccati infirmitatē introducunt multa/ scilꝫ ti
mor desperationis/ gaudiū mundane cōsolationis/ sudor ⁊
emissio male cogitatiōis/ opilatio vene.i. oris/ hoc est dictu
obstructio obstinationis ⁊ impedimentū cōfessionis/ reple
tio temporalis possessionis/ inanitio.i. carentia nutrimenti
doctrine gratie ⁊ deuotionis. Ex istis em̄ causis cor spūali-
ter deficit/ ⁊ tota mentis constantia spiritualiter euanescit.
3 ps. Cor meū dereliqt me. ¶ Cōtra cardiacū morbū et syn
copim (euacuata p̄mo materia peccāte) valent multa/ scꝫ
margarite/ os de corde cerui/ lignum aloes et ambra. Sic
vere contra desperationis ⁊ aliud quodcūqꝫ peccatū/ facta
primo euacuatione ꝯfessionis/ valet margarita.i. beata vir-
go/ ⁊ deuotio ad ipsam/ os cōstātie ⁊ fortitudinis/ que ⁊ cui⁹
exemplū in corde cerui.i. christi reperiri potest/ lignū aloes
.i. memoria crucis christi/ et ambra que fit de semine bale-
ne.i. semen ⁊ influentia verbi dei.

Capitulum.xvij. de febribus.

1 Febris sm̄ Constantinū est calor innaturalis a
corde exiens/ ⁊ per totū corpus arterijs mediā-
tibus se diffundens / ipsius corporis actionem
impediens atqꝫ turbans. Et qz in corporib⁹ hu-
manis tria sunt/ scꝫ quedam subtilia/ sicut sunt
spiritus: quedam liquida/ sicut sunt humores: quedam soli
da/ sicut sunt mēbra: ideo triplex febris in corpore generat̄:
scꝫ ephemera/ que fit ex dissolutione ⁊ calefactione spirituū
Putrida/ que fit ex corruptione humoꝝ. Ectica/ q̄ fit ex cō-
sumptione mēbrorū. Et sic Cōstan. ⁊ gal. ephemerā cōpa-
rant vento calido/ a quo loc⁹ in quo fuerit incalescit. Putri
da similis est aque calide/ q̄ posita in vase frigido ipm̄ facit
calefieri. Ectica vero silis est vasi calido / qd̄ aquā frigidā
imissam calefacit. Qz scꝫ spūs sicut vent⁹ calefaciunt corp⁹
in ephemera: humores sicut aqua calida ī putrida: mēbra
vero ad modū cōtentiui vasis calefaciūt cor/ spūs ⁊ humo
res in ectica. Procul dubio ꝑ talē calefactionē potest intel
ligi ꝯcupiscētia mētis/ ⁊ feruor affectuū/ ⁊ intēperantia de-
siderioꝝ. Ex ista enim/ triplex febris particularis.i. triplex
particularis concupiscentia generatur: scꝫ concupiscentia
eminentiarū/ hec est superbia. Cōcupiscentia deliciarum/
hec est luxuria. Concupiscentia diuitiarū/ hec est auaritia.
Supbia em̄ ē sicut ephemera/ q̄ est in spiritib⁹.i. in reb⁹ va-
nis/ inanib⁹ ⁊ vētosis.j. Reg.xvj. Exagitabat saul spūs ne-
quam. Luxuria est sicut febris putrida/ cui⁹ materia ad lit
terā est in fedis humorib⁹. Leui.xv. Uir q̄ patit̄ fluxū semi-
nis/ imundus erit: et tūc iudicabit̄ huic vitio subiacere/ cū
carni illius adheserit atqꝫ cōcreuerit fedus humor. Auari
tia vero est sicut ectica/ cuius materia sunt res solide / scilꝫ
possessiones ⁊ metalla/ que etiā per sollicitudines/ suos de-
siccat ⁊ attenuat possessores. Aggei.j. Uocaui siccitatē sup
terrā. Et sic breuiter dico ꝙ est triplex febris corpors.i. tri-
plex mala inflammatio ⁊ calefactio mentis. de quo Eccl'i.
xxvj. A tribus timuit cor meū. ¶ Ephemera est febris ac- 2
cidēs ex distemperātia spirituū/ dicta ab ephemera belua
marina/ que eadem die qua nascitur/ moritur. Et dicit̄ ab
hemera grece qd̄ est dies. vnde dicit̄ ephemera/ quasi vni⁹
diei feruor: nō durat em̄ vltra vnū diem feruor istius febris
aut enim ex toto deficit/ aut in putridam vel ecticam se cō
uertit. Et accidit ista distemperantia multis modis/ vide-
licet a frigore poros claudente/ ⁊ fumos interius retinente
et cōculcante/ ⁊ calorem ⁊ distemperātiam inducente. Ali
quādo accidit ex calore aeris spiritus distemperante. Ali-
quando ex bubonibus.i. ex apostematib⁹ inguinū: et etiam
aliquādo ex potu fortis vini/ calorem plus debito intendē-
te. Talis ephemera est peccatum veniale/ quod scilicet nō
est aliud qꝫ quedā distēperantia et deordinatio spirituum
.i. affectuum mentis nostre. faciliter enim accedit/ et facili-
ter recedit. Feruor iste nunqꝫ perseuerat diu in statu suo: qz
scilicet aut per penitentiam terminatur/ aut in febrem pu-
tridam vel ecticā.i. in aliquod mortale peccatum cōuerti-
tur ⁊ mutat̄. Talis em̄ distēperantia ⁊ feruor male ordina-
tus/ solet ex toto deficere / vel in peccatū mortale transire/
⁊ in qualitate sua non subsistere vel manere: quia sm̄ Gre
go. Peccatum quod per penitētiam non diluitur/ mox suo
pondere ad aliud trahit. Accidit vero talis distemperātia
mali affectus aliquando ex frigore tribulationum vel iniu
riarum/ quando scilicet homo inflāmatur ad superbiā. Ali
quando ex calore mūdanarum consolationū / quando scilꝫ
homo inflammatur ad auaritiam. Aliquando ex potu de-
liciarum/ quando scilicet homo inflammatur ad luxuriam
Eccl'iastici.ix. Ex hoc ꝯcupiscentia quasi ignis exardescit.
¶ Ectica febris est que in mēbris solidis generat̄. Et di-
citur ectica.i. habitualis: quasi febris cōuersa in habitum. 3
Est enim ectica febris/ calor īnaturalis/ ipis membris ra-
dicaliter inherens/ totū corpus calefaciens/ ⁊ abundantiā
substantialem destituens ⁊ cōsumēs. Cuius signa sunt ca-
lor diffusus per totū corpus/ lenis tamen ⁊ nō pungēs/ ita
ꝙ patiens vix febricitare se credit. color liuidus/ oculi con-
caui/ corpora sicca ⁊ aspa. Nutritiua enim humiditas ab
eis est ablata. Talis febris videtur esse auaritia. Ista enī
ex quo inceperit/ quasi habitualiter cōualescit. Ista etiam
corpus mentis per mala desideria calefacit / et humorem
deuotionis/ compunctionis et gratie siccat/ attenuat et cō
sumit. Sapiē. v. In malignitate nostra consumpti sumus
Patientes igitur talem febrem/ scilicet auari/ nō se credūt
infirmos vel febricitantes: quia pro certo et vsurarij et alij
credunt se non peccare: nec calorem sue auaritie percipiūt
sibi nocere/ et tamen color sue cōuersationis est indecēs et
liuidus / oculus sui intellectus per malitiam est cōcauus:
ipsosqꝫ concomitatur erga pauperes asperitas et crudeli-
tas/ erga deum vero/ gratie et deuotionis siccitas et tenui-
tas. ¶ Multa alia ponerētur hic de causis/ signis et diuer
sitatibus ectice febris: sed quia nimis tangit practicā me- 4
dicine: ideo omitto. ¶ Febris putrida causatur ex innatu-
rali calore humores perturbante ⁊ permiscēte/ ⁊ corruptio- 5
nem inducente: ex quibus humoribus sic corruptis / calor
cor petit / et ipsum distemperat atqꝫ ledit / et per venas et
arterias se diffundens/ febrem corpori introducit. Iste enī
calor non est nature regitiuus/ sed potius corruptiuus. Ta
lis febris videtur esse luxuria. Ista enim ex calore fomitis
et ex humorum inflammatione et commotione constitui-
tur/ et exinde fumus male delectationis exhalat/ a quo cor
et affectio per mala desideria dissoluitur/ et tota virtus ani
me eneruatur. Et sicut videmus ꝙ febrem in principio cō-
comitatur rigor et tremor: item ꝙ non semper durat in vna
qualitate: immo quandoqꝫ interpollatur / vel quandoqꝫ
saltem diminuitur: item ꝙ aliquando sit satis dolor capi-
tis / insomnietas et similia: item etiam ꝙ transacta febre
adhuc remanent male qualitates: scilicet corporis debili-
tas/ et recidiuandi facilitas: sic vere dico ꝙ febrem luxurie
concomitātur rigor stimuli conscientie ⁊ doloris/ ⁊ tremor
multiplicis displicentie ⁊ timoris. Ista etiam interpollat̄:
quia ardor istius non est semper in sua intentione: immo

nunc minuitur/nunc augetur. Istam autem cōcomitatur sitis maloꝝ desideriorū/ insomnietas malarū vigiliarum/ dolor capitis multarū displicētiarū/ꝛ debilitas virtutū ad exercitiū opationū bonaꝝ. Deute.xxviij. Percutiat te dn̄s egestate/febre ꝛ frigore. Et sicut febris naturam valde debilitat/ intantū ꝙ etiam post recessum suū homini faciliter accidit recidiua: sic luxuria totam anime virtutem eneruat/hominēq̧ ita ad illū actū habituat ꝛ inclinat/ꝙ etiam post recessum febris.i.post penitentiam ꝛ propositū abstinēdi/i idipm facilr reincidit ꝛ iteꝝ recidiuat.ij.Pe.ij.Canis reuersus ad vomitū:ꝛ sus lota in volutabro luti. (5) ¶ Febres qn̄q̧ sunt simplices/ ꝛ qn̄q̧ cōposite. Una tn̄ cautela semꝑ est adhibēda:qꝛ si febris est simplex/simplex debet esse medicina:si aūt composita est febris/ꝛ medicina cōposita debet esse. Sic vere febris peccatoꝝ est aliquando maior/aliquādo minor:aliquādo simplex/aliqn̄ duplex: sed istud debet esse generale: qꝛ scꝫ per medicū cōfessorem pro simplici et nō enormi peccato/simplex ꝛ leuis medicina penitentie detur. Si vero culpa sit maior ꝛ duplior:ꝛ penitentia duplicetur. Deutero.xxv. Juxta mensuram culpe erit ꝛ plagarū modus. (6) ¶ Quattuor sunt species febrium:scꝫ quotidiana/ que prouenit ex phlegmate/ꝛ quotidie affligit/ nō tamē cōtinue. Continua/que prouenit ex sanguine: ꝛ cōtinue affligit. Tertiana/ que ꝓuenit ex corrupta cholera/ ꝛ de tertio in tertiū diem ledit. Quartana/que procedit ex melancholia corrupta / et de quarto in quartum diem afflictionē inducit. Per istas quattuor febres intelligo quattuor genera peccatorū. Et prima quidem febris peccati ē pigritia: que est infirmitas quotidiana.quotidie em̄ patimur istum morbum/licet interuallum aliquod habeamꝰ.i.licet quandoq̧ bona aliqua faciamus. Ezechi.xxx. Alexādria erit dissipata/ꝛ in mēphis angustie quotidiane. Secūda febris est luxuria: que scilicet bene sequitur ex prima/ꝛ hec est ꝯtinua/ que ex sanguine deliciarū surgit/ꝛ que actu vel habitu possessores suos continue fatigare videtur. Luxuriosus enim continue peccat vel actu vel affectu.ad Rom.ix. Tristitia mihi est magna/dolor continuus cordi meo. Tertia febris est auaritia/ꝛ hec est tertiana/quam scꝫ introducit cholera .i.temporalis substantia/que vrit more cholere possidentē. Jsta enim de tertio in tertium diem ledit:quia scilicꝫ auaritia tres habet dies/scꝫ laborem in acquirendo/ timorem in possidendo/dolorem in perdendo: vt de auaris dicatur illud Numeri.xxxiij. Ambulauerūt tribus diebus per desertum errantes. Quarta febris est desperatio seu tristitia ꝛ ista est quartana. Jsta enim ex melācholia.i.timore ꝓcedit:ꝛ quattuor dies.i.quattuor puncta seu partes habet/scꝫ mentis obstinationem/ dei misericordie obliuionem/cecitatem ignorantie/ꝛ cōtēptū penitentie. vnde Eccli.xxxvij. Uerbū nequā īmutabit cor / ex quo partes quattuor oriūt. Desperatio enim est quartana:que scilicet tardius et rariꝰ ceteris febribus.i.ceteris vitijs accidit/ꝛ cū acciderit/magis durat/et difficilius sanatur ꝛ recedit. Hiere.xxx. Jnsanabilis est dolor tuꝰ propter multitudinem iniquitatis tue. (7) ¶ Homo ꝗ quartanam patit/ multa incurrit pessima accidentia/ scilicꝫ corporis grauitatem/ciborum indigestionē/ crurium grauedinem: vigiliarū insomnietatē/ timorem in somnis/liuiditatē vnguiū/tumorem splenis/dolorem lumborum/ꝛ fortitudinē appetitus cibariorū. Quartana significat peccatum: quod quattuor habet/ scꝫ cogitationē/ delectationem/consensum/et operationem. Jlle ergo qui istā quartanam patitur/multa mala incurit: videlicet grauitatem et ponderositatem pigritie/indigestionem morum/vigilias variarum sollicitudinum et laborum/ liuiditatem ꝛ deformitatem vnguium.i.operum/tristitie timorem/superbie tumorem/inuidie dolorem/ auaritie appetitum ꝛ ardorem/et ciborum bonorum temporalium insatiabile desiderium et feruorem. Prouerbio.xiij. Uenter impiorum insatiabilis. (8) ¶ Jn febribus acutis si accidit constipatio ventris/magnum est periculum. Fluxus vero sanguinis e naribus/est bonum signum.etiam fluxus ventris cōfert multotiens remedium. Sic vere in peccatore febricitante ꝛ cōcupiscentijs inflāmato/periculum damnationis est/quando venter sue conscientie per obstinationem constringitur: ita ꝙ per confessionem emittere corruptos humores vitiorum nō potest. fluxus vero ꝛ solutio confessionis proficit/et mortis ꝛ dānationis periculum tollit. (9) ¶ Jn febribus acutis nihil est de vera quiete:habent tamen aliqd de falsa qete/multū ꝓo de āgustia ꝛ labore:sicut de medio hemitriteo ptꝫ:ꝗ habet triginta horas in summo labore/ꝛ non nisi duodecim in falsa quiete. Jsta possunt applicari/ꝙ i febre ꝛ ardore ambitionis/auaritie ꝛ luxurie / nunq̄ est aliqua vera quies: sed etiam de falsa quiete delectationum est ibi valde modicū/respectu laborum ꝛ desolationū:qꝛ scꝫ om̄e peccatū generaliter plus habet de dolore q̄ de dulcore/ etiam in presenti:in futuro vero verificabitur illud August. Momentaneū est quod delectat:sempiternū aūt quod cruciat. (10) ¶ Multa ponūtur hic de materijs/ causis singulis/ curis et remedijs febriū: de quibus hec solū que supradicta sunt excerpsi gratia breuitatis. (11) ¶ Rigor i febribꝰ ꝛ horripilatio ex eadem causa contingunt. Est em̄ horripilatio quedā praua dispositio ex febrili materia cōtingens/ actiōes febriles prenūcians ꝛ precedens. Et dicit horripilatio ꝑm Jsidorū quasi horrida piloꝝ erectio. Fumus em̄ de materia frigida resolutus/nobiles neruos tangit/ipsosq̧ ledit et stringit/et in suis actionibꝰ impedit / ꝛ ita tremere corpus facit. Qui etiam frigidus fumꝰ ad cutis superficiem se extēdens/partes cutis restringit/ et sic capillos erigi et horripilari facit. Quod etiam accidit i forti timore/vbi scilicet calor ad cor repercutitur/ꝛ sic corporis superficies depauperata calore contrahit/ꝛ pili sicut dictū est erigunt. Talis morbꝰ videt esse timor seruilis/ꝛ despatio salutis. Qn̄q̧ eni de materia frigida. i. de frigore infernaliū tormentorum resoluitur fumus.i.cōsideratio nimis frigida ꝛ austera/que calorē charitatis solet fugare/ꝛ superficiem mētis constringere/ ꝛ sic capillos affectionis a sua planitie mouere/ꝛ tremorem dubietatis ꝛ timoris/necnon horrorem ꝛ terrorem desperationis inducere ꝛ causare. Jste est enim rigor qui febrem eterne damnationis precedit / ipsamq̧ prenunciat et inducit. Sap̄.v. Uidentes turbabuntur timore horribili.

Capitulum.xviij.de passionibꝰ stomachi.

(1) Circa membra nutritiua/sicut ē stomachus/ varie accidūt passiones/scꝫ fastidiū/bulismus/vomitus ꝛ singultꝰ. Est autem fastidium ciborum atq̧ potuum inuoluntaria abominatio / virtuti nutritiue maximū inferens nocumentū. Unde dicit fastidiū/quasi faciens tedium. Fastidiosus em̄ homo solet iuenire tediū in quo alter inuenit oblectamētū. Causat aūt istud fastidiū ex spirituū defectione / vel ex neruorū opilatione/vel ex humorum repletione. Spiritus em̄ sunt instrumenta virtutū: ꝛ ideo virtus appetitiua necessario lāguescit. Nerui etiā sensibiles delectationē in cibo sentiūt: ꝓpter qꝺ appetitū prouocāt ꝛ faciunt: ꝛ ideo qn̄ opilant et impediūtur/necesse est ꝙ appetitꝰ tollat/ꝛ fastidiū generet. Uacuitas etiā/appetitꝰ solet causa esse:ꝛ ideo si orificiū stomachi malis humoribus repletū fuerit necesse est fastidiū adesse/ꝛ desideriū deperire. Per istam infirmitatem intelligit abominatio et fastidiū verbi dei et bonorū spiritualiū et eternorū/quod scꝫ peccatores patiūtur/qui in istis nullatenus delectant:sed potius ipsa aspernātur:quapropter digestio morū in eis impedit/et sic virtus naturalis.i. gratia deficit/et totū corpus morū deperit ꝛ languescit.ps. Om̄em escam abominata est anima eoꝝ:ꝛ appropinquauerūt vsq̧ ad portas mortis. Omnē escam dico: scꝫ doctrine gratie ꝛ glorie. Tria aūt sunt que tale fastidiū in istis causant/scilicet defectus spirituū.i.carentia gratie ꝛ deuotionis. Jtem obstructio neruoꝝ.i.carentia prudētie ꝛ discretionis.(Nerui em̄ in qbꝰ viget sēsus/discretionē designāt.) Jtē repletio humoꝝ.i.affluētia deliciaꝝ ꝛ diuitiarū terrene possessionis Quando em̄ stomachus cordis humoribꝰ bonorū terrenorū replet ꝑ malam cōplacentiā / quando etiā neruꝰ sensus ꝛ discretionis obstruit ꝑ ignorantiā/ qn̄ insuper spūs ꝛ gratia deficit ꝑ obstinationis malitiā:tūc dico ꝙ sapor in spūalibus cibis nō inuenit/ sed potiꝰ oīs eoꝝ suauitas ꝯtemnit et calcatur. Prouer.xxvij. Anima saturata calcabit fauū. (2) ¶ Bulismus.i.grandis fames/est insatiabilis et quasi caninus appetitus. Fit autē iste duobus modis. Primo per frigiditatem cibos ad fundum stomachi deprimentē/ꝛ orificiū stomachi vacuantē/ꝛ rōne vacuitatꝭ/appetitū ꝛ famis

desiderium inducẽtem. Secũdo vero modo accidit ex immoderato calore membrorũ/ quorũ vene trahunt ab hepate: hepar vero per venas mesaraicas trahit a stomacho: ex quo subito stomachus exinanitur/ ⁊ appetitus immoderatus ⁊ cõtinuꝰ generatur. Per istũ immoderatũ appetitum potest auaritia denotari/ que videlicꝫ canina ⁊ insatiabilis potest dici: qꝛ scilicet sicut dicit͛ Prouerbi.xxvij. Oculi hominum insatiabiles. Ista enim duplicem habet causam. Una est frigiditas proprie indeuotionis: alia est caliditas aliene voracis affectiõis. Indeuotiõis eñ frigiditas quãdo in stomacho volũtatis dominat͛/ solet ipsam vacuam et inanem facere/ ⁊ inde omnem plenitudinem sufficiẽtie tollere/ et appetitũ auaritie generare. Ubi eñ est indeuotiõis frigꝰ/ nũqꝫ põt esse sufficiẽtia: vbi ꝟo nõ est sufficiẽtia/ sempꝛ ẽ necessario auaritia. Eze.vij. Aiam suã nõ saturabũt/ ⁊ vẽtres eoꝝ nõ implebũtur. Aliena etiã depopulatio quãdoqꝫ istius auaritie est causa/ ⁊ hoc potissime in ecclesiasticis et prelatis: qꝛ scilicꝫ quando membra.i.nepotes ⁊ familiares nimis calidi sunt vt attrahant ⁊ hauriant sibi humorẽ ⁊ tẽporalem substãtiam hepatis.i.ipsorũ dominorũ ⁊ prelatoꝝ suorũ/ mox in istis prelatis paupertatis vacuitas induc͛/ et sic appetitꝰ auaritie suscitatur. Constat eñ ꝙ multi sunt hodie prelati qui qꝛ a mẽbris suis.i.familiaribꝰ ⁊ cõsanguineis sugũtur ⁊ depauperant͛: ideo ad rapinas exercendũ/ ⁊ ad alienos humores ⁊ substãtias attrahẽdũ mouent͛/ et ad vacuitatem sue paupertatis supplendũ conantur/ ⁊ ex hoc bulismũ canine ⁊ insatiabilis auaritie patiũtur. Esaie.lvj. Canes impudẽtissimi nescierũt saturitatem. Uel potest dici ꝙ stomachꝰ/ qui cibos recipit ⁊ preparat ⁊ digerit/ significat agricolas et mercatores: hepar autem ad quod ipse stomachꝰ preparatos cibos mittit/ significat prelatos/ principes et potentes: quibus scilicet agricole et subditi deseruiunt/ et illa que cum labore recolligũt/ preparant atqꝫ mittũt. Qꝛ igit͛ mẽbra.i.familiares taliũ/ ipsos vacuãt/ depauperant atqꝫ vastant/ ⁊ ipsorũ humores et substantias tẽporales sugunt/ ebibũt ⁊ manducãt: ideo procul dubio isti stomachum.i.subditos per rapinas nituntur euacuare/ et sic tam in se ꝙꝫ in illis solent appetitum auaritie generare. Ideo Prouer.xj. bene dicitur ꝙ alij diuidunt propria/ ⁊ ditiores sunt: alij rapiunt non sua/ et semper in egestate sunt.

3 ¶ Singultus est sonus violente commotionis/ ex spasmosa stomachi dispositione proueniens. Quando enim nerui stomachi calore vel frigore/ inanitione vel repletione cõtrahuntur: tunc fundus stomachi eleuat͛/ aerqꝫ exire cõpulsus/ alteri aeri obuians/ sonũ qui singultus dicitur/ operatur. Ualent aũt ꝯtra singultũ prouocata sternutatio/ subiti timoris incussio/ et alicuiꝰ rei verecunde obiectio. Per istã infirmitatem possum intelligere vitiũ indignationis/ displicentie ⁊ querulose murmurationis/ qua scilicet fit ꝙ talibꝰ nõ potest aliquid placere: immo solent de omnibꝰ singultire/ ⁊ quicquid eis accidit/ cũ singultu ⁊ dolore ⁊ displicẽtia tolerare. Talem ergo singultum impatientie causat in homine frigus indeuotionis/ calor concupiscentie ⁊ ambitionis/ inanitio paupertatis/ ⁊ repletio mũdane tẽporalitatis. Iste sunt eñ quattuor cause que neruũ sensus et discretionis impediũt ⁊ cõtrahunt/ ⁊ sic stomachum voluntatis ad singultũ impatientie et displicentie perducũt: ita ꝙ vocem querimonie emittere ipsum cogunt. Uerũtamen tria sunt que talem singultum possunt sedare/ ⁊ talem impatiẽtiam seu tristitiam temperare: videlicet quando timor dãnationis incutitur/ quando vitiorum que fecit verecũdia ad memoriam reducitur/ ⁊ quando sternutatio commotionis/ cõtritionis et confessionis/ modo debito prouocatur. Omnis enim singultus iracundie ⁊ impatientie deficit/ quando timor inferni/ ⁊ pctõꝝ verecũdia/ ⁊ cerebri.i.sensus mẽtis sternutatio seu discussio conualescit.j.Reg.xxv. Nõ erit tibi in singultum aut scrupulum. Uel dic ꝙ singultꝰ est stimulus conscientie/ et desperationis remorsus/ quem scilicet predicta quattuor/ scilicet indeuotio/ habendi ardor et affectio/ inopia et inanitio/ opulentia ⁊ repletio introducũt. Ad istũ tamen sedandum valet sternutatio ⁊ discussio cõtritionis/ timor diuine offense et indignationis/ ⁊ verecundia que est in actu confessionis. Prouerbio.xv. Per timorem domini declinat omnis a malo.

Capitulum.xix.de vomitu.

1 Vomitus est humorũ et ciborum violenta a stomacho reiectio/ que scilicet habet fieri multis modis. Fit enim quandoqꝫ ex caloris ebullitione: quia scilicet calor in stomacho abundans/ tales humores dissoluit/ et ebullire facit/ et sic ipsos sursum eleuat/ et per vomitũ expellit. Item fit quandoqꝫ ex ciborum et humorum abũdantia/ quam scilicet natura non potest regere/ et ideo tanqꝫ superflua ipsos nititur reijcere ⁊ euomere: sicut patꝫ in ebrijs. Item fit quandoqꝫ ex humorum seu ciborũ acumine/ quo scilicet nerui stomachi mordicantur/ et ad expellendum ipsos per vomitũ prouocantur. Item quandoqꝫ fit ex debilitate virtutis retentiue ipsius stomachi/ ⁊ fortitudine expulsiue. Item quãdoqꝫ ex acumine medicine. Item quandoqꝫ fit ex stomachi cõpressione et eleuatione/ ex aliorum membrorum colligãtia contingente. Stomachus enim quãdoqꝫ ratione incõtinẽtie/ nihil potest retinere/ sed omnia euomit. Medicina etiã suo acumine dissolutos humores expellit. Membrorũ etiã aliorum vicinorum passio vomitum inducit: sicut ex passione matricis/ grauida mulier faciliter vomere cõsueuit. Unde etiam frequentem vomitum esse impregnationis signũ Galenus asserit atqꝫ dicit. Iste vomitus potest mihi denotare confessionem/ et vitiorum nostrorum a stomacho conscientie et cordis per os et linguam expulsionem: quia pro certo multa sunt que vomitum possunt prouocare/ et ad cõfitendum et expellendum peccata hominem inuitare: videlicet calor stomachi.i.feruor dilectionis. Abũdantia humorum.i.horror enormis infectionis. Mordicatio neruorũ.i.dolor et punctio contritionis. Adiutorium medicine verbi dei et bone instructionis. Fortitudo expulsiue.i.facilitas et habituatio ipsius confessionis. Grauiditas matricis.i. conceptus gratie et deuotionis. Fit enim cõfessionis vomitus quandoqꝫ ex solo dilectionis feruore/ quo mouet͛ homo humores vitiorũ per contritiones dissoluere/ ⁊ per cõfessionem emittere: qꝛ sicut dicit͛.j.Joan.iiij. Perfecta charitas foras mittit timorem.i.peccatum. Fit etiam quandoqꝫ ex abundantia ipsorum vitiorũ: ⁊ sic volũtarie ad se exonerandũ ꝑ confessionem mouet͛. et tũc fit illud aplĩ ad Roma.v. ꝙ.s. vbi abundauit delictũ/ supabundat ⁊ gratia. Fit insup quando ipsi humores vitiorũ neruos conscientie pungunt per remorsionem. Quãdo etiã homo iuuatur per medicinã verbi dei ⁊ eruditionẽ. Qñ preterea habituatꝰ est hõ ad talẽ expulsionẽ: et quando iam concepit gratiã et deuotionẽ. Frequens eñ vomitꝰ confessionis signũ est conceptꝰ boni propositi/ ⁊ future sobolis bone operationis. Hiere.xxv. Bibite/ inebriamini/ ⁊ vomite. Bibite/ scꝫ doctrine potionẽ/ inebriamini per cõpunctionem/ ⁊ vomite per cõfessionem. Uel dic ꝙ vomitꝰ significat elemosynarũ largitionem: qꝛ scilicet quando humores diuitiarũ abũdant/ calor charitatis debet eos ꝑ largitatẽ et elemosynã eijcere. Natura eñi.i.ratio videns ꝙ tales hũores ⁊ diuitie difficiliter possunt regi/ ipsos solet abominari ⁊ emittere. Etiam punctio ipsorum humorum.i.sollicitudo ⁊ molestatio ipsarum diuitiarum ad hoc debet neruos voluntatis inducere. Et ad hoc etiam medicina verbi dei/ ⁊ conceptus diuine gratie/ necnon fortitudo expulsiue.i. habituatio pietatis naturalis/ ad hoc solet facere/ et vomitum largitionis et elemosyne/ necnon diuitiarum contẽptum et odium prouocare. Sancti igitur ⁊ philosophi/ qui senserũt quomodo tales humores et mundi diuitie erant periculose et nociue/ ipsas euomuerunt ⁊ dimiserunt/ et a se verbaliter vel saltem mentaliter abiecerũt: sicut bene precipit deus. Matth.xix. Si vis perfectus esse/ vade ⁊ vende omnia que possides/ ⁊ da pauperibus. Uel dic ꝙ vomitus significat malam loquutionẽ/ et multiloquij affectionem. In aliquibus enim virtus cõtentiua/ scilicet virtus tẽperantie ita debilis est/ et expulsiua loquutionis ita expedita et facilis/ ꝙ nihil possunt retinere: immo quicquid habent in animo/ solẽt vomere ⁊ narrare. Ad quod scilicet cooperatur feruens calor incontinentis affectionis/ et conceptus peccati et male operationis. Quia scilicet quando homo non cessat loqui/ et verba mala vel fatua et vana vomere/ signum est mentem fetu diabolico.i. peccato et mala intentione grauidam

esse: qꝛ scꝫ sicut dr̄ Prouer.x. In multiloquio nō deerit pec
2 catum. ¶ Uomitus tempatus valde est infirmis vtilis et
laudabilis: solet enim stomachum mundificare/ digestio-
nem iuuare/naturam exonerare/causam morbi auferre/ et
ab egritudine liberare. Uomitū tamen precedit motus et
tremor labiorū: conatus et angustia spiritualiū mēbrorū/
nausea ⁊ aboīatio ipsorū interiorum humorꝝ/ oris apertio/
lingue distentio/ sudoris emissio/ lachrymatio oculorꝝ/gut
turis ⁊ oris amaricatio/ ⁊ imutatio palati ⁊ gustus in per-
ceptione saporū. Procul dubio talis est vomitus confessio
nis: qꝛ pro certo iste stomachū cōscientie mundificat/ dige
stionem morū ⁊ compositionem adiuuat/naturam. i. con-
sciētiam exonerat/ ⁊ ab egritudine peccati saluat ⁊ liberat.
Uerūtamen istam debet precedere tremor ⁊ conturbatio/
conatus dolor ⁊ cōtritio/ipsorum humorū.i.vitiorū abomi-
natio/oris apertio/ ⁊ ligue locutio/sudorisqꝫ. i. boni laboris
occupatio/ ⁊ oculorum lachrymosa cōpunctio. Gustus etiā
et complacentie anime immutatio et amaricatio: qꝛ scilicꝫ
confitens ⁊ penitens debet totus amaricatus esse/ita ꝙ il-
la que sibi prius placebant/scilicet vitia et delectabilia/nō
debent sibi amplꝰ complacere. Prouer.xxvij. Anima esu-
riens etiam amarum pro dulci sumet. Et Apoc.x. Amari-
catus est venter meus.

Capitulū.xx. de dolore stomachi ⁊ vētris.

1 Preter predictas infirmitates solet quādoqꝫ sto-
macho accidere dolor ex multis causis/videli-
cet ex frigore coarctante / ex calore dissoluente/
ex ventositate extendente / ex apostemate com-
primente/ex humore viscoso villos stomachi in-
uiscante. Sic vere dolor peccati ⁊ remorsus accidit stoma
cho cōscientie multis modis. Huc enim causat frigus co-
arctans indeuotionis et pigritie / calor dissoluens auari-
tie/ ventositas extendens superbie/ apostema feces conti-
nens luxurie/et villos stomachi.i.affectiones mentis inui-
scans humor terrene opulētie/ seu etiam humor gule ⁊ car
nalis affluentie. ¶ Uentositas dolorē stomachi faciēs co-
2 gnoscitur ex rugitu ⁊ gurgulatione/ ⁊ ex eructationū insipi-
darum emissione. Nocent autem plerūqꝫ magis ventosita
tes q̄ꝫ humores ſm Cōstātinū: vt patet in hydropicis. Et
ideo summe curandū est vt ventositates extenuentur: ad
qđ scꝫ ꝓdest appositio vētose circa vmbilicū cū scarificatiōe
vt ventositates ab interioribus attrahantur. ⁊ cumini vsus
et comestio. Sic vere ventositas inanis glorie et superbie
quam scꝫ rugitus iactātie ⁊ elationis/gurgulatio impatien
tie ⁊ indignationis(iuxta illud Joan.vj. Uento magno flā
te mare exurgebat) et eructatio malorum verborū et diffa-
matorie locutionis comitantur: solet plerunqꝫ plus nocere
anime/ q̄ꝫ humores.i. q̄ꝫ carnales infectiones: quia scꝫ plus
nocent pctā spūalia q̄ꝫ carnalia/ ⁊ magis displicet deo sup-
bia/ q̄ꝫ luxuria. Judith.ix. Superbi nunq̄ꝫ placuerūt tibi a
principio. Debet ergo homo ventosam que sugat ventosi-
tatem/hoc est dictu/considerationem circa vmbilicum ꝓ-
prie fragilitatis apponere/vt sic mediāte ꝯsideratiōe ꝓprie
vilitatis possit de stomacho cordis vētositatē supbie extra-
here. Scarificatiōe ꝯfessiōis dꝫ vti: ⁊ cuminū hūilitatis su-
mere: ⁊ sic vētositatē supbie poterit tenuare. Uñ Mat.xiiij.
dr ꝙ cum iesus ascēdisset nauiculā: cessauit ventus. Jesus
3 qui interpretatur saluator/est humilitas. ¶ Uētri seu inte-
stinis accidit multiplex dolor: et potissime tortura visce-
rum/seu torsiones intestinorum. Tales enim generantur/
quandoqꝫ ex ventositate intestinorum substantiam extendē
te/quandoqꝫ ex humorū multitudine viscerum substātiam
aggrauante/quandoqꝫ ex apostemate lesionem visceribus
inducente / quandoqꝫ ex lūbricorum multitudine corrosio-
nem visceribus inferente/quandoqꝫ ex membrorū colligan
tia cōpassionem intestinis adijciente/ quandoqꝫ ex humo-
rum acumine intestina pungente ⁊ vlcerante. Sic vere in
intestinis cordis et conscientie/ quandoqꝫ generatur torsio
inuidie ⁊ doloris/vel etiam torsio.i. peccatum quod mentē
stimulat atqꝫ torquet. Iste igitur torsiones diuerse diuersi-
mode introducunt. Accidunt enim ex ventositate inanis
glorie ⁊ presumptionis/que intestina mentis extendit ⁊ in-
flat. Item ex multitudine humorum. i. ex abundantia ter-
rene opulentie et possessionis/que mentem deprimit et ag-
grauat. Item ex apostemate tumoris et indignatiōis/ que
mentem ledit et occupat. Item ex multitudine vermium
.i.ex infestatione male familie ⁊ carnalis cognationis/ que
mētē mordet ⁊ stimłat. Itē ex colligātia.i.ex vicinitate ma
le societatis et cōgregationis/ q̄ mentē concitat ⁊ ꝑturbat
Itē ex acumine hūoris.i.ex pūctiōe iracūdie et inuidie/tri
stitie et desperationis / que mentem lacerat et inflammat.
Ista enim omnia/torsiones et sollicitudines mentis indu-
cunt/et cor quiescere non permittunt: qꝛ procul dubio mēs
humana pungitur/quando mala societate cingitur/ quan-
do vermium et malorum famulorum multitudine roditur
quando apostemate superbie inflatur/quando humore bo-
norum temporalium grauatur/ ⁊ quando vento inanis glo
rie distēditur ⁊ sufflatur. Ista enim sunt que pacē ⁊ quietē
mētis impediunt/ ⁊ torsionē sollicitudinis et pcti inducūt.
Esa.xiij. Propter hoc oēs manꝰ dissoluenṫ/ ⁊ oīe cor hoīs
tabescet et conteretur: torsiones et dolores tenebunt/quasi
parturientes dolebunt. ¶ Secundum Constantinū vēto- 4
sitas que torsiones inducit/quandoqꝫ resoluitur a materia
sanguinea/et tunc diciṫ dolor infixiuus: quādoqꝫ ex mate-
ria cholerica/ ⁊ tunc dr dolor pungitiuus/ quādoqꝫ ex phle-
gmate/ ⁊ tunc dicitur extensiuus / quandoqꝫ ex melancho-
lia/ ⁊ tunc dicitur dolor aggrauatiuus/quandoqꝫ ex vitreo
phlegmate/ ⁊ tunc dicitur congelatiuus/quandoqꝫ ex solo
vapore/ ⁊ tunc diciṫ deambulatiuus/vt dicit cōmētator su
per Joānitiū. Sanguis significat carnalem consanguini-
tatem. Cholera inter humores subtilior/significat sapien-
tiā ⁊ subtilitatem. Phlegma quod est humor viscosior ⁊ lu
bricosior et imperfectior/significat carnis conditiones/sci-
licet fortitudinem et formositatem / que scilicet de facili lu
bricanṫ atqꝫ fluunt. Melancholia vero/que est humor ter-
restris/ significat temporalem substantiam et facultatem.
Phlegma vero vitreum/ quod est frigissimū/ vitreā ⁊ splē-
dentem mundi gloriam ⁊ dignitatem significat. Uapor ve
ro significat propriam affectionem et voluntatem. Igitur
dico ꝙ ventositas superbie / que scilicet inducit torsionem
doloris et inuidie et iracūdie/ potest generaliter ex sex cau
sis induci. Quia pro certo ventositas inanis glorie/elatio-
nis/presumptionis et superbie/ quandoqꝫ accidit et proue-
nit a materia sanguinea. i. ex consideratione parentele et
generis. Quādoqꝫ ex materia cholerica.i.ex ꝯsideratione
proprie sciētie ⁊ subtilitatis. Quandoqꝫ ex phlegmatica.i.
ex consideratione ꝓprie fortitudinis et formositatis. Quan
doqꝫ ex melancholica.i. ex consideratione proprie tempora
lis opulentie et terrene facultatis. Quādoqꝫ ex vitreo phle
gmate. i. ex splendore fragilis et vitree mundane dignita-
tis. Quandoqꝫ ex solo vapore.i. ex dispositione proprie con
ditionis/ affectionis et voluntatis. Ex istis ergo sex causis
producitur superbie ventositas/ex qua scilicet sequitur tor
sio mentis/et multarum inquietudinū diuersitas: quia sci-
licet dolor infixiuus luxurie/ dolor pungitiuus inuidie/do-
lor extensiuus carnalis amicitie/dolor aggrauatiuus aua-
ritie/dolor congelatiuus indeuotionis et desidie/dolor etiā
deambulatiuus leuitatis ⁊ incōstantie: tales ventositates
supbie solent comitari / ⁊ a diuersis diuersimode gn̄ari. Et
sic fit ꝙ iuxta ꝟbū p̄s. diabolꝰ ꝓducit ventos de thesauris
suis ⁊ ꝑcussit p̄mogenita egypti ab hoīe vsqꝫ ad pecꝰ. ¶ In 5
torsionibꝰ dolor tāto ē grauior/ q̄ꝫto materia subtiliorib⁹ lati
titat intestinis/ ⁊ hoc qꝛ tūc minꝰ pꝫ locꝰ euacuatiōis. Sic
vere pctm̄ qđ est in itestinis subtilibꝰ.i.in ꝑsonis sapiētibꝰ ⁊
subtilibus/magis est ꝑiculosum q̄ꝫ illud qđ latet in simpli-
cibꝰ/rudibꝰ hoibꝰ atqꝫ grossis: difficiliꝰ em̄ euacuanṫ tales
ꝑ cōfessionē/ ⁊ ideo citiꝰ incurrūt mortē ⁊ dānationē: qꝛ scꝫ
sicut dr Hiere.iiij. Sapiētes sunt vt faciāt mala: bn̄ aūt fa-
cere nescierūt. Et seneca dicit ꝙ nihil molestiꝰ ꝟitati q̄ꝫ ni-
mia subtilitas. ¶ Qn̄ intestina replenṫ grossa ⁊ viscosa ma 6
teria/tūc liganṫ itestina ⁊ cōglutinanṫ/ita ꝙ natura se eua-
cuare nō p̄ōt/ ⁊ sic necessario seqṫ interiorū torsio/ inferiorū
p̄ssio / ⁊ ex fumositatū repcussiōe supiorū sūma ꝑturbatio/ ⁊
qn̄qꝫ mors ⁊ subita destructio: sicut pꝫ i colica passiōe. Sic
vere qn̄ in itestinis affectiōis nr̄e est aggregata grossa ⁊ cō
pacta ⁊ ꝑ malā cōsuetudinē indurata viscositas vitiorꝝ/ ita
ꝙ ꝑ cōfessionē nō possunt eijci vel emitti/exīde ꝓcul dubio
seqṫ torsio ⁊ remorsus cōscie/p̄ssio ⁊ obstinatio desꝑationis

et nequitie/fumositas erroris ⁊ ignorātie/⁊ perturbatio su-
periorum.i.defectus sensus et sapientie.psal. Turbati sunt
et moti sunt sicut ebrius/⁊ oīs sapientia eorū deuorata est.
¶ In inferiori intestino qd̄ colon vocatur / a quo etiā coli-
ca passio noīatur / quādoqꝫ feces taliter desiccant/ꝙ quasi
obstructo stomacho in interioribus indurantur/nec exteriꝰ
pro libito expelluntur:ita ꝙ tūc dolor ⁊ colica passio ⁊ visce
rum torsio generatur. Istius autē indurationis(vt dicunt
medici) multiplex est causa. Prima est calor excesiuus a
quo materia siccatur ⁊ indurat/et exire non permittit. Se-
cūda est materie grosities ⁊ cibi recepti ꝯculcatio/que ad
exitū non disponit. Tertia est viscositas phlegmatis/a qua
materia ne exeat detinetur. Quarta est multitudo ascari-
dum ⁊ vermiū mortuorū/qui inuiscati in intestino ab exitu
prohibent. Quinta est insensibilitas intestini/que nocumē
tum fecis nō sentiens/ ad expulsionē ipius nō mouet. Sic
vere dico ꝙ in intestinis cōscientie ⁊ volūtatis indurantur
quandoqꝫ feces vitiorū/ ⁊ ibi per mentis obstinationē tali-
ter compingūtur/ꝙ per cōfessionem nō possunt eijci:immo
solent in cōscientia taliter detineri/ ꝙ torsio mortis eterne
exinde solet sepius suboriri. Uerūtamen istiꝰ cōstipationis
.i.istius impedimēti confessionis plures possunt esse cause/
videlicet caloris auaritie inflāmatio:qꝛ scilꝫ auari et vsura
rij nunqꝫ volunt cōfiteri. Item materie grossities.i.alicuꝰ
grossi et enormis criminis cōmissio. Enormitas eñ crimi-
nis impedit cōfessionem. Item viscositas.i.male consuetu
dinis detentio. Mala eñ consuetudo crimina mōstrata ꝑ
confessionē recedere non permittit. Item vermiū mortuo-
rum.i.peccatorū mortaliū abundans conculcatio:quia sci-
licet homo aliquotiens ex multitudine vitiorū desperat/et
sic ipsa expellere per cōfessionem nō curat. Item insensibi
litas intestinoꝝ.i.ipsius volūtatis malitia et obstinatio:qꝛ
scilꝫ mens obstinata (que sensum spiritualē perdidit)feces
vitiorū non percipit/neqꝫ sentit: ⁊ sic ad expulsionem vitio-
rum/cū ipsa non sentiat/nec de ipsis doleat/non attendit.
Ex his ergo oībus egestio ⁊ confessio impeditur/et dolor ⁊
desperatio:mors etiam ⁊ eterna dānatio subsequunt/sicut
de impio antiocho dicit.ij.Macha.ix.ꝙ apprehēdit eū di-
rus viscerū dolor/⁊ amara interioꝝ tormēta. ¶ Lumbrici
seu vermes aliquotiēs in intestinis gignūtur/⁊ scd̄m diuer
sas materias ex quibus fiunt/ diuersarū figuraꝝ efficiunt/
et sic aliqui longi/aliqui lati/aliqui rotundi inueniuntur:a
quibus scilꝫ vermibus multe molestie corpori inferūtur/et
ita adherent intestinis/ꝙ quousqꝫ mortui fuerint/vix a cor-
pore expellūtur. Sunt ergo primo per amarā medicinā oc-
cidendi/ ⁊ tādem ipsos mortuos abhorrēte natura/sunt de
corpore expellendi. Hi igitur in patiente nisi expellātur/ ge
nerant multos morbos/videlicet febrem/pruritū narium/
stridorem dentium/emissionē ⁊ masticationē lingue/stupo
rem animi/et alienationē mentis/⁊ tremorē corporis. Tā-
gendo enim ⁊ ledendo neruos interiores/necesse est ꝓpter
mēbroꝝ colligātiā patiant ꝑtes supiores ⁊ exteriores. Per
istos vermes possunt intelligi pctā/que scꝫ conscientiā per
remorsum corrodūt / et etiam corrosionē mortis eterne in-
ducunt. Esa.xiiij. Subter te sternetur tinea/⁊ operimētum
tuum erunt vermes. Uermes igitur.i.peccata/scd̄m ꝙ a di
uersis materijs trahunt originem/diuersimode variant:si
cut patet:qꝛ auaritia ortum sumit a diuitijs/luxuria a deli
cijs/supbia ab eminentijs/ inuidia ab aliena prosperitate
impatienta a propria aduersitate. Quid ergo? Procul du-
bio tales vermes faciūt homini multa mala. Generāt eñ
febrem ⁊ ardorem cupiditatis/pruritū voluptatis/stridorē
crudelitatis/lingue emissionē et cōmasticationem vane lo
quacitatis/⁊ detractorie verbositatis. Apo.xvj. Cōmādu-
cauerunt linguas suas. Generant etiā alienationem fatui-
tatis/stuporem hebetis simplicitatis/tremorē desperatio-
nis ⁊ timiditatis/ et abominationē cibi.i.doctrine ⁊ verita
tis.psal. Omnē escam abominata est anima eoꝝ. Uermes
igitur nisi per cōfessionem citius expellātur/mortis eterne
periculum operātur. Et ideo necesse est ꝙ primo necentur
et mortificent cum amara medicina cōtritionis/⁊ ꝙ dein-
de expellātur cum medicina expulsiua cōfessiōis:vt sic di-
catur illud Exo.xvj. Non computruit/nec vermis inuētus
est in eo. Uel dic ꝙ isti vermes significant remorsus cōsciē
tie hominū damnatorū/qui ipsos perpetuo corrodūt ⁊ mor
dēt. Eccli.vij. Uindicta carnis impij/ignis ⁊ vermis. Ta-
les enim vermes in intestinis cōscientie positi/stridorē dē-
tium et cōmanducationem lingue per tormētorum dolorē
solēt facere/alienationē mētis īducere/⁊ tremorē ⁊ stuporē
animi generare. Matthei.xiij. Ibi erit fletus ⁊ stridor den
tiū. Uel dic ꝙ isti vermes sunt viles ⁊ improbi adulatores
et detractores / qui pro certo in intestinis.i.in domibus et
atrijs diuitum gignūtur/⁊ qꝫdiu viuunt/ pre sua corrosoria
detractione/ipiorū cum quibus sunt/⁊ qui eis credūt/men
tem a bono ꝓposito alienari faciunt/ ⁊ dentibus et lingua
stridere contra alios ipsos incitant ⁊ inducūt.psal. Obser-
uabit peccator iustum/ ⁊ stridebit super eum dētibus suis.
Constat eñ ꝙ tales vermes/scilꝫ adulatores ⁊ detractores
sunt causa quare magnates contra alios mouent/⁊ cū stri
dore dentium cōtra innocentes aliquotiens debacchātur.
¶ Quotiens sumenda est amara medicina pro vermibus
occidendis/ necesse est ꝙ cum aliqua dulcedine/vtpote cū
melle vel lacte sit cōmixta. Dulcia enim vermes diligunt/
que sibi incorporant ⁊ recipiūt/et sic cū amaritudine se oc-
cidunt . Sic vere predicator quādo vult vermes vitiorū in
auditoribus occidere/ semꝑ cū amara medicina penitētie
seu timoris dei ⁊ sue iustitie/debet miscere lac ⁊ dulcedinē
spei et diuine misericordie: qꝛ scꝫ dū misericordie dulcedo
recipitur ⁊ diligitur/ penitentie amaritudo melius ⁊ liben
tius incorporat/⁊ efficacius operat. Uel dic ꝙ quando dia
bolus vult vermes.i.peccatores occidere/morte scilicet in-
fernali ⁊ vitiorū/ solet semꝑ dulcedinem mūdi deliciarum
vel spem future penitentie miscere/ vt sic cū tali dulcedine
mixtam peccati amaritudinē nō sentiant/⁊ sic mortis eter
ne periculum incurrāt. Prouer.xxvij. Anima saturata cal-
cabit fauū/esuriens vero etiā amarū pro dulci sumet. Ani-
ma enim que est diuina gratia satiata/fauū mūdi delecta-
bilium contēnit et calcat: illa vero que est esuriens et pec-
catrix pro dulcedine delectabiliū amaritudinē peccati as-
sumit. ¶ Uentri ⁊ intestinis accidit fluxus humorū ⁊ inuo
luntarius ⁊ excessiuus. Istius tamen tres sunt species: scꝫ
diarrhea/ lyenteria/ dysenteria . Diarrhea est simplex flu-
xus/cum cibi tamē indigesti emissione/et absqꝫ sanguinea
egestione : que prouenit ex liquiditate humoris/vel ex ali-
quali distēperātia dissolutiui caloris. Lyenteria est fluxus
ventris cum indigesti cibi ⁊ potus emissione/quādo scilꝫ ci
bus ita crudus emittitur/sicut recipit:que fit ex villoꝝ sto-
machi abrasione cibos retinere nō valēte/ vel alijs causis
similibus. Dysenteria est fluxus ventris/aliquando cū san
guis emissione/aliquādo cum pellis intestinorū abrasione/
aliquādo cum ipsorū intestinorū putrefactorum egestione
contingens/ex cholere acumine ꝓueniēs ⁊ procedēs. Pro
cul dubio per istos tres fluxꝰ possunt intelligi tres morales
incōstantie et dissolutiones: videlicet dissolutio in loquen-
do/in audiēdo/in operādo . Est eñ fluxus locutionis sicut
diarrhea: qꝛ scilꝫ quidā sunt qui in verbis ⁊ in exterioribus
moribus dissoluti sunt : a sanguine tamen peccati morta-
lis ⁊ ab indigestione inhoneste cōuersationis se custodiūt:
sed ex liquiditate humoris.i. ex ipsa naturali leuitate affe-
ctionis/in verba leuia ⁊ aliquos dissolutos gestus prorum
punt. Item est fluxus ⁊ dissolutio auditus/sicut lyenteria.
Auditus eñ aliquorū ita est dissolutus et leuis/ꝙ de cibo
verbi dei nihil possunt retinere/nec in sui vtilitatem cōuer-
tere vel mutare:sed potius crudum ⁊ immutatū reijcere/⁊
horrere. Item est fluxus et dissolutio operatiōis/que est si-
cut dysenteria: qꝛ scꝫ cum sanguine ⁊ cruentatione peccati
mortalis/etiā cū abrasione oīs moralis ꝟtutis/et etiā quā-
doqꝫ cū putredine male ꝯsuetudinis/ ⁊ cū totali corruptio-
ne intestini.i.affectiōis hꝫ fieri. Qd̄ etiam solet ex acumine
cholere.i.ex ardore male cōcupiscentie generari. Ista ergo
sunt tria genera dissolutionū/ que scꝫ diuersarum sunt cōdi
tionum: qꝛ scilꝫ prima est grauis/scd̄a est grauior/tertia est
grauissima. Et sic dico ꝙ est triplex fluxus malorū/de quo
in psal. Sicut cera q̃ fluit/auferētur/ supcecidit ignis(scilꝫ
cōcupiscentie)et nō viderunt solem . Uel dic ꝙ triplex spe-
cies fluxus est triplex species ꝓdigalitatis. Prima est non
multū violenta/que scilꝫ omnia superflua emittit/necessa-
ria tamē custodit. Secūda est magis excessiua/que scꝫ oīa

mobilia abradit/ substātiam tamen intestini.i.hereditatis dimittit. Tertia est excessiuior/ que scʒ non solum mobilia superflua/ nō solū etiam mobilia necessaria destruit: immo etiā ipsam substātiam intestinorū/ hoc est, dictu/ ipsam substātiam possessionū ⁊ immobilium bonorū scindit/ vendit/ dilacerat/ et cōsumit. Esa.xlviij. Scidit petram/ ⁊ fluxerūt aque. Multa possunt dici de istis infirmitatibꝰ tribꝰ/ diarrhea lyenteria/ dysenteria. Sed materia videtur aliquantulum inhonesta.

Capitulum.xxj.de hydropisi.

1 Hydropisis est tumor et inflatura mēbrorum/ ex errore virtutis digestiue cōtingēs. Accidit em̄ hydropisis quandoqꝫ ex indigestione/ quādoqꝫ ex retentione. Nam quādo virtus digestiua est debilis/ ita ꝙ ꝓpter defectum caloris cibos receptos nō potest bene digerere/ nec in bonos humores cōuertere: solent exinde multe superfluitates in hepate generari/ que diffuse per mēbra/ ipsa tumescere faciūt et inflari. Quādo etiā accidit ꝙ natura retinet humores qui alicubi solebant fluere/ vtpote quādo hemorrhoides restringūtur/ vel quando mēbrum aliquod trūcatur: ita ꝙ illa portio humorum que mēbrum illud nutriebat (cū nō habeat amplꝰ quid nutriat) in corpore retinetur: tūc ex tali retentione/ mēbrorum inflatura que dicit̄ hydropisis/ generat̄. Per istam inflatiuā infirmitatem potest supbia denotari/ que scilʒ per elationem ⁊ presumptionē inflat plus debito cor humanū. Due igit̄ sunt cause principales que causant ⁊ principiant istum morbū/ scilʒ defectus digestionis/ ⁊ defectꝰ expulsionis: qꝛ procul dubio quādo digestio.i.sensus/ ratio ⁊ discretio: que scʒ habet res coquere/ cogitare/ diuidere/ distinguere/ iudicare/ ꝓpter carentiā caloris.i.charitatis in hoīe deficit: ita ꝙ cibos bonorū tēporaliū debite ꝑ discretionē non regit/ nec eos ꝑ expulsionē largitatꝭ emittit/ vel ꝑ susceptionē pauptatis voluntarie a se dimittit: tūc exinde inflatura supbie gignit̄/ ⁊ mēs tota erigit̄ ⁊ īflat̄. Deuter.j. Tumētes supbia ascēdistis in montē. Sūt em̄ quidā qui illū humorē diuitiarum quo deberent membra.i.pauperes nutrire/ vel alias per largitatem ⁊ elemosynā emittere/ volūt per auaritiam retinere/ et sic ex multiplicatiōe ⁊ retentione earum solent tumescere/ ⁊ cōtra alios supbire: quia scʒ ꝺm Augu. Difficile est vt supbꝰ nō sit/ qui diues est. Vel ista possunt allegari contra quosdā: quibus pro certo vtile est magnas curas ⁊ sollicitudines habere/ ⁊ plura mēbra.i.plures ꝑsonas nutrire: qꝛ scilʒ quando cura eorum diminuit̄/ et mēbra seu persone/ que suis diuitijs nutriēde fuerant/ adimūtur/ tunc ex retētione ⁊ accumulatione humorū.i.diuitiarū tumescunt/ ⁊ inflati hydropici.i.supbi fiūt. Numeri.v. Inflato

2 vētre cōputrescat femur eius. ¶ Hydropisis generat̄ vt cōmuniter ex distemperātia qualitatū in hepate/ ꝓpter qꝺ ex defectu virtutis digestiue supfluitates generant̄/ que ꝑ corpꝰ diffuse faciūt īflaturā. Ex tali aūt morbo distēperātia gignitur: ita ꝙ hydropicus quāto plꝰ bibit/ tāto plus bibere delectat̄: et etiam ratione indigestionis humorū/ tāto tumescit amplꝰ et inflat̄. Est igit̄ hydropicus tumidus/ mollis/ grauis/ ponderosus/ ⁊ sitibundus: ita ꝙ vēter taliū more tympani resonat repercussus. Sic vere quādo in hepate .i.in mente quattuor humores.i.quattuor affectiones distēperātur et deordinant̄: tunc virtus digestiua/ scilʒ discretio deficit: et sic multiplex supfluitas vitiorum ibidē gignit̄ et accedit: et ita fit ibi inflatura supbie/ sitis insatiabilis auaritie/ mollities luxurie/ ⁊ pōderositas accidie: qꝛ procul dubio talis hydropicus/ supbus scilʒ vel auarus/ quāto plꝰ de diuitijs et honoribꝰ solet acquirere et bibere/ tanto magis solet nouos honores et diuitias resitire: qꝛ videlicet honores ⁊ diuitie potate ⁊ acquisite/ mētē nō satiant: sed potius ad alia acquirenda ipsam irritant ⁊ inuitant. Unde Prouerb.xxvij. Infernus ⁊ perditio non implebunt̄: sic et oculi hominum insatiabiles.

Capitulum.xxij.de ictericia.

1 Ictericia est defedatio cutis in qualitate: et fit ex cholera supabundante et ebulliente: cū sanguine se permiscēte/ ⁊ ipm inficiente: et per mēbra se postea diffundente: ⁊ cutis infectionē seu aruginē inducente. Sunt autē tres species ictericie. Crocea scilʒ: que fit ex infectiōe cholere citrine. Uiridis/ que fit ex infectiōe cholere prasine seu viridis. Nigra/ que fit ex infectione nigre seu etiā innaturalis. Sanguis em̄ a talibus humoribus in hepate corruptus et infectus/ ad exteriores partes corporis nutriendas mittit̄/ et scꝺm suam infectionem/ illas quas tāgit partes inficere comprobat̄. Sic pro certo sunt aliqui/ qui exterius in cute cōuersationis multipliciter sunt infecti. Nam aliquādo sunt crocei.i.per fictā sanctitatem aurei. Aliquādo virides.i.per iuueniles cōditiones ⁊ per carnalitatē humidi. Aliquādo nigri.i.per totalem infamiā obscuri/ ⁊ diuersimode sunt effecti. Nam quādo sanguis.i.affectio intus in hepate.i. in mente ex triplici cholera.i.triplici cōcupiscentia ebulliens efficit̄: tūc necesse est ꝙ cutis ad quā talis sanguis infectus mittit̄.i.conuersatio que a tali affectione oritur/ corrumpat̄ totaliter ⁊ fedetur: qꝛ scilʒ ex interioris infectione affectionis/ ꝓcedit infectio cōuersationis et locutionis. Unde Hierony.sup Eze.iij. Pro signo interioris hoīs sunt verba erūpētia. Minoribus em̄ maiora mōstrantur/ ⁊ mens luxuriosa celari nō valet/ quin exterioribus gestibus ostendat̄. Vel si vis per istū sanguinē intellige prelatū/ officialem vel legatū/ qui ab hepate.i.a papa mittit̄ ad diuersas corporis ecclesie partes pro mēbris.i.pro ꝑsonis spiritualiter nutriēdis. Sed quid? pro certo aliquādo contingit ꝙ talis sanguis.i.talis infectꝰ est vitijs ⁊ corruptꝰ/ ⁊ sic partes ad q̄s mittit̄/ solet inficere et non nutrire: et suis malis ⁊ corruptis verbis ⁊ exemplis alios corrūpere ⁊ fedare. Qꝺ etiam de hereticis ⁊ hypocritis predicatoribus potest dici/ qui alios nutrire mittuntur: quos tamen fedare ⁊ corrūpere nitūtur.j.ad Corin.xv. Corrūpunt bonos mores colloquia praua. ¶ Quando in felle

2 foramē inferius clauditur: pars corporis inferior vitiat̄.⁊c. Uide bene de felle.§.vltimo. ¶ Ictericiā que est exterior

3 cutis infectio/ multe male cōditiones comitant̄: qꝛ scilʒ talis patiens solet habere calorem in hepate/ sitim in ore/ dolorem in fronte/ et tinnitum in aure. Sic vere illi qui ictericia male cōuersationis sunt fedati: vt cōmuniter calore luxurie inflāmantur/ siti auaritie fatigant̄/ dolore inuidie stimulātur/ et tinnitu timoris/ desperationis ⁊ tristitie pre ceteris perturbant̄. Job.xv. Sonitus terroris semper in auribus impij. ¶ Hemorrhoides sunt quinqꝫ vene in posteriori

4 parte corporis constitute/ ad quas quandoqꝫ natura mittit multas supfluitates/ que tunc quandoqꝫ aperiuntur/ et per ipās corpus a dictis supfluitatibus liberat̄: et a multis infirmitatibus preseruat̄. In istis tamen venis duo cōtingere solēt: videlʒ nimia retentio/ et excessiua euacuatio. Quādo enim iste supfluitates plus debito retinētur/ tūc grauedo capitis/ pallor faciei/ pōderositas renum ⁊ dispositio ad hydropisim/ phthisim/ maniā ⁊ melācholiā generat̄. Quādo vero plus debito aperiūtur ⁊ euacuantur/ tūc ex tali fluxu corpus debilitat̄/ et passiones varie efficiunt̄. Per istas quinqꝫ venas que sunt ī posteriori parte corporis/ intelligo illos qui in gradu ⁊ statu vltimo ⁊ infimo in eccl'ia sunt positi/ scilʒ simplices laicos ⁊ seculares: qui quinqꝫ pro eo dicūtur: qꝛ quinqꝫ sensibꝰ.i.quinqꝫ sensuū appetitibꝰ gubernātur. Isti ergo sunt a deo specialiter ordinati ad superfluitates diuitiaꝝ q̄ ad eos precipue mittūtur/ ⁊ que eis pre alijs abūdantius concedūtur/ euacuandū/ et pauperibus ꝑ elemosynas erogādū. Sed quid? Pro certo isti quādoqꝫ istas supfluitates diuitiarum retinent/ ipsasqꝫ per largitatē non euacuant vt deberent: et ideo tunc multe infirmitates.i. multa vitia in eis generant̄/ et grauedo seu pōderositas pigritie/ sitis auaritie/ pallor inhoneste apparentie/ hydropisis seu inflatura supbie/ necnon mania ⁊ alienatio crudelitatis ⁊ seuitie/ occasione talium diuitiarū ⁊ superfluitatū retentarū in eis producūtur. Ideo bene dicit ap'lus.j.ad Timo.vj. ꝙ radix omniū maloꝝ est cupiditas. Et Eccl's.v. dicitur ꝙ diuitie aggregant̄ in malum dn̄i sui. Quādoqꝫ etiā accidit ꝙ aliqui tales diuitiarū supfluitates excessiue per prodigalitatē emittūt/ seqꝫ plus debito aliquādo aperiūt/ ⁊ nihil sibi retinent: sed cuncta imprudenter expēdunt: et sic fit ꝙ debilitas pauptatis in eis inducit̄/ et multe etiam infirmitates peccatoꝝ/ vtpote impatientia/ tristitia/ desperatio/ furtū etiam mūdanum in ipsis aliquotiens generant̄. Eccli.xxvij. Propter inopiam multi deliquerunt.

Capitulum.xxiij.de renibus.

1 Renes/vesica/ et pellicule ventris/multas infirmitates incurrũt. Et primo quidẽ sciẽdũ est/vt de alijs sileamus/ ꝙ lapides ⁊ arenule generãtur quãdoqꝫ in renibus ⁊ vesica. Humores eñ viscosi quãdoqꝫ in renibus prouectoꝝ/vel in vesica puerorũ per intẽsum calorem indurãtur/⁊ in lapidẽ vel arenam mutanť. Per quos/meatus renum/vel vesice orificium opilantur:ita ꝙ vrine transitus totaliter impediť/vel saltem cũ difficultate solẽt aquã illam supfluam distillare. Charissimi per renes/vbi latet virtus venerea/et ꝑ vesicã vbi aggregať supfluitas aquea:intelligo humanã affectionem/que procul dubio quasi innatam habet veneream voluptatem:⁊ que cõtinue aggregat vitiorũ supfluitatẽ. Per lapidem vero intelligo obstinationẽ/⁊ per calorẽ/ꝯcupiscẽtie inflãmationem. Dico ergo ꝙ quãdo in renibus ⁊ vesica affectionis ⁊ volũtatis humane/ viscosi humores diuitiaꝝ et deliciarũ abũdant/(dico scꝫ quantũ ad affectũ et desiderium earũdem) tunc procul dubio calor intense cõcupiscẽtie exinde lapidem obstinationis generat: ⁊ ipsos temporalium ⁊ carnaliũ affectus per malas cõsuetudines conglutinat et indurat:iuxta illud Job.xxxviij. In similitudinẽ lapidis duranť aque. Sic ergo fit ꝙ et renes et vesica.i.interiores affectiones claudunť/et vitiorũ suorum supfluitates per confessionem emittere ꝑ talem lapideam obstinationẽ impediunť/ vel saltem vix etiam guttatim ⁊ cũ difficultate maxima ipsa mingere/confiteri ⁊ emittere dinoscuntur. Job.xx. Cũ dulce fuerit in ore ipsius malũ/abscõdet illud sub lingua sua/parcet illi/⁊ non derelinquet illud. Vel dic ꝙ calor cupiditatis quandoqꝫ humorem viscose ⁊ carnalis affectionis per obstinationẽ ⁊ parcitatis duritiam lapidificat ⁊ constringit: ⁊ sic meatus liberalitatis obturat ⁊ claudit:ita ꝙ supfluitatẽ vrine.i.supfluitatẽ diuitiarũ erogari et mingi per elemosynas nõ permittit:sicut patet de auaris/qui vel ex toto nihil ꝑ elemosynas erogant: vel si erogant/hoc guttatim/difficiliter/et cũ dolore ⁊ displicẽtia illud stillant. Cõtra quos dicit Seneca.li.iiij.de beneficijs:vbi ait Ingratũ est beneficium qđ inter manus dantis diu hesit/qđ quis egre dimittere visus est/⁊ sic dare/tanqꝫ si eriperetur.

2 ¶ Lapis in renibus quãdoqꝫ gignitur ex potu aque limose et arenose. Lapis autẽ iste sepissime accidit pueris propter viscositatẽ humorũ. Mulieribus autẽ aut raro aut nunqꝫ accidit talis lapis:et hoc qꝛ meatus habẽt largos/⁊ qꝛ multotiens/scꝫ in mẽstruis/purgant humores supfluos et corruptos. Sic vere lapis obstinationis ⁊ duritie/qui ex aqua limosa prosperitatis et mũdane sapiẽtie aliquotiens gignitur:in pueris.i.in viscosis ⁊ carnalibus plusqꝫ in alijs generať. Mulieres autẽ.i.simplices/qui cõsciẽtie meatus largos habent: ita ꝙ supflua vitiorũ libere et sepe per confessionem emittũt et purgãt/obstinationis lapidem nõ incurrũt:sed per cõfessionem ⁊ penitẽtiam ad deum faciliter se conuertũt. Luce.xxj. Non relinqueť lapis super lapidẽ/qui nõ destruatur.

3 ¶ Lapis qui ex viscosis humoribus gignitur/facilius dissolviť/ qꝫ ille qui ex arenulis generatur. Sic vere ille lapis.i.illa mentis obstinata duritia facili⁹ potest frãgi/quã viscositas carnalitatis inducit/qꝫ illa quam arena diuitiarũ efficit:qꝛ procul dubio carnales ⁊ luxuriosi facilius per cõtritionem dissoluũtur/qꝫ illi qui per auaritiã induranť. Job.xxviij. Lapis sol⁹ calore in es vertiť.

4 ¶ Cũ lapides aliquotiens(vt dictũ est) in renibus generenť/hoc est verum/ꝙ si renũculus dexter lapidẽ habeat/pes dexter et coxa faciliter stupefit/aut dormitat. Duo renũculi intellectum ⁊ volũtatem designant. Intellect⁹ eñ est dexter/q̇ magis recta stupescit. volũtas vero est sinister:qꝛ semp ad simplicitatẽ vitiorum tendit. Duo autem pedes significãt duplicem vitam/contẽplatiuam scꝫ/que est dextera/et que pertinet ad intellectũ:⁊ actiuam/que est sinistra:⁊ que principaliter pertinet ad affectũ. Lapis vero duritiam obstinationis designat/que nunc in intellectu/ scꝫ falsum pro vero accipiendo:nũc vero in affectu/scilꝫ malum pro bono obstinate eligendo generatur/⁊ inhabitat. Verũ est igitur istud/ꝙ quotiens lapis obstinationis errorisqꝫ ⁊ malitie/in renũculo dextero.i.in intellectu gigniť: pes dexter.i.vita contẽplatiua obdormit/deficit/⁊ sopiť. Si vero in sinistro rene.i. in affectu ⁊ volũtate/obstinatio lapidea fuerit/tunc sinister pes.i.vita actiua in hoĩe deficiet ⁊ stupebit. Ideo bene est necessariũ homini ꝙ per dei et angeloꝝ seu prelatorũ adiutorium defendať/ne per talem obstinationis lapidẽ/intellectus et affectus ipsius illidať: iuxta illud psal. In manibus portabũt te/ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuum.

5 ¶ In vesica accidit passio ex defectu contentiue virtutis/scilꝫ inuolũtaria emissio vrine. Quãdo eñ virtus contentiua est debilis/calorqꝫ naturalis in renibus est fortis/tũc ꝓ certo ratione caloris fit in renibus magna humorũ attractio/et ratione cõtentiue/que est debilis/fit illius inuolũtaria emissio. ad qđ etiam facit quãdoqꝫ relaxatio neruorũ in collo vesice/quãdoqꝫ etiam somni profunditas: sicut patet in pueris/qui dormiendo in lecto mingunt. Talem autem infirmitatẽ patientes semp solent sitire/ et vix aqua desiderium satiare. Per istam infirmitatẽ possum ĩtelligere vitiũ prodigalitatis: qꝛ scilicet quidã sunt qui ratiõe caloris ⁊ ardoris nõ cessant humores diuitiarũ attrahere:qꝛ tamẽ virtutem contentiuã.i.prudẽtiam ipas cõseruandi nõ habẽt/solent eas per prodigalitatẽ emittere/nec ad necessitatem de ipsis aliquid retinere: sed potius per auaritiã cõtinue sitire et ardescere/⁊ quantum per prodigalitatem emittunt/tantum volũt iterum bibere ⁊ haurire/⁊ semp per auaritiã famescere ⁊ sitire. Esa.v. Multitudo eorũ siti exaruit. Vel dic ꝙ per tales patientes intelligũtur homines incõstãtes et leues/⁊ in suis operib⁹ dissoluti/quibus ꝓpter malas cõsuetudines et habitus/quasi inuolũtarie accidit vitioꝝ cursus et fluxus. Virtus eñ cõtentiua.i.tẽperantia:in talibus deficit/calor vero concupiscẽtie in talib⁹ cõualescit/⁊ ideo ab ipsis nõ cessat vrina et supfluitas vitiorũ fluere/ et dato ꝙ rationi eorum non placeat/ ab ipsis nihilominus emanare. Ad Roma.vij. Velle adiacet mihi/ perficere autem bonum nõ inuenio. Vel dic ꝙ ista supfluitas significat superflua verba/qꝛ scꝫ quidã sunt q̇ ea nõ valent ꝯtinere: sed quasi inuoluntarie videnť ipa cõtinue emittere/nec ab eis abstinere.

6 ¶ Circa illas partes corpis accidit qñqꝫ quedã infirmitas que diciť hernia/ que nihil aliud est qꝫ ruptura vnius pellis/ que siphach a medicis diciť/ que ĩter mẽbra nutritiua et generatiua collocatur. Cõtingit eñ illam pellem/vel ex nimio corporis conatu: sicut fit in lucta/vel palestra/vel in clamore et cantu rumpi/vel ex interiori calore liquefieri ⁊ relaxari/⁊ sic inferius ad locum testiũ descẽdere:⁊ infirmitatẽ non modicam generare. Per talem rupturam potest intelligi vitium discordie:qꝛ pro certo discordia nihil est aliud qꝫ quedam ruptio ⁊ diuisio tele seu pellicule charitatis. Et procul dubio ista quandoqꝫ accidit ex calore interioris cupiditatis. Aliquando ex clamore exterioris iniuriose rixositatis. Aliquãdo ex lucta cõtrouersie/litis/et cõtrarietatis. Hec eñ omnia solent charitatem ⁊ amicitiã rumpere/⁊ diuisionẽ discordie/dolorẽqꝫ iracũdie generare. Hiere.v. Confregerunt iugum/ruperunt vincula.

Capitulum.xxiiij.de gutta.

1 Gutta vulgo.i.morb⁹ articularis/est infirmitas in iuncturis mẽbrorum cõtingẽs/⁊ ibidem dolorẽ inferens et inducẽs. Diuidiť gutta in tres species:chiragrã.s.que habet fieri ĩ digitis ⁊ manib⁹. Ischiadem / vulgo sciaticam/que habet fieri in coxis atqꝫ cruribus. Podagram/que habet fieri ĩ talis atqꝫ pedibus. Fit autem hec infirmitas ex humoribus ad neruos ⁊ ad iuncturas cõfluentibus/⁊ se ibidẽ inuiscantibus/et sic per cõsequens motum impedientib⁹/et dolorẽ inducẽtibus. Chiragra ligat et cõtrahit manus ne aperiãtur/sciatica ligat crura ne sine dolore flectantur. Podagra vero ligat pedes ne motu volũtario moueantur. Talis triplex gutta videtur mihi significare triplicẽ cõcupiscẽtiam humanã/scꝫ cõcupiscẽtiam carnis/ cõcupiscẽtiam oculoꝝ et supbiam vite. hoc est dictu/luxuriã/auaritiam/et superbiam/que scilꝫ in iuncturis cordis ex humoribus supfluaꝝ affectionum gignũtur: ita ꝙ ab ipsis dolor et remorsus conscientie causatur/⁊ motus bonoꝝ operum impediť. Chiragra ergo est auaritia: que ligat manus ne aperianť ad largitatem/ipsasqꝫ claudit et contrahit per parcitatem/deformesqꝫ et gibbosas facit per infamie vilitatẽ:qꝛ scilꝫ manus .i.opera taliũ sunt turpia ⁊ infamia. Impotẽtes etiã et ar-

das ipsas efficit/per indeuotionis siccitatem. Matth.xij. Erat ibi homo manū habens aridam. Item sciatica est superbia. Ista est eñ illa infirmitas/que nō permittit crura cordis ꝑ humilitatē flectere/imo ipsa solet i rigiditate ⁊ austeritate ꝯtinue detinere. Deuter.xxviij. Percutiat te deꝰ vlcere pessimo in genibus ⁊ in suris. Item podagra significat luxuriā. Ista est eñ infirmitas pedum spiritualiū.i.affectuum/quos scꝫ inflāmat per cōcupiscentiā: et pedum etiā corporalium.i.gressuum/quorū scilicet actꝰ tollit per pigritiam. Ideo breuiter de talibus tam auaris q̄ꝫ luxuriosis dicit in psal. Manus habent ⁊ nō palpabūt/pedes habent ⁊ non ambulabunt.

2 ¶ Podagra seu gutta pedum gignit in suauiter viuētibus/qui.s.parū se exercitant/⁊ a supfluitatibus corpora nō emūdant. Fit etiā in actus carnis frequentantibꝰ/et hoc propter fluxum et motū humorū. Et inde est ꝙ eunuchi ⁊ castrati nullatenus podagrizant: similiter nec pueri/qui similiter nec coeunt/nec etiā mulieres que multipliciter se expurgāt. Unde Hippocrates. Mulieres non podagrizāt/nisi forte mēstrua defecerit. Sic vere podagra pigritie torporisqꝫ ⁊ desidie illis accidit/q̇ laute/deliciose ⁊ quiete volūt viuere et manere/actusqꝫ carnis/⁊ luxurie ipudicitias exercere. Sūt tamē tria genera personarū q̇ istud vitium non incurrūt.s.pueri.i.simplices ⁊ innocētes/castrati.i.casti et cōtinentes/mulieres.i.pij teneri atqꝫ clemētes/dum tamē libenter se purgent.i.dum velint esse faciliter cōfitentes/et mēstrua.i.vitia per cōfessionē expellētes.

3 ¶ Licet pedes podagrā patiant̄ ꝓpter humores/qui.s.illuc fluunt/parū tamen inflari vel tumescere comprobant̄: et hoc pro eo ꝙ carne.i.neruis nudati sunt. Sic vere pauperes/q̇ per pedes intelligūtur/podagrā peccati et pigritie/fluxūqꝫ luxurie aliquotiens possunt pati: verūtamen inflaturam superbie pati impediunt̄/ pro eo ꝙ carne bonorum temporalium denudant̄.

Capitulum.xxv.de apostemate.

1 Apostema scđm Constantinū est supfluentiū humorum in aliquo mēbro collectio putrefactionē faciens ⁊ tumorē. Fit autem apostema hoc modo. Humores eñ quātitatiue peccātes/et plus debito abūdantes/a calore consumi/vel a virtute expelli nō valentes/in cōcauitatibꝰ mēbrorum recipiuntur/ibiqꝫ putrescunt et corrūpuntur. Et sicut in furno pasta posita ab igne desiccat̄/⁊ in supficie crustulam quandā recipit/sub qua latet: sic talis humor recollectus/propter violentiam caloris/ quandā durā crustulam sibi facit/sub qua putridus humor abscondit̄/⁊ ibi tumet/includit̄ ⁊ velatur: ita ꝙ talis humor sic aggregatus et tumens/apostema(sicut dictū est)nūcupatur. Apostema potest significare peccatum in genere/ qđ scꝫ semꝑ cōcomitatur humor ⁊ tumor ⁊ dolor: qꝛ.s.in omni peccato est dare humorē affectionis/q̇ per malam intentionē corrūpitur: tumorem elationis/quo mens contra deum erigit̄: dolorem remorsus ⁊ redargutionis/quo mens per synderesim mordet̄ atqꝫ pungitur. Ideo de peccato generaliter potest dici illud Esa.j. Nō est in ea sanitas/scꝫ in aīa peccatrice. ⁊ q̇d ergo? respōdet. Uulnus et liuor/⁊ plaga tumens. Fit eñ apostema peccati tali modo. Multiplicatio eñ humorꝝ.i.affectionum ⁊ cogitationū malarum/vanarū ⁊ supfluarum/quandoqꝫ in concauitate cordis recolligitur: ⁊ qꝛ a calore contritionis vel charitatis non consumūtur: qꝛ etiam a virtute expulsiua.i.a cōfessione non eijciunt̄: ideo tādem per malos cōsensus putrescūt/et in apostema peccati mortalis conuertuntur: qđ videlꝫ tria peccata.s.mētis corruptio/cordis elatio/⁊ cōscientie remorsio comitātur. Sed quid? Procul dubio isti humores corrupti.i. iste male affectiones per vitia putrefacte/crustulā excusationis et abscōsionis sibi faciunt/sub qua semꝑ latere volunt/et sub qua pre verecūdia cōfitendi / ne appareāt se abscondūt. Generale est eñ ꝙ peccatū postq̄ꝫ cōsummatū fuerit/excusationes ⁊ latibula sibi querat/et pre verecūdia quātum potest secretius se abscondat/contra qđ facit illud Prouer.xxviij. Qui abscondit scelera sua/nō diriget̄ in terra: qui autē cōfessus fuerit et dimiserit ea/misericordiā consequetur.

2 ¶ Apostema quādoqꝫ sic habet fieri: qꝛ.s.mēbra nobiliora/ fortiora et superiora solent humores supfluos a se reijcere/et ipsos ad alia mēbra ignobiliora/ debiliora et inferiora mittere/ipsaqꝫ talibus humoribꝰ penetrare et imbuere/et ibi apostema/cum se expedire nequeāt/generare/seqꝫ de malis humoribus liberare/⁊ mēbra que ipsos refutare vel expellere nō p̄ualēt/onerare. Ista possunt allegari cōtra superiores/nobiles ⁊ potētes: qui nō cessant opprimere ⁊ grauare subditos inferiores/⁊ alios impotētes. Cū eñ dicat scriptura ꝙ vnusquisqꝫ onus suū portabit: hoc tamen isti nō solent facere: immo apostemata imminētia solent ad alios mittere/⁊ eos in ijs que ipsi portare debuerāt opprimere ⁊ grauare: et cū se defendere nequeant/apostemata ipsorum maiorū ⁊ superiorū oportet eos tollere/⁊ eorꝝ grauamina sustinere. Istud spūaliter potest allegari cōtra illos qui subditos exactores faciūt: ⁊ loco sui ipsos fideiussores ponūt: ⁊ sic fit ꝙ eos incurrere apostemata ꝑmittūt: ⁊ sic onus qđ illi portare debuerāt/isti tollūt. Threno.v. Patres nostri peccauerūt/ ⁊ nō sunt/et nos iniquitates eorum portauimus. Uel dic ꝙ quādo a superioribus nobilioribus et ditioribus/supfluitates humorū.i. defectuū et malorum exemplorū/ cōsiliorum ⁊ documentorꝝ/ad inferiores ⁊ debiliores mittunt̄/ quādoqꝫ ipsa pre debilitate virtutis reijcere nequeunt: sed potius retinēt ⁊ recipiunt/⁊ sic exinde apostemata vitiorum incurrūt/ ⁊ quādoqꝫ mortē perpetuā percipiūt ⁊ acquirūt. Eze.xviij. Patres nostri comederūt vuā acerbam: ⁊ dentes filiorū obstupescūt.

3 ¶ Apostema quandoqꝫ habet fieri propter largitatē meatuū/ per quos humores faciliter solent fluere. Quādoqꝫ ꝓpter liquiditatem humorum qui faciliter solent currere: et in aliquo mēbro se recludere ⁊ arctare/ibiqꝫ putrefieri/ ⁊ in apostema se conuertere et mutare. Sic vere apostema peccati mortalis solet fieri ex duobus / scꝫ ex largitate meatuū cōscientie/que est nimis exposita ad peccandū.vel ex latitudine meatuum.i.sensuū/qui sunt nimis aperti ad delectabilia hauriendum. Item ex humorū.i. affectuū fluxibili ⁊ incōstanti liquiditate/que.s.sunt habiles vt ad peccata faciliter fluant/et vt ꝑ malā cōsuetudinem se cōstringant/et in apostema alicuꝰ mortalis criminis se cōuertant. Job.xxxviij. In similitudinem lapidis durant̄ aque / et supficies abyssi cōstringitur. Qđ nihil aliud est dictu/nisi ꝙ aquee ⁊ fluxibiles affectiones/in pctm̄ mortale per malas cōsuetudines indurantur.

4 ¶ Aliquando fiunt apostemata corrosiua/ex materia violenta/sicut est nolimetangere: quod est apostema in facie/ cācer/lupus/et erisipelas. Ista sunt enim apostemata que carnes ⁊ neruos corrodunt/mēbrūqꝫ cui insident/depopulant et consumūt: que postq̄ꝫ in mēbro radicata fuerint/vix aut nunq̄ꝫ amplius tolli possunt. Sic vere in corpore ecclesie/in diuersis mēbris/partibus/statibus ⁊ collegijs quandoqꝫ generātur apostemata.i.homines tumidi ⁊ supbi/ qui quādoqꝫ ita sunt per crudelitatē ⁊ rapinam corrosiui/ꝙ mēbrum cui insident.i.locus et patria/ collegium vel ecclesia in qua manent/ab ipsis vastatur et consumit̄: ⁊ carne ⁊ neruis.i.bonis temporalibꝰ exterioribꝰ denudat̄. Isti ergo dicuntur nolimetangere: qꝛ pro certo ipsi nullo modo volunt tangi/corrigi vel reprehendi: quinimmo ad modū illius infirmitatis/ex tactu correctionis solēt amplius irritari. Prelati eñ ⁊ predicatores istos sepe intactos et impunitos dimittunt: eo ꝙ ex talibus irritant̄/ et amplius q̄ꝫ antea mali fiunt. Judicū.xiij. Caput eius non tanget nouacula. Ideo bene figurant̄ isti in illis prelatis et predicatoribus de quibus dicit̄ Numeri.xvj. Recedite a tabernaculis hoim impiorum/⁊ nolite tangere qđ ad eos ꝑtinet. Et dicit̄ ibidem ꝙ illi qui tāgi sunt prohibiti/ a terra penitus sunt absorpti. ad denotandū ꝙ tales iniqui qui indigni sunt vt tangātur in presenti vel puniant̄/a terra.i.ab inferno sorbentur finaliter ⁊ vorantur. Item isti dicūtur cancer: qꝛ.s.sicut illa infirmitas que dicit̄ cancer / plures habet pedes/brachia seu partes/ita ꝙ paulatim serpit/et ꝑ corporis latitudinem se diffundit: sic tales raptores paulatim solent crescere ⁊ serpere/et vndiqꝫ brachia sua extendere/ et partes vicinas rodere ⁊ acquirere/quousqꝫ totam patriā potuerint vsurpare. iij.Reg.vj. Extendebant cherubin alas suas. Item isti dicūtur lupus: qꝛ publice finaliter solent rapere. Dicunt̄ etiā erisipelas.i.sacer ignis ꝑ antiphrasim: qꝛ oīa solent affligere ⁊ cōburere: ⁊ qꝛ more ignis nihil potest eis sufficere. Prouer.xxx. Ignis autē nunq̄ꝫ dicit sufficit. Tales ergo ex quo assuefacti fuerint ⁊ inueterati ad ꝑmissa/vix aut nunq̄ꝫ pos-

sunt eradicari/nec a sua malitia īmutari. Esa.vlti. Ignis eorum non extinguet. Uel si vis dic ꝙ talia apostemata significant detractores / qui mēbra quibus adherēt.i.socios cum quib⁹ manent/solent corrodere/et eos cum dentib⁹.i. cum verbis detractorijs et iniuriatorijs infestare. Et ꝓcul dubio isti dicūtur nolimetangere : qꝛ isti nullo modo volūt corrigi/seu tangi. Prouerb.xv. Non amat pestilens eū qui se corripit. Dicunt cancer/qꝛ occulte solent serpere ⁊ detrahere: qꝛ sicut dicit Eccles.x. Isti sunt sicut serpens: qui mordet in abscondito. Dicuntur etiā lupus: qꝛ etiā publice quādoqꝫ solent mordere. Dicunt insuper ignis: qꝛ in se per malitiam ⁊ inuidiam solent ardere/⁊ alios affligere et nocere. Job.xxxj. Ignis est vsqꝫ ad fundamentū deuorās. Uel dic ꝙ ista quattuor apostemata / sunt quattuor vitia corrosiua: et tam sui ꝗ̄ alioꝝ multipliciter afflictiua. Primū est superbia. Ista est nolimetangere : qꝛ supbi nullum reputant dignū qui eos associet ⁊ tangat. Secūdū est inuidia: qꝛ.s.ista est q̄ more cācri occulte serpit ⁊ rodit. Tertia est iracūdia ⁊ discordia seu seuitia: qꝛ ista more lupi publice ledit ⁊ furit. Quarta est auaritia: qꝛ ista more ignis oīa cōsumit ⁊ vrit: et quāto plura acceperit/plus excrescit. Et ista quattuor figurant Hiere.xv. vbi dn̄s minatur peccatorib⁹ ꝙ ipe inducet sup eos quattuor species.s. volatilia celi: ecce supbia q̄ solet se erigere. Gladiū ad occidēdum: ecce inuidia que solet pūgere. Bestias ad deuorandum: ecce iracūdia que solet furere. Canes ad lacerandū: ecce auaritia que more canis insatiabiliter solet acquirere: ⁊ pauperes lacerare ⁊ affligere. Esa.lvj. Canes impudētissimi nescierūt saturitatē.

5 ¶ Fistula est apostema qđ non est corrosiuū: sed potius putrefactiuū ⁊ corruptiuū. Dicit autem fistula: eo ꝙ ad modū fistule est interius concaua : exterius vero foramina habet arcta. Contingit em̄ fistula quādoqꝫ ex vulnere male custodito: qđ interius sanie inficitur: vnde nutrimētū adueniēs in saniem cōmutatur: ⁊ dato ꝙ exterior supficies aliquādo claudat ⁊ solidetur / cito tamē iterum rumpit: et non solum vnum foramen: sed plura circa eam aperiunt: ⁊ sic pro vno orificio obstructo tria vel quattuor renascunt. Talis fistula videt ꝓprie esse pctm̄ luxurie/qđ.s.ex vulnere tētatiōis male custodito/⁊ incaute curato/quādoqꝫ solet fieri: quia.s.humor carnalis affectiōis ibi ꝑ malum cōsensum solet putrefieri/et fistula luxurie generari: que proprie fistula dicit: qꝛ sub cute excusationū latitat et celat: ita ꝙ magna/ īmo maxima est interi⁹/vbi modica exterius estimatur: sicut est in hypocritis. Unū tamen est verū ꝙ ista infirmitas nunqꝫ ex toto potest celari: quia pro certo dato ꝙ foramen operiat/⁊ manifestatio ipsius aliquotiēs ab hypocritis obstruat: ita ꝙ eorum cutis ⁊ cōuersatio sana ⁊ integra videat: finaliter tamen solet iterū aperiri/et non solū ꝑ vnum foramen.i.nō solū ꝑ vnū malū opus/ sed ꝑ plura luxuria eoꝝ que primit⁹ latuerat/reuelari. Ista est em̄ pcti luxurie ꝓprietas: qꝛ vbi magis latere credit: eo magis aliquotiens publicat. Ideo Dauid de peccato sue luxurie in Bersabee dictū est.ij. Regū.xij. Tu fecisti illud abscōdite/ego vero faciam verbum istud in conspectu oīs israel/et in cōspectu solis. Uel dic ꝙ quando fistula luxurie inualuerit/vix potest ampli⁹ sanari: immo multa foramina.i.multa ipsius opera ⁊ genera/solēt circa eam generari: et exterius ꝑ multa orificia propalari.

6 ¶ Sūt aliqua apostemata venenosa/sicut anthrax/⁊ erisipelas. Anthrax etiā a cōstantino carbūculus dicit/qꝛ vrit sicut carbo. Unū tamen est aduertēdum ꝙ in apostemate cui⁹ materia est venenosa et furiosa/nō est vtēdū repercussiuis/sed poti⁹ mitigatiuis/remollitiuis/dissolutiuis/apertiuis: ne forte materia venenosa ad interiora mēbra ꝯpulsa/ maius et graui⁹ inferat nocumētū. Est etiā in talib⁹ venenosis anthracibus theriaca apponenda : et cū vino calido offerenda/et si corpus patiat/ante omnia est flebotomia facienda. Theriaca em̄ illam venenosam materiam ita consumit ⁊ desiccat/ꝙ eā homo pro libito puluerizat. Sic vere quando homo patit carbūculum vel carbonem.i.furoris ⁊ iracūdie actualem molestiā ⁊ ardorem/vtpote quando homo est in ipso ardore turbationis vel tentationis/nunqꝫ est vtendum circa eū repcussiuis.i. verbis duris ⁊ reprehensiuis: tunc enī nihil hoc ꝓficeret: quinimo interiora mēbra.s. cor et mētem grauius lederet ⁊ turbaret/⁊ ad faciēdū deterius irritaret: iuxta illud Eccli.viij. Nō incēdas carbones peccatorum/arguens eos. Cōtra tales igitur procedendū est caute/cum verbis ⁊ operibus dulcibus/ mansuetis,⁊ lenitiuis/consolatiuis ⁊ mitigatiuis/ipsos.s.dulciter ad dissolutionem cōtritionis/et apertionē cōfessionis inducēdo/ et theriacā verbi dei circa ipm̄ salubriter apponēdo: qꝛ breuiter sicut dicit Prouer.xv. Responsio mollis frāgit iram: sermo durus excitat furorē.

7 ¶ Aliqua sunt apostemata ita infectiua ⁊ corrosiua/ ꝙ per medicinas vix aut nunqꝫ curātur/⁊ in talibus est necesse ꝙ ignis ⁊ combustio apponant/ vel etiā ꝙ mēbrum in quo est/per chirurgiā abscindat. Melius est em̄ particulam corporis perdere / ꝗ̄ totum corpus periculo subiacere. Sic vere in ecclesia sunt multi ita in se venenati/⁊ alijs venenosi/ꝙ ad eorū curationem nihil penitus valet correctionis vel redargutiōis medicina/nec se ueritatis aliqua disciplina. Hiere.ij. Frustra percussi filios tuos/disciplinā non receperunt. Quid igit? Procul dubio contra tales necesse est per ignē et ferrum ꝓcedere/ipsosqꝫ igni et combustioni exponere(sicut fit de hereticis)et ferro etiam a corpore ecclesie prescindere / ne forte possint alijs periculi causa esse. Ecclesie em̄/prelato/patrie/collegio/videtur loqui saluator cum dicit Matthei.v. Expedit tibi vt pereat vnum mēbrorum tuorū ꝗ̄ totū corpus eat in gehennam.

8 ¶ In corpore accidūt multe īfirmitates que apostematum similitudinem gerunt: sicut sunt vlcera/fistule/scabies/⁊ impetigo. Sunt igit vlcera quedam vesicule que ex intercutaneo humore inuicē congregato oriūtur / et vi nature de interiorib⁹ ad exteriora attrahūtur: per que tumor/ pruritus ⁊ titillatio generatur/et cum rupta fuerint ⁊ aperta/ipsius cutis superficies defedatur. Si vero cōcaua fuerint/significant lepram et mināter. Talia vlcera/peccata venialia designāt/ que scꝫ nō ex ꝓfundo cordis prouenīūt/ sed solum in cute.i.in superficie conuersationis/ex humoribus intercutaneis.i.ex quadā assuefactione exteriori ⁊ leuibus morib⁹ se dilatāt. Ista tamē magna īferūt nocumēta/ qꝛ pro certo ex talibus vlcerib⁹ venialiū peccatoꝝ generat pruritus carnalis delectationis/tumor supbie ⁊ elationis/ feditas inhoneste cōuersationis: ⁊ quādo vltra debitū abūdāt ⁊ ꝑseuerāt/signa sunt latētis ī corde lepre peccati mortalis ⁊ corruptionis. Exo.ix. Erūt in hominib⁹ ⁊ in iumētis vlcera ⁊ vesice.

9 ¶ Pustule sunt ille vesicule puerorū/q̄ variole nūcupant. De corruptione em̄ mēstrualis sanguinis/ a quo puer suū sumpsit in vtero nutrimētum/dicūtur tales pustule virtute expulsiua ipsius nature prorumpere/⁊ ideo future sanitatis solent(vt dicūt medici)signū esse: quinimo nisi exterius talis materia prorūperet/ future lepre periculum designaret. Repercutienda ergo non est taliū pustularum materia/sed potius caute exterius attrahenda/ne forte si ab exitu prohiberet / morbus exinde grauior oriretur. Sic vere dico ꝙ ex ipso sanguine menstruali.i.ex ipsa carnis ⁊ sanguinis naturali affectione ⁊ infectione(ex qua traducimus originem)generātur in nobis pustule venialium peccatoꝝ/que.s.quādo natura.i.discreta ratio exterius per confessionē eijcit/ sanitatis future in aīa signū gerit : qꝛ pro certo illam cōsciētiam sanam debemus dicere/que etiam venialia ꝑ cōfessionē solet libēter eijcere ⁊ fugare. Ecōtra autē nisi ista per cōfessionem pellātur /lepre peccati mortalis periculum protestant: qꝛ.s.nisi venialia per cōfessionem exeant/faciliter in lepram mortalis criminis se cōmutant/ et propterea talis materia nō est repercutienda/nec ab exitu cōfessionis impediēda/sed per cōfessionem exterius extrahēda/ne forte prout dictū est/ exinde sequat culpe mortalis grauis infirmitas ⁊ horrēda. Ideo bene dicit Augu. li. de decē chordis. Nō negligatis venialia qꝛ minima : sed timeatis poti⁹ qꝛ plurima: arene enim/pulueres/et pluuie gutte nocent/⁊ ideo timēda est ruina multitudinis/ etsi nō magnitudinis.

10 ¶ Nutrix summe debet cauere ne aperiat pustulas pueroꝝ. Si em̄ ante tēpus rumpantur/in cute remanēt deformes ⁊ perpetue cicatrices. Sic vere prelatus vel correctior bene debet cauere ne pustulas puerorū.i.defectus et vitia subditorū incaute aperiat ⁊ reuelet: nam dato ꝙ īfirmitas peccati seu pustula recederet/cicatrix tamē perpetue infamie in ipsis remaneret/si ipsas incaute alijs aperiret. Apo.ix. Aperuit puteū abyssi/⁊ exiuit fumus. Ma

scilicet quãdo puteus vitiorum aperiꝶ et detegitur/fumus
11 infamie sequiꝶ/qui vix amplius tollitur vel sanatur.¶ Sca-
bies etiam sub nomine apostematũ potest poni. Fit autem
scabies ex corruptis humoribus intercutaneis/quos scꝫ na-
tura mittit ad exteriora/vt mundificet interiora. Humores
ergo qui subtiles sunt ⁊ liqdi/faciliter fumo ⁊ sudore soluũ-
tur: grossi vero sub cute remanẽt/⁊ in scabiem postea cõuer
tuntur. Sic vere calor concupiscentie humores affectionũ
malarum et corruptarũ/exterius ad cutem cõuersationis
eijcit/⁊ scabiem malorum exemploꝝ introducit. Uel dic ꝙ
de humoribus corruptis.i.de peccatis interioribus natura.i.
ratio discreta intẽdit mũdificare mẽtem ⁊ interiora: ⁊ ideo
ipsa semꝑ nititur per cõfessionem trahere ad exteriora. Ue
rũtamẽ sepe fit ꝙ humores subtiles.i.culpe leues dissoluũ-
tur ⁊ cõfitentur/grosse vero ⁊ enormes abscõdũtur ⁊ reclu-
dũtur: ⁊ sub cute.i.interius in corde celãtur ⁊ retinẽtur: ⁊ sca-
biem ⁊ saniem infectionis/⁊ pruriginẽ male delectationis
in cute.i.in cõuersatiõis supficie finaliter operanꝶ. Et sicut
scabies ex vitio splenis quãdoqꝫ solet fieri/q̃ vix aut nunq̃
potest inueterata sanari: sic ex splene vbi est sedes melãcho
lie.i.ex desperatiõe ⁊ tristitia melãcholica/quãdoqꝫ species
peccati gignitur/que vix sanatur amplius aut curaꝶ. Hie-
re.xxx. Insanabilis ẽ dolor tuus/pessima plaga tua. De sca-
bie inquãtum sumiꝶ pro tinea capitꝫ/vide.s. de infirmitati
12 bus capitis circa finem. ¶ Impetigo est quedã cutis mi-
nutissima serpigo/ex cholerica ⁊ ignea materia procedẽs/
⁊ pruritũ ⁊ serpiginem introducens. Ista etiã serpigo dici-
tur: quia scꝫ per mẽbra serpit ⁊ diffundiꝶ. Delectabilis autẽ
est ista serpigo quãdo fricatur seu scalpitur/sed postea in fi
ne dolor et coctio introduciꝶ. Ista passio potest significare
pruritum ⁊ appetitũ luxurie/quã scilicet introducit ⁊ pficit
cholera.i.ardor carnalis cõcupiscentie. Ista eñ impetigo
diciꝶ: qꝛ mẽtem semꝑ solet impetere et inuadere. Serpigo
nominaꝶ: qꝛ per mẽbra corporis solet serpere et discurrere/
et ista quãdo scalpiꝶ ⁊ perfricaꝶ/solet delectationem facere
⁊ inducere: in fine tamen coctionem ⁊ dolorem remorsus ⁊
displicentie solet in cõsciẽtia causare/⁊ in inferno afflictio-
nem perpetuã generare: qꝛ scilꝫ sicut dicit August. Momẽ
taneum est qđ delectat/eternum vero qđ cruciat. Prouer.
xiiij. Extrema gaudij luctus occupat.

Capitulum.xxvj. de lepra.

1 Lepra est vniuersalis mẽbrorum corruptio/ que
in vasis corporis.s.in venis/neruis/arterijs/cõ-
cauitatibus cordis ⁊ hepatis ⁊ alijs similibus
incipit: in membris vero ⁊ extra vasa perficitur
⁊ cõpleꝶ. Corrupto eñ humore nutrimentali in
vasis interioribus restat vt faciliter corrũpantur mẽbra/ q̃
ex ipsis humoribus nutriũtur: ⁊ ꝙ ex ipsa corruptione humo-
rum corpus cum mẽbris oibus corrumpaꝶ: que quidẽ vni
uersalis corruptio lepra generaliter noiaꝶ. Sic vere quan-
doqꝫ accidit ꝙ interius in vasis cordis ⁊ conscientie fit cor
ruptio humorũ.i.cogitationũ et affectionũ: iuxta illud So-
pho.iij. Diluculo surgẽtes corrũpunt omnes cogitationes
suas. Et tunc procul dubio necesse est ꝙ mẽbra exteriora.i.
mores exteriores inficianꝶ/⁊ ꝙ scđm corruptionem interio-
rum exterior cõuersatio et operatio corrumpanꝶ: que scꝫ ab
ipsis interioribus nutrimentũ seu principiũ sortiunꝶ: qꝛ pro
certo statim vbi corrupta est interior intentio ⁊ affectio/cor
rũpitur conuersatio et operatio: ⁊ sic lepra pcti q̃ fuerat spe
cialis/efficitur vniuersalis ⁊ generalis. Prouer.xxv. Fons
turbatus pede/⁊ vena corrupta/iustus cadens corã impio.
Ac sic diceret ꝙ corrupta vena cõscientie/ necesse est ꝙ co
rãm impio diabolo cadat et deficiat rectitudo totius mo-
ralis iustitie. Uel dic ꝙ iste vene sunt religiosi/prelati/pre-
dicatores et doctores/in quibus diciꝶ esse fons gratie/cle-
mentie ⁊ bone affectionis ⁊ scientie/ pro mẽbris.i.pro exte-
rioribus secularibus nutriẽdis. Sed pro certo sepe fit ꝙ in
istis corrumpiꝶ generaliter talis humor.s.affectio per dele-
ctationes/gratia per peccata mortalia/clementia per aua
ritiam/scientia per heresim vel per ignorantiã. Sic igiꝶ fit
ꝙ talibus humoribus nutrimẽtalibus corruptis/ mẽbra.i.
seculares ⁊ subditi/qui ab ipis nutrimẽta predicta sumũt/
eorum malis exemplis ⁊ doctrinis corrumpanꝶ/⁊ lepra di-
uersorum criminũ imbuanꝶ: qꝛ pro certo pctm̃ et corruptio
ecclesiasticorũ est generalis infectio singulorũ. Hiere.xxiij.
A prophetis hierusalẽ egressa est pollutio sup omnẽ terrã.
2 ¶ Leprarum quattuor sunt genera / scđm ꝙ quattuor hu-
mores diuersimode corrumpunꝶ.s.elephãtina/ que genera
tur ex corruptione melancholie: elephas eñ est animal me
lancholicũ. Item alopecia que fit ex corrupto sanguine.et
dicitur ab alopix/qđ est vulpes: qꝛ scilꝫ talis leprosus more
vulpis pilos deponit. Item ophiasis seu serpẽtina/que fit
ex corrupto phlegmate: sic dicta/eo ꝙ talis patiẽs more ser
pentis pellem deponit ⁊ ꝑdit. Item leonina/que fit ex cho
lera rubea corrupta : sic dicta/eo ꝙ more leonis omnia de-
uorat et cõsumit. Per istas quattuor species lepre/possum
intelligere quattuor species mortaliũ peccatoꝝ.s.auaritiã/
luxuriam/malitiam/⁊ supbiam. Auaritia eñ est lepra me-
lancholica ⁊ elephãtina: qꝛ.s.istã cõcomitari solet melãcho
lia corrupta.i.tristia ⁊ sollicitudo/⁊ elephãtina terrestritas/
grauitas/inflexibilitas/⁊ grossitudo: qꝛ procul dubio auari
more elephantis sunt inflexibiles ad pietatem/sunt grossi/
graues ⁊ inclinati ad terrenã facultatem/⁊ sunt melãcho-
lici ⁊ tristes per sollicitudinẽ et anxietatẽ: qꝛ sicut diciꝶ Ec-
cles.v. Saturitas diuitꝫ nõ sinit eũ dormire. Seneca eñ di-
cit ꝙ nullus põt esse simul diues et felix. Luxuria est lepra
ophiasis vel serpẽtina: qꝛ scilꝫ ista est que a sanguine nasci-
tur/et que more serpẽtis/pelle bone ⁊ honeste cõuersatiõis
pre cunctis vitijs spoliaꝶ/⁊ per quã sicut per serpentẽ vene
num ⁊ infectio ad alios deriuaꝶ: qꝛ sicut diciꝶ Numeri.xix.
Quicqd tetigerit immũdus/immũdũ faciet. Malitia est
lepra vulpina seu alopecia/ que scꝫ a corruptiõe phlegma-
tis.i.a puersitate fragilis ⁊ fluxibilis affectionis ꝓcedit/et
que more vulpis fallaciter incedit: ita ꝙ pilos.i.amicos si-
bi adherẽtes perdit/⁊ nudus sine amicis existit. Malitiosi
eñ ⁊ ꝓditores nunq̃ amicum inueniũt/pro eo ꝙ nulli fidẽ
custodiunt/sed oẽs potius decipiunt atqꝫ ꝑdunt. Unde Ec-
cli.xx. Fatuo non erit amicus. Supbia est lepra leonina/q̃
scꝫ a rubea cholera/que est humor ceteris leuior.i.a leuita-
te mentis oritur/et ꝑ ipsam sicut ꝑ leonem animal supbissi
mũ/circũnascentes alij deuorãtur. Et breuiter ista sunt ve
ra/ꝙ auari sunt hodie magni in diuitijs/et inflexibiles ad
misericordiã vt elephãtes. Luxuriosi alios inficiunt vt ser-
pentes. Malitiosi alios deciptũt sicut vulpes. Superbi ve
ro alios cruciant ⁊ deuorant vt leones. Et ideo tales qua-
druplices peccatores figurari possunt.iiij.Reg.vij. vbi di-
citur ꝙ quattuor viri leprosi famelici trãsfugerunt de porta
samarie ad castra syrie/ vbi scꝫ intrãtes tabernacula/inue-
nerunt copiam bonorũ/et biberunt et comederũt: ⁊ aurũ ⁊
argentum ⁊ vestes tulerunt ⁊ absconderũt. Samaria q̃ in-
terpretatur custodiẽs dñm/significat ecclesiã vel gratiã: in
qua et per quã dñs custoditur. Syria vero que interpretaꝶ
humecta/ significat mũdum: qui scilicet per imbutionem
vitioꝝ totus est madidus et humectus. Sic ergo fit ꝙ quat-
tuor leprosi.i.quattuor genera predicta hominũ spirituali-
ter leprosorũ et pctõrum.s.auari/luxuriosi/malitiosi/et sup-
bi/samariã.i.diuinã gratiam ⁊ ecclesiã deserũt/⁊ contẽnũt/
et ad castra syrie.i.ad status mũdi pro posse transfugiunt ⁊
accedunt: vbi quãdoqꝫ bonorum terrenorum copiam inue
niunt et acquirunt/⁊ ad comedendũ ⁊ bibẽdum/⁊ ad aurũ
et argentum abscondẽdum ⁊ thesaurizandum intendunt.
Lu.iiij. In diebus helisei erãt multi leprosi in israel. ¶ Le-
3 prosos multa incõmoda comitãtur. In istis eñ caro corrũ
pitur/oculi scintillant/palpebre rotundantur/nares angu-
stantur et cõtrahũtur/vox rauca efficitur/crura insensibili-
tate grauãtur/digiti curuãtur/cutis ⁊ carnis supficies vn-
ctuosa intãtũ fit/ ꝙ aqua superfusa nõ adheret/ sed dilabi-
tur: et inficitur intantum ꝙ eius fetore alij corrumpuntur/
musculi cõsumũtur/et tota cutis supficies maculis depra-
uatur/et etiã ipsa leprosi facies pustulis et immũditijs de-
turpatur/ pilis denudaꝶ/pediculis et vermibus molestaꝶ:
cutis sciðiꝶ ⁊ diuidiꝶ/⁊ squamositate et serpigine sordidaꝶ:
et breuiter/ tanta est leprosi corruptio/ꝙ cohabitãtes corrũ
pit et inficit: quinimo etiam leprosi efficiunꝶ tã filius q̃ fi-
lia q̃ ab eo generantur: quapropter necesse est vt leprosi a sa
norum cõsortio separentur/ ⁊ vt soli ⁊ solitarij recludantur.
Per talem leprosum possum intelligere peccatorẽ/ ⁊ maxi
me illũ cuius natura.i.vita ex toto est vitiosa/fetida et cor-

rupta: qꝛ ꝓcul dubio tales leprosi.i.huiusmodi peccatores multos patiunt̄ defectus/⁊ ab aliis cognoscūtur per multiplices malos actus. Isti eñ habent carnem corruptam per luxurie feditatē/cutem etiam cōuersatiōis ita vnctuosam ⁊ pinguem per carnalitatē/ꝙ nulla aqua doctrine vel gratie potest eis adherere: quinimmo ipsam solent cōtēnere ⁊ reiicere per obstinationis peruersitatem: qꝛ.s.luxuriosi sunt illi in q̄bus nimus ꝓficit verbū dei. Eccli.xxi. Verbū sapiens quodcūq; audierit/scius laudabit/⁊ ad se adiiciet. Audiuit luxuriosus/⁊ displicebit ei/⁊ ꝓiiciet illud post tergum suū. Oculi etiam taliū scintillāt ꝑ luxuriosos ⁊ impudicos aspectus. Rotūdi etiam/clausi ⁊ parui sunt/ꝑ ignorantie defectus.ii.Pe.ii. Oculos habentes plenos adulterii. Vel alio modo oculi eoꝝ scintillant ꝑ malitiā/⁊ clausi ⁊ rotundi sunt ꝑ cautelā et fallaciā. Item isti valde strictas et tenues habent nares deuotionis/⁊ valde raucā ⁊ implacidam vocem orationis/laudis/⁊ grārum actionis: necnō valde habent insensibiles tibias ⁊ pedes affectionis/et ex toto corruptꝰ est anhelitꝰ.i.flatus locutionis ⁊ male suggestionis/intantū ꝙ ipse est aliorū infectiuus/ qui sunt sue societatis ⁊ cohabitationis. Quia procul dubio pctōr vt cōmuniter est malitiosus ⁊ cautus/indeuotus/insensibilis/⁊ in orōne raucus/⁊ in verbis fetidus ⁊ corruptus.psal. Rauces facte sunt fauces mee: defecerūt oculi mei. Voces eñ istorum rauce dicūtur/eo ꝙ deo nō sunt placide/nec ab eo exaudiunt̄. Ioā.ix. Scimus q̄m deus peccatores nō audit. Item digiti istorū per parcitatē et auaritiā solent cōtrahi: ita scilꝫ ꝙ ad pauperes nō extendūtur. Musculi sue fortitudinis solent detrahi. Cutis sue conuersationis maculis et pustulis diuersorum defectuū/videlicet malorū actuū/gestuū ⁊ aspectuū solet infici/et squamositate vilis ⁊ ihoneste vite destrui. Pilis virtutū exui ⁊ nudari/⁊ eiꝰ cōsciētia vermibus malorū desideriorū ⁊ remorsuum corrodi iugiter et turbari. Eccli.vii. Vindicta carnis impii/ignis ⁊ vermis. Ignis dico mali desiderii ⁊ affectus/et vermis mali suspirii ⁊ remorsus. Breuiter ergo isti sunt aliorū infectiui/⁊ suis malis exemplis et verbis corruptiui/⁊ etiā malorum ⁊ corruptorum filioꝝ.i.subditoꝝ/ sociorum ⁊ auditorū generatiui ⁊ ꝓductiui: qꝛ sicut dicit̄ Eccli.xiii. Qui tetigerit picem/ inquinabit̄ ab ea. Bonū est igit̄ tales corruptos et malos ab aliorū cōsortiis seiungere/ ⁊ ne alios inficiant/ipos etiā per mortē corporalē (si sit necesse) a cōmunicatione fideliū separare. Matthei.xiii. Separabūt malos de medio iustorum/et mittēt eos in caminū ignis. Ideo de leproso dicit̄ Leui.xiii. Omni tēpore quo leprosus est et immūdus/solꝰ habitabit extra castra.

4 ¶ Homo ex multis et diuersis causis solet fieri leprosus. Aliquādo ex alterius leprosi cohabitatione et frequētatione: contagiosus eñ est morbus/⁊ aliorum infectiuus. Aliquādo ex mulieris a leproso statim cognite/carnali cognitiōe. Aliquādo ex leprosorum parētum generatione ⁊ traductione: lepra eñ a parentibus transfertur ad posteros/ ⁊ ratione corrupti seminis generātis trāsit ad generatos filios. Item aliquādo accidit lepra ex corrupti lactis educatione: vel etiā ex sanguinis mēstrualis conceptione: qꝛ pro certo puer leprosus aliquādo efficit̄/quando in profluuio sanguinis mēstrualis gignit̄/et quādo lacte mulieris corrupte nutritur. Item accidit quādoq; lepra ex causis exterioribꝰ/ scꝫ ex corrupto aere/ ex corruptis cibis/ vel nimis frigidis/ vel nimis calidis/ vtpote ex nimio vsu allii/vel piperis/vel ex vsu porcine vermiculose carnis/et etiam aliquando ex morsu alicuius serpentis vel reptilis. Sic vere dico spūaliter loquendo/ꝙ homo potest leprosus .i.peccator ⁊ corruptus fieri/multis modis. Ipsum eñ inficit leprosoꝝ.i.alioꝝ peccatoꝝ cohabitatio ⁊ societas: qꝛ scꝫ societas vnius mali inficit multos.psal. Cum sancto sctūs eris/et cum peruerso peruerteris. Itē ipsos inficit malarū mulierū contactus/⁊ carnalitas: parentū leprosoꝝ.i.malorum prelatorū exemplū ⁊ iniquitas: corrupti lactis.i.corrupte doctrine heresis ⁊ peruersitas: ⁊ sanguinis mēstrualis .i.carnalis imūditie corruptio atq; feditas. Lepra peccati a malis parētibus ⁊ p̄latis per mala exempla ad filios.i. ad subditos trāffunditur. Homo etiā leprosus a nutricibꝰ .i.a malis predicatoribus/lacte corrupte et heretice doctrine nutritus/efficit̄: ⁊ ex cōtactu corrupte mulieris/⁊ contactu sanguinis ⁊ libidinis vitiat̄. Esa.lxiii. Aspersus est sanguis super vestimēta mea/⁊ oīa indumēta mea inquinaui. Item dico ꝙ homo leprosus.i.peccator efficit̄/ quādo corrupto aere.i.corruptis aliorū exemplis tangit̄/quando malis cibis.i.bonis tēporalibꝰ/ ipm.s.more allii et piperis per auaritiā calefacientibus/immoderate vtitur. Item quādo carnibus vermiculosis porcinis.i.carnalibus deliciis incaute nutritur ⁊ pascit̄/⁊ quādo a reptilibꝰ.i.demonibꝰ per tentationes mordet̄ atq; pūgitur. Ista eñ sunt/que hoīem corrūpunt moraliter ⁊ inficiunt: ⁊ in ipso lepram peccatoꝝ mortalium introducunt: qꝛ pro certo homo leprosus efficit̄ et peccator/ex oībus supradictis: scꝫ ex malis exemplis/et diuitiis/et deliciis/ex tentationū morsibus ⁊ violētiis. Et sicut lepra vix aut nunq̄ pōt curari/ q̄uis possit aliquotiēs palliari: sic vere ex quo in lepram.i. in vitiorū totalem corruptionē q̄s dilabit̄: vix amplius per penitētiā medicatur/ ⁊ nisi per diuinū miraculū/nunq̄ ad sanitatē gratie reuocatur: q̄uis quādoq; per hypocrisim palliet̄.iiii.Reg.xv. Habitauit in domo separata/ ⁊ fuit leprosus vsq; in diem mortis sue.

5 ¶ Ad curationē lepre vel saltem palliationē/summe dicitur valere serpēs rufus/cum ventre albo/cauda et capite precisis/si coctus in porris sepius assumat̄. Vel si vinum in quo putrefactus fuerit/sepe patientibꝰ propinet̄: sicut dicit platearius. Cōtra multos eñ morbos valet talis serpens bene coctus (vt ait) sicut exēplificat de quodā ceco cui vxor dedit loco anguille serpentem cum alliis comedere/vt eū interficeret: qui comedit/⁊ multo sudore emisso/ visum recuperauit. Talis serpens est Christus/per serpentē qui in ligno suspēsus extitit/ figuratꝰ Numeri.xxi. Iste eñ dicit̄ rufus/ pro eo ꝙ suo proprio sanguine extitit rufatus/ꝙ cum porris.i.cū passionis acredine fuit coctus/⁊ in vino sacre scripture positꝰ ⁊ immissus. Igitur si quis leprā peccatorum mortaliū incurrerit/⁊ cecitatē et obstinationē mētis cōtraxerit/sumat per deuotionē istum serpentē Christū sic coctum et passum/ mortē.s.ipsius cogitādo/ ⁊ potum sacre doctrine/in quo iste latitat/degustādo: ⁊ sic a lepra peccati curabit̄/cecitas sue mentis ꝑ grām illuminabit̄/⁊ a morte eterna/quā vxor sua.i.sensualitas vel caro sibi intētare voluerat/saluabit̄. Vel dic ꝙ serpens significat corpꝰ: vinum vero designat sanguinē Christi/cuiꝰ esus ⁊ potus in sacramento altaris peccatū tollit/lumen gratie tribuit/ ⁊ a morte eterna custodit. Ioā.vi. Qui manducat carnē meā/⁊ bibit sanguinē meū: viuet ineternū.

6 ¶ Morphea est macula in cute/veniens ex nutrimēti corruptione. Et est morphea in cute/sicut est lepra in carne. Est eñ quedā infectio que est i sola cute/alba/crocea seu nigra/que quādoq; est incurabilis/quādoq; vero curabilis est. Si eñ illa macula acu puncta sanguinē emittat/curabilis iudicat̄: si vero puncta sanguinem nō emiserit/tunc incurabilis reputat̄. Per talē cutis maculā intelligo vitia exterioris cōuersationis/vtpote insolentias verborū/gestuum ⁊ modorū. Ista eñ in sola cute cōuersatiōis quādoq; inueniunt̄: ita ꝙ intus in corde nullatenus profundant̄: qꝛ multi sunt qui ex quadā moꝝ leuitate exterius mali ⁊ maculati vident̄/qui tamē esse interius in corde sine lepra pctōrū mortaliū dinoscuntur. Sed breuiter hoc est verū ꝙ morphea ⁊ macula peccati insolentie vel defectus siue sit mortalis/siue venialis: tunc curabilis ⁊ sanabilis est/quādo puncta ꝑ correctionē ⁊ tribulationem ⁊ redargutionē/emittit sanguinē pcti per cōfessionem et ꝑ lachrymosam cōpūctionē. Si vero homo ꝑ tribulationes a deo vel a p̄lato pūctꝰ fuerit/lachrymāq; doloris ꝯtritiōis ⁊ cōfessiōis nō emiserit/de talis hoīs curatiōe spūali nulla spes erit. Qui eñ i tribulatiōe ⁊ correctiōe positꝰ induratur: ita ꝙ de se nec pctm̄ cōfitendo nec lachrymā compungendo/emittere cōprobat̄: talis ꝓcul dubio non potest sanari/nec ad bonū conuerti/corrigi vel curari. Hiere.xxx. Insanabilis est dolor tuus. Hiere.v. Dñe verberasti eos/⁊ nō doluerūt: attriuisti eos/⁊ renuerunt disciplinam.

Capitulum.xxvii.de veneno.

1 Venenum est illud per q̄d sine infirmitate precedente/vel absq; humorū distemperātia excedēte/mors homini intentat̄/⁊ per q̄d ratiōe improportionis cū humana complexione natura corrumpit̄ ⁊ necatur. Venenorū igit̄ plura sunt genera: qꝛ scilꝫ

homo venenaꝛ ex morsibus reptilium/vel ferarum. Quandoqꝫ ex succis arborū vel herbarū. Quādoqꝫ ex venis lapidum vel terrarum. Argētum em̄ vinū/et arsenicum sublimatum/in venis terre inueniūtur/saccus taxi et cicute de plantis eliciūtur/humores scorpionis et serpentis/ab eorū spiculis ⁊ dentibus infigūtur. Et istorum venenorū quedā interficiunt ratione excessiue frigiditatis.s.cor constringendo/ ⁊ calorem naturalē mortificādo. Alia vero occidunt ratione nimie caliditatis.s.calorem naturalem dissoluēdo/et rarefaciendo/⁊ ipsum euaporare et deficere compellendo. Alia/rōne nimie siccitatis/corrodēdo intestina ⁊ pforādo. Alia/ratione nimie humiditatis putrefaciendo ⁊ corrūpēdo. Sic vere loquēdo spūaliter/ omne illud venenū anime diciꝛ/per qđ anima inficiꝛ/et per tentationes ⁊ complacentias intoxicaꝛ/ et per malos cōsensus et opera occiditur et necatur. Tria sunt ergo pcipua venena ⁊ venenosa ipsi aie peccatrici. Primū sunt dētes ⁊ humores reptiliū.i.verba/suggestiōes ⁊ morsus demonū et hominū malignoꝝ.s.adulatorum/luxuriosorū/ deceptorum/hereticorū/et detractorum. Istorum enim suggestiones/tentationes ⁊ verba ipsi anime sunt venena.psal. Venenū aspidum sub labijs eoꝝ. Secūdum venenum est succus herbarum.i.liquor carnalium deliciarū: qꝛ pro certo anima per delicias inuenenatur/et morte luxurie et pigritie depꝛauaꝛ. Unde de vino qđ est succus plante/diciꝛ Prouer.xxiij. Ne intuearis vinum quādo flauescit/vel cum splenduerit in vitro color eiꝰ. Ingrediꝛ blande/sed in nouissimo mordebit vt coluber/⁊ tāqꝫ regulus venena diffundet. Tertium venenū sunt vene terrarum.i.vene terrestriū diuitiarū/que precipue in venis terrarum cōsistunt.s.in lapidibꝰ et metallis/que de terra effodiuntur:quia procul dubio ista sunt que animā inuenenāt/ipsamqꝫ spūaliter interficiunt atqꝫ necāt. Et breuiter istud est verum/ ꝙ omnia predicta intoxicant et occidūt animā/ipsam.s.aut frigore timoris ⁊ desperationis stringendo/aut eam calore auaritie inflāmando/aut eā siccitate odij ⁊ inuidie corrodēdo/aut ipsam humore carnalitatis per luxuriā putrefaciendo et corrūpendo.psal. Corrupti sunt ⁊ abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis. [2] ¶ Venenū masculorum acutius est et fortius ꝗ feminarū:tamen feminei serpentes plures habent dentes/⁊ ideo deteriores creduntur masculis ꝺm Auicē. Sic vere masculorū venenum.i.malitia hoīm maior est/ acutior et subtilior/ ꝗ sit feminarū. Verūtamen qꝛ femine plures habent dentes mordacis loquacitatis ꝗ viri:ideo deteriores vt in pluribus reputantur:qꝛ pro certo dato ꝙ maloꝝ virorū profundior ⁊ subtilior sit malitia/feminarū tamen est mordacior ⁊ dentatior. Deutero.xxxij. Dētes bestiarum immittam in eos. Vel dic ꝙ masculi sunt mali clerici: quorum scđm veritatē sunt malitie et cautele acutiores. Femine vero sunt laici: quorum detra[3]ctiones et dentes ceteris sunt peiores. ¶ Generaliter deterius est venenū senum serpētum ꝗ iuuenum/ieiunorū ꝗ repletorum/magnorū ꝗ curtorum:⁊ in eodē genere/mōtosorum ⁊ siluestriū/ꝗ locorum palustriū et planorū. Et etiā peius est venenum qđ effunditur i estate/ꝗ in hyeme:⁊ de die ꝗ de nocte. Sic vere regulariter deterior est malitia/vel peccatū/⁊ alijs etiam amplius venenosum/qđ inueniꝛ in senibus ꝗ qđ in iuuenibus:in ieiunis/vacuis ⁊ pauperibus/ꝗ in repletis et diuitibus:in magnis et superioribꝰ ꝗ in curtis ⁊ subditis inferioribus:in montosis.i.in religiosis et siluestribus/ꝗ in palustribus ⁊ secularibꝰ. Item in illis qui sunt in die vł estate prosperitatis/ꝗ in illis qui sunt in nocte vel hyeme aduersitatis. Quia breuiter ceteris paribus/et in eodem genere criminū/ peiores et venenosiores sunt senes ꝗ iuuenes/pauperes ꝗ diuites/religiosi ꝗ seculares/plati ꝗ subditi/psperati ꝗ tribulati. Ideo Hiere.v. dicitur. Vadam ad optimates/⁊ loquar eis/ipsi em̄ cognouerunt viam dn̄i/et ecce ipsi magis confregerunt iugū/ruperunt vincula.quasi dicat. Illi qui sunt ceterꝭ maiores/potentiores et discretiores/sunt ceteris peiores et deteriores.

[4] ¶ Aliqua sunt venena valde calida/⁊ ideo ꝗuis non infrigident nec mortificent pprie/hoc tamē faciunt p accidēs: qꝛ.s.calorem naturalē faciūt rarefieri et euaporari/⁊ sic calore sublato cor faciūt accidētaliter cōgelari. Et inde fit ꝙ venenum tyri et aliorum calidorum serpētum mēbra facit obstupescere/ ⁊ quasi insensibilia frigescere/et hoc qꝛ calor naturalis per venenū euaporatus solet se a mēbris retrahere:et sic p consequens et accidentaliter frigiditatē inducere vel causare. Talia venena calida et feruentia significāt aliqua vitia que mētem solent calefacere:et in malis desiderijs inflāmare:sicut pprie sunt auaritia/luxuria/iracundia. Ista sunt em̄ que calorem naturalē.s.charitatem ⁊ affectionem rarefaciūt ⁊ dissoluunt:et ipsam exterius ad mūdi bona attrahunt ⁊ deuoluunt. Et sic mens per indeuotionē frigida manet: et mors peccati mortalis in mēbris ⁊ corde .i.in operibus ⁊ in mente se miscet:ita ꝙ sensus compassionis/cōpunctionis ⁊ discretiōis/in ipsis deficit atqꝫ torpet: sicut patet:qꝛ illi qui taliter per luxuriam et auaritiā inuenenantur ⁊ mortificātur/propter defectum caloris charitatis propria delicta non sentiunt per compūctionem/proximi miserias nō sentiūt per cōpassionē/ dei vero iustitias.s. illa q̄ agēda/fugienda ⁊ timenda sunt/non sentiūt p discretionem. Esa.xliiij. Nescierunt neqꝫ intellexerūt/obliti em̄ sunt oculi eoꝝ ne videant:⁊ ne intelligant in corde suo. Nō recogitāt in mēte sua/neqꝫ cognoscūt/neqꝫ sentiūt vt dicūt. Et breuiter istud est verum/ꝙ mortificatio caloris charitatis ⁊ distractio affectionis ad exteriora/ insensibilia reddit interiora. [5] ¶ Venenum reguli/etiā mediante hasta contingētem interficit/sicut exemplificat Auicēna de quodā milite/qui in India cum lācea tetigit vnum talē serpentē/qui statim cecidit mortuus cum equo suo. Per regulum seu basiliscum/cuiꝰ est tāta venenositas/ꝙ solo visu/sibilo vel flatu interficit vniuersa/ intātum ꝙ aues volantes detrahit/ et quicquid videt/immobile facit/⁊ circa cauernam suam oīa siccat/destruit ⁊ consumit:intelligo personam luxuriosam:cuius aspectus/sibilus et afflatus/ alijs sunt venena: inquātum.s.aspectibus/ gestibus/cantibus/sibilis ⁊ suggestionibus luxuriosis/ etiā aues ipsas.i.personas spūales solet a volatu cōtemplationis detrahere/circūstantes immobiles et stupentes/ et motu bonorū operū carentes facere/ et quicqđ est circa se viroris.i.virtutis ⁊ gratie/desiccare:sicut patet de luxuriosis personis tam mulieribꝰ ꝗ hominibus/quorū pulchritudine delectati efficiūtur insensibiles/stupidi/et īmoti. Exo.xv. Fiant imobiles quasi lapis. Per hastam autē intelligo vetulā macquerellā: quia.s.sicut hasta constat ex ligno arido ⁊ ferro acuto/sic tales leene vetule sunt aride sicut lignum : verbis tamē lingue earum sunt scindentes/⁊ acute sicut ferrum. Sap.v. Acuit autem dirā iram in lāceam. Quid igiꝛ? Pro certo dico ꝙ venenum luxurie/qđ scꝫ in regulo.i.in persona luxuriosa permanet/tante est violētie / ꝙ etiam mediante hasta.i.mediante vetula lena/ anteqꝫ etiam persone inuicem se cōtingant/ solet per cōsensus interficere/ et per malas inflāmationes intoxicare/et militem cū equo.i.animā cum corpore spūaliter enecare. Prouerb.xxvj. Sicut noxius est qui mittit lanceas ⁊ sagittas/sic vir qui fraudulenter nocet amico. Vide de basilisco libro de animalibꝰ in littera.b. [6] ¶ Venenū aspidis si hominē infecerit/statim mēbra frigefacit/colorem alterat/singultum inducit/palpebras profunde claudit/ ⁊ sitim ita immoderate prouocat/vt patienti videatur ꝙ totaliter siti pereat. Tale venenum est auaritia:que pro certo frigiditatem indeuotionis solet inducere/colorem cōuersationis fedare/singultū sollicitudinis et tristitie excitare/ palpebras attentionis claudere/ ⁊ visum discretionis penitus obscurare/sitimqꝫ malorū desideriorū/⁊ maxime cupiditatis bonorum temporaliū prouocare. Illi enim qui veneno auaritie imbuti sunt/oculos sui intellectus a pauperibꝰ auertūt/ipsosqꝫ a dei iudicijs ⁊ ab oībꝰ iustitijs claudunt/ ⁊ vsqꝫ ad mortem bona terrena cupiunt/sitiunt/appetūt atqꝫ volunt. psal. Esurientes ⁊ sitiētes/anima eorū in ipsis defecit. Est species aspidis que diciꝛ ptyas.i.expuens:eo ꝙ sputū emittat/cuius tactꝰ interficit omne viuū: qui cūprimū hebetat oculorum acies/ somnū profūdum inducit/ ⁊ cum torsione colli ⁊ inordinatione pulsus/hominē dormiēdo necat. Cōtra istud ꝗ venenū nihil pōt valere/ nisi sola ꝯbustio mēbri in quo est:qꝛ.s.per combustionē vene stringuntur: ita ꝙ venenum ad cor transire vetatur. Talis serpens significat hereticos et quoscūqꝫ suggestores malos/fraudulentos ⁊ falsos:qui.s.de ore nō cessant sputum venenosum.i.mala ⁊ ve

nenosa dicta/incitamēta ⁊ cōsilia vomere: ita ꝙ illos quos tangūt talibus suis sputis/solent per malas volūtates inficere/⁊ per peccata mortalia occidere: sicut ad litterā patet de hereticis: qui suis verbis inficiūt prelatos/principes et magnates: et de luxuriosis/qui suis verbis inficiunt mulieres: ⁊ de demonibus/ qui suis suggestionibꝰ inficiūt peccatores. Prouer. xvj. Vir iniquus lactat amicū suum: ⁊ ducit eū per viā nō bonā. Tales igiꝛ talibus sputis/verbis ⁊ cōsilijs infecti/solent collū intentionis tortum ⁊ ꝑuersum habere/per malas cōplacentias in pctis dormire/⁊ in oculis intellectus tenebrositatē sentire/ pulsum et motū cordis. i. affectum ꝑ mala desideria citum ⁊ velocem habere: ⁊ sic ꝑ diuersa pctā dormiētes interire. Judicū. iiij. Soporē morti socians defecit.

7 ¶ De veneno scorpionis vide infra in loco suo: ⁊ de alijs etiam reptilibus vide titulo de angue/de aspide: et in alijs quibus decet.

8 ¶ Venenum canis rabidi est perniciosissimū. Fit enim ex cholera nigra i cane domināte interiꝰ/corrupta/⁊ in fumos euaporāte/⁊ sursuz ad cerebrum ascendēte/cerebrū inficiente/ et rabiem inducente. Est eñ istud venenū summe periculosum: quia scz sup oīa alia suiipsius est multiplicatiuū/et in alios diffusiuū. Quādo eñ canis rabidus hominē vel quodcūqꝫ aīal momorderit/saliua eius que venenosa est/humores corporis tangēs corrūpit et inficit: et per corpus cum humoribus se diffundens/locum sue originis/scz cerebrū/statim petit/⁊ phrenesim ⁊ rabiem introducit. Qꝫ si ille alterū momorderit: ipm etiā inficit: ⁊ in rabiem conuertit: qđ et tertius in quartū/⁊ quartꝰ in quintū ⁊ deinceps facit. Periculosi ergo sunt tales canes. Venenū etiam ipsorū non statim solet occidere: immo etiam post annū solet se ostendere/⁊ hoiem morsum inficere: ⁊ aliquādo eadē die et hora anno reuoluto suā malitiā declarare. Canes ergo rabiosi linguam extrahunt/os apertū tenent: et cōtinue saliuā venenosam emittūt/aquas vbi cadit saliua ipsorum/ inficiūt: ⁊ inde potātes lymphaticos faciūt: quapropꝛ alij canes ipos cognoscūt/ timēt ⁊ fugiunt/et cōtra eos latratus faciūt ⁊ emittūt. Illi etiā quos momorderint/ timore terrenꝛ: ⁊ latrare sicut canes aliquotiens comprobanꝛ: sicut dicit Cōstātinꝰ in viatico. Canis iste significat detractorē/ in quo ꝓcul dubio cholera nigra. i. pcti et malitie obscuritas dñatur/que inficit cerebrū mētis sue/⁊ eum facit venenosum/ rabiosum/⁊ ad nocendum ⁊ verbaliter mordēdū/⁊ ad lacerandū alios/furiosum. Talis eñ os apertū ⁊ linguā extēsam ⁊ profusam ad obloquēdum semꝑ solet habere/saliuā malorū verborū emittere/et ipsos quos mordet. i. de quibꝰ detrahit/inficere/famā ipsorum corrūpere/⁊ ipsos rabidos/furiosos/timorosos ⁊ suspitiosos/ latrantes et querulosos facere/necnō aquā vbi cadit saliua sua. i. societatē vbi emittit nepharia ꝟba / solet ꝑ malā credulitatē et opinionē de alijs inficere et fedare: ita ꝙ illa infectio male opiniōis solet ad alios potatores ⁊ auditores venire et sic istud vitiū ab vno emissum/multos solet īficere et turbare. Ideo bñ diciꝛ Eccli. xxviij. Susurro et bilinguis maledictus: multos eñ turbauit pacē habentes. Lingua tertia suis ꝟbis multos cōmouit. Cōstat eñ ꝙ vnus detractor ⁊ infamator multos hoies facit rabidos/discordes/iracūdos et furibūdos/et qui etiā post annū vel post multa tēpora solent venenū infamie reminisci/⁊ id qđ abolitū credebaꝛ/ad hois ꝑniciem reuocare. Vel dic ꝙ canis rabiosus. i. detractor/illos quos mordet et in quibꝰ saliuam sui veneni infundit. i. illū qui primꝰ ipm audit/rabidū et detractorē facit: inquātū scilz obloquēdi materiā sibi dedit. Ille etiā alteri narrādo/⁊ illud venenū ⁊ infamiā replicando/ipm solet inficere: et iterū etiā in ipso detractiōis rabiem generare. Et breuiter/ab vno detractore mlti fiūt successiue detractores: ⁊ venenosorū morsuū illatores. ad Ro. v. Ab vno/pctōres cōstituti sunt multi. Tales igiꝛ canes ⁊ detractores/tanqꝫ summe periculosi: sunt ab oibus fugiendi ⁊ deuitandi/ablatrādi/⁊ a cūctis bonis hominibꝰ declinādi. Eccli. ix. Terribilis est i ciuitate sua hō linguosus: et temerariꝰ in verbo/odiosus erit. Vel dic ꝙ canis rabidꝰ est diabolus: q̇ ꝑ tētationē mordēs pctōrē/facit eū rabiosuz: et ab vsu rationis alienū. ille etiā alios mordēs inficit: ⁊ sic alter alterū successiue corrūpit: sicut patet de hereticis: quoꝝ vnꝰ alios plures solet inficere/⁊ rabiē suā quasi ꝑ successionē ad alios destinare. Allega vt supra. Vide multa de auaris exposita in titulo de cane. §. xxxiiij. xxxv. et. xxxvj.

3 deuotionem. ¶ Scd̄m Aristo.de celo et mundo/ Celū est vnum/nec fuerunt nec erunt multi celi/ nec est locus alius q̄ȝ celum. Unde illic est vita fixa ⁊ sempiterna/ que nec deficit/nec finitur. Et est motus eius circularis et continuus circa polum/cuius motor est spiritꝰ/qui mouet illud sua voluntate. Et dicit firmamētū: quia est solidum/immutabile seu firmū. Talis est ecclesia: que est vna/nō plures: qꝛ vna est columba mea. Cantico.vj. Nec fuit/nec erit plures/sed vna sola/que locus est omniū saluādorum: quia ibi est vita fixa/scȝ gratie ⁊ glorie: que nec deficit nec finitur. Hec mouetur continue/scilicȝ de prosperitate ad aduersitatem/de pluralitate ad paucitatem/de paupertate ⁊c. et econuerso. Nunqȝ tamen cadit penitus per heresim: nec a polo arctico.i.a Christo per infidelitatem penitus elongatur: iuxta quod dixit Christus Petro. Luce.xxij. Ego rogaui pro te: vt non deficiat fides tua. Et ideo firmamentum.i.firma et stabilis nuncupatur/ in qua sol et luna.i. Christus et beata virgo/ et stelle diuerse.i.sancti inter se differentes habitant et morantur. Sol ⁊ luna steterunt in habitaculo suo. Abacuck.iij. ¶ Omnia que sunt sub firmamento/ mouentur se

4 cūdum motum eius/scilicet planete ⁊ orbes/et etiā ignis/ aer/et aqua/ licet diuersimode: et motui firmamenti obediunt/ipsumqȝ die ac nocte sequūtur ab oriente in occidentem/et citius ⁊ plus mouentur secundum motum orbis/q̄ȝ secūdum motum proprium. Et quāto orbis inferior est prior/ tanto motui firmamenti ordinatius se conformat sm̄ Rabanum. Sic vere firmamento.i.deo vł prelato debent omnes orbes subditi.i.omnes inferiores obedire/et secundum motum voluntatis sue se regere et mouere/motumqȝ proprium.i.propriam voluntatem motui firmamenti.i.voluntati prelati vel dei subijcere: et post ipsum per obedientiam circuire. Quia quocūqȝ declinabat que prima erat/sequebant et cetere. Ezech.j. Et quanto quis prior est et sanctior: tanto vere ad mouendum et regendum se secundum voluntatē prelati sui vel dei est promptior. Eccli.iij. Quāto maior es/humilia te in omnibus. ¶ Quāto aliquod cor

5 pus plus appropinquat celo/tāto magis est mobile: ⁊ ecōuerso: quāto remotius / tāto minus se suo motui cōformat. Patet: quia ignis ordinatius q̄ȝ aer et aqua: terra autem propter nimiā elōgationē a firmamēto/ imobilis est ⁊ fixa. Sic vere quanto quis est propinquior celo.i.deo per gratiā et virtutes/tanto mouetur ordinatius ⁊ citius per obedientiam. Et econuerso/quanto plus a deo remouetur per peccatum/tanto minus obedit eius voluntati/et minus mouetur per bona opera. Et ideo multi sunt homines sicut terra.i.fixi ⁊ immobiles per pigritie ⁊ inobedientie grauitatē. psal. Fundauit terram super stabilitatem suam. Vel dic ꝙ quanto quis est propinquior deo per gradum ecclesiastice dignitatis/tanto debet eum melius sequi obediendo/ ⁊ bene operando/et eum imitando. Vel dic ꝙ quanto quis est alicui propinquior per consanguinitatem et affinitatē/tanto debet ei magis obedire. Vel expone de bona societate: qꝛ quāto q̄s alicui vicinior efficitur/ tanto ei in pluribꝰ modis et actibus magis fit similis et conformis: dicēs. Mathei.viij. Magister/sequar te quocūqȝ ieris. ¶ Celū violē

6 ter mouet secum inferiores orbes(licet habeant cōtrarios motus naturaliter) omniaqȝ inferiora per sui influentiam gubernātur. Sic vere debet facere prelatus: quia omnes subditos suos quando inuenit eos habere proprios motus .i.proprias voluntates/debet eos compellere per violentiā correctionis sequi suū motū/si videlicet sit bonꝰ/ ⁊ ipsos secum rapere/ ⁊ per bonam suam influentiam ipsos prouide gubernare: et sue iurisdictioni ⁊ motui per rigorem iustitie subiugare.ij.ad Corith.x. Parati sumus subiugare omnē inobedientiam. Et sicut celum habet semper vniformē et ordinatissimum motum: sic prelatus debet habere motum voluntatis ordinatum ⁊ maturum: vt se et alios valeat regulare. Unde.j.ad Corin.xiiij. Omnia honeste ⁊ secūdum ordinem fiant in vobis. Vel dic ꝙ celum est vir iustus/qui inferiores potentias compellit obedire rationi. ¶ Celum

7 mouetur velocissime/et ideo ne motus eius velocitas mūdi machinam dissiparet/voluit eum natura motu planetarum retardare. Motus enim planetarum proprius cōtrarius est motui firmamenti: vt sic eius impetus motu cōtrario moderetur sm̄ Rabanum. Sic sunt multi qui more firmamenti mouentur citissime/scilicet ad vindictam ⁊ iustitie executionem / quādo inueniūt aliquem delinquentem/ non considerantes fragilitatem peccatoris: ⁊ ideo ad refrenandum impetum et motum sui rigoris/dat eis natura.i. deus/planetas.i.subditos qui habēt motus contrarios.i. qui eis contrariantur per rixas et appellationes: et sic inuento obijce sua iracundia temperatur. Vel dic ꝙ motus contrarij planetarum significant motus ⁊ tentationes carnis/qui sunt contrarij rationi: quia quando quis est nimis austerus/deus pmittit eum tentari: vt humilietur. Exemplū de Petro. Vel dic ꝙ quidā sunt quorū motus ⁊ impetꝰ iracūdie nō potest refrenari/nisi p cōtrarios motꝰ verborū ⁊ punitionū. Et ideo vtile est ꝙ inueniant planetas.i.personas respondentes/que contraria sibi respondeant/vt quiescant: et vt sua iracūdia moderetur. Prouerbior.xxvj. Re

8 sponde stulto iuxta stultitiam suam. ¶ Celum licet in suis partibus mutet locum/in toto tamen suo nec situm variat nec locum: qꝛ ceteris partibus inferioribus fluctuantibus/ celum nunq̃ motus sui tenorem ꝛ ordinem derelinquit/ vt dicit idem. Sic vere celum.i.religio licet mutetur et varietur quãtum ad personas: quia scilicet persone moriũtur vel mutantur de loco ad locũ/ipsum tamen celum religionis.i.ipsa integritas ꝛ vniuersitas/vel ipa regula seu fides/ nunq̃ moritur/aut mutatur. Vel dic ꝙ licet partes inferiores mundane fluctuent et mutẽtur/et quotidie varient statum suum/celũ tamen.i.ecclesia in suo toto vniuerso semꝑ debet immobiliter statum suum/regulam ꝛ ordinationem obseruare: qꝛ homo iustus in sapientia manet/ stultus autẽ

9 immutatur vt luna. ¶ Scd̃m Aristo. lib. de celo et mundo: celum est ita perfectum ꝛ cõciliatum/ꝙ non habet contrarium aliquod in natura: et ideo est incorruptibile: qꝛ nihil corrumpit nisi a suo contrario. Sic vere illi qui sunt ita perfecti/ita mites/ita benigni/ꝙ nullum habent contrariũ vel inimicũ in mũdo/sunt incorruptibilis nature: qꝛ scilicet non corrumpũtur per peccatũ: quia scilꝫ deus tales preseruat. Prouerbio.xxviij. Qui ambulat simpliciter/salu⁹ erit.

10 ¶ Licet celum non corrumpatur/ nec generetur/est tamẽ pꝛĩcipium generationis ꝛ corruptionis: propter radios/q̊s mittit ad terrã: vt dicit Aristo. Sic sunt multi q̊ in se sunt boni: ita ꝙ per luxuriam nec generant/nec corrũpuntur/tamen habẽt ita malos radios.i.mala exẽpla/ ꝙ in alijs causant generationem luxurie/ ꝛ corruptiõem peccati. Eccli.

11 xliij. Radijs suis excecat oculos. ¶ Celum licet sit vniforme de se/habet tamen plures orbes ꝛ circulos/propter necessitatem mortaliũ/vt sic quolibet anno diuersimode moueatur: qꝛ si semꝑ vniformiter moueretur/tñ frigus vel tñ calorem causaret: ꝙ alimentum mortalium deperiret: ẜm Aristo.lib.de causis elemẽtorum. Celum est deus/qui quãtum ad occultã suam prouidẽtiam habet multos circulos .i.plures modos scd̃m quos se mouet ꝛ se habet erga nos/ et ideo aliquãdo frigus aduersitatis/ aliquãdo estum prosperitatis causat: alias enim alimentũ gratie ꝛ virtutis penitus deperiret. Non est autem necessariũ ꝙ semper se habeat erga nos vno modo: imo vere vtile est ꝙ homini deus nunc frigiditatem/ nunc calorem/nunc prosperitatem/ nunc aduersitatẽ inducat: vt sic alimenta diuine gratie in

12 nobis generet et producat. ¶ Celum habet claritatem/rotunditatẽ/diaphaneitatem/vel perspicuitatẽ. Et ẜm Macrobium in lib.de expositione somnij Scipionis/per orbes suos causat harmonicam suauitatem/ ꝛ mot⁹ sui impetus causat in rebus caliditatem. Sic vir perfectus habet claritatem sapientie/rotũditatem obedientie. Figura eñ rotũda est summe mobilis. Habet etiam perspicuitatem veritatis et simplicitatis: qꝛ quilibet videt quid habet in corde interi⁹. Causat etiam harmoniam gratiarum actionis/ et calorem diuine dilectionis. Est etiam more celi altus/ꝑ cõtẽplationem. Omnia continens per cõpassionem. A terra.i.a terrenis/elongat⁹ per eorum abominationem. Stellis ornatus per virtutum et exemploꝝ possessionem. Gene.

13 xv. Suspice celum: et numera stellas eius si potes. ¶ Celum omnia inferiora immutat/et tamen a nullo inferiore se potest recipere aliquid. Sic vere deus mutat omnia inferiora/temporalia et spiritualia/vnũquodq̧ scd̃m propriam qualitatem: ipse tamen nullam mutationẽ recipit in seipõ. psal. Mutabis eos/ꝛ mutabuntur: tu autem idem ipse es.

14 ¶ Celum summe est perfectionis inter corporalia: sed nihil est ita vile/nec ita sibi dissimile in natura/quin in virtute aliqua celesti corpori simiIetur/ꝛ quin in aliquo/celo melius inueniatur. Patet de pediculis: qui habent vitã/ quã tamen celum non habet. Sic vere dato ꝙ homo sit magne perfectionis/ꝛ vite celestis/ non est tamẽ ita vilis homo in natura/quin habeat aliquã virtutem vel conditionem me-

15 liorem/q̃ꝫ sint multe que in ipso esse noscuntur. ¶ Celum habet altitudinem cunctis preeminẽtẽ/amplitudinẽ cuncta continẽtem/ pulchritudinem stellis coruscantem/fortitudinem semper durantem. Sic vere vir perfectus debet esse per contẽplationem altissimus: qꝛ scilicet eius affectio ꝛ cõsideratio debet esse sursum in paradisũ eleuata/ꝛ ꝑ cõtemptum ab istis inferioribus et terrenis elongata. Unde Eccli.xliij. Altitudinis firmamentũ.et ad Phili.iij. Conuersatio nostra in celis est. Item iste debet esse per charitatem amplissimus: quia scilꝫ omnes homines debet ĩ corde suo continere/scilicet ipsos diligendo/ et eis subueniendo. psal. Extẽdes celum sicut pellem. Item iste debet esse per honestatem pulcherrimus: quia stelle.i. virtutes et exempla debent in eo relucere. Eccli.xliij. Species celi/ gloria stellarum/mũdum illuminans. Item iste debet esse firmitate fortissimus: quia scilicet ita debet esse solidus per constantiã firmitatis/perseuerantie ꝛ longanimitatis/ ꝙ nũq̃ debet corrumpi vł deficere per peccatũ. vnde Job.xxxvij. Tu forsitan cũ eo fabricatus es celos/qui solidissimi quasi ere fusi sunt. ¶ Celum scd̃m Rabanũ est ordinatissime ꝓ-

16 cessiuum/inferiorũ omniũ regitiuum/cõtinue influẽtie ministratiuũ/ mirabilis harmonie causatiuũ/et omnium que sub eodem sunt/ad perfectam obediẽtiam reductiuũ. Sic vere vir iustus/ꝛ maxime prelatus/semꝑ debet in suis moribus et actibus procedere ordinatissime: qꝛ nunq̃ debet in vno puncto ab ordine recte iustitie deuiare.j.ad Corin. xiiij. Omnia honeste ꝛ scd̃m ordinem fiant in vobis. Item iste debet inferiores ꝛ subditos ordinare et regere: ꝛ in eos mouendo et instruendo et tẽporaliter subueniẽdo influere/ concentum melodie/laudis/ꝛ gratiarum actionis cõtinue modulari: et trãquillitatem animi seruare pariter ꝛ sectari Job.xxxviij. Concentum celi quis dormire faciet: Itẽ iste debet omnia inferiora ad perfectam obedientiam reducere: quia scilꝫ motus sensualitatis debet cõpescere/ꝛ ad obedientiam spiritus et rationis cogere. Prelatus etiã ꝛ ecclesiasticus suis doctrinis et exẽplis debet post se trahere oĩa inferiora/scilꝫ subditos ꝛ laicos/ipsos informãdo/et ad veritatis semitam reducendo. Eorum etiam rebelliones debet reprimere/ipsos si necesse est/ per violẽtiam compescẽdo/dicens scilicet illud Eze.xxij. In brachio extenso et furore effuso regnabo super vos. Et de tali celo dicitur illud Deutero.xxviij. Sit celum qđ supra te est/eneum.

Capitulum.iij.de celo crystallino.

1 Celum crystallinũ est aquee nature ẜm Bedã/ que in modum crystalli ibi diuino opere est gelata.et fuit necessaria ad temperamẽtum caloris motus firmamenti. Ad hoc etiam operant planete propter contrarios motus suos. Firmamentum enim per crystallum refrigeratur: ꝛ per planetas retardaꝉ ẜm Bedam et Platonẽ. Per celũ crystallinũ qđ est nature lucide ꝛ specularis/ intelligo viros plenos sapiẽtie spiritualis/que claritatem cõtinet veritatis. Est igitur necessarium firmamento.i.prelato vel viro iusto/ꝙ habeat secum celum crystallinum.i.socios prouidos ꝛ prudentes/ vt scilicet per eorum cõsilium/per prudẽtiam et maturitatem/ador sue crudelitatis et vindicte aliquotiens temperetur. Ad qđ etiam sibi proficit motus contrarius planetarum.i.rebellio subditorũ. Eccli.ix. Uiri iusti sint tibi conuiue. Utile est enim homini/rebelliones subditoꝝ quandoq̧ sentire/vt semper in quodam timore et circũspectione ꝛ diligentia cogatur viuere/et nõ in imbecilli securitate torpere. Uel dic moraliter ꝙ celestes viri ad reprimẽdum ardorem ꝛ zelum iustitie/rebellionem inferiorum orbium.i.carnalium appetituũ/in seipsis sentiũt: ac per crystallinam sa-

2 pientiam ardorem istum prudenter compescunt. ¶ Licet aqua sit fluxibilis et fragilis/ ille tñ que sunt supra celũ: scꝫ in celo crystallino/solide sunt atq̧ firme/lucide/ꝛ trãquille ẜm glo.suꝑ psal.ibi. Aque que super celos sunt. Sic licꝫ homo sit fragilis ꝛ fluxibilis in hac vita: quãdo tamen erit super firmamentum.s.in paradiso: tunc more crystalli erit solidus per impassibilitatem: qꝛ nulla passione poterit penetrari/lucidus per claritatem/mobilis per agilitatem/per-

3 uius per subtilitatẽ. ¶ Celum crystallinũ habet aquas in seipso ligatas et congelatas. Sic vir iustus semper secum portat aquas lachrymarũ deuotionis et cõpassionis. Unde Job.xxvj. Qui ligat aquas in nubib⁹ suis.et psal. Qui tegis aq̊s superiora ei⁹. Et sicut celũ crystallinũ lucẽ recipit ab empyreo/ꝛ tribuit firmamento: sic vir iustus vel prelatus a deo sapiẽtie et gratie lucem recipit/ quam in alios post diffundit.

Capitulum.iiij.de celo empyreo.

1 CElum empyreū est primū celū.⁊ sm Isidorum dicitur a pyr/quod est ignis/nō propter ardorē: sed propter splēdorem. Et est quietum ⁊ īmobile/sphericū/maximū quantitate: qꝛ oīa corporalia continet: vniforme qualitate/qꝛ caret stellis. Et sm Alexandrū/necessariū fuit istud celum propter complemētū vniuersi: qꝛ videlicet corpus infimū/scꝫ terra/ est immobile ⁊ opacum: supremum aūt/scilꝫ empyreū/immobile est ⁊ clarū. Et sic inter ista duo immobilia tota natura voluitur vniuersi: vt dicit Basiliꝰ in hexamerō. Talis est deꝰ: maxime factus homo: qꝛ splendore scientie rutilat sup oēs. Itē est sphericꝰ: qꝛ sine pricipio/ sine fine. Immobilis: qꝛ nec corrumpit̄/nec ab eternis suis dispositionibus immutatur. Qꝛ ego dñs qui nō mutor. Mala.iij. et Numeri.xxiij. Non est deus vt homo ⁊c̄. Maxime est quātitatis: qꝛ omnes continet creaturas / qꝛ habet essentiam infinitā. Celū ⁊ terram ego impleo. Hiere.xxiij. Hic est vniformis: qꝛ equaliter est ei cura de omnibꝰ. Sapieñ.vj. Et ideo īter ipm ⁊ terram.i.inter deū ⁊ beatam virginem omnia continentur/⁊ diuersimode variantur. Ista autem duo immobilitate perpetua confirmātur. Nō fuit enim aliquis quin vacillaret in fide/ preter christū ⁊ virginē gloriosam/ maxime in passione.

Capitulum.v.de ethere.

1 ETher est regio planetaꝝ sm Martianū. Et est locus separatꝰ ab inferioribus/ vbi est dies perpetuus/ ⁊ vbi nox diurno lumini non succedit/⁊ hoc qꝛ vmbra terre/q̄ noctis est cā/ ad tam altū locū in ethere non accedit. Et sm Aristotel.ij. Meteor. Ether nihil aliud est q̄ꝫ quintū elementū/ qđ totaliter aliud est a natura aliorum elementoꝝ: qꝛ ether neqꝫ est grauis/neqꝫ leuis/neqꝫ rarꝰ/neqꝫ dēsus/neqꝫ corruptionem recipit aliqualem. Talis debet esse ecclesiasticus/et maxime prelatus vel religiosus: qꝛ vere debet esse separatus quo ad vitam et ad mores / ab inferioribꝰ elementis.i. a secularibꝰ et terrenis. Et hoc maxime quātū ad claritatē et lucem gratie ⁊ sapientie/ que in ipo debet perpetuo permanere. Umbra eñ terre.i.terrenorū affectiones/nō debēt ad istos accedere: et ideo nox.i. ignorantia vel peccatū nūq̄ꝫ in talibꝰ debet esse. Nox enim nō erit ibi. Apoc.xxj. Isti nō debent esse graues p pigritiam/leues per insolentiam/ rari per vanitatem / densi per ruditatem / sed semp incorruptibiles per perseuerantie longanimitatē: vt dicāt/domine nō sum sicut ceteri hoīm. Uel expone de gloria paradisi vbi ē lux indefectibilis: qꝛ claritas dei illuminabit eā/⁊ lucerna eius est agnus. Apoca.xxj. Et planete.i.viri sancti ⁊ angeli ibi habēt proprie locum suum: qꝛ hec est hereditas seruorum dñi. Esai.liiij. Uel dic de ecclesia: vbi est lux clarissima fidei ⁊ veritatis: que indefectibilis est: q̄ vmbra heresum vel errorum nullatenꝰ obscuratur. Luc.xxij. Ego rogaui p te vt nō deficiat fides tua.⁊c̄. Et ibi sunt planete.i. diuersa genera prelatorū vel etiam subditorū.

Capitulum.vj.de sphera.

1 SPhera celi est superficies ⁊ rotunditas eiusdē/ que inter duos polos voluit̄ incessanter. Et est sphera figura pfectissima: tū propter eiꝰ rotūditatem/q̄ caret principio atqꝫ fine/ tū propter eiꝰ capacitatem/tū propter eius vniformitatem: qꝛ equaliter a centro distat vt dicit Isidorꝰ. Est etiam figura velocissima: qꝛ nulla figura ad motū aptior q̄ꝫ rotunda. Talis est deus/ primo quia caret principio atqꝫ fine per suam eternitatem: item quia equaliter se habet ad centrum.i.ad omnem hominem per iustitie equitatem: et quia oīa capit et cōtinet per suam immensitatem. Unde quidam philosophus. Deus est sphera intellectualis / cuius centrum vbiqꝫ est/circūferentia nusq̄ꝫ. Uel sphera est vir perfectꝰ/q̄ inter duos polos.i. inter natiuitatem et mortem continuis motibus / tribulationibus et mutationibus est subiectus. Iste enim est capax per charitatem/ vniformis per equitatem/a centro.i. a mundo elongatus per voluntariam paupertatem / mobilis per obedientie agilitatem / vel per bonorū operum multitudinem.

Capitulum.vij.de axe.

1 AXis est linea intellectualis/ que inter duos polos et stellas immobiles protenditur/ circa quā celū diametraliter circunfertur. Cardines sunt extremitates ipsius axis/ que ipsis polis infigūtur. Hemispherium est celi medietas quam possumus videre. Horizon est circulus quē facit defectꝰ visus quādo celum ⁊ terram iungi putat. Unde Horizon.i.visus terminatio.

Capitulū.viij.de circulo lacteo.

1 CUm in mundo sint plures circuli: galacia tamen est circulus candidior/ ⁊ stellis notabilioribus illustratꝰ. Et dicitur circulꝰ lacteus: qui tendit versus septentrionem/qui nūq̄ꝫ a nostris visibus occultat̄. Talis est religio: qꝛ cum in celo.i. in ecclesia sint plures circuli.i.plures status: iste tamen est pulchrior ⁊ melior/ ⁊ stellis.i.personis notabilioribꝰ/ melioribus ⁊ honestioribus adornat̄: qui etiam versus septentrionem.i.in frigore tribulationū est fundatus.

Capitulum.ix.de zodiaco.

1 ZOdiacꝰ est circulꝰ duodecim spatijs distinctꝰ/ que q̇dē spatia duodecim ab astrologis sunt signa vocata. Sūt autem signa adinuicem distincta/⁊ stellis notabilibus denotata. Et inter ista sunt quattuor cardinalia/ scꝫ aries/ libra/cācer/ ⁊ capricornꝰ. Zodiacꝰ ē ecclia: q̄ duodeci signa.i.xij.aplos cōtinet/qui fuerūt distincti ab inuicem proprijs stellis.i. pprijs donis ⁊ gratijs: qꝛ vnusquisqꝫ propriū habet donum/ alius sic/alius autē sic.j.ad Corint.vij. Inter istos autem/ sunt quattuor cardinales.i.principales: scꝫ quattuor euangeliste/qꝛ maiori scientia q̄ꝫ ceteri vt cōiter claruerūt. Aliq̇ succedentes/sicut paulus ⁊ barnabas/ qui post ascensionē apostolatū acceperūt. Alij cadentes: sicut iudas ⁊ petrus qui diuersimode peccauerunt/⁊ a statu gratie ceciderunt. Unde de istis signis dicit̄ Geñ.j. Fiāt luminaria in firmamēto celi: et sint in signa.

2 ¶ In zodiaco sunt plura signa: qꝛ scꝫ quedam sunt mobilia/ alia immobilia/quedam principalia/alia subprincipalia/quedam nature ignee/quedā nature terree/quedam aeree/quedam aquee. Sic in ecclesia sunt plures persone / quorū quidam sunt mobiles ad bona opera/quidam nō/quidam sunt principales vt prelati/alij subprincipales vt subditi/ q̇dam sūt ignei per charitatem/ alij terrei per tepiditatē/quidam aerei p contēplationem/ alij aquei per carnalitatis infectionem.

3 ¶ Planete exaltātur in aliquibꝰ signis/⁊ in alijs deprimūt̄. Unde sol exaltatur in ariete: ⁊ in libra deprimitur. Sic vere sol christꝰ exaltatur ⁊ regnat in illis q̄ sunt similes arieti.i.in bonis/q̄ virtutū vellere sunt induti. In libra autem.i. in diuitibus qui non cessant pecuniam librare ⁊ computare/in istis dico regimen pdit: qꝛ tales de deo nō curāt: dicētes illđ Luc.xix. Nolumꝰ hunc regnare super nos. Uel dic q̄ diuites nunc quando sunt in ariete.i. in petulantia et cornuta superbia/ exaltantur p temporalem prosperitatem/sed finaliter in iudicio quando erūt in libra/ tunc deprimentur p eternā aduersitatem: qꝛ generaliter verū est q̄ qui in vno loco ⁊ statu et negotio deprimitur/in alio eleuat̄.

4 ¶ Planeta semper ē fortior in domo propria q̄ꝫ in aliena/⁊ ex fortitudine signi in quo est / fortificatur: et ex eius debilitate debilitatur: sicut vir fortis fortior ē in equo forti q̄ꝫ debili. Sic ꝟe q̄lꝫ fortior est ⁊ potentior in domo et patria sua/ q̄ꝫ aliena vt cōiter: qꝛ ibi habet amicos ⁊ famulos et alios adiutores. Uel dic q̄ oīs hō fortior ad resistēdū vitijs in domo sua existit.i.in statu suo/siue sit reglaris siue secularis/ q̄ꝫ ī aliena.i.q̄ꝫ si aliena officia vsurparet: qꝛ si sit eccliasticꝰ/ nō debet mūdi negotia ministrare. Qđ tamen est cōtra ecclesiasticos ppria beneficia dimittentes/⁊ magnatum curias frequētantes. Cōtra quos dicit̄ Luce.ix. Nolite transire de domo in domum. Et q̄ꝫto cōiūgitur cū meliori ⁊ fortiori signo.i.melioribꝰ socijs: tāto fortioris efficacie rep̄it̄: et ecōuerso: q̄ꝫto socios habet debiliores ⁊ impfectiores/tāto minꝰ sufficit operari. Quia vere multū proficit vel officit bonitas vel malignitas sociorū. Ideo bene ꝯsulit̄ Eccli.xxxvij. Cum viro sancto assiduus esto. Uel dic q̄ tutius est esse in religione/ vel in statu meliori/q̄ꝫ in alio minꝰ bono.

5 ¶ Scđm messuel/ sm signorū ortus et occasus/oppositiones ⁊ cōiunctiones/ aspectus beniuolos ⁊ maliuolos/diuersa ⁊ ꝯtraria accidūt

in hoc mundo/⁊ vt dicit: illa que in natura generantur sub
forti signo masculino ascendente/ ⁊ forti planeta/⁊ bono a-
spectu/bone sūt dispositiōis: ⁊ ecōtrario. Signa sunt ꝑlati
ecclesie/vel principes mūdi: qꝛ vere ꝑ eoꝝ ortus ⁊ occasus/
oppositiones ⁊ inimicitias/cōiunctiōes ⁊ amicitias/diuer
sa accidunt in hoc mundo/ vtpote pax vel guerra ⁊c̄. quia
ſm naturam superiorū subditi regulantur. Unde si signū.i.
prelatus vel princeps fuerit ascendēs per celestiū affectio-
nem ⁊ contemplationē/ masculinꝰ per virtutis ⁊ fortitudi-
nis perfectionem: tunc vere illa que sub eo generantur. i.
subditi sub ipso degentes/ bone erūt dispositionis ⁊ tempo
raliter ⁊ spiritualiter: qꝛ beata est terra cuiꝰ rex est sapiens.
Eccl'is.x. Nam ſm beatū Gregoriū: Uita maiorum facile
trahitur ad exemplū: qꝛ sicut dicitur Eccli.x. Scd'm iudicē
6 ciuitatis: sic ⁊ hi q̇ habitāt in ea. ¶ Aliqua sunt signa que
dicūtur domꝰ angulares/scꝫ signa cardinalia. Alia dicunꝭ
domus succedētes. Alia domus cadentes. Sed inter ista
angulares maioris sunt virtutis q̄ꝫ quecūqꝫ alie: scd'm me-
saelē. Sic in mūdo vel eccl'ia/q̇dā sunt angulares.i.princi
pales ⁊ prelati/alij succedentes.i.subditi/alij penitꝰ caden
tes.i.mali. Sed vere illi q̇ sunt angulares.i.principales et
prelati ⁊ iudices/semper debēt esse alijs meliores/ ⁊ in bo-
nis operibus fortiores. Ideo de saule electo dicitur ꝙ in to
7 to israel nō erat vir melior illo.j.Reg.ix. ¶ Inter signa/oīa
sunt bone significationis ⁊ influētie preter duo/scꝫ octauū/
qui dicitur scorpiꝰ: ⁊ vndecimū/qui dicitur aquariꝰ. Et ra-
tio est: qꝛ mars dn̄atur in octauo/ ⁊ saturnꝰ in vndecimo/ q̇
sunt planete maliuoli. Et ideo octauum vocatur domꝰ mor
tis ⁊ debilitatis omniū rerum: et in illo est gaudiū martis.
Undecimū autem vocaꝭ domus inimicitie/tristitie ⁊ labo
ris. Charissimi ꝑ numerū octauum qui excedit ⁊ transgre-
ditur numerū septenarium/ intelligo illos qui per peccatū
transgrediūtur septem virtutes. Per vndecimū autē intel-
ligo illos q̇ trāsgrediūtur denariū decalogi. Dico igiꝭ ꝙ illi
hoīes qui dicūtur octauꝰ vel vndecimus.i.qui ꝑ pctm̄ trāſ-
grediūtur septem virtutes/⁊ decem mādata/pessimi sunt/
scꝫ mundi peccatores. Nam in quibusdā istorū dominatur
mars.i.deus belli/scꝫ ira/ rixa/discordia/odiū ⁊ inimicitia:
et ideo isti dicūtur domꝰ mortis/qꝛ vere mors eterna apud
eos poterit perpetuo hospitari. Et etiam tales sepe cōsue-
uerunt mortem corporalē per occisionem/⁊ mortem spūalē
ꝑ detractionem inducere: ⁊ ideo a morte eterna digni sunt
deuorari. vn̄ ps. In inferno positi sunt/mors depascet eos.
Item alij sunt peccatores in quibꝰ dominaꝭ saturnus/qui
diciꝭ a saturitate.i.mūdi prosperitas/que ipos satiat mun-
di bonis. Et ideo tales dicūtur domꝰ inimicitie/ tristitie ⁊
laboris: qꝛ vere mūdi diuites semꝑ sunt in inimicitia/tristi
tia ⁊ labore/⁊ hoc propter diuitias acquirendas/ et multi-
plicādas. vnde Hiere.ix. Ut inique agerent/laborauerunt
et Esaie.lvij. In multitudine vie tue laborasti ⁊c̄. Et nota
8 quomodo laborant circūeundo nūdinas ⁊ mercata. ¶ Si
gna dicuntur mutuo se aspicere: qꝛ planeta existens in vno
signo/respicit ante et retro. Sed q̇dā sunt aspectus medie
amicitie/ quidā perfecte amicitie: alij medie inimicitie/ alij
perfecte inimicitie ſm mesaelē. Sic vere homines debent
se mutuo aspicere ꝑ mutuā charitatē/ debent etiam per ꝓ-
uidentiam aspicere ante ⁊ retro.i.ad preterita et futura: qꝛ
ſm Senecā/ Futura precaue/preterita meditare. Uerūta-
men hodie sunt multi aspectus/scꝫ quidā amicitie inter bo
nos/alij inimicitie inter malos ⁊ inuidos/⁊ in istis etiā alij
sunt completi/alij sunt medij ⁊ impfecti: qꝛ et amor et odiū
recipiūt magis ⁊ minus.ij.ad Cor.xij. Plus diligens mi-
9 nus diligar. ¶ Item ſm Astrologos/ille aspectus dicitur
optimꝰ ſm mesaelem/qui q̇dem diciꝭ tertius: ⁊ est quando
signū arietis respicit sagittariū post se/et leonē ante se. Il-
le aūt diciꝭ pessimus/ quando aries respicit signum piscīū
post se/⁊ libram ante se. Primꝰ enim aspectus est amicitie/
secundus inimicitie complete. Charissimi ꝑ arietem q̇ est
signum diurnū ⁊ igneum/intelligo quēlibet qui in die vite
presentis igne cōburiꝭ cupiditatis.i.omnem hominē. Iste
enim potest habere plures aspectus ⁊ cōsiderationes ⁊ bo
nas ⁊ malas: sed vere illa diciꝭ optima: quādo hō respicit
⁊ cōsiderat leonem. i. diabolū ante se/qui eū post mortē ex-
pectat ad deuorādū: ⁊ sagittarium post se.i.mortem que eū
sequitur: ⁊ eū multis tribulationibꝰ impetit et sagittat. Nā
cōsideratio hostis ⁊ mortis inducit dei timorē. Ideo de di
uinis animalibꝰ dicitur Ezechi.j. ꝙ habebant oculos ante
et retro. Sed vere quando aries.i. homo respicit libram.i.
mūdi diuitias/que librantur ⁊ ponderanꝭ/⁊ pisces.i.mūdi
delicias ⁊ voluptates/vel mulieres deliciosas/tūc pessime
considerat/⁊ dei inimicitiā tunc incurrit. Homo enim non
debet habere oculos ad ista peritura. Unde debet dicere
Auerte oculos meos ne videant vanitatē/ q̄ꝫtum ad diui-
tias ⁊ delicias. Dicitur em̄ Eccli.ix. Auerte oculos tuos a
10 muliere compta. ¶ Coniunctio planetarū bona est si pla-
nete sint boni/⁊ mala si fuerint mali. Oppositio autē plane
tarum semꝑ est mala ſm Mesaelē. Sic vere coniunctio.i.
amicitia ⁊ societas hominū bona est/si boni sint. Mala au
tem si mali sint: qꝛ sicut spine inuicē se cōplectunꝭ ⁊c̄. Op-
positio autem planetarū.i.inimicitia hominū siue boni fue
rint siue mali: semper est mala: qꝛ nulli licet odire fratrem
suū. vnde. Diligite inimicos vestros. Luce. vj. qꝛ qui odit
fratrē suum/manet in morte.j.Joan.iij.

Capitulum.x. de ariete.

1 SIgnum primū est aries/ quod ſm Mesaelē est
signum igneū/masculinū/diurnū/instabile/do-
mus martis/⁊ solis exaltatio. Prima facies eiꝰ
martis/secunda solis/tertia veneris. domus est
vite ⁊ natiuitatis. Talis est vir perfectus: qꝛ est
igneus per charitatem/masculinꝰ per virtutum ⁊ viriū ꝓ-
bitatem/diurnus ꝑ claram veritatem/instabilis ꝑ bonorū
operū mobilitatem/ vel ꝑ obediētie velocitatem. Et tales
sunt domus martis: qꝛ omnes qui volūt pie agere/ persecu
tionem patiūtur.i.pugne ⁊ tribulationis: quia scꝫ boni susti
nent hodie multas penas: qꝛ oīes qui volūt pie agere/ ꝑse
cutionem patiuntur.ij.ad Timo.iij. Sol tamen.i.christus
in istis regnat/⁊ exaltaꝭ ⁊ gloriaꝭ/⁊ in talibꝰ delectatur. Et
ideo sunt domus vite: qꝛ vitam eternā hospitabūtur ⁊ reci-
pient in seipsis. Sapientia enim vitā tribuit possessori suo.
Eccl'is.vij. Uel expone de malis/ qui sunt ignei ꝑ iracun-
diam/masculini per luxuriam/diurni per auaritiam: qꝛ scꝫ
nocte vtuntur pro die/circa temporalia laborando. Eccli.
xxxviij. Noctem quasi diem transigit. Instabiles ꝑ insolē-
tiam. Et sol.i.mūdi prosperitas in talibus exaltatur: ⁊ apꝰ
eos q̄ꝫ plurimū honoratur: et ideo mars.i.iracundia ⁊ con-
tentio/sol.i.mūdi gloria ⁊ possessio/venꝰ.i.luxuria ⁊ infectio
in corde taliū habent domum. ¶ Aries facit in illis in qui
2 bus dn̄atur/multos capillos/corpus curuum/ faciem obli
quam/oculos graues/aures breues/ collū longū ſm Me-
saelem. Iste est christus: qui fuit aries signum igneum/ ꝓ-
pter ipsius charitatē. Fuit etiā aries animal/ propter eius
passionem: qꝛ imolatus est more arietis in ara crucis. Illi
igitur in quibus christus dominaꝭ/ scꝫ boni/possunt sic co-
gnosci: qꝛ habent capillorū.i.virtutū multitudinem. Curui
sunt per reuerētiam et humilitatē. Oculos habent graues
ꝑ maturitatē: qꝛ nō mouēt eos leuiter. Un̄ quādoqꝫ aures
.i.auditum/habēt breues ⁊ curtas: qꝛ scꝫ parum curant au-
dire verba falsa/ vana/detractionem/ garrulitatem. vnde
Eccli.xxviij. Noli audire linguā nequā. Collū etiā.i.deuo-
tionē que attrahit spiritū/ debēt habere longū per perseue-
rantiam ⁊ longanimitatē. Uel dic ꝙ illi in quibus aries.i.
diabolus dominaꝭ/scꝫ peccatores/abūdant in pilis.i.in di
uitijs. Curui sunt per auaritiam/⁊ ad terram inclinati per
cupiditatem. Facie obliqui ꝑ inuidiam ⁊ falsitatem. Aures
aūt hn̄t breues: qꝛ scilꝫ nolunt audire aliqꝺ bonū verbū vel
sermonem. Unde.ij.ad Timo.iiij. A veritate quidem audi
tum auertent/ad fabulas autem cōuertentur.

Capitulum.xj. de tauro.

1 TAurus est signum terreū/frigidū ⁊ siccū/noctur
num/fixum/ domus veneris. domini eiꝰ/ venꝰ/
luna/⁊ mars ſm misaelē. Taurus animal ē ela
tum/⁊ significat mūdi superbos/diuites ⁊ potē-
tes: qui pro certo sunt terrei ꝑ auaritiam: qꝛ non
vacant nisi ad terrena/frigidi ꝑ indeuotionem/sicci ꝑ incō
passionem/nocturni ꝑ ignorantie cecitatem/vel per malo-
rum operum suorū velatam et palliatam falsitatem/ fixi ꝑ
pigritie tepiditatem/ domꝰ veneris per luxurie feditatem.
In istis autem dominatur venꝰ/⁊ regnat.i.luxuria/luna.i.

defluēs icōstantia/mars deus belli.i.iracūdia. Ideo dici
tur Eccli.vj. Ne te extollas in cogitatiōe tua sicut taurus.
Et dicit dom⁹ possessionis ꝛ dationis: qꝛ isti pre ceteris pos
sident ꝛ abundant/ ꝛ etiā solēt sibi iuicē dona dare. Luc.vj.
Pctōres pctōrib⁹ feneranṫ vt recipiant equalia. Taurus
eṁ terram sulcat/ ꝛ significat diuites/ qui vacant penit⁹ in
terrenis. Nati in cōstellatione tauri habent faciem curuā/
nasum grādē/nares amplas/ oculos graues/capillos ela-
tos ꝛ nigros. Verecūdum efficit hoiem ꝛ honestū/tamē va
num ꝑm Misaelem. Sic vere vir iust⁹ ꝛ perfect⁹ habet fa-
ciem.i.volūtatem curuam per humilitatē/ nares deuotio-
nis amplas/nasum discretionis grandem / oculos intelle-
ctus graues/capillos affectionū elatoꝝ/scȝ ad celestia. Ve
recundus est ꝛ honestus ꝛc̄.

Capitulum.xij.de geminis.

1 Gemini ꝑm Misaelem est signū aereū/ masculi
num/diurnum/ mediocre: nam saturnus est de
die dominus triplicitatis eius: mercuri⁹ de no-
cte. Jupiter participat cū eisdem. Sic vere illi
qui sunt gemini ꝑ charitatem et duplices/ sunt
aerei ꝑ cōscientie puritatem/masculini ꝑvirium spūalium
probitatem/diurni ꝛ luminosi ꝑ veritatem/mediocres per
prudentiā et maturitatē. Dominaṫ eis saturnus maliuol⁹
et frigidus.i.tribulatio mundana ꝛ hoc de die.i. dū sunt in
die vite presentis: qꝛ scȝ nunc multe tribulationes iustorum.
Sed vere de nocte.i.post mortem dn̄atur in eis mercuri⁹.i.
mercimonia glorie eterne. Jupiter autem.i.iuuans pater
deus/in vtroqȝ.i.in vita ista ꝛ in futura regnat in eis/scȝ ip-
sos in tribulationib⁹ adiuuando/ ꝛ in futuro ipsis eterne vi
2 te premia largiendo. Regnabit super te deus tuus. ¶ Ge-
mini est domus mercurij/ ꝛ exaltatio caude draconis ꝑm
misaelem. ꝛ in eo dominatur saturnus. Sic vere illi qui in
actibus ꝛ verbis suis sunt gemini ꝛ duplices/sunt dom⁹ et
hospitiū mercurij/qui cū bonis est bon⁹: ꝛ cū malis mal⁹.i.
mutatur ꝛ variatur. Cauda etiam draconis.i.malitia dia-
boli in eis regnat. Et saturnus.i.inuidia solet in talib⁹ do-
minari. Saturn⁹ enim qui facit suos tristes ꝛ melancholi-
cos/significat inuidiā. Ideo bene dicitur Jaco.j. Vir du-
3 plex animo/ icōstans est in oibus vijs suis. ¶ Gemini est
regio celi/que facit homines qui in eius cōstellatiōe nascū
tur/pulchros ꝛ fortunatos: ꝛ est domus propinquitatis/cō
silij/religionis/fidelitatis/epulaꝝ ꝛ somniorum: ꝛ disponit
hominē ad litteram ꝛ scripturā: ꝑm misaelem ꝛ martianū.
Talis debet esse ecclesia/vel religio/que est pars celi.i.ec-
clesie: qꝛ vere hoies q̇ sibi sunt subditi/scȝ religiosi ꝛ clerici/
debēt esse pulchri per honestatem / fortunati per bonorum
operū multiplicitatē. Hec eni debet esse dom⁹ propinqui-
tatis.i.amicitie ꝛ charitatis/cōsilij ꝛ veritatis/religionis ꝛ
honestatis ꝛ fidelitatis/ ꝛ epularum.i. sacre scripture/q̄ est
cibus anime. Item somniorū.i. cōtemplationis: que semꝑ
somniat de futuris: vt quilibȝ dicat. Vidi somniū ꝛc̄. Ideo
de tali domo dicitur Esa.lvj. Dom⁹ mea domus orationis
4 vocabitur. ¶ Castor ꝛ pollux sunt due stelle in signo gemi-
ni. et ꝑm martianū/ in estate quādo noctes sunt breuissime
dū vna istarū nobis oriṫ/alia occidit. Et ideo finxerunt poe
te ꝙ fuerunt duo viri/quorum vn⁹ celos/alius inferos occu
pauit. Sic vere in mundo sunt due stelle/duo viri.i.duo ho
minum genera.s.pauperes ꝛ diuites: sed vere in estate.i. in
feruore finalis iudicij/vnus eleuabitur/ ꝛ alt⁹ cadet: qꝛ pau
peres tunc eleuabūtur in celum/ ꝛ diuites cadēt ꝛ defluent
in infernū: et sic ad litteram vnus celos/alius inferos occu
pabit. Ipse ascēdet: tu aūt descēdes/et eris inferior: dꝛ ma-
lis diuitibus Deuṫ.xxviij.

Capitulum.xiij.de cancro.

1 Cancer est signum aqueum/ femineū/nocturnū/
instabile/dom⁹ lune. dn̄i eius venus/mars ꝛ lu-
na. Et ē dom⁹ patris casarū ꝛ vinearū/ ꝛ omniū
que sunt suꝑ terram. hominem facit rudē ꝛ icō
positum. In isto signo ꝑm albumazar oritur ca-
nicula/stella feruentissima/ ꝛ turbat aerem. Talis est mun
dus: qꝛ vere mobilis ꝛ instabilis est/ ꝛ nunq̄ȝ in eodem sta-
tu permanet/q̄ȝtū ad cōsuetudines suas/que quotidie mu-
tantur/ ꝛ q̄ȝtum etiam ad hoies/qui quotidie moriunṫ ꝛ na
scuntur. Et ideo diciṫ dom⁹ lune: qꝛ luna mutabilis.s.mun
di prosperitas vel fortuna in mundo tātū locum habet. Et
in hoc signo dn̄antur tres planete.i.tria genera vitioꝝ/ scilȝ
ven⁹.i.luxuria/ luna cornuta.i.superbia/mars feruēs.i.aua
ritia: qꝛ oīe quod est in mundo / aut est cōcupiscentia car-
nis/aut cōcupiscentia oculorum/ aut superbia vite.j. Joā.
ij. Stella etiam canicula.i.auari feruore cupiditatis inflā-
mati/in isto signo habitant/qui aerem sibi propinquū. i.pa
triam in qua sunt/turbant ꝑpter suas vsuras/rapinas/vio-
lentias/ ꝛ molestāt: qꝛ sicut diciṫ Prouer.xv. Cōturbat do-
mū suam qui sectaṫ auaritiā. Et ideo bene sequitur ꝙ istd
signum/ scȝ mūdus/ facit hominem rudem ꝛ icōpositum
quo ad deū. Vel dic ꝙ est pctōr mollis/ instabilis ꝛ effemi-
natus: lune.i.icōstantie vel cornute superbie/ veneris.i.lu
xurie/martis.i.iracundie habitaculū atqȝ dom⁹: in quo sol.
.i.christus/ab eo recedendo efficitur retrogradus/ ꝛ in quo
canicula.i.auaritia semper feruet/ que aerem sue ꝯscientie
semper mouet. ꝑs. Circūdederūt me canes multi. ¶ Sol 2
efficitur retrogradus in octauo gradu cancri. Nam quādo
sol est in cācro/tunc incipit versus australes circulos reue-
nire. Et ideo ꝑm Isidorū diciṫ cancer/quod est animal re-
trogradū. Cancer est mūdus: qui semꝑ retrogradiṫ ꝑ vitia
et peccata. Sed pro certo in octauo gradu.i.in tempore cir
cūcisionis/que octauo die fiebat.i.in statu ꝛ populo iudeo-
rum/sol. i. christus factus est retrograd⁹ per incarnationē.
Nā cū iste sol ad nos tantū se appropinquauerit ꝑ suā cha
ritatem ꝛ dilectionem/quousqȝ ad cācrum.i.iudaicū popu-
lum venit per incarnationem/ voluit tamen fieri retrogra-
dus.i. iterum reuerti vnde venerat/ꝑ ascensionem: dicens
Thob.xij. Tempus est vt reuertar ad eū qui me misit. Vel
dic ꝙ tūc fuit sol dei filius retrogradus/quādo in isto octa-
uo signo.i.in populo iudaico ad humanitatem extitit incli
natus. Eccli. xlviij. Retroredijt sol/et addidit vitam regi.
Vel dic ꝙ sol apud iudeos factus est retrograd⁹ / inq̄ȝtum
iste populus a vero fidei lumine/ ꝛ a christo factus est alie-
nus. Hiere. xv. Occidit sol dum adhuc esset dies. Vel dic
ꝙ tunc christus ab hoie fugit et retrograditur/ quando ad
octauum gradum. i. ad transgressionem septenarij virtutū
et sacramentorum venitur.

Capitulum.xiiij.de leone.

Leo est signum igneum/masculinum/diurnum/ 1
fixum: domus solis/ ꝛ illius exaltatio. Prima fa
cies eius saturni/ secunda iouis / tertia martis.
Domus est filiorū/nouorum vestimentorum/li-
brorum ꝛ honorum/ꝑm misaelē. Leo iste signifi
cat bonum principem vel prelatum: qꝛ sicut leo est rex ani-
malium/ sic tales sunt reges ꝛ iudices aliorum. Sed vere
tales debent esse ignei ꝑ seueritatem/ diurni ꝛ clari ꝑ veri-
tatem/masculini per probitatem/fixi per cōstantie firmita
tem/dom⁹ ꝛ habitaculum solis christi per gratiam ꝛ chari
tatem: vel domus solis/iustitie supple/ per equitatem: ꝛ ip
sius exaltatio per sui nominis magnificationē/et per diui-
ne laudis iocunditatem. Unde Esaie.xix. Ciuitas solis vo
cabitur. Et hic debȝ habere tres planetas.i.tres speciales
virtutes/scilȝ saturnū/qui pauperes satiat.i.pietatem. Jo-
uem/ qui de⁹ dicebatur.i.auctoritatem. Martē/q̇ est deus
belli.i.contra aduersa omnia strenuitatem/vel cōtra dysco
los seueritatem. Ista enim tria maxime spectant ad prela
tum vel principem/scȝ ꝙ in ipso sit pietas/auctoritas/ ꝛ stre
nuitas. Iste debet esse domus filiorum: quia omnes filij.i.
omnes subditi sui debēt habere refugium ad eum sicut ad
domum. Nouorum vestimentorum: qꝛ debet habere noui-
tatem virtutum ꝛ morū. Ecclis.ix. Omni tempore sint ve-
stimenta tua candida. Librorum etiam debet esse dom⁹.i.
scientiarum ꝛ discretionis. Sap.vj. Diligite lumen sapien
tie omnes qui preestis populis. Item honorum: quia scilȝ
ille debȝ quēlibet subditum vel alium honorare / promoue
re/officiare ꝛ beneficiare ꝑm meritū suum. j. ad Timot.v.
Qui bene presunt presbyteri: duplici honore digni sunt.

Capitulum.xv.de virgine.

Virgo est signum terreū / femineum / nocturnū/ 1
mediocre: domus mercurij. dn̄i eius venus/lu-
na ꝛ mars. Prima facies eius solis. Secunda
veneris. Tertia mercurij. Pulchros faciṫ oclos
facieq̄ȝ decoram/ ꝛ mitigat voluptatem ꝑm mi-

faelem. Et dicitur domꝰ seruorum ⁊ bestiarū. Justitiam si-
gnificat / et mutationem de loco ad locum. Talis est per
omnia beata virgo: qꝛ ista ē ⁊ fuit terrea per humilitatem/
frigida per castitatē/feminea per pietatem/⁊ nocturna per
sui absconsionem/mediocris per maturā discretionē. Mer-
curius qui statim ad naturā illius cui ꝯiūgitur se inclinat/
significat benignitatem: que vult volūtatem omniū adim-
plere. Fuit igitur in ea mercurius.i.benignitas in affectio-
ne. Uenus que dicit lucifer.i.honestas in cōuersatiōe. Lu-
na alba.i.albedo castitatis. Mars rubeus.i.rubedo chari-
tatis. Et ideo sol.i.christus/ primam eius faciē.i.animā oc-
cupauit/carnē scꝫ assumendo. Abacuck.iij. Sol ⁊ luna ste-
terūt in habitaculo suo. Hec est etiam domus seruoꝝ.i.pec-
catorum: qꝛ vere peccatores q̇ serui sunt corruptiōis.j. Pet.
ij.(quia qui facit peccatū/seruus est peccati. Joā.viij.) qui
etiam dicūtur bestie sine sensu: isti dico habent eam pro re
fugio ⁊ ꝑ domo: qꝛ scꝫ facit eos iustos/ ⁊ mutari de loco ad
locum. i. de peccato ad gratiā/de pena ad gloriā. Et ideo
dicitur ꝙ iustitiam significat et mutationem. Jllos etiā in
quibꝰ dominat.i.qui sunt sibi deuoti/ facit pulchros ⁊ gra-
tiosos/ q̄ꝫtum ad oculos discretionis/⁊ q̄ꝫtum ad faciē con-
uersatiōis: qꝛ fortitudo ⁊ decor i dumētū eiꝰ. Prouer.xxxj.

Capitulum.xvj.de libra.

Libra est signū aqueum/masculinū/diurnū/ista-
bile/domus veneris: dn̄i eius saturnus/mercu-
rius/⁊ iupiter. Domus est vxoris ⁊ nuptiarū/li-
tis ⁊ ꝯtentionis/furti ⁊ rapine/ꝭm misaelē. Per
libram que est instrumentū ponderandi/ intelli
go mūdi diuites ⁊ auaros/qui in librandis pecunijs occu-
pantur. Et etiā alios peccatores/potissime malos iudices
⁊ iniquos/qui alios habent iuste iudicare ⁊ librare. Tales
sunt aquei.i.molles ⁊ debiles ad operandū/masculini.i.po
tentes ad luxuriandū/diurni.i. vigiles ⁊ solliciti ad lucran
dum/⁊ circa mundi negotia laborandū: qꝛ scꝫ vadūt de no-
cte sicut de die ad nūdinas ⁊ mercata. Job.xxvij. Noctem
verterunt in diem. Jnstabiles etiam sunt.i.infirmi ad resi-
stendū: qꝛ scꝫ tentationes ⁊ tribulationes nequeunt sustine
re. Threno.j. Peccatū peccauit hierusalem: ꝓpterea insta
bilis facta est. Jsti etiam sunt domus Ueneris.i.luxurie:
Saturni qui terre preest.i.auaritie: Mercurij vagabilis.i.
vanitatis ⁊ superbie/vel leuitatis ⁊ insolētie: Jouis qui in-
terpretatur inimicus separans.i.inuidie vel iracundie/
odij et iniurie. Nam hodie mūdi diuites in istis vitijs spe-
cialiter abūdāt/ scꝫ in luxuria/auaritia/superbia/incōstan-
tia/odio vel inuidia. Et ideo bene dicit ꝙ isti sunt domus
vxoris ⁊ nuptiarū q̄ꝫtum ad luxuriam/litis et contentionis
q̄ꝫtum ad iracūdiā/furti ⁊ rapine q̄ꝫtū ad auaritiam. Jdeo
istis dicitur Esa.iij. Rapina pauperis in domo vestra. Et
nota quomodo sunt domus litis/ quia scilicet sepe litigant
inuicem propter temporalia. Domus etiā furti: quia bona
circūstantium vicinorū furantur ꝑ fraudes ⁊ vsuras/ ⁊ etiā
quandoqꝫ ꝑ excoriationes ⁊ extorsiones publice rapiunt et
furantur. Jdeo de malis iudicibꝰ dicitur Esaie.j. Princi-
pes eiꝰ infideles/socij furum. Uel dic ꝙ libra est mundus/
vbi homines librantur ⁊ exercentur. qui reuera est instabi-
lis vltra modū/qui pro certo est domus furti ⁊ veneris/ ⁊c.
sicut supra. Jdeo de ista domo dicitur Hiere.vij. Spelun-
ca latronū est domus ista. Uel dic contra malos nūmula-
rios ⁊ alios mercatores/qui pecunias librant: qꝛ vt cōmu
niter isti sunt domꝰ furti: qꝛ scꝫ diuersis fraudibꝰ pecunias
furantur. Uel dic contra malos doctores: qui librant ⁊ pon
derāt verba scripture/ ⁊c. sicut supra. ¶ Quando sol est in
libra/ tunc facit noctes ⁊ dies equos: et ideo dicitur libra:
quia monstrat ponderum equitatem. Sic vere quando iu
dex est in libra iustitie/tunc necessario facit equinoctium.i.
equale iudiciū inter virū ⁊ proximum suū: al's non. Uel dic
ꝙ quando sol.i.christus ascendet signum libre.i. thronū iu-
dicij: vbi facta omniū librabit ⁊ ponderabit: tunc vere eq-
noctiū faciet.i.iudicij equitatē: qꝛ ⁊ noctē et diem.i.pecca-
torem ⁊ iustū ꝭm normam iustitie adequabit: reddens vni-
cuiqꝫ quod suū est: malis penam/iustis gloriā. Malach.ij.
Lex equitatis fuit in ore eius: in pace ⁊ equitate ambula-
uit. Uel dic ꝙ sol est iustus/qui quo ad dies ⁊ noctes.i.quo
ad prospera ⁊ aduersa debet esse equaliter libratus/et non
plus per vnum q̄ꝫ per aliud motus: nec per prospera elatꝰ/
nec per aduersa turbatus.

Capitulum.xvij.de scorpio.

Scorpius est signum aqueū/ frigidū ⁊ siccū ⁊ no-
cturnum/domꝰ martis/⁊ nullius exaltatio. Jn
eo etiam dominātur quattuor planete: scꝫ venꝰ/
mars/luna/ sol/ ꝭm misaelem Tales sunt inui-
di/ qꝛ aquei per mollitiem et imꝑfectionem/ fri-
gidi per indeuotionē/ sicci ꝑ incōpassionem/nocturni ꝑ suo
rum malorum operum occultationem. Domus sunt mar-
tis.i.litis ⁊ contentionis. Et nullꝰ apud eos exaltat: qꝛ scilꝫ
nullum reputāt dignū exaltatione: ⁊ ita sunt inuidi/ ꝙ nul-
lum promouent vel exaltant. Et ideo quattuor planete.i.
quattuor vitia in talibus dominātur/ scꝫ Uenus.i.luxuria.
Mars.i.odium vel iracūdia. Luna mutabilis.i.incōstan-
tia. Sol solus lucens.i.superbia: qꝛ isti volunt soli videri et
apparere. Nūc mādicabo de bonis meis solus. Eccli.xj.
Et isti dicūtur scorpꝰ: qꝛ sicut scorpius est animal veneno-
sum/ qđ facie lambit/ ⁊ cauda pungit: sic isti quando habēt
inuidiam super aliquē/sepe lambūt eum/applaudendo et
adulando in facie.i.in presentia: sed vere a parte retro.i.in
absentia est aculeus fallacie ⁊ detractionis: qꝛ scꝫ quando
est absens / ipsum pungunt ꝑ detractionem ⁊ accusationē
⁊ infamationē. Jdeo istis sic punctis pōt dici illud Ezech.
ij. Jmpij ⁊ subuersores sunt tecū/ ⁊ cū scorpionibꝰ habitas.
¶ Scorpius est regio que ꝭm misaelē/mēbris deseruit ge-
neratiuis/faciem dat paruā/multos capillos/ oculos par-
uos/ crura longa/pedes magnos/et hoiem facit instabilē/
et irascētem. Domus est mortis/timoris/delicti ⁊ laboris/
belli/damni/⁊ calliditatis ⁊ ingenij/ꝭm misaelē. Talis est
mūdus/ qꝛ iste seruit membris.i.personis generatiuis/que
vacant ad cōiugiū/ scꝫ actiuis. Jlli autem in quibus domi
natur/ scꝫ mundani/ q̇ cor ⁊ affectū in eo ponunt: habent fa
ciem conscientie paruā/oculos discretionis paruos/ capil
los diuitiarū multos/crura ⁊ pedes affectionum magnos.
Hoies etiā facit instabiles ⁊ iracundos: ⁊ est domus mor-
tis: quia pro certo in mundo est mors ⁊ anime et corporis.
Est etiam ibi timor labor/delictum/bellū/damnū/callidi
tas ⁊ falsitas: qꝛ vt dicitur Osee.iiij. Adulteriū/furtum/ho
micidiū/inūdauerunt super terram/ ⁊ sanguis sanguinē te
tigit. Et ideo iste bene dicit scorpius: qꝛ scꝫ postq̄ꝫ satis lā-
buerit hominem/applaudendo per prosperitatem: punctu
ram mortis eterne in fine infigit ꝑ damnationem ⁊ aduer-
sitatē. Uel expone de inferno: vbi sunt oīa ista incōmoda.

Capitulum.xviij.de sagittario.

Sagittarius est signum igneū / masculinū/diur-
num/mediocre. Dn̄os habet solem/iouem ⁊ sa-
turnum. Prima facies eiꝰ mercurij: secunda lu-
ne/tertia martis. Jn motu facit delectari: ideo
dicitur domus itineris/fidei/sapientie/magiste-
rij/honoris/astrorū/ diuinationis ⁊ somniorū. Talis debet
esse predicator/⁊ etiam prelatus/ vel quilꝫ ecclesiasticꝰ/vel
perfectꝰ: qui peccatores mūdi reprehendendo arguit et sa-
gittat: qꝛ vere debet esse igneus ꝑ charitatem/masculinus
per probitatem/diurnus ꝑ veritatem/mediocris per matu
ritatem. Domus debet esse solis qui mundum calefacit.i.
charitatis: Jouis qui nulli nocet.i. benignitatis: Saturni
qui oēs satiat.i.pietatis: qꝛ scꝫ charitas/benignitas ⁊ pie-
tas debent in ecclesiasticis abūdare. Unde.j. Pet.iij. Mi-
sericordes/modesti/humiles. Et iste pro certo facit audito
res ⁊ subditos in quos agit/ in motu bonorū operū delecta
ri. Jste dicitur domꝰ itineris: quia iter ostendit ad celum.
Peregrinationis: qꝛ predicādo debet discurrere sicut pere-
grinꝰ. Fidei: qꝛ debet scire fidei sacramenta. Sapientie: qꝛ
debet esse maturꝰ ⁊ sapiēs. Magisterij: qꝛ est aliorū doctor
et magister. Honoris: qꝛ habet officiū honorabile: vel quia
deū debet honorare. Astrorū: quia debet de astris ⁊ celesti-
bus loqui. Diuinationis: qꝛ debet de ignotis ⁊ futuris ifer-
ni tormētis alijs predicare. Somniorū: quia debet ꝑ deuo
tionem de futura gloria somniare. Jdeo paulus dicebat.
Cōstitutus sum ego apl's ⁊ magister gentium.j.ad Timo.
j. Uel dic ꝙ iste est mūdus/ q̇ dicitur sagittarius: qꝛ bonos
sagittat per tribulationes. Et vere iste est domus itineris/
peregrinationis ⁊ laboris: qꝛ sicut.ij.ad Corinth.v. dicit/

Quãdiu sumus in corpore/ peregrinamur a domino. Itẽ diuinationis et somniorũ: quia vere quicquid est in mũdo/ totũ est somnium.i.friuolũ atqꝫ vanũ. Eccli.xxxiiii. Sõnia extollunt iprudentes. Et sicut sol existens in sagittario/ terram grãdinibus/ pluuijs ⁊ niuibus sagittat: sic predicator debet cũ grandine.i.cũ cõminatione tormentoꝝ/ cũ niue.i. cum allectione candoris eternorũ / cũ pluuia.i.cum irrigatione bonorum documentorum impios sagittare. Esa.xlix. Posuit me dñs quasi sagittam electam.

Capitulum.xix.de capricorno.

Capricornus est signum terreũ/ frigidũ/siccum/ instabile/nocturnũ: saturni prima domus. Prima facies eius iouis. Secũda martis. Tertia solis. Dñi eius venus/luna ⁊ mars. Domus est dñij/ regni glorie et iperij/ substãtie furtim sublate ꝺm misaelem. Et dicit̃ capricornꝰ: qꝛ sicut caper libenter petit superiora / ita sol ibi existens incipit iterũ ascẽdere per circulos boreales/ꝺm Isidorum. Charissimi capricornus.i.caper cornutus/significat mũdi superbos ⁊ peccatores(qui more capri sunt fetidi ⁊ imundi) maxime malos diuites ⁊ ambitiosos: qꝛ vere terrei sunt ꝑ auaritiam terrenorum/frigidi per indeuotionem/sicci per incõpassionem/instabiles ꝑ sollicitudinem/nocturni ꝑ ignorantiã. Et saturnus qui est planeta qui nõ iuuat nisi suos/ ꝺm misael.c.iiij et nocet oĩbꝰ alijs.i.alios periclitat / apud eos hospitatur. Prima facies.i.prima etas eorũ ẽ iouis.i.dei: qꝛ in ĩfantia sunt boni. Scda.i.iuuentus/ est martis.i.lucte ⁊ laboris: qꝛ tunc laborãt ad acquirendũ. Sed vltima.i.senectus/est solis: qui est rex planetarũ.i.glorie ⁊ honoris: qꝛ in fine ditant̃ et honorantur: ⁊ ideo dicũtur domus regni/ imperij/ dominij et glorie / et etiam substantie: sed tamen furtim sublate .i.male acquisite: quia scilicet tales per substantias pauperum furtim eis sublatas acquirunt gloriã et honorẽ. Osee viij. Ipsi regnauerunt: sed non ex me. Isti etiam more capri ad superiora. i. ad dignitates ⁊ officia semper ambiunt et ascendunt/ siue sint ecclesiastici siue non. Ideo talibus dicitur Hiere.xlviij. Superbia cordis tui extulit te/ qui habitas in cauernis petre: ⁊ apprehendere niteris altitudinẽ collis. In talibus etiam dominatur venus.i. luxuria: luna cornuta.i.superbia: mars.i.iracũdia/cõtentio ⁊ cõtrouersia Expone si vis contra ambitiosos ⁊ religiosos.

Capitulum.xx.de aquario.

Aquarius est signũ aereũ/ domꝰ saturni: sed nullius exaltatio. Prima facies eius veneris/secũda mercurij/tertia lune. Domꝰ vocat̃ amicitie/ mercati ⁊ fortune/ redditus ⁊ tributi/substantie regis ⁊ militis/ꝺm misaelẽ. Et iste fingitur pincerna fuisse deorũ: ⁊ ideo a dijs in celo collocatꝰ fuisse. Et depingitur tenens vrnam/⁊ eorũ manibus aquã fundens: vt dicit Isidorꝰ. Tales sunt diuites huiꝰ mũdi: qꝛ lz dato ꝙ habeant apud se saturnum.i.diuitiarũ saturitatem/ nullius tamen sunt exaltatio: qꝛ nullũ adiuuãt bonis suis/elemosynas erogando. Job.xx. Cũ satiatus fuerit/arctabit̃. ⁊ Eccl'is.v. Saturitas diuitis non sinit eũ dormire. Pria facies.i.prima etas/ scꝫ infantia/vt cõiter ẽ veneris.i.luxurie Sed secũda est mercurij: qꝛ post efficiũtur mercatores. Et ideo tertia est lune cornute.i.superbie: qꝛ vltimo fiunt diuites ⁊ superbi/⁊ etiam quãdoqꝫ milites. Isti dicũtur domꝰ amicitie: qꝛ diuitie addũt amicos plurimos. Prouer.xviij. Mercati ⁊ fortune: qꝛ isti in mundo sunt fortunati. Redditus ⁊ tributi: qꝛ scꝫ multos redditꝰ acquirũt/⁊ alios tributarios faciũt. Substantie regis: qꝛ scꝫ substantiam regũ ⁊ nobilium ⁊ militũ per vsuram ⁊ fraudẽ diuites acquirunt: sicut patet de burgensibꝰ ⁊ vsurarijs / qui redditꝰ nobiliũ sepissime acquirunt. Unde Job.xxiiij. Agrum nõ suum demetũt. Et isti dicunt̃ aquariꝰ/ quasi aquã fundens: qꝛ vere aquã.i.dona et munera fundũt sup manꝰ deorũ.i. principũ ⁊ baronũ/officialiũ ⁊ ꝑlatorũ/vt scꝫ eoꝝ captent amicitias: et ne ab eis de suis malis operibꝰ ⁊ contractibꝰ puniantur. Et ideo ab eis in celo.i. in altis officijs aliquotiẽs collocãtur. Prouer.xviij. Donum hominis dilatat viam eius/⁊ ante principes spatiũ ei facit. Et sicut aquarius est signũ aereum/fixũ ⁊ masculinũ: sic isti sunt aerei per superbie vanitatem/fixi ꝑ pigritie tepiditatem/masculini ꝑ luxurie feditatem. Uel si vis dic ꝙ aquariꝰ iste significat quosdã dños prelatos/qui scꝫ sunt domꝰ saturni.i.saturitatis: qꝛ scꝫ satis alijs/⁊ maxime suis domesticis dant comedere: verũtamẽ nullius sunt exaltatio: qꝛ vix aut nunqꝫ volunt aliquẽ ꝓmouere. Ideo ipsis familiaribꝰ potest dici illud Prouer.xxiij. Comede ⁊ bibe dicet tibi: ⁊ mens eius non est tecũ. Aquarius fingitur pincerna ⁊c̃.sicut supra. Tales sunt adulatores: qꝛ vere in manibꝰ deorũ.i.coram pricipibꝰ/aquã.i. verba mollia/ adulatoria ⁊ blanda/semper fundunt: ⁊ ideo ab eis collocant̃ in celo ⁊ in eminentia dignitatis: qꝛ cõstat ꝙ multi propter suas adulationes in magnis dignitatibꝰ promouẽtur. Unde.iiij.Reg.iij. Est hic heliseus filius saphat qui fundebat aquam super manus helie. ¶ Nati in cõstellatione aquarij/ sunt gloriãtes ⁊ deuastãtes/pulchri/⁊ vnã habent tibiã altera longiorem/ ꝺm misaelẽ. Aquarius est mũdus/qui aquis deliciarũ ⁊ diuitiarũ est plenus. Qꝛ vere iste facit filios suos gloriantes ⁊ iactantes/ ꝓdigos ⁊ vastantes/pulchros ⁊ rutilantes/ scꝫ per curiositatem. Et cũ nõ habeãt nisi duas tibias/scꝫ fidẽ ⁊ spẽ/ carẽtes tertia/ scꝫ charitate / vnã tamẽ habent altera longiorẽ: qꝛ spes eorum est longior/⁊ ad plura se extendit/ ⁊ maior est qꝫ eorũ fides: qꝛ paucã habent fidem ⁊ informem: spẽ aũt habẽt magnã licet inanem: qꝛ semper de dei misericordia penitentiã sperant. In fine autẽ dicent illud Thobi.viij. Non quẽadmodum sperabamꝰ/euenit nobis. Et illud Job.xl. Spes autẽ eius eum frustrabit̃: ⁊ videntibus cunctis precipitabitur.

Capitulum.xxi.de piscibus.

Pisces est signũ aqueũ/ femineũ/ nocturnũ/ mediocre/frigidũ: possessio veneris/ martis ⁊ lune: et vocatur domꝰ inimici: ⁊ significat laborẽ/lamentationẽ/ tristitiam/susurrationem/ dolum/ maliuolentiam ⁊ carcerem/ꝺm misaelem. Tales sunt peccatores/ et maxime detractores: qꝛ aquei ⁊ feminei ꝑ mollitiem ⁊ debilitatem. Nocturni per velamẽtũ operũ suorum ⁊ falsitatem: qꝛ qui male agit/odit lucẽ. Joã.iij. Frigidi ꝑ indeuotionem. Mediocres ꝑ palliationẽ: qꝛ fingunt se esse pacificos ⁊ medios. Domꝰ sunt veneris.i.luxurie. Martis.i.iracundie. Lune.i.superbie. Domus sunt inimicitie: qꝛ inimici sunt dei ⁊ sctõrũ. Eccl'ij.xi. Altissimꝰ odio habꝫ pctõres. Et isti pro certo pro posse suo significãt alijs ⁊ preparant eis laborem ⁊ lamentationem ⁊c̃.ad litteram/ maxime detractores et ballivi/falsi accusatores ⁊c̃.q̃ alijs procurant carcerem ⁊ dolorẽ. Esa.xlij. Laqueus iuuenum omẽs: et in domibꝰ carcerũ absconditi sunt. Ideo de talibus piscibꝰ loquitur Abacuch.j. Facies hominis sicut pisces maris: ⁊ quasi reptilia non habentia ducem. Et bene dicũtur pisces maris: quoꝝ scꝫ maior deuorat minorẽ.

Capitulum.xxij.de planetis.

Planete omnes cũ moueantur: alter tamen ab altero diuersificat cursum suũ: qꝛ quidã breuiꝰ/ alij tardius cõplent ipm. Et q̃to quis a terra remotior/tanto maiori indiget tempore ad cõplẽdum. Et hoc totũ fit ꝺm quãtitatem circuli/qui vnicuiqꝫ datꝰ est a natura. Sic vere cũ in celo.i.in mundo sint plures planete.i.plures homines/ dato ꝙ omnes moueãtur ⁊ defluant/scꝫ ad mortem per defluxũ vel decursum huius vite: alij tamen complẽt citius cursum suum: ⁊ alij citius alijs moriũtur. Et hoc totũ accidit ꝺm ꝙ deus vnicuiqꝫ propriũ circulũ.i.propriũ vite spatium limitauit. Qꝛ constituisti terminos eius ⁊c̃. Job.xiiij. ¶ Planeta q̃to a terra remotior/tanto maiorem habet circulũ/ et ipsum tardius complet: ⁊ ecõuerso q̃to terre propinquior/tanto velocius complet cursum suum. Sic q̃to homo propinquior ẽ terre.i.deo ꝑ gratiam ⁊ amorem tanto cursum ad eundum in paradisum citius cõplebit: qꝛ scꝫ post mortem minus in purgatorio remanebit. Et ecõuerso/q̃to quis a deo ꝑ peccatũ remotior/tãto cursum istum difficilius et tardius adimplebit: et ꝑ maiorem circuitũ circuibit tribulationẽ penarum: qꝛ dato ꝙ peniteat/magis tamen in purgatorio remanebit. Unde dicit̃.j.ad Corinth.ix. Oẽs quidẽ currunt sed vnus accipit brauiũ.scꝫ citius altero. ¶ Dicit mistalac phũs ꝙ per motũ ⁊ influentiam planetarum regũtur ⁊ disponũtur omnia inferiora in suis cõditionibus. Omnes autem stelle fixe coopant̃ planetis in suis operibus. Et sicut

ferrū adaptaꝶ adamanti/ita omnis creatura adaptaꝶ mo-
tibus planetarū. Sic vere ẜm voluntatem ⁊ influentiā pla-
netarum.i.prelatorum ⁊ superiorū/debent omnia infima.i.
subditi omnes regulari ⁊ disponi/ qꝛ scꝫ omnes teneꝶ ꝑla-
tis suis bonis obedire:et se (sicut est possibile)conformare:
quia sicut dicitur Joanis. viiij. Si filij abrae estis /opera
abrae facite. Cetere aūt stelle.i.reliqui boni qui sunt in ec-
clesia vel cōuentu/debent iuuare planetas.i.prelatos/⁊ ip
sos in suis operibus cōfortare/⁊ se suis motibus et operibꝰ
coaptare/ vt eius facta ⁊ opera ad debitū peruenīāt cōple-
4 mentū.ad Galath.vj. Alter alterius onera portate. ¶ Di-
cit phūs in sta lac.c.iiij. ꝙ ẜm coniunctionem planetarū in
aliquo signo/mutatur tēpꝰ:qꝛ si in pricipio anni plures pla
nete fuerint cōiuncti in figuris aquaticis/significat multi-
tudinē pluuiarū in āno illo:si in aereis/ vētoꝝ: si in igneis/
caloris: si i terreis/frigoris. Sic vere si in aliquo signo.i.in
domo alicuiꝰ principis vel prelati sint congregati.i.cōiun-
cti ⁊ vniti plures planete/stelle erratice.i .plures mali cōsi-
liarij/officiales/vel balliui:ipsi pro certo imutant tempꝰ.i.
patriam:qꝛ ẜm sua mala cōsilia/falsas accusationes ⁊ col-
loquia/principes gubernant hodie terras suas:et sic cau-
sāt in alijs ventū ⁊ pluuiā/estū ⁊ frigus.i.diuersa genera tri
bulationū/scꝫ rapinas ⁊ tallias ⁊ exactiones: qꝛ concordia
malorum multū est nociua patrie/ maxime quādo signum
in quo sunt.i.priceps vel prelatus/est aquaticus ꝑ luxuriā/
aereus per superbiā/terreus ꝑ auaritiam/igneus ꝑ rapinā
Unde Job.xix. Simul venerunt latrones eius/⁊ fecerunt
5 sibiviam per me. ¶ Itē idē ibidē. Scd̄m cōiunctionē pla
netarū in signis/ signorū operatio extenditur vel laxaꝶ/ si-
ue in bono siue in malo. Sic vere ẜm cōiunctionem ⁊ socie
tatem que nobiscū est/ nostre operationes ⁊ virtutes mutā
tur/augentur vel minuūtur: qꝛ ferrum ferro acuiꝶ ⁊c. Pro-
6 uerbi.xxvij. ¶ Inter planetas quidam sunt boni simplici-
ter/scꝫ iupiter ⁊venus:qꝛ tam suos q̄ꝫ non suos semꝑ iuuāt.
Alij autē sunt mali/scꝫ saturnus ⁊ mars: qꝛ dato ꝙ suos iu
uēt/alijs semꝑ nocēt. Alij autem sunt medij/sicut sol/mer
curius/luna:qꝛ suos semper iuuant/non suis: nūc bonum/
nunc malū ingerunt:vt dicit idem. Sic in ecclesia vel reli-
gione sunt multi ⁊ diuersi principes/iudices et prelati/vel
certe diuites ⁊ potētes. Nam quidam sunt simpliciter bo-
ni ⁊ iusti/⁊ isti ꝓ certo sine aliqua acceptiōe personarū oēs
adiuuant ⁊ promouent/quēlibet ẜm meritū suum: qꝛ ⁊ sibi
notos ⁊ nō notos/suos vel nō suos/affines vel nō/ ꝓmouēt
et iuuant/ iustitia mediante:qꝛ ibi nō est distinctio iudei et
greci. Deuter.j. Siue ciuis sit ille/siue peregrinꝰ:nulla erit
distinctio personarum. Item alij sunt simpliciter mali ⁊ ꝑ-
sonarum acceptores:qꝛ vere nō iuuāt aliqualiter nisi suos/
scꝫ notos/familiares/parentes vel cōpatriotas:sicut patet
de mūdanis:q̄ cognatos ⁊ nepotes tantūmodo beneficiāt/
et vix dant aliquid alijs/q̄ꝫq̄ꝫ dignis: imo vere nō suis.i.il-
lis ad quos nō habent affectionem/vel inimicis/ semꝑ no
cent/scilꝫ rapiendo/excoriando/sua/vel etiam personā eoꝝ
vexādo:sicut faciunt mali iudices ⁊ balliui/ q̄ si aliquē ode
rint/q̄ꝫq̄ꝫ sine causa/ omnia mala que possunt sibi faciunt ⁊
imponūt/ẜm illam regulam. Diliges amicū tuū:⁊ odio ha
bebis inimicū tuū. Leui.xix. Item alij sunt mediocres:qꝛ
nec penitus mali/nec penitus boni. Alijs autem nunc bo-
num faciunt/⁊ nūc malum:qꝛ scꝫ per suā iudiciariā potesta
tem alios q̄ńq̄ꝫ grauant/quādoq̄ꝫ nō. Contra quos dr̄. Non
est personarū acceptio apud deū. ad Ro. ij. Uel allega de
adiutorio:qꝛ scꝫ hoīes diuersimode iuuant alios / quidam
omnes/alij tantū suos ⁊c. vt. s̄. Et sicut nullus est plane-
ta tam maliuolus quin saltem iuuet suos: sic nullus est ita
malus quin saltem debeat in necessitate iuuare suos fami
liares/subditos ⁊ parētes.j.ad Timo.v. Qui suorū ⁊ maxi
me domesticorū curam nō habet:fidē negauit:⁊ est infide-
7 li deterior. ¶ Scd̄m astrolog.⁊ etiam ẜm galenū/septē pla
nete mirabiliter cooperātur ad hominis generationem/na
tiuitatem ⁊ egressionem. Nam cōcepto fetu quilibet plane
ta habet ibi per ordinem operationem suam ꝑ vnum men-
sem/ ita ꝙ septimo mense quando fetus recepit influētiam
omniū planetarū/ si nascatur/poterit viuere : sed si distule-
rit vsq̄ꝫ ad octauū mensem/ nō poterit viuere: et hoc qꝛ tūc
incipit iterū super eum influere primꝰ planeta/ scꝫ saturnꝰ/
qui est mortificatiuus/ qui sua frigiditate ⁊ siccitate fetum
debilitat / intātū ꝙ si tunc nascaꝶ/mortem necesse est ꝙ in-
currat/ vel ꝙ habeat pessimas qualitates. Nono autē mē-
se:qꝛ tunc regnat iupiter/erit incolumis si nascatur. Sic ve
re cū multi sint in ecclesia planete.i.ꝑlati/alij boni/alij ma
li:illi tamen fetus. i. subditi/ qui sunt nati sub bono plane-
ta.i.qui habent bonū prelatū: bene formātur ⁊ disponūtur/
et per eorū influentiam/ vitam/doctrinā ⁊ exempla/ vitam
gratie acquirunt . Sed vere illi qui nascūtur sub saturno.i.
qui habent malū prelatum/frigidum ꝑ indeuotionem/ sic-
cum per incōpassionem/sepissime moriūtur:quia per mala
ipsius exempla ⁊ opera/ vita charitatis et gratie spoliātur.
Ideo tali saturno diciꝶ Esa.xiiij. Tu terrā tuā disperdidi-
sti:tu populū tuum occidisti ⁊c. ¶ Planeta moueꝶ duplici
motu/proprio ⁊ improprio. Sed motus suus impropriꝰ/est
ab oriente in occidentem/ motus autem proprius econuer
so/ab occidente in oriētem. Et ille q̄ dicitur impropriꝰ:fit ꝑ
raptū firmamenti / cuius cursum planeta sequiꝶ omni die.
Sic volūtas nostra mouetur dupliciter / scꝫ motu proprio/
quo moueꝶ ad omne appetibile vel delectabile / siue bonū
siue malū. Improprio autem/quo moueꝶ ẜm firmamētū.i.
ẜm volūtatem dei vel ꝑlati/vel etiam ẜm iudiciū rationis.
Sed pro certo motus suus propriꝰ.i. proprie inclinationes
et affectiones ipm ducunt ab occidente in orientē.i.a bono
statu in malū/a gratia in peccatū:quia scꝫ per occidentem
que est regio frigida ⁊ humida/ intelligitur status gratie ⁊
penitentie/vbi frigus diuini timoris/ ⁊ humor lachrymaꝝ
et deuotionis abūdat. Per orientem autem calidū ⁊ siccū
intelligo statū peccati ⁊ mundane prosperitatis/quā calor
auaritie ⁊ siccitas indeuotionis comitatur: qꝛ vere ꝓprius
motus volūtatis est ad mundi prosperitatem ⁊ pctm̄. Gen.
viij. Sēsus ⁊ cogitatio hoīs ad malū ꝓna sunt ab adolescē
tia sua. Sed ꝓ certo iste motus est impropriꝰ quo voluntas
sequitur firmamētum.i. deū/ rationem vel bonum prelatū
scꝫ bene ⁊ iuste volendo ⁊ desiderādo. Iste dico ducit eam
ecōuerso ab oriente in occidentē/ a peccato in gratiā/a ma
lo in bonū/de amore mūdi ad amorē celi. Ideo potest dice
re tale firmamentū illud Prouer.iiij. Ducam te ꝑ semitas
equitatis ⁊c. ¶ Planeta sub celo moueꝶ cōtinue per signa 9
zodiaci/vbi nunc exaltaꝶ/ nūc aūt deprimitur/ nūq̄ꝫ tamen
cadit inferius/nec aliquotiēs tangit terram/nec etiam pe-
nitus tangit celum. Sic homo sub celo est in continuo mo
tu ⁊ mutatione:qꝛ scꝫ nūc tristis/ nūc hilaris/nūc sanꝰ/nūc
infirmus/nūc diues/nunc exaltatus/nunc pauper ⁊ depres
sus:et nunq̄ꝫ in eodē statu ꝑmanet. Job.xiiij. Uel dic ꝙ ho
mo aliquando exaltatur per cōtemplationem/ deprimitur
et descendit ad terram.i.ad terrena ꝑ actionē: verūtamen
nunq̄ꝫ debet inferius cadere ad amorem terrenorū ꝑ aua-
ritiam ⁊ ambitionem. Unde. Lumē vultꝰ mei nō cadebat
in terram . ¶ Triplex est motus in planetis ab astrologis 10
deprehensus:quia planeta aliquando est directus/aliquā-
do stationarius/aliquando retrogradus . Nam quandoq̄ꝫ
directe mouetur ad oriētē/versus finem signi/quandoq̄ꝫ re
trogradatur procedendo cōtrario modo / quandoq̄ꝫ stat in
medio sine motu. Et est sol retrogradatiōis ⁊ statiōis cau-
sa: quia ẜm alphraganū/ radij solares quandoq̄ꝫ alios pla-
netas retropellūt/ et faciunt eos retrogrados:quādoq̄ꝫ eos
attrahunt/ et faciunt eos stationarios. Sic vere charissimi
homo dū est in vita ista/ multimodos habet motus/ actus
pariter ⁊ ꝓcessus. Quia scꝫ quasi flos egreditur: ⁊ fugit ve
lut vmbra. Nam reuera charissimi/ homo quandoq̄ꝫ moue
tur directe ꝑ processum bonorū operū ⁊ virtutū/aliquando
stat:qꝛ nec augetur nec minuitur:⁊ quandoq̄ꝫ retrograditꝰ/
quando scꝫ facit peccatū mortale:qꝛ tūc procedit mō ꝯtra-
rio q̄ꝫ deberet. Iordanis ꝯuersus ē retrorsum. ꝑs.cxiij. Pec
cator enim mō retrocedit per peccatoꝝ ꝯmissionem : sed fi
naliter retrocedet ꝑ eternam damnationē.j. Reg.iiij. Ceci
dit heli retro:⁊ cōfractis ceruicibus expirauit. ¶ Causa re 11
trogradationis planetaꝝ quodāmodo est sol.⁊c.vt.s̄.§.ꝑce
denti . Sic vere dico ꝙ quidam moueꝶ directe ad celū/q̄
statim post mortē euolant. Quidam cadunt ⁊ retrocedunt
statim vsq̄ꝫ in infernū. Alij autem stant ⁊ morantur vsq̄ꝫ ad
tempus in purgatorio vel in mundo. Sol autem.i.deus est
horum causa. Sol eī̄ per radios sue occulte predestinatio-

nis aliquos repellit per reprobationem/ ⁊ sic fiūt retrogradi per damnationem. Alios autem attrahit ꝑ suam gratiā et electionē. Et isti fiunt stationarij per spem eterne beatitudinis ⁊ per adoptionem dominice visiōis. Ideo de damnatis ⁊ reprobis dicitur Geñ. xlix. Mordēs vngulas equi vt cadat ascensor eius retro. Et breuiter/ cuius vult miseretur: ⁊ quē vult indurat: sicut dicit᷑ ad Roma. ix. 12 ¶ Planete sunt stelle istorū inferiorū imutatiue / impetus celestis corporis retardatiue / serenitatis vel tempestatis cōcitatiue/ sterilitatis vel fertilitatis inductiue/ fluxus maris ⁊ refluxꝰ causatiue. Sūt etiā harmonie gñatiue ſꝫm macrobiū/ ⁊ ꝑ solis pñtiā sui luminis occultatiue/ ⁊ a ꝟtute solis imutatiōis receptiue. Talis est ꝑ omnia vir perfectus/ ⁊ maxime bonꝰ prelatus: q̄r inferiores se/ scꝫ vicinos vel subditos imutat de malo in bonū per suam doctrinā ⁊ exempla. Impetū etiā orbis. i. rigorem diuine iustitie ꝑ suas orationes temperat. Sap. xviij. Proferēs hō seruitutis sue scutū orōnē/ ⁊ ꝑ incēsum depcationē allegās/ restitit ire. Fertilitatē virtutū facit sterilitatē vitioꝝ inducit/ serenitatē pacis ⁊ clemētie bonis ꝓcurat/ et tempestatem rigoris ⁊ iustitie in obstinatos concitat/ harmoniam oratiōis vel gratiarū actionis generat/ lumē suaꝝ gratiarum ⁊ meritorum occultat. Seneca. Esto occultator virtutum: sicut alij vitiorum. Et a sole christo īfluētiam gratie ⁊ meritorum recipit ⁊ receptat. Ideo de talibus potest dici Eccli. xliij. Gloria stellarū/ mundum illuminās. ⁊ Eccli. l. Quasi stella matutina in medio nebule.

13 ¶ Planeta q̄̄to altior/ tāto tardius attingit finem circuli sui: et ecōuerso q̄̄to magis in imo/ tāto citius ip̄m attingit. Sic vere q̄̄to quis est altior ꝑ dignitatem secularem/ vel ꝑ superbiam/ tanto vere finē suum. i. deum rarius attingit: q̄r scꝫ sepe accidit ꝙ alti hoīes et nobiles ceteris sunt peiores et difficilius saluantur: quia quod altū est apud homines/ abominabile est apud deū. Luce. xvj. Sed vere aliqui sunt imi/ scꝫ pauperes in infimo statu / qui etiam sunt imi ꝑ humilitatē: ⁊ isti facilius saluantur: ⁊ finē suū/ qui deus est/ cōsequūtur: q̄r scꝫ non habent tot occasiōes delinquendi. Unde Iaco. ij. Pauperes elegit deus in hoc mundo. Uel dic ꝙ illi qui sunt infimi et humiles / citius veniunt ad debitū 14 finem de negotijs suis/ q̄̄ illi q̇ sunt superbi ⁊ elati. ¶ Planete sunt inuicem qualitatū alter alterius receptiui. Nam si vnꝰ planeta circulū alterius ingredit᷑/ statim eū imutat/ vel per aliū immutatur. Unde quando iupiter intrat circulū saturni/ ꝑ iouis beniuolentiam/ saturni malitia tēperat᷑/ vt ait ptolomeꝰ. Sic vere homo per societatem imutatur. Nā ſꝫm qualitatem illoꝝ quibꝰ coniungitur/ et quoꝝ circulos ⁊ domos intrat ⁊ sectatur/ tēperamentū recipit suarum qualitatū: et alios imitādo/ ipsoꝝ faciliter sequit᷑ conditiones. Et ideo bonū est bonam societatem sectari. Nā si iupiter. i. bonus homo saturno maliuolo. i. alicui malo cōiungitur/ ⁊ alter sibi per societatem/ ipsiꝰ peccatoris malitia vel male cōditiones ab alio poterūt temperari: q̄r cum sancto sctūs eris ⁊c. i ps. Uel dic ꝙ bona sua debēt boni sibi iuicē cōmunicare/ ⁊ in spiritualibꝰ ⁊ terrenis alter alteꝝ adiuuare. ad Gala. vj. Alter alteriꝰ onera portate. j. Pet. iiij. Unusquisq̄ꝫ sicut accepit gratiā/ in alterutrū illā administrātes.

Capitulum. xxiij. de saturno.

1 Saturnus a saturādo est vocatus: q̄r saturitatē in mūdo causat. Et ideo ops dicitur vxor eiꝰ. i. opulentia: q̄r saturnꝰ opulentiam temporaliū comitatur/ ſꝫm Isidorū. Sic vere boni ⁊ pij dicuntur saturnus: q̄r scilꝫ alios satiant ꝑ elemosynas bonis suis. Et isti ꝓ certo habent opulentiā in vxorē/ q̄r cōiter viri misericordes sunt opulenti: iuxta illud Luce. vj. Date et dabitur vobis. Et Prouer. iij. Da pauperibꝰ: ⁊ implebū-2 tur horrea tua ⁊c. ¶ Licet saturnus sit a terra remotissimꝰ terre tamen malitie est vicinꝰ: vel ſꝫm aliam litteram/ terre maxime est nociuus. Et est planeta maliuolus ⁊ ponderosus ſꝫm ptolo. et martianū. Sic vere in mundo sunt multi maliuoli peccatores/ qui licet sint a terra. i. a terrenis diuitijs remotissimi ꝑ paupertatem/ vel per exigentiam sui status/ sicut sunt religiosi mēdicantes: terrene tamen malitie. i. terrenoꝝ cautelis ⁊ fallacijs sunt cōiuncti/ et in terrenis diuitijs ꝑ affectū et desideriū implicati. Uel dic ꝙ saturnꝰ est iustus/ qui q̄̄to plus appropinquat celo/ vitam celestem ducendo / tanto magis est terre nociuus/ terrenos et terrestria contemnēdo. ¶ Saturnꝰ planeta maliuolꝰ magis no-3 cet retrogradiendo q̄̄ directe procedendo/ ſꝫm ptolo. Sic vere maliuoli ⁊ inuidi detractores/ magis alijs nocent retro q̄̄ ante: q̄r scꝫ dum retrogradiūtur. i. dū sunt retro in absentia/ tunc ꝑ infamias ⁊ falsas accusationes alios ledūt/ quod tamen directe procedendo. i. ante ⁊ in presentia facere non auderent. Uel dic ꝙ quandoq̄ꝫ vir iustus plus nocet se subtrahendo/ q̄̄ ꝓficit apparendo. Exemplum de helia: qui plus nocuit acab ⁊ eius populo in absentia q̄̄ profuit ī presentia. iij. Reg. xvij. ¶ Saturnus est a terra remotissi-4 mus/ ⁊ tamen terre mirabiliter est nociuus. Sic boni a terrenis per cōtemptū sunt elongati/ terre tamen. i. terrena diligētibus sunt contrarij. Eccli. xxxiij. Contra bonum malum est. ¶ Saturnꝰ est planeta maliuolus/ frigidus/ siccꝰ/ 5 nocturnꝰ/ ponderosus/ pallidus/ retrogradus/ a terra remotissimus. Et depingit᷑ in fabulis quidā senex tristris/ tenēs falcem: et fingitur a filio suo fuisse castratus: cuius virilia ī mare proiecta venerem creauerunt/ ſꝫm Isidorū. Talis est peccator ⁊ maxime diues: q̄r vere isti sunt maliuoli/ frigidi/ per indeuotionem/ sicci per incōpassionem/ nocturni ꝑ peccatorum suorū occultationem/ ponderosi ⁊ ad terrena inclinati per auaritiam ⁊ ambitionē/ pallidi per defectus caloris charitatis ostensionem / retrogradi per obstinationē/ a terra. i. a cōsideratione mortis remotissimi ꝑ mētalem excecationē. Isti sunt senes. i. in malis cōsuetudinibꝰ antiquati/ tristes a spirituali letitia denudati/ tenentes falcem. i. in falsitatis operibus occupati. Senuit isaac: ⁊ caligauerunt oculi eiꝰ. Geñ. xxvij. Si q̄ras q̄re sunt tristes: q̄r ꝟe sepe accidit ꝙ filij coꝝ. i. subditi vel cōsanguinei vel vxores vel filij castrāt diuitias suas/ furādo ⁊ subtrahēdo/ ita ꝙ gñat᷑ inde venꝰ. i. luxuria. Q̄r ſꝫm Ecclīasti. xiiij. Et in bonis eiꝰ/ aliꝰ luxuriabit᷑. Itē si queras cur depingit᷑ cū falce/ q̄r ꝟe sicut falx retrogradiendo rūpit herbam / ita saturnꝰ quando est retrogradus/ magis nocet q̄̄ quādo directe procedit. Sic vere isti per retrogradationē suam/ ꝑ ꝯtractus falsos quos faciunt retro. i. nō in presentia alioꝝ/ sed priuatim in cameris/ magis nocent vicinis suis/ q̄̄ quādo directe. i. aperte ꝓcedūt: q̄r scꝫ tunc obligāt sibi paupes/ ⁊ palliāt vsuras suas: directe ꝟo. i. publice nō auderēt facere quouis modo. vnde Hiere. vij. Facti sunt retrorsum ⁊ nō ante. De istis autē vide diffusius lib. xv. ca. j. §. de saturno. Uel si vis dic in bono ꝙ saturnus significat bonos senes/ q̇ scilꝫ debēt esse graues et ponderosi ꝑ actus ⁊ incessus maturitatem/ pallidi ꝑ meditationis sagacitatem/ frigidi ꝑ castitatē/ sicci ꝑ abstinentie macerationem/ nocturni ꝑ vigiliarū frequentationem/ a terra remotissimi per terrenorū contemptum ⁊ abominationem/ a filijs. i. a pauperibus debēt castrari diuitijs suis ꝑ elemosynarum distributionem/ ⁊ falcē iustitie debent habere ꝑ seueram malorum punitionem. Apoc. xiiij. Aliꝰ angelus exiuit de templo quod est in celo: habēs falcem acu-6 tam. ¶ Scđm ptolo. Subiecti saturno sunt cōmuniter iniqua operantes/ pigri/ graues/ tristes/ turpes/ rhagadas. i. fissuras in calcaneis patiētes/ vestimēta fetida non horrētes/ aīalia fetida diligentes. Tales sunt auari: q̇ saturno. i. mūdane saturitati ⁊ ꝓspitati sunt subiecti: q̄r isti sunt īiqua operātes ꝑ pauperū exheredationem/ pigri ad bonam operationem. Sed ⁊ pedes eorū pigri sunt ad ambulādū. Sapien. xv. Tristes sunt per sollicitudinē. Graues ⁊ ad terrā inclinati ꝑ auaritiam. Turpes ꝑ malā cōuersationē. Et in calcaneo. i. in fine vite sue fissuras patiuntur. i. eternam dānationem. Fetida autem vestimēta. i. bona temporalia nō horrēt: īmo diligunt ꝑ auaritiā. Animalia etiā immūda. i. malas mulieres diligunt ꝑ luxuriam. Ideo Esa. lxvj. Aīa eorū in abominationibꝰ suis delectata est. ¶ Scđm ptolo. 7 sub saturno sunt capricornus et aquarius/ ⁊ sunt domꝰ eiꝰ/ et regnat in libra: sed in ariete perdit regnū: ⁊ significat tristitiā ⁊ merorem. Saturnꝰ maliuolus est diabolꝰ malitiosus: q̄r vere domꝰ eius est capricornꝰ. i. alta petens/ scilicet ābitiosi: ⁊ aquariꝰ. i. molles ⁊ luxuriosi. Et regnat i libra. i. in mercatoribꝰ per auaritiā. Sed vere in illis qui sunt aries. i. mites ⁊ benigni/ vellere meritorum vallati/ deficit sibi regnum: q̄r isti dicūt. Nolumus hunc regnare sup nos. Luce xix. Sed ipse rex est suꝑ oēs filios supbie. Iob. xlj. Et iste ꝑ

certo suis filijs.i.peccatorib⁹ finaliter significabit tristitiā
8 ⁊ merorem.i.mortem eternam.¶ Scđm ptolo.Saturnus
significat tristitiam ⁊ merorem. Et ideo depingitur tristis.
Sic vere charissimi Saturnus.i.mundi saturitas ⁊ ꝓspe-
ritas in suis possessorib⁹ significat eternam tristitiā ⁊ mero
rem/temporalem scʒ ⁊ eternam.Quia vere illi qui mūda-
na ꝓsperitate letantur/ ⁊ nūc ⁊ in futuro per tribulationes
varias contristantur. Quia vere ſm ambrosiū/ Cōtinuus
successus tēporaliū eterne dānationis est indiciū.Subiecti
autem saturno ⁊c̄.sicut supra in.§.vj.¶ Licet saturnus sit
plūbeus/pallidus/⁊ maliuolus:tamen quādo intrat circu-
lum iouis planete beniuoli/ sua malitia temperat̄/⁊ argen
teus ⁊ cādidus efficit̄: vt dicit ptolo. Sic dato ꝙ homo sit
plūbeus ꝑ maculantem luxurie infectionem / liuid⁹ ꝑ ma-
lam vitam ⁊ cōuersationē:quando tamen sectatur cōsortiū
iouis.i.alicui⁹ bone persone/ efficitur candidus per castita
tem/clarus ꝑ honestatem/⁊ ꝓ malitia acquirit vite ⁊ morꝫ
bonitatem.Saturn⁹ per triginta menses moratur in quoli
bet signo/et triginta annis complet in zodiaco cursum suū
Sic vir iustus propter latitudinem circuli mentis sue/diu
debet morari in quolibet rerū signo.i.in cōsideratiōe cuiuſ-
libet creature/vt sic in numero tricenario/qui cōstat ex ter
nario decies ducto.i.in fide sancte trinitatis quo ad terna-
rium/⁊ in perfectione decem mādatorum quo ad denariū/
ꝯpleat cursum vite:dicēs illđ apl'i.ij.ad Timo.Cursum cō
summaui:fidē seruaui.

Capitulū.xxiiij.de ioue.

1 IUpiter est planeta beniuol⁹ / masculinus/diur-
nus/temperatus/calidus ⁊ humidus/ in colore
argenteus ⁊ clarus/saturni cui cōiungitur mali
tiam reprimens ſm ptolo. Jupiter facit hoiem
pulchrum ⁊ coloratū. Et ideo in ioue causam fe
licitatis antiqui posuerūt. Et ipsum patrē ⁊ summū deorū
omniū vocauerūt.Sub ipo sagittari⁹ ⁊ piscis sunt.Regnat
in cancro:sed in capricorno regnū perdit. Et sub ipso conti
nentur honor ⁊ diuitie/sapiētia ⁊ ratio/ſm ptolo.Talis est
vir perfect⁹: qꝛ masculin⁹ per probitatē / beniuolus ꝑ miti-
tatem/diurn⁹ per veritatē/temperatus ꝑ maturitatem/ca
lidus ꝑ charitatem/ humidus ꝑ pietatem/ colore clarus ꝑ
honestatem.Et quando saturno.i.peccatori est associatus/
ei⁹ malitiā reprimit per vite ⁊ doctrine sue sanctitatē. Qđ
maxime facit prelat⁹ respectu subditi dyscoli atꝙ mali.Et
ideo talis potest dici causa felicitatis: qꝛ bonus prelat⁹ est
felicitas ⁊ ꝓsperitas ecclesie ⁊ patrie/⁊ subditis vniuersis.
2 Prouer.xxix.Rex iustus erigit terrā.¶ Jupiter est summ⁹
deorū ⁊c̄.sicut.s̄. Hic est christ⁹/qui ꝓpter suam bonitatē/
saturni.i.humani generis malitiā temperauit/ quando ip-
sum ꝑ incarnatiōis sue cōsortium reparauit.Jste facit ho-
minem/scʒ quem diligit/ pulchrum ⁊ coloratū ꝑ gratias et
virtutes.Et sub ipso cōtinetur/⁊ ab ipso acquiritur honor ⁊
diuitie paradisi/ratio/sapientia ⁊ veritas:quoniā ipse sapiē
tie dux est:⁊ sapientiū emēdator.Sapieñ.vij.Et ideo felici
tatis eterne causa non īmerito debet dici.Sub isto sunt sa-
gittarius.i.quilibet vir iust⁹ ⁊ rigorosus/qui alios sagittat/
arguit ⁊ castigat.Jtem piscis.i.quilibet vir mitis ⁊ deuot⁹
vel studiosus/q̇ aquas sacre scripture vel deuotionis secta
tur ⁊ deambulat.Regnat in cancro retrogradiendo.i.in il-
lo qui retroacta vitia recordat̄. Sed regnū suum deficit in
capricorno fetido.i. in illo qui in actib⁹ luxurie fetidis occu
patur.Ecce in iustitia regnabit rex.Esaie.xxxij.¶ Jupiter
3 in omni signo significat bonū preterꝗ in vltimo/vbi signifi
cat tristitiam/ seruitutē ⁊ paupertatē ex parte quadrupedū
et ex parte familie/ſm Martianū ⁊ ptolo. Sic licet christ⁹
in omni signo.i. in omni etate ⁊ tempore significet bonum/
in tantū ꝙ semꝑ apud eum misericordia reperitur : in vlti-
mo tamē signo.i. in finali tēpore/ scʒ in iudicio significabit
et causabit quadrupedibus ⁊ seruis.i.peccatorib⁹ bestiali-
bus ⁊ peccatorum seruituti subiugatis/ tristitiā ⁊ seruitutē
et paupertatem eternam:quia ipsos tunc rigide ⁊ iuste cō-
demnabit: quia zelus et furor viri non parcet in die vindi-
cte ⁊c̄.Prouerbioꝝ.vj.

Capl'm.xxv.de marte.

1 MArs/deus belli a gentibus putabatur.Est enī
planeta feruens ⁊ siccus/ masculinus ⁊ noctur
nus/maliuol⁹.Sub marte sunt scorpi⁹ ⁊ aries/
⁊ sunt dom⁹ eius.Regnat in capricorno:sed in
tauro est discessus regni. Sub ipso continetur preliū/car
cer/ inimicus. Et significat iram/celeritatem et furorem.
Et est rubeus/falsidicus ⁊ dolosus scđm ptolomeum. Ta
les sunt mali ⁊ tyranni/ mūdi principes ⁊ magnates/q̄ di-
cuntur dij bellorū: quia ꝑ eos bella ⁊ guerre vel prelia con
citant̄. Sunt enim calidi ꝑ feruentem crudelitatem/ sicci
sine humore pietatis/masculini ꝑ luxurie feditatē/ noctur-
ni ꝑ ignorantie cecitatem/ maliuoli ꝑ malitie prauitatem.
Jsti sub se habent duo signa.i.duo genera subditoꝝ.Qui-
dam dicunt̄ scorpius.Jsti sunt officiales ⁊ balliui/qui mo-
re scorpionis alios inuenenāt/ ꝑ falsas accusationes et de-
tractiones:et eos pungunt ꝑ rapinas ⁊ excoriationes.Alij
dicunt̄ aries/qui est dux gregis. Jsti sunt consiliarij/causi
dici ⁊ iudices/vellere diuitiaꝝ pre ceteris induti. Et ideo
bene dicit̄ ꝙ sub eis est prelium/scʒ inter se inuicem/vel cō
tra subditos rapiendo violenter. Carcer:qꝛ scʒ multos iu-
ste incarcerāt. Jnimicus:qꝛ facillime fiunt alijs inimici:⁊
difficiliter amici.Et hoc:qꝛ isti faciliter habent iram et fu-
rorem/quando scʒ ab alio cōcitantur: ꝯtra illud Jacobi.j.
Et tardus ad iram. Jsti etiam sunt rubei ꝑ crudelitatem/
dolosi ꝑ falsitatem/falsidici ꝑ mendacium vel mendacita-
tem:licet dicatur Prouer.xvij. Non decet pricipem labiū
mentiens.¶ Mars facit hominem longum ⁊ altum in iu- 2
uentute:sʒ in senectute disponit ad curuitatē/⁊ hoc ratione
caloris cōsumentis/⁊ siccitatis cōtrahentis.Sic sunt mul
ti qui in iuuentute.i.in vita ista/in qua non est nisi inceptio
vite ⁊ durationis/sunt alti ꝑ superbiam ⁊ elati. Et isti sunt
filij martis diaboli/ qui eos mouet ꝑ superbiam et extollit.
Sed vere in senectute.i.in tempore mortis tūc incuruabū-
tur ⁊ inclinabuntur/scilʒ inferius in infernum.Quia mars
diabolus illos quos nūc eleuat/ tunc deprimet. Quia qui
se exaltat/humiliabitur Matthei.xxiij.¶ Mars est plane 3
ta maliuolus:qui disponit ad animositatem/et ad appeti-
tum vindicte/ ⁊ ad animi mobilitatem. Jdeo deus bello-
rum dicit̄:qꝛ scʒ bella facit ſm Jsidorum.Regnat in capri
corno:sed in tauro perdit regnum suum/ſm ptolo. Sic ira
cundia facit hominem stulte audacem/⁊ vindictam appe
tere/⁊ animo per diuersa proposita volitare.Et ideo bello-
rum dicitur deus/qꝛ scʒ solet bella ⁊ cōtētiones / lites atꝙ
discordias generare.Et ista regnat in capricorno.i.in mun
di peccatoribus/ ⁊ maxime in mūdi potentibus ⁊ ambitio
sis/qui more capri ad alta cōscendunt. Sed vere in tauro
.i.in viris bonis ⁊ maturis/qui more tauri terram.i.corpus
proprium colūt/est discessus regni sui: qꝛ sicut dicit̄ Eccli.
xxviij.Secundum virtutem hominis/iracundia illius est.
¶ Mars est ceteris planetis ardentior / et rubicundior et 4
siccior. Jste calori dn̄atur/ et disponit ad audaciam. Sic
vere vir bonus dʒ esse ardēs ꝑ charitatē/rubicūd⁹ ⁊ rutilās
ꝑ honestatem/alios animans ad bonum ⁊ ad virtutem/et
cholerice cōplexioni.i.motib⁹ iracūdie ꝑdominans. Jdeo
de talibus dicitur Joan.v. Jpse erat lucerna ardens ⁊ lu-
cens.Et Prouerbio.xv. Melior est patiens viro forti:et q̄
dominatur animo suo/expugnatore vrbium.

Capitulum.xxvj.de venere.

1 VEnus idem est qđ lucifer/ planeta beniuol⁹:fe-
mineus/nocturnus/semꝑ comitatur solem/vel
precedēdo/⁊ tūc dicit̄ lucifer: vel subsequendo/
⁊ tūc dicit̄ hesperus.Hic ceteris gaudenti⁹ ful-
get/et ideo dicit̄ iubar propter radiositatē.Diē
et solis ortū immediate annunciat ⁊ precedit.Hic excedit
zodiacum in duab⁹ partibus/ſm Bedam.Hic facit suos/
cantores/musicoꝝ amatores/pigmētarios ⁊ aurifices/ſm
ptolo.Talis est beata virgo:qꝛ fuit feminea ꝑ pietatem/be
niuola ꝑ benignitatem/nocturna ⁊ occulta ꝑ humilitatem
radians ꝑ honestatem/solem.i. christū semꝑ concomitans
per incarnati societatem/ipm precedens ꝑ maternitatem/
ipm sequens ꝑ filialem virginitatem / ⁊ etiam qꝛ post ipm
remansit in mundo.Jsta etiā zodiacum.i. conditiones no-
stre nature excessit in duobus/scʒ in hoc ꝙ virgo peperit/et
in hoc ꝙ creatura creatorem portauit. Vel in hoc ꝙ inuio-
lata ꝑmāsit/⁊ in hoc ꝙ supꝑ āgelos ascendit.Jdeo de ea po
test dici illud Esa.xiiij. Lucifer mane oriebaris/ et dixisti
Ascendā in celū:super astra exaltabo solium:similis ero al
tissimo.Jsta etiā facit suos ⁊ sibi deuotos/cantores ꝑ gra-

tiarum actionem/pigmentarios per future cõsolationis cõtemplationẽ. Uel si vis expone de viro perfecto: qui in duabus sui partibus / scꝫ q̃ntum ad effectum ⁊ intellectum/ zodiacum.i.ambitum humane nature excedit / inq̃ntum scilꝫ ad cognoscendum ⁊ meditandum super celestia eleuat intellectum: et ad diligẽdum inuisibilia dilatat affectum.ij. ad Corinth.v. Siue mẽte excedimꝰ/siue sobrij sumus/charitas christi vrget nos. Iste etiam solem iustitie christum semper per gratiam comitat̃.ad Rom.viij. Quis nos separabit a charitate christi? Ipsumq̃ quandoq̃ precedit desiderando/quandoq̃ sequit̃ imitando. Matthei.viij. Magister/sequar te quocũq̃ ieris. Uel etiam solem christum precedit ⁊ annũciat predicando/ ipsumq̃ sequitur obediendo Iste ergo dicit̃ pre ceteris gaudentius fulgere/q̃tũ ad vultus hilarem trãquillitatem. Act.vj. Intuebantur vultum eius tanq̃ vultũ angeli stantis inter illos. Alios cantores facit vel efficit per diuine laudis quã in eis excitat iocunditatem. Candidus est per castitatem. Fulgens per scientie luminositatem. Femineus per pietatem. Nocturnus ꝑ humilitatẽ. Et sic merito dicitur iubar seu lucifer propter exẽplaris cõuersationis radiositatem. Iste est ergo lucifer de quo Job.xxxviij. Nunq̇d producis luciferũ in tẽpore suo/⁊ vesperum super fines terre oriri facis? Et sicut venus in tribus semitonis soli dicit̃ occurrere: sic viri iusti soli iustitie christo in tribus virtutibus theologicis/vel in tribus penitentie partibus/vel in tribus religionis votis/ contra tres hostes anime/mũdũ scꝫ/carnem ⁊ demonia noscunt̃ spũaliter obuiare. Eccli.xxv. In tribꝰ beneplacitum est spiritui meo.

2 Scdm Ptolo. sub venere sunt libra ⁊ taurus: ⁊ sunt domus eiꝰ. Regnat in piscibus: sed in virgine regnũ perdit Sic vere libra.i. diuites qui pecunias librant/tauri.i.potẽtes q̇ terram gubernãt/sunt sub venere: q꞉ veneri et luxurie famulant̃. In piscibus ⁊ in deliciosis regnant: sed vere in virgine/maria scꝫ/⁊ etiam in alijs virginibꝰ/perdũt regnũ suum: q꞉ luxuria nũq̃ habuit in beata virgine aliquã potestatem: iuxta illud ad Rom.vj. Non regnet peccatũ in vestro mortali corpore/vt obediatis cõcupiscentijs eius.

Capitulum.xxvij.de mercurio.

1 Mercurius est planeta tẽperatꝰ/nocturnus/modo masculinꝰ/modo feminꝰ/ cito enim se vertit ad naturam illiꝰ cui cõiungitur/et cũ bonis bonus/cũ malis malus efficitur: sicut dicit misael. Sic vere sunt multi nocturni.i.ignorãtes et imꝑfecti/qui habent animũ ita leuem/ ⁊ propositum ita instabile/ꝙ nunc sunt masculini/nunc feminei.i.nunc boni nunc mali. Nam ad naturam illorum quibus cõiungũtur per societatẽ/ facillime cõuertũtur/vt si sint boni/ boni fiãt et econuerso: quia statim per aliorũ verba ⁊ exẽpla de vno proposito ad aliud se ꝯuertunt/⁊ mutant̃. Iuxta illud. Qui cito credit/ leuis est corde. Eccli.xix. Uel dic ꝙ mercuriꝰ ẽ verus obediens/ qui ſm voluntatem illius cui cõiungit̃.s. prelati sui/suas mutat ⁊ regulat voluntates. Sapiẽtie.xvj. Uniuscuiusq̃ voluntati deseruiens/ad qđ quis volebat cõuertebat̃. Uel dic ꝙ talis est prelatꝰ: q꞉ scilꝫ iste ſm ꝙ inuenit subditos dispositos/malos scilicꝫ vel bonos: vel mediocres vel medios/ſm hoc ipse debet cum eis agere/⁊ se eis bonũ.i. beneficũ ⁊ benignũ/ vel malũ.i.rigidũ ⁊ seuerũ prebere.

2 j.ad Corinth.ix. Omnibꝰ omnia factus sum. Mercurius a poetis deꝰ eloquentie dictꝰ fuit ⁊ sapiẽtie ſm Isidorũ: q꞉ scdm Ptolo. facit hoiem studiosum/ eloquentem/ calculatorem ⁊ cõputatorẽ. Talis debet esse prelatꝰ vel p̄dicator: q꞉ vere ipse debet habere sapientiã in regendo/eloquẽtiam in p̄dicando/ ⁊ virtutes ⁊ merita subditorũ debet equaliter numerare. Act.xiiij. Uocabant Paulũ mercuriũ eo ꝙ esset dux verbi. Uel dic ꝙ bonꝰ prelatꝰ facit homines studiosos/inq̃tũ vult ⁊ laborat ꝙ subditos habeat scientia et eloquẽtia luminosos.

3 Mercuriꝰ semper est cũ sole vno signo ante/vel vno signo post. Quãdo solẽ preuenit/radijs solaribꝰ stationarius efficit̃ si ei sit propinquꝰ/quando autẽ eũ sequitur/tunc videt̃ esse retrogradꝰ. Sic boni semꝑ sunt cum sole christo ꝑ gratiam ⁊ charitatem/⁊ sic fiũt quãdoq̃ stationarij ꝑ firmitatem ⁊ fortitudinẽ/ quãdoq̃ retrogradi ꝑ retroacte vite sue cõsiderationẽ. Iordanis conuersus est retrorsum. Uel dic ꝙ sol lucens est mũdi ꝓsperitas/q̇ oculos intellectꝰ stupefacit. Homo igit̃ oportet istam vt comitetur dũ est in ista vita: sed si ipsam preueniat/ ⁊ eam contẽnẽdo post se derelinquat/tũc efficit̃ stationarius: q꞉ scꝫ ipse cõtra tẽtationes ⁊ tribulationes stat firmiter/⁊ resistit. Sꝫ vere quãdo eam sequitur / scilꝫ eam amando/ ⁊ eiꝰ negotia tractãdo: tũc oportet ꝙ sit retrogradꝰ ꝑ peccatũ: q꞉ scꝫ opꝫ ꝙ fiat mercator/aduocatꝰ/ auarꝰ / ⁊ sic ꝑ diuersa pctã a recto itinere retrocedit. Unde.j.ad Timo.v. Multi abierũt retro post sathanã. Uel dic ꝙ quidam sunt q̇ ante solis occasum lucent: ⁊ isti sunt illi q̇ nunq̃ peccauerunt. Et alij q̇ post occasum splendent: ⁊ hi sunt qui post peccatum ad penitentiam redierunt. Sicut autem mercurius nunq̃ vltra triginta gradꝰ a sole recedit/sic nec iustꝰ trigenariũ/qui cõstat ex denario ter ducto.i. denariũ mandatorũ et ternariũ fidei trinitatꝭ dimittit.

4 Mercuriꝰ habet sub se geminos et virginem/⁊ regnat in virgine/sed in piscibꝰ regnum perdit. Et sub isto cõtinetur fortunium ⁊ negociatio/⁊ significat rationẽ ⁊ sapientiam ſm ptolo. Sic christꝰ habet sub se illos qui dicuntur gemini.i. qui habent geminam charitatẽ: ⁊ virginẽ.i.eos q̇ seruant corde ⁊ corꝑe ꝟginitatẽ atq̃ castitatem. In talibꝰ enim regnat christus: sed vere in piscibus.i.in illis qui in aquis deliciaꝝ iugiter cõmorant̃/ perdit regnũ suum: q꞉ diabolus regnat in talibus et nõ christꝰ Habent enim suꝑ se regem: cui nomẽ exterminans. Apoc. ix. Et sicut mercuriꝰ est planeta cum bonis bonꝰ/cum malis malus: sic deus quando inuenit homines bonos / ipsum similiter inueniunt bonũ/ beneficia sua largiendo: sed vere si mali fuerint/ sic ⁊ ille simil'r malꝰ erit eis/ scꝫ q̃tum ad malitiam pene: q꞉ malũ pene eterne eis inferet: iuxta illud Amos.iij. Nõ est malum in ciuitate qđ non faciat dominus.

5 Mercuriꝰ rarissime videtur: quia vt cõmuniter semꝑ sub solis radijs occultat̃. Sic vere prelatus non debet se nimis ostendere/ et coram alijs publicare: q꞉ nimia familiaritas parit contemptũ. Sed vel studendo vel orando se a mũdi strepitu occultare. Abscondã faciem meã ab eis/⁊ considerabo nouissima eoꝝ. Deutero.xxxij. Uel expone de religiosis vel viris ꝑfectis/qui infra claustra sua continue esse debent absconditi/⁊ raro exterius propalari.

Capitulum.xxviij.de sole.

1 Sol scdm Isidorum dicitur quasi solus lucens/ eo ꝙ sit fons totiꝰ luminis. Et est planeta fortunatus/tamen quandoq̃ per coniũctionem mali planete fit malꝰ. Sic vere licet homo sit lucidissimus ꝑ honestatem et bona exempla / dato etiam ꝙ sit bonus/fortunatꝰ et virtuosus/quandoq̃ tamen accidit ꝙ ipse coniungit̃ alicui malo planete.i. ꝙ ipse sectatur societatem alicuius male persone / ⁊ tũc efficitur malꝰ per eius malam vitam/exempla ⁊ verba/que sequit̃. Ideo bene docetur Prouerbiorũ.xxiiij. Cum stulto ne abieris.

2 Sol omnibꝰ celi luminaribus maior est q̃titate / dignitate/potestate/effectuum multitudine/ claritate(quia scilꝫ magis est calcati luminis) motꝰ vniformitate: quia semper directe mouet̃/⁊ nunq̃ excedit terminos zodiaci/ nec vnq̃ fit retrogradus luminositate: quia scilicet omnia inferiora ⁊ superiora illuminat ⁊ illustrat: vt dicit mesalach. Sic vere charissimi debet esse de prelato/q̇ debet esse subditis maior q̃titate meritorũ/dignitate/potestate/⁊ multitudine bonorum opeꝝ/scientie claritate/motꝰ.i. oꝑationis vniformitate ⁊ maturitate. Nũq̃ eñ debet exire terminos zodiaci/.i.fidei ꝑ peccatum/vel etiam iustitie ꝑ acceptionem personarum: sed semꝑ in medio incedere ꝑ iustitie eq̇tatẽ. Esai. xxx. Hec ẽ via: ambulate in ea/ nõ declinetis ex ea ad dexterã vel ad sinistrã. Sed vniformiter ⁊ mature in suis actibus debet ꝓcedere/nec aliquo modo debꝫ a via rectitudis ⁊ iustitie fieri retrogradꝰ/nec ꝑ peccatũ vel acceptionẽ munerũ a veritatis lumine eclipsari. Esa.lx. Non occidet vltra sol tuꝰ. Sed subditos suos dꝫ illustrare scientia/siue doctrina/pariter ⁊ exẽplo. Eccli.xlij. Sol illuminans ꝑ oĩa respexit. q꞉ lux subditorũ debet ab eo emanare. Et sicut sol mouet̃ contra firmamentũ/vt ipm̃ tẽperet/sic prelatꝰ se dꝫ opponere ꝑ oratiões cõtra motũ diuine iustitie/ vt ꝑ eũ tẽperet̃/Exemplo aaron: Numeri.xviij. de quo dicit̃ Sapieñ. xviij. Proferens seruitutis sue scutũ orationem et allegans restitit ire.

3 Scdm Ambro. in hexameron: Sol est oculꝰ

mundi/iocunditas diei/pulchritudo celi/mēsura tempoꝝ/ virtus ⁊ vigor omniū nascentium / decor ⁊ perfectio stellarum/rex ⁊ dominus planetarum. Et ſm Martianum: Sol est principium lucis/rex nature/mens mundi/fulgor olympi/moderator firmamenti. Talis est deus/ quia oculus et director est mundi: pulchritudo celi.i.ecclesie: mēsura tēporum: quia scilicet immensus est/omnia mensurans/virtus et vigor est omniū/decor stellarū.i.sanctorū/fons lucis/ scilicet sapientie: firmamēti.i.rex omnium per occultam puidētiam moderator. Rex est etiam ⁊ dominus planetarū.i. sanctorum ⁊ etiam errantium peccatorum. Et sicut sol per xij.signa incedens lumē prestat omnibus spheris/ ſm Platonem: sic christus dū fuit inter duodecim apostolos/ omnes alios illustrauit/scilicet lumine sapientie vel grē. Ois enim sanctorum lux/gratia vel sapiētia/ a christo principaliter deriuat. Unde. Refulsit sol in clypeos aureos: ⁊ resplēduerunt montes ab eis.j. Macha.vj.

4 ¶ Sol simplicis est essentie vel nature/⁊ ideo incorruptibilis: quia cōpositio ex cōtrarijs/est principium corruptionis/ ſm Aristo. Sic vere in ecclesia vel religione debet esse simplicitas.i. vnitas ⁊ cōcordia: qꝛ partes cōtrarie.i.persone inuicem discordes non debent ibi esse: et sic semper incorruptibilis permanebit: quia societas vel religio cōtinue stat / quando persone sunt inuicem vniformes. Sed pro certo illa que est composita ex personis contrarijs/⁊ inuicē odiosis/stati destruit et corrumpitur: quia quilibꝫ trahit ad partem vbi est affectio sua: ⁊ sic lites oriunt ⁊ cōtentiones/ que totū subuertunt: qꝛ si domus supra semetipām dispartiatur: non poterit domꝰ illa stare. Mar.iij.

5 ¶ Omne corpus leue habile est ad motum. Et ideo qꝛ sol est leuissime nature: velocissimi est motus ſm Dion.de.di.no. Sic vere q̄to quis est leuior ꝑ voluntariam paupertatem/ ⁊ minꝰ habet de diuitijs sarcinosis/ tanto ad motum obedientie vel bone operationis est habilior. ⁊ ideo sol.i.vir perfectus velocissimi est motus.

6 ¶ Sol scd̄m Dio.de di.no. Renouat/nutrit/custodit/ꝑficit/discernit/refouet ⁊ fecundat/ auget/mutat/ collocat ⁊ plantat/et viuificat. Primo dico ꝙ sol renouat: qꝛ per radios suos subintrantes terra herbis ⁊ floribus vestitur/ ⁊ sic a statu hyemali pristino renouat. Hic est prelatus/qui per radios doctrine sue terram.i. terreum peccatorem facit per penitentiam renouari/et herbis ⁊ floribus.i.gratijs ⁊ virtutibꝰ adornari. Hic debet alios nutrire spiritualiter per predicationem vel sciētiam/ ⁊ corporaliter per elemosynarum frequētiam. Custodire scilicet subditos per diligentiā/et discernere debet inter eos per discretionem/scilicet qui sunt boni ⁊ qui mali. Ego iudico inter pecus arietum ⁊ hircorū. Ezechi. xxxiiij. Hic debet refouere per cōpassionem/fecundare per predicationē / augere per meritorum cumulationē/ mutare per malorum subditorum depositionem/ plantare per bonorum promotionē. vel mutare / supple peccatores per conuersionem/plantare per fidei confirmatam radicationem/viuificare per vite gratie vel eterne glorie procurationem. Ideo talibus dicitur Hiere.j. Cōstitui te super gētes ⁊ regna/vt euellas/⁊ destruas/et edifices/ ⁊ plātes ⁊c̄.

7 ¶ Sol scd̄m Diony. virtutē habet conseruatiuā: quia cōposita ex diuersis ⁊ contrarijs elementis statim destruerētur/nisi per virtutem ⁊ influentiam celestis corporis conciliarentur et conseruarentur. Sic vere charitas habet vim vnitiuā ⁊ concordatiuam: quia omnia mixta.i. collegia/ societates ⁊ consortia/que ex diuersis ꝑsonis vt communiter sunt composita/statim destruerentur/ nisi per vim charitatis inuicem vnirentur/⁊ in vnitatis concordia seruarentur.

8 ¶ Sol habꝫ virtutem perfectiuam: quia nihil peruenit ad perfectionem vel complementum inter vegetabilia ⁊ sensibilia/ nisi per solem. Uirtutem etiam habet fecundatiuā et augmentatiuam: quia nihil fructificat vel augmētatur/ vbi radius solaris non attingit. Talis est christus: quia vere per gratiam suam vel charitatem (quam immittit) ipse fecundat ꝑ boni operis inchoationem: augmentat per eiꝰ perfectum incrementum/ et prosequutionem: perficit ꝑ finale complementum/ ꝑseuerātiam et perfectionem. Quēadmodum cepit/ita et perficiet.ij.ad Corinthi. viij. Nihil eni pōt homo in bono ꝓficere/nisi radius diuine gratie tangat ipsum. Quod patet in peccatoribus/q̄ quia tali radio non tanguntur: fructum bonorum operum nunq̄ꝫ portant.

9 ¶ Sol virtutem habet confortatiuam: quia quādo appropinquat ad nos/virtutes animalium fortiores efficiuntur/ sicut etiam patet in aurora/vbi propter aduentum solis natura fortificatur et recreatur: ⁊ tunc omnis infirmitas alleuiatur/flores etiam in eius ortu aperiuntur ⁊ vigorant: qui tamen in occasu ipsius marcescunt ⁊ clauduntur. Sic vere quādo sol christus appropinquat ad nos per sue gratie immissionem/tunc vigoramur/et ad bene agendum/ vel mala sustinendum fortius roboramur/ ⁊ per confessionem laudem vel gratiarū actionem aperimur. Unde. Apertum est ilico os zacharie. Luce.ij. Ueruntamen quando nobis occidit ꝑ peccatum/ tunc cessando a confessione vel gratiarū actione/laude vel oratione/claudimur et velamur.

10 ¶ Sol diuersas recipit mutationes. Ipse enim in mane rubet: in tertia lucet/i meridie feruet/in vespere pallet. Et ideo ſm Bedam quattuor habuisse equos fingitur a poetis. Unus dicebatur Ethon.i. rubeus / alius eous.i.splendens: tertius pyrois.i.ardens / ⁊ quartus phlegon. i. vrens terram. Sic vir iustus ⁊ perfectus debet mutari de bono in meliꝰ/ q̄nq̄ꝫ enim debet inueniri rubeus per charitatem/clarus ꝑ honestatem/feruens per zeli austeritatem/ pallidus ꝑ maturitatem. Ideo iste debꝫ habere quattuor equos/quibus vehatur ad celum.i.quattuor virtutes cardinales. Unꝰ est rubeus/quem sanguis causat. ecce fortitudo. Alius est lucens ⁊ illuminās.ecce prudentia. Aliꝰ ardens.ecce feruēs iustitia. Alius pallidus.ecce matura temperantia. Abacuch.iij. Qui ascendis sup equos tuos: ⁊ quadrige tue saluatio.

11 ¶ Sol virtutem habet purificatiuam. Nam radijs suis aerem subtilizat vel subtiliat/ et auram pestilentie fugat. Sic vere christus cōscientiam siue animam mundificat ⁊ depurat/⁊ immissione radiorum suorum.i.gratiarum et bonarum inspirationum aerem pestilētē.i.peccata et vitia exinde fugat/ipsaq̄ꝫ destruit ⁊ ꝯsumit. Unde dicit Ezechi.xxxvj. Effundam ⁊c̄.⁊ mundabimini ab omnibus inq̄namentis vestris.

12 ¶ Sol virtutem habet calefactiuam/licet substantiue non sit calidus. Calorem enim causat ex radiorum suorum motu ⁊ cōfractione / ⁊ eorum cōcursu in superficie obiecti corporis/ et maxime si fuerit politū vel speculare/ vt dicitur in perspectiua. Sic vere christus causat in nobis ardorem charitatis/⁊ hoc per immissionem radiorum.i.gratiarū et beneficiorum suorum/⁊ maxime quando inuenit cor nostrum politum per morum venustatem/ specular per scientie claritatem. Eccli.xliij. Sol in meridiano exurit terram.

13 ¶ Sol virtutem hꝫ attractiuam. vapores enī puros attrahit sursum/ et ipsos postea ꝑ pluuias emittere consueuit. Sic christus illos qui sunt puri per castitatem vel conscientie sanctitatem/ sursum attrahit ad gloriā paradisi. Et q̄to sunt puriores/tanto facilius ascendunt/⁊ altius collocantur. Amice/ascende superius. Luce.xiiij. Uel dic ꝙ sol est prelatus/ qui ꝓ certo illos qui sunt puriores castitate ⁊ sanctitate/debet prius ⁊ altius eleuare/scilicet ad dignitates/officia/bn̄ficia vel ꝓbēdas: dicēdo eisdē Esa.lx. Surge illuīare hierusalē.

14 ¶ Duo sunt in sole nobis occulta/ scꝫ magnitudo ⁊ motꝰ. Nā cū sit octies maior terra/⁊ maxime q̄ntitatis/hec tn̄ nr̄is sensibꝰ nō apparet. Cū etiā velocissime moueat / tn̄ ꝓpter maximā suā claritatē a nobis hec velocitas nō videt. Sic de deo/duo proprie sunt nobis abscōdita/incognita ⁊ inuisa.s.magnitudo sue essentie/⁊ motꝰ sue occulte ꝓuidētie. Nā cū hēat eēntiā infinitā/ illa tn̄ īfinitas nō pōt plenarie a nobis ꝯphēdi. Job.xxxvj. Magnꝰ em̄ dn̄s ē/⁊ vincēs sciam nr̄am. Tāta est etiā claritas sue sapiētie/ꝙ motꝰ sue ꝓuidētie nō ꝑcipit.i.ꝙ rō suorū iudicioꝝ occultoꝝ a nobis penitꝰ nō videt. Un̄ Eccl'is viij. Oim operū dei nullā pōt hō inuenire rōnē/et q̄to plꝰ laborauerit/tāto minꝰ inueniet.

15 ¶ Sub sole est leo/⁊ est domus eiꝰ. Regnat i ariete: ⁊ in libra discedit regnū eiꝰ. Sub ipo ꝯtinet spes/lucrū ⁊ fortuna/⁊ marie disponit ad aiationē ſm ptolo. Sic xp̄s hospitat in leone.i.in viris iustis/fortibꝰ ⁊ ꝑfectis. Regnat etiā i ariete.i.i mitibꝰ ⁊ simplicibꝰ et idiotis: sꝫ in libra.i. i falsis diuitibꝰ ⁊ mercatoribꝰ pecunias librātibus deficit regnū suū: qꝛ tales ꝑ pctm̄ eum expellūt. Osee.x. Ecce deum nō timemus / ⁊ rex quid faciet nobis? Sub isto aūt inuenitur spes/ scilꝫ sue misericordie/ fortuna

p̄sentis gratie/ lucrũ future glie. Ideo ipse dicit Apoc.iij.
16 Suadeo tibi emere aurũ ⁊c̄. vt locuples fias. ¶ Sol ē planeta beniuolus/masculinus/diurnus/calidus ⁊ siccus/fulgens in se/⁊ omnia alia illuminans/terminos zodiaci nunq̄ꝫ excedens/ nec vnq̄ꝫ retrograde incedens/ ſm mesalach. Sic vere vir perfectus beniuolus est per mititatē/ masculinus per fortitudinis probitatē/ diurnus clarus ⁊ manifestus per veritatē/ calidus per charitatē/ siccus per abstinētie parcitatē/ fulgens per sapiētiam vel honestatē/ alios illuminans per doctrinam vel per exemplorũ suorũ sanctitatem. nũq̄ꝫ excedit zodiaci signa. i. duodecim articulos fidei per heresim ⁊ incredulitatē/ nec vnq̄ꝫ retrograditur ꝑ peccatorũ prauitatem vel per malitiam ⁊ falsitatem/ vel ꝑ suorum operũ discontinuitatē. Quia nemo mittens manũ ad aratrum ⁊ aspiciens retro/ aptus est regno dei. Luce. ix.

¶ Capitulum. xxix. de luna.

3 ¶ Dies est latio solis sup terrā: et ideo dies est letitie generatiua/ securitatis inductiua/ colorum omniū ostensiua: ⁊ quāto nox turbulētior p̄cesserit/ tāto est subsequētꝭ dei serenitas magis grata. Talis est dies .i. claritas glorie paradisi/ quā scꝫ solis Christi clara presentia illuminat incessanter. Ibi em̄ est ꝑfecta securitas ⁊ letitia. Ibi est colorū.i.rerū omniū scientia ⁊ veritas ⁊ notitia. Ibi est ipius solis Christi grata societas ⁊ p̄sentia. Et quāto nox presentis vite turbulētior precesserit: tāto ibi est gratior serenitas ⁊ ꝯplacētia. Johelis.iij. In die illa stillabūt mōtes dulcedinē ⁊c.

4 ¶ Presentia solis facit nobis diem: ⁊ quāto sol nobis ampliꝰ appropiquauerit/ tanto dies lōgior et maior erit: quanto autē sol a nobis est remotior/ tanto est necessario dies breuior. Talis est dies sciētie/ vel claritas fidei ⁊ sapiētie/ vel etiā claritas virtutū ⁊ moralis apparentie: qꝛ pro certo talē diē continuat ⁊ ꝑficit presentia gratuita solis Christi: qꝛ ꝓ certo quanto sol iustitie nobis ꝑ charitatem ⁊ grām propinquior fuerit: tāto dies vere notitie vel honeste apparentie maior erit/ ⁊ oīm rerum color ⁊ veritas apparebit: quāto vero iste sol a nobis per peccatū amplius elōgat̃: tāto iste dies ꝑ ignorātiā ⁊ insolētiā ampliꝰ breuiat̃. Et ideo Hiere.vj. dicit̃ i ꝑsona peccatoꝝ. Ue nobis qꝛ declinauit dies: ⁊ facte sunt lōgiores vmbre vespi.

5 ¶ Dies q̄ clara est/ stellas occultat: nox vero q̄ est obscura/ ipsas ostēdit/ detegit/ ⁊ demōstrat. Sic vere dies resplēdens.i. vir iustus luce diuine gratie illustratꝰ/ nunq̄ꝫ solet stellas.i.ꝟtutes suas ostēdere: nec eas ꝑ inanē gloriā propalare: nox vero.i. peccator stellas.i. gratias quas habet/ ꝑ iactātiam vel inanē gloriā statim ostēdit: ⁊ bona sua ꝓpalat oībus ⁊ pretēdit: cōtra illud Senece. Esto occultator virtutū: sicut alij vitioꝝ.

6 ¶ In die autē sensus vagatiores sunt q̄ꝫ in nocte: ⁊ ad exteriora delectabilia proniores: de nocte ꝟo sunt secretiores: ⁊ i seipsos etiā clausiores. Et inde est ꝙ de nocte melius audimus/ q̄ꝫ de die. Et est dies feruētior et calidior q̄ꝫ nox: ⁊ in isto aues tūc tēporis modulant̃: et hoīes laboribꝰ exponunt̃: ⁊ a quiete ⁊ somno excitant̃: die tamē nihil mutabilius inuenit̃. Talis dies est mundi ꝓsperitas: qꝛ ꝓ certo ibi nō est facile ꝑ cōtēplationem dormire: quinīmo necesse est sensus ⁊ affectiones ad exteriora delectabilia discurrere et vagari: ⁊ a secreto mētis recedere et trāsire. Ibi enim abūdat calor auaritie/ cantꝰ inanis letitie: securitas stultitie ⁊ audacie/ labor occupationis et tristitie. Et ideo breuiter ista est dies quā sancti solēt detestari ⁊ fugere: et ide ad noctē ꝯtēplationis mētaliter euolare: dicētes illud Hiere. xvij. Diē hoīs nō desideraui: tu nosti. Quinīmo de istis dicit̃ Job.xvij. Noctē verterūt in diē/ ⁊ rursum post tenebras spero lucē. Qꝛ scꝫ quādo nox aduersitatis i diē ꝓsperitatis vertit̃.i. quādo ꝓspera aduersa/ ⁊ aduersa ꝓspera iudicant̃/ tunc post tenebras huius vite/ lux eterne glorie acquirit̃ et habetur.

Capitulum.liij. de aurora.

1 Aurora finis est noctis/ principiūq̄ꝫ diei: et dicit̃ aurora ꝺm Isidoꝝ quasi aurea hora: ꝑ eo ꝙ sol in illa hora aurei videt̃ esse coloris. Uel dicit̃ aurora quasi aura rorās/ ꝑ eo ꝙ tūc ros generat̃/ a quo terra infundit̃ ⁊ humectat̃. Aurora igit̃ solis ortū dinoscit̃ p̄cedere: ⁊ a sole lumē recipere: ⁊ die sequēti obscurior: nocte ꝟo clarior solet esse. In ortu aūt aurore solēt aues diurne canere: latrones autem ⁊ aues imūde solēt recedere ⁊ fugere/ īfirmitates etiā alleuiari ⁊ cessare/ se etiā solēt flores q̇ per noctē clausi fuerāt/ aperire. Tūc etiā lucifer solet oriri: ⁊ ꝓpter dñium sanguinis tūc solet somnꝰ dulcior ꝑsentiri. Per istā aurorā possum intelligere ꝟginē gloriosam: que ꝓ certo diei legis grē fuit nobis pricipiū et origo: ⁊ noctꝭ legis antique et caliginis pctōrū extitit terminꝰ ⁊ finis. Ista em̄ dicit̃ aurora/ q̄si aurea hora/ ꝓ eo ꝙ ista q̄si aurū per sanctitatis grām rutilauit. Dicit̃ etiā q̄si aura rorans/ pro eo ꝙ rore sue mīe totū seculū irrorauit: ⁊ pctōrum aīas ꝑ deuotionē ⁊ cōpūctionē spūaliter humectauit. Ista est ergo q̄ solē iustitie Christū sicut mater filiū/ precessit/ et tamen ab ipso claritatē ⁊ dignitatē habuit ⁊ recepit/ ⁊ q̄ꝫq̄ꝫ die ⁊ claritate ipsius Christi fuerit obscurior/ nocte tñ.i.ꝑfectiōe oīm aliorū clarior extitit ⁊ ꝑmāsit: qꝛ sicut dr̄.ij. Reg. xxiij. Sicut lux aurore oriēte sole/ mane absq̄ꝫ nubibus rutilat: et pluuijs germinat herba de terra. Ad lr̄am ergo/ istiꝰ aurore.i. virginis gl'iose ortu ⁊ cōceptu/ temporali.s.in terre finibꝰ/ ⁊ spūali in nr̄is cordibꝰ/ aues mūde.i. viri iusti ⁊ boni angeli exultāt ⁊ concinūt. Herbe etiā.i. viri humiles/ qui ꝑ pctm̄ clausi fuerāt/ ꝑ istius influentiā ad solē iustitie se aperiunt: ita ꝙ lucifer diuine grē in eorū cordibꝰ orit̃/ quē ipsi deuote suscipiūt: ⁊ ꝓpter dñium sāguinis.i. memoriā dñice passiōis ꝑ cōtēplationē req̇escūt atq̄ꝫ dormiūt: ⁊ infirmitates tētationū deficiūt et recedūt. Latrones ꝟo.i. demones ⁊ aues imūde.i. carnis tētationes visa ista aurora.i. visa deuotione ad beatā virginē: ⁊ cognito eius auxilio/ statim fugiūt/ ⁊ recedūt. Job.xxiiij. Si subito apparuerit aurora/ arbitrant̃ vmbrā mortis. Uel dic ꝙ aurora est Christꝰ: cuiꝰ ortus fuit noctis legis finis/ et diei fidei grē pricipiū: q̇ scꝫ dr̄ aureus atq̄ꝫ rorans ⁊c. sicut.s. ⁊ applica ad ortū Christi vel tēporalē vel mētalē: qꝛ scꝫ qñ ista aurora i corde ꝑ grām oritur: oīa bona q̄ supra posui oriunt̃. Uel dic ꝙ aurora est diuina grā/ que diuina gl'ia est obscurior: nocte tñ culpe clarior atq̄ꝫ purior. In ista em̄ sol ⁊ lucifer.i. Christꝰ et beata virgo ortū sumpserūt/ q̇ aues imūdas.i. demones fugauerūt/ mūdū irradiauerūt/ infirmitates vitioꝝ tēperauerūt/ et mētes hoīm rorauerūt.

2 ¶ Dies habet quattuor partes.s. aurorā/ q̄ ꝺm Cōstā. similis est veri. Meridiē/ qui similis est estati. Uesperā/ que similis est autūno. Noctē/ que sil'is ē hyemi. Talis dies est Christꝰ: quātū ad quattuor statꝰ suos: qꝛ scꝫ iste fuit sicut ver.i. mitis ⁊ roridus i aurora ortꝰ sui: ⁊ natiuitatis. Itē sicut estas ꝑ charitatē feruidus i meridie sue vite ⁊ ꝯuersationis. Itē fuit sicut autūnus/ ꝑ asperitatē ⁊ tormēta siccatꝰ in vespera sue acerbissime passiōis. Finaliter autē erit sicut hyems/ frigore seueritatꝭ vallatꝰ ī nocte futuri iudicij/ ⁊ sue aspere iurisdictionis.

3 ¶ Aurora a nocte incipit/ ⁊ tñ ad claritatē ꝑfectā paulatim ꝓcedit/ colorē aureū pretēdit/ rorē sup terrā effundit/ ⁊ solis ortū prenūciat/ ⁊ precedit. Sic iustꝰ a nocte originalis culpe naturaliter habet ortū: verūtamē a tēpore baptismi vel penitētie ꝑ ꝓfectū virtutū nō cessat ꝓcedere/ quousq̄ꝫ ad ꝑfectā claritatē ⁊ diem luminis grē potuerit attigisse: qꝛ sicut dr̄ Prouer.iiij. Iustorū semita q̄si lux splendens ꝓcedit/ ⁊ crescit vsq̄ꝫ ad ꝑfectā diē. Isti igit̃ habēt coronā aureā honestatis/ rorē pietatꝭ/ et fugāt aues nocturnas.i. demones ⁊ detractores odiose loq̇citatis.

4 ¶ Nimia serenitas in aurora/ qñ.s. radij solares flectūtur ad austrū/ signū est tēpestatis future ꝺm Bedā. Sic vere quādo in aurora presentis vite serenitas mūdane prosperitatis vltra debitum refulget/ signum est ꝙ tempestas eterne damnationis sequetur: et ꝙ talis serenitas fine tempestuoso claudetur. Matthei.xvj. Hodie est tēpestas/ rutilat enim triste celum.

5 ¶ Diluculū/ aurora/ ⁊ mane/ pro ea-

dem hora supponũt: sunt enim finis noctis/principiũ diei/
infirmitatũ alleuiatio/latronum timor/hostiũ fuga/ securi
tatis inceptio/timoris euasio/laboris pricipium/ dormita-
tionis finis/sobrietatis ⁊ perfecte celebrate digestionis tẽ-
pus. Talis est penitẽtia: quia vere ista est noctis peccati fi-
nis et egressus/et diei gratie ⁊ glorie introitus et ingressus.
ad Ro.xiij. Nox precessit: dies autẽ appropinquauit. Infir
mitas enim peccati tunc deficit / latro diabolus stupescit/
spei securitas redit/ labor satisfactionis incipit / abstinẽtie
sobrietas/⁊ prudẽtie digestio tũc accedit/dormitatio pigri
tie deficit/et timor desperationis recedit. Ideo Prouer.xj.
bene dicitur ꝙ bene cõsurgit diluculo / qui querit bona.

Capitulum.liiij.de meridie.

1 MEridies dicit dies media : quando scilz sol est
in medio firmamẽti: distans equaliter inter or-
tum et occasum. Et ideo dicit meridies/ quasi
mera dies: ⁊ ideo dies est tunc clarior/calidior/
et siccior. Sol enim tunc tẽporis nobis directi⁹
opponitur/et radij sui circa terram ⁊ inferiora corpora dire
ctius refringũtur. Umbra autem cuiuslibet corporis in pũ
cto meridiei minor efficitur: et maior claritas in aere gene-
ratur. Per meridiem possum accipere diem iudicij/ vbi sci
licet sol iustitie Christ⁹ in equitatis medio se tenebit: ⁊ vbi
radijs sue iustitie terrã.i. peccatores seuerius inflãmabit/
ipsisqꝫ se directius opponet: et eisdẽ propinquius obuiabit.
Tunc enim vmbre latibulorũ ⁊ excusationum minorabun
tur: tũc claritas et veritas ampli⁹ apparebit/ qꝛ secreta oĩa
reuelabũtur: ⁊ tũc ardor seueritatis et rigoris erit amplior:
ita ꝙ igne perpetuo peccatores ⁊ demones affligẽtur. psal.
Ignis ante ipsum precedet: ⁊ inflãmabit in circuitu inimi
cos eius. Eccli.xliij. In meridiano exurit terram: ⁊ in con-
spectu ardoris eius quis poterit sustinere? Uel dic ꝙ meri-
dies significat paradisum/ vbi sol iustitie est beatis propin
quus et presens: et ideo ibidem est feruor ⁊ ardor perfecte
charitatis: et lux ⁊ splendor perfecte veritatis: ⁊ directio et
multiplicatio radiorum.i. beneficioꝝ sue opulentissime lar
gitatis. Tũc eñ vmbra ignorãtie est minima/ ⁊ claritas ve
re notitie ⁊ scientie summa et maxima: quia scilz ꝓm Apo-
stolum/ deus claritas est: ⁊ tenebre in eo non sunt vlle. Uel
dic ꝙ meridies est charitas/ vbi sol Christus nobis est con
iunctior: ⁊ ideo mens nostra feruentior est ⁊ ardentior: ⁊ lux
veritatꝭ ⁊ fidei tũc est splẽdidior atqꝫ maior: vmbraqꝫ igno-
rãtie ⁊ peccati minor ⁊ rarior. Istud est eñ verũ ꝙ illi qui-
bus Christus est ꝑ charitatẽ propinqu⁹/ sunt vmbra igno-
rãtie minus grauati: et luce vere sapientie pl⁹ dotati. Quã
to autẽ sol iustitie a nobis ⁊ a charitatis propĩquitate plus
recesserit/ tanto vmbra ignorãtie et amor mundane prospe-
ritatꝭ ⁊ glorie maior erit. Hiere.vj. Facte sunt lõgiores vm
bre vesperi. Uel dic ꝙ meridies est vir iustus: qui min⁹ ha-
bet de vmbra ignorãtie: plus de luce sapiẽtie: magis de ar
dore charitatis: ⁊ soli Christo propĩquior est per propinqui
tatem gratie. Unde Ber. in quodã sermone de beato Joan
ne dicit sic. Meridies est plenitudo feruoris lucis: et est so-
lis statio/ vmbrarũ exterminatio/ paludũ desiccatio/ fetorũ
expulsio. Applica per omnia ad virũ iustũ. Uel dic ꝙ meri
dies est mundi prosperitas: vbi claritas mũdane glorie est
amplior/ vmbra humilitatis minor/ calor cupiditatis ardẽ
tior: et sol iustitie oppositior. Qꝛ sicut i meridie herbe siccã
tur/ fruges maturãtur: et animalia venenosa ad pungendũ
stimulant: sic in statu prosperitatis/ herbe.i. debiles ⁊ imbe
cilles a virore grẽ faciliter possunt siccari/ venenosi.i. pec-
catores ad nocendũ et pungẽdum solent faciliter excitari:
fruges tamẽ.i. viri iusti inde solent meliorari: ⁊ in virtutib⁹
et moribus maturari: qꝛ scilicz prosperitas que malis solet
obesse/ bonis et ipsa bene vtentib⁹ solet proficere et ꝓdesse.
Eccli.xxxix. Hec oĩa sanctis in bona: impijs autẽ et pecca
toribus in mala cõuertẽtur. Uel dic de tribulatione: cuius
ardor malos desiccat: bonos vero maturat.

Capitulum.lv.de vespera.

1 VEspera est hora serotina: que serum dicit: eo ꝙ
ibi fores serant: vt omnia in domo tutiora seruẽ
tur. Pori etiã corporũ tũc tpis obstruũtur: fumi
interius recluduntur: et aĩalia ad dormitionẽ ⁊
somnũ disponũtur: greges a pastoribus ad cau
la ⁊ ⁊ ad domos reducũtur/ vigilie ⁊ custodes ꝓpter hoste ⁊
⁊ latrones in muris ⁊ turribus cõstituũtur: ⁊ operarij qui ꝑ
diem laborauerũt/ remunerant/ ⁊ quiescere permittuntur.
Et dicit vespera a vespero stella: que occidẽtem solẽ sequi
tur: et sequẽtes tenebras comitat. Per vesperam potest in-
telligi status senectutis: que scilz occasum vite sequit: ⁊ no
ctis.i. mortis tenebris proximat. Ista est enim illa etas in
qua fores sensuũ debent obstrui et serari/ et pori affectuum
claudi: et fumi cogitationũ comprimi et arctari: ⁊ somnus
contẽplationis ꝓuocari: ⁊ vigilie discretiõis in arce mẽtis
debẽt cõstitui: vt hostiũ.i. tentationũ et demonũ possint in-
sultus ⁊ impet⁹ precaueri. Tũc est tempus quo greges fi-
deliũ ad hospitiũ paradisi a deo pastore ecclesie ducunt: et
quo illi qui in bonis operibus laborarũt/ quietis ⁊ remune
rationis brauio potiunt. Matthei.xx. Cum autẽ sero factũ
esset: dicit dñs vinee procuratori suo/ voca operarios: ⁊ red
de illis mercedẽ. ¶ Uespera est hora in qua dies finitur: et 2
solares radij a terre sup̃ficie subtrahũtur. Umbre etiã cor-
porum maxime protendunt: et flores qui ad solem apti fue
rant: tũc ꝓpter solis absentiam in se cõtrahũtur/ atqꝫ clau-
dũtur. Fumosi etiã vapores qui materia sunt nubis ⁊ nebu
le: tunc temporis resoluuntur. Aues nocturne de cauernis
exeunt: et ad pastũ progrediunt. Lupi etiam a canibus vix
tũc temporis discernũtur. Per vesperam possum intellige-
re pctm̃: vbi pro certo dies gratie et vere sciẽtie deficit: ⁊ sol
Christus a mente subtrahit ⁊ recedit. Ibi eñ vmbra igno
rantie protendit/ et lux fidei ⁊ sapientie obscurat. Ibi her-
be.i. hoĩes qui per bonas affectiones ad solẽ Christũ aper-
ti fuerant/ contrahunt: et per obstinationẽ in seipsis mẽta-
liter obstruũtur: vaporesqꝫ malarũ affectionum in eis gene
rãtur/ a quibus nubes ignorãtie ⁊ nebule peccatoꝝ in aere
conscientie producunt: in tãtum ꝙ inter canem ⁊ lupum.i.
inter bonos ⁊ inter malos pctõres male discernere dinoscũ
tur. Aues etiã nocturne.i. demones tũc tẽporis discurrũt ⁊
letantur: et in peccatorũ mẽtibus per suggestiones clama-
re/ et sonum horribilẽ facere comprobant. Et ideo de vespe
ra pcti potest homo dicere de aĩa sua illud Eze.xxiiij. Mor
tua est vxor mea vesperi. Uel dic ꝙ vespera est mũdi ꝓspe-
ritas: ⁊ dic per omnia sicut supra.

Capitulum.lvj.de nocte.

1 NOx a nocendo est dicta. Nocet eñ oculo: quia
a sua perfectione.s. ab actu videndi ipm priuat:
et rerum colores in quibus delectat / occultat.
Nox igit ab vmbra terre inter nos et solẽ inter-
posita causat/ a qua lux solis intercipitur: ⁊ illa
aeris obscuritas que nox dicit/ generatur. Et est nox horro
ris ⁊ timoris incussiua/ illusionũ ⁊ phantasmatũ in dormiẽ
tibus inductiua: immũdorũ aĩalium ⁊ auiũ est nutritiua: si
cut patet de lupis ⁊ apris: qui plus discurrunt de nocte/ qꝫ
de die/ agros ⁊ vineas deuastãdo. Ipsis vero malis est nox
securitatis aliquotiens effectiua: inquantũ scilicet est scele
rum suorũ occultatiua/ ⁊ verecundie sublatiua: et audacie
ad perpetrationẽ criminum causatiua. In mari vero cum
via eundi ad portum nõ cognoscit/ est nox periculi inducti
ua: et qꝛ mediũ temporis occupat: ideo est nox medietatis
vite nostre insensibiliter cõsumptiua. Talis nox per omnia
est pctm̃: qꝛ pro certo culpa mortalis est illa nox q̃ oculo mẽ
tis nocet ⁊ officit: inquãtum lumen solis.i. Christi gratiã si
bi tollit. Uisum eñ vere discretionis impedit: et colores.i.
verã notitiã rerum a nobis contegit ⁊ abscondit: qꝛ pro cer
to illi qui nocte peccati grauãtur/ nunqꝫ vere de reb⁹ iudi-
cant: sed per errores ⁊ ignorãtias obscurantur: et sepissime
deficiũt/ ⁊ falluntur. psal. Posuisti tenebras/ ⁊ facta est nox.
Umbra eñ terre.i. fugax possessio bonorum terrenorũ: que
scz inter nos ⁊ solẽ iustitie Christũ per malũ ⁊ immoderatũ
affectũ interponit/ noctẽ culpe et ignorãtie in nostris cordi-
bus operat/ ꝑ quã scilz errorũ phãtasmata generantur: et ti
mor ⁊ horror desperationis aliquotiens inducuntur. Unde
Sapien.xvij. dicit de peccatoribus/ ꝙ vinculis tenebrarũ
et longe noctis cõpediti/ pauẽtes horrende erãt: ⁊ cũ admi
ratiõe nimia perturbati. Nox igitur culpe solet immũdas
aues/ scz peccatores letificare: quia.s. isti sunt qui exultant
in rebus pessimis. Prouerb.ij. Et in mari huius vite viam
ad portum salutis solet impedire/ et damnationis pericu-

lum generare. Latronibus.i.peccatoribꝰ solet presumptio
nem et securam obstinationē concedere: inquantum dei ti
morem et virtutem verecundie solet eis tollere/et peccādi
audaciā immittere. Lupis etiā et apris.i.tyrānis solet nox
culpe fauere: inquantū ipsis prestat audaciam cōtra alios
deseuire:⁊ vineas ⁊ possessiōes pauperū rapinis et exactio
nibus deuastare. psal. Posuisti tenebras ⁊ facta est nox:in
ipsa pertransibunt omnes bestie silue. Vel dic ꝙ significat
vitium ignorantie: que lumen sapiētie ⁊ discretionis occul
tat/aerē mentis obnubilat:et in ipso vmbrā mundane pro-
speritatis vel peccati generat atq̄ causat. Ista est q̄ auibꝰ
immūdis.i.demonibꝰ/⁊ bestijs silue.i.raptoribus/latroni-
bus.i.hereticis/⁊ alijs deceptoribus patrociniū prestat: et
eis audaciam ad malam tribuit: inquātum oculos ⁊ intel-
lectus simpliciū cū quibus habent facere/ obnubilat ⁊ ob-
scurat. Causa etiā est periculi ⁊ submersiōis eterne: et nau
fragiū per mūdum nauigātibus administrat:inquantū co
gnitionem vie salutis impedit et retardat. Vel dic ꝙ nox
est mundi prosperitas:que scilicet facit omnia supradicta:
quia sicut dicit Joā.xj. Qui ambulat de nocte/offendit: q2
2 lux nō est in eo. ¶ Ne nox propter solis absentiam esset pe-
nitus indecora/ voluit eam deus stellarū splendoribus illu
strare/vt motu syderum nauigantes dirigerētur/ aeris ob-
scuritas temperaret: et aeris grossities et densitas tenua-
retur. Est autem nox frigida et humida/et quieti anima-
lium virtutū necessaria. Virtutes em̄ naturales que diur-
no labore fuerāt debilitate/ quiescunt ⁊ confortātur ꝑ noctē
coadunate. Vita p̄sens est nox.s.tribulatiōis: q2.s.a p̄sentia
solis Christi/et ab ipsius gratia destituta videtur: inquan-
tum scilicet homo tribulationi exponitur/et tribulari ꝑmit
titur. Verūtamen semꝑ assunt ibi stelle.i.alique diuine con
solationes et illuminationes: que tenebras.i.noctem tribu
lationis temperant/et ipsam per bonam spem illuminant
et illustrant:quia pro certo nunq̄ est nox tribulationū tan-
ta/vt a stellis diuine consolationis sit penitus aliena:quin
immo scd'm ꝓphetā/secundū dolores ⁊ tribulationes/mul
tiplicantur diuine consolationes.psal. Nox sicut dies illu-
minabitur:sicut tenebre eiꝰ:ita ⁊ lumen eius. Nox vero ista
valde vtilis anime solet esse: inquantū scilicet poros sensuū
et affectuum solet claudere/⁊ somnū contemplationis mē-
tis et quietem melius prouocare : quia pro certo cū iustus
exterius tenebris tribulationū tegit/ mentales sui affectus
in seipsos claudunt:⁊ mēs a vanis desiderijs dulciter quie
tatur.psal. Nox illuminatio mea in delicijs meis. Vel dic
ꝙ nox est vita p̄sens:q̄ ꝓ certo ꝓpter solis Christi absentiā
indecora fieret: nisi stellarum.i.sanctorum iustorum presen
tia ipsam exemplis et doctrinis illuminaret/⁊ densitatem
3 suorum defectuum tenuaret. ¶ Omnis infirmitas plus
intenditur generaliter nocturno tempore q̄ diurno : et nox
stellis irradiata ⁊ nubibꝰ humectata est quieti penitꝰ dedi
cata. Talis est mundi prosperitas/in qua stelle mūdi cōso
lationum refulgent:et somnus pigritie/et nubes ignorātie
abūdant:quia scilicet omnis infirmitas vitiorum tūc tem-
poris plus augetur.vix enim est dare aliqd vitium quod in
prosperitatem habentibus non augmētetur: sicut patet de
diuitibus ⁊ potentibus/qui magis sunt luxuriosi/auari/su
4 perbi/et desidiosi/hominibus tribulatis. ¶ Nox in quat-
tuor vigilias antiquitus solebat diuidi. Quia scilicet in ca
stris et exercitibus/ per quattuor noctis partes/scilicet cō-
cubium/conticinium/intempestum/⁊ gallicantum solebāt
ad vigilandum excubie ordinari. Sic vere nox turbulente
vite nostre quattuor habet partes/in quibus necesse est vi-
gilare:et ad salutē anime attendere et vacare:scilicet pue
ritiam/iuuentutem/senectutem/⁊ senium. In exercitu em̄
mentis nostre ⁊ potentiarum et virtutum anime debemus
excubias rationis constituere in quattuor partibus vite no
stre: vt sic possimus insultus et tentationes demonum pre-
uidere : et de salute aīe ꝓuidere: q2 sicut dicit Luce.xij. Si
paterfamilias.i.deꝰ in p̄ma vigilia ⁊ scd'a nos vigilātes in-
5 uenerit/beati sunt serui illi. ¶ Nox nihil est aliud q̄ defectꝰ
seu carētia lucis ⁊ p̄sentie solis. Umbra em̄ terre inter nos
et solem posita/lucem nobis intercipit:et sic noctē ⁊ obscu-
ritatem in aere introducit. Nox significat mortē: que nihil
aliud est q̄ carentia lucis vite. Quādo enim vmbra terre.i.
defectꝰ nostre terree mortalitatis inter nos ⁊ solem eterni-
tatis ponitur:tunc necesse est ꝙ nox.i.mors ⁊ vite carentia
generetur. Geñ.j. Vocauitq̄ tenebras noctem.

Capitulum.lvij.de sabbato.

1 Sabbatum erat in antiqua lege principiū septi
mane/festum scilicet quod summopere celebrā
dum fuit : eo ꝙ in die septima dn̄s in principio
a creatione nouarum specierum requieuerat. ⁊
sic sabbatum fuit illud qd de tempore requies
sibi vendicauit: ⁊ quod sibi deus consecrauit. In isto enim
festo dn̄s requiem ab omni seruili opere indixit: et tā domi
nos q̄ seruos/tam iumenta q̄ homines/requiescere iussit.
Igitur ista die ignis in iudeorum domibus nō accendeba
tur:et cibus ibi necessarius die precedenti preparabat: in-
dumentis cultioribus populus vestiebatur:et cibis lautio
ribus vtebatur: templū amplius frequentabatur:laudes/
sacrificia/et oratiōes maiores domino reddebātur:omnis
discursus ⁊ vagatio prohibebatur: et ab omni motu ⁊ labo
re populus quiescere iubebatur : sicut hoc totum patet in
diuersis locis ⁊ passibus scripturarū. Per sabbatum potest
intelligi quies glorie paradisi:que scilicet die ⁊ etate septi-
ma reperit. Ista est em̄ vbi ab opibꝰ ⁊ laboribꝰ requescit: et
vbi sempiterna festiuitas celebrat. Leui.xvj. Sabbatū re-
quietionis est. Ibi enim nō est ignis alicuius male cupidi
tatis:sed preparatio cibi maioris voluptatis ⁊ lautioris et
perpetue fertilitatis: cultiorq̄ vestis eterne claritatis ⁊ iocū
ditatis:iuxta illud Job.xl. Circūda tibi decorē/et in subli-
mi erigere:et esto gloriosus: et speciosis induere vestibus.
Verūtamen in die precedēti/scilz in vita ista: est necesse ci
bos istos ꝑ bona opa p̄parare: et voluptatē glorie paradisi
per precedētē penitētiam dum viuimus procurare. Eccli.
xxv. Que in iuuentute tua non cōgregasti: quomodo in se-
nectute tua reperies? In sabbato igitur paradisi templū
trinitatis frequentatur/sacrificū laudis immolatur/mens
in deo perfectissime quietatur:et omnis discursus et labor
et tribulatio penitus abdicatur. Apoc.xiiij. Amodo enim
iam dicit spiritus/ vt requiescant a laboribus suis : opera
enim illorum sequūtur illos. Vel dic omnia de quiete men
tis: que in septenario virtutum ⁊ donorum consistit/vbi sci
licet omnis motus et labor exteriorum negotiorū et omne
opus seruile peccati sistitur ⁊ quiescit:quia scilicet tale sab
batum.i.talis quies mentis est deo specialiter dedicata/in
quo omnis desideriorū inquietas est a perfectis cordibus
abdicata. Ignis cōcupiscentie ibi solet deficere. Cibus eu
charistie ⁊ doctrine lautior accedere. Indumentū honeste
cōuersationis pollere. Templū orationis frequentari:⁊ sa-
crificium gratiarū actiōis dn̄o immolari. Et istud est per-
fectum sabbatū/scilicz quies a vitijs ⁊ desiderijs inordina
tis/in quo reliquie cogitationis peragunt domino diem fe
stū. Neemie.ix. Precepta bona ⁊ sabbatū sanctificatū ostē
di eis. Vel dic ꝙ per sabbatū potest intelligi quelibet solē-
nitas et festiuitas ecclesie/in qua pro certo debemꝰ ab ope
ribus mortuis quiescere: et a vagatione mētis et corporis
cessare:templa ⁊ altaria frequentare/laudi ⁊ orationi vaca
re/cibum deuotionis ⁊ eucharistie sumere/indumenta ho-
neste conuersationis induere ⁊ vestire: quia pro certo sicut
antiquitus in sabbatis lex a sacerdotibus explicabatur:et
arma sumere illicitum/nisi ꝓ legis defensione/putabatur:
et qui frangebat sabbatum/interfici iubebatur:sicut patet
Numeri.xv. sic vere in diebus festiuis / lex dei debet a sa-
cerdotibus predicari / bellare non licet aut rixari: immo
quicunq̄ peccando vel illicita operando festa violauerit/
necesse habebit a deo finaliter interfici vel damnari.

Capitulum.lviij.de neomenia.

1 Neomenia erat antiquitꝰ festiuitas noue lune/
seu principium mensis lunaris:quia scilicet iu-
dei cōputabāt menses secundū lunationes. In
principio vero sui mensis/scilicet prima die no-
ue lune / solēnitatem faciebāt quā neomeniam
appellabant: in qua cum tubis corneis buccinabant/⁊ ad
solennitatem populum aduocabant/ ⁊ in corneis tubis pa-
rentes suos fuisse pastores pecorum memorabant. Per lu-
nam intelligitur deus: iuxta illud psalm. Sicut luna perfe
cta ineternum:et testis in celo fidelis. Et sic ꝑ festum neo-

menie potest intelligi natiuitas redemptoris / in qua scilicet dei filius miro modo extitit innouatꝰ/inquātum homo mirabiliter est effectus. Ista est enim solennitas gloriosa/ quā deuote debemus colere/in qua deum laudando debemus psallere: et ad dei laudem tubis predicationis alios inuitare.psal. Buccinate in neomenia/tuba/in insigni die 2 solēnitatis vestre:quia preceptum in israel est. ¶ Septuagesima est spatium septuaginta dierum pascha precedentium/per quod quidem septuaginta anni captiuitatis babylonice denotantur/in qua quidem captiuitate incolatus presentis miserie designatur/⁊ electio adam ⁊ humani generis a paradiso/prefiguratur.Et ideo de ista electione/et presentis vite incolatus ⁊ miserie inchoatione ibidem mētio recitatur.Et propterea quattuor letitie cantica/scilicet gloria in excelsis / alleluia/ te deum/ et gloria patri/in fine psalmorum vsqꝫ ad pascha dimittūtur:in pascha vero(per quod status future resurrectionis intelligitur) reassumuntur : Ad denotandum ꝙ tunc humana miseria sicut quedam septuagesima terminabitur/⁊ humane nature letitia restituetur:sicut in summa Joannis beleti de officijs ecclesiasticis cōtinetur. Que quia aliter exponūtur : hoc solum igitur superaddo/ꝙ quotiēs in mente nostra/nostri incolatus et presentis vite miseriam recolimus/ septuagesime festū facimus. Cantica ergo letitie deponamꝰ:vt in paschate future resurrectionis ipsa cum Christo solēniter peraga- 3 mus.¶ Quinquagesima incipit per quinquagita dies ante pascha/significans tempus remissionis/ qđ per iubileū/ qui erat annus quinquagesimꝰ/significatur. Ad denotandum ꝙ iam illud est tēpus penitētie/per quā finaliter peccatorum remissio obtinetur. Jubileus autē annus ante legem secūdum aliquos fuit institutus: quādo scilicet Loth qui erat quinquaginta annorū/ab Abraam extitit liberatus:sicut dicit Gen.xiiij. Ad denotādum ꝙ quando Loth in tempore declinans.i. peccator/ab Abraam patre multarum gētium.i.a deo liberatur a vitijs:iubileus ⁊ quinquagesima requiei et remissionis perpetue expectatur. Numeri.viij.Cum quinquagesimum compleuerint annum/serui- 4 re cessabunt/eruntqꝫ ministri.¶ Sexagesima que sexaginta cōtinet dies anteqꝫ pascha attingatur:qui scilicet numerus sexagenarius ex sex decies ductis constat/potest significare statum actiuorū/in quo debet esse senarius sex operū misericordie/ cum denario adimpletionis decalogice / ad hoc ꝙ digne qs possit ptingere ad pascha refectiōis eucharistie:⁊ ad statum resurrectionis/⁊ glorie. Vel dic ꝙ illi qui ad pascha eucharistie et future resurrectionis digne ptingere cupiunt/ quattuor tēpora seruare debent/scilꝫ septuagesimā/hoc est dictu/ memoriam presentis miserie ⁊ calamitatis:sexagesimā/hoc est dictu/ senariū elemosyne ⁊ pietatis:cū denario legalis ⁊ decalogice sanctitatis:quinquagesimā.i.spem future requiei et felicitatis:⁊ tādem quadragesimā.i.quadraturam quattuor virtutum: et ieiuniū afflictionis et penalitatis.

Capitulum.lix.de quadragesima.

1 Quadragesima est tēpus quadraginta dierum/ qui scilꝫ a prima dñica quadragesime inchoantur:et in cena domini terminant̄. Et est quadragesima vnum tēpus militie ⁊ propugnationis/ tempus ieiunij et afflictionis/tēpus etiam sanctitatis et specialis dedicationis/tempus etiam cōmutationis ⁊ solutiōis. Est dico tempus militie ⁊ propugnationis:quia scilꝫ in quadragesima contra vitia pugnamus/et carnem per ieiuniū/mundum per elemosynam/diabolum per humilitatē superamus. In signum cuius ipe Christus postqꝫ quadraginta diebus ieiunauit/legitur a diabolo tētatus fuisse:et ipsum fortiter superasse. Matth.iiij. Ad denotandū ꝙ si quadragesimā ieiunemus/ tētationes hostiū superabimꝰ. Et ideo bene sequit̄ ꝙ istud est tēpus ieiunij ⁊ afflictionis:quia scilicet in ista quadragesima debemꝰ corpus affligere:et a vitijs ⁊ delicijs ieiunare.psal. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Tempus est etiam sanctitatis et specialis dedicationis:quia scilꝫ istud tempus a deo et a prophetis fuit consecratum:et tanqꝫ sanctū dño dedicatū. Christus enim quadraginta diebus ieiunauit:tādem vero de hostis tentationibus: vt dictum est : triūphauit. Lu.iiij. Helias etiam legitur quadraginta diebus ieiunasse: et tādem ad montem dei oreb peruenisse:sicut dicit̄.iij.Reg.xix. Moyses etiam legitur quadraginta diebus ⁊ noctibus ieiuniū celebrasse: et sic legem a domino suscepisse/sicut dicit̄ Exo.xxiiij. Populus etiā israel legit̄ quadragita annis in deserto stetisse: ⁊ tādem ad terrā ꝓmissionis ꝑuenisse/sicut dicit̄ Deutero. xxix. Adduxit nos per desertū quadraginta annis. Ad denotandum ꝙ Christus tam ipse qꝫ in prophetis istud tempus consecrauit:et sibi specialiter dedicauit. Ad denotandum etiam ꝙ illi qui quadragesimā digne peragūt/diaboli tentationes vincunt: ad mōtem dei oreb.i.ad Christum secure ꝑueniunt:legemqꝫ dei ⁊ eius mandata accipiunt: ⁊ finaliter ad terram promissionis.i.ad paradisum attingūt. Item istud est tempus significationis:quia scilꝫ per quadragenarium numerum/qui constat ex denario quater ducto/ significatur ꝙ nos debemus denarium mandatorum perficere:et quaternarium euangeliorū credere/ et seruare. Item tempus est solutionis/⁊ cōmutationis: quia pro certo in quadragesima decimā temporis anni soluimus:⁊ pro delictis nostris satisfacimꝰ: et perpetuā penam nobis propter peccata nostra debitam/in tēporalem per penitētiam cōmutamus. Exod.xxxiiij. Primogenitum asini mutabis oue. In anno enī sunt.ccclxvj.dies/et quars pars diei:quorū omniū decimā faciunt.xxxvij.dies ieiunabiles/qui sunt in quadragesima: vt sic proprie quadragesimā habeamus pro temporis vite nostre decima. Jeiunia vero quattuor tēporum habeamus pro primitijs. ¶ Quadragesima inter 2 tēpora anni tēpꝰ magis est nobile et insigne. Est enim tēpꝰ reuiuificationis:qr scꝫ terra que mortua videbat̄ priꝰ/reuiuiscit tunc temporis/⁊ virescit. Tempus est renouationis: quia scilicet terra herbis et floribus/arbor vero frondibus et folijs nouitate mirifica iuuenescit. Tempus est impregnationis. Animalia enī tunc ad generationem mouētur. Tempus est nidificationis: quia tūc volatilia ad nidificādum et pullificandum animātur. Tempus est medicine ⁊ purgationis: quia tunc humores moueri incipiunt:et ideo tunc vtiliter expellūtur. Item tempus est lucri et negotiationis:quia scilicet tunc agricole in terra/naute in mari/et mercatores in negotijs occupātur. Item tēpus est motus et peregrinationis: quia tunc homines sanctorum limina visitare noscūtur. Item tempus est resecationis ⁊ putationis:quia vinee et arbores et etiam segetes a superfluitatibus suis resecātur ⁊ prescindūtur. Item tempus est fletus ⁊ lachrymationis:quia scilꝫ tunc vinee prescisse lachrymātur. Item tempus est seminationis ⁊ insertionis:quia tunc semina vernalia terre cōmittuntur: et surculi in arboribus inseruntur. Item tempus est roris ⁊ pluuialis irrigatiōis: quia tunc oriuntur hyades ⁊ alie stelle imbrifere/a quibus terra pluuijs irrigatur. Item tēpus est laudis et iubilationis: qr tunc aues que in hyeme quasi mortue fuerant/cantant/⁊ dulcissime modulātur. Ista omnia possunt applicari ad virtutem penitētie/ieiunij/vel abstinētie:quia ꝓ certo tale tēpus est anime vtile/⁊ insigne. Est enim tēpus spiritualis viuificationis. In isto enim tēpore illi qui per peccatum mortui fuerant/per gratiam reuiuiscunt/et virorem honeste apparentie reassumūt.psal. Deus tu conuersus viuificabis nos. Item tempus est renouatiōis:quia pro certo mores hominū qui per peccatum fuerant antiquati/ad nouitatē decentie et honeste apparentie reducuntur:et floribus virtutum exterius induūtur.ad Ephesios.iiij. Renouamini spiritu mentis vestre. Item tempus est impregnationis:et etiam nidificationis:quia pro certo in quadragesima penitentie/solent animalia.i.viri simplices fetum boni propositi concipere: Aues vero.i.viri spūales solent per spem ⁊ desiderium in celis nidificare:et ibi pullos bonarū affectionū procreare.psal. Illic passeres nidificabunt. Itē tempus est medicine et purgationis:et etiam sectionis et putationis:quia ꝓ certo humores interiorū vitiorū tūc debent per contritionē moueri:et ꝑ confessionē eijci ⁊ expelli. Superfluitates etiam bonorū terrenorum debēt a vineis ⁊ arboribꝰ.i.a viris iustis ꝑ elemosynas resecari/⁊ exteriꝰ ad pauperes erogari. Cāti.ij. Flores apparuerūt in terra nr̄a/ tēpꝰ putatiōis aduenit. Itē tēpꝰ est negotiatiōis ⁊ ꝑegrina

tionis: quia pro certo in quadragesima penitētie/viri iusti negociantur/et mercantur regnum eternum:et mentaliter peregrinātur ⁊ properant ad paradisum.j.Pet.ij.Obsecro vos tanq̄ aduenas et peregrinos abstinere vos a carnalibus desiderijs. Itē tempus est lachrymatiōis ⁊ rorisfue irrigationis:quia ꝓ certo in statu penitentie debemus more vinee lachrymas cōpunctiōis emittere/⁊ rore ⁊ pluuia deuotiōis corda nostra dulciter irrigare/⁊ ꝑ hyadum ⁊ pleiadum.i.ꝑ perfectorū influentiā terram cōscientie humectare. Psal. Lachrymis stratū meum rigabo. Item temp⁹ seminatiōis et insertiōis:q꞉ ꝓ certo quadragesima est tēpus in quo ꝑdicatores debēt semina v̄bi dei disseminare/⁊ surculos boni ꝓpositi in corda hoīm inserere: vt sic possint fructus bonoꝝ operum reportare. Iaco.j. Suscipite insitū verbum/qđ potest saluare aīas vestras. Item tēpus est iubilatiōis:quia ꝓ certo tunc debet homo de spe venie gaudere/⁊ de serenatione conscientie more auium canere et garrire. Esa.ix. Letabūtur coram te sicut qui letant̄ in messe/sicut exultant victores capta p̄da. Uel etiam aues.i.angeli tunc temporis letantur/⁊ de conuersione peccatorū iocundant̄: q꞉ sicut dicit̄ Luce.xv. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente.

Capitulum.lx.de paschate.

1 PAscha dicitur grece idē quod pati latine/⁊ idē quod transitus hebraice/eo.s.quia antiquitus agnus patiebat̄/⁊ immolabatur/⁊ transitus et exitus filiorū israel ex egypto colebatur et celebrabat̄:q꞉.s.sicut dicitur Exo.xij. quando deus filios israel de egypto voluit educere/agnū precepit occidi et manducari/⁊ sanguine postes domorū liniri/sicq̄ factū est q̄ angelus a deo missus primogenita egyptioꝝ exterminauit/filijs vero israel quorū domus linite erant sanguine/pepercit:et eos sibi dn̄s cōsecrauit. Precedente etiam isto paschate/populus ꝑ mare rubrū transiens/precedente columna ignis ⁊ nubis extitit a seruitute egyptiaca liberat⁹: Pharao vero cum egyptijs in mari medio est submersus. Et sic istud pascha.i.ista agni īmolatio/filijs israel ꝓfuit/egyptijs vero nocuit atq̄ obfuit. Ista omnia possunt exponi de nostra solēnitate paschali/in qua scilꝫ agnus immaculatus Christus passus ⁊ occisus fuit: per quem populus fidelium de morte ad vitam/de culpa ad gr̄am/de miseria ad gloriam pertransiuit: q꞉ pro certo nos qui sumus in egypto huius mūdi/duos principes habemus timere/scilicet pharaonem.i.diabolū/nos cum vitiorū exercitu persequentem: et angelum.i.deum/egyptios.i.peccatores percutientem ⁊ perpetuo cōdemnātem. Sed pro certo istud pascha cum suo agno paschali occiso.i.cū Christi passionis ⁊ occisionis merito/contra ista duo remediatur:quia pro certo si sanguine ipsius postes cordis nostri per passionis memoriam inunxerimus:angeli percutiētis.i.dei peccatores dānantis sentētiam euademus:⁊ primogenitū nostrum.i.animā/a percussione mortis perpetue saluū et liberum faciemus. In virtute etiam ipsius sacramēti poterimus ꝑ mare rubrum.i.per penitentie amaritudinē transire:et sic pharaonis.i.diaboli/cum egyptiorum.i.vitiorū exercitu poterimus dispendium non sentire/et a seruitute vitiorum de cetero tuti esse:quia procul dubio virtute istius sanguinis et paschatis/pharaonis.i.diaboli potentia destruitur/⁊ filiorum israel.i.fidelium miseria releuatur. ad Ephe.j. Habemus redemptionē per sanguinem Christi. Uel dic generaliter q̄ pascha bonis profuit/malis obfuit:quia pro certo illi qui boni sunt/et qui istud pascha/scilꝫ Christi sacramentum digne comedūt/exinde procul dubio salui fiunt. Qui vero egyptij.i.mali fuerint/virtute ipsius interibūt. Quod bene figurari potuit in cōsuetudine iudeorum/apud quos de duobus reis/vnus in paschate liberabatur/in signū populi tunc liberati: alius vero damnabat̄/in signū pharaonis submersi. Ad denotandum etiam hodie q̄ pascha nostrum Christus immolatus bonos ⁊ digne sumentes liberat/malos vero et indigne recipientes damnat: quia scilicet (sicut scriptū est.) Quicūq̄ mādūcauerit corpus domini indigne/iudicium sibi manducat et bibit.j.ad Corin.xj. Et sicut filij israel post transitū rubri maris inceperūt cantare: dicētes. Cantemus domino gloriose ⁊c̄. Exod.xv. sic etiam nos a diabolo liberati/debemus plurimū exultare. Uel dic q̄ quādo in corde nostro pascha spirituale facim⁹: et Christi passionem ⁊ resurrectionem ad memoriā reducimus/ipsumq̄ per deuotionem comedimus: tunc pharaonis dominiū euadimus:et mediante aqua maris.i.lachrymosa amaritudine/columna ignis.i.amorosa et charitatiua dulcedine/⁊ columna nubis.i.puritatis ⁊ innocētie sanctitudine/egyptios.i.peccata submergimus: ⁊ eorum persecutionem vitamus:⁊ primogenitum nostrum.i.animam a morte perpetua liberamus. ¶ Sicut ponitur Exod.xij. 2 in comestione agni paschalis magne cerimonie seruabantur. Iste enim primit⁹ assabatur/nihilq̄ de eo in aqua coquebatur/os eius non cōminuebatur:nec aliquid vsq̄ mane reseruabatur ⁊c̄. Uide omnia que ponūtur hic quando de figuris agetur Exodi.xij. ¶ Ad pascha nostrum perti- 3 nēt quinq̄ dies/scilicet pascha floridum/qđ est dies Christi receptionis: et est in palmarum ramis. Dies cene et paschalis refectionis. Dies veneris ⁊ dominice passionis. Dies sabbati et dominice requietionis. Dies pasche ⁊ dominice resurrectionis. Sic vere ad hoc q̄ pascha.i.transitū et recessum a vitijs celebremus/quinq̄ sunt necessaria/scilicet pascha floridum.i.florida conscientia:in qua Christus in hierusalem.i.in mentē per deuotionem est recipiendus. Cena.i.elemosyna et clementia/in qua Christi discipuli/scilicet pauperes/sunt cibandi. Parasceue.i.passionis Christi memoria/in qua in corde nostro ipse est mentaliter crucifigēdus. Sabbatum.i.innocētia/in qua Christus est in sepulchro cordis nostri quietādus. Resurrectio .i.penitentia/per quā Christus est in nobis resuscitandus: et nobis per gratiam restituēdus. Si enim ista quinq̄ precesserint/agnum paschalem.i.christum in sacramēto altaris digne poterimus recipere/⁊ solennitatē ipsius celebrare.j.Esdre.vj. Fecerunt filij israel trāsmigrationis pascha. ¶ Pascha floridum/est dies in ramis palmarum: sicut di- 4 ctum est:eo q̄ rami floridi illa die soliti sunt portari. Et est ista dies priuilegiata: quia scꝫ ista die Iosue cum populo israel iordane siccato/terram promissionis intrauit/vbi de nouis terre frugibus primitus manducauit. Tali etiā die Christus a populis fuit in hierusalem receptus:et cū hymnis et laudibus honoratus. Tali etiam die Christus de tēplo ementes et vendentes legitur eiecisse:et nūmulariorū cathedras subuertisse. In quibus spiritualiter notare possumus q̄ ista die Christo per deuotionem occurrere:et ianuas hierusalem.i.mentis ei aperire/ipsumq̄ per charitatem recipere:et cum ramis floridis ⁊ conscientia florida sibi obuiare debemus:et tunc siccato flumine carnalitatis/ipse nos in terram promissiōis.s.paradisi/introducet/⁊ frugibus nouis eterne glorie nos pascet/et a tēplo cordis nostri mensas nūmulariorum.i.auaritiam ⁊ amorem pecunie destruet et euertet. ¶ Dies cene est illa dies ī qua a Chri- 5 sto sacramentum eucharistie constituitur: et carnalis agni immolatio in spiritualē mutatur/in qua etiā veteris testamenti terminatur figura: noui vero testamenti instituitur natura. Ista est etiam in qua penitentes ad ecclesiam reconciliantur/in qua crisma ⁊ oleum a pontificibus conficitur/in qua pauperum pedes lauantur:et in qua cum mandato reficiuntur/in qua altaria denudantur:⁊ in qua campane non pulsantur nec audiuntur. Sic vere in cena domini ad litteram/in die scilicet cene ante parasceuē/vel etiā in cena spirituali.i.in refectione deuotionis/debent hec omnia interuenire/scilicet eucharistie sacrificatio/omnis carnalis conditionis immutatio/vetuste cōuersationis terminatio/pedū.i.affectuū per lachrymationē lotio et purificatio/pauperum per elemosynam refectio: altarium.i.cordium per cōfessionem denudatio/crismatis deuotionis cōpositio/campanarum iactantie cessatio: ⁊ sic fiet penitētis anime perfecta deo reconciliatio/et in ecclesiam paradisi introductio. psal. Introibo in domum tuam in holocaustis:adorabo ad templum sanctum tuum:et confitebor nomini tuo. ¶ Ad pascha etiam pertinet parasceue/scilicet 6 dies veneris/in qua dominus passus est:cuius scilicet priuilegia sunt: Christi passio/inferni spoliatio/demonū superatio/et similia:hominis redēptio/paradisi apertio/et omnium scripturarum consummatio. et ideo tunc dixit in cru

ce moriens ipse Christus: Cōsummatum est. Jsta possunt litteraliter dici de die parasceues/vel spūaliter possunt dici de memoria dominice passiōis / que est quasi quedā spiritualis parasceue in cordib⁹ nostris celebrata. Qꝛ pro certo per istam demones a nobis superanꝶ/ peccata redimuntur/paradisus aperiꝶ/⁊ virtualis ꝑfectio in hoie cōsummatur. ¶ Dies etiā sancti sabbati ad pascha diciꝶ pertinere/ quod ideo sabbatū sanctum diciꝶ/ qꝛ sanctus sanctorū christus ꝑ totā hanc diē in sepulchro quieuisse dinosciꝶ. Jn isto enī sabbato ignis nou⁹ acquiriꝶ ⁊ accēdiꝶ/⁊ ad accēdendū paschalē custodiꝶ. Deinde cereus a diacono erigitur ⁊ benedicitur: cui thus ī forma crucis apponitur/tandē lectionibus lectis ad benedictionē fontium accediꝶ/ et totū diei officiū sub breuissimis vesperis terminatur: benedicamus autē cū duplici alleluia diciꝶ / ad denotandū ꝙ in ratione vltima/duplex stola/scꝫ gloria corporis ⁊ anime fidelib⁹ cōcedetur. Jsta possunt dici de sabbato quod īterpretatur requies.i.de spūali requie mentis nostre: qꝛ pro certo ad hoc ꝙ istud sabbatū sanctū sit/⁊ ad hoc ꝙ mens ꝑfecta sancte ⁊ munde a vanis appetitib⁹ requiescat/ necesse est ꝙ christ⁹ in sepulchro nostre humilis cōscientie requiescat per deuotionem / ⁊ ꝙ ibi accēdatur ignis spūssancti per dilectionē: ꝙꝫ cereus intellectus ibidem illuminetur ꝑ discretionē/⁊ benedicatur ꝑ oīmodam perfectionem/⁊ ꝙ habeat thus.i. oratione et deuotionē: thus tamen habeat formam crucis .i.oratio semꝑ habeat crucis memoriā ⁊ cōpassionem. habeatꝫ istud sabbatū fontes benedictos.i.lachrymosam cōpunctionem/lectiones etiam plures.i.scripture studium et lectionē/⁊ breues vesperas.i.breuis vite considerationē/ ⁊ duplex alleluia.i. duplicē in deo exultationem/ vnam scilꝫ que ad grē/⁊ aliam ꝗ ad glīe acq̄sitionē ꝑtinet. Esa.lxj. Jn terra sua duplicia possidebunt / letitia sempiterna erit eis.

Capitulum.lxj.de pentecoste.

PEntecoste erat solenne festū apud iudeos/sicut est modo apud christianos. Est enim pētecoste quīquagesima dies post pascha: dicta sic / quia pentecostos quinquagesim⁹ diciꝶ. Jsta est enim q̇nq̄gesima dies post pascha / qua die ppl̄s isrl̄ venit ad montem sinai / vbi legē accepit : sicut diciꝶ Exo. xix. Et in ista die etiā de⁹ pater super discipulos in linguis igneis spiritū sanctum misit/sicut diciꝶ Act.ij. Jn septem autem septimanas distinguitur istud tempus/ ad denotādum ꝙ septem sunt dona que spūssanctus suis fidelib⁹ tribuit ⁊ infundit. Jn quibus oīb⁹ satis possim⁹ notare ad literam isti⁹ festi dignitatem ⁊ celebritatē: qꝛ vere si ista bene et digne colitur/spūssanctus spūaliter recipitur/ quo mens et lingua charitatis incendio inflāmatur/lex dei.i.disciplina ⁊ ratio suscipiꝶ/et quo oīs malus impet⁹ cohibeꝶ. Jbi enī tres speciales numeri sunt contenti/scꝫ septenari⁹ septimanarum/ quinari⁹ decimarum/et denarius quinarꝝ. Ad denotandum ꝙ ꝑ spūssancti dationem/ septē dona acquirimus/decē legis mandata cōplemus/ ⁊ quinꝫ sensus corporis a vanis appetitib⁹ cohibemus. Et sic tempus pentecostes/ est tempus militie ⁊ strenuitatis: tunc enī solent tyrones magis ꝗꝫ in alijs festiuitatibus militare. Est temp⁹ mundítie ⁊ siccitatis: qꝛ tunc calore solis solent lutū ⁊ imūditie desiccari. Tēpus letitie ⁊ iocunditatis: qꝛ tunc solent aues dulciter modulari. Temp⁹ viroris ⁊ amenitatis: herbe enim tūc summe virent. Temp⁹ odoris ⁊ suauitatis: flores enī tūc summe fragrant. Tēp⁹ dulcoris ⁊ saporositatis: apes enim tunc summe mellificāt. Tēpus messis ⁊ maturitatis: qꝛ tunc in regionibus calidis messes instant. Tempus pascue ⁊ satietatis: qꝛ tunc herbe pre ceteris tēporibus plus abundant. Tēpus etiam audacie ⁊ animositatis : qꝛ scꝫ humores cholerici irascibilē tunc inflāmant/⁊ sic cor ad audaciam et choleram inuitant. Sic spūaliter loquendo/ pentecoste spūalis.i.gratia spiritussancti facit nobis infinita bona. Per istā enī milites christi efficimur/contra vitia militādo.ij.ad Corinth.x. Arma militie nostre nō sunt carnalia. Per istam/mūditiam acquirimus: lutū carnalitatis desiccādo. Per istam letamur ⁊ exultam⁹/in dn̄o spiritualiter cōgaudendo/ ⁊ cantum diuine laudis ⁊ gratiarū actionis cordialiter iubilando. Per istam viremus atꝫ florem⁹ honeste cōuersando/ ⁊ odorem bone fame alijs diffundendo Canti.ij. Vox turturis audita est in terra nostra. Vince florentes dederūt odorem suum. Jtem per istam mellificamus per deuotionem. Per istam messis bonorum operum nostrorum maturatur ꝑ omnimodam perfectionem. Per istam pascua scripture preparanꝶ/per doctrine eruditionē. Et per istā spūalis audacia animatur/scꝫ ad bonorum aggressionem: qꝛ breuiter spūalis pentecoste.i. spūssancti missio/facit in nobis omnia bona/⁊ dat nobis omnia spiritualia dona: qꝛ sicut dicitur.j.ad Corinth. xij. Domin⁹ operaꝶ omnia in omnibus/vnicuiꝫ autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem.

Capitulum.lxij.de scenophegia.

SCenophegia erat festum iudeorum/quod dicebatur festum tabernaculorū/quod scilꝫ fiebat in memoriam eius ꝙ in tabernaculis manserant quando redierāt de egypto/⁊ ideo scenophegia a scenon quod est tabernaculum/est dicta. Jstd enī festū in septēbri celebrabaꝶ/ vbi ppl̄s in tabernaculis virētium ramorꝝ arborꝝ exterius morabaꝶ: ⁊ poma cedri in manib⁹ tenebāt/ ⁊ sic festū scenophegie cū letitia faciebāt. Per istud festum possum intelligere statum bonorum religiosorum/ qui pro certo istud festum spiritualiter videntur peragere/ ⁊ in mūdo isto ī tabernaculis ⁊ nō in domib⁹ habitare. Tabernacula enim sunt habitationes mutabiles/ et portabiles/domus autem sunt habitationes stabiles et īmobiles. Justi igitur in tabernaculis dicunꝶ habitare: qꝛ scꝫ mansionem durabilem hic se habere nō meditātur: immo quasi ad tempus et in transitu in mundo cōmorari noscuntur/dicentes cum aplo illud ad Heb. xiij. Non habemus hic ciuitatem ꝑmanentem/sed futuram inquirimus. Recordari enim debem⁹ ꝙ patres nostri/ scꝫ sancti apostoli ⁊ alij post egressum egypti.i.peccati/in tabernaculis māserunt/⁊ nihil in mundo sibi appropriauerūt/sed vitam istā quasi in transitu peregerunt. ¶ Decima die septēbris erāt apud hebreos tria festa/scꝫ festū expiationis: afflictionis: ⁊ ꝓpitiationis. Jlla enim die altare cū sanguine semel in anno expiabatur : eadem die popul⁹ fuit afflictus ieiunando pro vitulo adorato: ⁊ eadē die fuit populus letatus de deo sibi propitiato/sicut dicitur Deuter.xvj.⁊ Exo. xxxij. Tale festū est penitentia. Per istam enim virtute sanguinis christi/altare cordis nostri expiatur/per istam mēs de vitulo.i. de diabolo obedito ⁊ adorato affligitur atꝫ tristatur/⁊ per istam finaliter venia de pctīs ⁊ ꝓpitiatio reportatur.

Capitulum.lxiij.de encenijs.

ENcenia est noui tēpli dedicatio. Qꝛ enī tēplū pluribus vicib⁹ ꝭm plures reparatiōes fuerat dedicatū : ideo apud iudeos festum istud plurib⁹ in anno vicib⁹ populus celebrabat. Dedicationis autem festum adhuc tenet ecclesia. Quando enim episcop⁹ ecclesiam consecrare seu dedicare disponit/primo corꝑa mortuorꝝ de ecclesia eijcit/ ecclesiā tandē circuit / aqua benedicta eam aspgit / duplex alphabetū in pauimento transuersaliter scribit/parietes crismate vngit/ et cruces plurimas ibi pingit / thymiama ⁊ thus ꝑ quinꝫ partes altaris comburit/⁊ ipsum altare ornat ⁊ vestit/⁊ intus sanctorū reliquias includere consueuit. Procul dubio tali modo videtur episcopus noster christus dedicare ⁊ sibi cōsecrare templū suum.i. animā viri iusti. Primo enim solet de ea corpora mortua.i. peccata mortalia ꝑ ꝯfessionē eijcere / tandem solet eam per spiritualem visitationē ⁊ inspirationem circuire/⁊ post solet eam aqua benedicta.i.lachrymarꝝ profluuio aspgere/duplex alphabetū.i.notitiā duplicis testamenti in ea scribere/ parietes mentis/scꝫ intellectum ⁊ volūtatem crismate deuotionis vngere/ ⁊ totā ipsam ecclesiā.i.totam aīam crucib⁹.i.crucis memoria ⁊ cōpassione signare/⁊ altare cordis in quinꝫ partibus.i.in quinꝫ sensibus spiritualibus cum thure feruētis orationis per dilectionem ⁊ deuotionē accendere ⁊ cremare/ ⁊ reliquias .i.exempla sanctorum ibi per deuotionem includere/⁊ perfecte memorie commendare. Sic igitur erit templum nostrum sanctificatum/et deo principaliter dedicatum/scilicet conscientia: que est templū ⁊ ecclesia dei patris/de quo dicitur illd̄.j.ad Corinthios iij. Templum dei sanctum est quod estis vos.

¶Incipit liber sextus de materia ⁊ forma/ igne ⁊ aere/ ⁊ eorum impressiõibus. Et primo de materia. Capitulum Primum.

1 Materia prima/ est cum forma pricipiũ omniũ rerũ. Sic est tamen prout dicit Aristoteles.x. Metaphysice: ꝙ ꝓpria materia appropriat sibi propriam formam. Unde dicit ꝙ sub vna forma est vna materia: ⁊ sub pluribꝰ plures. Sic procul dubio quelibet materia.i. quilibet ecclesiasticꝰ debet sibi appropriare/ applicare ⁊ vẽdicare certam ⁊ propriam formã.i. certũ gradũ/ statum/ beneficiũ vel prebẽdã/ in quo scz maneat atq̃ viuat: sic tamen ꝙ vna materia vnã habeat formam/ ⁊ plures plures.i. ꝙ vnus ecclesiasticꝰ vnũ habeat beneficiũ/ ⁊ multi multa. Job.xlj. Una vni cõiungitur. ⁊ Matth.xx. Acceperũt singuli singulos denarios. Nõ potissime verũ debet esse de beneficijs curatis ⁊ dignitatibus: quia sicut nunq̃ ẽ dare ꝙ vna materia habeat plures formas substantiales/ sic nunq̃ debet esse ꝙ vnus ecclesiasticus habeat plura bñficia vel plures ecclesias parochiales. Uerũtamen sicut vna materia potest subesse vni forme substãtiali/ et cũ hoc plures habere formas accidẽtales: sic vnus ecclesiasticꝰ potest bene subesse beneficio curato tanq̃ substantiali/ ⁊ cũ hoc potest beneficia sine cura/ sicut accidentalia possidere. Melius est tamen vt singuli singula habeãt/ dũ tamen ad sustentationem status sui sufficiant. Quod bene figuratur Numeri.xxxiij. vbi pcipit ꝙ plures

2 latiores sortes habeant/ pauci vero angustiores. ¶Dato ꝙ materia sit in potentia ad omnes formas/ ⁊ nũc sub vna forma/ nunc sub alia naturaliter optet esse: nũq̃ tamen illam eãdem formam numero quam habet alia materia/ sibi vẽdicat vel assumit/ vel ꝓpter ipsius appetitum alia materia nũq̃ ꝓpriam formã perdit. Una enim materia nunq̃ subtrahit alteri formam suã. Sic vere dato ꝙ homo ad habenda alia beneficia ⁊ officia ambiat ⁊ anhelet/ nunq̃ tamen debet appetere q̃ ab alijs occupantur/ nec contra illos machinari vt ꝓpter ipsum suis beneficijs spolient. Nõ tamẽ est contra multos: qui quocũq̃ modo habeannt/ etiam cũ alterius preiudicio/ nunq̃ curant: contra illud Exodi.xx.

3 Non concupisces rem proximi tui. ¶Materia prima erat in tali potentialitate/ ꝙ oĩs forma in ipsa poterat introduci: ⁊ ideo dicta fuit abyssus.i. aqua: qꝛ scz sicut aqua est receptibilis oĩs coloris: sic materia omnis forme. Sic vere tanta est capacitas in aĩa ⁊ volũtate/ ꝙ ad modũ materie oẽm formã virtualis pfectionis/ ⁊ more aque omnẽ colorem honeste conuersationis potest in se recipere per agentis diuini impressionem: ⁊ etiam ecõuerso formas omniũ malorũ habituũ interiorũ/ et prauorũ actuum exteriorũ per diabolicã operationẽ. Ideo dr Eccli.xxxvj. Omnẽ masculũ excipiet mulier. Et ibidem. Omnem escã manducabit venter.

4 ¶Materia q̃to est subtilior ⁊ sublimior/ tãto ad susceptionem forme est habilior: q̃to autẽ est a natura celesti remotior/ cõpactior ⁊ terrestrior/ tanto ad susceptionẽ impressionum formaliũ est debilior: vt dicit lib. de quinq̃ substãtijs Sic q̃to aĩa ⁊ volũtas est subtilior p sensum ⁊ discretionẽ/ sublimior p eternorum cõtemplationẽ/ tanto ad susceptionem forme/ scz gratie ⁊ virtutũ/ est naturaliter magis apta. Sed q̃to est a celo remotior p terrenorũ amorẽ/ cõpactior p auaritie tenorẽ/ terrestrior p pigritie torporẽ/ tãto ad susceptionem spũaliũ impressionũ/ scz gratie diuine/ naturaliter minꝰ est apta. Et ideo religiosi ⁊ theologi q̃ celestia cõtemplãtur/ plus sunt apti gratiã recipere q̃ seculares legiste/ qui tantũ in tẽporalibus occupant. Et ideo dicit ꝙ terra erat inanis ⁊ vacua. Item dicitur ꝙ q̃to aliqua res plꝰ habet de forma/ minus autem de conditionibus materie/ tanto est nobilior ⁊ actualior. Sic q̃to quis plus habet de gratia ⁊ virtute/ minus autem de propria voluntate/ tanto

5 apud deum nobilior iudicatur. ¶Secundum Aristotelẽ materia/ causa est diuisionis et indiuiduationis in rebus. Unde dicit.iij. Metaphysice/ ꝙ diuisio speciei per indiuidua/ est ẜm materiã/ ⁊ non ẜm formam. Res etiã que multum habent de materia/ ⁊ parũ de forma/ multum crescũt: vt ptz in arboribꝰ. sunt etiam tales minꝰ sensibiles. Unde etiam ẜm Auicenã: Ossa parũ habẽt sensibilitatis: qꝛ multum habent materie ⁊ terrestreitatis. Et sicut dicitur in libro de vnitate materie: Materia est contraria ⁊ dissimilis vnitati. Sic vere in mundo isto materia.i. diuitie ⁊ tẽporalia sunt causa dissensionis/ contentionis ⁊ diuisionis: quia sicut dicitur Geñ.xiij. Erat substãtia eorum nimia/ ⁊ neq̃bant habitare cõmuniter. Unde materia ꝯtraria est vnitati: qꝛ vere diuitie sunt vnitati pacis ⁊ ꝯcordie inimice. Res eni.i. hoĩes qui multum habent de materia diuitiaꝝ/ multum crescunt ⁊ eleuantur/ scz per superbie vanitatẽ/ ⁊ multum sunt insensibiles per ignorãtie cecitatẽ/ ⁊ per cõpassionis duritiam ⁊ proteruitatẽ. Unde etiam diuites sunt sicut arbores per supbiam eleuati/ sunt sicut ossa p incõpassionẽ et duritiam insensati: ⁊ hoc qꝛ multũ habent de materia diuitiarũ/ parũ autẽ de forma scz gratie ⁊ virtutum. ps. Ecce ipsi peccatores ⁊ abũdantes in seculo obtinuerũt diuitias

6 ¶Materia habet quandam potentiam inquietam: qꝛ habet appetitũ ad infinitas formas. Unde si sit sub vna/ stati appetit esse sub alia/ ⁊ hec est causa corruptionis ⁊ destructionis rerũ inferiorum: qꝛ si materia esset contenta forma sua/ nec aliam appeteret/ nunq̃ mixtũ corrũperet. Uñ etiã corpora celestia ratione huiusmodi nullatenus corrũpunt. Sic ꝟe leues ⁊ instabiles ⁊ maxime ecclesiastici ambitiosi appetunt oĩes formas.i. omnes status/ dignitates/ ⁊ officia: ⁊ oĩa volunt tentare. Unde si sint sub vna forma.i. in aliqua religione vel statu vel ecclesiastica dignitate/ nõ sunt ꝯtẽti: imo stati volũt esse sub altera/ ⁊ de pbẽda ad decanatũ/ de statu ad statũ/ de officio ad officiũ se cõuertũt: ⁊ hec ẽ causa sine dubio quare per diuersa vitia corrũpũtur/ ⁊ quare etiã mixtum in quo sunt/ scz religio vel ecclesia sua/ multa patitur detrimẽta. Qꝛ si more corporum celestium.i. virorũ iustorũ cõtenti essent gloria sua/ ⁊ sederent in loco suo/ corruptio peccatorũ in eis nõ veniret/ ⁊ collegium eorũ tribulationem ꝓpter eos non sentiret: sed qꝛ quilibet nititur ad maiora/ ideo corpꝰ mixtũ ecclesie inuidijs ⁊ dissensionibus dissipatur: ⁊ ipsi etiam a virtutum integritate soluunt. Talibꝰ enim inquietis dicit Esa.lvij. In multitudine vie tue laborasti: nec dixisti/ quiescam. Et sicut propriũ est materie subijci ⁊ suscipere/ ⁊ nõ subijcere vel suscipi: sic isti deberent alijs per obedientiam subijci/ ⁊ ab eis suscipere regimen ⁊ doctrinã/ ⁊ non ecõuerso. Subijce humerũ tuum

7 ⁊ porta eã. Eccli.vj. ¶Scdm Aristotelẽ.x. metaphy. q̃libz materia formã propriam sibi appropriat: ⁊ q̃to subtilior et sublimior/ tanto forme nobilioris susceptior. Sic voluntas cuiuslibet naturaliter ad aliquod ꝓpriũ inclinatur: qꝛ milites diligunt honores/ mercatores diuitias/ burgenses aũt et clerici delicias amplectũtur. Quidam volũt deum/ alij mũdum/ quidã scientias/ alij letitias: qꝛ ẜm apl'm.j. ad Corinth.vij. Unusquisq̃ habet propriũ donũ: alius sic/ ⁊ alius sic. Et q̃to volũtas ⁊ ipsa aĩa est naturaliter melius disposita/ tãto ad formã nobiliorẽ.i. ad officiũ nobiliꝰ inclinat: qꝛ dispositio vniuscuiusq̃ ad aliq̃d certũ/ vt ad agriculturã vel scientias ⁊ hmõi/ nõ est nisi ẜm dispositionẽ naturalẽ ipsiꝰ materie.i. voluntatis.

8 ¶Materia dicit infinita/ vel qꝛ deibilis est in infinitũ/ vel qꝛ habet appetitũ ad infinitas formas. Et ideo dicit Plato ꝙ materia fluit in ĩfinitũ/ nisi forma sistat fluxum. Materia eñ est in potentia ad oĩes formas: sed nõ potest esse in actu nisi sub vna. Et est in materia potentia quedã actiua/ que est cõmunis formis cõtrarijs/ vt frigido et calido. vnde si sit sub vno cõtrario/ statim appetit esse sub alio. Unde nulla forma potest replere oẽm appetitũ materie/ nisi forma celestis: qꝛ q̃diu materia est sub formis inferioribꝰ/ nunq̃ quiescit appetitꝰ suus/ imo de vna ad aliã variatur: sed tunc quiescit quãdo sub forma celesti ponit. Et hec est ratio quare celestia nullatenus corrũpuntur: qꝛ scz forma celestis replet omnes materie appetitus. Sic vere voluntas hũana ꝓpterea ꝙ est debilis in infinitum.i. habilis ad cõmittendũ infinita peccata: ⁊ qꝛ habz infinitos appetitus ⁊ desideria: (Quia multe cogitatiões versantur in corde viri. Prouer.xix.) potest dici proprie infinita. Unde Seneca. Hoc ignoro/ si nr̃a desideria sint eterna: qꝛ tẽpora finita sunt: nostra aũt desideria infinita. Nec est aliqua forma inferior.i. aliqua creata natura que appeti

tus huiꝰ materie/scilicꝫ volūtatis/valeat adimplere. Unde ꝗ̄diu voluntas est sub formis inferioribus.i.in amore rerū mundialiū et terrenarum/nūꝙ̄ quiescit appetitꝰ suus: sicut patet deducendo de diuitibꝰ deliciosis ⁊ ambitiosis: imo si sit sub vna forma quā appetierat.i.si acquisiuerit aliqḋ tē porale qḋ diu cupierat/non ꝓpter hoc quietat: imo statim appetit habere aliam.i.acquirere alias res mūdanas. Et breuiter verum est quod dicitur Ezechie. vij. Aiam suam non saturabunt/⁊ ventres eorū non implebūtur. Sed vere quando materia volūtatis humane spretis formis ⁊ rebus inferioribꝰ ipsi forme celesti deo cōiungitur ꝑ amorem/ tūc repletur ipsius appetitꝰ: qꝛ ꝭm Augustinū: Animam dei capacem/nihil minꝰ deo replere potest. Et ideo materia.i. volūtas humana fluit in infinitum per diuersos appetitus nisi forma/scꝫ ipe deus/sui presentia sistat fluxum: quia Inquietum ē cor meū bone iesu/ donec requiescat in te: dicit Bern. Et sicut materia per diuersas alteratiōes peruenit ad formam/ quā tamen fastidit cum sub ipsa fuerit: sic homo per multos labores acquirit formam optatam / scꝫ res mūdanas: a quibus tamen nō propter hoc satiatur/imo ipsas fastidiens/de amore vniꝰ ad aliam variatur. Prouerb. xiij. Uult ⁊ nō vult piger. Uel dic ꝙ forma celestis ē gloria eterna/que perfecte satiat materie.i.anime appetitum: forma vero secularis est terrena opulentia / que nunꝙ̄ potest satiare animam. Allega vt supra.

Capitulum.ij.de forma.

1 Cum forma ꝭm Aristo. li. de quinꝗ̄ substantijs sit lumen/pulchritudinē/essentiam ⁊ signū omnibus tribuēs/ possumus dicere ꝙ ꝑ formam que materiam perficit ⁊ informat/ pōt intelligi gloria eterna vel prelatꝰ. Nota ergo ꝙ ꝗ̄to res plꝰ habet de conditionibus forme/minus autem de conditionibus materie/tanto nobilior/actualior ⁊ perfectior iudicatur: sicut patet in igne. Quāto vero ecōuerso plus habꝫ de materie cōditionibus/minꝰ vero de forme proprietatibus/ tunc est ignobilior/grossior/obscurior/ atꝗ̄ peior. Sic vere charissimi/ homo ꝗ̄to plus habet de conditionibꝰ forme.i. anime gratie ⁊ spūalis nature/ minꝰ vero de cōditionibus materie.i.carnis/mundi vel peccati/tanto spūaliter est melior/ et apud deū nobilior atꝗ̄ maior. Q̄to vero ecōuerso plus habet de materie cōditionibus/scꝫ de carnis vel mūdi vel bonorū terrenorum infectionibus/minus vero de formalibus gratijs/sciētijs ⁊ virtutibus/tanto reputatur apḋ deum ignobilior atꝗ̄ peior. Et ideo diuites ⁊ carnales qui abūdant in conditionibꝰ materie/⁊ nō forme/ modice sunt reputatiōis apud deum: qꝛ sicut dicit Luce.xvj. Quod altum est apud hoīes: abominabile est apud deū. Uel dic ꝙ materia q̄ est appetibilis oīs forme/ est ꝓpria voluntas: forma vero est gratia/obediētia vel charitas: quia pro certo in ecclesia illi qui minus habent de materia proprie volūtatis/magis ꝟo de forma grē ⁊ virtutis/ sunt nobiliores: et ecōuerso. Dicat igit talis hō illud Mat.xxvj. Uerunta-

2 men non sicut ego volo: sed sicut tu. ¶ Q̄diu forma mixti vnit ⁊ cōciliat eius partes/ ipm manet/ ⁊ nō corrumpitur/ ⁊ ecōuerso deficiente conciliatione forme/partes abinuicē separant/⁊ corrumpitur ipm mixtum. Sic ꝗ̄diu i corpore mixto ecclesie vel religionis vel etiam in aīa/que de pluribus potentijs est cōpacta/forma charitatis vnam partem .i.vnam ꝑsonam alteri cōciliat ⁊ adiungit: ipsa ecclesia vel religio manet in vnitate ⁊ pace. Sed stati vbi forma ⁊ charitas euaporat/⁊ cōciliatio cōcordie deficit/tunc vna pars ab alia segregatur ꝑ dissensiones et partialitates/ ⁊ sic corpus huiusmodi necessario dissipatur. Ideo christus (Joā. xvj.) summe voluit discipulos habere charitatem ⁊ vnitatem ⁊c̄. Et nota etiam ꝙ ecclesia sicut ⁊ corpus/ꝯstat ex diuersis ⁊ cōtrarijs elementis.i.personis/que tamen ad constitutionem

3 mixti in vnum conueniunt / mediante forma mixti/scꝫ charitate. ¶ Forma est qua differt aliq̇d ab aliq̇/ qua posita res ponitur/ qua destructa nihil de rei substātia reperitur. Et est forma scḋm Aristo. lumē vnicuiꝗ̄/pulchritudinem/signū et essentiā tribuēs. Unde in physico auditu dicit Aristo. ꝙ forma cū materia est causa omniū accidentium. Est aūt duplex: scꝫ accidentalis ⁊ substantialis. Sed accidentalis indiget forma substantiali / que est causa forme accidentalis: que nō ꝑficit res/neꝗ̄ facit eas. Et nulla forma est incorruptibilis nisi celestis vel spūalis: q̄ ideo est incorruptibilis/ qꝛ replet omnes materie appetitꝰ. Forma ista est charitas/qua scꝫ materia.i. voluntas ⁊ anima informatur. ⁊ hec est qua differt vnum ab alio: quia ꝭm Augustinum/ charitas est realis differētia qua filij gehenne a filijs ecclesie distinguūtur. Hec est ergo que rei.i.anime dat pulchritudinē cōuersationis/signū differentie ⁊ distinctionis/essentiam virtutis ⁊ perfectionis: ⁊ ideo destructa forma ista/nihil de esse gratie vel rei substantia reperit: qꝛ ꝭm aplm̄.j.ad Corinth.xiij. Charitatem autem non habeā/nihil sum. Et ideo forma in materia.i.charitas ⁊ gratia in voluntate/est causa omniū accidentium.i.omnium bonorum et virtutū. Est autem duplex forma.i.duplex dilectio ⁊ charitas: scꝫ accidentalis/et hec est amor ⁊ affectio naturalis. Itē substantialis: ⁊ hec est gratia ⁊ charitas gratuita. Et sicut forma accidentalis indiget substantiali/ et sine ea nihil valet: sic vere charitate gratuita indiget amor ⁊ affectio naturalis: al's posset dici illud ad Gala.iiij. Emulant vos: sed non bene. Et Luce. vj. Peccatores diligentes se diligunt/ scꝫ dilectione naturali. Unde forma substātialis causa est accidentalis: qꝛ charitas gratuita debet aliam regulare/⁊ sicut causa effectū perficere et cōplere. Unde forma accidentalis.i. affectio naturalis/nō perficit res.i.animas et cōscientias/nec eas complet: qꝛ oīs completio virtualis

4 est ab amore gratuito/non naturali. ¶ Scḋm ꝙ forma nobilior debet in materia introduci/ipsa materia debet aptari primitꝰ ⁊ cōpleri. Unde si de terra debeat fieri ignis/necesse est vt materia subtiliet/⁊ primitus disponatur. Sic qꝛ audiētes predicationē habent per eius influentiā ⁊ doctrinam recipere formā ignis/et ipsum sanctū spiritum/ ꝑ quē cor calefit et ignitur: ideo necesse est ꝙ primitꝰ per gratiam disponātur/vt sic de terra.i.de corde terreo ⁊ auaro efficiat ignis.i.cor charitatis incēdijs inflāmatum. Unde Ezech. xj. Spiritū nouum tribuā in visceribꝰ illorū/ ⁊ auferam cor lapideum de carne eorū ⁊c̄. Ezechi.xj.⁊.xxxvj. ¶ Talis est

5 differētia inter bonū prelatū ⁊ malū: sicut inter formā celestem ⁊ elemētarē. Forma enim celestis replet oēs appetitus ⁊ vacuitates materie quā informat: et ideo tale compositū non corrūpitur. Sic bonus prelatus omnes defectꝰ et vacuitates ecclesie sue debet rigore iustitie complere/et sic eius religio minime corrumpet/ que est quasi corpus cōpositū/scꝫ ex diuersis personis. Et sicut talis celestis forma partes compositi ita conciliat et concordat/ꝙ vna nō agit in aliā cōsumendo (vnde nō sunt ibi contrarie qualitates) sic prelatus in religione debet cōcordiam generare/et iras et discordias extirpare ⁊c̄. Itē sicut virtute talis forme oīa elementaria sensibilia ⁊ vegetabilia ꝑficiūt/ sicut arbores ⁊ huiusmodi/ ⁊ eius etiā virtute ꝭm philosophū in terra generant aurū ⁊ argētū et lapides p̄ciosi: sic exēplo/ doctrina ⁊ ꝟtutibꝰ ꝓlatorū seculares debēt grā vegetari/⁊ doctrina sensificari: ⁊ in terrenis ⁊ cupidis generari aurum rutilans charitatis/ argentū candens castitatis/et preciosi lapides

6 gratie ⁊ virtutis. ¶ Item quanto forma est a conditionibꝰ materie magis separata/tāto est actualior ⁊ nobilior: ptꝫ in angelis. Sic prelatus angelicus ꝗ̄to virtutibꝰ et moribus

7 alios p̄cellit: tanto nobilior dꝫ dici. ¶ Itē in corꝑe ꝗ̄to plꝰ est de materia/ tanto minus inuenit de forma. Sic in hoīe vl' religione ꝗ̄to plus abundant diuitie materiales/ tanto minꝰ inuenit ibi de discretione ⁊ sciētia ⁊ gratia/ q̄ sunt for-

8 me spirituales. ¶ Forma elementaris nō terminat materie appetitus / ⁊ ideo in corporibus elementaribꝰ sunt contrarie qualitates: quarum actionibus ⁊ passionibꝰ semper est corruptibilis quo ad potētiā: et multotiēs corrumpitur quo ad actum. Sic quia vere malus prelatus nescit motꝰ et appetitus subditoꝝ mediante iustitia reprimere ⁊ terminare: ideo ꝑ cōtrarietates ire ⁊ inuidie corpus illud in quo ē.i.ecclesia vel patria sibi subiecta/discordijs / iurijs ⁊ inuidijs dissipatur. Et sicut ꝗ̄diu forma mixti partes conciliat ⁊ concordat/corpus est integrum/⁊ econuerso: sic stante bono prelato stant subditi/ et cadente eo etiā cadunt ipsi. Figura.j.Reg.vltimo de saule q̄ interfectus a seipso/ ar-

9 migerum suum ad simile prouocauit. ¶ Forma ꝭm Arist. se habet per modum viri: qꝛ sicut vir potest plures feminas

ĩpregnare/ sic forma plures materias ĩformare. Sic etiā
[10] ⁊ ꝑlatus pōt plures subditos ⁊c̄. ¶ Forma est duplex. s. ac-
cidētalis ⁊ substātialis. Sed substātialis dat esse ⁊ ꝑfectio-
nē rei/ nec est ita corruptibilis sicut accidentalis. Et est for
ma materie manifestatiua: qꝛ nunꝗ̄ videtur materia nisi ꝑ
formam fuerit informata. Sic duplex est anime forma: scilꝫ
accidētalis/ ⁊ hec est gratia: ⁊ substātialis/ ⁊ hec est gloria.
Et dicitur gratia forma accidentalis/ eo ꝙ in hac vita de
facili corrūpatur: sed gloria est forma substātialis/ qꝛ semel
habita nunꝗ̄ perpetuo potest perdi. Et ideo ista dat esse ⁊
perfectionem rei. i. aīe: qꝛ quousqꝫ ipsa per gloriam informe
tur/ nunꝗ̄ perfecta ꝓprie potest dici: qꝛ semꝑ est in potētia
facili ad cadendū. Eccl's. ix. Nescit homo vtrum amore vel
odio dignꝰ sit. Et ideo forma dicit̄ materie manifestatiua:
qꝛ virtutes ⁊ merita materie. i. ipsius aīe in patria manife-
stat: qꝛ s̄m merita aīe ipsi a deo gloria largiet̄/ ⁊ sic ꝑ glo-
riam apparentem virtutum ꝗ̄titas apparebit. ad Colo. iij.
Cū Christꝰ apparuerit/ vita vestra: tunc ⁊ vos apparebitis
cū ipso in gloria.

Capitulum. iij. de elementis.

[1] Cum elementa sint diuersarū et ꝯtrariarū quali
tatū/ scꝫ aqua/ ignis/ aer ⁊ terra: istud est verum
ꝙ nunꝗ̄ quiescūt a suo motu et actu/ ⁊ nūꝗ̄ etiā
cessant sibi ĩuicē ꝯtrariari. vnū enī in aliud semper
vult agere/ ipm̄ corrūpere ⁊ alterare/ ⁊ in sui na-
turā cōuertere ⁊ mutare. Sic vere boni nunꝗ̄ cessant a mo
tibus ⁊ actibꝰ virtuosis/ ⁊ intantū charitatiue se diligūt/ ꝙ
predicando/ docendo/ ⁊ alias ꝓficiendo/ alij in alios semꝑ
agūt: ⁊ sic alios in seipsos per veram dilectionē conuertūt:
qꝛ scꝫ amor qui transformat amantē in amatū/ cupit etiam
amatū in amātem mutari: vt de diuersis ⁊ ꝯtrarijs fiat idē: iu
xta Senecā/ qui dicit ꝙ ille qui verus amicus est/ est quasi
alter idem. Uel ista possunt dici contra malos/ qui cū inter
se sint contrarij ⁊ diuersi per odiū/ inuidiā ⁊ rancorē: nunꝗ̄
cessant alter alterum corrodere ⁊ impugnare/ ⁊ vnus cōtra
aliū machinari/ ⁊ aliorū substantiam temporalē in suam ꝑ
rapinam ⁊ auaritiā cōmutare. Prouerb. xiij. Inter supbos
[2] semꝑ sunt iurgia. ¶ Seneca de naturalibꝰ q̄stionibꝰ li. iij.
volens probare ꝙ aqua quādoqꝫ fit ex terra/ dicit ꝙ omnia
elementa alternatim mutant̄. Nā de terra aqua fit: ⁊ econ
uerso/ de aere ignis/ ⁊ de igne aer/ qđ fit per intensionē ⁊ re-
missionem elementoꝝ/ ⁊ maxime quia (vt ait) nō est modo
dare elementū simplex: imo oīa inuicē sunt ꝑmixta. qđ ptꝫ
qꝛ aer et ventus/ aqua/ calor ⁊ ignis/ sunt infra terram/ ter-
reiqꝫ vapores ignei ⁊ aquei sunt in aere/ ⁊ sic de alijs. ⁊ ideo
vt ait idem ibidem: omnia in omnibꝰ sunt: ⁊ oīa ex omnibus
fiunt/ ⁊ omniū elementoꝝ alterni recursus sunt/ ⁊ quicquid
alteri perierit/ in alterum transit. ⁊ sic cōcludit ꝙ terra que
alijs elementis est solidior/ in aquā potest transire/ ⁊ maxi-
me: qꝛ aque naturaliter est cōiuncta/ ⁊ etiā admixta: ⁊ ideo
(inquit) facilior est transitus: qꝛ illis in que transeundū est/
iam mixta est. Et breuiter/ nullū est ita vile rude ⁊ grossum
elementū/ quin possit cōuerti in magis nobile ꝑ rarefactio-
nem ⁊ purificationē: nec ita nobile quin possit ꝯuerti in mi
nus nobile ⁊ vile per cōdensationē ⁊ remissionem. Ista pos
sunt exponi de bonis: qꝛ procul dubio nullus debet inueni
ri hodie ita secularis ⁊ simplex/ ⁊ ita per solitudinē impmi-
xtus: quin alijs ꝑ charitatē ⁊ amicitiā sit cōiunctꝰ/ oīa enī
debēt esse in oībus ꝑ mutuam charitatem. Ezechi. j. Erat
rota in medio rote. Et ideo oīa debent fieri ex oībus per al
ternam cōformitatē: qꝛ scꝫ alterni debent esse recursus ap-
petituū humanorū/ vt scꝫ homo cōditiones aliorū induat/
⁊ in alios se ꝯmutet/ scꝫ vel ꝓspis cōgaudēdo/ vel in aduer
sis cōdolēdo/ vel in bonis moribꝰ imitādo: vt sic s̄m doctri
nā apl'i ad Roma. xij. Gaudeamꝰ cū gaudētibꝰ/ fleamꝰ cū
flentibꝰ: sicut ipse de seipso dicit. j. ad Corinth. ix. Oībꝰ oīa
factus sum. Uel ista possunt allegari ꝙ in mundo/ dū durat
misera vita presens/ nō est aliquid stabile: omnia enī sunt
mutabilia: qꝛ bona possunt fieri mala: ⁊ ecōtrario mala bo
na. Non enī est ita nobile elemētū. i. ita sancta ꝑsona/ quin
possit deteriorari/ ⁊ in vilem pctōrem deo ꝑmittēte mutari.
ꝓpter quod. j. ad Corinth. x. dicit apl's. Qui stat: videat ne
cadat. Nec ē aliquis ita peccator vel vilis/ quin possit deo
operāte fieri sanctꝰ/ ⁊ nobilis: qꝛ sicut dicit̄ Matth. iij. Po-
tens est deus de lapidibꝰ suscitare filios abrac. Et potissi-
me talis mutatio est facilis ꝓpter mutuam permixtionem.
Boni eī malis/ terra aquis/ ⁊ ecōtrario mali bonis/ ⁊ aqua
terris sunt admixti: ⁊ ideo facile est ꝙ alij in alios permu-
tentur. j. Reg. x. Mutaberis in virū alterū. Uel pōt etiā di-
ci de re publica/ in qua quicq̄d alteri perit/ in alterū trāsit/
et nunꝗ̄ vnus aliq̄d perdit/ quin aliꝰ illud lucret̄. Et ideo
ꝗ̄tum res publica in vno perdēte deprimit̄: tantū in lucrā-
te alio releuat̄. Oīa enī ex oībꝰ fiunt: qꝛ omnia que sunt/ de
alijs ad alios transeūt/ ⁊ oīa mundi bona aliena fuerunt/ ⁊
aliena erunt. Threñ. v. Hereditas nr̄a versa est ad alienos:
[3] domꝰ nostre ad extraneos. ¶ Elementū dicitur res mini-
ma ⁊ simplex/ nō ꝙ in se partes nō habeat: sed qꝛ non habet
partes specie differentes: qꝛ quelibet pars ignis est ignis/
non autē sic de mixto: vt est metallū: qꝛ alia pars terra/ alia
aer/ ⁊ huiusmodi. Sic esse debꝫ de cōitate christiana: quia
debet esse minima ꝑ humilitatē/ simplex etiā per vnitatē.
Unde pars a parte. i. christianꝰ a christiano non debet dif
ferre: sed ꝑ charitatem ⁊ amorē debet alter alteri cōuenire
et se vnꝰ alij cōformare. Sap. vij. Sum quidem homo mor
[4] talis/ silis alijs hoībꝰ ⁊c̄. ¶ Elemēta ꝯria ⁊ ꝯtrarie agētia
sunt in corpore/ ⁊ ibi ꝑ celi ⁊ stellarū influentiā adunant̄/ et
ad concordiā reuocātur. Sic in corpore ecclesie sunt diuer-
sa ⁊ cōtraria elemēta. i. persone diuerse moribꝰ atqꝫ lingua:
sed tñ ibi coadunāt̄ ꝑ fidei vnitatē/ ⁊ ꝯcordant̄ ꝑ charitatis
glutinositatē: ⁊ hoc ē ꝑ celi. i. christi/ ⁊ stellarū. i. sctōꝝ ⁊ etiā
per bonorū prelatorum influentiā ⁊ virtutē: quibꝰ medianti
bus vnus alteri nō repugnat in ecclesie vnitate. j. Macha.
viij. Omnes obediunt vni/ ⁊ zelus et inuidia non est inter
[5] eos. ¶ Inter elemēta licet terra et aqua sint a motu primi
mobilis aliena/ ⁊ licet per eius influētiam nō moueātur/ ⁊
maxime terra: tñ nō cessant a motu generationis: qꝛ mare
pisces generat/ terra autem animalia/ plantas et lapides
nutrit. Et breuiter licet sint ociosa quo ad motū/ nō tamen
sunt vacua quo ad fructū. Sic licet viri deuoti ⁊ cōtempla
tiui sint a primi mobilis christi motibꝰ. i. ab ipsiꝰ duris pe-
nitentie operibꝰ dissimiles ⁊ alieni/ nunꝗ̄ tñ a motu interio
ri generationis/ scꝫ cōtemplationis ⁊ deuotionis quiescūt:
qꝛ breuiter licet sint ociosi ꝗ̄tū ad motum. i. ꝗ̄tū ad diuer-
sorum bonoꝝ operum executionē/ que pertinent ad actiuā:
nūꝗ̄ tñ sunt ociosi q̊ ad fructū ⁊ q̊ ad cogitatuū internoꝝ ⁊
affectionū ꝓductionē: nec etiā quo ad ornatū. i. quo ad exte
riorē apparētiam ⁊ cōuersationem/ que pertinēt ad actiuā
[6] et cōtēplatiuā. ¶ Licet elementa sint in se diuersa ⁊ ꝯria/ ⁊
ꝟtute ⁊ nobilitate differētia/ nūꝗ̄ tñ est aliq̄đ elementū ita
nobile vel virtuosum/ q̄n ꝯueniat cū aliq̊ ignobili in aliqua
qualitate. Uñ cū sint aliqua elemēta nobilia. s. ignis ⁊ aer:
et aliqua ignobilia/ scilꝫ aqua ⁊ terra: tñ ignis cū terra con-
uenit in siccitate/ licet differat in frigiditate. Aer etiā cōue
nit cū aqua in humiditate/ licet differat ĩ caliditate. Inter
elemēta etiam nobilia est differētia: qꝛ ignis est siccus/ aer
est humidus. Et inter ignobilia similirer: qꝛ aqua est hu-
mida/ terra sicca. Sic in mundo ⁊ ecclesia sunt diuersa vel
contraria elementa/ scilicet boni ⁊ mali/ qui sunt contrarij
ꝗ̄tum ad conditiones: et contrarie agunt quantum ad vir-
tutes ⁊ oꝑationes. Non est tamē ita nobile vel notabile ele
mentū. i. non est ita virtuosus/ bonus ⁊ iustus/ quin conue-
niat cū ignobilibus. i. cū malis peccatoribꝰ in aliqua qua-
litate vel cōditione. Unde etiam ignis. i. viri rigidi/ iusti et
charitatiui/ cōueniūt cū terra. i. cum cupidis terreis ⁊ aua-
ris/ scꝫ in siccitate incōpassionis: qꝛ multi sunt ita rigidi ꝙ
nullius miserent̄. Aer etiā. i. viri contemplatiui ⁊ deuoti cō
ueniunt cū aqua. i. cum luxuriosis ⁊ fluxibilibꝰ: ⁊ hoc in hu-
miditate. i. in naturali cōpassiōe ⁊ pietate: qꝛ vt cōiter luxu
riosi sunt ceteris pctōribꝰ misericordiores. Et sic breuiter
nullus est ita bonꝰ: quin in aliquo cū malis ꝯueniat: nec ita
malus quin in aliquo bonis sit similis ⁊ cōformis/ ⁊ ad mi
nus lꝫ differāt in moribus/ tñ sunt similes in natura. Silis
[7] ero altissimo. Esa. xiiij. ¶ Duo sunt elementa nature nobi-
lioris ⁊ purioris/ ⁊ substātie leuioris: scꝫ aer ⁊ ignis/ q̄ habēt
motū a centro ad circūferētiam/ ⁊ inest eis nobilitas ratio-
ne vicinitatis quā habent ad corpus celeste ⁊ stellas: quia
scꝫ virtus celestis primo influit suꝑ sphærā ignis ⁊ aeris/ ꝗ̄
super alia corpora. Et ideo illa duo elemēta sunt velociora
quo ad motū/ subliniora quo ad situm/ virtuosiora quo ad

actū/puriora quo ad substātiam / magis perspicua quo ad formā. Alia aūt duo elemēta/scꝫ terra ⁊ aqua/sunt īferiora: habētia scꝫ motū suū a circūferētia ad centrū/⁊ sunt ceteris grossiora/materialiora/magisqꝫ cōpacta ⁊ obtusa/plꝰ habētia de materia/ qꝫ de forma : ⁊ ꝓpt sūmā elōgationē a ꝑma sphera/motui ꝑmi mobilis nō sunt ita obediētia/ ⁊ maxime terra: qꝛ scꝫ ceteris omnibꝰ ſm magis ⁊ minꝰ se mouentibus/nō mouetur. Sic vere in mūdo isto sunt duo genera elemētorū.i.hominum: scꝫ boni ⁊ mali. Sed boni sunt sicut ignis ꝑ ardorem charitatis/sicut aer ꝑ splendorē honestatis. Mali sunt sicut aqua ꝓpter frigus indeuotiōis/⁊ sicut terra ꝑ siccitatē ⁊ duritiam incōpassionis. In his ergo est differentia: qꝛ prima duo elementa/scꝫ boni: sunt nature nobilis ⁊ pure: qꝛ cū sint vicini prime sphere ⁊ stellis.i. christo et sanctis ⁊ angelis ꝑ amorē ⁊ virtuositatē : ideo ab isto celo ⁊ stellis.i. a deo ⁊ sanctis suis / maiorē influētiā recipiūt gratiarū/ ⁊ nobilitatē inde cōtrahunt spiritualē. Deutero. xxxiij. Qui appropinquāt pedibꝰ eius: accipient de doctrina eius. Quia virtus celestis/scꝫ influentia dei ⁊ sanctorū/ primo influit super ista elementa.i. super iustos / magis qꝫ suꝑ alia que sunt ab eo remota per peccatum. Hiere. xxxij. Tibi enim cōpetit: qꝛ prior es. Et etiā istis mediantibꝰ influit super infima elemēta/ scilicet pctōres/per eorū predicationem/ ⁊ huiusmodi. Ruth. iij. Extende palliū tuum super famulā tuā: qꝛ ꝓpinquus es. Et ista elemēta.s. scti/sunt velociora quo ad motū operationis. In oībus operibꝰ tuis esto velox. Eccli. xxxj. Item sublimiora quo ad sitū cōtemplationis: qꝛ ꝯuersatio eorū in celis est. ad Philip. iij. Perspicua quo ad formam honestatis. Fulgebūt iusti sicut sol. Matth. xiij. Puriora quo ad substantiā castitatis. Thobie iij. Mundā seruaui aīam meā. Et ideo habēt motū suum a cētro ad circūferētiā: qꝛ motus appetitꝰ ⁊ affectio eorūdē est ab his infimis ad suprema/ꝑ erectionē volūtatis. Eze. x. Eleuauerunt cherubin alas suas. Sed alia elementa vilia/scꝫ pctōres/habēt motum cōtrarium: qꝛ mouent descēdendo a circūferentia.i. a deo ⁊ superis/ ad centrū.i. ad mūdialia ⁊ terrena ⁊c. Explica. Ideo de vtrisqꝫ dicitur in ps. Ascendūt montes: ⁊ descendūt campi. Et ideo ista elemēta/scꝫ peccatores/sunt grossa per ruditatem/spissa ⁊ obtusa per ignorantie obscuritatē/ cōpacta per tenacitatem/plus habentia de materia propriarū voluntatum et affectionū/ qꝫ de forma gratie et virtutum: ⁊ a prima sphera.i. ipso deo sunt per peccatū totaliter elōgati: ⁊ ideo motui eiꝰ nō obediunt.i. eius inspirationibꝰ ⁊ preceptis: ⁊ specialiter terra.i. terreni ⁊ cupidi sunt totaliter imobiles ꝑ duritiam: qꝛ non possunt moueri de malo statu in bonū / nisi forte ꝑ miraculum diuinū : vel per tonitruū timoris dei. vñ. Fūdasti terrā suꝑ stabilitatē suā: non inclinabitur. Nā sicut dato ꝙ terra moueatur ī terremotu/ solet tñ cito plus q̄escere sicut ante: sic terreni lꝫ quādoqꝫ in terremotu timoris diuini moueant et cogitent de salute/ statim tñ ad imobilitatē obstinatiōis pristine reuertunt. vnde in ps. dicit Terra tremuit/⁊ q̄euit.

Capitulum. iiij. de igne.

1 Cum ignis sit nobilissimū elementū/virtutē habet mirabiliter sui diffusiuā. In oībꝰ enim rebꝰ occulte latet ignis: sicut manifeste videtur cum duo solida corpora inuicē collidūtur/exinde eñ solet ignis egredi / qui tñ ibi credebat minime occultari. Sic vere deus inuisibiliter est in omnibꝰ ⁊c. sicut supra de deo. Vel pōt dici de igne charitatꝭ/scꝫ spiritussancti/vel diuini amoris/qui in multis est/in quibus nō creditur esse/q̇ tñ/si esset necesse/⁊ ꝓ sustinēda fide oporteret collisionem pati / ibidem clarissime appareret/sicut apparuit in beato bonifacio. Qꝛ vere multi sunt qui vident duri peccatores ⁊ frigidi/qui tñ ꝓ fide essent parati mortē pati. Sapieñ. v. Ignis in aqua valebat supra virtutē suam. Expone
2 sicut de calce infra. lib. xj. ⁊c. ¶ Ignis habet virtutem metallorū purgatiuā ⁊ a rubigine mūdatiuā/ humorū crudorū in corpore digestiuā/fructuū maturatiuā/et suiipsiꝰ in rebꝰ omnibꝰ diffusiuā/⁊ inferiorū eleuatiuā. Sic ignis verbi dei aīas a peccatorū rubigine depurat et mūdificat/humores crudos ⁊ cōscientias induratas ⁊ carnales digerit ⁊ mollificat/fructū etiā bonorū operū perficit ⁊ maturat: in rebus omnibus.i. in omniū auditorū auribus se defluit et cōicat/ ⁊ sic ipsos ab īferioribꝰ ⁊ mūdanis ad superiora eleuat/⁊ ad celestiū amorē attrahit et inaltat. ideo ps. Ignitū eloquiū tuum. ⁊ Prouer. xxx. Ōis sermo dei ignitus ⁊c. Hiere. xxiij. Verba mea quasi ignis (dicit dñs) ⁊ quasi malleus ꝯterēs petrā. ⁊ Hier. xx. Factꝰ est ī corde meo q̄si ignis estuans ⁊c. Ista oīa possunt dici de bono p̄lato/p̄dicatore ⁊ confessore.
3 ¶ Ignis quodāmō dꝛ īmēsurabilis et infinitꝰ: sicut in dionysij descriptiōe ptꝫ: vt habes. j. §. iiij. ⁊ hoc qꝛ virtꝰ eiꝰ crescit in infinitū/si inueniat materiā in quā agat. Itē ignis ē mobilis: qꝛ mouet se ⁊ alia/⁊ a nullo mouet. Itē dicit ibidē ꝙ ignis est clarus/manifestus/discernēs/distinguēs/⁊ hoc ſm cōmentatorē ibidē: qꝛ habet virtutem sui ⁊ aliorū manifestatiuā: qꝛ se manifestando/ oīa alia manifestat. Itē naturam habet renouatiuā: qꝛ oīa veterascūt/ deficiūt ⁊ antiquātur/que virtute ignea nō seruātur/vt patet ī illis in q̄bꝰ calor deficit naturalis. Ideo dꝛ a dionysio/ nature custos. Itē ignis virtutē habet īmutatiuā: qꝛ materiā in quā agit/ ipsam cōsumendo/cōmutat in naturā propriam ⁊ cōuertit Ideo dicitur a dionysio īmutatiuus/et cōprehēsiuus. Itē habet naturam suiipsius cōicatiuā/⁊ sue nature in oībꝰ rebus diffusiuā : qꝛ scꝫ ignis inuisibiliter in rebus oībꝰ est inclusus/⁊ eis īmediatissime est cōiunctꝰ. Et ſꝫ philosophos triplex ignis species est disticta/scꝫ ignis lux/vt est ī ꝓpria sphera. Ignis flāma: vt est in materia aerea. Ignis carbo: vt ē ī materia terrestri. Talis ignis ē charitas: qꝛ materia in quā agit/scꝫ ipe deꝰ qui diligit/est infinitus/⁊ ideo dicit infinita. Dicit etiam mobilis: qꝛ omnia se participātia mouet ad bona; opa faciēda. Alias etiā virtutes mouet ⁊ excitat ad actus suos. Hec est igit ignis clarus ⁊ manifestꝰ: qꝛ amor more ignis se nescit celare: quin ꝑ actus exterius declaret: qꝛ sicut dicit Greg. Amor dei nūqꝫ est otiosꝰ/operat eñ magna si est/si vero operari renuit/amor nō est. Nunq̇d eñ pōt abscōdere homo ignē in sinu/vt vestimēta eiꝰ nō ardeant? Prouer. vj. Et ideo dicit distinguēs ⁊ discernēs: qꝛ ꝑ istū charitatis ignē discernūtur/distinguūt et cognoscuntur filij diaboli/a dei filijs/ſm Augu. Iste etiā ignis est renouatiuus: qꝛ charitas aīam virtutibus ⁊ gratijs renouat. Et dicit nature custos: qꝛ per charitatē alie virtutes ī esse debito cōseruātur/⁊ sine charitate/ corruptione peccati oīa bona moralia corrūpunt. Custodit eñ dominus diligētes se/⁊ vias peccatorū disperdet. Hec etiā habet virtutē imutatiuā : quia materiā suam cōuertit in propriam naturam/ inquantum amantem conuertit et effigiat in amatum. Et ideo pōt dici īmutatiua ⁊ ꝯphensiua. vñ ps. Mutabis eos et mutabūtur. Hec habꝫ naturā cōicatiuā ⁊ diffusiuā: qꝛ scꝫ charitas nō tm̄ ī corde ꝓprio in quo est/imo ī oībꝰ rebꝰ alijs se diffundit/vt alia in deo diligat/ alia propter deū. ad Roma. v. Charitas dei diffusa est in cordibꝰ nostris ⁊c. Huiꝰ autem ignis/scꝫ charitatis/est triplex species/ scꝫ ignis lux in ꝓpria natura/hec est charitas qua deꝰ diligit. Itē ignis flāma in materia aeris satis propinqua et cōsimili/ hec est charitas qua amicꝰ amat. Itē ignis carbo in materia terrestri ⁊ penitꝰ dissimili /. hec est charitas qua diligit inimicus. Descripsi ergo eā tibi tripliciter. Prouer. xxij. qꝛ funiculus triplex difficile rūpit. Eccl̄s. iiij. Vide alia de deo supra.
4 ¶ Ignis a dionysio. c. xij. de angelica hierarchia describit sic. Ignis est corpus sensibile/ oīmibꝰ rebus.s. corporalibꝰ lōge subtiliꝰ: ⁊ ꝓpter hoc/effectum sui dissimilē cunctis alijs demonstrat. Ignis eñ in oībus et ꝑ omnia dare se venit/⁊ ab oībus nō remouet. Est tñ occultus/incognitꝰ īmensurabilis/inuisibilis/quodāmodo in corpe potens ad actionē propriam/mobilis/tradēs se oībus quoquo modo approximātibus/mouens vniuersa se participātia/renouatiuus oīm/nature custos/illuminatiuus circūuelatis splēdoribꝰ/clarus/discernēs/distinguens/⁊ resiliens deorsum/ clā semetipm pascēs/ ac sursum mouēs/acute meās/excelsus/ nō recipiens ignominiā minoratiōis/ semꝑ motiuus/ cōprehēsiuus ⁊ īmutatiuus/ in se reuertens/potenter actiuus. Iste ꝓprietates ignis ꝑ oīa cōpetūt deo/xpo/⁊ spūisācto/vel etiam viro iusto. Ignis eñ dicit excelsus/qꝛ pōdere carens sublime querit: ⁊ cūctis alijs corporalibꝰ supeminet. Sic christꝰ carens pondere terrenorum ⁊ querēs sublimia eternorū (qꝛ semper fuit pauperrimꝰ) nunc supest oībus creaturis: qꝛ excelsus suꝑ omnes gentes dñs. Vel pōt dici

de bonis ⁊ spũalib⁹ pauperibus: qui qͥ terrenorũ vel vitiorũ
pondere caruerunt: ideo sursum ad celestia hic mentaliter/
tandem vero personaliter ascenderunt. ij. ad Corinth. viij.
Altissima paupertas eoꝝ abũdauit in diuitias. Itẽ ignis
dicit quodãmodo incorporeus/ ⁊ nature spũali proximus/
qͥ propter substantie sue puritatẽ et subtilitatem videt esse
medi⁹ inter corporalia ⁊ spũalia. Unde inq̃ꝫtum appropin-
quat superioribus/ incorpore⁹ potest dici. Sic vere christ⁹
voluit esse medius inter spũalia (scꝫ deũ ⁊ angelos) ⁊ corpo
ralia/ scꝫ homines. Unde inq̃ꝫtum appropinquat supiorib⁹
scꝫ q̃ꝫtum ad diuinitatẽ incorporeus est: sed inquãtũ appro
pinquat ad inferiora. i. ad hoies/ vere corpore⁹ ẽ: qͥ cum ho
minibus est homo: sicut cũ deo deus. Mediator dei ⁊ ho-
minũ homo christ⁹ iesus. j. ad Timo. ij. Uel põt dici de bo-
no prelato: q̃ debet esse per castitatem ⁊ innocentiã purissi
mus/ ⁊ inter deũ ⁊ populum medi⁹/ vt scilicꝫ apud deũ ora-
tionib⁹ agat causam populi/ apud populũ vero predicatio
ne ⁊ correctione agat causam dei. Deutero. v. Ego autẽ se-
quester ⁊ medius fui inter vos ⁊ deũ. Item ignis dicit im-
mensurabilis: qͥ virtus ei⁹ crescit in infinitũ/ si materiã in-
ueniat quã incendat. Sic vere magn⁹ dñs noster: ⁊ magna
virtus eius: ⁊ magnitudinis eius nõ est finis. Uel põt dici
de charitate: que q̃ꝫto plus accendit/ tãto plus inuenit q̃d
ametur. Eccli. xxviij. Scd̃m ligna silue exardescet ignis.
Uel potest dici de rigore iustitie/ que debet crescere in infi-
nitum/ si ligna inueniat delictoꝝ. Allega vt. s̃. Item ignis
habet naturã occultiorẽ: qͥ in sua natura nõ videt/ nec sen
su percipit: imo etiam quid sit realiter/ vix cognoscit intel-
lectu/ nisi forte cũ alij materie cõiungitur ⁊ vnitur/ vt in car
bone vel flãma. Sic vere essentia diuina/ nec sensu/ nec in-
tellectu potest plene cognosci: quia lucem habitat inacces-
sibilẽ. j. ad Timo. vj. Possum⁹ eñi itelligere quis est ⁊ qua-
lis: sed nunq̃ꝫ quid est. Ideo dicit Esa. xlv. Uere tu es de⁹
abscondit⁹. Tñ quando iste ignis fuit incorporat⁹ per bea-
tam incarnationẽ materie terrestri/ scꝫ humanitati nostre:
tunc quodãmodo fuit visibilis. Baruch. iij. Postea in ter-
ris visus est ⁊c̃. Uel põt dici de iusto/ qui se debet ꝑ humili
tatem occultare/ vt vix ab alijs cognoscat: nisi forte ꝑ opa:
quando scꝫ per actionem alicui⁹ boni operis terreni/ velut
alicui grosse materie rerũ temporaliũ misceat. ps. Nõ erat
qui cognosceret me. Item ignis dicit mobilis: qͥ in ipso ẽ
principiũ motus/ ⁊ mouet se ⁊ alia/ ⁊ a nullo mouetur. Sic
christus ad modũ mobilis se habet descẽdendo ⁊ ascendẽ
do/ ⁊ in mundo cõuersando. Unde etiã primo se mouit/ scꝫ
per bona opera: ⁊ deinde alios/ docendo/ inspirando/ ⁊ exẽ
plum dando: qͥ ipe cepit facere ⁊ docere. Act. j. Et ideo di
citur ignis clarus ⁊ illuminatiuus: qͥ xp̃s claritate vite et
doctrine mũdũ illustrauit. Sed splendor suus d̃r circũuela
tus: qͥ radij doctrine euangelice quos emisit/ circunuelati
sunt enigmatib⁹ ⁊ figuris. Ignis etiã acute meãs dicit: qͥ
ꝓpter sue ṽtutis acutiẽ subintrat ⁊ penetrat vniuersa. Sic
deus corpora oĩa essentialiter penetrat ⁊ subintrat. q̃d verũ
est ⁊ principaliter/ ⁊ potẽtialiter/ ⁊ essentialiter. Ideo dicit
Eccli. xxiiij. Penetrabo inferiores partes terre: et inspiciã
omnes dormientes/ ⁊ illuminabo omnes sperãtes in dño.
Uel dic etiã ꝙ ꝑ inspirationes penetrat corda dura/ vt ptꝫ
in paulo. Act. ix. vl' etiã in triduo ⁊ morte/ quo terrã vsq̃ꝫ ad
iferos penetrauit/ vbi spantes i dño. s. sctõs p̃res misericor
diter visitauit. Uel põt dici de prelato vel predicatore/ q̃ ad
hoc ꝙ alios moueat docendo/ debet primo esse mobilis be
ne operando/ ⁊ sic ipsos illuminare poterit ⁊ docere/ cõuer-
tere/ penetrare ⁊ circũuelare/ mouere ⁊ monere/ acuteq̃ꝫ cir
cũspicere/ ⁊ meare/ vel etiam acute reprehendere vel puni
re. Allega vt. s̃. Item ignis habet virtutẽ inferiorũ ad su-
periora attractiuam: qͥ materiam in quã agit/ rarefaciẽdo
dissoluit/ ⁊ sic sua violentia sursum trahit: ⁊ ideo dicit deor
sum pascens/ sursum trahens. Sic christus materiã suã in
quam egit. i. naturam humanã quam deorsum pascẽdo as-
sumpsit/ tãdem in ascẽsione ad superiora attraxit. Uñ etiã
sicut ignis dicit resiliens: qͥ peracto officio suo resilit in se-
ipsum: sic christus peracto officio redemptiõis humane/ in
seipsum resilijt ascendẽdo. Tp̃s est inq̃t vt reuertar ad eũ q̃
misit me. Tho. xij. Uel inferiora trahit ad superiora/ inq̃ꝫtũ
primo agit in aĩam/ ipsam rarefaciendo/ ⁊ ꝑ inspirationes
et gratias disponendo: quã tãdem ad celestia eleuat/ mun
dum contẽnendo/ celũ cõtemplãdo/ ⁊ exaltat gloriã tribuẽ
do. Ioã. xij. Cum exaltatus fuero a terra/ oĩa traham ad
meipm. Quod etiã pertinet ad prelatũ ⁊ predicatorẽ/ q̃ de-
bent deorsum subditos pascere/ ⁊ ipos monitionib⁹ ⁊ corre
ctionibus/ sursum ad amorẽ eternorũ trahere ⁊ leuare. Itẽ
ignis habet naturam suiipsius diffusiuã. Sic vere christus
ꝑ diuersa beneficia in creaturis oĩbus se diffundit/ ipsas
cõseruãdo in esse/ ⁊ maxime in hoibus: ⁊ ideo dicit ꝙ ꝑ oĩa
dare se venit: et nature custos: qͥ christus se dedit pro oib⁹
scꝫ supplicijs ⁊ tormẽtis: ⁊ hoc sine sui diminutione facit ⁊
detrimẽto: ⁊ ideo dicit nõ recipiens ignominiã minoratio-
nis: qͥ sicut dicit Eccli. xlij. Neq̃ꝫ adiectũ est neq̃ꝫ minuit/
neq̃ꝫ eget alicuius cõsilio. Uel põt dici de prelato/ q̃ debet
esse nature. i. patrie ⁊ ecclesie custos/ ⁊ se debet in oẽs do
cendo/ ⁊ beneficia dando/ diffundere: ⁊ ꝑ oĩa se dare/ ma
xime pauperibus ꝑ pietatem/ impijs ꝑ seueritatẽ/ iustis ꝑ
equitatẽ/ oĩbus ꝑ charitatem. Hiere. xij. Dedi dilectã ani-
mam meã. Et hoc tñ debet facere sine minoratione virtu-
tum/ vt scꝫ cum alijs ꝓficiat/ sibi nõ noceat. Itẽ ignis ha-
bet virtutẽ suiipsius cũ alio corpore imediatissime cõiũcti-
uam/ vt ptꝫ in carbone vel ferro ignito/ vbi ꝓpter subtilita-
tem sue substantie cuilibet parti illi⁹ corporis est cõiunct⁹.
Sic de⁹ quãtũ ad essentiã cũ rebus est vnit⁹/ ⁊ in eis abscõ
ditus ⁊ inclusus/ sed specialiter ꝑ beatam incarnationẽ cũ
ferro ⁊ cũ carbone. i. cũ humano corpore se vniuit. Uel põt
dici de corde humano/ q̃d cũ alijs se debet ꝑ charitatẽ im-
mediatissime ꝯiungere ⁊ vnire. Act. iiij. Multitudinis cre
dentiũ erat cor vnũ. Ideo ꝑ oĩa bñ dicit. De⁹ noster ignis
consumens est: Deut. iiij. ¶ Ignis habet vim purgatiuã/ 5
que metalla/ que nõ potest ꝯsumere/ mũdificat ⁊ depurat:
sed ligna cõsumptibilia attenuat ⁊ cõsumit. Sic ignis ifer
ni paleas ⁊ ligna. i. peccatores dãnatos cruciat ⁊ cõsumit/
sed metalla. i. penitentes et cũ gratia decedentes/ cũ ipos
nequeat ꝯsumere/ in purgatorio purificat et emũdat. Figu
ra: Numeri. xxxj. vbi ferrũ/ es et stãnum/ plumbũ/ aurũ ⁊ ar-
gentũ ꝑ flãmas ignis purgata sunt. et q̃ nõ potuerĩt ignẽ su
stinere/ aqua expiationis sunt sanctificata. Sic fortes in tri
bulatiõibus purgant: sed simplices dei mia supportant ⁊c̃.
Expone. Unde Esa. xlviij. Excoxi te: sed nõ quasi argentũ
elegi te in camino paupertatis. De dãnatis autem d̃r Hie
re. vj. In igne cõsumptũ est plumbũ ⁊c̃. Mat. iij. Paleas
autem comburet igne inextinguibili ⁊c̃. Uel ista possunt
dici de igne p̃sentiũ tribulationũ/ in quo boni purificantur
et corrigunt/ mali vero affliguntur et puniũtur: et ꝑ despe-
rationẽ cõsumũtur et peiorantur. Ezechi. xv. De igne egre-
dietur/ ⁊ ignis ꝯsumet eos. De igne tribulatiõis vel purga
torij egredient/ scꝫ boni: ignis vero scꝫ tribulationis vel in- 6
ferni consumet eos. videlicꝫ peccatores. ¶ Ignis semper
appetit sup aerem esse/ sed si infra per violentiam detinet/
paulatim in mollẽ aerem euanescit/ ₰m Isidorũ. Sic vere
iustus homo sup aerem nebulosum. i. sup mũdi negotia vs-
q̃ꝫ ad celestiũ cõtemplationem cupit se multipliciter eleua
re: ⁊ ideo si ꝑ aliquã mollitiẽ i istis iferiorib⁹. s. in mũdanis
negotijs detinetur: tunc paulatim in mollẽ aerẽ euanescit
. i. in naturã fluxibilẽ et variabilẽ/ vtpote ad delicta. Sap.
ij. Spũs diffundetur tanq̃ꝫ mollis aer. Et vide supra de ca 7
lore. ¶ Flãma est materia ignea/ in substãtia aerea: q̃ ꝓpter
substantie puritatẽ et subtilitatẽ et similitudinẽ quam ha-
bet cũ sphera ignis/ de facili ignit/ et in naturã igneam cõ-
mutatur. Et ₰m ꝙ materia aeris est purior/ tãto flãma erit
lucidior: et ecõuerso: si materia sit turbida et fumosa: tunc
obscuram et turbidam reddit lucẽ. In motu est cõtinuo/ et
nũq̃ꝫ penitus requiescit. Sic quãdo materia aerea. i. cõsciẽ
tia/ ꝑspicua ẽ ab oĩbus vitijs ⁊ depurata: tunc quia sphere
ignis amoris/ scꝫ ipsi deo est cõsimilis et vicina: ideo tunc
de facili ꝑ amorem inflãmat/ et in naturam igneã. i. in ipsi⁹
dei similitudinẽ trãsformat. ij. ad Corinth. iij. Nos autẽ re-
uelata facie gloriã dñi speculãtes/ in eãdem imaginẽ trãs-
formamur. Et q̃ꝫto materia. i. cõscientia fuerit purior ⁊ ino
centior/ tanto flãma exinde creata/ scꝫ amor et operatio ex-
terior vel exemplũ/ erit lucidior/ et pulchrior apparebit. Si
autẽ sit turbida ꝑ iracũdiam/ fumosa ꝑ malarũ cogitatio-
num redundãtiam/ obscura ꝑ ignorãtiam: tũc ꝓ certo lucẽ

exemploꝝ ⁊ exterioꝛis opationis et amoꝛis reddit turbidã et obſcurã: ⁊ ſic ſemꝑ eſt in motu diuerſarũ cogitationũ. vñ Job.xx. Varie cogitationes ſuccedũt ſibi: ⁊ mẽs in diuerſa 8 rapitur. ❡ Flãma tenebꝛoſa illumĩat abdita / ꝓdit viã / et vie offendicula ambulãtibꝰ oſtendit. Sic ꝟbũ dei tenebꝛoſa coꝛda ꝑ ignoꝛantiã / illuminat ⁊ illuſtrat ꝑ veritatem / abdita etiam. i. abſconditas demonum inſidias hominibus manifeſtat / ⁊ abdita pꝛodit in lucem: et ſic vie pꝛeſentis vite offendicula / ⁊ peccatoꝝ nocumẽta notificat et declarat.

9 ❡ Flãma ſm Marti. toꝛtuoſe ⁊ anfractuoſe mouet per aerem / ⁊ ideo ſm poetica figmenta vulcanus. i. ignis in terrã pꝛoiectus / claudus fuit: qꝛ ſcꝫ toꝛtuoſe non directe incedit: ſed ad ſiniſtram et dextram tendit anfractuoſe. Sic vere charitas non tãtũ extendit ſe directe ante ſe. ſ. ad deũ: imo et ad dexterã. i. ad amicos / ⁊ ad ſiniſtram. i. ad inimicos vndiqꝫ ſe extendit: vt amicos in deũ: ⁊ inimicos diligat ꝓpter deũ. Et ideo vulcanꝰ in terram cadẽs. i. ipſa charitas a celo vſqꝫ ad terram veniẽs / claudus fuit: qꝛ vir charitatiuus claudicando diligit vnũquẽqꝫ. Figura Geñ.xxxij. de iacob ab angelo claudicato. Vel dic ꝙ flãma eſt auarꝰ / qui ſemꝑ claudicat ꝑ falſitatem / ⁊ nũqꝫ in actibꝰ / cõtractibus ⁊ pꝛoceſſibus directe vadit / ſed a dextris ⁊ a ſiniſtris rapit et accipit alienum / tam bonos qꝫ malos / et tam amicos qꝫ inimicos iuoluens. Eze. j. Nubes magna / et ignis inuoluens. Et ſicut flãma foꝛtioꝛ eſt et ardentioꝛ in ſua extremitate / ſic cupidus auarioꝛ eſt ĩ ſua ſenectute. Et ſicut flãma ſẽꝑ nitit̃ ſurſum tendere / et anfractuoſe incedens videt̃ vias aſcenſus querere: ſic auarus et ambitioſus ſemꝑ q̃rit vt ſurſum ad dignitates ⁊ officia aſcẽdat / ⁊ ideo ꝑ anfractuoſas ⁊ indirectas vias aſcẽſum ſuũ inquirit multipliciter et pꝛocurat. Unde Canti. iij. Surgã ⁊ circuibo ciuitatẽ / et queram quẽ diligit anima mea. Vel dic ꝙ talis eſt vir ꝯtemplatiuꝰ q. ſ. anfractuoſe ꝑ diuerſas cõſiderationes in deũ ſurgit / et de cõſideratione creaturarũ ad creatoꝛis cognitionem tendit. ad Ro. j. Inuiſibilia dei ꝑ ea q̄ fctã ſunt / itellecta ꝯſpi-

10 ciũt. Vñ Eſa. xiiij. Aſcẽdã in celum ⁊c. ❡ Flãma eſt materia ignea in ſubſtantia aerea. Nam ꝓpter vicinitatẽ aeris ad ſpheram ignis / et ipſius puritatem / de facili ignit̃. Mouetur autẽ flãma naturaliter ſurſum / et ex oĩ parte in acutum tendẽs / in extremitate ⁊ fine ſui foꝛtioꝛ ⁊ acutioꝛ ⁊ claꝛioꝛ reperit̃: ⁊ ideo materiã ſibi in extremitate appoſitã incẽdit faciliter ⁊ inflãmat. Motu cõtinuo mouet̃: nec aliq̃n quieſcit. Locũ ſuꝑioꝛem querere ſatagit / ⁊ materiã in quã agit / ad ſuperioꝛa eleuat ⁊ educit / ⁊ ex partiũ ſuarum colliſione mutua ſonũ gignit. Sic iuſtus qꝛ per imitationẽ ſuoꝝ operũ vicinus eſt et pꝛopinquus ipſiꝰ ignis. i. eius qui ignis cõſumens dicit̃ (Deuter. iiij.) ideo ꝑ amoꝛis incẽdiũ faciliter inflãmat̃. Iſte eſt in motu cõtinuo per bonoꝝ operum cõſequentiã. Motus ſuus ſemꝑ eſt ſurſum ꝑ eternoꝝ deſideriũ ⁊ appetẽtiam: ⁊ ideo locũ ſuperioꝛem querere nõ deſiſtit per iugẽ perſeuerãtiam. vnde ad Coloſ. iij. Que ſurſum ſunt / querite: nõ q̄ ſuꝑ terrã. iuxta illud apl̃i ad Phili. iij. Sequoꝛ aũt ſi quo modo cõpꝛehendam. Et ex omni parte ſui. i. ex oĩbus ſuis affectionibꝰ ⁊ motibus / ſurſum in acutum. i. in virtutũ pyramidem ſemper de virtute in virtutem erigit̃ / ⁊ ideo ĩ extremitate ſui / ſcꝫ ſenectute / calidioꝛ / et per charitatẽ acutioꝛ / ⁊ per bonoꝝ operũ velocitatẽ celerioꝛ reperitur. tunc etiã ceteros plus accendit per documentoꝝ et exẽploꝝ dationẽ / ⁊ ex ſe ſonũ gignit per gratiarum actionem: ⁊ per diuine laudis pꝛedicationẽ. Act. ij. Factus eſt

11 repẽte de celo ſonꝰ. ❡ Flãma ardẽtioꝛ ⁊ foꝛtioꝛ eſt in extremitate. ſic ⁊ tu debes in vite tue extremitate ⁊ ſenectute eẽ ardentioꝛ diligendo / ⁊ foꝛtioꝛ operando. Cũ enim infirmoꝛ tũc foꝛtioꝛ ſum. ij. ad Coꝛinth. xij. Ideo Johel. iij. Infirmꝰ

12 dicat / qꝛ ego foꝛtis ſum. ❡ Flãma a vento modico incẽdit̃ et augetur: ſed a vẽto foꝛti ⁊ vehementi extinguit̃ / ⁊ totaliter diſſipatur. Sic ignis charitatis ⁊ virtutis modico vẽto tentationis et tribulationis accendit̃ et augetur: ſed cũ foꝛtis et vehemens tẽtatio irruerit / tunc neceſſario diſſipatur: niſi foꝛte per dei adiutoꝛium tueatur. Figura. iij. Regum. xix. vbi poſt auram leuem ſequutus eſt ſpiritus foꝛtis / contetens petras ⁊c.

Capitulum. v. de fumo.

Fumus vapoꝛ eſt ex partibꝰ materie ſubtilioꝛibꝰ 1 et humidioꝛibꝰ reſolutus. Diuerſificat̃ autẽ fumus ſm conditionem materie de qua manat: et ſic dico ꝙ inuenit̃ duplex fumꝰ: purus ſcꝫ ⁊ impurus / odoꝛoſus ⁊ fetidus. Fumꝰ enim fetidus et amarus viſum ledit / cerebꝝ ⁊ ſpiritũ animalẽ turbat / ⁊ ſenſum grauat. Unde ſm cõmẽtatoꝛem de aĩalibus / fumꝰ candele extincte intãtũ grauat equã pꝛegnãtem / ꝙ ſi eum ſenſerit / facere cogitur aboꝛtiuum. Ledit etiam accipitrẽ / et alias pꝛede aues. Fumꝰ autem ex rebus aromaticis reſolutus ſenſui olfactus eſt delectabilis ⁊ amicus / ſpirituũ coꝛdis et capitis reparatiuus / rheumatis ⁊ ventris fluxus reſtrictiuus ⁊ deſiccatiuus / venenoꝝ contrariatiuus / ⁊ fugatiuus reptiliũ / neruoꝝ confoꝛtatiuꝰ / ⁊ poꝛoꝛum apertiuꝰ. Sic eſt recte de bona et de mala fama: qꝛ vere malũ exẽplũ et mala fama quando in naribꝰ. i. in auribus alicuiꝰ ſubintrat / viſum contemplationis ledit / ſenſum etiam et cerebꝝ imaginationem grauat / ⁊ equam pꝛegnãtẽ. i. hoĩes ſimplices bono pꝛopoſito pꝛegnantes facit aboꝛtire / inqꝫtum per mali exempli dationem impeditur ne fetus boni operis ꝓcreet̃: ⁊ maxime fumꝰ candele. i. ꝑſone eccl̃iaſtice (que. ſ. habet alios illuſtrare) quando extinguit̃ per peccatum: qꝛ ſm Berñ. peccatũ pꝛincipis tantis obeſt / qꝫtis pꝛeeſt. Accipitres etiam clari viſus. i. viros contemplatiuos / fumus infamie alioꝝ multũ ledit. Eſa. vj. A voce clamãtis. i. diffamãtis / domus impleta eſt fumo. Econtra autem fumꝰ bonus bone fame / boni exempli ⁊ bonarũ virtutũ / qui ex ſpeciebꝰ aromaticis. i. ex virtuoſis hominibꝰ exhalat̃: talis dico eſt olfactui ſpũali. i. auditui delectabilis: ⁊ amicus / niſi foꝛte ꝑ inuidiã ſit infectꝰ: qꝛ ſcꝫ mali nunqꝫ volunt bonam famam de alijs adoꝛare / ſed boni ſic: qꝛ vnguẽto ⁊ odoꝛibꝰ delectat̃ coꝛ. Pꝛouer. xxvij. Hic ergo in odoꝛantibꝰ ſpũs admiſſos. i. gratias ⁊ dona reparat / fluxum etiã rheumatis. i. gule ⁊ ventris ⁊ luxurie ingluuiẽ obſtruit ⁊ reſtringit ⁊ tẽperat / inqꝫtũ ſcilicet alioꝛum exemplũ ⁊ famã peccatoꝛ ſentiẽs ⁊ odoꝛãs / ſe coꝛrigit ⁊ refrenat: ⁊ etiam venenoſoꝝ reptiliũ. i. moꝛſus detractoꝝ ⁊ ipſoꝛum punctionũ ⁊ diffamationum totaliter fugat / ⁊ ſic neruos. i. viros ſpũales / vbi eſt ſenſus bone operationis / edificat et cõfoꝛtat. Ideo Canti. iij. Aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus. Et Canti. iiij. Odoꝛ vnguentoꝝ tuoꝛum ſuꝑ omnia aromata. ❡ Fumus 2 eſt vapoꝛ ex ſubtilioꝛibꝰ ⁊ humidioꝛibus partibus materie reſolutus vi caloꝛis / habens graues partes mixtas cũ leuibus / ex quibus obſcuritatem contrahit: et fetoꝛẽ ex groſſitie etiam materie contrahit / cuius acumine oculos amaricat / et lachꝛymas pꝛouocat et educit. Et eſt fumus vſqꝫ ad intima penetratiuus / ⁊ poꝛoꝝ obſtructoꝝ apertiuus / ⁊ venenoſoꝛum reptiliũ fugatiuus. Talis eſt fumꝰ penitẽtie vel cõtritionis: q̄ ex partibus terreſtribꝰ / ſcꝫ ex ipſis peccatis reſoluit̃ et emanat ꝑ virtutem caloꝛis charitat̃ / vel per inſpirationẽ diuinã: ⁊ ideo habet partes leues. i. ſpem mĩe diuine / mixtas cũ grauibus. i. cum timoꝛe dei: ⁊ ex hoc contrahit obſcuritatẽ ignoꝛãtie: qꝛ neſcit homo vtrũ amoꝛe vel odio dignꝰ ſit: Eccl̃is. ix. Item fetoꝛẽ: ſcilicet pꝛopꝛie diſciplicẽtie. Unde ꝓpter amaritudinẽ remoꝛſus ꝯſcientie / qui ibi eſt oculos mentis ⁊ etiã carnis pungit / ⁊ ſic lachꝛymas extrahit ⁊ educit. Eſaie. xvj. Inebꝛiabo te lachꝛyma mea. Fumus ergo cõtritionis vſqꝫ ad intima penetrat ꝑ peccatoꝝ recoꝛdationem / poꝛos aperit per oꝛis cõfeſſionem / venenoſa fugat ꝑ malarum cogitationum repꝛeſſionẽ / ſpũs coꝛdis ⁊ capitis reparat ꝑ gratiaꝝ ⁊ virtutum reſtaurationem / rheumatis ⁊ vẽtris fluxum reſtringit ꝑ deliciaꝝ ⁊ voluptatũ abdicationẽ. Et ſicut fumus ex igne ꝓcedit / et ipm̃ anteqꝫ aliquando appareat / manifeſtat: ſic compunctio de igne interioꝛis charitatis emanat / et eum ibi eſſe oſtẽdit. Et ſicut fumus obſcuritatem in aere facit: ſic contritio in cõſcientia ꝑ ſui agitationem / ſtatus pꝛopꝛij ignoꝛãtiam inducit. Ideo Baruch. vj. Nigre ſunt facies eoꝝ a fumo qui ĩ domo fit. Vel ſi vis dic ꝙ iſte fumꝰ ſignificat ꝯſiderationẽ infernaliũ toꝛmentoꝝ / qui. ſ. oculis mentis appoſitus / et in aere cõſcientie imiſſus / ⁊ ab igne infernali pꝛeambulatiue emiſſus / facit oĩa ſupꝛadicta. ❡ Fumꝰ poſt oꝛtum ſuum ci- 3 to perit / et in aere euaneſcit. Fumus etiam ex cibis et potibus et humoꝛibꝰ melancholicis generatꝰ / et ad cerebꝝ ele

uatus/ timorem generat in melãcholicis/furorem in phre-
neticis/obliuionem in obliuiosis/ ⁊ desipiẽtiam in lethargi
cis/sensus ⁊ motus et rationis priuationem in epilepticis.
Fumus etiam terre ⁊ maris superiꝰ attractus/ aerem infi-
cit ⁊ condensat/nubes ⁊ nebulas generat/ ventis ⁊ tempe-
statibꝰ fomentũ ⁊ materiã administrat/radios etiã solares
intercipit/⁊ aerem obtenebrat ⁊ obfuscat. Talis est fumus
mundi ꝓspitatis: qꝛ cito post ortũ suũ deficit et pertrãsit/et
maxime fumꝰ ꝓspitatis ex prauis hũoribꝰ ⁊ diuitijs indebi
tis generatꝰ/⁊ in pctis ⁊ vitijs ꝯgregatꝰ. Timorẽ eñ despe
rationis facit/furorem iracũdie excitat/obliuionẽ dei gene
rat/⁊ desipientiam suipsiꝰ causat/motus bone operatiõis
et sensus deuotionis priuationem inducit/ ⁊ hoc in melan-
cholicis/phreneticis ⁊c̃. i. in diuersis generibus hominum
peccatorũ. Item fumus prosperitatis a terra. i. a diuitijs ⁊
delicijs attractus/aerem cõscientie ꝑ auaritiam ⁊ luxuriã
inficit/nebulam malarũ cogitationum ibi gignit/ ⁊ nubes
ignorantie facit / et ventis et turbinibus/discordijs et liti-
bus ⁊ diuersis criminibus fomentũ ⁊ auxilium prebet:⁊ tri
buit: radios solares. i. diuinas inspiratiões intersecat/ ⁊ ae
rem cõscientie per ignorãtias ⁊ errores obtenebrat ⁊ obfu-
scat. Baruch. vbi. s. Nigre sunt ⁊c̃. sicut. §. j. et vide ibi/ vel
4 dic totum de superbia. ¶ Fumus vt ait Greg. domos deni
grat ⁊ inficit/⁊ in parietibꝰ fuliginem generat et nutrit/lo-
ca angulosa querit / in quibus infectionis vestigia derelin
quit. Fumus de stomacho ad caput procedẽs/somnũ effi-
cit/⁊ sensus exteriores ligat/ ⁊ timorẽ in melãcholicis sub-
inducit ⁊c̃. ꝑ omnia sicut. §. precedẽti. Sic peccatũ domũ cõ
scientie per errores obtenebrat ⁊ inquinat/ ⁊ ibi fuliginem
amaram remorsuum ⁊ pũctionũ generat/ ⁊ loca ãgulosa. i.
abscondita ⁊ non apta querit ⁊ diligit ⁊ procurat: qꝛ pecca
ta semper querũt fieri in occultis: qꝛ qui male agit/odit lu-
cem. Joan. iij. Sed contrarium est de veritate: quia veri-
tas non querit angulos. Post se autem vestigia derelinqt:
quia post peccatũ remanet cõscientie remorsus ⁊ infectio/
mala consuetudo et inclinatio/ cõuersationis ⁊ honestatis
destructio/⁊ ceterorꝫ hmõi: q̃ sunt vestigia precedentiũ pec
catorum. Fumus etiam iste somnũ pigritie efficit/sensum
insuper discretionis ligat/⁊ motum bone operationis ipe-
5 dit atqꝫ tollit. ¶ Fumꝰ alte ascendendo euanescit. sic sup-
bia. dic sicut infra. §. sequenti. Fumꝰ etiam ex corporis hu-
moribus generatꝰ. i. superbia/ex sanguinis ⁊ generis nobi-
litate procedẽs. Dic per omnia sicut supra de prosperitate.
Item fumꝰ. i. superbia ex terra. i. ex diuitijs ⁊ aqua. i. ex de-
licijs ⁊c̃. Dic sicut ibidem. ps. Deficiẽtes queãdmodũ fu-
6 mus deficiẽt. ¶ Fumꝰ (ẽm glo. Can. ibi. Virgula fumi) ci-
to moritur postqꝫ orit. q̃toqꝫ magis ascenderit/tãto amplꝰ
euanescit. a vento mouetur ⁊ dispergit/ ⁊ ꝑ ventum vndiqꝫ
circũfertur. Sic vita humana post ortum et natiuitatẽ cito
per mortem deficit ⁊ abscedit: qꝛ licet in ꝓ̃senti tempore al
te ascendat ad seculi dignitates/ tamen aduenientẽ mortis
turbine/subito ⁊ totaliter euanescit: et a vẽto aduersitatis ⁊
vanitatis mũdane cõtinue dispergitur ⁊ mouet/⁊ q̃to ma-
gis creuerit/tanto amplius annullat: ⁊ tanto morti ⁊ defe-
ctui proximatur. Jaco. iiij. Quid eñ est vita vestra? vapor
est ⁊c̃. Et Sap. ij. dicit. Fumus ⁊ flatꝰ est in naribꝰ nostris
Seqt. Spũs dissoluet tãqꝫ mollis aer/⁊ transiet vita nr̃a tã
qꝫ vestigiũ nubis/⁊ tãqꝫ nebula dissoluet/⁊ Sap. v. Nos au
tẽ nati cõtinuo desinimꝰ esse. ¶ Fumꝰ in principio est gra-
cilis/sed tandem superius dilatatur. ⁊ est proprietas fumi/
semper moueri/ ⁊ semper sursum ascendere vel leuari. Sic
homo iustus hic inferius paruus est et gracilis per humili
tatem ⁊ paupertatem/sursum vero in paradiso dilatabitur
per eternam felicitatem. Esai. lx. Mirabitur ⁊ dilatabitur
cor tuum. Iste autem vult semper moueri bene operando/
et semper vult sursum ascendere celestia affectando et cõ-
templando. Et ideo cum admiratione de beata virgine di
citur Cãticorꝫ. iij. Que est ista que ascendit per desertum:
sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe ⁊ thuris? Et ad-
uerte hic quod dicit Josephus: qꝛ. s. antiquitꝰ fumus in le-
ge antiqua qui ascendebat de thuribulo sacerdotis sacrifi
cantis/si directe ascẽderet/erat signum ꝙ sacrificium erat
acceptũ/⁊ oratio exaudita. si vero anfractuose surgeret: tũc
cõtrarij signum erat. Sic vere quando mens hoĩs directe
surgit ad deum/signum est ꝙ a deo acceptatur. Si vero cir
cũquaqꝫ ad mũdana lateraliter erigitur: tunc vere signũ est
ꝙ a deo reprobatur. Vel potest dici ꝙ fumus est oratio/que
directe tendens ad deum/acceptatur ⁊ ĩpetrat: anfractuo
se vero vacillans/⁊ cor ad vanas cogitationes deflectẽs/a
deo nihil reportat. Ideo Apoc. viij. Ascẽdit fumꝰ incen-
sorꝫ de orationibꝰ sctõrꝫ/de manu angeli corã deo. Et sicut
fumꝰ illuc vadit quo ventꝰ eũ ĩpellit: sic iustꝰ illuc mentali
ter tendit/vbi flatus sancti spũs ipsum ducit. ps. Spiritus
tuus bonus deducet me in terram rectam. Et sicut bonus
fumus multas habꝫ bonas proprietates ⁊c̃. Vide supra. §.
7 j. ¶ Fumus q̃to plus ascendit/ tanto minus habet de soli
ditate/⁊ tanto amplꝰ euanescit. Sic superbi q̃to plus inal
tantur ⁊ promouentur/tanto ꝑ vanitatem ⁊ supbiã amplꝰ
ventilant/⁊ ventis ⁊ vanitatibus agitantur/ ⁊ tanto facilꝰ
euanescẽtes deficiũt / et ꝑ mortem et infortuniũ citius di-
labunt. ps. Deficiẽtes queãdmodũ fumꝰ deficiẽt. Et sicut
fumus semper tendit ad illam partẽ ad quam ipsum ventꝰ
impellit: sic talium mentes semꝑ illuc flectũtur vbi a vẽto
vanitatis vel a suggestione diabolica agitantur. Et sicut
fumus a vento portatur (⁊ inde est ꝙ ꝑ fumum a qua parte
vẽtus proueniat declarat.) sic viri vani ⁊ fumosi toti a ven-
to vanitatis ⁊ inanis glorie possidentur/ et ad quãcũqꝫ par
tem loquendo vel operando se mouerint/semper ipsos vẽ-
tus vanitatis ⁊ inanis glorie comitatur. Job. ij. Vir vanus
in superbiam erigitur ⁊c̃.

Capitulum. vj. de carbone

1 Carbo est ignis in terrestri materia incorporatꝰ
et contra naturam propriã inferiꝰ detentꝰ ⁊ al-
ligatus. Unum autẽ valde est notabile et mira-
bile in carbone: qꝛ scꝫ cum extinctus fuerit/ vix
aut nũqꝫ perpetuo cõputrescit / dato ꝙ nullam
habeat soliditatẽ firmitatis: imo facillime cõfringat. Vir-
tute enim ignis tota eius humiditas est cõsumpta / ⁊ ideo
sublato humore/putrefactiõis materia est sublata. Et in-
de est ꝙ caput colũne in terra infigende/solet comburi: vt
sic in terra vel aqua non possit putrefieri vel corrũpi. Sub
lapidibus etiã qui fiunt termini terrarꝫ/ carbones ponunt:
vt locꝰ ille ꝑ carbonum indicium ꝑpetuo cognoscat. Ista
possũt allegari de viris bonis: in q̃bꝰ ignis interior charita
tis/⁊ ignis exterior aduersitatis/totũ humorẽ carnalitatis
cõsumpsit/ ⁊ eos ꝑ pauptatem ⁊ penitẽtiam ⁊ abstinẽtiam
penitus desiccauit: qꝛ procul dubio tales q̃uis ꝑ benigni-
tatem sint teneri/et cito ad votũ frangibiles: sunt tñ in bo-
no stabiles/⁊ ad ꝑseuerandũ durabiles atqꝫ fortes. Christꝰ
ergo illos quos colũnas eccl̃ie voluit facere/scꝫ apostolos/
martyres ⁊ ꝯfessores/ ꝑ quos. s. voluit terminos mũdi ⁊ ec-
clesie/peccati et gratie/miserie et glorie/culpe et pene diui
dere ⁊ distinguere: primo voluit ꝑ aduersitatem et charita
tem exterius ⁊ interius cõburere/ vt sic facti carbones pos
sent diutius ꝑmanere/⁊ in ꝑpetuam memoriã sequacibus
signum esse. Sap. iij. Justi autem in ꝑpetuum viuent. Ut
de beato laurentio ⁊ alijs apparuit / quos dei prouidentia
igne cremari ꝑmisit/ et sic ipsorum memoriã ꝑpetuo reser-
uauit. Eze. j. Similitudo animaliũ quasi carbonum ignis
ardentium ⁊c̃. Vel potest dici de malis/qui igne charita-
tis ⁊ humore gratie spoliati/ ⁊ ꝑ peccata denigrati/durant
in mundo et viuũt vltra debitũ/et sunt in scandalum pluri
morũ. Eccl̃is. vij. Impius longo viuit tẽpore sup terram.
Vel potest dici contra dãnatos/qui igne vite presentis ex-
tincti/et ĩ inferno nigri et hispidi effecti/ꝑpetuo nõ possunt
deficere: immo ibi sine morte necesse habent ꝑpetuo ꝑma
nere. ps. Laborabit ineternũ: et viuet adhuc in finem. Vel
potest dici contra malos/ qui estimatione sua se putant im
mortales/⁊ nunqꝫ credunt deficere seu mori. ¶ In carbo-
2 ne substantialis humiditas totaliter est cõsumpta ꝑ ignis
violẽtiam precedentis: et ideo qꝛ vix est ibi sufficiens gluti
nũ quo ptes inuicẽ ꝯiũgant: carbo de facili frãgit: et in pul
uerẽ redigit ⁊ mutat. Et lꝫ extinctꝰ fuerit/tñ qꝛ sole partes
terrestres remanẽt: ideo ꝓpt̃ dominiũ siccitatis iterato de
facili reignitur. Sic vere in auaris propter violentiã ignis
cupiditatis ⁊ auaritie/humiditas deuotionis et cõpassio-
nis totaliter est consumpta. et ideo qꝛ non habent aliquod
glutinum gratie charitatis/quo partes inuicem coniungã

tur/de facili frangũtur per peccatũ/⁊ in minutissimos pulueres diuersorum peccatorum et criminum commutãtur: quia exquo aliquis perdidit humidum radicale charitatis/gratie ⁊ compassionis/ ille certe de facili ad voluntatẽ diaboli delinquit / ⁊ per desperationem frangitur atq; perit. Et licet per gratiam a peccati incẽdio aliquotiens extrahatur/tamen propter dominium siccitatis/et duritie et impietatis/de facili igne cupiditatis reignitur:et iterũ ad auaritiam reuertitur ⁊ mutatur. Osee.x. Uitula docta diligit trituram. Unde Zacha.iij. Eritis sicut torris erutus de igne ⁊c. quia breuiter istud est verum de om̃i vitio quo quis aliquando fuerit accensus/ꝙ faciliter recidit in idipsum. Uel ista possunt dici contra iracundos/qui quia glutino gratie et charitatis carent / per impatientiam faciliter frangũtur. Esaie.xlvj. Fracta sunt simulachra eorum. Uel ista dic contra luxuriosos/ in quibus ignis concupiscentie humorem deuotionis consumit : et ideo diabolus per ten-
3 tationes faciliter eos frãgit. ¶ Carbo acutissimum habet ignem. vnde sui acumine ⁊ violẽtia ferrum in se durissimũ resoluit/digerit ⁊ emollit/et ad fabricam et malleationem habilitat ⁊ disponit. Sic p̃dicator ignẽ ṽbi dei acutissimũ in se gerit / quo ferrum.i.peccatores ferreos atq; duros digerit et dissoluit per contritionem/et mollit per compassionem/ et sic ad malleationem tribulationum suscipiendam habilitat et disponit. Uel potest dici ꝙ carbo est prelatus rigidus et seuerus/ qui contra ferrum.i.contra peccatores frigidos ⁊ obstinatos d; vti acutissimo igne correctiõis ⁊c. sicut supra.p̃s. Sagitte potẽtis acute cum carbonibus desolatorijs. Uel dic ꝙ iste est christ⁹/ q̇ est carbo ex igne ⁊ ex ligno.i.ex diuinitate ⁊ hũanitate constans/cui⁹ sc; ignis rigoris erit in iudicio ita acutus / ꝙ ferreos peccatores ĩ inferno destruet ⁊ consumet.p̃s. Cadent super eos carbones in ignem deijcies eos / in miserijs non subsistent. Uel dic ꝙ iste est carbo infernalis purgatorij vel conflagrationis/
4 qui scilic; consideratus facit omnia supradicta. ¶ Carbo quando ignitur/vertitur in ruborem/⁊ exinde cõtrahit pulchritudinem ⁊ decorem. Sed quãdo ignis deficit : tunc in nigredinem commutatur/et quanto per ignis coniunctionem pulchrior fuerat/ tanto per extinctionem turpior reperitur. Sic quãdo anima per charitatem ignitur/virtutum pulchritudine decoratur. Sed si per peccatum extinguitur tunc efficitur vitiorum nigredine deturpata/et coram deo et angelis totaliter inhonesta : et q̃to quis pulchrior erat primitus per virtutes:tanto igne charitatis sublato: horribilior reperit̃.vñ Thre.iiij.de nazareis dicitur. Candidiores niue.⁊c. Sequitur. Denigrata est facies eoꝝ super carbones. Unde.j.Macha.j. Secũdum gloriam ei⁹ multiplicata est ignominia eius. Uel potest dici de diuitibus malis:qui q̃to per ignem prosperitatis sunt modo splendidiores:tanto extincti per mortem erunt turpiores : et in infer-
5 no viliores ⁊c. ¶ Carbo est ignis incorporat⁹ terrestri materie:et per violentiam in inferioribus detentus. Unde licet ignis in flamma moueatur sursum:carbo tamen ratione grosse materie cui adiungit̃/mouetur deorsum: crepitãdo tamen ⁊ scintillando. Carbo est actiuus:q̇ licet sit ignis per charitatem:tamen quia materie terree.i. negocijs terrenis coniũgitur:ideo in infimis mũdi negocijs quasi necessario detinetur:et ad ima per violẽtiam inclinatur:q; licet calor charitatis qui in ipso est/ ip̃m habeat naturaliter ad eterna superius eleuare:terrestris tamen materia negociorũ cui adiungitur/ipsum habet necessario inclinare. In infimis tamen ardet per dilectionem et bonam conuersationem:et scintillat per doctrinã et predicationem ⁊c. Uel potest dici de christo incarnato/et terrestri materie adiun-
6 cto:sicut supra de igne.§. v. ¶ Carbo ignitus si sub cinere fuerit inuolutus/ignem in se custodit. Si autem discoopertus fuerit ⁊ frigido aeri expositus/in fauillarum multitudinem redigit̃/et in se subito euanescit. Sic si homo igne charitatis accensus sub cinere.i.sub mortis memoria se inuoluat/ et infra humilitatis officium se reponat / tunc amoris diuini ignem in seipso poterit conseruare. sed si aeri frigido .i.rebus et negotijs mundanis/que frig⁹ indeuotionis causant/se discooperiat et exponat: tunc ignis charitatis paulatim deficit / et ipse homo a virtuali perfectione totaliter euanescit.p̃s. Carbones succensi sunt ab eo. Et sicut videmus ꝙ carbones accenduntur quando vento perflantur: sic iusti accenduntur ad bene agendum/ quando flatu spiritussancti interius/vel flatu predicatiõis exterius/vel flatu tribulationis a supernis insufflantur.et sic iusti figurant̃ Ezechiel̃.j. vbi dicitur ꝙ sanctorum animalium aspectus erat sicut carbonum ignis ardentiũ / et quasi aspectus lãpadarum. ¶ Carbo trahit ignem sibi incorporatum deor-
7 sum/licet habeat naturaliter ferri sursum. Sic bona mundi mẽtem humanam eis per auaritiam incorporatam/ inferius detrahũt ad mundana / licet feratur naturaliter superius. Uel dic ꝙ sicut carbo extinctus faciliter reaccenditur / et maxime quando carbonibus non extinctis adiungitur / et follibus insufflatur : sic peccator ab igne cupiditatis et peccati per penitentiã extinct⁹/ faciliter reaccẽdit̃/ quando flatus tentationis insurgit/ ⁊ aliorum peccatorum ignibus se sociat. Uel dic cõtra impatiẽtes/quia sicut carbo extinctus si calcatus fuerit/stridorem reddit: si vero extinctus nõ fuerit/plantas comburit:sic detractor si sit viu⁹ .i.si potestatem habeat/ libenter suum calcatorem vel correctorem ledit:si vero extinctus.i. carens potestate existat: tunc saltem impatientiam promit. Uel etiam dic ꝙ carbo cum sonitu frãgitur dum calcatur. Sic peccator finaliter morte fractus/cum tumultu a demonibus cõculcatur.p̃s. Perijt mẽoria eoꝝ cũ sonitu.

Capl̃m.vij.de scintilla.

Scintilla est modica particula resoluta a mate-
1 ria ignita/que quãdiu igne fuerit inflammata/ sursum ascendit vel manet / et quanto ignis fortior est/tãto ipsius mot⁹ est velocior: ⁊ ex lignis viridibus maiores et fortiores scintille emittũtur/q̃ ex siccis/ licet pauciores: tamen quando ignis extinguitur/et nature proprie relinquitur:tunc propter terreitatem ad ima cadere compellitur. Sic vere homo igne charitatis imbutus et accensus / ad eternorum contẽplationẽ se eleuat/ ⁊ ibi manet per pseuerantiã quãdiu ignis ille durat.cito etiã sursum erigitur et mouetur/ quãdo charitatis igniculis inflammatur/ ita ꝙ fulgens per honestam cõuersationem/⁊ ardẽs per feruentem dilectionem/inferiora deserit/et ad celestia mentaliter eleuatur. Unde Sapieñ.iij. Fulgebunt iusti: ⁊ tanq̃ scintille in arundineto discurrent. Et quanto ignis charitatis maior ⁊ fortior fuerit/ tãto motus et velocitas bonorum desideriorum et operum maior erit. Charitas christi vrget nos.ij.ad Corinthios.v. Et dato ꝙ ex lignis viridib⁹. i. ex carnalibus peccatoribus pauce scintille.i.raro boni viri fieri merentur/quãdo tamẽ accendũtur per charitatem/ ⁊ quando ad deum per penitentiam conuertuntur:tunc scintille fortiores.i. viri feruentiores ⁊ meliores efficiuntur. ad Rom̃. v. Ubi abundauit delictum/ibi supabundauit ⁊ gratia.vt p; de magdalena: de qua dicit̃ Luc. vij. Dimissa sunt ei peccata multa:quoniã dilexit multũ . Sed quando ignis charitatis deficit p peccatum/⁊ sibiipsi homo relinquitur/tunc ad infima/scil; ad mũdialia ⁊ terrena delectabilia negotia inclinatur ⁊ cadit et p auaritiam celo ⁊ celestib⁹ relictis/ ad terram ⁊ temporalia/ necnõ ad pctã ⁊ tormenta finaliter deuenit ⁊ descendit. Descẽde/sede in puluere virgo filia bab.⁊c. Esai.xlvij. Uel potest dici de sanctis discedentibus / qui gratia illuminati ⁊ charitate inflãmati/sursum discurrũt ad gloriam: extincti vero pctõres inferi⁹ descẽdũt ad penam . Allega. Eccl̃is.iij. Spũs filiorũ adã ascendit sursum:⁊ spũs filioꝝ iumentoꝝ deorsum . ¶ Scintilla licet sit modica/ tñ qñ in
2 materia accẽsibili inuoluit̃/vt in stipula vel in stupa/exinde qñq; ignis maxim⁹ generat̃/ quo dom⁹ et ciuitates multotiens ꝯburunt̃. Sic ex modico verbo iracũdo inter paleas et stipulas.i.inter psonas iracũdas exposito / ignis pmarimus rixe ⁊ discordie orit̃/quo dom⁹ ⁊ ville ad litterã p guerras ⁊ odia dissipãt̃. Ideo dicit̃ Eccli.xj. A scintilla vna auget̃ ignis/⁊ ab vno doloso auget̃ sanguis. Uel scitilla significat modicã tentationẽ vel modicũ dissolutũ sermonẽ/ a q̊ ꝓ certo qñq; magn⁹ ignis fortis ꝯcupie ⁊ tẽtatiõis gignit̃/ nisi a p̄ncipio cauti⁹ extiguat̃. Allega vt.s̃. ¶ Scitilla ꝓpt
3 ignẽ incorpatũ ad pulchritudinẽ ꝯhit̃/⁊ velocit̃ mouet̃ ⁊ circuit:s; exticta subito corpalr̃ euanescit/⁊ ad terrã descẽdẽs nihil p̃ter modicã fauillã relinq̇t. Sic hõ ꝓpt ignẽ incorpo

ratum.i.propter animam viuificantem/dũ viuit/pulcher ⁊
gratiosus inuenitur / et per aerem mundi huius velociter
circumit et mouetur: sed tamen ignis iste. i.anima/subito
per mortem deficit / ⁊ luciditas vite presentis extinguitur/
atq; perit/et sic homo ad terrã et terreitatem veniens/pul-
chritudinem suam perdit / et ita euanescit et dissipatur: ꝙ
de eo nihil preter fauillam et cinerem penit⁹ reperit᷑. Sa-
piẽ.ij. Fumus et flat⁹ est in naribus nostris/ ⁊ sermo scintil
le ad commouendum cor nostrum : et extinctus cinis erit
4 corpus nostrum . ¶ Scintilla est modica pars cineris ac-
censa/que ratione ignis in altum ascendit/et ibi subito ex-
tinguitur/ et propter terrestrem materiã statim cum extin-
cta fuerit/ ima petit. Sic vere quandoq; ꝙ homo sit igni-
tus per charitatem/ex hoc sursum eleuetur:per superbiam
et vanitatem/alios scilicet contemnendo/et de suis virib⁹
presumẽdo/et in suis virib⁹ gloriãdo/⁊ per iactantiã se vn-
diq; propalãdo.quo facto sepe fit vt iusto dei iudicio extin-
gui p pctã pmittat᷑:⁊ sibiipsi relinquat᷑. ⁊ sic cadit continuo
in peccatum/et a lumine de quo superbierat obscuratur/ ⁊
in terram.i.in culpam deijcitur/ et sufflatur. Unde Esaie
xiiij. Quomodo cecidisti lucifer? Sequitur. Detracta est
ad inferos superbia tua / corruisti in terram / qui vulnera-
bas gentes.

Capitulum.viij.de fauilla.

Fauilla dicitur a fouẽdo/ eo ꝙ foueat ignem ⁊c.
1 Fauilla est cinis modic⁹ ex carbone per ignis
violentiam resolut⁹.que si ignita fuerit/ sursum
tẽdit:sꝫ si extincta fuerit/ima petit:vt ait Greg.
Sic vere anima per mortis violentiam a corpo
re resoluitur / et tunc si per charitatem fuerit inflammata/
sursum ad paradisum ascendit:si autem per peccatũ mor-
tale igne charitatis fuerit spoliata/inferius ad terram mi-
serie et tenebrarum deuoluitur in infernum. Et sicut scd̃m
Grego.fauilla motu proprio descẽdit/ motu aũt alieno/scꝫ
per ignem quo accenditur/sursum vehitur:sic anima qua-
si ex natura propria trahitur ad infernũ: sed sursum ad pa-
radisum non vehitur/nisi per ignem charitatis et per gra-
tiam adiuuetur: ⁊ ibi per dei misericordiam eleuetur:quia
non ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secundũ mi-
2 sericordiã suã saluos nos fecit. ad Titũ. iij. ¶ Fauilla est
cinis tenuis/mollis et leuis/subalbidus ⁊ siccus/ in super-
ficie carbonis igniti adherens/ fulgorem eius hebetans/ ⁊
ardorem ipsius diminuẽs.Sic peccata venialia sunt mol-
lia ad dissoluendum/sunt leuia et facilia ad cõmittẽdum/
sunt tamen subalbida per complacentiam ⁊ sicca/inquan
tum siccitatem indeuotionis inducunt per eorum redun-
dantiam. carboni ardenti.i.homini per charitatem et gra
tiam inflammato solẽt adherere:quia venialia cum gratia
possunt stare/calorem tamen minuunt charitatis/ et hebe
tant splẽdorem honestatis. Explica ⁊c. ¶ Fauilla propter
3 defectum humoris/qui naturaliter nutrit ignẽ/ licet de fa-
cili accendatur/tñ faciliter extinguitur . Sic vir instabilis
propter defectum humoris cõpassionis et deuotionis/ qui
ignem charitatis nutrire deberet/de facili extinguitur per
peccatum/ et de facili accenditur per amorem : quia tales
4 ad modũ pueri modo amant/modo nõ ⁊c. ¶ Fauilla igni-
ta sursum ascẽdit/si autem extincta fuerit/ima petit. Deor
sum mouetur motu proprio: sed sursum ascẽdit alieno . De
facili ignitur: ⁊ de facili extinguit᷑. Sic voluntas igne amo
ris diuini accensa sursum ad eternorum inclinatur amorẽ:
sursum etiam ad eterna fertur motu et adiutorio ignis et
gratie que in ea est: sed ad ima et tẽporalia/ad vitia et pec
cata/motu et inclinatione propria deuoluitur ⁊ descendit:
quia sensus et cogitatio hominis in malum prona sunt ab
adolescentia sua . Geñ.viij. Et propter siccitatem indeuo-
tionis ⁊ incompassionis/licet de facili incendatur ad amo
5 rem/ tamen de facili extinguitur per peccatum ⁊c. ¶ Fa-
uilla ad modicum flatum venti dispergitur/ dispersa vero
vix vnq; recolligitur: vt dicit Gregorius. De facili ignitur/
sed faciliter ꝓpter humoris defectũ extinguit᷑. Si sit ignea
sursum tendit/si autem extincta fuerit/ima petit. Inferius
tẽdit motu proprio: sed superius rapitur impetu alieno: vt
dicit idem. Sic vita nostra ad modicum ventum tribula-
tionis vel infirmitatis dispergitur et aufertur per mortem:
nec vnq; amplius potest recolligi vel haberi/ quando per
mortis impetũ dissipatur. Ideo Job.xvj. Ecce inquit bre-
ues anni transeunt/et semitam per quam non reuertar am
bulo . Expone alia sicut supra.§. precedenti de voluntate
6 ¶ Fauilla scd̃m Gregorium dicitur a fouendo / eo ꝙ ignẽ
foueat atq; tegat . Unde etiam sicut patet/fauille carboni
adherentes/claritatem eius hebetant/ ignem tamen eius
custodiunt atq; seruant . Sic vere mortis memoria/et hu-
militas ignem charitatis et feruoris in homine seruant/ fo
uent et nutriunt:claritatem vero eius.i.temporalem pom-
pam ⁊ gloriã resecant/operiũt atq; tegunt. Ideo Job.xlij.
Ago penitentiam in fauilla ⁊ cinere.

Capitulum.ix.de cinere.

Cinis est despecti coloris/ ⁊ amari saporis. Uir-
1 tutem mundificatiuam habet/ ⁊ vestium ablu
tiuam ⁊ dealbatiuam/ et macularum abstersi-
uam/ corrosiuam et desiccatiuam:et si calidus
fuerit/ ignem seruat: si autẽ frigidus fuerit/ ip-
sum destruit et extinguit . Sic vere penitentia est despecti
coloris per exteriorem conuersationem/ amari saporis per
interiorem contritionem/ maculas peccatorum tamen dis
sipat/vestes conscientie mũdat / saniem luxurie abstergit/
carnem adulterinam cogitationum corrodit/ et fluxum et
mollitiem deliciarum eradicat et desiccat. Et si cinis cali
dus fuerit.i.si penitẽtia in calore ⁊ feruore et in statu chari
tatis fiat : tũc ignem spũsscti in seipso attrahit et custodit.
Si autem frigida fuerit per absentiã charitatis: tunc ignẽ
istum cõseruare nequit. Apocalypsis.iij. Utinam calidus
esses aut frigidus: sꝫ quia tepidus es/ incipiam te euome-
re de ore meo. Constat enim ꝙ penitens si tepidus fuerit/
faciliter recidiuat/ et sic ignem suum extinguit/destruit et
adnihilat . Et sicut cinis ex terrestri materia resoluitur:sic
vere ex resolutione cõtritionis ⁊ ex consideratione proprie
terrestritatis ⁊ culpe/cum actione ignis.i.cum spiritussan-
cti inspiratione penitentia generat᷑ . Et sicut cinis sterilio-
rem reddit terram: sic penitentia hominem facit in sterili-
tate.i.in paupertate viuere/delectabilia contemnere/ ⁊ de
fecunditate terrene opulentie nõ curare. Bñ ergo dicebat
iob Job.xlij. Ego me reprehendo: ⁊ ago penitentiam in fa
2 uilla ⁊ cinere. ¶ Cinis minutissimas habet partes/ ⁊ ideo
de facili dispergitur et diuiditur: et per turbinis impetum
dissipatur.sterilis est etiã:inq̃t Gregori⁹.et quando in terra
proijcitur/ipsam non fecundat: sed si sterilis fuerat/ ipsam
steriliorem facit. Sic diuitie de facili disperguntur/sed nõ
de facili adunantur/ ⁊ ab eis qui habent/per ventos ⁊ tur-
bines tribulationum/vel per turbines.i. per balliuos ⁊ pre
positos de facili auferuntur . steriles autem sunt: quia fru-
ctum gratie in corde non generant : immo ipsum per aua-
ritiam sterilizant cum ibidem fuerint seminate . Sapien-
tie.xv. Cinis est enim cor eius et terra superuacua spes il-
3 lius. ¶ Cinis secundum Isidorum est a cadẽdo dictus/
eo ꝙ per ignis incendium de materia terrestri resoluitur
atq; cadit : et post incendium remanet eius signum:et ha-
bet virtutem mundatiuam et corrosiuam / et ignis custo-
ditiuam . Sic mortis memoria que post incendium mor-
tis aliorum debet in nostris cordibus remanere/ virtutem
habet mundificandi conscientiã/ et corrodendi vlcera pec
catorum ⁊c.sicut.§.precedenti. Unde. Extinctus cinis erit
4 corpus nostrũ. Sapientie.ij. ¶ Cinis est despecti coloris/
amari saporis/mollis etiã ⁊ tenuis/ ⁊ per multam cõflagra
tionem ignis ⁊ violentiam/formam suam commutat in na
turam vitream atq; claram. Sic humilis est mollis p pie-
tatem / despecti coloris per humilitatem/ amari saporis p
penitentie asperitatem. ⁊ quia per ignem charitatis totali-
ter conflagrat:ideo in paradiso efficitur luculentus. Uel q
per ignẽ tribulationis ⁊ conflagrationis conflagrat in mor
te:ideo in paradiso lucens efficitur atq; clarus . Uel ad lit-
teram post ignem conflagrationis in iudicio/ resurget luci
dus et refulgens per dotes corporis et anime: quia tũc ful
gebunt iusti sicut sol. Matthei.xiij. et hoc quia qui humi-
liatus fuerit/erit in gloria. Joannis.xxij. Uel cinis est pec-
cator/ qui quãuis sit vilis et hispidus per horrorem/quan-
do tamen igne tribulationũ vel penitentie conflagrat : tũc
in vitrũ.i.in virũ perfectũ / virtutũ claritate lucidũ cõmu-

tatur.j.Regū.x.Mutaberis in virum alterū. Uide in cap. de vitro.libro vndecimo.

Capitulum.x. de aere.

1 AEr secundum Isidorum dictus est eo ꝙ ignem ferat/et ab aqua feratur. Habet enim duas partes: superiorem scilicet: que semper est pura/ clara ⁊ quieta/ ad quam inferiores procelle nō possunt attingere. et ista pertinet ad celestem naturām. Et inferiorem/ que grossa est/opaca et obscura. et ista ꝑtinet ad terrestrē naturā. Talis est ꝑlatus: qꝛ ꝓ certo ille videtur esse medius inter naturam celestem.i.penit⁹ spiritualem/scilicet angelos: et terrestrem.i. penitus brutalem .s.pecudes. Uel inter naturam superiorem/scilicet contemplatiuos: ⁊ inferiorem/ scilicet seculares ⁊ actiuos. vtriusqꝫ enim status conditionē debet sapere / et de vna ad aliam loco,et tempore se transferre. Joannis.j. Medius vestrum stetit. Iste enim habet vnā partem superiorem / scilicet rationem et contemplationem / que est angelica et celestis/ clara/ intellectualis ⁊ pura. Alterā aūt inferiorem/scilicet actiuam: que est brutalis ⁊ terrestris/et magis ignorans ⁊ obscura. Per primā enim deo et angelis assimilaṫ: ꝑ secundam vero brutis.i.secularibus comparatur. Utraqꝫ tamē pars est necessaria prelato/ vt se mediate habeat cum proximo et cum deo. Ezechielis.viij. Eleuauit me spiritus inter celum et terram. Uel dic ꝙ iste est christus: qui medius fuit inter celestes et terrestres. deo enim et angelis erat similis quo ad superiorem partem sui/scilicet diuinitatem: homini vero et bestijs erat similis quo ad humanitatem: ⁊ ideo iste dicitur ab apostolo mediator dei ⁊ hoīm hō christus iesus. Uide bene expositam infra de anima ⁊ de ecclesia.§.iiij. 2 ¶ Aer imutatur in suis qualitatibus per solis et stellarum appropinquationem/ qꝛ tūc calefit: vel remotionem/ qꝛ tunc frigefit. Sic conscientia calefit tunc charitate/ quādo sol christus ei per gratiam appropinquat: sed tūc frigefit per indeuotionē/ quando per peccatum ab eo elongatur. 3 Solus autē quomodo calefiet? Eccl'iastis.v. ¶ Sicut ait Auicena: Si sol alicui planete frigido/ ⁊ in signo frigido coniungatur: tunc frigus et rigiditas in aere generatur. Si autem stelle calide copuletur/ tunc calor in aere cumulatur. Sic si sol.i. bona persona cum frigido planeta.i. cum peccatore indeuotionis frigore congelato communicet/ copuletur et iungatur/ eius societatem frequentando: tunc dico ꝙ aer sue cōscientie sibi siḿis efficitur. sed si cum calido planeta iungitur: tunc ei⁹ influentia/ aer sue conscientie calidior/ et per charitatem et deuotionem feruentior reperitur. Uñ Job.xxxvij. Uestimēta tua calida sunt cū perflata fuerit terra austro. 4 Aer etiam ex cadauerum vicinitate corrūpiṫ ⁊c̄. sicut infra. ¶ Aer habet duas partes/ scꝫ superiorem claram et puram / et ad celestem naturam pertinentem/ sphere ignis cōtiguam et vicinam. Et partem inferiorem: qua terre ⁊ mari vicinatur/ que est turbida/ ⁊ multis vaporibus ītermixta/ grossa et compacta/ ⁊ ad terrestrē pertinens naturā/ in qua pluuie et grādines/ ⁊ diuerse alie impressiones/ ex vaporibus ab aqua et terra ascendentib⁹ generantur. Sic anima humana duas habꝫ principaliter regiones. Superior pars est ratio/ que est pura per sanctitatis dilectionē/ clara per veritatis cognitionē. ⁊ hec ad naturam celestem.i. ad dei et angelorum similitudinem dinoscitur pertinere: quia ī superiori parte anime summe viget dei effigies et imago. et ideo dicitur ꝙ sphere ignis est contigua et vicina: quia scilicet ipsi deo/ qui ignis consumens est/ immediatius similatur. Similis ero altissimo. Esaie xiiij. Ad imaginem dei factus est homo. Genesis.ix. Sed inferior pars istius aeris (.i.aīe) scilꝫ sensualitas/ que terre ⁊ mari.i. istis inferioribus sensibilibus et animalibus vicinatur/ est turbida per ignorantiam/ grossa/ impura et compacta per carnalium affectionum abundantiam. Et ideo propter vapores et fumositates.i. propter desideria et affectiones que a terra et aqua.i. a carne et sanguine ad eam ascendunt: diuerse impressiones.i. diuersa vitia et peccata in ea generantur. Exinde enim descendit pluuia luxurie/ nebula ignorantie/ grādo rixe ⁊ discordie/ pruina auaritie/ gelu accidie/ nix gulositatis/ ventus vanitatis/ coruscatio hypocrisis/ tonitruum comminationis/ fulgor rapine ⁊ inuasionis. Iste enim ipressiones in ista ꝑte aeris per agens diabolicum inducunṫ.s. ignis/ grādo/ nix/ glacies ⁊c̄. Ideo monetur.j. Petri.ij. Abstinete vos a carnalibus desiderijs que militant aduersus animam. Uel dic ꝙ aer qui volucrum celi est habitaculum proprium.i. virorum spiritualium et sanctorū/ ecclesia est/ in qua scilꝫ volucres et bestie.i. homines boni et mali habitant et morantur. Iste autem aer est medius inter infima.i. inter nos alios homines qui mō sum⁹ de ecclesia: et suprema.i. ipsum deum et angelos. Et ideo aer iste/ scilicet ecclesia/ duplicem habet partem/ scilicet superiorem ecclesiam triumphantem/ que est clara per beatam visionem/ pura per beatam fruitionem/ calida per beatam dilectionem/ vbi venti ⁊ procelle tribulationū attingere nequeunt vel venire: quia ibi est pax et tranquillitas sempiterna/ et hec pertinet ad celestem naturam.i. ad angelicam siḿitudinem et decorem. Joannis.xvj. In mūdo pressuram habebitis/ in me autem pacem. Sed est alia pars inferior.i. ecclesia militans mundi huius/ que mari ⁊ terre/ ad litteram elemētis inferioribus/ est vicina/ vel mari.i. peccatoribus/ ⁊ terre.i. bonis et humilib⁹ est coniuncta. Et in ista sunt venti et turbines diuersarum tribulationū ⁊ tentationum/ ex quibus aer iste scilicet ecclesia militans quotidie alteratur/ et in suis qualitatibus īmutatur. Ideo de duplici ecclesia dicitur Esaie.xxxij. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis / in tabernaculis fiducie/ in requie opulenta: scilicet in ecclesia triumphāte. Sequitur Grando enim in descensione saltus: ⁊ humilitate humiliabitur ciuitas. scilicet ecclesia militans ⁊c̄. Uel accipe ꝑ aerem ecclesiam militantem. Pars eius superior est religio/ que est clara/ pura/ et angelis vicina ⁊c̄. Pars autem inferior est mundus / vbi sunt impressiones diuersorum peccatorum: quia ibi est nebula ignorantie/ ventus vanitatis et superbie ⁊c̄. sicut supra de anima. Ista igitur pars est grossa per superbiam / compacta per auaritiam/ turbulēta per ignorantiam/ corpulenta per gulositatem et luxuriam/ vel etiam per pigritiam/ et nature terrestri.i. nature bestiarum et huiusmodi est vicina. Ubi etiam volucres et bestie.i. boni ⁊ mali pariter conuersantur. Sed bestie in terra et tēporalibus remanent: aues autem.i. boni ad celestia se extollunt/ quia in domo magna nō tantum sunt vasa aurea ⁊ argentea: sed etiam lignea et fictilia. ij. ad Timotheum. ij. 5 ¶ Aer est suiipsius diffusiuus/ respirationis est auibus et bestijs ministratiuus/ omnium volucrum contentiuus/ bestiarum etiam ⁊ pecudum cōclusiuus/ suiipsius vsqꝫ ad interiora animalium distributiuus/ et sic vsqꝫ ad interiora labitur/ maxime corporum immutatiuus. Sic gratia et charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris. ad Romanos.v. Et sic spiraculum deuotionis/ auibus.i. cōtemplatiuis/ et bestijs.i. actiuis/ tribuit et ministrat: et sic tā volucres ꝙ̄ animalia continet ⁊ preseruat/ ⁊ vsqꝫ ad eorum interiora/ scilicet ad cor et ad conscientiā diffunditur et subintrat: ⁊ ideo ipsos in bonis moribus viuificat ⁊ immutat. sine enim aeris istius attractione nullum animal potest viuere quo ad deum: immo nisi istum attraxerit: necessario moritur morte culpe: ⁊ etiā finaliter morte pene. Incuruatus sum multo vinculo ferri/ et non est respiratio mihi. ij. Paralipo. vltimo. ps. Os meum aperui/ ⁊ attraxi spiritum. 6 ¶ Aer secundum Aristotelem ex causa triplici inspissatur/ scilicet ex vapore partes terrestres suas cum aere permiscēte/ vel ex frigiditate partes aeris congelante/ vel ex noui aeris congeneratione/ se cum altero coniungēte. Rarificatur autem ex causis contrarijs/ scilicet propter vaporum consumptionē et descensionem/ vt patet in pluuia. Secundo propter caloris attenuantis actionem/ vt patꝫ in estate. Tertio propter ignis ex partibus aeris generationem: quia quando aeris partes in ignem conuertuntur / tunc alter aer rarificatur/ inquantum ad loci precedentis repletionem extenditur. Sic recte aer conscientie per peccatum tripliciter condensatur/ ⁊ remouetur a lympitudine puritatis. Nam quando vapor terreus.i. affectio ⁊ amor rerum corporalium/ ⁊ cupiditas se cum aere consciētie immiscet: tunc per peccatum auaritie condensatur. Quando etiam frigora timoris ipsum aerem consciētie congelant et constringunt / tunc per

peccatū desperationis multotiens condēsatur. Qñ etiam
nouus aer generaẜ.i.quando amor illicitꝰ et affectio in cor=
de introducitur/ tunc similiter per peccatū luxurie conden
satur. Et breuiter vel ex amore male inflammāte/ vel ex ti=
more male deprimente/vel ex auaritia ⁊ ardore male occu
pante semper in corde introducitur densitas peccatorum.
Sed pro certo conscientia rarificatur per gratiam/ex cau=
sis contrarijs. Nam si contra vapores terreos diuitiarum/
quibus cor incorporatur/adhibeatur pluuia largitatis/per
quā vapores huiusmodi sup terram aridam.i. super paupe=
res disperguntur:tūc dico ꝙ aer conscientie serenaẜ. Ideo
Job.xxxvij. Aer cogetur in nubes/et ventus transiens fu=
gabit eas. Uentus dico largitatis dispergit puluerem di=
uitiarum. Item si calore charitatis frigus timoris de con=
scientia repellatur/et per ipsum calorem/peccati grossities
extenuetur/ tunc dico ꝙ similiter serenatur: quia perfecta
charitas foras mittit timorem.j. Joannis.iiij. Item con=
tra amorem male inflammātem/si de partibus aeris.i. de
conscientia ignis diuini amoris educaẜ/tunc dico ꝙ ɔsciē=
tia depuratur: quia sicut maior calor attrahit ⁊ extrahit mi
norem calorem / vt patet de fontibus in estate : sic si ignis
et calor diuini amoris in conscientia incendatur: calor mi=
nor/ scilicet terrenorum affectio/ ab eo totaliter absorbetur.
quia dies diem superat/et lux lucem/et sol solem ꝛc. Eccle
siastici.xxxiij. Et sicut in vltima parte aeris multe fiunt im
pressiones/sic in sensualitate anime ꝛc. vide bene supra de

7 anima. ¶ Aer aliquotiens immutatur ex cadauerū et pa=
lidum vicinitate / quia vapores ex talibus resoluti/se cum
partibus aeris īmiscentes / ipsum inficiunt et corrumpūt/
et hoc summe accidit in tempore estatis: et hoc quia tunc
aer est purior/et ideo conuertibilior in huiusmodi corrupte
lam. Sic aer. i. bona et pura persona aliquotiens peccato
luxurie corrūpitur/quando scilicet cadaueribus et paludi
bus. i. personis corruptis per luxuriam et infectis vicina=
tur: quia ex huiusmodi rebus ascendūt vapores corrupti.i.
mala verba et suggestiones/tentationes ⁊ occasiones/que
cum infra cor et conscientiam istius aeris per auditum et
complacentiam immiscentur/ tunc dico inficitur per dele=
ctationem/corrumpitur per consensum/⁊ turbatur per ope
rationem : et hoc summe accidere consueuit in estate pro=
speritatis/que scilicet sicut estas fructibus.i.mundi conso=
lationibus est repleta: quia vere/ꝓsperitas luxurie est ami
ca. Figura Apocalypsis.ix. Ascendit fumꝰ de puteo abys=
si/sicut fumus fornacis magne. Et sicut dicitur ibi/obscu=

8 ratus est sol et aer de fumo putei ꝛc. vide ibi. ¶ Aer de sui
natura est mobilis / alterabilis et mutabilis in oppositas
qualitates: quia ex vapore terre et maris sepius alteratur.
Nam si in aere vapor venenosus vel turbidus misceatur/
in obscuritatem similiter transmutatur. Et est aer propter
sui puritatē solaris luminis receptiuus/ et sui vsq̄ ad sphe
ram ignis superius extēsiuus. Et quāto aer a terra et aqua
fuerit remotior/et igni et celo vicinior/tanto purior inueni=
tur/et similior est etheree puritati. Recte talis est voluntas
humana: quia ex sui arbitrij libertate mutabilis est et mo=
bilis ad cōtrarias qualitates : quia si homo aliquid modo
diligat et appetat/statim potest eius velle contrariū/et ab
eo resilire:et sic non est de actibus aliarum potentiarū. Ex
vaporibus etiam.i.ex tētationibus / cogitationibus et de=
lectationibꝰ/que ex terra et aqua.i. ex carne et sanguine su
perius eleuantur/ et infra substantiam ipsius aeris scilicet
mentis et voluntatis īmiscentur: ipsa voluntas multotiēs
alteratur. Uel per aquam accipe carnem. Per terram au=
tem accipe mundum:que īmutant et variant hominis vo=
luntatem vt in ea diuerse impressiones. i. diuersa peccato=
rum genera producantur. Figura.iij. Regum.xviij. vbi nu
becula. i. modica cogitatio vel delectatio ascendit de ma=
ri.i.de carne vsq̄ sursum.i. ad aerem voluntatis / et statim
sequute sunt pluuie luxurie/ et grādines auaritie/ et huius=
modi. Uide melius de malis impressionibus supra de ani
ma. Hic autem aer/scilicet volūtas/propter sui naturalem
puritatem/est celestis luminis.i. diuine gratie vel etiam sa
pientie receptiuus/ et a terra. i. a terrenis vsq̄ ad spheram
ignis.i.vsq̄ ad celestia et eterna est sui ipsius extensiuus:qr
voluntas potest diligere et infima/ et suprema: et vno reli=
cto/ se ad aliud eleuare:et quanto a terra et aqua.i.a mun=
do et carne remotior per vite perfectionem / et celo et cele=
stibus propinquior per contemplationem/tanto purior per
castitatem / calidior per charitatem / lucidior per sapien=
tie claritatem/et similior etheree.i.supreme et angelice pu
ritati per omnimodam conformitatem. Spiritu ergo am=
bulate/⁊ carnis desideria non ꝑficietis.ad Galat.v. ¶ In

9 aere secundum Aristotelem generantur diuerse impressio
nes ignee/que stelle a vulgo esse creduntur: de nocte cadē
tes/que nihil aliud sunt q̄ vapor calidus et siccus ꝑ ignis
violentiam inflammatus/cuius materiā nō videmus: sed
ignis nobis tantum apparet/qui propter remotionem stel
la esse videtur. Quia autē statim consumpta materia de=
ficit : ideo a simplicibus stella vna creditur cecidisse. Sic
in aere.i.in ecclesia sunt multe stelle non fixe/sed ficte: scilꝫ
hypocrite/qui propter splendorem bone apparentie / stelle
esse creduntur.i.viri iusti ⁊ boni:et tamē non sunt nisi vapor
ad modicū parens. Jaco.iiij. Quorum materia.i.interior
consciētia non videtur/que pro certo est vapor calidus per
cupiditatē/et siccus per indeuotionem ⁊ impietatē. Ignis
tamen.i.exterior lucens apparentia videtur/propter quam
creditur esse stella. Sed pro certo cōsumpta materia ignis
huiusmodi.i.amota fictione/ que ignem honeste apparen=
tie nutriebat / tūc deficit ⁊ extinguitur ignis iste/quādo scꝫ
peccatorum suoꝝ vilitas declaratur. vnde Job.xviij. Lux
eñ impij extingueẜ/ nec splendebit flāma ignis eiꝰ. Et tūc
quādo cadunt de aere ecclesie vel religionis/ credunt sim=
plices stellam celestem.i.aliquam bonam personā per pec
catū cecidisse:quod tamen non est ita:quia solus vapor ce=
cidit et transiuit : et stelle cadent de celo. Matthei.xxiiij.

10 ¶ Constantinus reddit rationem quare aer est in monte
frigidior q̄ in valle / et dicit ꝙ omne subtile per motum et
exhalationē infrigidatur: et quia ibi maiores ⁊ frigidiores
venti vētilant : ideo propter eorum motum est ibi frigidus
aer. Sed econtra aer in vallibus quiescit a motu/et per cō
sequens calefit et ardescit. Macrobius autem aliam ra=
tionem assignat:quia dicit ꝙ radij solares in vallibus plus
q̄ in montibus aggregantur:et ideo ibi fortius refringun=
tur/et exinde ibidem calor fortior generatur:quia repercus
sio radiorum ardentium ad cētrum / est causa caloris secū
dum ipsum. Montes sunt prelati/clerici/diuites/iudices/
et maiores: qui pre ceteris eminent dignitate. Ualles au=
tem sunt subditi et minores. Aer autē est conscientia vtro=
rumq̄. Sed pro certo in montibus.i. in maioribus/est aer
conscientie frigidus per indeuotionem: quia omne subtile
.i.omnis conscientia que de se est subtilis ⁊ discreta/discer
nens semper inter bonum et malum/ propter motum ⁊ ex=
halationē/ hoc est propter eius ad diuersa negotia applica
tionem/infrigidatur per indeuotionem. Sapientie.ix. De=
primit inhabitatio terrena sensum multa cogitantem. Et
ideo cum in montibus ꝑflet maior vētus.i.exhalatio vani=
tatum/et cum ex hoc aer qui est in montibus.i.conscientia
iudicum et maiorum per diuersa negotia et desideria vn=
diq̄ moueantur:hinc est ꝙ aer sue conscientie a calore cha
ritatis paulatim spoliatur / et frigore indeuotionis totali=
ter congelatur:quia vere occupatio circa mūdana est cau
sa quare de conscientia calor charitatis euaporat. Sapiē=
tie.ij. Spiritus diffundetur sicut mollis aer. Sed econtra
in vallibus.i.simplicibꝰ subditis et humilibus quiescit aer
conscientie a motu huiusmodi negociorū/et per consequēs
calor charitatis non exhalat: sed ibi potiꝰ augmentaẜ:qr.s.
in vallibus et humilibus radij solares.i. diuine influentie
magis q̄ in montibus et potentibus et superbis aggregā=
tur et multiplicātur: quia radij diuine inspirationis tendūt
ad centrū humilitatis/non ad superficiem vanitatis: quia
sicut dicitur Luce. j. Respexit dominus humilitatem ꝛc.
Et quia radij diuinorum beneficiorum ibi refringuntur/
inquātum scilicet per gratiarum actionem ab ipsis humi=
libus iterato in deum superius reflectūtur (quod quidem
non est in mōtibus et superbis:quia de nullo gratias agūt
deo) ideo dico ꝙ in ipsis vallibus calor charitatis intēsior
generatur. In istis autem mōtibus maiora indeuotionis
frigora perseuerant : tū quia ibi nō est fractio ⁊ reflexio di=
uinorū beneficioꝝ q̄ recipiunẜ/ scꝫ ꝑ gratiarū actionē: tum

quia ventis vanitatum et negotiorum exponuntur. Job xxxiiij. Quibus non est operimentū in die frigoris. Isti enī amittunt palliū.i. charitatem/ in die frigoris. Prouer.xxv. Subtile enim per motum frigescit: quia scilicet ꝓpter motus negotiorū/ illi q̄ plus sunt in mūdanis subtiles et sapiē tes / sunt per indeuotionis frigora pre ceteris tepescentes: quia sapientes sunt vt faciant mala. Uel dic ꝙ isti sunt superbi et presumptuosi / quorum conscientia semper est in-

11 deuota. ¶ Aer quanto ex vaporibus terre et maris spissior efficitur / tanto sol in eo fortiorem calorem gignit. Et ex repercussiōe solarium radiorum in aere humido/ (sicut dicit Aristo. in libris Meteororum) ibi colorum plurium varietas generatur: vt patet in Iride. Sic quanto homo per incorporationem vaporum.i. alienarum miseriarum densior efficitur per compassionem/ tanto sol iustitie maiorem ibi imprimit calorem.i. gratiam/ charitatem et deuotionem/ et ex repercussione radij solaris.i. diuine gratie in aere.i.corde humido per pietatem / color virtutum multiplex generat̄ ⁊c̄. Ezech.xvj. Uestita es bysso ⁊ polymito et

12 multis coloribus. ¶ Aer secundum Constantinum est elementum simplum. Et est aer substantialiter humidus ex natura propria: sed ex vicinitate orbis est calid⁹. Et est aer suiipsius diffusiuus / ⁊ sui a terre ⁊ maris superficie vsq̄ ad spheram ignis extensiuus/ subtilis ⁊ perspicuus/ et solaris luminis receptiuus. Sic vir iustus est simplex ⁊ discoopertus et apertus/ nō per falsitates et cautelas inuolut⁹/ ⁊ humidus est naturaliter per mansuetudinē ⁊ pietatem. Sed ex orbis.i. christi vicinitate et imitatione calidus est ꝓ charitatē.i. gratuitā: q̄ charitas naturalis pōt inesse hoī a natura: charitas ꝟo gratuita nō est nisi a deo. Hic ē etiā suiipsius diffusiuus ꝓ largitatē et cōpassionē/ ⁊ sui a terra.i.a tēporalib⁹ vsq̄ ad spheram ignis superius.i.ad celestia eleuatiuus per eternorum cōtemplationem. Hic est purus ꝓ castitatem/ ꝑspicuus per honestatem/ celestis luminis receptiuus per sapientie claritatem. Unde Sapieñ.ij. Spi-

13 ritus.i. vir spiritualis/ diffundetur tanq̄ mollis aer. ¶ Aer secundum Constantinum/ maxime corpus immutat: quia vsq̄ ad interiora cordis et spirituum diffunditur et subintrat/ et nutrimentum spiritibus tribuit et ministrat: ⁊ ideo si fuerit purus et clarus/ spiritus facit lucidos atq̄ puros: et sic ipsos meliorat/ et ipsum cor ab inflammatione calorum impedit et retardat. Et si mediocriter in suis qualitatibus fuerit temperatus/ vitā continuat ⁊ conseruat. Ecōtra autem/ si distemperatus fuerit et imbutus vaporib⁹ venenosis/ tunc pessimas in corpore generat passiones: quia scilicet attractus talis aer/ cor et spiritus inficit/ et sic vitā abbreuiat et consumit. Talis recte est sapientia et doctrina/ que per os anime.i. per auditum vsq̄ ad interiora.i. vsq̄ ad conscientiam se diffundit: et ideo ipsis interioribus spiritibus.i. ipsius anime affectionibus tribuit nutrimentū. quia sicut corpus cibarijs nutritur/ sic anima sapientia impinguat̄. Deutero.viij. Nō ex solo pane viuit homo/ sed ex om̄i verbo qd̄ egreditur de ore domini ⁊c̄. Et ideo si ipsa doctrina fuerit clara sine obscuritate / pura sine falsitate/ tunc vere ipsos spiritus interiores.i. anime affectiones reddit claras et puras/ et ipsum cor.i. conscientiam et volūtatem seruat ne per ardorem vitiorum inflammetur / et sic vitam gratie continuat ⁊ prolongat. Ecclesiastici.iiij. Sapientia filijs suis vitam inspirat. Sapientia enim vitā tribuit possessori suo: sicut dicitur Ecclesiastis.vij. Sed econtra si aer iste/ scilicet doctrina fuerit vaporibus venenosa/ verbis et sententijs erroneis intermixta / vt est doctrina et sapientia hereticorum/ et etiam sapientia mundi: tunc dico ꝙ cordi a quo attrahitur.i. ꝑsone que in huiusmodi scientia occupatur/ pessimas passiones/ errorum scilicet ⁊ vitiorum facit/ et sic vitam gratie attenuat et consumit: et mortem culpe et pene approximat et inducit. Quia prudentia carnis mors est / prudentia autem spiritus vita et pax. ad Romanos.viij. Uel dic ꝙ aer pur⁹ et clarus/ significat deuotionem/ gratiam et discretionem / vel etiam bone societatis cōiunctionem/ que sc̄z facit homini omnia bona predicta. Aer vero impurus est mundi prosperitas/ mala doctrina/ mala exempla/ et mala societas ⁊c̄. per omnia sicut

14 supra. ¶ Aer cum habeat duas partes: in inferiori tamen varie impressiones fiunt: quia scilicet aer concitatus facit coruscationes et tonitrua. Contractus nubila. Conspissatus pluuias. Congelatus niues et grandinem. Distentus serenitatē generat atq̄ causat. Sic cum in anima sint due partes / scilicet ratio et sensualitas: in ista tamen sensualitate/ que est pars inferior / diuerse impressiones.i. diuersa tentationum genera commouentur: quia si concitetur per iracundiam/ tunc ventos vanarum loquutionum/ coruscationes fictionum/ tonitrua comminationum / fulgura etiā inuasionum ab ea emittuntur. Si autem per adulationem contrahatur/ tunc in ea nebula ignorātie generatur. Si ꝑ delicias inspissetur/ tunc pluuia luxurie deriuat̄. Si ꝑ auaritiam congeletur: tunc niues diuitiarum insimul adunantur. Si vero distentus ꝑ penitētiā fuerit/ tūc serenitas ⁊ tētationum alictas preparatur in via/ et etiam glorie serenitas in futuro. Allega si potes ⁊c̄. ¶ Aer quanto a terra est 15

remotior/ ⁊ celo vicinior/ tanto est purior/ et etheree puritati similior et econuerso. Sic vere mens humana quanto ꝑ contemplationem celestium est magis alta / et a terris.i. ab amore terrenorum magis per contemptum remota/ tāto est per innocentiam magis pura / et puritati angelice plus vicina.

Capitulum.xj. de impressionibus.

1 CUm impressionum generētur diuersa genera: primo et ante omnia dicendum est de impressionibus que fiunt in materia calida et sicca. Est igitur notandū ꝙ superius generatur quedam impressio que vocat̄ candela. Et est candela impressio aeris in superiori parte aeris generata ex vapore calido et sicco/ per motū firmamenti/ ⁊ virtutē ignis: que quia habet latitudinem et longitudinē equalem/ ideo rotunda intuentibus apparet. Sic prelatus est candela ceteros illuminans per doctrinam/ in prima parte.i. in dignitate et superioritate aeris.i. ecclesie per motum et inspirationē celi.i. christi/ et ꝟtute ignis spiritussancti ꝑ charitatē inflammatus / et factus prelatus populi vel candela: quia nullus debet esse prelatus/ nisi motu et inspiratione firmamenti. Christi fuerit euocatus. Qui vocatur a deo/ sicut aaron. ad Hebreos.v. Hic debet esse equalis ꝑ omnes sui dimensiones et per regulam equitatis: vt ex vna parte nō sit extensior q̄z in alia per personarum acceptationem: sed equaliter sit ei cura de omnib⁹. Sapieñ.vj. Ideo Apocalypsis.xxj. Lōgitudo ei⁹ tāta est/ quanta ⁊ latitudo. Ibidē.

2 Latera ciuitatis equalia sint. ¶ Item ē impressio que dicitur ignis longus. Et est vapor calidus et siccus / in prima parte aeris inflammatus propter ignis virtutem ⁊ motum firmamēti / carens latitudine manifesta respectu sue longitudinis. Et dicitur hec impressio draco euomens ignem. Sic bonus homo debet esse ignis per feruorem dilectionis/ lōgus per vigorem durationis/ calidus per charitatem/ siccus per castitatem. Qui in prima parte aeris.i. in principio vite sue per virtutem ignis/ scilicet spiritussancti/ ⁊ per motum ⁊ influentiam orbis.i. christi/ per gratiam inflammatur/ et habet maiorem longitudinem perseuerantie/ q̄z habeat lōgitudinem charitatis: quia multi licet sint parum feruentes / tamen in sua parua perfectione optime perseuerāt: ⁊ ideo sicut draco/ qui est animal longum/ ignē charitatis euomunt/ inquantum scilicet tales longi sunt ⁊ perseuerantes / et tamen ignem et charitatis feruorem / a seipsis quodam modo repellūt.j. Paralipomenon.xx. Ibi fuit longissimus ⁊c̄. Uel potest dici ꝙ tales sunt mali diuites: qui caudam.i. familiam valde longam/ charitatis tamen et liberalitatis latitudinem habēt paucam. Isti ergo per auaritiam inflammātur/ ⁊ ideo dracones per rapinam

3 et crudelitatem vocantur. ¶ Item est impressio que dicitur assubdescendens. Assub est impressio aeris per motum celi/ et ignis vicinitatem ⁊ virtutem inflammata/ et est duplex secundum Aristotelem / scilicet ascendens et descendens. Ascendens enim propter leuitatem et subtilitatem materie petit superiora: sed descendens propter frigus circunstans/ et materie grauitatem/ inferius inclinatur. Sic iustus debet esse inflammatus per charitatem / et hoc per motū et inspirationē ipsius celi.i. christi/ ⁊ virtutē ignis/ sc̄z spiritussancti. Sed due sunt species hui⁹ impressionis/ sci-

licet iustorum: quia aliqui sunt ascendentes scilicet ad ce-
lestia contemplanda/ sicut religiosi ⁊ contemplatiui/ q̄ pro-
pter leuitatem paupertatis/ et subtilitatem. i. conscientie
puritatem euolant ad superna. Alij autem econuerso sunt
actiui/ qui propter pondus negociorum mundanorum / et
frigus indeuotionis/ ad mundana descendere compellun-
tur. Deutero. xxviij. Ascēdet super te/ ⁊ erit superior: tu au-
tem descendes/ et eris inferior. Vel ista possunt dici de bo-
nis: qui ascendunt superius ad eterna: et de malis: qui de-
scendunt per auaritiam inferius ad terrena. Vel potest di-
ci de anima saluata/ que inflammata charitate/ sursum ad
paradisum ascendit: et de damnata/ que igne perpetuo in-
4 flammata/ ad infernū descendit. ¶ Item est impressio que
dicitur ignis perpendicularis / in superiori parte aeris ge-
nerata ex vapore calido ⁊ sicco/ habens latitudinem in ꝓ-
fundo/ et longitudinē in alto/ ad modum figure pyramida-
lis/ per virtutem ignis et per firmamenti motum inflāma-
ta. Aer est ecclesia/ cuius superior pars est religio/ in qua
ignis perpenditur. i. in qua persone bone debent per motū
et inspirationem celi. i. christi/ et virtutē ignis. i. spiritussan-
cti superius generari. Et dicuntur ignis per charitatem/
perpendicularis per eternorum contemplationem/ in qui-
bus suspenditur mens deuota. Job. vij. Elegit suspēdium
anima mea. Hic est longus per perseuerantiam / a parte
superiori strict⁹/ semper scilicet proficiendo ⁊ perseuerādo
in melius/ et superius per bona opera propinquando ad ce-
lum. A parte autem inferiori: scilicet quo ad socios ⁊ pro-
ximos debet esse latus per charitatem et dilectionem: ⁊ sic
omnes linee. i. om̄es eius affectiones debent in angulum
alligari. i. in ipsum vnum solum deum terminari/ vt omnia
faciat propter ipsum. j. Machabeorum. viij. Omnes obe-
diunt vni. Vel principium eius. i. iuuentus/ debet esse latū
per charitatem/ extremitas autem. i. eius senectus sit acu-
ta et simplex per affectionum vnitatem ⁊c̄.

Capitulum. xij. de vento.

1 Ventus secundum Constantinum/ est vapor fri-
gidus et siccus / ex terris et aquis per calorem
resolutus/ aerem per sui incorporationem forti-
ter commouens et impellens. Per ventum cha-
rissimi potest intelligi aliqua vana ⁊ ventosa ꝑ-
sona/ sicca per indeuotionē / calida et feruens per auaritiā
et ambitionem/ que quandoqꝫ a terra et mari. i. de alienis
partibus veniens/ incorporatur in aere. i. in aliquo collegio
patria vel hospitio: et tunc pro certo non cessat totum aerē
istum in quo est. i. societatem/ patriam/ collegium vel hospi-
tium tribulare/ et nunc detractionibus/ nunc iniurijs/ nūc
falsis machinationibus perturbare/ ⁊ per discordas ⁊ tristi-
tias agitare. Jaco. iij. Naues cum magne sint/ a ventis va-
2 lidis circunferuntur. ¶ Ventus est circulariter ꝓcessiuus/
et non recte: sed tortuose/ terre vndiqꝫ giratiuus/ palearum
leuatiuus/ cineris ⁊ pulueris in cauernis et angulis aggre
gatiuus. Sic auarus non recte vadit vel procedit per veri
tatem: sed circulariter ⁊ tortuose per cautelas ⁊ falsitatē. ij.
Paralip. xxj. Ambulauitqꝫ non recte. Vel etiam circula-
riter procedit/ inqꝫtum de mercato ad mercatum/ de placi
to ad placitum circumit ⁊ vagatur/ vt diuitias accumulet
et acquirat: quia in circuitu impij ambulant. Et sicut dici
tur Ecclesiastis. j. Lustrans per vniuersa in circuitu per-
git spiritus ⁊c̄. Et sic paleas. i. mūdi bona parum valentia
eleuat et amplectitur per amorem / et puluerem et cinerē
diuitiarum in cauernis et abditis/ hoc est/ in arcis suis et
scrinijs accumulat et augmentat: et hoc per motum et tur
binem/ hoc est dictu/ per auaritiam et rapinam. Abacuch
ij. Ve ei qui multiplicat nō sua/ vsqꝫquo aggrauat contra
3 se densum lutum. ¶ Vētus perflans aerem et aquam/ est
inequalitatis suarum partium causatiuus: quia sicut dicit
Isidorus: Aqua semper esset equa/ nisi ventorum flatibus
moueretur. Sic vere quando ventus adulationis vel car-
nalis affectionis perflat aerem. i. superiores / tunc aquam
. i. subditos per acceptationem personarum reddunt totali
ter inequales: quia aliam partem aque istius exaltant per
promotionem/ aliam deprimunt per oppressionem. Et nisi
ventus iste/ scilicet adulatorum flatus/ in aqua religionis
vel ecclesie flaret/ semꝑ partes aque/ scꝫ ipsi subditi/ equa-
litate proportionis debite equarentur: sicut precipitur Le-
uitici. vj. De parte inquit sacerdotum cunctis filijs aaron
equaliter per singulos diuidetur. Aer enim est prelatus et
superior/ qui vēto carnalis affectionis vel adulationis mo
tus/ partes aque. i. subditos equales non facit ⁊c̄. Vel dic
ꝙ ventus est mollis / affectuosus et impetuosus superior /
qui ꝓ certo aquā quā perflat. i. populum quem regit / facit
inequalem: quia scilicet alios deprimit/ et alios exaltat. j.
ad Corinthios. xj. Alius quidem esurit/ alius autem ebri⁹
est. ¶ Ventus secundum aliquos generatur ex collisione 4
brachiorum maris: quia si brachium australe et brachium
aqlonare cōfligant in oriente/ tūc flat subsolanus: si autem
in occidente confligant/ tūc flat fauonius. Item si brachiū
orientale et occidentale confligant in meridie/ tunc flat au
ster. Si vero confligant in septētrione/ tunc flat aquilo. Ex
alijs autem refluxionibus maris intermedijs venti medij
generāt. Sic si vis dic ꝙ generaliter quattuor ꝑtes maris
. i. mundi/ sunt quattuor genera personarum/ scilicet prela-
ti/ qui sunt oriētales. Principes/ qui sunt occidētales. Cle-
rici ⁊ religiosi/ qui sunt aquilonares. Laici vero/ q̄ sunt me
ridionales. Ab istis igitur quattuor brachijs maris et ab
eorum conflictibus/ discordijs et motibus/ elationibus et
fluctib⁹/ oīa vētoꝝ gn̄a. i. vitioꝝ/ tribulationū/ ⁊ diabolicaꝝ
insufflationum opera generantur. Exinde enim prouenit
subsolanus orientalis/ hic est superbia. Fauonius occiden-
talis/ hic est adulatio et blanditia: quia fauonius dicitur a
fouendo. Aquilo frigidus/ hic est inuidia. Auster feruidus
hic est ambitio et auaritia. Subsolanus igitur superbie ori
tur in oriente prelatorum. Fauonius adulationis abundat
in occidente. i. in curijs principum et magnatum. Aquilo
vero inuidie nascitur in septentrione religiosorum. Auster
vero auaritie abundat in meridie secularium laicorū. Vn
zachar. vj. Isti sunt quattuor venti celi. Vel dic ꝙ brachia
maris confligentia in occidēte/ sunt heredes et executores
qui pro occidente et moriente aliquo inuicem confligunt/ ⁊
ventum vane laudis inducunt/ inqꝫtum bona mortui in su
perfluitatibus expendunt. Vel dic ꝙ diuersa brachia ma-
ris sunt diuersi religiosi vel canonici / qui in electione con-
fligentes/ vētum. i. ventosum prelatū generant atqꝫ creant:
quandoqꝫ scilꝫ orientalem subsolanum. i. superbum: quan-
doqꝫ occidentalem fauoniū. i. luxuriosum: quandoqꝫ septē-
trionalē aquilonē. i. inuidū: quādoqꝫ meridionalē austrū. i.
auarum. Vix enim aut raro accidit quin malus prelatus
generetur: quando electores confligunt inuicem et rixan-
tur. Deus enim invindictam eorum solet eis quandoqꝫ da
re malum prelatum / quando scilicet se reddunt indignos
bono. Amos. iiij. Percussi vos vento vrēte/ et aurugine ⁊c̄.
¶ Dicit Seneca de naturalibus q̄st. libro. ij. ꝙ spūs. i. ven- 5
tus in inferioribus terre inclusus / ipsas aquas compellit
sursum ascendere/ ⁊ in locis insolitis in torrentem erumpe
re: et sic contra naturam superius se leuare. Narrat etiam
ibidem ꝙ Cambises rex misit exercitum ad spoliādum tē-
plum Jouis hāmonis. Ventus vero austri arenā eleuans
quasi nubem/ totum exercitum texit et obruit. Dic ꝙ ven-
tus est spiritus superbie/ qui aque. i. persone deuote et hu-
mili/ et arene. i. persone deiecte et pauperi quandoqꝫ incor-
poratur: et sic contra naturam sursum erigitur/ et ad multa
mala erumpere comprobatur. Unde Seneca ibidem. Cō-
tra naturam suam multa conantur nata defluere. Vel dic
contra pauperes et personas seruiles / quos ventus. i. dia-
bolus ad altos status quandoqꝫ contra naturam suam eri
git/ et eos torrentes violentos per rapinam et crudelita-
tem facit/ et ipsis mediantibus exercitum regis christi/ sci-
licet pauperes obruit atqꝫ ledit. Asperi⁹ enim nihil est hu-
mili cum surgit in altum: inquit claudianus. Vel si vis per
ventum accipe fortune fauorem ⁊c̄. sicut supra. Vel potest
dici de spiritu sancto/ qui cordi humano permixtus/ ipsum
sursum contra naturam ad celestia eleuat / et in fontes et
in fluuios. i. in viros perfectos et vtiles/ eos mutat. Eccle-
siastici. xxiiij. Ego sapientia effudi flumina. De reliquo
dic ꝙ cambises est Christus: qui exercitum ecclesiastico-
rum contra Jouem hammonem. i. diabolum destinauit:

sed pro certo spiritꝰ australis.i.diabolus/ nube arenarum .i.diuitiarꝫ ipsos obtexit/ ⁊ sic eos per peccatū auaritie obruit/ ⁊ a cepta militia impediuit. 6 ¶ Uentus secundū Cōstantinum/ est vapor siccus ex terris et aquis per calorem resolutus/aerem per incorporationem sui fortiter commouens ⁊ impellēs. Sic qñ ex terra et mari.i. ex pctis nostris oritur vapor ꝯtritionis/ ⁊ in acre cōscie cumulaꝛ: tūc vētus spiritussancti ibi generatur. Sed iste vapor cōtritionis debet esse frigidus per timorē/ siccus per penitentie asperitatem/ ⁊ per calorem resolutus.i.per feruorem ⁊ charitatem: vel calore solis.i.inspiratione dei superius eleuatus ⁊c. Et sicut ventus vel spiritus interiora terre subintrat / ⁊ ipsam cōmouet et conturbat/ et terremotū gignit/ ⁊ quandoqꝫ ipsam terram aperit/ita ꝙ ventus exit/ qui edificia obruit et subuertit: sic contritio ⁊ spiritussancti inspiratio in interioribus terre.i.conscientie occultatus/ ipsam terram conscientie concutit per compunctionem / et fit terremotus per suipsius discussionem/ et sic aperitur per confessionem/ et cadunt edificia diabolica/ scilicꝫ peccata/per ablutionem et satisfactionem. Figura.iij. Regū.xix. vbi helias vidit spiritum fortem/qui conterebat petras/ ⁊ conterebat mōtes/ quem secuta est aura lenis/in qua erat dominus. Sic post spiritum fortem cōtritionis/ conterentem ⁊ diruentē montes superbie ⁊ elationis/venit aura lenis.i.serenitas ꝯsciētie ⁊ affectionis/ ⁊ tunc cōtinetur ibi dominus per introductionem gratie ⁊ dilectionis. Ideo psal. Sana cōtritiones eius/quia commota est. Et sicut ventus ex sui inter partes aque cōmixtione/spumā facit ad superficiem eleuari/ ⁊ ipsam aquam mundificat et depurat : sic contritio spumam peccatorum facit ad superficiem.i.ad os superius enatare per confessionem ⁊ sic aqua.i.conscientia depuratur. Exo. xiiij. Cumqꝫ extēdisset moyses manum suam supra mare/ abstulit illud flante vento. 7 ¶ Uentus scd̄m Bedam generatur sic. Dicit eni ꝙ aer cum sit nature mobilis/ ingrediꝛ cauernosa/ ⁊ exit: cū autem vna pars nititur intrare/et alia exire/fit conflictus ⁊ mouetur aer/sicqꝫ ventus et turbines generantur. Et ideo eolia que est regio ventorum / est regio cauernosa. Uentus etiam ex cibis et humoribus in corpore generatus/ ⁊ ibi inclusus/pessimas generat passiōes: quia torsiones viscerum efficit/hydropisim ⁊ arteticam generat ⁊ inducit. Sic qñ vna pars aeris.i.vnus clericꝰ/ q̇ est pars ecclesie/nititur intrare cauernam.i. collegium vel ecclesiā vt ybi habeat locum suum.i. beneficium vel prebēdā/ ⁊ aliꝰ aer.i.aliꝰ clericus qui ibi est/nititur inde exire/nō cōtentus loco proprio/sed appetēs ampliora: tunc ex istis cōtrariis motibus et affectionibus partiū aeris/ ventus ire/ inuidie et discordie / in ipso aere ecclesie generatur. Nam aer.i.persona ecclesiastica est mobilis ⁊ inquieta per ambitiones/et per diuersas affectiones: et ideo semꝑ nititur vel ingredi vel exire. Et ideo Zacha.viij. Introeunti ⁊ exeunti nō erat pax pre tribulatione. Quando ergo ventus tētationis/ire et discordie/ in ventre.i.in corde alicuiꝰ includiꝛ tūc ibi pessimas generat egritudines pctōꝝ: quia torsiōes viscerū inuidie/hydropisim inflationis ⁊ superbie/⁊ arteticā (qua digiti coarctantur) pigritie ⁊ desidie inducere consueuit. Nam ꝙ̄diu ira perseuerat/nūqꝫ potest bonum aliqd̄ operari. Ira enim viri/iustitiam non operaꝛ. Jaco.j. 8 ¶ Ex terra scd̄m Aristotelem duo vaporum genera generantur/ vnus qui est humidus/ ⁊ est materia pluuiarum: alius autem siccus: ⁊ est materia turbinum ⁊ ventorum. Sic de terra voluntatis oriuntur duo genera vaporum. i . affectionū. Unus est humidꝰ per pietatem/ex quo oritur pluuia.i. misericordia ⁊ largitas qua terra arida.i.status pauperū impinguatur. Sed alius ē siccus vapor/et hec est affectio ad crudelitatem et vindictam que sicca dicitur/propter defectum humorum compassionis et misericordie: et ex ista ventus tribulationis et turbo inuasionis multotiens procreatur. Unde Job.j. Uentꝰ magnus a regione deserti ⁊c. Uel compara voluntatem vento/ propter eius mobilitatē et vertibilitatem ⁊c. sicut supra. 9 ¶ Uentus est summe mobilis et inquietus/motus ⁊ agitationis est in aere generatiuus/tempestatum in mari inductiuus: ⁊ quia ad interiora maris penetrat: ideo procellarum suarum eleuatiuus/⁊ diuersorum fluctuum causatiuus/ ⁊ ipsius maris in partes oppositas diffusiuus est. Et ē vētꝰ cineris ⁊ pulueris dispersiuus/ ⁊ per sui subintrationem infra cauernosa loca est terremotus generatiuus/ et edificiorum plurium destructiuꝰ Sic ꝓ ventus superbie mobilis est: qꝛ facit hominē inquietum/et se in pluribus partibus agitantem/ et etiam ostentantem. In aere etiam huius mundi generat tempestates tribulationum/ a qbꝰ edificia diabolica. i. ipsi superbi destruuntur/et vsqꝫ ad terrā miserie inferius dilabuntur. Job xxx. Quasi super ventum ponens elisisti me valide. Quando etiam ad interiora maris . i. conscientie (que amara dicitur propter remorsum) ventus superbie se immittit: tūc ipsam per elationem eleuat/et fluctus et procellas tentationum in ea generat et inducit: et ipsum mare.i.voluntatem et conscientiam in partes oppositas. i. in diuersa desideria deflectit / et cinerem et puluerem diuitiarum disgregat et dispergit: quia superbi diuitias non accumulāt/sed per vanitates multas ipsas diuidunt et dissipant: vt patet in militibus/qui communiter sunt pauperes: ⁊ hoc quia sunt in suis festis et conuiuijs et in guerris et in litigijs / opes innumeras expendentes. Uētus etiam superbie in interioribus terre et conscientie recluditur / et tunc terremotus ire ⁊ discordie generatur: quia inter superbos semper sunt iurgia. Prouerbioꝝ.xiij. Et tunc edificia circūiacentia.i.pauperum vicinorum habitacula / sepe per rapinam et auaritiam destruuntur. Uenerunt flumina/et flauerunt venti/et irruerunt super domum illam: et cecidit. Mat.vij. 10 ¶ Uentus si moderatus fuerit/ nec nauigantibus contrarius/ sui est itineris directiuus/ et ad portum applicatiuus. si autē immoderatus et naui contrarius fuerit: tunc est itineris retardatiuus/nauis etiam submersiuus. Uentus/ ⁊ maxime borealis/qui frigidꝰ est / aerem depurat/ nubes ⁊ nebulas fugat/ serenitatem efficit et procurat. Uentus insuꝑ viarū est depuratiuus/humoris superflui consumptiuus/ lubricitatis et immunditie abstersiuus. Tēperatꝰ etiam vēti flatꝰ ignis et flamme est excitatiuus: immoderatus autem est quandoqꝫ ipsius extinctiuus. Talis est ventus tribulationis: quasi in mari mūdi temperate perflauerit/si naui.i.aīe non sit contrarius (vtpote quia tribulatio pro mundo non sustinetur/sed pro deo) tunc viam spiritualem dirigit/ ⁊ ad portum paradisi facit velocius perueniri. Gregorius. Mala que hic nos premunt/citius ad deum venire compellūt. Quanto ergo maior ventus et tribulatio flauerit/ si gubernator nauis. i. ratio discreta fuerit/ et ipsa nauis.i . anima alicubi per amorem aliquarum rerum mundanarum non impegerit/tanto ibi facilius peruenitur. Actuū.xiiij. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Sed si ventus tribulationis anime contrarius fuerit/ vt quia pro mundo vel carne et huiusmodi sustinetur: tunc iter spirituale impedit/et nauem vsqꝫ in profundum maris scilicet in infernum per desperationem deijcit et submergit. Matthe.xiiij. Nauicula iactabatur magnis fluctibus erat enim ventus contrarius. Uentus enim tribulationis si temperatus fuerit/ ignem diuini amoris accendit: sed si fuerit excessiuus/ipsum per impatientiam dissipat et extinguit. 11 ¶ Quando venti mare perambulant/multam aquositatem et multos vapores exinde eleuant/ ex quibus tandem pluuia generatur. Sic vēti tribulationum/vel etiam ventus spiritussancti / quando mare.i . amaram conscientiam perambulant / multi vapores bonarum affectionum exinde superius ad deum eleuātur per orationem et contēplationem / ex quibus pluuia gratie vel lachrymarum in aere cordis deuoti generatur / et aliqñ per calorem diuine gratie exteriꝰ resoluitur. 12 ¶ Quidam dicunt esse causam vēti/nubes superius eleuatas in aere/que ipsum mole sua hinc et inde premunt/quarum impulsu fit ventus. Sic vere causa venti tribulationum in mundo isto / sunt sepe nubes.i.iudices et superiores: qui mole auaritie qua premuntur/aerem sibi subiectum.i. pauperes subditos deprimunt et molestant: ⁊ sic in eis ventus et turbo tribulationis ⁊ excoriationis imprimitur et causatur. Nonne diuites per potentiā opprimunt vos? Jacobi.ij. 13 ¶ Uentus secundū Aristotelē fit ex vapore eleuato a terra/et cum aere intermixto quo aer impellitur et mouetur. Unde scd̄m Bedam/ ventꝰ nihil aliud est ꝙ̄ aer motus. Sic quando a terra ⁊ aqua.i.

carne et mundo vapor alicuius male cogitationis et suggestionis ascendit et eleuatur vsq; ad aerē cõscientie: tunc mens mouetur per delectationem/et sic ventꝰ tentationis ibi efficitur et causatur: quia diabolus producit ventos de thesauris suis/ et sic percutiuntur primogenita egypti ⁊c̄. expone.

14 ¶ Uentus scd̄m Aristotelem/est in suo ortu debilis et occultus: sed cum paulatim super terram insurgit/ multi vapores ei coniunguntur et aggregantur/ et sic maior ac maior in tantū efficitur: ita ꝙ quãdoq; domos et arbores diruit et subuertit/et maxime ventus auster. Uentꝰ etiam aquilo veniens de supremis/ sua frigiditate flores et vineas ledit/et germina exurit et consumit/neruos contrahit et percullit/ et ab operatione impedit. Et ideo dicitur aquilo/quasi aquas ligans ⁊c̄. Talis est tẽtatio: quia in suo principio debilis est/ quando scz a diabolo suggeritur. Sed quando sup terrã voluntatis ⁊ conscientie aliquantulum inualescit: tunc multi vapores.i. multe affectiones/cogitationes/⁊ imaginatiões/⁊ cõplacẽtie aggregant̃/ex q̄bꝰ ventus tentationis intantū fortis efficitur/ ꝙ ⁊ domos dei/ scz religiosos/ ⁊ edificia mūdi/scz laicos/ destruit ⁊ subuertit: quia scd̄m Grego. Nisi tentationi nascenti cõtinuo obuietur: paulatim crescens conscientiam subijcit atq; ligat. Ideo dicit̃.j. Mach.vj. Nisi preueneris eos/paulatim maiora his facient/⁊ nõ poteris obtinere eos. Et maxime hoc facit auster/vẽtus calidus ⁊ humidus.i. tentatio carnalis: ⁊ hoc scd̄m Isidorū quia ab imo flat/hoc est dictu/ ab interiori suggestiõe. Ideo Job.xxvij. Ab interioribꝰ egredietur tempestas. Aquilo etiã q̄venit a montibꝰ.i. tentatio supbie vel mūdi/que ab ipsis mõtibus superbis demonibꝰ immittitur/ sua frigiditate ⁊ occisione flores ⁊ vineas.i. incipientes ⁊ perfectos ledit/ ⁊ germina bonorū propositorū exurit et consumit/neruos etiã corporis ecclesie.i. viros in quibꝰ viget sensus deuotionis ⁊ motus bone operationis/percullit/scilz per delectationē/ cõtrahit per cõsensum et operationem/⁊ a motu bone operatiõis impedit per cõsuetudinem et reiteratione: ⁊ ideo dicit̃ aquilo/ quasi ligãs aquas: quia tentatio ligat ipsas affectiões anime/ne actus suos valeãt exercere. Uẽtus eni Aquilo dissipat pluuias. Prouer.xxv. Frigidus eñ ventus Aquilo flabit: ⁊ gelabit crystallus ab aquis.

15 ¶ Uentus quãdo inuenit obstaculū/est sue virtutis magis q̄z alias ostensiuus: ⁊ inde est ꝙ cõtra fortes ⁊ altas domos ⁊ arbores violentius agit/⁊ ipsas q̄nq; diruit ⁊ subuertit: quod tamē paruis arboribꝰ suo impetui cedentibus sic nõ facit. Sic deꝰ per impetū sue iustitie fortius seuit cõtra presumptuosos ⁊ superbos sibi resistentes / et eius impetum nõ timẽtes/q̄z cõtra humiles ⁊ deuotos/ipsum metuẽtes / ⁊ per mentis obstinationē sibi nullatenus obuiantes. Talibus eñ superbis dicit dñs illud Ezec.xx. In brachio extento ⁊ furore effuso regnabo super vos. Qđ potissime fit in iudicio vel in morte/vbi a deo tales alti/ fortes/ diuites ⁊ magni penitꝰ destruūtur/⁊ in inferno totaliter subuertūtur. vbi etiã ipsis humilibꝰ cedẽtibꝰ/ ⁊ se inclinantibꝰ/timẽtibus/⁊ misericordiã poscentibus parcit̃: ita ꝙ q̄zuis tribulationibus impellantur/de terra tamen viuentiū/ scilz gratie vel ecclesie p peccatum ⁊ tormentum nullatenus euelluntur: q2 sicut dicitur Prouer. xxix. Deus superbis resistit humilibꝰ autem dat gratiam.

16 ¶ Scd̄m Senecam libro.v. de naturalibus questionibus/venti antelucani ⁊ nocturni/ solent in mane deficere in toto/vel in parte. Nam vẽtus q̄ de nocte vehemẽs fuerit/in mane minuit̃/ ⁊ in solis presentia vis eius extinguitur: nec vltra matutinū flare vel fluere sibi datur. Uentus est tentatio: que de nocte.i. in statu peccati est fortis/in mane tamē.i. in statu gratie ē debilis. Solis enim christi presentia que p gratiam acquiritur/quãdo per orationem ab homine accersitur/ solet venti tẽtationis impetū retundere/⁊ hominem/ne succūbat/adiuuare/⁊ tẽtationem ne vltra vires seuiat/ãnullare.j. ad Corinth.x. Fidelis deꝰ: qui non pmittet vos tentari vltra q̄z potestis: sed faciet cū tẽtatione prouentū.

17 ¶ Uenti licet sint auditu terribiles/tactu horribiles/⁊ ad sustinendum graues ⁊ difficiles: tamen scd̄m Senecam lib.v. de naturalibus questionibus/ad multa sunt boni et vtiles. valent eñ (vt ait) ad nubes adducẽdū ⁊ educendum / ⁊ ad pluuiam per mundum mediantibus nubibus diuidendum. Item valent ad segetes maturandum et desiccãdum/ et ad fruges latis folliculis aperiendum. Item valent ad aerem suo motu purificãdum et temperandum/et inde omnem corruptionem ⁊ pinguedinem propellendum/ ipsumq; ad spirandum ⁊ respirãdum habilem faciendum. Temperies enim ⁊ sanitas aeris pro maiori parte/scd̄m ipsum/ex ventis consistit. Unde de vẽto circio dicit ꝙ sibi q̄zq̄z edificia rūpenti gallicꝰ populus gratias agit/et hoc quia salubritatem celi.i. aeris ipsis generat: sicut ait. Unde etiam diuus Augustus ad Gallias veniens/et illius venti vtilitatem videns/sibi templū vouit et fecit. Credo tamen ꝙ istud debet intelligi de illa parte galliarum que Prouĩcia dicitur/que fortissimos habet ventos/qui ex causa predicta sibi necessarij creduntur. Uentus potest significare flatum ⁊ impetum tribulationū Iste enim ad salutem est vtilis/ licet ad sustinendum grauis. Per istum enim nubes.i. apostoli et martyres per mūdum fuerunt dispersi/et ad fugiendum per diuersas terras compulsi: et sic ipsis mediantibus fidei et doctrine riuuli per mundū sunt diuisi. Nisi eni Paulus tribulationibꝰ iudeorꝫ ĩpulsꝰ romã venisset/romanis minime p̄dicasset. Job xxxvij. Nubes spargunt lumen suum: q̄ lustrãt cuncta p circuitum/quocunq; eas voluntas gubernantis duxerit. Tales etiam venti tribulationum solent segetes.i. homines a superfluitatibus desiccare / per discretionem maturare/ p confessionem aperire/et aerem conscientie et voluntatis solent eis/ne nimis p carnalitates ⁊ vitia pinguescãt/ ĩpedire/⁊ vt sit tẽperatꝰ ⁊ saluber pcurare. Cõstat eñ ꝙ flatꝰ tribulatiõis cor ⁊ affectum hoĩs tribulati solet temperare/ et eum ne insolescat plus debito/refrenare. p̄s. Sicut puluis quem proijcit ventus a facie terre. Tales igitur vẽti de occultis diuine prouidentie mittūtur / vt p eos orbis terrarū sanitas cõpleat̃. p̄s. Producit ventos de thesauris suis: et percussit primogenita egypti ab homine vsq; ad pecꝰ. Igitur talibus tribulationum ventis debemus gratias agere et ipsos q̄zuis graues tamen vtiles reputare. Uel si vis per ventum potes intelligere spiritussancti flatum ⁊c̄. per omnia sicut supra.

Capitulum.xiij. de turbine.

1 Turbo scd̄m Senecam nihil aliud est q̄z diuersorū ventorum sibi in aere obuiantium collucta-tio et mutua impulsio/ qui q̄zdiu durat/aerē valde solet turbare/ puluerem et paleas eleuare/et dispgere/ ⁊ aliq̄n domos ⁊ arbores eradicare et euellere. Turbo autē prout dicit/ diu nõ solet manere/ sed vno ventorum alium vincente/solet alius sibi cedere/⁊ suo impetui locum dare. Sic procul dubio est de mundi discordijs atq; guerris. Iste enim semper ex contrariorum flatuum /⁊ spirituum.i. cordium et animorum superbia solẽt fieri/ qua scilicet ad colluctandum et discordandum solent inuicem animari. Talis vero turbo guerre et discordie solet in subiectis patrijs multa mala facere / paleas et pulueres diuitiarum tollere et rapere/ turres/castra et edificia diruere/et ad litteram/ quãdoq; siluas scindere/ ⁊ terram per paupertatem nudare. Esaie.xxv. Spiritus robustorū quasi turbo impellens parietē. Finaliter tñ deficit/ et pacatis discordijs pax accedit. Uel turbo est diabolica tentatio/que colluctans in aere cordis humani/ ipsum turbat et concutit/ et edificia virtutum exinde eradicat et subuertit. Job.ix. In turbine conteret me. Uel dic ꝙ aer est ecclesia: diuersi venti sunt diuersi demones ibidem diuersimode flantes. Unus enim tẽtat de superbia/alius de luxuria/ alius de auaritia: et ideo tantus turbo tentationis ibidem quandoq; generatur/ ꝙ silue.i. persone per honestatem virentes/a bono proposito eradicantur. Turres.i. cõtemplatiui alta querentes / inferius ad terrenorum amorem subuertuntur. Palee vero et puluis.i. viri vani et pestilẽtes superius ad dignitates et beneficia extolluntur. Sapien. v. Tanq; turbo venti diuidet eos. Uel dic ꝙ q̄n in aere ecclesie tempore electionis fit diuersitas et colluctatio inter ventos.i. inter ipsos electores vanitati deditos: tunc fiunt ibi multa mala/ scilicet turbatio litium/sonus discordiarum/ eradicatio siluarum et domorum.i. destructio ecclesie possessionum: et finaliter sepe fit ꝙ ex desperatione/ vel a casu ipsi eleuant in prelatum paleam vel puluerem.i. aliquam

personam vilem/inhabilem/et indignam. Osee.viij. Uentum seminauerunt / et turbinem metent. Uel dic ꝙ turbo est mundi tribulatio: que ex ventorum.i.ex personarum vel elementorum contrarietate et colluctatione cōsurgit. Uel etiam turbo est mors vel iudicium/ que totum aerem conscientie/ecclesie vel patrie cōcutit/et tam castra q̄ȝ paleas .i.tam fortes q̄ȝ debiles eradicat ⁊ subuertit. Qđ potissime erit in iudicio: quando turbo furoris dn̄i arbores ⁊ castra.i. altos ⁊ diuites in inferno subuertet. Paleas vero qꝛ leues sunt.i.pauperes: puluerē etiam qꝛ modicus est.i.humiles ī paradisum eleuabit et tollet. Figura de helia: qui in turbine et curru igneo eleuatus est in celū: sicut dicit̄.iiij. Regū ij. Quia scilȝ sancti ⁊ humiles/ mediāte turbine tribulationis/martyrij/mortis/⁊ iudicij/⁊ igne charitatis vel purgatorij eleuabuntur in celum: turres vero et arbores.i.alti et sup̄bi subuertent̄ in infernum. Unde de quolibet bono potest dici illud Eccli.xlviij. Recept⁹ est in turbine ignis. De malis vero dicit̄ Hiere.xxiij. Ecce turbo dn̄ice indignationis egredietur: et tēpestas erūpens sup̄ caput impiorū veniet. Uel dic ꝙ turbo est subita ꝓsperitas/que paleas.i.personas nihil valētes eleuat: turres vero.i.bonos deijcit atqȝ turbat. Mali eñ in prosperitatē eleuātur: boni vero timēt/ tristātur/⁊ conturbant̄. Unū tamē est/ ꝙ siue turbo ꝓsperitatis/siue turbo temporalis aduersitatis fuerit: parum solet durare: et subito deficere et cessare. Uel dic ꝙ turbo est fortuna: que eleuat malos/⁊ deprimit bonos ⁊c̄. sicut supra Esa.xlj. Uentilabis eos/et vent⁹ auferet/et turbo disꝑdet.

Capitulum.xiiij.de tempestate ⁊ procella.

1 Cum tempestas nihil aliud sit q̄ȝ ventorum/ tonitruorum/fulminum/⁊ coruscationum in aere facta turbatio: vt cōmuniter s̄m Senec. ⁊ Pli. non fit nec profunda hyeme nec ꝓfunda estate. Uide īfra de fulmine.§.vj. Procella vero est vētus fortis cum pluuia ⁊c̄. Unū tamen aduerte qđ dicit Seneca. Nulla tēpestas magna perdurat: sed etiā ꝓcelle quāto plus habēt virium/tanto minus tēpore durāt. Sic vere fit vt cōmuniter de tempestate et procella prosperitatis: et etiā aduersitatis. Si eñ magne sunt/⁊ vltra q̄ȝ deceat violente/parum solent durare: sicut videm⁹ de multis/quorū prosperitas more tempestatis subito venit: et imper⁹ pōpe ⁊ sup̄bie magnos facit: q̄ vt cōmuniter cito ⁊ faciliter deficit atqȝ perit. Prouer.x. Quasi tēpestas transiens: non erit impius: iusti autem quasi stabile fundamentū. Qđ etiā videmus ad sensum: quia homo vltra solitū iocūdus et letus cito vbi nō sperat/fit turbidus atqȝ tristis. Senec. Improborū leta cito ad ꝑniciē veniūt. Sicut etiā videm⁹ de fortibus aduersitatibus/infortunijs ⁊ infirmitatib⁹: que vt cōiter in suo excessu nō durāt: immo min⁹ q̄ȝ alie ꝑseuerant.

Capitulum.xv.de vento subsolano.

1 Subsolanus vētus est orientalis/q̄ sub sole nascitur: et ideo subsolanus cōgrue nūcupat̄. Nascitur eñ sub zona torrida/in qua sol semper incedit. Habet autē duos collaterales/scȝ vulturnū ab aquilone/eurum vero a meridie. Sūt igitur isti tres venti calidi et sicci: qꝛ sub sole diutissime anteqȝ ad nos perueniant/ permāsiui.aeris sunt depuratiui. ⁊ qꝛ a regione tēperata/aromatica ⁊ florida veniunt/sunt sanitatis corpis pre alijs seruatiui. Mīhi p̄ subsolanū intelligo papā/ qui sub sole Christo immediate ponit̄: et eius vicarius ordinatur. Per duos ei⁹ collaterales/ intelligo p̄latos et predicatores: vel clericos seculares et regulares. Prelati eñ ⁊ seculares clerici sunt sicut eurus/q̄ interpretat̄ circūiens: ⁊ est a parte meridiei/vbi est feruor: qꝛ scilȝ tales ad op̄a actiue circūeunt: ⁊ tentationū meridialium feruorib⁹ propīqui sunt. Predicatores vero ⁊ religiosi dicūtur vulturnus: a volando: qꝛ in aquilone.i.in frigore penitētie debēt esse: et per cōtemplationē debēt superius volitare. Esa.xl. Uolabūt/⁊ non deficient. Quid ergo? Pro certo isti venti orientales/ scilȝ papa/ religiosi et clerici/predicatores ⁊ prelati debent sub sole Christo per amorem ⁊ affectionem diu manere/et mētem suam in zona torrida charitatis torrere: et sic debēt calidi per dilectionē esse: ⁊ sicci per abstinētiam apparere: et sic alijs/scilicet subditis/poterūt salubres esse: ⁊ aerē sue consciētie poterūt doctrinis ⁊ exēplis in puritate gratie cōseruare. vt de secularibus istos vētos diligētibus dicat̄ illud Hiere.xiiij. Onagri steterūt in rupibus/attraxerūt ventum quasi dracones. Uel dic ꝙ subsolan⁹ vent⁹ est sup̄bia/ que sub sole deo/scilȝ sursum in oriente paradisi in lucifero fuit orta: et etiā nūc ab oriente.i.a prelatis et alijs superioribus solet flare: que procul dubio duo habet vitia collateralia/scȝ vulturnū volātem.i.mentis elationem: que scȝ in aquilone.i.indeuotionis frigore cōgelatur: ⁊ eurum circūeūtem.i.ambitionē: que pro promotionib⁹ vult circuire: ⁊ p̄ desideria solet ardere. Flumina contra orientem currentia sunt saniora: pro eo ꝙ ventis salubriorib⁹ exponunt̄ s̄m Cōstā. Sic illi qui per affectionē versus orientē diuine gr̄e tēdunt: ⁊ ventis orientalibus.i.spiritus sancti flatib⁹: necnon predicatorum bonis informatiōibus se exponūt/apud deū meliores et saniores sunt.

Capitulū.xvj.de vento fauonio.

1 Fauonius ventus est cardinalis/ab occidēte veniens/qui frigidus ⁊ humidus reperit̄. Dicitur autē a fouendo: eo ꝙ propter suam humiditatē germina foueat et nutriat. Iste in vespere incipit calefieri s̄m Constā. Talis est delectatio et tentatio luxurie: que ab occidente.i.a carne mortali ⁊ occidua venit. Ista eñ frigiditatē indeuotionis ⁊ humiditatē carnalis infectionis habet: ⁊ germina affectionū carnaliū nutrit ⁊ fouet. ¶ 2 Fauonius venit ab occidente: qui est ventus frigidus. ⁊ hic etiā habet duos collaterales. In sero calesit a radijs solaribus: sed quia in mane non calesit: ideo aque turbant̄ occidentales. Et dicit̄ fauonius: qꝛ fouet ea que nascūtur. Sic vere tales sunt mali prelati/frigidi scȝ p̄ indeuotionē/humidi per carnalem affectionē: et qꝛ in mane iuuētutis sue non calesiūt radijs solarib⁹.i.diuina gr̄a: ideo aque occidentales.i.mundani populi sunt turbidi per ignorātiam/⁊ nō puri. Dicunt̄ etiā fauonij/ qꝛ fouētes parētelam suam patrimonio crucifixi. Duo collaterales sunt rapax familia/⁊ carnalis parentela. Iste ventus flat recte cōtra orientem/et contra cursum solis: qꝛ tales cōtra Christi mādata iugiter operant̄/ similes gallo supra campanile/q̄ semꝑ vertit faciem cōtra vētum/licet vnde veniat ventus alijs ostēdat. Sic licet isti p̄ doctrinā ostendāt vnde veniat spūssanctus: tamē ei p̄ opera se opponūt. Et sicut fauoni⁹/ licet sit frigid⁹ in mane: in vespere tñ est calid⁹: sic tales in mane iuuētutis per indeuotionē frigescūt: in vespere autē senectutis per auaritiam inardescunt.

Capitulū.xvij.de vento borea.

1 Boreas est ventus cardinalis/ duos habēs collaterales/scȝ aquilonē/⁊ Corū. Isti eñi vēti frigidi sunt ⁊ sicci: et hoc qꝛ a locis frigidis ⁊ gelidis oriunt̄. et ideo isti venti sua frigiditate corpus cōtrahūt/neruos ledūt: et mēbra obrigescere faciūt: et a motu et sensu impediūt. Sic vere flatus male doctrine/malorūqȝ verborum/a locis frigidis et gelidis .i.a personis malis/ obstinatis/indeuotis ⁊ in malo congelatis/veniens/solet multa mala facere/corp⁹ ecclesie ledere/neruos sensus ⁊ deuotionis contrahere: ⁊ manus operationis a motu bonoꝝ operū impedire. Aquilo flabit/et gelabit crystallus. Eccli.xliij. ¶ 2 Aquilo borealis s̄m Cōstā. tussim causat/et pectoris desiccationē/neruos etiā contrahit/⁊ cōstringit: ⁊ ideo mēbra ad operandū inutilia reddit/ flores ⁊ fructus teneros ⁊ vineas germinātes vrit ⁊ siccat/ arboꝝ virorē spoliat: ⁊ humorē īteriorē ⁊ exteriorē desiccat: ⁊ sua frigiditate herbas ī terra ꝯtrahit/⁊ recludit. Sic vere ⁊ qꝛ mali prelati p̄ indeuotionē ⁊ cupiditatē sunt frigidi/ sicci autē p̄ incōpassionē et crudelitatē: ideo in corpe ecclesie pectus.i.viros plenos scientia / neruos.i.plenos bonis operibus ⁊ industria/ per mala exempla/vel alias/contrahunt ⁊ cōstringunt: qꝛ vix volunt ꝙ aliquis bonus predicator ⁊ instructor veniat subditis predicare: ⁊ sic totū corpus ecclesie inutile reddūt ad motum bone operationis: et ad sensum sancte affectionis ⁊c̄. Itē flores et vineas destruūt: qꝛ per mala exempla talium/homines qui incipiebant virtutum floribus adornari/scādalizant̄: et per eorū imitationem/a fructu bonoꝝ operum retrahūtur. ¶ 3 Aquilo borealis ꝓpter suam frigiditatē vapores resolui non permittit: ⁊ sic aerē seruat purū/ pestilētiam ab austro ortā reijcit et ex-

pellit/spiritus purificat/ sensus subtiliat/ aquā in crystalli duritiam conuertit/corpus indurat/ poros claudit/vim digestiuā adiuuat ⁊ cōfortat: et ad masculoꝝ generationē habilitat ⁊ disponit. Sic vere aquilo tribulatiōis ꝓpter frigiditatem timoris dei/qui cū eo ꝑseuerat / vapores a terra.i. a mente carnales affectiones resolui per desideria nō permittit: immo poros.i.ipsos anime appetitus/ per quos extra ad opera habebant exitū/ claudit: et sic aerem.i.cōsciētiam puram seruat/pestilētiam etiā.i.infectionē ab austro .i.a carnali ⁊ mundiali voluptate inductam/effugat a cōsciētia ⁊ expellit: ⁊ aquas.i.fragiles ⁊ delicatos in crystallū cōuertit: inquātum ipsos facit claros ꝑ honestatē: ⁊ duros per constātie firmitatem. Cor eius indurabitur sicut lapis Job.xlj. Ideo Eccli.xliij. Frigid⁹ vētus aquilo flabit/⁊ gelabit crystallus ab aquis. Homo enim assuetus tribulationibus/fortis efficiꝶ atq; firmus: ⁊ sic corpus diciꝶ indurare. Hic ergo vent⁹.i.tribulatio/ spūs.i.interiores affectiōes purificat/sensus etiā.i.discretionē subtiliat/ vim digestiuā cōtritionis adiuuat ⁊ perficit/et ad masculi.i.viri perfecti generationem cooperaꝶ ⁊ disponit: quia scʒ per tribulationē homo efficiꝶ mascul⁹.i.perfectus ⁊ virtuosus. Coronās coronabit te tribulatiōe. Esa.xxij. Cū ergo aquilo tribulationis faciat tāta bona/ bene possum⁹ dicere illō Job.xxxvij.

4 Ab aquilone aurū venit. ¶ Aquilo est frigidissimus: ⁊ hoc qꝛ scʒ in locis a sole remotꝭ generatur: ⁊ ideo terrā et corpora desiccat: et in pectore tussim facit/neruos cōtrahit ⁊ cōstringit: et ad motū ⁊ operationē impedit/asperitatē in corpore gignit/flores et vineas germinātes exurit/ virores arborū spoliat atq; tollit/humorem interius ⁊ exterius consumit/phthisicis est nociuus: vt dicit Gregori⁹. ⁊ aquas cōgelat ⁊ cōstringit: et nunc in glaciem/nūc in crystalli duritiam eas cōuertit. Sic tentationē ⁊ peccatū cōcomitaꝶ frigus indeuotionis ⁊ timoris seruilis: ⁊ hoc quia longe est a deo: qꝛ sicut diciꝶ Eccli.xv. Longe est sapientia a superbia et dolo. Uentus ergo iste/scʒ peccatū/terram cōsciētie ab humore exterioris cōpassionis et interioris deuotionis desiccat. In pectore cōsciētie tussim ⁊ remorsum causat. Neruos.i.potentias anime ꝑcutit atq; grauat: et ad bene operādum impedit ⁊ retardat. Flores et vineas.i. bona opera dissipat et mortificat: in ipsisq; fructū eterne vite ⁊ spem salutis destruit ⁊ ānullat. Dicam⁹ ergo illud Cātico.iij. Surge.i.fuge aquilo: veni auster. quia sicut dicitur Hiere.j. Ab

5 aq̄lone pādeꝶ oē malū. ¶ Aquilo ſm Isidorū venit a mōtibus supremis: et ideo frigidissim⁹ dicitur: in tantū ꝙ sua frigiditate flores ⁊ vineas ledit/ germina exurit ⁊ cōsumit/ neruos cōtrahit: et ad operationē impedit. Talis est fortis tribulatio vel tentatio. Ista em̄ veniēs a mōtibus.i.immissa ab ipsis supbis demonib⁹/ sua frigiditate flores ⁊ fruct⁹ .i.incipientes et ꝑfectos ledit: ⁊ germina bonorū proposito rum exurit et consumit. Neruos etiā corporis ecclesie.i. viros perfectos in quibus viget sensus dilectionis ⁊ deuotionis/⁊ motus bone operationis/ꝑcutit per delectationē: cōtrahit per cōsensum ⁊ per operationē: et ad motū bone operationis inhabiles reddit ꝑ cōsuetudinē ⁊ reiterationē. Et ideo diciꝶ aquilo/quasi ligans aquas: qꝛ scilʒ tentatio ligat ipsas affectiones aīe ne actus suos valeant exercere. Uentus em̄ aquilo dissipat pluuias. Prouer.xxv. et Eccli.xliij. Aquilo flabit/et gelabit crystallus ab aquis.

Capitulum.xviij. de austro.

1 Auster habet multas ꝓprietates. Est enim calidus ⁊ humidus/ pluuie et roris ministratiuus/ pororum terre apertiuus / germinum ⁊ seminū productiuus ⁊ nutritiuus/ ⁊ augmētatiuus/superficiei terre renouatiuus/ pennarū veterū in auibus immutatiuus/humorum compactorū digestiuus/ fumositatis ⁊ sudorum ⁊ supfluorum humorū prouocatiu⁹/ reptiliū ⁊ vermiū ab interiorib⁹ adductiuus. Talis est gratia: quia calida est ꝑ charitatē/ humida ꝑ pietatem: et ideo pluuie compassionis /et roris deuotionis est ministratiua/ pororū terre.i.sensuū/⁊ maxime oris ad cōfessionē est apertiua/seminum ⁊ germinū.i.interioꝝ donorum et virtutū est ꝓductiua quātū ad simplices ⁊ icipiētes/nutritiua quo ad ꝓficiētes / augmētatiua quo ad perfectos. Hec supficiem terre.i.exteriorē apparentiā renouat per honestatē/veteres pēnas male consuetudinis imutat ꝑ vite nouitatē. Humores cōpactos.i.peccata in stomacho cōsciētie ꝯpressa digerit ꝑ cōtritionē: et sic eoꝝ sudorem.i.emissionē prouocat per cōfessionem. Reptilia etiam ⁊ vermes.i.carnales affectiones ab interioribus conscientie extrahit et educit ꝑ dimissionem et eductionē. Can.iiij. Ueni auster/perfla hortū meū: et fluent aromata illius. Uel oīa possunt dici de flatu spiritussancti: vel etiā de flatu bone doctrine. ¶ Auster est

2 vētus calidus et humidus/poros aperit/corpora dissoluit/ grauitatem in corpore facit ſm Hippocratē / infirmis auditū grauat/caliginē oculis inducit/ colorē corrūpit / egritudinem facit/ recidiuam procurat/ pruritum commouet/ epilepsiam/podagrā/⁊ acutas febres nutrit: ⁊ hoc quia ab imo flat/⁊ ab interioribus extolliꝶ ad externa. Talis est carnalis volūtas: qꝛ feruens ⁊ calida est ꝑ cōcupiscētiā/humida per delectationis mollitiē: ab imo etiā ꝓcedēs.i.ab interiori carnis cōditiōe. Hec est igiꝶ q̄ poros.i.sensus exteriores aperit: qꝛ facit hoīem vagātē. Prouer.vij. Garrula ⁊ vaga ⁊c̄. Corpus etiā.i.mētem dissoluit/debilitat/⁊ remollit: ⁊ ad resistēdū reddit hoīem impotētē: qꝛ qui dissolut⁹ est in opere suo/frater est sua opera dissipātis. Prouer.xviij. Hec etiam grauitatē pigritie generat/auditum aliorū per infamiā grauat/caliginem ignorātie inducit/colorem honestatis destruit / egritudinē peccati mortalis facit / recidiuā.i. multiplicis istius actus reiterationem facit. Unde Eccli. xxiij. Homini fornicario oīs panis dulcꝭ/nō fatigabiꝶ trāsgrediens vsq; ad finē. Item istud pctm̄ pruritū delectationis excitat/epilepsiam.i.casum vsq; ad inferos ꝓcurat/podagram.i.tarditatē bone operationis efficit/et febres acutas ire/rixe ⁊ discordie generat atq; nutrit: ⁊ hoc qꝛ ab imo flat.i.ab interiori carnis suggestione/a qua luxuria ꝓgreditur ⁊ emanat: qꝛ ab interiorib⁹ egrediēꝶ tempestas ⁊c̄. Job xxvij. Et sicut auster calorē inducit/sic luxuria facit hominem esse calidum et feruētem ꝑ cōcupiscētiam. Nonne vestimenta tua calida sunt: cū ꝑflata fuerit terra austro: Job xxxvij. Uel generaliter ista possunt dici de pctō quolibet/ vel etiam de flatu tentationis / vel de flatu ꝓsperitatis: qꝛ scilicet faciunt oīa supradicta. Uel dic ꝙ auster.i.tentatio/ peccatū/prosperitas/luxuria/auditū ledit: inquātū scilʒ hominem ad contēnendum auditum verbi dei disponit. Hiere.vj. Incircūcise aures eorū: ⁊ audire non possunt. ¶ Itē

3 auster ſm Isidorū sub polo antarctico oritur/que pars pre nimia frigiditate est inhabitabilis : et ideo naturaliter est frigidus et siccus: sed qꝛ postea transit per zonam torridā/⁊ per meridiem/vbi multi sunt vapores et aque: ideo ibi humiditatem cōtrahit/ ⁊ calorem: ⁊ sic apud nos calid⁹ ⁊ humidus reperiꝶ. Sic vere homo licet frigidissimus ꝑ dei timorem: siccus etiam ꝑ duritie torporem: (ex hoc scilʒ ꝙ sub polo antarctico loco frigido.i.sub peccatorū ⁊ tormētorum infernalium cōsideratione oritur) ꝑ inspirationē tamē si ab isto antarctico polo.i.a consideratione frigoris ⁊ infernaliū tormentorum recedit: et ad meridiem ⁊ zonam torridā.i.ad considerationē eterne lucis/et meridiem paradisi accedit: tunc frigore timoris deposito/calore amoris diuini paulatim inflammatur: ⁊ humore deuotionis similiter irrigatur: et sic efficiꝶ calidus ꝑ charitatis amorē/ et humidus ꝑ deuotionis dulcorem: qꝛ scilʒ ex timore dei deuenitur ad eius amorem. Qui timetis dm̄/diligite illum: et illuminabit corda vestra. Eccli.ij. Uel dic ꝙ auster est homo quilibet/ a principio sic frigidus ꝑ diuinum timorē/siccus ꝑ parcitatis squalorem: quādo tamē fit ꝙ ipse transit ꝑ zonam torridam cōcupiscentie: et ꝑ loca fetida ⁊ venenosa luxurie/seu etiam ꝑ quācūq; malam societatē/fetidam et corruptā/ei⁹ conditio immutaꝶ: et sic ad faciendū malum/feruens ⁊ calidus inuenitur: et ad tolerādum malū mollis et humidus ꝑsentitur. Uel ista possunt dici de malis naturaliter frigidis per indeuotionem/⁊ siccis per incōpassionem/qui scilicet ꝑ trāsitum zone torride bone societatis fiunt ꝑ charitatem feruidi: et ꝑ pietatem et deuotionē humidi. ¶ Austra

4 lis ventus qꝛ est calidus et humidus: ideo dissoluit mēbra ſm Hippocratē/et grauat auditum/faciēs corpus grauem et causat in mari tēpestatē: et qꝛ ꝑ multa loca imunda plena serpētibus trāsit: ideo egrotātibus est nociuus: sicut patet in febre continua. Sic qꝛ multi hodie sunt calidi ꝑ au-

ritiam/humidi per luxuriam: ideo mala fama eorũ/auditũ inficit aliorũ: et a bonis operibus impedit ꝑ mala exempla illos per quos circuit atq; transit: et sic etiam isti mali causant in corpore aliorũ/pigritie grauitatem/ et excoriationũ ꝛ rapinarũ in mari mũdi faciũt tẽpestatẽ. Qꝛ eñ ꝑ loca immũda.i.per actus luxurie transeunt: ideo infirmis peccatoribus sunt nociui/ ipsosq; suis malis exẽplis ꝛ verbis destituunt atq; ledunt. Ergo non debet dici Ueni auster/perfla hortũ meũ: (Cãtico.iiij.) sed bene potest dici illd Eze.xxvij. In aquis multis (scꝫ tribulationũ et deliciarũ) adduxerũt te remiges tui.i.mali et vani prelati. Uẽtus auster cõtriuit te/in corde maris. Et hec sufficiant de ventis.

Capitulum.xix.de nubibus.

1 Nubes quãto ex purioribus vaporibus est cõposita/tãto magis est luminis receptiua: si autem ex grossis fumositatibꝰ sua substãtia componatur: tunc obscuritatẽ generans/solaris est luminis interceptiua: et a nostris aspectibus ablatiua. Sic quando cõscientia ex puris vaporibus.i.affectionibus componitur: tunc lumẽ celestis grẽ recipit ꝛ doctrine. Sed si ex grossis vaporibꝰ.i.ex carnalibus affectionibꝰ cõstituatur: tunc obscuritas ignorãtie in ea inducit: et lumen celestis grẽ et doctrine ꝛ solis Christi influentia ab intellectus oculis occultatur. Ecce ventus turbinis veniebat ab aqlone/nubes magna/ꝛ ignis inuoluens. Eze.j. Uel dic ꝙ nubes clara ꝛ pura est religio/ vł bona societas: q̃ est ex puris vaporibus.i.ex bonis ꝑsonis constituta. Turbida vero 2 est mũdi ꝓsperitas/vł mala societas ꝛc̃.sicut supra. ¶ Itẽ nubes quadruplici causa mouet/ scilꝫ propter huius aeris leuitatem/ ꝓpter ventorũ impulsum/ ꝓpter calorẽ igneum in ventre nubis interclusum: et propter attractionẽ radiorꝫ solarium/qui nubem ꝑ quãdam violẽtiam mouent sursum. Sic vere aĩa triplici causa mouet ad bene operandũ/scilꝫ propter aeris.i.cõscientie puritatem/propter ventorũ tribulationum impulsum ꝛ velocitatẽ/ propter caloris charitatꝫ ꝛ interioris animi vigorem: ꝛ propter radij solaris.i.diuine inspirationis attractionẽ/adiutoriũ/et virtutẽ. Ideo dicit Prouerb.xxx. Per tria mouet terra: et quartum non potest sustinere. Quis eñ tria prima moueãt ad bonũ mentem humanã/scilꝫ bone voluntatis dispositio/mũdana tribulatio: et interioris charitatis operatio: quartũ tamẽ potentiꝰ ceteris mouet/scꝫ diuine inspirationis vocatio/ꝛ attractio. vñ Amos.iij. Dñs deus locutꝰ est: q̄s non ꝓphetabit? Uel potes dicere ꝙ ꝑ tria mouet ad pctm̃: et de firmitate boni propositi agitatur/scꝫ propter leuitatẽ aeream supbie/propter impulsum venti ꝛ tentationis luxurie: ꝛ propter intraneum ignem auaritie: quarto autẽ (qđ est principalius) propter radios solares.i.propter repulsionẽ diuine reprobationis/et sue occulte iustitie. Eccłs.vij. Nemo potest corrigere quẽ deus despexerit. Uel ꝓpter leuitatẽ incõstantie/ propter impulsum alterius indeuotionis ꝛ fallacie/ et propter calorem interioris dispositionis ꝛ cõcupiscẽtie. Eccłi.xxvj. 3 A tribus timuit cor meũ. ¶ Item nubes est impressio aerꝫ sursum in medio generata: et ex multis vaporibꝰ aggregata: qꝛ calor celestis partes leues et vapores ipsius terre et aque superius in aere subtilissime eleuat: ꝛ in naturam nubis conuertit et mutat. Nubes enim licet ex mari solis radijs attrahatur: tamen omnis marine amaritudinis est in dulcedinẽ conuersiua. Et est nubes quasi oĩs materia oĩm que in aere generant/vnde nunc pluit/nunc grandinat/ꝛc̃. Sic vere prelatus ꝑ virtutem solis iustitie debet a terra.i. ab amore terrenorũ totaliter eleuari: et sursum in aere.i.in statu totius ꝑfectionis situari: et ibi ex multis vaporibus.i. perfectionibus plurimis aggregari: ibiq; per cõtemplationem suspendi: et ꝑ affectionẽ celestiũ exaltari/et ex mari.i. ex mundo debet extrahi ꝑ cõtẽptum. Ab omni amaritudine peccatorꝫ debet absolui. Debet etiã dulcis per cõpassionem/ꝛ sapidus ꝑ deuotionẽ a ceteris inueniri: vt sic dicãt alij illud psal. Q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua. Hec nubes qñ a sole iustitie per grãm resoluit/ pluit ꝑ doctrinã et predicationẽ/grandinat ꝑ diuinarũ cõminationũ prolationem/coruscat ꝑ eternorum gaudiorũ apertionẽ/vel exẽplorum ostẽsionem/tonat ꝑ diuini iudicij terribilem declarationem/ fulminat ꝑ malorum correctionẽ ꝛ punitionem.

Ideo Matthei.xvij. Nubes lucida obũbrauit eos: et vox de celo audita est. Uel dic ꝙ bonus prelatus primo per electionem de terra ꝛ mari.i. de infimo statu sursum ad dignitatem virtute solis.i.instinctu diuine vocationis attrahit/ꝛ licet in mari.i.in mũdo fuerit amarus.i.peccator ꝛ malus/ eius tamẽ amaritudinẽ nõ sectatur: sed in benignitatẽ/dulcedinem ꝛ grãm a vocationis sue tẽpore cõmutat. Judith v. Fõtes amari obdulcati sũt. Et ista nubes ꝛc̃.sicut supra. Idem autẽ dic de predicatoribus/et ecclesiasticis/et religiosis a deo ad statum perfectionis vocatis et tractis ꝛc̃. 4 ¶ Nubes quãdo ex vicinitate cadauerum vel paludũ vapores corruptos sibi incorporat: tunc est pestilentie in aere deductiua. Nubes etiã guttis terrã irrigat: et tamẽ eam irrigando/seipsam cõsumit ꝛ annihilat. Sic ꝓ certo quando aliquis ecclesiasticus in sua conscientia recipit vapores ꝛ suggestiones vaporũ corruptorũ.i.personarũ malarum ꝛ luxuriosarꝫ: vt quãdo scꝫ sectat colloquia ꝛ familiaritates mulierum: tunc ꝑ pctm̃ luxurie corrumpitur: et sic ꝑ mala sua exẽpla pestilẽtiã in aere ecclesie vel patrie generat. Apoc. ix. Ascendit fumus de puteo: et obtenebratus est aer. Et licet tunc guttis suis.i.verbis et doctrinis terrã ecclesie irriget: ipse tamẽ in se minuit ꝛ consumit: inquãtum scilꝫ bene docet/ꝛ male operat: quia etiam verba sua erũt sibi in testimonium dãnationis. Hiere.xiij. Tu enim docuisti eos aduersum te/ꝛ erudisti in caput tuum. Isti eñ dicũt/ꝛ non faciunt. Matthei.xxiij. Constat eñ ꝙ illi q̃ falsas societates sectant: primo in se corrumpunt: ꝛ sic ꝑ mala eorũ exempla etiam in alijs corruptio generat. Mali etiam doctores in eo ꝙ alios docẽdo ꝓficiũt/seipsos male viuẽdo consumũt. 5 ¶ Itẽ nubes quãto terre vicinior/ꝛ a celo remotior/ tanto maior esse videt/ꝛ ecõuerso: qꝛ nubes que videtur maxima circa terrã/si celo esset ꝓpinqua/ minima putaret/ꝭm Bedam. Sic mũdani diuites/qui terre.i.rebus tẽporalibus vicinãtur/magni ꝛ potẽtes a secularibus reputant: ꝛ hoc qꝛ a celo Christo sunt totaliter elongati. Et ecõtra illi qui in veritate sunt magni virtutibus: si tamẽ a terra et terrenorum amore sint abstracti: celo autem per amorem/contẽplationem ꝛ perfectionẽ propinqui: illi dico apud mũdanos minimi reputant: qꝛ hodie bonos ꝛ virtuosos negligũt: eo ꝙ a sua vicinitate ꝛ comparitate sunt remoti. Malos autem ꝛ pctõres: qꝛ eis sunt propinqui ꝛ similes/ appreciant ꝛ extollunt: qꝛ qui derelinquũt legẽ/laudãt impiũ. Prouer.xxviij. ꝛ.xxix. Abominant impij eos qui in recta sunt via. Uel dic ꝙ quãto quis terre.i.mundo et pctis est vicinior: tanto ꝑ superbiã ꝛ presumptionẽ reputat se esse maiorẽ: et quãto celo per merita ꝛ virtutes est ꝓpiquior: tãto in oculis suis est minor. Eccłi.iij. Quãto maior es/ humilia te in oĩbꝰ. Uel potest dici cõtra illos qui sibi ꝓpinquos et cõsanguineos reputant meliores/veteres et extraneos minores. ¶ Nubes 6 per mutuã ruptionem solent quãdoq; tonitruũ facere/ꝛ per mutuam in aere colluctationẽ solent ignem in aere generare. Sic ex ruptione pacis ꝛ colluctatione controuersie et litis/oritur quãdoq; tonitruũ discordie/ et generat ignis crudelitatis ꝛ rapine. ¶ Item quãdo vapor terrenus a centro 7 proprio eleuat superius/nunq̃ quiescit: imo semꝑ est instabilis ꝛ motiuus: vt patet in nube/que a vento modico de facili mouet. Sic quãdo homo a centro ꝓprio/ qđ est deꝰ vel humilitas/ꝑ pctm̃ separat/et per supbiam sursuꝫ eleuatur: non potest quiescere: sed ad modicũ ventũ tentationis vel tribulationis de vno peccato in aliud: et de vna affectione in aliam circunfert: nec vnq̃ potest desistere a motu ꝓpriarum affectionũ/donec ad centrum suum deũ per charitatẽ reueniat iterato. Threno.j. Peccatũ peccauit hierusalẽ: propterea instabilis facta est. Uel potest dici de bonis religiosis predicatoribus: qui quãdo a terra ꝛ terrenis penitꝰ sunt semoti/ꝛ sursum ad deum eleuati et suspensi/solent ꝑ bonã operationem ꝛ cõtemplationẽ faciliter se mouere/ ꝛ ꝭcđm flatum spũs inspirãtis/ad predicãdum vndiq; circũire. Jaco. iij. Naues cũ magne sint/a validis ventis mouent. ¶ Itẽ 8 nubes que simul suꝑ terrã ceciderit/ destruit et submergit: sed si paulatim descẽderit in pluuiam resoluta: tũc ipsam irrigat ꝛ fecũdat. Sic iudex/qñ deliberate ꝛ paulatim pluuiam emittit eloquiorꝫ sententie/iudiciorum ꝛ preceptorũ: tunc terrã suam.i.subditos/ bene regendo irrigat et fecun-

dat: sed quādo per sentētias precipites sine deliberatione
insimul i eos resoluit ⁊ cadit: tūc ipos destruit ⁊ submergit
Ideo iudicibus precipitur.ij.Parali.xix. Sit timor dñi vo
biscum: et oīa cū diligentia facite. Et de malo iudice dicit
Esa.xiiij. Tu eñ terram tuā disꝑdidisti: tu populū tuū oc-
cidisti. Uel potest dici de predicatorib⁹: qui nō debent etiā
aquā doctrine sue simul effundere: alias solēt attēdiando
magis nocere q̄ꝫ proficere: sed paulatim et prudēter debēt
stillare: vt sic sine ppl'i displicētia possint eos ꝟtutib⁹ fecū-
darc. vnde Job.xij. dicit de nubibus. Si ɔtinuerit aquas/
omnia siccabunt: ⁊ si emiserit eas/subuertent terrā. Item
nubes sequens motū firmamēti nunq̄ꝫ cadit: sed si motum
propriū sequit/statim cadit. Nubes etiā quāto plus fuerit
impulsa/ tanto veloci⁹ mouet. Et a parte celi est figure ro
tunde. Figura eñ hec pre ceteris habilior est ad motū. Sic
q̄ꝫdiu religiosus vel subditus motū ⁊ voluntatē firmamen
ti.i.prelati sui sequit per obediētiam: in statu grē potest sta
re: sed si se velit regere per propriā voluntatē: tūc statim ad
peccata descendit. Exemplū de Adam ⁊c. sicut et infra.§.
9 pe.expone. ¶ Nubes sursum in aere videt suspensa esse/ce
lo ꝓxima ⁊ vicina: et tamē scđm veritatē multo plus terre
q̄ꝫ celo est ꝓpinqua. Sic sunt multi qui in alto gradu eccle
sie stantes/credunt a simplicib⁹ esse celo ⁊ celestibus.i.deo
et angelis ꝑ grām et merita contigui,⁊ vicini: qui tamē in-
de valde sunt per demerita remoti: et inferius terre.i.infer-
no ꝓpinqui. Uel potest dici de multis hypocritis/ qui sur-
sum in aere religionis manētes/a terra et terrenis elonga-
ti,⁊ celo ⁊ celestib⁹ propinqui credūtur: qui tamē scđm veri
tatem circa terram/et longe a celo ꝑ auaritiam collocant.
Et sicut nubes quādoq̄ꝫ ꝓmittunt pluuiā/quā tamē nō ha
bent: sic hypocrite aliquādo pluuiā gratie ꝓmittūt: nō ha-
bet tamē nisi vētū vanitatis hypocrisis ⁊ inanis glīe. Job
xxxvij. Aer cogetur in nubes: et vētus trāsiens fugabit eas
10 ¶ Item nubes est concaua naturaliter/⁊ ad modū spōgie
cauernosa: ⁊ ideo est influētie superiorū corporū receptiua:
et per subintrationē radiorū solariū forme multiplicis ostē
siua: vt patet in arcu celesti/qui nihil aliud est q̄ꝫ nubes ra-
ra ⁊ rotunda: in cui⁹ substātia calor multiplex generat. Est
etiam nubes (eo q̄ celo appropinquat) forme et figure im-
mutatiua: quia rotūda est ad modū celi a parte superiori/
a latere autē nō est ei figura aliqua determinata: q̄r quādo
nubes nubi lateraliter appropinquat/ in figura alteri se cō
format: vt dicit Beda. Et est nubes sue substātie sursuꝫ mo
tiua: ⁊ secundū q̄ a vēto magis vel minus impellit/est tar-
dius vel citius processiua. Nubes etiam inter nos ⁊ solem
sua interpositione est sui caloris mitigatiua: et ideo messo-
ribus ⁊ itinerātib⁹ est accepta. Et ꝑ solis influentiā in plu-
uiam resoluta/est terre fecūdatiua: ⁊ seminū ⁊ germinū pro
ductiua. Et licet a mari originaliter resoluat: tñ deposita
omni amaritudine dulcis ⁊ sapida reperit. Talis nubes vi
detur fuisse beata virgo: q̄r ꝓcul dubio beata virgo fuit cō-
caua ꝑ humilitatē: et iō influētie celestis.s.dei pris fuit pre
ceteris receptiua. Nā quādo radius solaris/scilꝫ ipse filius
dei ab ipso sole deo patre vsq̄ꝫ ad interiora nubis/scꝫ beate
virginis fuit missus ꝑ beatā incarnationē: tunc statim ima
go ipsius/ipse homo Christ⁹ in eius vtero resultauit/ q̇ ar-
cus celestis dicit: q̄r pluuiam diuine grē/ ɔsolationis ⁊ do
ctrine peccatorib⁹ denūciauit: et colores multiplicis ꝑfe-
ctionis dando/exemplū pctōribus representauit: et cōfede
rationē inter deū ⁊ homines reparauit. Geñ.ix. Arcū meū
ponā in nubibus: ⁊ erit signū federis inter me ⁊ inter terrā.
Ista ergo nubes fuit rara ꝑ paupertatē: ⁊ ideo fuit leuis ꝑ
promptam obedientie volūtatē. Unde Esa.xix. Dñs ascē-
det sup nubē leuē: ⁊ ingredietur egyptum ⁊c. Et ideo quā-
do ista a vento.i.spiritussancti inspiratione impellebat: per
bona opa ad celū et celestia velocissime mouebatur. Psal.
Spūs tuus bon⁹ deducet me in terrā rectā. Hec etiā inter
nos ⁊ solem iustitie se interponit/⁊ erga nos rigorē suū mi-
tigat ⁊ refrenat. Ego sequester ⁊ med⁹ fui inter deū ⁊ vos.
Deutero.v. Figura est si vis quomodo hester se interposuit
ꝑ pplo suo vt regis Assueri sētētiā mitigaret. Hester.v. Et
ideo messorib⁹.i.bonis in agro mūdi fruges virtutū colligē
tib⁹ est cōgrua ⁊ accepta/⁊ etiā ipsis itinerātib⁹.s.peccato-
rib⁹: qui ambulāt iter tenebrosum: (Prouer.iiij.) est q̄ꝫ plu-
rimū opportuna. Hec est nubes q̄ licet a mari.i.populo iu-
daico duro ⁊ amaro ꝑ seuitiā,⁊ pctā/ ortum sumpserit: nihil
tamen amaritudinis retinet: imo dulcissima et benignissi-
ma semꝑ manet: et ideo in pluuiā gratiarū resoluit/a qua
terra.i.aridi peccatores bonis opibus fecūdant: ⁊ ab ardo
re diuine iustitie cōseruant: quia ardorem refrigerabit ros.
Eccli.xviij. Ideo.iij.Re.xviij. Ecce nubecula parua ascē
debat de mari.sequit. Sequuta est pluuia largissima. Uel
dic q̄ nubes est vir ꝑfectus. Debet eñ habere cōscientiam
cōcauam et cauernosam ꝑ humilitatē: vt se vacuū reputet
omni bono. Figura Exo.xxvij. de altari holocausti q̄d erat
non solidū/ sed concauū.⁊c. Et ideo propter cōcauitatē hu
militatis celestes impressiones/scꝫ grām ⁊ ꝟtutes faciliter
recipit i seipo.iiij.Reg.iiij. Sume vasa vacua/nō pauca: ⁊
ingredere ⁊ claude ostiū/⁊ mitte īde i oīa vasa hec: ⁊ cū ple
na fuerit/ tolles. Hic debet esse nature rotūde ꝑ ɔpassionē:
a parte celi.i.superiorꝫ suorꝫ ⁊ dei/figure rotūde.i.velocis ⁊
prōpte ꝑ obedientiā ⁊ subiectionē. Altare aūt ɔcauū/a pte
scꝫ inquātū ꝓximorꝫ ⁊ sociorꝫ/eis ɔformis efficit in figura ꝑ
socialem cōuersationē/vel per bone vite ipsorꝫ imitationē:
vt ſm Apost.j.ad Cori.ix. fiat cum iudeis iudeus: cū infir-
mis infirm⁹. Et quāto vento.i.spūssancti flatu ⁊ inspiratio-
ne plus vel minus fuerit agitatus: tanto citius vel tardius
ad bona opera mouet. Hic etiā sui ⁊ orationum suarum in-
terpositione/calorē diuine iustitie reprimit: ⁊ terrā.i.paupe
res ⁊ pctōres pluuia elemosynarū ⁊ exemplorū et doctrine
irrigat ⁊ īfundit. Ideo de eo pōt dici illō Eccli.xxxiiij. Pro
tector potētie/tegimē ardoris/vmbraculū meridiani/⁊ ad-
iutorium casus. Hic etiā ad deū sursum ꝑ affectionē semꝑ
mouet et tendit: et colores bonorum exemplorꝫ in seipso re
cipit: et alijs ostendit. Eccli.xliij. Pulchritudinem coloris
eius admirabitur oculus.

Capitulum.xx. de iride.

IRis est repercussio radij solaris in nube resolu
ta: sicut splendor refulgēs in aqua/ quapropter
in ipsa iride sicut in speculo/multorū colorum
imagines resultāt. Iris igit de die ⁊ non de no-
cte videtur. Nam iris a solis ⁊ nō a lune radijs
vt cōmuniter procreatur. Sua etiā virtute inferiora cū in
pluuiā fuerit resoluta/vegetat/ solis etiam ardorē mitigat/
humorē predominātem in aere demōstrat/ celo et terre de-
corem prestat. Unde ſm Bedā et magistrū historiarū/per
quadraginta annos ante iudiciū nō apparebit. Cōsūptio-
nem ⁊ desiccationē elementorū denotat/pacē etiam ⁊ con-
cordiam inter deū et mūdum designat. Semꝑ autem soli
opponit: et nunq̄ꝫ in meridiei pūcto videt: q̄r tunc sol in eo
q̄ orbem mediat/ radios suos nō plus in vna q̄ꝫ in alia par
te mandat: sed in vtroq̄ꝫ horizōte equaliter librat. Secūdū
Bedā vero iris ante iudiciū ꝑ quadraginta annos non ap-
parebit: q̄d desiccationē aeris ⁊ finē seculi denotabit. Ta-
lis est gratia diuina vel dei mīa: q̄r ꝑ radios et ꝑ influentiā
solis iustitie Jesu Christi respiciētis in nubem.i.animā re-
solutam ⁊ contritā/in ipsa causat: q̄r gratia īmediate a deo
efficit et creatur: a qua etiā multi colores.i.multe virtutes
et ꝑfectiones postmodū oriūtur.j.Macha.vj. Refulsit sol
in clypeos aureos/et resplēduerūt ⁊c. Iris aūt ista/scꝫ grā
vl' mīa dei/quanta sit in hoīe/in nocte.i.in vita presenti (si-
cut dicit Eccl's.ix.) nō apparet: q̄r homo modo nescit vtrū
amore vel odio dignus sit. Sed quādo post mortē dies de-
clarans latibula venerit/scilꝫ iudiciū diuinū vel ipsa sentē
tia eterna/tūc iris ista quāta ⁊ qualis fuerit/i quolibet ap-
parebit: q̄r sicut dicit Mala.iij. Tūc videbitis q̇d sit inter
iustū ⁊ impiū. Quare autē in nocte presentis seculi non vi
detur/ratio est: q̄r grā non causat a luna.i.a mūdana ꝓspe-
ritate: que nunc fluit ⁊ refluit: imo ab ipso sole iustitie Jesu
Christo. Hec autē iris.i.grā vel mīa/ardorē et rigorē solis
mitigat/inferiora.i.viatores ꝑ bona opa vegetat: ⁊ pulchri
tudinem ipi celo.i.ecclesie triūphanti/⁊ ipsi terre.i.ecclesie
militanti tribuit et ministrat. Humorē etiam deuotiōis in
aere conscientie/in qua est/dñari denunciat ⁊ declarat. Et
ideo q̄r ante iudiciū elementa.i.mūdus ⁊ predicatores hu-
more deuotionis ⁊ cōpassionis totaliter siccabunt/propter
perfidiam antichristi: ideo tunc ignis mīe et grē nullaten⁹
apparebit: q̄d mūdi defectū/finem et consumptionē verisi

militer denotabit: qꝛ cum iris.i.gratia habeat inter deū et
hominē designare cōcordiam: ⁊ tūc tēporis veniat guerra
dura: ideo nullū signum gratie vel mīe apparebit.psal. Nō
miserearis oībus qui operanť iniquitatē. Eccli.xxviij. Ira
non habet mīam. Iris etiam soli opponiť: qꝛ gratia et mīa
diuina Christo quātum ad iustitiā et rigorē obuiat et repu
gnat: qꝛ ros obuians ab ardore veniēti. Eccli.xliij. Et ideo
in meridie.i.in extremo iudicio/iris diuine misericordie et
gratie latitabit: qꝛ tūc sol iustitie orbem ꝑ iustitiā equaliter
mediabit: ⁊ ad vnguē iuste ⁊ rigide iudicabit: ⁊ quātum ad
vtrūqꝫ horizōtem.s.quātū ad bonos ⁊ ad malos ꝑ rigorem
iustitie equaliter se habebit: qꝛ tūc vnusqꝫqꝫ propriā merce-
dem accipiet scđm suū laborem.j.ad Corin.iij. Et ideo qꝛ
iuste habebit iudicare/nulla ibi mīa locū habebit. Vel dic
generaliter ꝙ vbicūqꝫ humor pietatꝫ ⁊ gratie deficit/ signū
est ꝙ diuinū iudiciū/finis/et tribulatio cito erit: qꝛ scꝫ iudi-
2 cium sine mīa fiet illi qui nō fecerit mīam. ¶ Itē iris sem
per est soli opposita e directo: et nunqꝫ a parte australi vi-
detur: immo quādo sol est in parte australi: tunc iris est in
aquilone. Duobus etiā cornibus tāgit terrā: ⁊ vna sola/scꝫ
sui vertice celū tangit. Sic peccator soli iustitie semꝑ oppo
nitur ꝑ pctm̄: qꝛ licet sol Christus sit in ꝑsenti in parte au-
strali.i.in statu gratie et mīe et virtutis: iste tamē est in par
te opposita/ scꝫ in aquilone.i.in frigiditate peccati per mē-
tis obstinationē: et nunqꝫ in eadē parte cū Christo inueniť
per cōcordiam ⁊ amorem: ⁊ nunqꝫ in parte australi.i.in sta
tu gratie reperiť: immo ipse Christo/et Christus sibi semꝑ
cōtradictorij sunt: qꝛ cōtra malum bonū est/⁊ contra mor-
tem vita: cōtra vitam mors. Eccli.xxxiij. Hic etiā duabus
partibus/scꝫ volūtate ⁊ corpore seu opere tangit terrā et tē
poralia ꝑ affectū: sed tamē vertice/scꝫ intellectus / ꝑ fidem
tantūmodo celū tangit. intellectus em̄ in celo est per fidei
notitiam: corpus vero et volūtas in terra sunt ꝑ cupiditatē
et auaritiam. Ideo diciť Sap.xviij. Vsqꝫ ad celos attinge
bat stans in terra. Et sicut iris ꝺm Aristo. non apparet in
meridie: sic in meridie lucis eterne/scꝫ in paradiso nō inue
nitur peccator. vel in meridie/quādo oīa erunt clara/scꝫ in
iudicio peccator nō apparebit/scꝫ quātum ad apparētiam
meritorū: quia nō resurgent impij in iudicio ⁊c̄. Vel dic ꝙ
iste arcus/quo boni sagittantur et molestanť/significat re-
belles/querulos et obstinatos tam in seculo qꝫ in claustro.
Isti enim a natura se solent opponere soli.i.prelato suo/vel
alijs ꝑsonis bonis/claris/⁊ sanctis: et cōtra ipsos quātum
preualent militare/et eoꝝ iussis ⁊ ordinatiōibus/ morib⁹ ⁊
cōditionibus nituntur totis viribus obuiare. Dañ.xj. Nec
3 quēqꝫ deorū timebit: sed aduersis vniuersa ꝯsurget. ¶ Itē
iris est arcus celestis in nube rorida/radioꝝ solarium refle
xione generatus. In isto aliqua attenduntť primo quātum
ad ei⁹ generationē: qꝛ generať ex nube rorida/et ad pluuiā
preparata. Aliqua etiā quātum ad eius substātiam et figu
ram: qꝛ ipse est sphericus et circularis : qꝛ duobus cornib⁹
tangit terram: sed vertice celū tāgit. Quātum ad speciem
⁊ decorem est ꝑspicuus ⁊ specularis: qꝛ in illa nube resolu-
ta refulgēt oēs colores obiecti sicut in speculo vel in aqua.
Nam ꝺm Bedā ibi apparent colores quattuor elementoꝝ:
quia in principio apparet color rubeus ratione ignis: scđo
lacteus ratiōe aeris: tertio viridis ratiōe terre: quarto ceru
leus ratiōe aque: et multi alij colores intermedij: quos nul
lus pictor ꝺm Aristo. in libris meteororū/posset describere
depingendo. Talis recte est Christus/qui arcus diciť pro-
pter flexionem mīe/⁊ propter sagittationē iustitie ⁊ rigoris.
Iste igiť in nube rorida/scꝫ virgine benedicta ꝑ immissio-
nem radiorū solariū.i.ꝑ ingressum ipsius ꝑsone filij/qui est
radius dei patris/in beata incarnatione extitit generatus
Ideo diciť Exod.xvj. Gloria dñi apparuit in nube. Beata
em̄ virgo est que fuit nubes rorida/ad pluuiā grē infunden
dam pctōribus totaliter resoluta. Ideo Eccli.l. Arcus re-
fulgens inter nebulas glorie. Item arcus est figure circu-
laris: qꝛ nō habet principiū neqꝫ finem/quātum ad deitatē:
et quātum ad humanitatē etiā fuit sphericus: qꝛ sicut sphe
ra est mobilis: et in puncto tangit terram: sic Christ⁹ in mi
nimo terram et terrena ꝑ pauꝑtatem tetigit: et ꝑ obedien-
tiam ⁊ bona opera mobilis fuit: et duobus cornib⁹ terram
tetigit: qꝛ Christ⁹ quātum ad duo/scꝫ quo ad corpus ⁊ ani-
mā: terram.i.terreos ⁊ mortales tetigit ꝑ cōformitatē: quia
corpore et aīa fuit alijs similis ꝑ naturā/ similis alijs hoī-
bus. Sap.vij. Vertice autē.i.diuinitate (que vertex ꝓpter
excellētiam diciť) celum.i.patrem et angelos tetigit ꝑ con
formē equalitatem. Unde Sap.xviij. Vsqꝫ ad celū ⁊c̄. sicut
supra. Ideo Esa.lxvj. Celum mihi sedes est: terra autē sca
bellum pedum meoꝝ. Item iris ista/scꝫ Christus/quātum
ad speciem ⁊ decorē cōuersationis fuit ꝑspicuus ⁊ specula-
ris: quātum ad decētissimā honestatē/ exemplar ⁊ speculū
omniū aliorum. Speculū sine macula ⁊c̄. Sap.vij. quia scꝫ
colores/virtutes ⁊ ꝑfectiones omniū creaturarū in ipso re-
luxerunt. Ibi em̄ apparuit color rubeus charitatis quantū
ad ipm̄ ignem.i.quantū ad angelos/ q̇ flāma ignis ab apo
stolo nūcupanť. Heb.j. Ibi etiā apparuit color lacteus cla
ritatis et discretiōis quātū ad ipm̄ aerē.i.quātū ad patriar
chas ⁊ ꝓphetas/ qui aer possunt dici ꝓpter illuminationē
spūssancti. Ibi fuit color viridis humilitatis quātū ad ipsā
terrā/scilꝫ confessores/qui propter humilitatē et penitentiā
terra merito dicunť. Ibi apparuit color ceruleus patientie
⁊ firmitatis quātū ad ipsam aquā ⁊ mare.i.quantū ad mar
tyres: qui semꝑ fuerūt in motu tribulationū sicut aqua: nec
tamē ꝑ impatiētiam sunt corrupti. Et breuiter tot sunt ibi
alij colores/ꝟtutes ⁊ ꝑfectiōes intermedie in ista iride/ sci
licet Christo/ꝙ null⁹ pictor.i.nulla creatura posset eas de-
scribere vel etiam declarare. Ideo diciť Eccli.xliij. Vide
arcū/⁊ benedic qui fecit illū. Valde em̄ speciosus est in de-
core suo. ¶ Et arcus celestis nō videť de nocte/multiplici 4
ratione/ scꝫ vel qꝛ a radijs lunaribus impediť/ vel propter
turbulētiam aeris/ vel ꝓpter dēsitatem nubis/vel propter
debilitatē visus/ipsius visio retardať. Talis arcus signifi-
cat dei iustitiā/⁊ maxime illā qua peccatores in iudicio sa-
gittabit. vel iste est Christus/⁊ maxime cōsideratus ꝑ iusti
tiam arcuatus. Ista igiť iris in aere cordis nostri nō appa
ret/nisi in die charitatis: qꝛ in nocte culpe vix cognosciť vl
videť: qꝛ reuera peccatores parum solent in diuina iustitia
meditari/⁊ hoc: qꝛ tunc radij lunares.i.amor ⁊ affectio pro
speritatis/que fluit ⁊ refluit sicut luna/impediūt visum ei⁹.
vel propť turbulentiā ire scilicet ⁊ discordie ipsi⁹ aeris con
scientie. vel ꝓpter densitatē nubis ignorantie. vel propter
debilitatem nostri visus et intelligētie. His em̄ causis iris
ista a peccatoribus nō videť in nocte culpe/qꝫdiu scꝫ in no
cte culpe obdormiūt ⁊ quiescūt: nec ab eis arcus sue iusti-
tie meditať: in die tamen iudicij clare videbitur ab eisdem
Apoc.j. Ecce venit cū nubib⁹: et videbit eū oīs ocul⁹. Vel
dic ꝙ Christ⁹ in die.i.publice ⁊ palā apparuit: in nocte ve-
ro.i.in occulto parum aut raro apparere voluit. Bis em̄ le-
gitur sub luna apparuisse.i.nocturne se occultasse/scꝫ quan
do in egyptū portatus legiť: et quādo de templo nosciť exi-
uisse. Ioā.viij. Iesus aūt abscōdit se/⁊ exiuit de tēplo. Iste
est ergo arcus de quo diciť Eccli.xliij. Vide arcū: et bene-
dic q̇ fecit illū. vbi glosa. Vide arcū.i. vide Christū pauperē
in mundo/humilē in presepio/fortē in inferno/iustū in iudi
cio. Vel dic ꝙ iris est falsus amicus et fictus: qui tm̄ videť
in die ꝓsperitatis : in nocte autē aduersitatis penitus non
videť. ¶ Item iris est nubes aquosa/ꝑ omēs sui partes so 5
lis radijs penetrata. Iris etiam plena facie respicit solē: ⁊
ab eo respiciť/et a terra vsqꝫ ad celos extendiť/duobus cor
nibus terrā tangit/et suꝑficie celum. Quantū autē ad figu
ram ⁊ speciem est spherica ⁊ circularis: ꝑspicua etiā et spe-
cularis: ⁊ in colore singulariter singularꝫ. Nam in iride ꝺm
Bedā refulgent colores quattuor elementoꝝ. Ista iris est
beata virgo/que fuit nubes aquosa ꝑ pietatē ⁊ clemētiam:
et ꝑ oēs sui partes/ scꝫ affectiones ⁊ oꝑationes radijs diui-
ne grē penetrata. Hec semꝑ solem iustitie respexit ꝑ chari-
tatē/deuotionē/⁊ contēplationē: ⁊ ideo ipē eā respexit ꝑ mi
sericordiā et ꝑ grārum collationem. Luce.j. Respexit inq̇t
humilitatē ancille sue. Soli etiā iris ista opponiť : quia cū
Christus ipse sit sol iustitie: et ipsa regina mīe : ideo inuicē
opponunť: inquātum per mīam ꝟginis/Christi iustitia tē-
perať. Eccli.xviij. Ardorem refrigerabit ros. Hec etiā ter-
ram tāgit: quia beata ꝟgo ipsos pctōres terreos amplecti-
tur et tangit ꝑ suam grām defendendo cum duobus corni
bus.i.cū feruida charitate et fluida pietate. sed cū hoc etiā
vertice sue benigne orōnis tāgit celū.i.orat pro eisdem : vt

ſic ea media: celum ⁊ terra.i.deus et peccatoꝛ inuicem con
iungantur: vt et ſic ſignum federis inter eos ipſa repute-
tur: dicens illud Hiere.xxiij. Celum ⁊ terram ego impleo.
Hec etiam fuit ſpherica per obedientie in bonis operibus
velocitatē/ ꝑſpicua ꝑ venuſtatis ⁊ apparētie claritatē/colo
rata ſingulariter per perfectionū ⁊ virtutū ſingularitatem.
Ideo dicit͛. Virgo ſingularis ⁊c̄. Quia oēs coloꝛes rerum
aliarū.i.oēs perfectiōes ipſoꝛū quattuoꝛ elemētoꝛum eccle
ſie/ſcꝫ ignis angeloꝝ/aeris patriarcharū/aque martyꝛū: et
terre cōfeſſoꝛū/in ea perfectiſſime reluxerūt. Ibi ruboꝛ cha
ritatis quo ad ignem. Ibi candoꝛ caſtitatis quo ad aerem.
Ibi viroꝛ claritatꝫ quo ad terrā. Ibi cerulitas patientie et
humilitatis quo ad aquā. Sibi ergo potuit dici illud Eze.
xvj. Sumpſiſti veſtimenta tua multicoloꝛia. Vel dic ꝙ iris
eſt prelatꝰ vel etiā quilibet vir ꝑfectus: qui debet ꝑ iuſtitiā
arcuatus: ſed tamē eſſe per clementiā humectatus: vt ſic ſi
mul ſit pietate ⁊ equitate tēperatus. Item debet eſſe colo-
rum.i.virtutū pulchꝛitudine picturatus. ⁊ dic coloꝛes ſicut
ſupꝛa. Soli Chꝛiſto debet eſſe per oꝛationē oppoſitꝰ ꝑ alijs
⁊ obiectus/⁊ ad faciēdū concoꝛdiam inter deū et ſubditos
oꝛdinatus. Gen̄.vj. Arcū meū ponā in nubibꝰ: et erit ſignū
federis inter me ⁊ inter terrā. Et a terra/quā per actiuā ha
bet tangere/ad celum ꝑ cōtemplationē ⁊ affectionē mēta-
liter eleuatus. Gen̄.xxviij. Jacob vidit ſcalam cuius ſum-
mitas celos tāgebat. Vel ſolū de iuſtitia potes allegare ꝙ
arcus iſte ſemꝑ ſignificat pluuiā. Qꝛ arcus et ſagittatio iu
ſtitie ſemꝑ cum pluuia mīe debet eſſe. pſal. Miſericoꝛdia
6 ⁊ veritas obuiauerūt ſibi. ❡ Sicut dicūt Ariſto. ⁊ Pli. Ar-
cus in eſtate nunꝗ̄ fit in meridiei puncto/poſt equinoctiū
vero autūnale poteſt fieri ī omni hoꝛa diei. Cuius rationē
aſſignat Seneca lib.j. de natura.queſtio. dicens ꝙ in eſta-
te in meridie ſol eſt feruētiſſimꝰ: et ideo ita radijs ſecat nu-
bes oppoſitas/ ꝙ nō inuenit ſufficiētem obicem in nube/q̄
reflecti faciat radios/vt imago ipſius ſolis/que iris dicit͛/
ibidem vt in ſpeculo foꝛmet͛: non ſic autē in alijs tēpoꝛibus
et hoꝛis/cū ſol ſit debilioꝛ: qꝛ tunc ſatis inuenit in nube op-
poſita a quo ſuus radius reflectat͛. Cuius exēplū poteſt po
ni in ſpeculo/vbi imago non appareret ſi viſus vltra ꝓce
deret: et niſi plumbū ex oppoſito/a quo reflectat͛/inueniret.
Sol eſt Chꝛiſtꝰ/nubes eſt aīa/iris eſt gloꝛia eterna. Iſtud
eſt igit͛ regulare ꝙ iſte ſol Chꝛiſtus nunꝗ̄ iridē.i.eterne glo
rie pulchꝛitudinē in aīa generat/niſi ī ipa inueniat ī quo ſi-
ſtat.i.niſi aliquā pulchꝛitudinē meritoꝛum habeat: que ra-
dios ſue iuſtitie reijciat: et iſtam cauſare pulchꝛitudinē fa-
ciat ⁊ ꝓpellat: qꝛ ſicut dicit Auguſt. Qui creauit te ſine te/
nō iuſtificabit te ſine te. Vel dic ꝙ iris diuine grē ⁊ ipſiꝰ ro
riflue mīe ⁊ venie/omni hoꝛa diei vite noſtre poteſt acqui-
ri/excepto meridie.i.ſtatu poſt moꝛtē/ et futuri iudicij rigo
re. tunc eñ nubes.i.pctōꝛes a ſole iuſtitie ſecabunt͛: ⁊ cū nō
habeant qđ radijs ſue iuſtitie obuiet/ſine gloꝛie ⁊ grē colo-
ribus dimittent͛. Seneca. Nō fit arcus niſi in nubilo.i.non
acquirit͛ grā vel pꝛomeret͛ gloꝛia/niſi dum durat nubilū vi-
7 te huius. ❡ Iris ꝺm Ariſto. nō fit virtute radioꝛū lunariū
niſi raro/ſcꝫ bis in annis quingentis: ⁊ ſcđm eundē nunꝗ̄
apparent ſimul niſi due irides: vna.ſ. que fiat radijs ſolari
bus: alia lunaribꝰ/vt ſi ſol ſit in occidēte/ fiat arcus in oꝛiē-
te/ſi autē luna ſit in meridie/fiat arcus in aquilone. Iſtud
poteſt allegari ꝙ luna.i.mundi ꝓſperitas raro creat arcū.i.
raro facit hoīem ꝑfectum. Eſt tamē poſſibile ī aere.i.in ho
mine duas irides.i.duas perfectiones apparere: vnam ſcꝫ
que fiat a ſole Chꝛiſto/que eſt ſpiritualis. Aliam vero que
fiat a luna.i.a mundo/que eſt tēpoꝛalis: quia ꝓcul dubio
ꝗ̄uis ſit valde rarum ⁊ valde difficile ꝙ homo ſimul et ſe-
mel habeat duos arcus: et ꝙ ſimul in hac vita tempoꝛali-
ter quo ad mundum: et ſpiritualiter quo ad deum ſit perfe-
ctus: non eſt tamen impoſſibile quin aliquotiens hoc con-
tingat: ſicut de multis bonis pꝛelatis videmus: qui lunari-
ter ⁊ ſolariter.i.ſpūaliter ⁊ tēpoꝛaliter ſunt beati/⁊ in vtroꝗ̄
latere circū ſpecti: vt ſic de eis poſſit dici illđ pſal. Sol ⁊ lu-
na ſteterūt in habitaculo ſuo.

Capꝫm.xxj. de roꝛe.

1 Ros eſt impꝛeſſio aeris/que ex virtute celeſti gi
gnitur: et ad terrā inſenſibiliter deſcēdens/her
bas et plantas irrigat atꝗ̄ nutrit: et quicq̄d ar-
doꝛ diurnus cōbuſſerat/ros nocturnus refrige-
rat ⁊ remollit: et licet ad ardoꝛem ſolis de herbarū ſupꝼicie
quo ad apparentiā euapoꝛet: ibi tamen virtutē ſuam mani
feſtiſſime dereliquit. Hic igit͛ terrā inebꝛiat et fecūdat/me-
dullam in granis amplificat ⁊ augmētat/oſtrea in mari et
cōchylia margaritis impꝛegnat/pullos coꝛuoꝝ dum tamē
adhuc ſunt iuuenes/reficit et impinguat. Aerem etiā cale
factum vltra modū per ſui incoꝛpoꝛationē tēperat/⁊ cōden
ſat. Hic etiam vim venenoſoꝛum repꝛimit ⁊ retardat: qꝛ pa
rū de nocte pungunt. Et licet ad modū aque ſit inſipidus:
tamē mel in floꝛibus aliquibus generat ac cauſat. Per ro-
rem poteſt intelligi bonus eccleſiaſticus vel pꝛelatus: qui
pꝛocul dubio virtute celeſti: ⁊ inſpiratiōe ſpūſſancti in aere
religionis vel eccleſie gignitur et introducitur: et ibidē ad
vtilitatē hoīm eligitur ⁊ creatur. zacha.viij. Celi dabūt ro-
rem ſuum. Iſte enī ſolet herbas ⁊ plātas.i. ſimplices ſubdi
tos ⁊ laicos: maxime pauperes/humoꝛe doctrine ⁊ elemo-
ſyne irrigare ⁊ nutrire: ⁊ cōbuſtos tētationū ⁊ tribulationū
ardoꝛibus/ſuis cōſolatiōibus tēperare. Eccli.xviij. Nōne
ardoꝛē refrigerabit ros? Et ſic ipſos facit in bonis operibꝰ
et virtutibus fecūdare: ⁊ tēpoꝛaliter ⁊ ſpūaliter germinare:
dicens illud Oſee.xiiij. Ego quaſi ros: et iſrael germina-
bit ſicut liliū. Oſtrea etiā.i.ipſos clauſos religioſos ⁊ humi
les: lapidibus pꝛecioſis.i.donis ⁊ beneficijs impꝛegnabit:
et vt bꝛeuius concludā: iſte ꝓ̄cturas venenoſoꝛū demonū
⁊ tyꝛannoꝛū refrenabit: et ardoꝛem aeris.i.rigoꝛē diuine iu-
ſtitie ſuis oꝛonibus temperabit. Dan̄.iij. Fecit dn̄s mediū
foꝛnacis: quaſi ventū roꝛis flātē. Et qđ plus eſt/pullos coꝛ-
uoꝛū.i.pupillos ⁊ oꝛphanos parentū auxilio deſtitutos: mi-
ſericoꝛditer refouebit. Oſee.vj. Miſericoꝛdia veſtra quaſi
nubes ⁊ quaſi ros. Et in floꝛibus.i.in iuuenibꝰ/ſuis doctri-
nis et exemplis mel et māna deuotionis et grē generabit.
Numeri.xj. Cū deſcenderet ſuꝑ caſtra ros: deſcēdebat pa-
riter et māna. Et dato etiā ꝙ iſte ros ꝑ ardoꝛē moꝛtis eua-
poꝛare cogatur: eius tamē virtus poſt ipſum in herbis.i.in
ſubditis relinquit͛: et in pꝛoductione bonoꝛū operū manife-
ſtiſſime declaratur. Conſtat enī ꝙ boni viri etiā poſt moꝛtē
et receſſum ſuū: alijs pꝛoficiunt pꝛopter bona documēta et
exempla: officia ⁊ beneficia que eis reliquerūt: ita ꝙ ꝗ̄uis
tales ab alijs perſonaliter ſeparent͛/cum eis tamē remane
re videnc͛: vt ſic q̄libet hoꝝ dicat. Radix mea apta eſt iuxta
aquas: et ros moꝛabat͛ in meſſione mea. Vel oīa iſta poſ-
ſunt dici de dei gratia diuinitꝰ collata/vel de bona doctri-
na celitꝰ inſpirata: qꝛ pꝛocul dubio iſta ſunt que coꝛda irri-
gant: ⁊ ꝑ pietatē humectant/ ꝑ bona opera impinguāt/per
cōſolationem refrigerant ⁊ temperāt/margarita.i. Chꝛiſto
ipſa impꝛegnāt/⁊ pullos ⁊ innocentes refouēt/⁊ oībus mel
deuotionis pꝛeſtāt: et etiam ꝑ bonos habitꝰ quos generāt/
poſt ſe bonam diſpoſitionē in coꝛdibus parant: vt ſic bꝛeui
ter poſſit dici cuilibet roꝛificato grā vel doctrina/illđ Gen̄.
xxvij. In roꝛe celi ⁊ pinguedine terre erit bn̄dictio tua. Et
ſicut videmus ꝙ ros de nocte generat͛/ in die vero ſiccat͛:
ſic vere iſtū roꝛem diuine ſapientie et gratie/ nox humilita-
tis et aduerſitatis ꝓcurat et generat. Dies vero mundane
pꝛoſperitatis vel publice negociationis ipſum deſiccat. Et
inde eſt ꝙ ſancti patres qui hunc roꝛem acquirere volue-
runt/diem.i.mundi pꝛoſperitatē pꝛeſentem: et negocia pu-
blica dimiſerūt/et noctem.i.ſecretum religionis ⁊ cōſcien-
tie et etiā ſecreta eremoꝛū ⁊ nemoꝛum elegerunt. et ideo ipſi
dicebant illud Cantico.v. Caput meū plenū eſt roꝛe: ⁊ cin-
cinni mei guttis noctium. Et ſicut ꝺm Ambꝛo. luna dicit͛
mater roꝛis: ros etiā nunꝗ̄ dicit͛ cadere niſi quando flaue-
rit ventus auſtri: ſic luna.i.beata virgo et auſter.i.ſpūſſan-
ctus roꝛem diuine gratie ⁊ mīe nobis generāt ⁊ pꝛocurant.
Oſee.vj. Miſericoꝛdia veſtra q̄ſi nubes et q̄ſi ros. ❡ Ros 2
ꝗ̄uis ſit inſipidus: res tamē dulciſſimas ſolet generare: vi-
delicet mel in floꝛibus/ et in herbis manna ꝺm Plat. Sic
pꝛedicatoꝛ dato ꝙ in ſe ſit inſipidus.i.indeuotus et crudus/
ſepe tamen fit ꝙ verbis ſuis inductiuis dulcedinem de-
uotionis ⁊ compaſſionis in auditoꝛibus generat: et ſic dat
alijs qđ ipſemet non habebat. Deutero.xxxij. Fluat vt ros
eloquiū meum. Sed ſicut videmus ꝙ ros cito euaneſcit/li
cet ꝗ̄diu durat/aliquotiens ꝓficere poſſit: ſic hypocrita et
pꝛedicatoꝛ malus ⁊ fictus modico ardoꝛe tentationis defi-
cit: ⁊ ꝑ peccata ipſe q̄ alijs ꝓfecerat euaneſcit. Oſee.vj. Si

3 cut ros mane pertrāsiens. ¶ Ros de celo veniēs ⁊ herbas irrigans/ vsq; ad terram penitus nō descēdit: sed quasi originē suam petens/ sursum in herbarū summitatib⁹ se suspēdit. Sic vere iust⁹ qui de celo se sentit ꝑ creationē venisse: nunq; debet ex toto ad terrā.i.ad terrenorum amorē descēdere: sed originē sue creationis memorās/ debet sursum se per cōtēplationē suspēdere: ⁊ semꝑ ad celestia anhelare. ad
4 Colo.iij. Que sursum sūt sapite. ¶ Rorem auster generat sua humiditate: ipm vero aquilo siccat sua frigiditate. Luna etiam sua humida ꝟtute ſm Ambros. mater est roris: et eū in aere inuisibiliter generat: qui tādem suauiter descēdens apparet visibiliter noct⁹ horis. Sic vere auster.i.spiritussanctus / et luna.i.beata virgo solent rorē deuotionis et grē in aere consciētie insensibiliter inducere/ que tādem se solet ꝑ opa visibiliter demōstrare/ q̄uis aquilo.i.diabolus ipsam nitaꝛ per frigiditatem peccati ⁊ tētationum siccare.
5 ¶ Ros pullos coruorum nutrit ⁊c. Uide de coruo in titulo suo. Ex rore in cōchylijs generaꝛ margarita ⁊c. Uide libro de lapidibus ⁊ margaritis: item libro de piscib⁹ et conchy
6 lijs.j. ¶ Item ros est impressio in aere generata. Nam per virtutē celestem/ et maxime lunarē/ ros de nocte primo in aere occulte oriꝛ: et tādem inuisibiliter descēdens/ ꝑ herbarum supficiem sese diffundit/ et tunc herbis ⁊ plantis vigorem tribuit. et que estus diurnus consumendo ⁊ desiccando inclinauerat/ ros nocturnus erigit/ reparat et sustollit. Sic Christus ꝑ virtutē celestem/ scꝫ ꝑ virtutē spūssancti in aerē purū ⁊ lucidū.i.in beatā virginē purā castitate/ lucidā honestate descēdēs/ occulte et inuisibiliter extitit ꝓcreat⁹: scilꝫ ꝑ beatam incarnationē: et tandē in natiuitate de ꝟginis vtero insensibiliter se diffundens (q: sine ruptura claustri virginalis visibiliter apparuit) mūdo natus est/ suꝑ herbas.i.suꝑ peccatores ꝑ suam grām se diffundēs: ⁊ quos calor diurnus.i.ardor tentationum et tribulationū que in die prosperitatis mūdane vigent/ desiccauerat ab humore deuotionis/ cōsumpserat a decore ꝑfectiōis/ inclinauerat ad mūdanam cupiditatē/ incuruauerat ad ꝓphanā carnalitatem: primo irrigauit ꝑ doctrinam et deuotionē: ⁊ erexit ꝑ contēplationem/ humectauit ꝑ compassionē/ et ꝑ clementie pietatem. ideo dicitꝛ Eccli.xliij. Ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eum. ⁊c. Ardorem enim refri-
7 gerabit ros. Eccli.xviij. ¶ Item ros congelatus ſm Bedam conuertitꝛ in pruinā: ⁊ propter maximā frigiditatē ſm Aristo. albescit: ⁊ herbas suꝑ q̄s cadit exurit/ et marcescere facit: et ad calorem modicū euanescit. Sic ros.i.religiosus quando congelaꝛ ꝑ indeuotionē: tūc conuertitur in pruinā hypocrisis. q̄ licet sit frigidus ꝑ indeuotionē ⁊ peccata: tamen color ipsius est albus ꝑ hypocrisim et humectus: herbas tamē suꝑ q̄s iste ros cadit.i.illos q̄b⁹ dat mala exēpla sua ⁊ cōsilia/ marcescere a virore grē facit: et ipsos exurit ꝑ pctm̄/ et tandē ad modicū calorem tribulationis totaliter euanescit. Humectus videtur priusq; veniat sol. Job.viij. Et ibidē. Ante oēs herbas arescit. Et sicut ros in loco corrupto genitus fit corruptus/ ⁊ aliorū corruptiuus: et florum et herbarū destructiuus: sic vere homo qui per hypocrisim vel pctm̄ corrumpitꝛ: alios etiā quos tangit ⁊ associat/ ⁊ maxime flores.i.ꝑsonas iuuenes solet corrūpere: et ꝑ mala verba et exempla inficere ⁊ turbare. Uel potest dici ꝙ ros corruptus est mūdi ꝓsperitas/ q̄ possessores suos ꝑ delectationem inficit: et auruginē et rubiginē auaritie in eis generat ⁊ inducit.j.ad Corith.xv. Corrumpūt bonos mores colloquia praua. Iste est ros quo tinctus est Nabuchodonosor quādo in bestiam est mutatus. Danielis.iiij.

Capitulum.xxij. de pluuia.

1 Pluuia ſm Isidorū dicitꝛ a pluralitate guttarū. Imber/ ab imbuendo terrā vel ab inebriando. Nimbus vero dicitꝛ a nube/ quādo exinde ī maxima copia subito deriuaꝛ: ⁊ ideo dicitꝛ nimbus quasi nubis imber. Et est pluuia īpressio aeris ex vapore frigido ⁊ humido: ⁊ in nubem cōgregato: ꝑ calorem inferius resoluta. Fit em̄ pluuia hoc modo. Fumi em̄ ⁊ vapores humidi ex aqua ⁊ terra exhalātes superius ad medium interstitiū aeris eleuanꝛ: et ibi ꝓpter loci frigiditatē in corpus nubis condensanꝛ: et deinde calore radiorū solarū ⁊ motus firmamenti ⁊ sphere ignis/ humiditatē huiusmodi dissoluente: guttatim dissoluitur in pluuiā ⁊ in imbrē: vt dicit Beda. Tali modo videtur generari pluuia lachrymarū. Est eni primo necessariū ꝙ homo recolligat vapores ⁊ fumos peccatorū, q̄ cōmisit/ tam a terra q̄ a mari.i.tam a spiritu q̄ a carne: ⁊ ꝙ sursum in aere cōsciētie ipsos trahat. Et tunc est necesse ꝙ sit ibi frigus timoris dei: in quo oīa simul cōprimat: et exinde quādā nubē dubietatis status ꝓprij cōstituat ⁊ cōponat. Et sic debet adesse calor fortis cōtritionis ⁊ displicentie de peccato: radius etiam diuine inspiratiōis: ignis charitatis ⁊ dilectionis: et mot⁹ celi.i.impulsus proprie discussionis: que nubē istā resoluent: ⁊ in pluuiā lachrymarū cōuertent: ⁊ ita aerē cōsciētie serenū faciēt ⁊ terrā corporis fructibus bonorū operū cumulabunt atq; replebūt. Et hoc figuratur.j.Reg.xviij. vbi cum terra esset siccitate grauata/ et sterilitate nudata/ precib⁹ helie factū est ꝙ nubecula parua ascēdēte de mari/ sequuta est pluuia largissima. Q: scꝫ post ascēsuꝫ ⁊ cōsiderationē nubis peccatorum/ sequitꝛ pluuia lachrymaꝝ. psal. Operis celū nubib⁹ ⁊ paras terre pluuiā. Uel dic ꝙ pluuia est doctrina/ que primo de mari sacre scripture extrahitꝛ/ ⁊ in corpus nubis.i.in seriem sermonis cōponitꝛ: ⁊ eadē auditorib⁹ effunditꝛ/ pluitꝛ ⁊ stillaꝛ: ⁊ exinde mēs auditoꝝ scientijs fecundaꝛ. Et ideo pluuia īber ab ībuendo ꝓprie nūcupaꝛ. Deuto.xxxij. Fluat vt ros eloquiū meū: quasi imber suꝑ herbā: et quasi stille super gramina. Uel dic ꝙ vapor est humilis: qui a deo sursuꝫ ad dignitatē trahitꝛ: et nubes.i.prelat⁹ efficitꝛ: vnde pluuia doctrine ⁊ beneficioꝝ alijs distillaꝛ: et a quo terra pauperū irrigaꝛ. Uel dic ꝙ vapor est ambitiosus/ qui sursum tractus nubes.i.iudex vel prelatus efficitꝛ/ a quo ⁊ a cui⁹ malis exēplis pluuia carnalitatis/ fulgur rapacitatis/ tonitruū terroris ⁊ impetuositatis/ sequunꝛ: iuxta illꝺ psal. Producēs nubes ab extremo terre/ fulgura in pluuiā fecit. ¶ Uenti ma-
2 re ⁊ terrā perambulātes/ multā aquositatem secū trahunt/ quā tādem in nubem ⁊ pluuiā cōuertunt. Sic predicatores de mari scripture/ ⁊ de terra philosophie/ vapores sciētiarū extrahūt: de quib⁹ ⁊c. ¶ Pluuia raro fit in oriētalib⁹ par-
3 tibus: verūtamē quādo fit/ valde abūdat: qꝺ etiā in prouincia cōperimus. Unde etiā de palūbo seu columbo ciuitate indiarū audiui ꝙ est mirabiliter pluuiosa. In regionibus em̄ calidis/ vapor qui est causa pluuie/ prius a calore consumitur/ vel in aerē conuertitꝛ/ q̄ ad locū vbi fit pluuia/ sublimetur. quādoq; tamē ex forti calore fit ibi maxima vaporū attractio/ ex qua tandem sequitur magna pluuie resolutio. Sic vere in oriēte.i.in viris sanctis/ vbi sol iustitie Christ⁹ oritꝛ/ raro fit pluuia prosperitatis/ calore scꝫ tribulationū et pauꝑtatum/ vapores diuitiarū ⁊ terrenoꝝ bonorū in eis penitus consumēte: fiet tamē post mortē maxima abundātia pluuie ꝓsperitatis/ scꝫ in paradiso/ sole iustitie abūdantiā vaporū.i.affluentiā oīm bonorū suꝑ eos aggregante: q: scꝫ quāto hic ꝑcipiūt rariorē/ tāto illic inuenient ampliorē. Figura.j.Reg.xviij. vbi post diutinā siccitatē secuta ē pluuia largissima. Paucas em̄ cōsolatiōes ꝑcipiūt boni in p̄senti: vt tandē multas habeāt in futuro. Uel ista possunt de multis religiosis dici/ quib⁹ raro accidit pluuia peccati: et hoc q: feruor charitatis vapores malarū cogitationū cōsumit/ et pluuiā fieri non ꝑmittit. Fit tamē quandoq; ꝙ cōuersi in actum prauū fortiter peccant: et raritatē multitudine recōpensant: et quāto fuerāt in pricipio sanctiores/ tanto finaliter sunt peiores. psal. Posuit pluuias eoꝝ grandinē: ignem comburentem in terra eoꝝ. Uel ista possunt dici de multis qui in pricipio rarā habēt pluuiā deuotionis/ compassiōis/ et spūalis consolationis/ calore ⁊ estu concupiscētie oīa cōsumente: quibus tamē quādoq; accidit taliū abūdātia pluuiarum: ita ꝙ quāto in iuuētute fuerant rariores/ in senectute habeant ampliores. Zacha.x. Petite pluuiā a deo in tēpore serotino. ¶ Pluuia quoq; est nociua/ vt (sicut dicitꝛ ī li-
4 bro de natura rerū) i egypto circa ciuitatē thebaꝝ: q: si ibi in estate abūdanter plueri/ tota regio infinitis murib⁹ abūdabit. Sic vere pluuia diuitiarū imꝑfectis hoībus multū nocet. Si em̄ in estate.i.quādo habēt feruorē auaritie/ abūdauerit/ pro certo mures rodentes.i.peccata conscientiam rodētia in eis generabit. Uel dic ꝙ quādo pluuia diuitiarū alicui aduenerit / statim mures.i.falsos amicos/ quorū iecur ⁊ affectio (sicut dicit Pli.) crescit crescēte luna.i.fortuna

generabit/ ⁊ circa se aggregabit: qꝛ constat ꝙ falsi amici vt aliqd rodant ⁊ acquirāt/ solēt abūdare circa illos in quibꝰ viderit diuitiarū pluuiā redūdare. Prouer. xix. Diuitie addūt amicos plīmos/ a paupere aūt ⁊ ij q̊s habuit/ separāt. Uel dic ꝙ mures sunt familia rapax/ nepotuli ⁊ parētes/ q̇ in egypto huius mūdi pluuiā. i. prelatos/ q̇ alios rigare debuerāt/ sequunt: ⁊ ab eis ī ecclia vel pr̄ia generant: a q̇bus tota regio ⁊ pr̄ia rodit ⁊ vastat. Uel dic cōtra multos q̇ statim ꝙ habēt pluuiā. i. diuitias/ volūt habere mures. i. familiā rapacē ⁊c̄.

5 ¶ Pisces ⁊ ranule qn̄qꝫ visi sunt descēdere et cadere cū pluuia/ qđ fit vel qꝛ sursuꝫ ꝟtute celesti ī nube de aquosa materia fuerūt geniti/ vel qꝛ de aquis ꝑ vētos cum vaporibus de quibꝰ facta est ip̄a nubes/ fuerāt eleuati. Nubes est ecclesia vel religio: vbi pro certo pisces. i. deliciosi/ ⁊ rane. i. loquaces detractores ⁊ querulosi generant. Qui ab aquosa materia. i. delicijs/ ibi ī nube. i. religione generant: vel a vento. i. a diabolo ibidē de aquis huius seculi deferūtur. Isti ergo hic inferius ad modū ranarū cū deliciarū pluuia descendūt: et spectaculū malorū exemplorū secularibꝰ cunctis fiunt. Uel dic ꝙ istos pluuia deliciarū de nube religionis ꝑ apostasiam eijcit/ ⁊ ad mūdum/ pctm̄ ⁊ infernum inferius secū ducit. psal. Pluit illis sicut puluerē carnes: et sicut arenam maris volatilia pēnata. Uel dic ꝙ ventus est inspiratio diabolica: que multos sursum ad nubem dignitatum ⁊ officiorū erigit/ quos tandē pluuia diuine prouidētie detrahit et expellit. Uel dic de demonibꝰ: qui sursum in nube paradisi sunt geniti/ et tandē sicut pluuia inferiꝰ sunt detracti. Esa. xiiij. Quomodo cecidisti lucifer: ⁊c̄. Uel pōt dici generaliter ꝙ illi qui cōtra conditionē ꝓpriā in nube altorum officioꝝ et statuū se ingerunt/ cum pluuia tribulationis ⁊ miserie iusto dei iudicio inde cadūt. Talibus ergo deberet dici illud. iij. Regū. xviij. Descende/ ne te occupet pluuia.

6 ¶ Pluuia quādo est corrupta/ herbas ⁊ fructus corrumpit: et sic oues et iumēta de eis comedētes corrūpunt: ⁊ ꝑ eiusmodi pestilētiā moriunt. Sic quādo aliq̇s corrūpit per auaritiā/ herbas ⁊ pascua que tangit. i. hereditatē ⁊ possessiones ꝓprias quas male acquirit/ corrūpit: et corruptiuas ⁊ infectiuas facit: ⁊ sic oues ⁊ iumēta. i. filij sui ⁊ successores/ qui ei in male acquisitis succedūt/ corrumpuntur similiter ꝑ pctm̄: qꝛ possident illud quod de iure non erat patris sui: et ideo ꝑ mortē eternam vna cum ipsa pluuia q̄ corrupit eos. i. cum eisdē vsurarijs in inferno moriunt: qꝛ ꝑ talem viam filij vsurariorū ipsos sequūtur ad inferos ⁊ ad penā. Ideo dicit Eccli. xlij. De patre impio cōquerunt filij/ qm̄ per ipsum sunt ī opprobrio. Uel dic ꝙ pluuia corrupta/ est hypocrita vel ꝓsperitas ⁊c̄. sicut supra de rore. §. vltimo.

7 ¶ Quādo radij solares inueniunt nubem densam (vbi est multa aquositas aggregata/ et cōgelata frigiditate loci) sibi fortiter resistētem/ multiplicant ⁊ fortificant: et faciūt ibi magnum calorē (qꝛ scilꝫ oīs causa naturalis fortius agit in resistēs) ex quo nubes illa dissoluit/ ⁊ eius aquositas in pluuiam conuertit/ a qua terra circūiacens irrigat. et in tantū quandoqꝫ per calorem pluuia illa adurit/ ꝙ rubra fit: ⁊ ideo sanguis a vulgo de celo cadere reputat: vt dicit Aristo. Et ideo vt cōmuniter post acutum calorē abundans pluuia solet sequi. Nubes ista charissimi est homo diues et auarus/ qui in se continet in aere huius mundi multam aquositatē diuitiarū: que tn̄ in ipso/ auaritie frigore taliter congelant/ ꝙ ex illis defluere ꝑ elemosynas nihil pōt: sed qn̄ radij. s. diuine mīe/ volūt respicere nubem istam/ ibi qn̄qꝫ calorē maximū tribulationū et aduersitatum accumulant: vel etiam ignem amoris diuini ibi per inspirationē generant: et tunc nubes ista/ scꝫ auaritia/ per cōpassionē et largitatē resoluitur: et sic pluuia elemosynarū ad pauperes distillat: ita ꝙ ꝙ terra arida circūiacens. i. status pauperum ⁊ tota patria beneficijs irrigat/ et aquositas diuitiarū/ qua nubes obscurior per ignorātiam reddebatur/ paulatim vacuat: ⁊ sic aer cōscientie serenatur. Et ideo post magnū calorem cōtritionis/ charitatis/ ⁊ tribulationis/ videmus sequi multotiens pluuiam largitatis ⁊c̄. Et ideo Iob. xxxviij. Flante deo crescit gelu: ⁊ rursum latissime fundunt aque. Uel si vis ꝑ istū fortem calorē intelligo fortem miseriā aliorum/ q̄ scꝫ auarū quātūcūqꝫ durū debet ad clemētiam remollire/ ⁊c̄. sicut supra. Et quia nubes ista calore charitatꝭ aduritur: ideo pluuia eius/ sanguis et vita pauperum dici possunt. Uel ista possunt dici de feruore diuine charitatis: que volens ostendere sue diuitias pietatis: quandoqꝫ fortius agit in illū qui sibi magis in via morū per pctm̄ resistit/ sicut apparuit in Paulo/ Bonifacio/ ⁊ Magdalena. Quādo em̄ videt nubē conscientie in deuotionis frigore congelatā: et ex multis vaporibus ⁊ vitijs constipatā/ obstinatam/ ⁊ induratam/ solet eam vel interius inspirādo/ vel exterius tribulationibꝰ affligendo/ comburere: et sic solet eos per cōtritionem dissoluere/ ⁊ lachrymarū pluuiam distillare. que etiam quādoqꝫ rubea inuenit: inquātum pre nimia cordis adustione solet ruborem verecūdie cōtinere: et sic solet deus in aere sue conscientie serenitatem innocentie generare. Et quāto ampliꝰ congelatus quis fuerit: tanto solet post conuersionem magis virtutibus abundare. Ad Rom. v. Ubi abundauit delictum/ ibi superabundauit et gratia. Et ideo secundū gregorium/ licet homo videatur congelatꝰ ꝑ peccata: nō propter hoc debet contemni: quia nescimus quando deus sibi gratiam suam dabit. Et ideo secūdum ipsum dominus vocat tales/ thesauros niuis/ preparatos ī diem pugne. Iob xxviij. Et vt ait Hieronymꝰ: timendum est ne nobis cadētibus resurgat: qui nobis stantibus irridetur. ⁊c̄. Ideo potest dici illud ibidem. Iob. xxxviij. Quis est pluuie pater: aut q̊s genuit stillas roris: quasi dicat: solus deus est causa quare huiusmodi pluuia generatur. Uel dic ꝙ nubes est pura humanitas christi: que de puris maris vaporibus. i. de sanctis marie humoribus extitit generata: que tandem in cruce eleuata: et ibi feruore fortis passionis et dilectionis resoluta fuit: et sic sanguinem loco pluuie nobis pluit. Psal. Conuertit aquas eorum in sanguinē.

8 ¶ Pluuia fm̄ Cōstan. est fluxus humorū restrictiua. q̄ cū ceteris aq̇s sit purior et leuior: ideo facilius corrumpitur: et in contrarias qualitates variatur. dulcior tamē est et etiam sapidior pre ceteris q̄ꝫdiu in puritate debita perseuerat. Pluuia etiam temperata ad infinita vtilis est: quia terram fecundat: rimosa conglutinat: caloris intemperiē mitigat: aerem serenat: ventos sedat: pisces impinguat: siccā complexionem adiuuat ⁊ confortat. Sic pluuia diuine sciētie/ gratie ⁊ deuotionis/ fluxum vitiorum et malarum cogitationum obstruit: et plusqꝫ aque cetere. i. plusqꝫ aque scientie mūdane: et aque prosperitatis humane et cetere/ huiusmodi pluuia dulcis et sapida reperitur contra peccatū. Utilis etiā est: quia terram consciētie per bona opera fecundat: rimosa. i. corda diuisa per discordiā ⁊ iram/ conglutinat per amorē: calores cōcupiscentie mitigat: aerem conscientie serenat: ventos tentationū sedat: pisces. i. homines deuotos virtutibus impinguat: siccam etiā cōplexionem/ scilicet cor indeuotum et impatiens/ quando ibi immittitur/ adiuuat et humectat. Ideo dicitur in Psal. Pluuiam voluntariā segregabit deus. Et. ij. Regū. xxiij. Pluuijs germinat herba. Hec etiam oīa possunt dici de bono predicatore: vl' de eius doctrina: q̄ descendit sicut pluuia in vellus: ⁊ sicut stillicidia stillātia sup terrā. psal. lxxj. Uel dic ꝙ pluuia est cōsciētia innocētis: q̄ quāto purior/ innocētior ⁊ simplicior/ tāto facilius decipitur per errorem: ⁊ corrumpit per horrorē.

9 ¶ Item pluuia quāto celo propinquior: et a terra remotior fuerit/ tāto dulcius et cum guttis gracilioribus descendit: quanto autem terre est vicinior: et a celo remotior/ tāto impetuosius descendere et cum guttis grossioribus cōsueuit. Sic quanto iudex prelatus vel alius est melior/ ⁊ a terrena cupiditate remotior: celoqꝫ et celestibꝰ propinquior ꝑ amorem/ iustitiam ⁊ equitatē: tanto pluuia ab eo resoluta. i. verba ab eo promulgata sentētie correctionis/ dulcius ⁊ mitiꝰ proferunt. Sed si terrene cupiditati ⁊ inordinate affectioni vicinus sit: tūc impetuose per iras ⁊ discordias profert verba/ dure proterue et aspere subditos puniendo/ indebita et importabilia onera imponēdo. Uel potest dici de quolibet qui quanto magis est celestis et bonus/ tāto mitius/ dulciꝰ et benignius alios consolat: ⁊ tanto verbis ⁊ factis magis est alijs māsuetus: et mitissimꝰ sup oēs hoies. Numeri. xij. Econtra autē terrenis per affectionē propinqui: et a celo et deo per peccatū remoti: impetuose et impie oīa faciūt atqꝫ dicunt. Unde de rotis deambulātibus sup terram dicitur Ezechiel'. j. ꝙ vbi erat impetus spiritus/ illuc gradiebatur.

10 ¶ Item pluuia in suis qualitatibus distẽperata solet esse damnabilis ⁊ nociua. Nam immunditie ⁊ lubricitatis est in vijs ⁊ semitis effectiua/graminum ⁊ herbarum inutiliũ multiplicatiua/fructuũ et seminum corruptiua/caloris naturalis in seminibꝰ extinctiua/obscuritatis in aere inductiua/radiorum solarium interceptiua/nebularum ⁊ nubium causatiua/operum ⁊ itinerum retardatiua/maturitatis segetum impeditiua/rheumatis ⁊ fluxus augmẽtatiua/morborum omnium aggrauatiua/sterilitatis inductiua/corruptionis ⁊ pestilẽtie in iumẽtis ⁊ in hominibus effectiua: qꝛ pluuia corrumpit herbas et pascua/ex quorũ esu animalia postmodum corrũpuntur. Talis est mundana prosperitas et consolatio: quia quando distemperatur in suis qualitatibus.i.quando excedit limites debiti regiminis et affectionis/solet esse multum nociua / scilꝫ anime peccatrici. Hec enim lubricitatem luxurie et immũditie generat/gramina inutilia malarum cogitationũ et affectuũ multiplicat/fructus ⁊ semina.i.bonorũ operũ ꝓposita corrũpit ⁊ dãnificat/calorem diuine dilectionis extinguit/obscuritatẽ ignorantie et dei obliuionis inducit: qꝛ diuites mũdani nec deum amant/nec ipsius recordãtur. Populus autem meus oblitus est mei ⁊c̃. Hiere.ij. Hec etiam radios solares.i.diuinam influentiam ⁊ gratiam intercipit/nebulas ⁊ nubes diuersorum peccatorum inducit: et sic iter bonorum operum quo itur ad celũ/ impedit ⁊ excludit. Conclusit vias meas lapidibus quadris. Threno.iij. Maturitatem honestatis retardat rheuma gulositatis/ ⁊ fluxũ carnalitatis augmentat: et omnes morbos humidos/scilꝫ pigritiam/gulam/luxuriam aggrauat/ sterilitatem virtutum efficit/famẽ auaritie producit/vel famẽ eternam post mortem/corruptionẽ etiam peccati et malorum exemplorũ generat et producit. Et sic talis pluuia fuit in diluuio figurata: vbi.xl.diebus ⁊ noctibus tm̃ pluit ꝙ preter paucos qui in arca erãt/totius mũdi ppl's submersus fuit. Quia vere illi qui pluuia mundane prosperitatis tangũtur/ vitijs necessario submerguntur: nisi forte pauci qui in arca diuine protectionis claudũtur. psal. Pluet super peccatores laqueos/ignis/sulphur/⁊ spiritus procellarũ/pars calicis eorum. Uel per omnia dic ꝙ pluuia superflua significat mundi delicias/ et carnis voluptates: et dic per omnia sicut supra. Et similiter ſm Cõstantinũ aqua pluuialis corrupta si potetur/facit raucescere vocem/⁊ inducit febrem. Sic mundi prosperitas ⁊ voluptas febrem ⁊ feruorem malorum desideriorũ inducit/⁊ vocem oratiõis/predicationis/laudis/et cõfessionis raucescere facit: quia ſm Senecã: Mirum est fortiter aliquid dici ab homine mollitiem professo. psal. Rauce facte sunt voces mee: infixus sum in limo profundi.

Capitulum.xxiij.de pruina.

1 PRuina nihil aliud est q̃ꝫ ros congelatꝰ ſm Bedam. In hyeme enim ros ad terrã descendens congelatur/⁊ in pruine albe substantiam cõmutatur: a qua flores et herbe exuruntur/et marcide efficiuntur. modico tamẽ solis radio euanescens totaliter dissipatur. Tale est peccatuꝫ: quia rore gratie congelato/pruina peccati gignitur / quo flores et herbe virtutum marcescere comprobantur. Istud tamẽ modico calore soluitur: quia scilꝫ non potest esse in homine ita modicus gradus charitatis/quin peccati substãtia deleatur. Sap̃.xix. Facile dissoluebañ sicut glacies. Et sicut videmꝰ ꝙ gelu ⁊ pruina fortior sequitur cũ fuerit nox serena/et stellarum lumine decorata: sic vere gelu peccatorum in presenti/⁊ gelu tormẽtorum in futuro fortius in eos inualescit/ quibus serena nox presentis vite fuerit/⁊ in quibus mũdane prosperitatis claritas antecedit. Zacha.xiiij. Non erit

2 lux/sed frigus ⁊ gelu. ¶ Pruina est impressio ex vapore nõ congregato in corpus nubis/in loco frigidissimo generata: in qua nõ est aliqua pars caloris ſm Aristotelẽ: ⁊ ex nimia frigiditate noctis in substãtiam duram et frigidam cõmutatur/⁊ pruina efficitur ⁊ causatur. Talis est peccator: quia cum deberet esse ros per deuotionem: tamẽ quia de aere.i. de statu gratie descendit ad terram per temporalium affectionem: ideo tunc infrigidatur per indeuotionem: et exinde induratur per obstinationem. Indeuotio enim obstinationem causat. Ideo Job.xxxviij. In similitudinẽ lapidis durantur aque/et superficies abyssi constringitur. Et sicut pruina est alba: ⁊ tamẽ flores teneros exurit: que tamẽ tandem calore modico deliquescit: sic peccator/ maxime hypocrita/album.i.castum ⁊ mũdum se nititur ostendere: ⁊ tamen quando potest/solet in inferioribus.i.in iuuẽculis humorem gratie desiccare: qui etiam ardore modice tribulationis solet a sua ficta perfectione euanescere ⁊ perire. psal. Transiui/et ecce non erat.

Capitulum.xxiiij.de grandine.

1 GRando est impressio in aere generata ex vapore frigido et humido. Et est grãdo que sursum in altis nubibus et partibus generatur/parua et rotunda: quia ex diuturnitate motus quam descendendo facit in aere/⁊ ex calore ipsius aeris dissoluitur et minuitur: ⁊ rotundatur. Sed si generatur circa terram/tunc impetuosa et grossa/acuta et frigida reperitur: que terram petit et percutit/vineas et fructus multum ledit / et frequentius per diem q̃ꝫ per noctem: et hoc quia calor diurnus fugat frigus ad interiora nubis/et sic grandinis substantiam ibi gignit. Grando est tribulatio et aduersitas. Nubes ex qua progreditur/est ipse deus: quia nõ est malũ (scilicet pene) in ciuitate (scilicet mundi) qđ nõ faciat dominus. Amos.iij. Q̃diu ergo nubes ista/scilicet Christus est in suprema parte aeris sursum / scilꝫ in celo.i. q̃ꝫdiu durat mũdus iste (quia sicut dicitñ Actuũ.iij. Ipsum oportet celum recipere vsqꝫ in diem resurrectiõis omniũ.) grando tribulatiõis quã immittit/inuenitur modica ⁊ minuta: quia modica est tribulatio mundi huius/tum quia cito finitur/tum quia semper ibi possunt homines consolari. Ideo dicitur Job.xxxv. Nunc enim non infert furorẽ suũ/ nec vlciscitur scelus valde. Sed quãdo nubes ista erit prope terram/scilicet in valle iosaphat/quando bonos et malos finaliter iudicabit: tunc grãdo grossa ⁊ impetuosa eterne tribulationis immittetur ab eo per sententiam damnatiuam: et super terram.i.terrenos/ cupidos et auaros peccatores (qui plus gaudent de tempestate q̃ꝫ de tranquillitate/vt melius possint vinum et bladum suum vendere) inferetur per molestiam afflictiuam: et tunc grando ista percutiet atqꝫ ledet ipsos flores.i.homines curiosos / vineas.i. ebriosos ⁊c̃. Ideo dicitur Apoca. xvj. Grando magna sicut talentum descendit de celo. In die autem grando efficitur plusqꝫ in nocte: qꝛ in illis qui sunt ĩ nocte obscura per aduersitatem/grando pene perpetue nõ causatur. In illis vero qui sunt in die clara prosperitatis/generatur. Et hoc accidit quia in die prosperitatis calor auaritie et cupiditatis / frigus indeuotionis repellit ad interiora nubis.i.conscientie ⁊ voluntatis: nec ipsum euaporari permittit per cõfessionem/contritionem/ et satisfactionem: et ideo exinde grando pene perpetue componitur et causatur. Ideo psal. Ignis/grãdo/nix/glacies/spiritus procellaꝝ/pars calicis eorum. Qđ bene figuratum est Exodi.ix. vbi dicitur ꝙ dominus dedit tonitrua ⁊ grandinem/ et discurrentia fulgura super terram: tantéqꝫ fuit magnitudinis grando/quãte antea nunqꝫ apparuit: et percussit grando cuncta que fuerunt in agris: et omne lignum regionis cõfregit. Per istam grandinem pene inferni possunt intelligi: qua scilicet constat ligna.i.peccatores destrui et cassari. Uel dic ꝙ grando est homo/qui quanto ab altiori loco ⁊ genere descendit: tãto humilior/minor/et simplicior debet esse. Cuius contrarium est de illis qui inferius de plebe infima generantur: quia vt communiter tales grossiores et superbiores inueniuntur: et ab ipsis/quando in aliquo officio preponuntur: alij impetuosius feriuntur. Uel potest dici ꝙ illi qui de sursum a deo processerunt: et in aere huius vane vite multis motibus tribulationum circuierunt/ parui et humiles/rotundi/et per obedientiam vertibiles inueniuntur. Alij qui hic circa terram in prosperitate manentes/motus tribulationũ nõ sunt experti/grossi ⁊ supbi efficiunñ: et ab ipsis alij crudeliter verberanñ. Unde de talibus potest dici illud qđ Apoca.xvj.dicitñ. Grãdo magna sicut talentum descendit de celo in homines/⁊ blasphemauerunt deum propter pla

mm mm

ga in grandinis. Uel dic sic vis ꝙ grādo alta est pena que
sustinetur pro deo: bassa vero est illa que sustinetur pro mū
do: quia vt cōmuniter maiora sustinent homines pro mun
2 do/ q̄ꝫ pro deo: ⁊ maior est grādo infima q̄ꝫ suprema. ¶ Grā
do fit sepius de die q̄ꝫ de nocte: et in estate gignitur/ non in
hyeme. Sic vere tribulatio accidit iustis in die et in estate
vite presentis: in nocte vero mortis ⁊ in hyeme future vite
non: tunc em̄ non grandinabūtur/ sed sempiterna requie le
3 tabūtur. Apoc. xxi. Absterget deus oēm lachrymā ab ocu
lis eorum. ¶ Item grādo fm̄ Aristo. sic generaꝛ: qꝛ frigus
fugiēs aeris calorē/ ad interiora nubis se recipit: ⁊ ibi inue
niēs vapores humidos ⁊ frigidos/ ꝯgelat eos et cōstringit/
et in substātiā ꝯuertit grādinis ⁊ naturā: ⁊ iō magis in esta
te q̄ꝫ in hyeme gn̄aꝛ: qꝛ tūc calor est in aere: p quē frigꝰ reper
cutiꝛ ad intima nubis: vbi grādinē causat. Szecōuerso/ in
hyeme nō est calor in aere q frigꝰ repcutiat ad interna. Sic
qn̄ p calorē tētatiōis frigus indeuotionis ad intima nubis
ꝯsciētie repcutiꝛ: tūc ibi iuenit mltos vapores humidos. i.
multas cogitatiōes et affectiōes carnales/ quas inuicē co
adunat p delectationē et cōplacentiam: ⁊ tandē p consen
sum in grandinē pcti mortalis ipsas cōstringit ⁊ gelat: ⁊ p
obstinationem cōtrahit et indurat. Grando etiā peccatorū
gigniꝛ magis in estate ꝓsperitatis q̄ꝫ in hyeme tribulatio
nis ⁊ aduersitatis: ⁊ hoc qꝛ in ꝓsperitate abūdat calor tēta
tionis/ frigus indeuotiōis ad intima cōscientie repcutiēs.
In hyeme autē tribulationis nō abūdat huius tētationis
feruor: sed potius diuini timoris algor/ pcti grandinem nō
cōstituens aut cōponens. Unde de tali grandine calorem
huiusmodi comitāte diciꝛ Exo. ix. Ignis et grando mixta
pariter ferebanꝛ. Uel dic ꝙ grando est peccator/ qui a calo
re diuini amoris tanq̄ꝫ indignus repelliꝛ: et in vētre nubis
.i. in carcere cecitatis mentis ⁊ obstinationis includiꝛ: vbi
indeuotionis frigore duratus/ in grādinem. i. in durū ⁊ cru
delem cōmutaꝛ: qui plus de die q̄ꝫ de nocte apparet: quia
scilꝫ peccator plus in die prosperitatis/ q̄ꝫ in nocte aduersi
tatis delinquere et nocere aliis cōprobaꝛ. Generaliter em̄
verum est ꝙ plura mala fiunt dū durāt prospera q̄ꝫ aduer
sa. Ideo August. lib. confess. Ue prosperitatibus seculi. Ue
semel/ et ve secūdo/ ⁊ ve iterū. Ista est em̄ dies illa de qua
dicitur. Ue desiderātibus diem dn̄i. Uel dic ꝙ grando est
peccator: qui calorem diuine charitatis fugit/ et in profun
dum nubis ⁊ caliginis. i. in profunditatem vitiorū se inge
rit/ vbi per obstinationis duritiā in diabolicam grādinem
se conuertit. Prouerb. xviii. Impius cum in profundū pec
4 catorum venerit/ contemnit. ¶ Grādo fm̄ Bedam aliquā
do sic efficitur: quia quādo ros in terram cadit: tūc ventus
aquilo frigidissimus ipsum coagulat ⁊ cōstringit: et in sub
stantiam grandinis congelat et cōuertit. Sic ventus frigi
dus auaritie hominē per auaritiam congelat: et de ipso fa
cit grādinem. i. virum impium ⁊ raptorem/ quo vinee ⁊ fru
ctus pauperum dissipanꝛ. Figura Exodi. ix. vbi grando et
ignis mixta pariter ferebātur/ que terras egyptiorum peni
tus vastauerunt. Sic isti qui sunt grādo per crudelitatem/
ignis per cupiditatē/ bona egyptiorū. i. pauperū/ igne et ar
dore tribulationū vstorum/ dissipant et consumunt.

Capitulum. xxv. de niue.

1 Nix fm̄ Aristo. generaꝛ de vapore frigido et hu
mido/ vbi est calor repugnans: sed tamē frigus
predominaꝛ/ et vincit calorem: et sic vaporē cō
gelat: et in eo formā nobiliorē quā pōt introdu
cit/ scꝫ albedinem. Sic licet in vapore nostro. i.
in carne nostra repugnet motuū et tentationū calor et con
cupiscētia: tamē si ibi predomineꝛ frigus timoris/ nō obstā
te huiusmodi calore/ ibi poterit gn̄ari albedo niuea castita
tis. Ideo Sap̄. xvi. Nix ⁊ glacies sustinebāt vim ignis. Et
generaliter nix castitatis summopere in vapore humido et
frigido. i. in persona que est humida per deuotionem/ com
passionem/ et dulcorem/ et frigida per dei reuerētiam et ti
morem/ generatur. Et sicut nix in montibus plusq̄ꝫ in valli
bus perseuerat: sic in cōtemplatiuis plus viget castitas q̄ꝫ
in actiuis. Figura Matth. xvii. vbi dicitur ꝙ in monte fuit
dn̄s transfiguratus/ et habitus vestis sue candidus vt nix
factus. vnde psal. Niue dealbabūtur in selmon/ mons dei
mons pinguis. Uel dic ꝙ color albus et niueus significat
gloriam paradisi/ de qua Eccli. xliii. Pulchritudinem can
doris admirabitur oculus. que scilꝫ introducitur in vapore
.i. in persona vbi cum repugnantia caloris tentationum fri
gus timoris diuini generaꝛ. Frigidus ventus aquilo flabit/
2 et gelabit crystallus. Eccli. xliii. ¶ Item nix est aqua du
rior/ ⁊ siccior grādine: tamen est mollior et debilior: quia fit
ex admixtione caloris in ventre nubis: vt dicit Aristote. et
ex frigiditate dealbatur. Nec est tm̄ frigus fm̄ Aristote. in
nube vbi nix generatur/ sicut in illa vbi grando generaꝛ: et
ideo ceteris mollior efficitur/ et ad calorem modicum eua
porat. Aqua est pena et tribulatio mundi huius/ que semp
est in terra. Nix autem que in loco a nobis remoto gigniꝛ/
est pena purgatorii. Sed grando que in nubibus remotissi
mis a nobis generatur/ penam significat infernalē. Nix igi
tur. i. pena purgatorii/ aqua. i. penitentia huius mundi du
rior est ⁊ frigidior: sed minꝰ est dura et aspera q̄ꝫ sit grādo. i.
pena gehennalis: qꝛ nix purgatorii mollis et tenera reperi
tur respectu grandinis infernalium tormētorum. Et ratio
est: quia in loco niuis/ scilꝫ in purgatorio semp est calor spei
⁊ charitatis: qꝛ scꝫ isti habēt certam spem ꝙ finaliter salua
būtur. Et etiam vapores illi. i. homines in calore charita
tis ⁊ spei moriuntur: quapropter ibi non est tantum frigus
timoris et desperationis/ sicut in nube grandinis in infer
no: et ideo nix nō duratur taliter/ nec efficitur aspera sicut
grando: quia calor diuine consolationis et angelice visita
tionis ipsam multum alleuiat et remollit. vtraq̄ꝫ tamē du
ra et frigida reperitur. Ideo dicitur Job. xxxviii. Nunquid
ingressus es thesauros niuis/ aut thesauros grādinis aspe
xisti? Nix tamen calore resoluitur: quia pena illa calore di
uine misericordie finaliter relaxatur. Ideo dicitur Sapiē.
xvi. Qd̄ ab igne poterat exterminari/ modico solis radio
calefactum tabescebat. Ac si diceret. Illa pena quā ignis
consumptio nō terminat/ diuine misericordie radius quā
do ipsi soli iustitie placuerit/ euaporat: qd̄ vtiq̄ꝫ fit qn̄ eos q
ibi sunt/ liberat atq̄ꝫ saluat. Uel dic ꝙ pruina q̄ citius niue
dissoluiꝛ/ presentē tribulationē significat: nix vero eternam
aduersitatem designat/ que scilꝫ fortius molestat atq̄ꝫ gra
uat. Bene ergo dicitur Job. vi. Qui timet pruinam/ irruet
3 super eum nix. ¶ Item nix propter calorem intermixtū in
vapore i quo generaꝛ/ nō est ita dura sicut grādo. Et ex mo
ra niuis super terram/ impinguatur humus. Nam sua fri
giditate poros terre claudit: vnde reuocato calore ad inte
riora seminum ⁊ radicum/ fit humoris interioris attractio
ad radices/ ex quo terra impinguaꝛ. Unde nix herbas ma
las mortificat ⁊ attenuat: bonas vero nutrit et impinguat.
Nix etiā fetida tegit et occultat/ et iter impedit ⁊ retardat.
Feris ⁊ animalibus nocumētum prestat/ et eorum pascua
tegit/ et vestigia manifestat. Unde in tēpore niuis venator
facilius q̄ꝫ alias eas capit. Est etiam aqua niuis stiptica:
et ideo fluxum stringit. Talis est penitentia/ et etiam pena
presentis seculi. Multo enim leuior est q̄ꝫ sit grando. i. pe
na gehennalis: et hoc accidit propter calorem diuine gra
tie/ et ꝯsolationem spei: ⁊ feruorē charitatis/ que niuem pe
nitentie et tribulationis presentis comitantur: que scilicet
ipsam attenuāt et remolliūt miro modo. Nix igiꝛ penitētie
terram. i. animā inebriat per cōtritionem/ facit germinare
per confessionē/ ⁊ fructum facere per bonam operationem.
Et ratio est: quia ī ista niue est frigus timoris domini/ qui
poros terre exteriores. i. sensus anime ⁊ appetitꝰ tenet clau
sos per discretionē/ non permittens eos ad mundialia ape
riri: ⁊ ideo calor charitatis ad interiora conscientie reuoca
tur: et sic humor gratie et deuotionis attrahitur: et ipsa ter
ra. i. anima virtutibus et donis impinguatur. Ideo dicitur
Esa. lv. Descendit imber ⁊ nix de celo/ et inebriat terram/ ⁊
germinare facit eā. Hec malas herbas malarū cogitatio
num mortificat ⁊ excludit: sed bonas affectiōes ⁊ cogitatio
nes multiplicat et nutrit/ ⁊ fluxū carnalitatis retrahit et re
stringit: ⁊ loca fetida. i. ipsa pctā contegit ⁊ abscōdit (qꝛ fm̄
Augu. Si tegis/ ipse deteget: si detegis/ ipse teget) ⁊ sic iter
deuiū qd̄ ducit ad mortē/ impedit ⁊ retardat: vt dicaꝛ illud
Job. xix. Semitā meā circūsepsit: ⁊ trāsire nō possuꝫ. Ipsis
etiam animalibus. i. demonibꝰ nocet: qꝛ pascua in quibus
pascebāt p tentationē et carnales affectiōes ⁊ voluptates/
cōtegit/ ⁊ per cōfessionē ipsa vestigia demonū. i. pctā q̄ post

iter tentationū remanent: declarat sacerdotibus ⁊ ostēdit.
4 Uel expone oīa de celesti gratia et doctrina. ¶ Itē nix in suo ortu strepitū nō facit: sed suauiter descēdēs ab occulto aerꝫ interstitio sup herbas equaliter se coaptat. Et est nix mollissima ⁊ candidissima: ⁊ ideo ꝓpter sui pulchritudinē ad sui speculationē oculos attrahit. Sed si nimis diu aspiciatꝛ/visum hebetat: disgregat et dispergit. Sic ab occulto aeris interstitio. i. de sinu dei patris nix. i. christus ad terrā vteri virginalis ab occulto ⁊ sine strepitu exercitij cōiugalis venit humiliter ⁊ descēdit: ⁊ sup herbas. i. sup virginis viscera se insensibiliter coaptauit. Ideo dr Sap. xviij. Cū quietū silentiū oīa teneret: ⁊ nox in suo cursu mediū iter ha. om. ser. tu. dñe a rega. se. venit ⁊c. Iste igitꝛ ē nix mollissima per benignitatē: qꝛ ipse est tenerrimus ligni vermiculus. ij. Reg. xxiij. Iste est cādidus per innocētie puritatē: ⁊ apparentie venustatē: ⁊ ideo ꝓpter pulchritudinē cādoris istius niuis: ad ipsum cōsiderādū: ⁊ modū suū: ⁊ viā ortus ⁊ cōceptus sui inquirendū: oculus intellectus allicitꝛ: sed ꝓ certo exinde disgregatꝛ ⁊ hebetatur: qꝛ pulchritudinē coloris eiꝰ admirabitꝛ oculus. Eccli. xliij. Qꝛ eni ista nix dei filius est candor lucis eterne/⁊ speculū sine macula: (Sap. vij.) ideo impenetrabilis redditꝛ oculo fidei limitato: qꝛ sicut dr Ioā. iij. Maior est eni deꝰ corde nro. qꝛ sicut dr Iob. xxxvj. Magnus deꝰ est: et vincēs scientiā nostrā. Et breuiter visus et sciētia fidei: et etiā intellectus nō valēs tantā albedinē intueri: necessario hebetatur: ⁊ in se resilit: ⁊ tepescit. Ideo dr Prouer. xxv. Sicut qui mel comedit multū/nō est ei bonū:
5 sic qui scrutator est maiestatis/ opprimetꝛ a glīa. ¶ Item nix ſm Bedā in alto mari raro aut nunq̄ꝫ cadere cōsueuit: cuius ratio est: qꝛ exhalatiōes et vapores eius vel a ventis ibi flantibus dispergunt/vel anteq̄ꝫ in niuē valeant cōdensari/in nebulā vl pluuiā resoluuntꝛ. Altum mare significat diuites ⁊ supbos/qui sunt alti p supbiam: et amari p amaritudinē pctōꝝ. Nix autē est dei grā seu penitētia/q̄ frigus timoris dei secū portat. Sed ista nix in mari alto nō cadit: qꝛ vere mūdi diuites niue penitētie vel celestis grē non teguntꝛ. Et ratio est: qꝛ dato ꝙ habeant aliquādo multas exhalationes bonarū affectionū/propositorū/⁊ cōtritionū/scꝫ de penitētia facienda ⁊ huiusmodi: tamē anteq̄ꝫ in niuē penitentie valeant cōgelari/a vento tētationis vel vanitatis mūdane auferuntꝛ ⁊ dispergunt/vel in pluuiā deliciarū/vl in nebulam malarū cogitationū totaliter euaporāt. Sepe eni cogitāt diuites de salute: sed nūq̄ꝫ perficiūt qd intēdūt. Unde ista est de qua dicitur Iob. xxviij. Abyssus dicit: nō
6 est in me. ⁊ mare loquitꝛ: non est mecū. ¶ Item nix sua pulchritudine ad sui cōsiderationem oculos attrahit/in quibꝰ visum debilitat ⁊ dispergit. Et est aqua niuis ſm Cōstan. stipatiua/⁊ fluxus restrictiua/neruos pcutit/supfluitatē inbibētibꝰ generat/mēbra stupida ⁊ quasi insensibilia ⁊ dormitiua facit/ lapidē in vesica gignit / hydropisim ꝓuocat atq̄ꝫ nutrit. Sic candor ⁊ pulchritudo glīe ⁊ ꝓsperitatꝫ mūdane cor humanū ad sui speculationē ⁊ amorē attrahit/afficit/⁊ delectat. Sed ibi in tantū oculꝰ cordis p diuersa desideria disgregatꝛ/ꝙ quādoq̄ꝫ a lumine grē totaliter spoliatꝛ. Eccli. xliij. Pulchritudinē cādoris ⁊c. sicut supra. Hec eni fluxum lachrymarū ⁊ deuotiōis stringit/neruos bone operationis pcutit/supfluitatem vitiorū generat/mēbra ad bene operādū paralyticat / hydropisim auaritie prouocat/in vesica cōsciētie lapidē obstinationis inducit: et ad modicū calorē tribulatiōis mortis penitꝰ euanescit. psal. Qui dat
7 niuem sicut lanā/nebulā sicut cinerem spargit. ¶ Nix loca mōtosa et soli ꝓpinquiora frequētius inhabitat: ⁊ ibi ꝓpter frigus cui exponūtur montes magis q̄ꝫ valles/diutius pseuerat. Ualles eni sunt calidiores mōtibus: ⁊ ideo ibi nix citius q̄ꝫ in mōtibus euaporat. Sic quia mōtes. i. viri ecclīastici ⁊ religiosi soli iustitie sunt ꝓpinqui p grām ⁊ vicini/frigore timorꝫ diuini ꝯgelantꝛ: et ecōtra valles. i. sclares ⁊ actiui calore tētationū dissoluuntꝛ. Et ideo nix pnie puritatis ⁊ castitatꝫ in illis pseuerat: q̄ ex causis oppositꝫ in vallibꝰ. i. in auaris feruidis euaporat. Uel dic ꝙ nix significat candorē glorie paradisi/que in mōtibus. i. in viris cōtēplatiuis abūdat: vbi de celo a deo mittitꝛ: ⁊ vnde nūq̄ꝫ ppetuo euaporat. Uñ de beatis dici potest illd Thre. iiij. Candidiores nazarei eiꝰ niue/rubicūdiores ebore/ sapphiro pulchriores. Uel

potest dici ꝙ nix que loca fetida tegit/ est hypocrisis/ vel etiā frigus indeuotiōis/que pro certo hodie in mōtibꝰ. i. in altis hominibꝰ ecclīasticis ⁊ superioribus plusq̄ꝫ in vallibꝰ et inferioribꝰ abūdant. Uel dic ꝙ niues sunt diuitie/⁊ mundi prosperitas/que plus abundant in superbis ⁊ montosis/ q̄ꝫ in vallibus. i. in humilibus virtuosis. Ualles abūdabūt frumēto. supple nō niue. ¶ Niues ſm Senecā lib. j. de na- 8
turalibus questionibꝰ/⁊ scdm librū nature rerum/ si sub terra paleis fuerint cooperte/seruātur indissolute per annum. Unde in oriente seruant eas pro vino in estate refrigerādo/ ⁊ pro infirmoꝝ aere tēperando. refrigerat eni valde. Unde si quis mēbrū aliqd niue fricauerit/ licet ad horā frigus intolerabile patiatur: mox tamē calore tēperatissimo refouetur. Per niuem potest intelligi timor dei/qui scꝫ candorem innocētie secum portat: quia per timorē dñi declinat oīs a malo: sicut dicitꝛ Prouer. xv. qd est propriū innocentie. Iste igitur optime custoditꝛ/si in palea. i. in humilitate et cōsideratione nostre vilis fragilitatis sub terra. i. sub memoria nostre mortis et terreitatis sagaciter teneatꝛ. Uiri eni orientales. i. scti/niuē diuini timoris seruabāt/⁊ cū ea in feruore et estate tentationis aerem cōsciētie tēperabāt/⁊ a vino deliciarū ꝯsciētie calorē/cōcupiscētie excludebāt. Cōstat eni ꝙ tētationis igne nō cōburitꝛ/qui hac niue tēperatꝛ. Ista etiā niue qui refrigeratus fuerit/ mox calore charitatis refouebitur et ardebit. Uel dic ꝙ niues sūt diuitie: quas auari indissolubiles seruāt: vt eis in estate p̄sentis vite refrigerētur et delectentꝛ: que tamē eos fortius calefaciūt et inflāmant. Uel dic ꝙ nix est penitētia ⁊ tribulatio: q̄ si ad horā frigore mēbra ledant: ipsa tamen in paradiso finaliter refouent et delectant: quia sicut dicitur Thobie. iij. Post tempestatem tranquillū facis. ¶ Nix durata minꝰ sentitur frigida q̄ꝫ re- 9
cēs ⁊ nouiter dissoluta. Sic tribulatio assueta minus ledit q̄ꝫ insolita vel nouella. Seneca. Nihil miserum/qd in naturam consuetudo perduxit.

Capitulum. xxvj. de nebula.

1 Nebula ſm Aristotelē ex resolutione nubis generatur/et ſm Isidorū nubilum et nebula a nubendo. i. ab operiendo ⁊ obscurando dicuntur/ eo ꝙ ipsis aeris superficies operitur. ¶ Nebu- 2
la (et maxime si corrupta fuerit) multipliciter est lesiua: quia tunc florum et vinearū est corruptiua/infirmitatum in aīalibus est causatiua. Latronibꝰ etiā est amica: quia insidiarum suarum est occultatiua. Itinerātium ⁊ peregrinātium est retardatiua / et vie ipsorum absconsiua. Solis et stellarum luminis interceptiua: et ita nauigantibus nociua: quia quādo (ſm Bedā) nebula superficiē maris cōtegit: tunc ꝓpter obscuritatē maris gubernator quo debeat nauem ducere nō cognoscit: ⁊ ideo sepe submergitꝛ huius causa. Sic nebula ignorātie ⁊ peccati/vel etiā ꝓsperitatis mūdane/quādo in aere conscientie est diffusa: ⁊ maxime si per desperationem vel cōsuetudinem sit corrupta: tunc ipsi anime multū nocet: quia vineas virtutū/et flores affectionū dissipat/īfirmitatesq̄ꝫ diuersorū pctōꝝ generat/ et ipsis latronibꝰ. i. demonibꝰ est amica: qꝛ insidias suas ⁊ tētatiōes suas palliat et occultat. Itinerātiū etiā ⁊ a mūdi peregrinatione ad celi patriā tendentiū est īpeditiua/⁊ vie veritatis ab eis abscōsiua/⁊ lumē doctrine et grē/qd a sole ⁊ stellis. i. a Christo et sanctis nobis mittitꝛ/ intercipit: ⁊ sic nauigātibus per mare huiꝰ mūdi/mortis periculū inducit: qꝛ dū aer cōscientie a tali nebula occupatꝰ fuerit/gubernator nauis anime/scilꝫ ratio/quo nauē suā dirigat/nescit: et sic homini inest illa dies de qua dr Sopho. j. Dies tenebrarum ⁊ caliginis/dies nebule et turbinis. Uel p nebulā que claritatē diei obnubilat/sacra scriptura intelligitꝛ: ī qua ipe sol deꝰ sub figurarū nebula continetꝛ. Iob. xxvj. Tenet vultum solij sui/et expādit sup illud nebulā suam. Uel nebula humilitatē denotat/que aerē cōsciētie obnubilat/et solē et stellas. i. virtutes in viris pfectis occultat/ et pluuiam gratie generat atq̄ꝫ parit. Et sic iustus est (sicut dicitꝛ Eccli. l.) quasi stella matutina in medio nebule/⁊ quasi luna plena. Uel dic ꝙ nebula est vita humana/ q̄ ita est fragilis et vana/ꝙ modico ardore tribulationis dissoluitꝛ ⁊c. Sapien. ij. Transiet vita nostra/et sicut nebula dissoluetur. Uel dic ꝙ nebula significat peccata venialia / que faciliter dissi-

panꝫ: ⁊ tamē ſolis.i.mentis claritatē obfuſcāt. Iter etiā ſa-
lutis impediūt / ⁊ latronibus.i.perſonis leuibꝰ ſunt amica.
Quādoq̄ʒ etiā ꝑ ꝯdenſationē ⁊ multiplicationē in nubes.i.
in magna ⁊ mortalia crimina ꝯuertunꝫ / niſi forte radijs ſo
lis.i.motu diuine grē deleanꝫ. Eſa.xliiij. Deleui vt nubem
iniqtates tuas: ⁊ quaſi nebulā pctā tua. Uel nebule ſunt va
ni pctōres ſine cōſtātia ⁊ virtute / qui.ij. Pe.ij. dicunꝫ nebu
3 le turbinibꝰ agitate. ¶ Itē nebula a radijs ſolis attracta /
ſi directe ſurſum meat / in nubes cōuertitur / ⁊ pluuiā ſigni-
ficat affuturā. Si autē a radijs ſolis repcuſſa fuerit: tunc in
ſeipſam redit / ⁊ euaneſcit: ⁊ ſic ſerenitatē aeris denūciat ⁊
preſagit. Sic vere mūdi ꝓſperitas q̄ more nebule eſt fragi
lis atq̄ʒ vana / ſi aſcēderit ⁊ abūdauerit: ſignū eſt pluuie ⁊ tri
bulatiōis eterne. Ecōtra vero ſi a ſole iuſtitie deo deſtructa
fuerit: ⁊ tribulationibꝰ repcuſſa / ſignū eſt future ſerenitatis
⁊ glīe ſempiterne. vñ Ambro. dt. Cōtinuꝰ ſucceſſus tpaliū
eterne dānationis eſt indiciū. Et nota ſi vis ꝙ nebula mū-
dane ꝓſperitatis facit mala oīa ſupradicta.ij.§.ꝓcedenti.
4 ¶ Nebula eſt impſſio de reſolutiōe nubiū generata: q̄ quā-
to terre eſt vicinior / tāto ſpiſſior / obſcurior / ⁊ frigidior iueni
tur: quāto aūt magis ſuperiꝰ eleuaꝫ / tanto magis eſt ſoli ꝑ-
uia / et minꝰ frigida ⁊ obſcura. Nubes ſunt aīe / ex qbꝰ ema
nat nebula affectionū: q̄ ſi terre.i.terrenis ꝓpinque fuerit ꝑ
amorē: tūc ſunt obſcure ꝑ ignorantiā / ⁊ frigide ꝑ indeuotio
nē. Sed ſi nebule affectionū ad celū ⁊ celeſtia fuerit eleua-
te ꝑ cōtēplationē: tūc radio ſolari.i.diuine ꝯtēplationi ſunt
perule: ⁊ a frigore indeuotiōis ⁊ obſcuritate ignorātie tota-
liter ſunt immunes. vñ Eccli.xliij. Aperti ſunt theſauri: et
euolauerunt nebule quaſi aues. Uide de ſuperbia.

Capitulum.xxvij. de fulmine.

1 Fulmen ſm Iſidorū ictus celeſtis iaculi nūcu-
paꝫ. Unde ꝓut dicit / fulgurare idē eſt ꝙ ferire.
Fulgur ergo ⁊ fulmē multotiēs ꝓ eodē ſumunꝫ
q̄ʒuis iter ſe differāt: ſicut inferiꝰ apparebit. Et
ergo fulmē ſm Iſidoꝝ generaꝫ ex vapore groſ-
ſo / ⁊ in cōcauitate nubis vehemētiſſime inflāmato / q̇ colli-
ſione ⁊ attritu nubiū interioꝝ impelliꝫ: et quaſi lapis igneꝰ
ꝑ motꝰ violētiā inferiꝰ deriuaꝫ: ⁊ ideo ictꝰ celeſtis iaculi ab
iſidoro nūcupaꝫ. Unde fulmina colliſa / ad modū lāpadum
fulgida ꝑ aerē diſcurrere diſcernunꝫ. Et qꝛ ſm Iſidorū de
ſubtilioribꝰ elementoꝝ partibꝰ cōponiꝫ: ideo ꝑmaxime eſt
virtutis. Et qꝛ in deſcēſu ſuo incēdiꝫ ⁊ videꝫ: ideo dꝛ fulgur
Penetrat ⁊ ſcindit: ideo diciꝫ fulmē: ⁊ nihil corpale ei reſi-
ſtit. Uapores iſti ſunt demones / q̇ in ꝯcauitate nubis para
diſi ꝑ ſupbiā ⁊ inuidiā inflāmati / ex colliſiōe ⁊ repugnatiōe
nubiū interioꝝ.i.dei ⁊ angeloꝝ inferius ſunt ipulſi: et ignei
per ſeuitiā ⁊ malitiā ⁊ crudelitatē ſūt facti: et ſicut lāpades
fulgētes.i.ſicut creature dei ſciētiſſime et ſagaciſſime i iſto
caliginoſo aere ſunt detruſi / ſcilʒ circa hoīes ad eoꝝ exerci
tiū habitātes. Ideo iproperaꝫ lucifero Eze.xxviij. Poſuite
in mōte ſancto dei / in medio lapidū ignitorū.⁊c̄. Iſtud ful-
mē eſt maxīe virtutꝭ: qꝛ ſicut dꝛ Iob.xlj. Nō eſt poteſtas ſu-
per terrā.⁊ Abac.j. Fortē vt corriperes fūdaſti ⁊c̄. Et ideo
nihil ei pōt de ſe reſiſtere: quin penetret ꝑ iſpirationē. Uel
dic ꝙ qñ in nube religionis vel ſocietatis vel ecclīe inflā-
manꝫ aliqui mali vapores.i.aliqui mali ſubditi ꝑ inuidiā ⁊
liuorē / attritu et colliſione nubiū ⁊ ventoꝝ.i.impugnatione
aliorū bonoꝝ prelatoꝝ et ſocioꝝ debēt exterius ipelli: ⁊ de
alioꝝ cōſortio relegari. Prouer.xxij. Eijce deriſorē: ⁊ exibit
cū eo iurgiū / ceſſabūtq̄ʒ rixe ⁊ ꝯtumelie. Uel dic ꝙ illi mali
vapores q̇ de nube.i.qui de patria bāniunꝫ ⁊ impellunꝫ / in
fulmē.i.in crudeles ⁊ homicidas conuertunꝫ / q̇bꝰ alij mul
2 tipliciter moleſtanꝫ.⁊c̄. ¶ Scdm Pli. Aliqua ſunt genera
fulgurū q̄ ſunt humida / q̄ nō vrūt nec diſſipāt: ſed infuſcāt.
Alia ſicut ſicca ⁊ calida / q̄ cōburunt ⁊ diſſipāt: et inflāmāt.
Sic in mūdo ſunt diuerſa gña hoim pctōꝝ. Sūt eñ ibi hu
midi luxurioſi / q̇ licet nō vrāt ꝑ rapinas ⁊ excoriationes: tñ
ipſi infuſcāt et maculāt cōtigētes ꝑ luxurie fetiditatē. Sed
illi q̇ ſunt ſicci ꝑ indeuotionē / calidi ꝑ auaritie ardorē / ſcilʒ
vſurarij ⁊ auari / iſti dico licet nō infuſcēt ꝑ luxuriā: tñ pau-
peres circūſtātes vrūt ⁊ diſſipāt ꝑ auaritiā et ardorē. Ante
faciem eiꝰ ignis vorans: ⁊ poſt ipm exurēs flāma Iohel.ij.
3 ¶ Scdm Pli.li.ij.c.liij. Eſt q̇ddā genꝰ fulminis qꝺ pecu-
niā nō leſis ſacculis liq̄facit: ⁊ vinū nō leſis dolijs adnihi-
lat ⁊ cōſumit. Sic detractores ſaccū ⁊ dolia.i.ipa facta ex-
teriora leuia ꝑmittūt intacta / licʒ aliq̄liter ſint cōſumptiua
⁊ rephenſiua. Sed ipam pecuniā interiorē ⁊ vinū.i.interio-
rē hoim intētionē ſiniſtre iterpretādo liq̄faciūt ⁊ cōſumūt. 4
⁊c̄. Allega. ¶ Fulmē licet ſit clarū et rubicūdū: tñ ſūme eſt
periculoſum: qꝛ intuētes excecat / tāgētes penetrat / loco vel
monaſterio nō parcit: imo ſup cāpanilia ⁊ loca alta cadere
ſepius cōſueuit: ⁊ cū aliqꝺ corpꝰ tāgit / exinde fetor peſſimꝰ
exit. Et eſt quoddā genꝰ fulguris ſm Pli. qꝺ vinū intra do
lia ⁊ pecuniā intra ſaccos liquefacit ⁊ cōſumit: ſaccis ⁊ do-
lijs nunq̄ʒ leſis. Fulmē eſt mulier ornata / q̄ clara ⁊ rubicun
da diciꝫ ꝓpter eiꝰ pulchritudinē corporalē: intuētes tñ exce
cat ꝓpter pctm̄. Iudith.xvj. Sādalia eiꝰ rapuerūt oculos
eius.⁊c̄. Tāgētes etiā ꝑ tentationē penetrat: qꝛ (Eccli.ix.)
Eloquiū eiꝰ quaſi ignis exardeſcit. Perſonis eccl̄iaſticis
nec laicis ꝑcit. iſta vina ⁊ pecuniā exhaurit / ⁊ ſolū ſaccos ⁊ 5
dolia derelinq̇t: ⁊ aurū fatuoꝝ ſecū tollit. ¶ Triplex genus
ignee ipreſſiōis nobis a nubibꝰ deriuaꝫ / ſcʒ coruſcatio / ful-
gur / ⁊ fulmē / q̄ multū inter ſe differūt ⁊ qualitatibꝰ ⁊ vtute.
Coruſcatio eñ nō maculat neq̄ʒ ledit: ſed aerē illuminat ⁊
illuſtrat: nec ad terrā deſcēdit: ſed i aere euaporat. Fulgur
eſt impſſio groſſior / que ad terrā deſcēdit / et herbas molles
penetrat ⁊ cōburit. Sed fulmē eſt vapor ignitꝰ groſſus cō-
pactus ⁊ ſolidus / impetuoſe cadēs / findēs et vrens ⁊ diſſi-
pās quicq̇d tāgit / cui reſiſtere nihil corporale pōt / coruſca-
tione ⁊ fulgure ꝑſtātius in vtute. ⁊ ideo ſm Iſidoꝝ fulgura
re idē eſt ꝙ ferire. Sup loca autē alta faciliꝰ cadit: ſed in lo
cis humilibꝰ nō deſcendit. In hyeme vel in eſtate vix aut
nunq̄ʒ deſcēdere cōſueuit: qꝛ in hyeme nō eſt calor q̄ vapo-
res inflāmet: et in eſtate non eſt vapor qui a caloribus va-
leat inflāmari: ſed in autūni p̄ncipio ⁊ fine veris vbi eſt ſuf-
ficiens vapor inflāmādus / ⁊ calor inflāmās / crebrius deſcē-
dere cōſueuit. Iſte ignis ſignificat dei iuſtitiā ⁊ rigorē / tri-
bulationē etiā ⁊ dolorē / que in triplici differētia pōt eſſe: qꝛ
eſt ibi coruſcatio / ⁊ hec eſt tribulatio mundi / fulgur autē eſt
tribulatio q̄ poſt immitteꝫ i purgatorio: ſed fulmē eſt tribu
latio q̄ in die iudicij dānatis in inferis immitteꝫ. Sed vere
coruſcatio.i.tribulatio mūdi huiꝰ nihil ledit / nec maculat /
reſpectu ſcʒ alioꝝ. Ideo ab aplo.ij. ad Corin.iiij. vocaꝫ mo
mētaneū ⁊ leue tribulatiōis qꝺ nūc eſt: qꝺ eternū tñ glīe pō
dus opabiꝫ i nobis. Et ideo bñ dꝛ ꝙ coruſcatio illuminat:
qꝛ tribulatio lumē btitudinis ⁊ ſapiētie adminiſtrat. Eſaie
xxviij. Uexatio dat intellectū. In aere etiā et in vita p̄ſenti
deficit ⁊ euaporat / nec ad terrā.i.ad ſtatū poſt mortē perue
nit vel deſcēdit. Fulgur aūt.i.pena purgatorij ad terrā de-
ſcēdit: qꝛ ſubtꝰ terrā efficiꝫ: ⁊ qñ corpora ſunt ſub terra. ⁊ eſt
multo fortius ⁊ ardētius q̄ʒ coruſcatio: qꝛ herbas molles.i.
peccatores cum mollitie gratie deſcendentes vrit ⁊ affligit
et afficit. Sed fulmē eſt pena eterna / que in die iudicij pec-
catoribꝰ ab iſta nube fulgida. Chriſto terribili iudice infli-
geꝫ. Et hec ſine dubio coruſcationē ⁊ fulgur excedit: qꝛ nul-
la pena tēporalis pōt ei cōparari. Hic eſt eñ vapor igneꝰ.
ad litterā eñ erit ignis groſſus ꝑ obſcuritatē / cōpactus ꝑ
multitudinē / ſolidus ꝑ inextinguibilitatē ⁊ durationis rigi
ditatē: ⁊ ideo dānatos quos tāget / vret / findet ⁊ affliget. qꝺ
dꝛ Sap.xvj. Fructꝰ inimicoꝝ exterminabat ignis ardēs: i
grandine et pluuia coruſcans. Diciꝫ fulmē intrare terrā: qꝛ
pena eterna poſtq̄ʒ corporaliter ſub terra fuerit / in terre me
dio infligeꝫ. Nec ei aliq̇d corpale reſiſtit: qꝛ miſeri pctōres
ex quo adiutorio diuine grē priuabunꝫ: cōtra huiꝰ fulminis
ipetū nullū adiutorē ꝯſequenꝫ. Ideo q̄rebat Eſaias.xxxiij.
Quis habitabit ex vobis cū igne deuorāte / cū ardoribꝰ ſē-
piternis: q̄ſi dicat: nullꝰ. iō Iob.ix. Deꝰ cuiꝰ ire nemo reſiſte
re pōt. Immo fulgur etiā cadit ſup loca alta: qꝛ eterna tri-
bulatio altos diuites ⁊ ſupbos / et nō valles.i.iuſtos et hūi-
les cruciabit: qꝛ a facie eiꝰ cruciabunꝫ populi / oēs vultꝰ re-
digenꝫ in ollā. Iohel.ij. In eſtate autē vel in hyeme forti.i.
in illis qui fortiter ardēt ꝑ amorē / vel fortiter algent ꝑ timo 6
rem / nō generabiꝫ iſtud fulmen. ⁊c̄. Uide infra.§.ſequenti.
¶ Fulmina ſm Plini. in eſtate calida / vel in hyeme mul-
tum frigida nunq̄ʒ ſolēt generari: et ratio eſt: quia in eſtate
non abundant vapores qui valeant inflammari / et ex qui-
bus fulmen poſſit fieri. Et in hyeme licet multi ſint vapo-
res / tamē non eſt calor tantus ꝙ poſſint in naturam fulmi-

nis cōmutari. Sed ex causa cōtraria in fine veris ⁊ in principio autumni/ vbi ⁊ calor ⁊ vapores abūdāt/ fulgura multiplicanẜ. Fulminibꝰ etiā inest calor tātus ꝙ aerem igniūt ⁊ inflāmant: ⁊ quecūqꝫ tāgūt/ dissipant ⁊ cōburūt. Estas significat hoīes ꝑfectos ꝓpt̄ fructꝰ et flores diuersarū ꝟtutū ⁊ propter estum feruētissime charitatis. Hyems autē significat hoīes humiles ⁊ depressos: ꝓpter pluuias et vētos tribulationū/ et ꝓpt̄ frigꝰ timoris diuini/ quo arctanẜ. Fulmē autē significat tētationem vel etiam pctm̄ mortale/ ex quo aīa comburiẜ in presenti ꝑ culpā/ ⁊ finaliter ꝑ gehēnā. Fulmen igiẜ non fit in estate: quia fulmē violēte tentationis in viris ꝑfectis et contēplatiuis nunqꝫ cadere cōsueuit: q2 ibi est tātus estus charitatis ꝙ nunqꝫ possunt ibi vapores malarum affectionū et cogitationū imprimi vel oriri: ex quibꝰ tentationis fulmina orianẜ: q2 calor iste vapores huiusmodi adnihilat ⁊ absorbet. charitas em̄ oīa sustinet: sicut dicitur. j. ad Corin. xiij. In hyeme autē. i. in viris humilibus ⁊ tribulatis/ licet insurgāt multi vapores affectionū ⁊ cogitationū: tamē q2 ibi viget frigus timoris diuini: ⁊ deest calor cōcupiscētie ⁊ voluptatis: ideo affectiones hm̄ōi ꝑ delectationē nō inflāmātur: nec exinde fulmē pctī mortalis efficitur vel causaẜ. Sed ꝓ certo in vere ⁊ in autūno. i. in mundanis tepidis ⁊ voluptuosis / qui nec dei amore accēduntur/ nec dei frigore vel dei timore premunẜ: sed vaporibus affectionum abundant/ et calore cupiditatis inflāmanẜ: in talibus dico tepidis fulmina tentationū efficiunẜ: que eos penetrāt per cogitationē/ inflāmant ꝑ delectationē/ cōburūt per cōsensum/ findunt ⁊ diuidūt ꝑ operationē. Ideo Apoc. iij. Utinā calidus esses aut frigidus: sꝫ q2 tepidꝰ es/ incipiā te euomere de ore meo. Et sicut fulgur cadit suꝑ loca alta: sic tētatio suꝑ multos ⁊c̄. Uide de luxuria. Ideo de diabolo pōt dici illd̄ ps. Fulmina mltiplicauit: et ꝯturbauit eos.

7 ¶ Uapor grossus et ꝯpactus nubes ascendēs/ quādoqꝫ ibi igniẜ/ ⁊ in fulmē cōuertitur: ⁊ sic ad terrā descēdit: ⁊ ab ipo oīa cōburūtur. Motus vero fulguris anfractuosus videẜ/ et hoc satis facit diuersitas materie de qua cōstat. Habet enī fulgur partes leues ⁊ igneas/ q̄bꝰ superiꝰ eleuaẜ: ⁊ partes graues et terreas/ quibꝰ ad terrā depꝛimiẜ: et ideo propter repugnātiā motuū diuersorū/ nō directe tendit ad terrā: sed ad modū falcis circulariter et anfractuose descēdit. Unde Seneca. lib. ij. de naturalibus questionibus dicit ꝙ iter fulminis obliquum est: q2 natura ignem sursum vocat: et iniuria deorsum premit. Ista possunt allegari cōtra multos ambitiosos: qui q̄uis sint vapores vani: cōpacti: rudes et ignari: tantū tn̄ faciūt ꝙ qn̄qꝫ sursum ad nubes. i. ad altitudinem dignitatū et officiorū ascēdunt: et alijs predominanẜ ⁊ p̄sunt. Sed dū sunt sursum/ statī in flāmā se ꝯuertūt: et ardore rapine ⁊ auaritie succensi: statim cōburere ⁊ inflāmare: rapere ⁊ impugnare volunt. Nam sicut fulgur lucet: ardet: discurrit: percutit: findit: vꝛit: et ꝫm Senecā fetorem sulphuris eius combustio secum gerit: sic tales lucent mala exempla dando: ardent aliena cupiendo: discurrūt subditis insidiando: percutiunt falso accusando et imponēdo: findūt vindicando ⁊ puniendo: vꝛūt rapiēdo ⁊ affligendo. Unde Eze. j. Animalia ibant ⁊ reuertebantur in similitudinē fulguris coruscantis. Sed quid ∴ pro certo isti quādo descēdunt inferius ad rapinā: non directe solent descendere: sed oblique: quia scilicet oblique. i. sub simulatione iustitie: et ꝑ varias impositiones ⁊ cauillationes rapiūt alienū. Si em̄ directe descēderēt/ et patenter irruerēt: non iudicis sed raptoris acquirerēt sibi nomē. Habēt tamē duos motꝰ ⁊ duas inclinationes/ duas etiā cōsideratiōes. vnā igneā/ aliā terream. vnā rectoris/ aliā raptoris. vnā iustitie/ aliam seuitie. Justitia em̄ que eis incūbit ex officio/ ipsos sursum erigit/ nec ad grauamē subditorū eos descēdere permittit. Auaritia vero ⁊ seuitia eos inferius trahit/ ⁊ ad nocēdum subditis eos impellit. Isti igiẜ oblique habēt descēdere/ vt istorū duorum contrariorū motuū possint discordiā concordare: vtqꝫ sub dissimulatiōe iustitie possint nequitiā perpetrare: ⁊ alios rapinis et exactionibꝰ inflāmare. Luce. x. Uidebam sathanā sicut fulgur de celo cadentē. Sed q̄d ∴ Pro certo oīs talium inflāmatio sulphureū habet fetorē: q2 scilꝫ fetor infamie generaẜ: quādo iniuste ꝑ istos patria rapinis et iniurijs inflāmaẜ. psal. Ignis/ sulphur ⁊ sp̄us procellarū pars calicis eorū. Uel generaliter ista possunt dici de hoīe rationali: qui qn̄ descēdit ad pctm̄/ duos generaliter habet motus: vnū scꝫ sp̄ussancti/ aliū carnis et delectationis: vnū conscientie que tendit sursum / aliū nequitie que depꝛimit deorsum: et sic igiẜ nō directe nec statim cōscientia cōscendit: īmo oblique et ꝑ interualla carne vel diabolo obtinēte intētionē / finaliter ad cōsensum descēdit. Matthei. xxiiij. Fulgur exit ab oriēte. i. a statu grē: ⁊ apparet in occidēte. i. in statu pctī. Uel dic ꝙ qn̄ fulgur diabolꝰ descēdit ad tētādū de aliquo pctō: nō directe tētat de eo: sed ꝑ indirectas et obliquas inductiōes. ⁊c̄. Allega sicut supra.

8 ¶ Fulmina fiunt in vere facilius q̄ alias: q2 tūc abūdat vapor/ qui fulminū materia debet esse: ⁊ sufficiens est in aere calor/ q̄ vaporem debet inflāmare. Et ꝫm Senecā ibidē: montiū cacumina sepiꝰ fulmine feriunẜ/ ꝓ eo ꝙ nubibꝰ opposita sunt: et de celo cadētibus ꝑ hec trāseundū est. Fulgur est diabolica tentatio/ vel eterne mortis dānatio. Uer vero est tēpus prosperitatis. Mōtes ꝟo statū significāt dignitatis. Q2 ꝓcul dubio in vere ⁊ in mōtibꝰ. i. in illis q̄ magis affluūt prosperitate/ et magis eminēt/ solet accidere fulgur tētationis ī p̄senti: ⁊ fulgur dānatiōis ī futuro. Et ratio est: nā q2 ꝓcul dubio in istis abūdat humor carnalitatis/ feruor cupiditatis/ eleuatio et tumor vanitatis/ ⁊ oppositio obstinate volūtatis (q̄ oīa nubibꝰ. i. deo ⁊ sctis opponunẜ) ideo de celo veniētibus ⁊ cadētibꝰ malis angelis ꝑ hos trāseūdū est/ supple vt morte ꝑpetua moriātur/ ⁊ dānatiōis ignibꝰ ꝯburanẜ. ita em̄ ꝑ mōtes. i. tumidos/ p̄sumptuosos ⁊ suꝑbos transiẜ/ q̄ deo ꝑ obstinationē opponunẜ/ ⁊ ꝯtra eū ꝑ suꝑbiā eleuanẜ. vt sic dicaẜ illd̄ Eze. vij. Prope est dies occisiōis/ et nō glīe mōtiū.

9 ¶ Fulgurū seu fulminū multa sunt genera/ sicut dicit Plinꝰ et Seneca vbi. s̄. Unū aūt inter cetera valde est mirabile: qd̄ vinū ī dolijs exhaurit/ aurū ī sacculis/ etiā ꝫm Pliniū/ intacto cereo sigillo. liquefacit gladiū in vagina/ ⁊ ferrū in dolabro dissolui facit: et tn̄ lignū/ vaginā/ saccū vel doliū nunqꝫ ledit. cuiꝰ rationē vt ait Guillermꝰ de cōchis/ nō est facile inuenire. Seneca tn̄ de naturalibꝰ questionibꝰ lib. ij. rationē assignat. Dicit em̄ ꝙ fulmē illud qn̄ impingit in aliqd̄ corpꝰ solidū/ necesse est ꝙ ꝑinde viā sibi querat: ⁊ ꝑ cōsequens ꝙ illud laniet/ aut dissoluat. Si vero corpꝰ rarū fuerit/ sicut est pānus vel lignū: tūc illius ignis subtilitas libere ꝑ mediū trāsit: et cū nō inueniat obicē/ ꝟtutē suā ꝯ eū nō ostendit. Istud em̄ genus nō habet cōburere/ sed inuisibiliter dissoluere/ vel frāgere. Unde etiā de quodā audiuiꝙ aurū in arca habēs post factū tonitruū in sacculo non inuenit/ aliquē qꝫ/ oīa intacta reperiēs/ furatū credidit: ⁊ tn̄ post tres dies illā pecuniā liquefactā subtus arcā ī quodā penu per duo solaria reperit. et inde est ꝙ Seneca dicit ꝙ fulgur violenta q̄ resistūt/ violētius dissipat: cedētia vero sine iniuria trāsit/ cū lapide ferroqꝫ ⁊ durissimis quibusqꝫ cōfligit: teneris autē et rarioribꝰ parcit ⁊c̄. Charissimi ꝑ fulgur intelligo Chꝛistū: q̄ etiā fulguri se cōparat in scriptura. Matth. xxiiij. Sicut fulgur exit ab oriēte: ita erit aduentꝰ filij hoīs. Huius ꝓcul dubio mirabilis est virtꝰ: ⁊ maxime cōtra materiā resistentē. i. cōtra p̄sumptuosos et ꝓteruos/ q̄ eiꝰ inspiratiōi ⁊ volūtati nolūt aliqualiter obedire. Tales em̄ dato ꝙ sint aurei ꝑ diuitias/ ferrei ꝑ duritias / vinei ꝑ delicias: ipos tamē solet qn̄qꝫ ꝑ infortunia destruere/ exhaurire/ ⁊ ad pauꝑtatē deducere/ ⁊ finaliter dissoluere: et ꝑ mortē corporis ⁊ aīe ipsos totaliter dissipare. Ista videnẜ quotidie ī religione/ vbi qn̄qꝫ sunt aliq̄ duri/ ferrei/ ⁊ incōpatiētes: et pre sanctitate sicut aurū p̄ma facie refulgētes/ alios contēnentes: ⁊ de suis viribꝰ p̄sumētes: ꝯ q̄s ꝓcul dubio fulgur diuine iustitie mittiẜ/ ⁊ ipos seipis relinq̄t: ⁊ sic mediāte igne tētationis dissoluūtur: et a sua p̄sumpta fortitudine deficiūt/ ⁊ cassanẜ. Uel fulmē tētationis fortis tales ꝑcutit: ⁊ q2 resistere p̄sumūt de suis viribꝰ confidētes/ nec tētationi cedūt/ nec occasionē fugiūt: ideo sepe fit ꝙ ipsos destruit et dissoluit: q̄bus tamē si cederēt/ et si ꝓpriā fragilitatē cogitarēt: ⁊ cū humilitate occasionē vitarent/ tentatio non noceret/ nec fulmē diabolicū ipsos grauaret: q2 dn̄s manū supponeret/ et eos adiuuaret. Ideo de suꝑbis diciẜ Judith. vj. Nō derelinquis presumētes de te: ⁊ presumētes de se/ ⁊ de sua virtute gloriantes humilias. Uel dic ꝙ tale fulmen est bonus prelatꝰ/ vel iudex: qui ꝓ certo ꝯtra fortes debet esse fortis/

et cõtra flexibiles ⁊ humiles debet esse flexibilis/humilis/ atqꝫ dulcis. Si eñ inueniat aliquẽ tyrãnum fortem ⁊ potẽtem/vel subditũ obstinatũ sua crimina excusantẽ/correctioni resistẽtẽ/⁊ obedire seu cedere nõ volẽtẽ/debet eũ destruere ⁊ eneruare: ⁊ cõtra tales vires suas ostẽdere: et in ipsorũ proteruiã debacchari: iuxta illð Sap.vj. Fortioribꝰ fortior instat cruciatio. Sed ꝓ certo quãdo inuenit nõ resistẽtem materiã sed cedẽtem.i.quãdo inuenit subditũ tenerum/humilem ⁊ benignũ/qui scꝫ defectꝰ suos nõ defendit: sed emẽdare ꝓmittit/ debet sibi parcere/ipm̃qꝫ sine lesione trãsire: et virtutẽ potentie sue cõtra talẽ non ostẽdere: sed cũ eo benigniter se habere. Jaco.iiij.⁊.j.Pet.v. Supbis resistit: humilibus autẽ dat grãm. Uel fulmẽ est sentẽtia iudicij futuri/que duros pctõres destruet: humilibus aũt parcet. Uel dic ꝙ fulmẽ significat vsurarios/q̃ pro certo mirabilis sunt nature: qꝛ scilꝫ isti sunt qui impceptibiliter bursas et arcas exhauriũt: et dimissis sacculis vacuis oĩa secũ tollunt. Aurum eñ ⁊ vinũ solent tollere: de arca autẽ seu dolio nõ curare. Qð etiam de mala muliere potest dici/q̃ in illis quos tangit ⁊ inuoluit/solet oĩa consumere/⁊ aurũ de arca/vinũ de dolijs exhaurire. Job.xxxj. Ignis est vsqꝫ ad fundamẽta deuorans. Uel dic ꝙ fulmẽ est diabolus/qui aurũ diuitie gratie inuisibiliter adnihilat/saccũ autẽ seu arcam corporis nõ detrũcat. Uel dic ꝙ talis est mors/que scꝫ solet vaginã ⁊ arcã ⁊ doliũ.i.corpus dimittere/et illud qð est intra/animã.s.secum ferre. Uel si vis dic ꝙ fulmẽ est verbũ dei/vel etiam radius ⁊ grã spũssancti/ qui reuera in aĩa consumit vinũ carnalis delectationis/ aurum sapiẽtie secularis seu amorẽ substãtie tẽporalis/ ⁊ gladiũ.i.spem potentie ⁊ fiducie mũdialis. Saccus tñ ⁊ vagina nõ leditur: qꝛ scꝫ ipsa aĩa ⁊ ipsius potẽtia nõ ledi/ sed potius liberari et euacuari propter hec cõprobant᷑. ¶ Scðm Senec.li.ij.de naturalibus questionibꝰ/tã de hoĩbus q̃ȝ ceteris aĩalibus illud annotandũ est: ꝙ qñ fulmine occisa sunt/caput spectat ad exitum fulminis/ oĩmqꝫ percussarũ arborũ hastilia contra fulmina surgũt. Et istiꝰ causam credo qꝛ fulmine subito trãseunte et exeunte/ ad partem illam/pre doloris rabie caput vertũt. quibꝰ statim expirãtibus/ in illa parte vbi versa fuerant capita obrigescũt. De arboribꝰ aũt fulmine percussis audiui a quodã credibili viro: ꝙ in quadã turre vbi fulmen ceciderat: de quolibet ligno quod tetigerat/ solũ resilierat quedã hastula seu gleba: vt recte ex industria videret᷑ illa ligna taliter exglebasse. Cuius eãdẽ rationẽ dimitto prouido lectori. Ista possunt allegari ꝯtra dãnatos peccatores/ qui cũ fulmine mortis eterne ꝑcussi fuerint/caput mẽtis et volũtatis in illa parte per obstinationẽ tenẽt/ad quã ipam cõuerterant cũ perirent. Necesse est eñ ꝙ mens in eo statu ꝑpetuo ꝑmaneat/i q̊ fulmẽ mortis ⁊ diuine sentẽtie hoĩem inuenit quẽ fulminat. non licet eñ post penitẽtiã agere: sed in eo statu ĩ quo homo inuẽtus fuerit/ipm̃ necesse est ꝑmanere: iuxta illud Eccli.xj. Ubicũqꝫ ceciderit lignũ/ ibi erit. Et ad ipm̃ fulmẽ qð eũ occidit/scꝫ ad mortẽ/dãnationẽ/vl̃ dei sententiã semꝑ ꝑ desperationẽ caput mẽtis cõuertere: et ꝑ remorsum cõsciẽtie ibidẽ animũ inclinare. Qð potissime verũ est de dãnatꝭ: q̃ absorpti penis nõ alið cogitãt/nec alio caput intẽtiõis ꝯuertũt/nisi ĩ fulgur eterne dãnatiõis/ quo se sentiũt iterisse. Uel ista possunt dici de oppssis/q̃ fulgur ꝑ qð sunt oppressi.i.tyrannũ ꝑ quẽ sunt vexati/semꝑ solent aspicere per rancorẽ et etiã odiũ/ et crudelitatẽ ipsius cogitare. Job.xxiiij. Anime vulneratoꝝ clamabũt. Uel dic ꝙ ille q̃ fulmine alicuꝰ tẽtationis ꝑ pctm̃ mortale interijt/ vultũ mẽtis debet semꝑ ad illð cõuertere/⁊ in pctõ preterito ne iterũ reincidat cogitare: qꝛ ẜm Senec.in Prouer.cautio est in reliquũ/lapsus anterior. Uel dic ꝙ fulgur est peccatũ luxurie/vel mala mulier/ que si aliquẽ illaqueauerit/ ⁊ spũaliter occiderit/necessario extunc ꝑ malã cõplacentiã ad eã caput vertit/⁊ irreuocabilit᷑ ad eã se deflectit. Cuiꝰ ẽ exẽplũ.iij.Esdre.iiij. vbi dicit sic. Uidebã inq̃t apemen cõcubinã regis sedentẽ iuxta regẽ ad dexterã/ ⁊ auferẽtẽ diadema de capite eiꝰ/⁊ imponentẽ sibi/ ⁊ palmis cedebat regem: et sup hoc rex apto ore intuebat᷑ eam/et si arriserit ei/ ridet ⁊c. Qꝛ breuiter talia fulgura.i.tales ornate mulieres ⁊ cõcubine: etiã ipsos reges.i.viros discretiores q̃ se ⁊ alios deberent scire regere/solẽt taliter decipere/ꝙ diadema diuitiarum et honorum solent eis auferre/⁊ sibi imponere: et ipsi nihilominus in eas solent pre nimio affectu stupidi ore aperto respicere/et irreuocabiliter residere. ¶ Dicit idem ibidem ꝙ fulmẽ percutiens animalia venenosa/venenum adimit ab eisdẽ. cuius certum est signũ: qꝛ cum aĩal venenosum mortuũ nõ vermescat/inuẽtum est ꝙ occisa a fulmine infra paucos dies vermescebãt/⁊ eorũ corpora vermibꝰ scatebant. Per fulmẽ possum intelligere mundanas tribulationes: quibꝰ boni quotidie fulminant᷑. Per venenosa vero aĩalia possum intelligere impios peccatores: quorũ verbis et exemplis alij venenãtur/ et qui venenũ peccati in se cõtinent/⁊ sectant᷑/qui procul dubio vermescere non solẽt: inquãtum se futuros vermes ⁊ putredinẽ nullatenus meditantur. Quid igit᷑? Procul dubio fulmen tẽporalis tribulationis talibus venenosis proficit/ipsosqꝫ tangẽs/venenum peccatoꝝ in eis consumit: et ipsos vermescere.i.seipsos vermes cognoscere facit: inquãtum scilꝫ ipsos ad sui et sue vilis conditionis considerationem inducit: qꝛ breuiter homo percussus fulmine tribulationũ/ad sui cognitionẽ reducit᷑: et se esse vermẽ et futurum cibum vermiũ meditatur. Unde.ij.Mach.ix. de antiocho dicit᷑ ꝙ in agnitionem sui ductus est/percussus a dño plaga. Dicãt igitur isti cum psal. Ego sum vermis/ ⁊ nõ homo: ⁊ abiectio plebis. Uel dic ꝙ venenosi pctõres/quos venenũ malitie non sinit vermescere.i.non ꝑmittit cogitare de morte: nec se futuros vermes esse: qñ eos fulmẽ mortis vel dãnationis percutiet: in ipsis illud venenũ.i. illam suam venenosam presumptionẽ consumet: et faciet vermescere eos ⁊ corrũpet. Corpus eñ eoꝝ rodetur vermibꝰ in sepulchro: et aĩa eorum affliget᷑ vermibus.i.cõsciẽtie stimulis in inferno. Figurati ĩ herode Act.xij. de quo dicit᷑ ꝙ consumptus a vermibus expirauit. qꝛ sicut dicitur Esa.xiiij. Detracta est ad inferos superbia tua. Subsequitur. Subter te sternet᷑ tinea: ⁊ operimentũ tuum erunt vermes. ¶ Seneca vbi supra volẽs probare ꝙ attritu nubium fiunt tonitrua/ignes/et fulmina/ dicit ꝙ mons ethna visus est aliquãdo magis solito flãmis abundare/et ingẽtem vim arene vrentis ꝑ aera effundere: ⁊ quasi noctẽ inducere/⁊ populos nocte subita deterrere: ⁊ tunc etiã plura fuisse fulmina et tonitrua/que constat facta esse cõcursu aridorum corporũ ⁊ non nubium: quas verisimile est in tãto ardore aeris tũc tẽporis nullas esse. Idem autẽ in eodẽ libro dicit ꝙ alique sunt insule/ que post diuturnum calorem late incẽdio ꝑuagãte/ ex se ignẽ concepere. Itẽ idem in eodẽ dicit ꝙ glans excussa fũda liquescit: et attritu aeris velut igne distillat. Ex quibus vult Seneca cõcludere ꝙ ex attritu nubiũ/ignis ⁊ fulmina generant᷑. Mons iste charissimi significat mũdum/ qui flãmas cõcupiscẽtie semper emittit/ ⁊ arenas diuitiarũ per auaritiã vrẽtium/beatulis suis effundit: ⁊ sic eis mediantibꝰ noctẽ ignorãtie circa eos inducit: et fulmina ⁊ tonitrua mortis eterne eis vltimo preparat/⁊ terrorẽ perpetuũ administrat. psal. Fulmina multiplicauit/⁊ ꝯturbauit eos. Multi eñ sunt qui ignẽ auaritie solẽt faciliter cõcipere/⁊ in aere mũdane ꝓsperitatis deficere et liquescere/ ⁊ a perfectione virtutũ totaliter defluere ⁊ cessare: vt sic de tali liquefactiõe/cõbustione/inflãmatione ⁊ ignorãtie obscuratiõe/dicat᷑ illud psal. Sicut cera que fluit auferent᷑. supcecidit ignis: ⁊ nõ viderunt solẽ. ¶ Teste eodem ibidẽ/in tẽpore sereno bene fiũt tonitrua ⁊ etiam coruscationes: fulmẽ tamẽ nunq̃ȝ. Serenũ (inquit) sine fulmine est: non habet istos motus aer purꝰ. Tẽpus serenũ est tẽpus status grẽ: sed pro certo in isto bene fiũt tonitrua fortiũ tentationũ: et etiã coruscationes pctõrũ venialiũ: nunq̃ȝ ꝟo fulmina mortaliũ peccatoꝝ. Aer eñ purus cõsciẽtie iustorum/fulmina vitiorũ mortaliũ nõ recipit: ⁊ serenitas gratie pctã criminalia nõ admittit. ¶ Fulguratio ⁊ fulmẽ eiusdẽ sunt materie: ⁊ nõ differũt ẜm Senec. ibidẽ/nisi ꝓut remissum ⁊ intẽsum. Unde dicit ꝙ fulguratio est ignis futurꝰ fulmẽ/si tñ habuisset viriũ. Fulguratio eñ ab eadẽ nube ꝓcedit qua fulmẽ: sed nõ habet tm̃ viriũ ꝙ cadat/ꝓpt᷑ raritatẽ materie/q̃ euaporat anteq̃ȝ cadat. Recte talis videt᷑ differẽtia inter venialia et mortalia. Ab eadẽ eñ nube.i.ab eadẽ mẽte possunt ꝓcedere: qꝛ tñ materia subiecta nõ est eadẽ: ideo solẽt diuersitatẽ habere. Fulguratio eñ venialiũ si incendat᷑/in fulmẽ pcti mortalis cõuertit᷑. si vero in sua ꝓprie-

10 11 12 13 14

tate ꝑmaneat/facile deficit ⁊ euaporat: ⁊ mortꝭ eterne peri
culum non operatᷣ. Est tamē fulguratio quedā fulminū ⁊ to
nitruoꝝ ꝑambula significatio et cōminatio: qꝛ ꝓcul dubio
sepe fit ꝙ precedētia ⁊ assuefactio venialiū/periculū minatᷣ
mortaliū: qꝛ aliqñ venialiū coruscatio siue fulguratio est to
nitrui fortis tētatiōis ⁊ fulminis mortalis opatiōis ītrodu
ctio ⁊ designatio. Eze. j. Hec erat visio discurrēs in medio
15 quattuor aīaliū. ¶ Itē Seneca ibidē dicit ꝙ nō est mirū si
nubes diuersas habeāt ptes: ⁊ si in aliq̄ sui parte sint humi
de/et pluuiā distillantes/in alia vero parte sicce/ ignem et
fulgura facientes. Et pone exemplū de ligno viridi: qđ ex
vna parte ardet: ⁊ ex alia stillat aquā. Sic vere est de mul
tis: qui videntᷣ habere in se conditiones varias ⁊ diuersas:
pro parte eñ sunt humidi et carnales/pro parte sicci et spi
rituales: et ideo fit vt simul quandoqꝫ ardeant charitate: ⁊
pluant carnalitate. Istud patꝫ de multis q̄ bñ volūt come
dere ⁊ bibere/et exteriora sollicite gubernare: et sic vidētur
virides esse/⁊ sicut molles ⁊ deliciosi aqua carnalitatꝭ ma
dere. Sed ꝓcul dubio cū hoc sepe fit ꝙ isti in alia parte ar
dent per charitatem: ⁊ reducti ad conscientiam/igne diui
ni amoris flāmescūt et rutilant per bonoꝝ operū claritatē:
tonitruum predicationis vel religionis emittūt per verbo
rum sonoritatem: ⁊ fulgure bonorū exemplorū alios accen
dunt ad bonorū omniū probitatē. Quia breuiter istud ve
rum est tā inter regulares q̄ꝫ īter seculares: ꝙ multi sunt q̄
per torporem ⁊ indeuotionem in vna sui parte. i. exterius in
aliquibus suis actibus vidētur humere: q̄ tamen inuisibi
liter in alia parte/scilicet in conscientia: in dei amore solēt
ardere: et per deuotionem calescere ⁊ feruere. Sapieñ. xvj.
Ignis in aqua valebat supra suā virtutem: et aqua extin
16 guentis nature obliuiscebatur. ¶ Seneca vbi supra volēs
probare ꝙ etiā maxima humiditas nubiū nō potest extin
guere illum maximū ignem superius accēsum: nec impe
dire quin exinde fulgura procreentur: adducit vnū exēplū
mirabile. Dicit enim ꝙ infra terrā et subtus aquas est im
mensa q̄ꝫtitas igniū eternorum: qui aliquādo non obstanti
bus aquis maris/in medijs fluctibus erūpunt. Unde nar
rat ꝙ tempore auorū suorum/in egeo mari/in loco vbi erāt
ducenti passus ꝓfunditatis aque: de ipsis ꝓfundis abyssi
flamma terribilis non continue sed intercise et per inter
ualla erupit: secūdū ꝙ pondus aquarum superiacēs/ignis
euincere potuit: que multitudinē rupiū et lapidū inuicem
cacuminatorū in ipso incendio secum traxit: quorum quos
dam in leuitatem pumicis conuersos esse apparuit. Nouis
sime autem cacumen cōbusti montis emicuit. Postea al
titudine adiectū et saxum illud in insule magnitudinē cre
uit. Uult ergo concludere seneca ꝙ si in tanto aquarū im
petu tantum ignis valuit: multo fortius in nubibus esse po
test: vt non obstāte humore nubium/ ibidem ignis ⁊ fulgu
ra generentᷣ. Ista possunt applicari ad generationem noue
insule. i. ecclesie. Per mare enī intelligo mundi amaras tri
bulationes. Per ignē vero intelligo charitatꝭ feruorē ⁊ san
cti spiritꝰ inflāmationes. Per lapides vero/deuotos ⁊ san
ctos viros ecclesie fundatores/⁊ eorū fortes/ firmas ⁊ lapi
deas cōditiones. Quid igitᷣ: procul dubio in principio tan
tus ignis feruoris charitatis: et tāta virtꝰ spūssancti in mū
do efferbuit/ꝙ mare profundissimum mūdanarum tribula
tionum ⁊ diabolice ꝑfidie ipm̄ impedire non potuit: immo
intercise et ꝑ diuersa interualla in ipsis medijs tribulatio
num fluctibꝰ fortius exarsit: intantū ꝙ lapides fundamēti/
scꝫ ipsos sanctos apl̄os ⁊ martyres/ ⁊ alios ecclesie funda
tores de ꝓfūdis diuine p̄destinatiōis eduxit: quoꝝ quosdā
velut fundamētales fecit: et sic alijs ⁊ alijs ꝑ fidē aggrega
tis/insulā eccl̄ie cōstituit ⁊ fūdauit. Ista ad lr̄am apparue
rūt ī ecclesia p̄mitiua/vbi tātꝰ erat ignis feruoris charitatꝭ
in martyribus/ ꝙ nulla aqua tormētoꝝ ipm̄ poterat extin
guere: quinīmo quāto maiores erant tribulationū fluctus/
solebāt amplius exardere: ⁊ quāto plus seuiebant tyranni/
tanto plures ad fidē solebāt currere/⁊ martyriū sustinere/⁊
in suo sanguine insulam ecclesie cōstituere ⁊ fundare. vnde
Sap̄. xvj. dicitᷣ. Qđ enim mirabile erat/ī aqua/q̄ oīa extin
guit/plꝰ ignis valebat. Uel ista possunt dici de inferno: vbi
sub aquis in profundo et centro mūdi est ignis inextingui
bilis et eternus/qui lapides. i. duros ⁊ obstinatos peccato
res ⁊ angelos malos cōcremat: ⁊ de ipsis in medio mari. i.
in profundo amaritudinū ⁊ dolorū inferni insulā constituit
atqꝫ format: vt sic illi insule infernali dicat dn̄s illđ Here.
lj. Dabo te in mōtē cōbustionis/et nō tolliēt ex te lapidem.
Uel ista possunt dici de bonis diuitibꝰ/qui sub aquis mun
dane ꝓsperitatis ignem cōtinent charitatis: qꝛ q̄ꝫuis exte
rius abundet ꝓsperitas: non tamen extinguit illā que inte
rius latet ignea charitas. Qđ etiā de aq̄s tētationū potest
dici: qꝛ breuiter in multis tātus est charitatis ignis/ ꝙ nec
aquis tribulationū/nec abūdantia consolationū/nec flucti
bus tētationū potest extingui: sed potius augmētari. Sap̄.
xvj. Ignis ardens in grādine ⁊ pluuia. Uel potest dici con
tra multos/qui ita sunt inflāmati cupiditate / ꝙ nulla vis
aque mundi diuitiarū eis sufficit: imo quanto plꝰ de aquis
maris. i. de bonis mundi habuerint/tanto flāma cupidita
tis fortior exardescit. Allega vt supra. §. precedēti. Ignis in
aqua valebat ⁊c̄. Uel dic ꝙ iste ignis est carnis cōcupiscen
tia/quā procul dubio nulla vis aque marine. i. nulla tribu
lationum vel paupertatū amaritudo potest extinguere: sed
ꝯtra oīa remedia iuito hoīe solet p̄ualere. Allega vt supra.
Uel dic ꝙ iste est ignis ire/rixe/ crudelitatꝭ ⁊ discordie/qui
quandoqꝫ in mari religionis vel ecclesie generatᷣ: ita ꝙ etiā
ipsum religionis mare contra naturam propriā quādoqꝫ ꝑ
discordiam concremari videtᷣ. Allega vt supra. ¶ Unū ad 17
huc supaddam ex Seneca: qui dicit ibidē/ꝙ antiqui credi
derūt fulgura a ioue mitti: sed hoc (vt ait) a prudentissimis
viris fictum est: ad coercēdos animos imperitorū/ quibus
innocentia nisi metu nō placet: vt scilꝫ supra se aliq̄d time
rent/cōtra qđ nemo sibi satis potens videretᷣ. Et istud etiā
de fulmine diuine iustitie potest dici/ que supra capita nr̄a
eminet/⁊ timeri merito a quibusuis quātūcunqꝫ fatuis pos
sit. Here. x. Quis nō timebit te o rex gētium? ¶ Dicit ad 18
huc idē Seneca ꝙ cū diuersa sint fulminū genera/diuersi
mode significātia: quia (prout dicit) aliqua significant ho
mini prospera/aliqua aduersa/aliqua mittebantur vt iuua
rent/aliqua vt interficerent et nocerent: circa hec mira fuit
fictio sapientū. dixerunt eñ ꝙ iupiter fulmina leta et ꝓspe
ra solus sine consilio mittebat: si vero fulmina sinistra ⁊ ad
uersa significātia volebat mittere: tunc oēs deos ad consi
lium inuocabat. In quo notari voluerūt (prout ait) ꝙ iupi
ter. i. quicūqꝫ prelatus/ rex vel princeps/ ad benefaciēdum
vel ad fulmē prosperum mittendū/non debet diu delibera
re/nec aliorum consiliū expectare: imo debet hoc per se fa
cere ⁊ implere. Sed ꝓcul dubio quotiens velit aliquē ꝑcu
tere vl̄ punire/ nō debet tūc inniti prudētie sue: sed deos. i.
prudētes viros ad ꝯsiliū vocare/ ⁊ cū eis ex deliberatiōe/⁊
cū cōsilio oīa executioni mādare. vñ dicit idē Senec. ibidē.
Discāt ij q̄ inter hoīes magnā potentiā adepti sunt/sine cō
silio ne fulmē q̄dē mitti. Aduocēt/ cōsiderent/ multoꝝ sen
tentijs nocitura tēperēt: ⁊ hoc sibi ꝓponāt: vbi aliq̄d ꝑcuti
debeat: ne ioui quidem suū satis esse consiliū. Ac si diceret
ꝙ nullus est satis sapiēs ad alios puniendū: imo vbi q̄s pu
nitur vel percutitᷣ: semꝑ est cū prudentū cōsilio ꝓcedēdum.
Eccli. xxxij. Fili sine ꝯsilio nihil facias. hec Seneca de na
turalibꝰ questionibꝰ lib. ij. ¶ Ex libro vero de natura rerū 19
excerpit Uincētiꝰ ꝙ hoīem quē tāgit fulgur/nō semꝑ occi
dit: alia ꝟo aīalia semꝑ: hūc honorem (vt ait) natura hoī tri
buente. Cui addo ꝙ in multis fauet natura hoī plusq̄ꝫ ani
mātibꝰ cetērꝭ. Uulnera eñ hoīs occisi ad p̄sentiā occisoris
dicuntᷣ sanguinē emittere ƀm Aristo. in problematibꝰ. Gla
dius quo hō occisus est: dicitᷣ nūq̄ꝫ amplíꝰ rectꝰ esse. Homo
etiā submersus ƀꝫ solinū si vir est/supinꝰ/ femina ꝓna ꝯper
ti sunt fluctuare: ⁊ etiā tali modo dicūtur de mr̄is vtero ꝑ
meare. Et qđ oīm mirabilíꝰ est/de facto q̊tidie ꝯperitᷣ si cor
pus submersi vbi sit ī aqua nesciatᷣ/⁊ scutū militꝭ de genere
antiquo ⁊ naturali/in aqua ꝓijciatᷣ/ vndiqꝫ circuit quousqꝫ
supra locū vbi est mortuꝰ veniat/vbi se sistit. Ista possunt
applicari ꝙ homo homini debet honorē īpēdere/quē videt
naturā et in his ⁊ silibus honorare: ⁊ maxime qñ cōsiderat
ꝙ homo intellectu sicut angelus dotatur: ⁊ ꝙ statura corpo
ris sui ex speciali priuilegio sursum erigitᷣ et leuatur: ⁊ ꝙ in
suꝑ ab ipso dei filio taliter adamatᷣ / ꝙ sibi spretis angelis
coniungitur ⁊ vnitur: et ꝙ post oīa pro homine redimēdo/
ipse dei filius morti traditur: ⁊ sanguis ipsius dispensatur.

Hec eñ cõsiderãs homo debet nature humane ⁊ in se ⁊ in alijs honorẽ ĩpẽdere/alios honorare ⁊ diligere:⁊ se etiã tm̃ reputare/ꝙ seruituti peccatorũ non se debet faciliter subiugare.j.ad Corin.vj. Empti estis precio magno:nolite fieri serui. et tamẽ de multis dicit̃ in psal. ꝙ homo cũ in honore esset/nõ intellexit: cõparatus est iumentis insipientibus/⁊ similis factus est illis. Uel si vis expone oĩa particulatim aliter: et dic ꝙ fulgur occidẽs semꝑ aĩalia/non hominẽ/est tentatio diabolica: que pro certo homines.i.ꝑsonas rationabiles non semꝑ solet occidere:q2 scʒ ipsi sciunt vel resistere/vel occasiones fugere/ vel alias suis periculis obuiare. Sed ꝓ certo bestias.i.brutaliter ⁊ bestialiter viuẽtes: ⁊ eiꝰ impetui resistere nesciẽtes/quotiẽs ꝑcutit/occidit: et q̃tiẽs tẽtat/ad pctm̃ mortale ꝑducit. Uñ diabolꝰ dr̃.Eze.xxxviij. Cõmouebuntur a facie mea volucres celi/pisces maris/⁊ bestie terre. De hoĩe ṽo occiso/q̇ in p̄sentia occisoris sanguinẽ emittit:et gladio occisiõs/q̇ nũq̃ʒ ãpliꝰ rectꝰ existit/ potes dicere ꝙ in h̄ videt̃ deꝰ ⁊ natura abhorrere homicidiũ/ et homicidã prodere: vt penã debeat sustinere: iuxta illud decretũ diuinũ Geñ.ix. Quicũq̃ʒ humanũ fuderit sanguinem:fundet̃ sanguis illius. Uel potest dici de Christo a nobis occasionaliter occiso: cuius vulnera in nostris cordibꝰ semꝑ sanguinẽ stillare debent: vt nos ad compassionẽ moueant et accendant. Geñ.iiij. Uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra Reliqua vero de scuto expone sic ꝙ homo submersus/est Adam cum humano genere. Iste enim in vitijs fuit submersus/⁊ in profundo inferni cõditus/quẽ inuenire volẽs Christꝰ ⁊ extrahere: accepit scutum crucis que ad litterã fuit ad modum scuti/scilʒ sursum lata/ ⁊ inferius stricta:et sic isto scuto mediante humanũ genus mortuum inuentũ est:et extractum de ꝓfundo inferni ⁊ liberatum.psal. Scuto circũdabit te veritas eius/non timebis a timore nocturno. Uel dic ꝙ scutum militis Christi est patientia/que triangularis debet esse: q2 scilʒ patientia se habet ad iniuriarũ prolationẽ/ ad penarum illationẽ/ad rerũ sublationem. Scutum ergo patiẽtie Christi.i.exempla de Christi patientia ⁊ passione si debite adhibeant̃ a sacerdote/summe valẽt ad hoc ꝙ cadauer peccati mortalis de ꝓfundo cõscientie extrahat̃. Uel dic ꝙ scutum est penitẽtia/ que triangularis debet esse: pro eo ꝙ cõstat ex cõtritione/ confessione/⁊ satisfactione. Ista est ergo que mortuũ.i.diabolũ vl' pctm̃ in ꝓfundo cõscientie ꝑdit ⁊ inuenit:⁊ ipm̃ inde extrahit et expellit. Expone aliter si potes. Alia vero de

20 erectione statue habes alibi. ¶ Sicut dicit liber rerũ/ ille a fulmine non percutit̃/qui coruscationem primo viderit vel tonitruum audierit. Sic vere illi fulmine mortis eterne non feriunt̃/ qui coruscationem ⁊ cõminationem ipsius primo bene viderint et aspexerint/ ⁊ qui tonitruũ terroris ipsiꝰ bene audierint ⁊ perceperint:q2 pro certo si ista bene videntur ⁊ attẽduntur/ictus eorum precauet̃:nec incurritur aut sentitur:iuxta illđ Naũ.iij. Omnis qui viderit te:resiliet a

21 te. ¶ Item ibidẽ dicit̃ ꝙ fulminatorum vulnera frigidiora sunt reliquo corpore. Locus vulneris peccati est cor.quando vero homo per peccatũ fulminat̃ et interimit̃/ipm̃ vulnus/vel ipse locꝰ vulneratus/scʒ cor/per indeuotionẽ infrigidatur:vbi tamẽ corpus calore cõcupiscentie non priuat̃. Uel dic ꝙ in corpore ecclesie ille partes.i.ille persone q̄ per peccatũ mortale sunt a diabolo fulminate/sunt ceteris ad

22 bonũ frigidiores/⁊ indeuotionis teporibꝰ pleniores. ¶ Secũdum Senec. quãdoq̃ʒ fiunt tonitrua sine fulmine:immo etiam sine coruscatione. Et rationẽ reddit:q2 inquit imbecillis spũs qui in ignem nõ valuit/in sonum valuit. Sic vere de multis est/qui nõ habent opera vl' exempla:sed bene habẽt tonitrua seu verba. Sunt eñ sicut spũs imbecilles/ qui in ignem.i.in bonorum exemplorũ et operum claritatẽ non sunt valentes: et ideo in sonum verborꝝ sunt potentes: quia illi quãdoq̃ʒ qui minus bene operant̃/celsius predicãt et loquũtur:⁊ etiam illi qui facta possunt minora:verba habẽt sepissime latiora. Istud potissime patet de iactatoribꝰ qui in omni genere rerum quãto minus possunt/ tanto maiora dicunt. Unde Senec. in prouer. dicit ꝙ canes imbeciles quãto plus defecerint viribus/tãto magis solẽt latrati-

23 bus indulgere. ¶ Fulmen licet sit clarum ⁊ rubicũdum/tm̃ summe est periculosum:q2 intuẽtes excecat/tangẽtes penetrat/loco cuicũq̃ʒ etiã montuoso non parcit: imo suꝑ cãpanilia et loca alta cadere sepius cõsueuit: ⁊ cũ aliqđ corpus percutit:exinde fetor pessimus exit. Et est quoddã genꝰ fulguris ƀm Pli. ⁊ Senec. qđ vinum intra dolium/pecuniam intra saccos liquefacit et consumit/saccis et dolijs illesis. Fulmen est mulier ornata:que clara est et rubicũda ꝓpter pulchritudinẽ corporalem/ intuẽtes tamẽ excecat ꝑ pctm̃. Judith.xvj. Sandalia eius rapuerũt oculos eius ⁊c. Tangentes etiã per tentationẽ penetrat/q2 Eccli.ix.dicit̃. Colloquiũ eius quasi ignis exardescet ⁊c. Ista etiã nec ꝑsonis ecclesiasticis/nec laicis parcit. Uina ⁊ pecunias exhaurit/⁊ solum saccos ⁊ dolia derelinq̇t/⁊ fetorẽ infamie secũ ducit.

Capitulum.xxviij.de tonitruo.

1 Tonitruum habet fieri ƀm Arist. quãdo igneus vapor extinguit̃ ĩ nube rorida ⁊ aquosa:q2 sicut ferrum candẽs extinctũ facit stridorẽ: sic ignis ille cum extinguit̃/stridorem generat et terrorẽ. Tonitruum autem solet comitari coruscatio/⁊ etiam pluuia/seu ventꝰ. Sic vere quãdo ignis rigoris ⁊ iustitie/et feruẽtis charitatis et amicitie/scilʒ ipsa ꝑsona filij dei(qui deus ⁊ ignis consumens est. Deutero.iiij.)fuit immersus per beatam incarnationẽ in nube rorida per pietatẽ.i.in virgine sacrosancta: tunc exinde tonitruũ.i.ipse mediator dei et hoĩm homo Christus Jesus resultauit: qui se etiam tonitruũ noĩauit: inquãtum discipulos suos fratres boanerges.i.filios tonitrui appellauit. Mar.iij. Tũc enim ferrum ⁊ ignis iustitie ⁊ duritie diuine fuerunt mitigata/et in mansuetudinem totaliter cõmutata/et aqua clemẽtie ⁊ flatu spiritussancti tẽperata:q2 pro certo omnes actꝰ saluatoris fuerũt ĩ benignitate. Misericordiã eñ volo inq̇t:⁊ nõ sacrificiũ. Osee.vj. Et sicut tonitruum circulariter ⁊ anfractuose auditur: sic Christus orbiculariter vndiq̃ʒ predicando circuibat:⁊ ideo dicit psal. Uox tonitrui tui in rota. Uel dic ꝙ ignis est vir religiosus ecclesiasticus/vel prelatus/qui charitate est feruidus/⁊ sapientia luminosus. Iste eñ quãdo in nube aquosa mũdanarum voluptatũ immergit̃/⁊ ibi per pctm̃ luxurie extinguit̃/tonitruũ infamie exinde pre ceteris generat̃/quo alij scʒ seculares mirant̃/ ⁊ etiã cõturbantur.psal. A voce tonitrui tui formidabũt. ¶ Tonitruũ ƀm

2 Aristo. aliquando causat̃ ex vento ⁊ turbine/qui impetuose sese ingerit in nube/⁊ ipsam concauat/⁊ dũ inualescit ⁊ exitum querit/nubem incidit et confringit:⁊ cum impetu magno ⁊ sonitu horribili ad audientium aures venit: sicut vesica inflata/licet sit modica:tamẽ si cõplosa fuerit/sonitum magnũ reddit. Sic quãdo in nubecula cordis nostri ventꝰ suꝑbie vel ire ⁊ inuidie se includit/ ipsum pro certo ꝑ tristitiam stimulat/cõcauat/⁊ corrodit: et ideo nubes cordis nõ valẽs ventũ huiusmodi cõtinere: et maxime quãdo ibi accenditur ⁊ ignit̃ per malitiã ⁊ furorem/ rumpit̃ per exteriorem oris apertionẽ: et sic tonitruum rixe ⁊ discordie/põpe/ iactantie/ comminationis/et diffamationis/ et iniurie generatur/qđ exterius auditur/ ⁊ in publicũ propalatur. Ecclesiastici.xl. Quasi tonitruum in pluuia personabunt. ⁊c.

3 ¶ Item tonitruũ ƀm Aristotelẽ in libris meteorꝝ/efficitur quando vapor siccus ⁊ calidus ad interiora nubis frigide et humide se recludit/ibiq̃ʒ naturaliter suum cõtrarium (quo circiter inuoluitur)abhorrẽs/discutitur:et querẽs exitum/ex forti motu inflãmat̃/nubẽq̃ʒ rumpens egreditur/et exeundo vapor ille igneus aut in aqua nubis se extinguit/ aut per aera euaporatur:⁊ sic ex ruptione nubis efficitur sonus tonitrui qui auditur: et ex igne euaporante fit coruscatio que videt̃. Sic quando anima(que debet esse vapor siccus per castitatem/et calidus per charitatẽ)in nube ⁊ turbulẽtia prosperitatis mundane vel peccatorum diuersorũ inuoluitur per amorem: tũc quia huiusmodi nubes est sibi totaliter contraria et nociua:eo scilicet ꝙ in ipsa est humor carnalis infectionis/⁊ frigus indeuotionis: ideo vapor iste scilʒ anima/cõtrarietatem in qua detinetur abhorrens/mouetur ⁊ discutit̃ per suiipsius considerationẽ:⁊ sic ibi inflãmatur per amorẽ et dilectionẽ/⁊ nubem peccatorꝝ rumpit per dolorem ⁊ contritionem:⁊ sic tonitruũ efficitur exterius per clamorẽ et confessionem:⁊ coruscatio circũquaq̃ʒ emittitur per decorem et bonorũ exemplorũ dationem:et nubes pctõꝝ totaliter euaporat ⁊ deficit ꝑ satisfactionẽ. Apoc.iiij.

De throno procedunt fulgura/⁊ voces ⁊ tonitrua. Uel ex-
pone si vis de beato Francisco: in quo ignis diuini amoris
rupit nubem corporis: ⁊ sic emicuit ꝑ stigmata fulgor men
tis. Uel dic ꝙ nubes ista est christi hũanitas/qua in cruce
rupta/tonitruũ christus fecit/quãdo clamans voce magna
spiritum emisit: quo facto ignis diuinitatis per aerem hu-
ius mundi diuersis miraculis coruscauit. ps. Apparuerũt
coruscatiões tue orbi terre/vidit ⁊ ꝯmota est terra. Uel dic
ꝙ talis peccator sic cõtritus ⁊ cõfessus quãdoqꝫ fit vir per-
fect⁹ ⁊ predicator: ⁊ sic tonitruũ predicationis/⁊ coruscatio
nem bone cõuersationis/pluuiã dulcis ꝯsolationis/fulgur
aspere cõminatiõis emittit: ⁊ auditores irrigat ⁊ infundit.
Et sicut tonitruũ nũc alte/nũc basse/ nũc circulariť tonat:
sic predicator nunc alte de paradiso ⁊ virtutibus: nunc bas
se de inferno ⁊ criminibus: nũc circulariter a latere de mũ
do ⁊ demonibus sonũ facit. Et sicut tonitruum si cũ igne ⁊
aqua simul descenderit/ vtile est: si autẽ cum solo igne vel
fulmine / summe nocet : sic predicator cũ igne diuini rigo-
ris miscens aquã diuini dulcoris ⁊ clementie/ vtilis est au
dientibus: sed si solum cũ fulmine diuini rigoris descẽdat:
tunc maxime simplicib⁹ est nociuus. Ideo Sapieñ. vltio.
Ignis in aqua valebat supra suã virtutẽ: ⁊ aqua extinguẽ-
tis nature obliuiscebať ⁊c. dic per omia de timore: ⁊ appli-
ca cõtra duros predicatores. Durus est hic sermo: ⁊ qˀs po
test eũ audire? Joan. vj. Ideo sequiť ꝙ multi conuersi sunt
retro: ⁊ iam cũ christo nõ ambulant. ps. Uox tonitrui tui in
rota. Uel dic ꝙ vapor siccus est malũ verbũ/quod in vẽtre
nubis. i. in corde receptũ/ꝑ iracũdiã inflãmať: ⁊ sic exteri⁹ ꝑ
discordiã coruscat/et ꝑ rixas infamie ⁊ iniurias tonat. Uel
si vis dic ꝙ tonitruũ est predicatio/quã si aqua diuine gra-
tie comitať/tunc vtilis auditoribus cõprobať. nisi vero ista
aqua affuerit: tũc ista vox vtilis nũqꝫ erit: qr ꝫm Gregoriũ:
In vanũ laborat lingua/nisi affuerit saluatoris gratia. Uel
dic ꝙ tonitruũ significat sacrã scripturã: que scꝫ diuersimo-
de tonat/⁊ nũc alte cõminando/nunc basse alliciendo/nũc
circulariter inducendo/ꝑdicat atqꝫ clamat. vnde illud ps.
4 Uox tonitrui tui i rota. ¶ Tonitruũ ⁊ coruscatio simul effi-
ciũtur: sed qr lux citius qꝫ sonus se diffundit/ ⁊ sensus visus
est celerior qꝫ auditus: ideo coruscatio ante tonitruum ruti
lat et videtur: sicut homine arborem incidente/ ante vide-
mus ictũ percuti qꝫ sonus ipsius audiatur. Tonitruum est
homo: lux que videtur/sunt opera ⁊ exempla: sonus autem
qui audiť/sunt verba. Et licet simul hõ sonum verborum ⁊
lumen exemploꝝ et operũ administret: tñ lux citius videť:
qr opera plusqꝫ verba cõmuniter attẽdũtur: quia multi ha-
bent vocem Jacob/ ⁊ man⁹ Esau. Geñ. xxvj. Ideo diciť. j.
Joan. v. Opera que ego facio/ testimoniũ perhibẽt de me.
Et propter hoc dicit Seneca epl'a. cviij. Sic discamus: vt
5 que fuerint verba/sint opera. ¶ Quando ignis in aqua ex-
tinguitur: tũc scd̃m Aristo. tonitruũ generatur. Sic quãdo
ignis charitatis extinguiť in nube aquea voluptatis / tunc
tonitruum infamie vndiqꝫ circũfertur. Quod summe pꝫ in
6 luxuria ⁊c. Eccl'iastici. iij. Aqua extinguit ignẽ ⁊c. ¶ Toni
truũ quãdoqꝫ gigniť ꝫm phm ex collisione nubiũ: quia quã
do diuersis ventis ⁊ cõtrarijs agitanť/inter se inuicem col
lidũtur: et sic sonus efficiť/qui tonitruum nũcupatur. Et di
citur ꝫm Isidoꝝ tonitruum/a terrore: eo ꝙ audiẽtes discu-
tit ⁊ deterret. Sic quãdo nubes. i. principes ⁊ superiores di
uersis vanitatũ turbinibus agitanť: tunc quãdoqꝫ ꝑ iras ⁊
discordias collidunť: ⁊ sic tonitruum terrorũ ⁊ ꝯminationũ
in aere circũstante/scꝫ in subditis efficitur ⁊ auditur/a quo
audientes vndiqꝫ deterrenť. Nota hic si vis quomodo guer
re mouentur ex superbia. Fontes sine aqua: ⁊ nubes turbi-
7 nibus exagitate ⁊c. ij. Peť. ij. ¶ Tonitruum quãdo descen
dit cum aqua/ qꝫ plurimũ vtile est scd̃m Aristo. sed qñ tan-
tum descendit cũ fulmine/tunc multipliciter est nociuũ: qr
tunc motu suo oĩa cõcutit/ cerebrũ cõmouet/ animum ter-
ret/turres altas ꝯcutit ⁊ destruit ⁊ euellit: (qr nõ in loc' hu-
milibus sed in sublimib⁹ ledere consueuit) sonũ orbicularẽ
anfractuosum ⁊ inequalẽ reddit: qr nũc alte/nũc submisse
more rotarũ strepitus ⁊ sonum reddit. Qd̃ scd̃m Cassiodo
rum accidit inequalitate nubiũ que rumpũtur: qr tonitruũ
nihil aliud est qꝫ ignis et ventus rumpens ⁊ diuidens nu-
bes. Tonitruum iste est christ⁹/qui dupliciter descendit ad
terram: scꝫ primo ꝑ incarnationem/⁊ secũdo per aduẽtum
ad iudiciũ. Sed pro certo primus aduẽtus suus fuit cum
aqua. i. cum dulcore mĩe ⁊ benignitatis/ qua fuit ignis sue
iustitie tẽperatus: ⁊ ideo cũctis hoĩbus fuit vtilis ⁊ iocun-
dus: qr aqua sue mĩe terram aridã. i. peccatores multipli-
citer irrigauit/⁊ donis ⁊ ꝟtutib⁹ fecũdauit: ⁊ ideo ignis sue
iustitie tunc temporis nõ nocebat. ps. Fulgura in pluuiam
fecit. Sed pro certo secũdus descensus ad iudiciũ cum ful
mine erit/⁊ sine pluuia: qr ibi erit fulmen rigoris et iustitie
sine pluuia clementie vel dulcoris: quia etiam ad litteram
ignis cõflagrationis ante iudiciũ apparebit/ꝗ erit signum
summe dei seuitie rigorose. Ideo dicitur Esaie. lxvj. Ecce
dñs in igne veniet/ et quasi turbo quadraga eius/reddere
in indignatione furorem suũ/ ⁊ increpationem suã in flãma
ignis/qr dñs in igne diiudicabit ⁊c. Et ideo diciť tonitruũ
a terrẽdo ꝫm Isidorũ: qr tũc qñ tonitruũ diuini iudicij ful-
minabit/celũ ⁊ terra ad litterã mouebunť: cerebrũ (ĩ quo vi
get sensus deuotiõis) ⁊ motus bone operationis. i. ipsi bea
ti et angeli terrebunť: ⁊ animus omniũ audientiũ obstupe-
scet. Leo eñ tũc rugiet: quis nõ timebit? Amos. iij. Quia
sicut rugit⁹ leonis/ita est terror regis. qui offendit eum: pec
cat in animã suã. Prouer. xx. Leo eni rugiet: ⁊ formidabũt
filij maris. (Osee. j.) idest demões ⁊ dãnati: ⁊ hoc qr tũc to-
nitruũ istud turres altas. i. diuites ⁊ supbos destruet ⁊ euel
let: sꝫ vallib⁹. i. deuotis ⁊ humilib⁹ nõ nocebit. Et sicut toni
truum cũ fulmĩe ledit oua que cubanť/flores exurit/⁊ vina
turbat: sic iudiciũ ipa oua diaboli. i. peccatores/qui ab ipo
in delicijs mũdi hui⁹ fouẽť/cõteret: flores. i. in pulchritudĩe
⁊ vestib⁹ curiosos exuret/⁊ vina. i. lenones ⁊ luxuriosos/qb⁹
alij inebrianť/totaliter conturbabit. Ideo diciť. ij. Peť. iij.
Per quẽ celi. i. superbi/ardentes soluenť: et elementa. i. alij
peccatores/ ignis ardore tabescent. Sonus etiam ⁊ senten
tia huius tonitrui iudicantis erit circularis ⁊ orbicularis:
qr inequaliter illa sententia resonabit. nũc enim alte ⁊ cru-
deliter ad dãnatos dicet. Ite maledicti ⁊c. Nũc vero basse
⁊ suauiter saluãdis dicet. Uenite bñdicti ⁊c. Mat. xxv. Sꝫ
ꝑ certo inequalitas hui⁹ sentẽtie ꝓuenit ex ĩequalitate nu-
bium. i. hominum qui rumpunť. i. per istam sententiam ab
ĩuicẽ diuidunť. qr enim nubes iste/boni. s. ⁊ mali inequales
sunt meritis: ideo inequalia sunt ꝑmia bonoꝝ scꝫ ⁊ malorũ.
Quando enim venerit filius hominis in nubibus: congre-
gabunť ãte eũ omes gẽtes: ⁊ separabit eos abinuicẽ: sicut
pastor segregat gregem suũ ⁊c. Matthe. xxv. Uel expone si
vis de iustitia: ꝗ nunqꝫ debet esse sine mĩa: qr ꝫm decre. ni-
mia seueritas reprehẽditur/ si sine pietatis clemẽtia tenea
8 tur. ¶ Dato ꝙ in tonitruo sit vapor hũid⁹/in nube tñ aquo-
sa ꝓpter motũ igniť. Sic boni ꝓpť motũ tribulationũ in aꝗ
miserie/charitatis incẽdio igniunť. Sap. vlt. Ignis ĩ aqua
9 valebat: ⁊ aꝗ extinguẽtis nature obliuiscebať. ¶ Tonitruũ
cũ aꝗ descẽdẽs vtile ẽ: sed si solũ cũ fulmine/ sũme nocet: qr
tũc motu suo vina in dolijs ꝯcutit atqꝫ turbat: mulieres ꝑ-
gnantes qñqꝫ abortire facit: pullũ etiã in ouo interficit atqꝫ
necat: altas etiã turres impetit atqꝫ ferit. Sic timor dei si
cũ aqua sue mĩe descẽderit/ ⁊ vtrũqꝫ insimul misceať: tunc
proficit audiẽti. Sed si timor dei cũ fulmĩe sue iustitie tan
tummodo contempletur: tunc summe nocet et officit in-
tuenti: quia tunc in desperationem immittit/⁊ vina in doli-
is. i. bonos infra dolia statuum ecclesie conuersantes/ ipsa
etiã oua diaboli. i. peccatores: ipsas mulieres. i. simplices
incipientes/ ipsas etiam altas turres/scilicet cõtemplati-
uos ⁊ perfectos/quãdoqꝫ per desperationem dissipat ⁊ occi
dit ⁊c. Cõsideretur igitur tonitruũ istud cũ aqua/ nõ cũ ful
mine: qr miserationes eius sup omnia opera eius. Uel dic
de prelato: qui semꝑ debet esse alijs terribilis ⁊ seuerus: vt
scilꝫ ipsum timeant/ne delinquant. semper tñ debet pluuiã
benignitatis habere/ quia al's si cum solo fulmine crudeli-
tatis appareret: posset oĩa dissipare. vñ illd̃ Exo. ix. Ignis
⁊ aqua mixta pariter ferebãtur. Uel dic ꝙ tonitruum quod
ꝫm Aristotelẽ est spũs vẽtorum in sinu nubiũ receptus/qui
exitum querens nubem rumpit/⁊ strepitum istum facit/est
ambitiosus/ qui in sinu religionis vel ecclesie in statu sub-
iectionis detent⁹ / nõ facit nisi querere exitum ad aliquod
exterius beneficium obtinẽdũ: ⁊ ideo vt exeat et vt promo
ueatur/solet totã nubem ecclesie cõcutere ⁊ turbare / ⁊ ali-

quādo statuta regularia rumpere/ ⁊ ꝑ appellationes tona-
re/ ⁊ coruscationem maloꝝ exemplorum aliquotiens secū
10 ferre. Eccli.xliij. Uox tonitrui eiꝰ ꝟberabit terrā. ¶ Scḋm
Senec.lib.ij.natura.quest. diogenes ait tonitruū qñqꝫ ven
to/qñqꝫ igne/qñqꝫ vtroqꝫ simul fieri. Sic vere tonitruū rixe
discordie ⁊ inuidie / in nube religionis vel ecclesie generatꝛ
a duobus generibꝰ personarum: scꝫ a vento.i.a superbis et
ambitiosis/hypocritis ⁊ ventosis. Prouer.xiij. Inter super
bos semper sunt iurgia. Et ab igne.i.ab iracundis/rixosis/
flāmeis ⁊ brigosis: qꝛ sicut dicitꝛ Prouerb.xvij. Semꝑ iur
gia querit malus/angelus aūt crudelis mittetꝛ cōtra eum.
Isti eñ duo sunt qui nubem societatis vel cōmunitatis in
qua sunt/turbant ⁊ rumpūt/⁊ tonitruū discordie generāt et
11 inducunt. ¶ Uapor frigidꝰ ⁊ siccus si sit sub terra/facit ter
remotū: si sit in aere/facit flatū: si sit in nube/facit tonitruū.
Tales sunt ābitiosi. infra terrā eñ.i.in loco subiectiōis po-
siti/ generant terremotū dissensionū: in aere aūt.i. in liber-
tate sua positi: exercent flatū adulationum. In nube vero.i.
in alta dignitate sublimati/ faciūt tonitrua pomparū et cō
minationū/terrorū pariter et tribulationū. quod figuratur
Exodi.xix. vbi dicitꝛ. Extendit moyses virgam in celū: ⁊ fa
cta sunt tonitrua.

Capitulum.xxix.de coruscatione.

1 Coruscatio ꝫm Arist. qꝛ habet aliquas ꝑtes ter
restres: ideo compellitur inferius deriuari: ⁊ qꝛ
est magne subtilitatis ⁊ vehemētis inflāmatio-
nis: ideo apparet alba: ⁊ ideo corpora ad q̄ per-
tingit: nec inficit nec corrūpit. Sic quādo in ho
mine sunt partes terrestres.i.cōsideratio mortis/tūc cogi-
tur inferius descendere ꝑ humilitatē/ ⁊ per proprie fragili-
tatis cōsiderationē. Et quia est ibi magna subtilitas intel-
ligentie/⁊ pauca inflāmatio cōcupiscentie/idcirco talis co
ruscatio.i.talis homo rutilās per exemplū / apparet albus
per castitatem : ⁊ sic alios nō inficit nec corrumpit ꝑ insolē
tiam inhonestā. Sed ecōuerso quidā nō sunt sicut corusca-
2 tio: sed magis sicut fulgur ⁊c̄. ¶ Coruscatio ꝫm Anaxago
ram sic efficitꝛ. Etheris eñ aliqua pars ad īferiora descēdit
et in nubibꝰ se includit: qꝛ tñ nubes illa est multū humida:
ideo ignis iste ibi extinguitꝛ/ ⁊ ꝑ aera euaporat/⁊ eius extin
ctio et apparitio est coruscatio / que cecat vel ledit oculos
intuentes. Scḋm Aristotelē autē est vapor igneus: qui de
nube exeundo extinguitur/et apparēdo ꝑ aera se diffundit:
et ignis apparens est coruscatio/et sonꝰ ⁊ stridor extinctio-
nis tonitruū nuncupatur. Sic qñ mens alicuius est multū
humida per delicias ⁊ voluptates: tūc amor dei/qui ignis
dicitꝛ/ ei a supremo ethere ꝑ inspirationē imissus/extingui-
tur ꝑ peccatū: ⁊ sic nubes cōsciētie rūpitur ꝑ diuersas ma-
las cogitationes ⁊ affectiones: ⁊ apparet coruscatio malo-
rum exemploꝝ/que circunstantibus ostenduntꝛ: ex quibus
ipsi excecantꝛ cum ipsa peccata volūt imitari/et tonitruum
infamie subauditꝛ. hoc maxime patet in religiosis. ideo ꝑs.
Apparuerunt coruscationes tue orbi terre: vidit ⁊ cōmota
3 est terra . ¶ Fulgur et coruscatio est ignis sui subito osten-
siuus: qꝛ ꝫm Gregoriū/in ictu oculi exit: ⁊ in seipsum reuer
tens/ suā originē nō relinquit: et sic ex sua subita apparitio-
ne est aspectus intuētium repercussiuus/ ⁊ ab oriente ⁊ oc-
cidente sui subito diffusiuus/⁊ futuri tonitrui denūciatiuꝰ.
Si pluuiā secum ferat/ vtilis est: si autē sine pluuia veniat/
illis quos tūc tāgit/ mirabiliter est nociuus . Ignis iste est
christꝰ/qui nunc dicitꝛ coruscatio: qꝛ parū ledit: sed post mor
tem dicetꝛ fulgur: qꝛ magis tūc ledet. Sed in die iudicij ful
mē celeste iaculum poterit nūcupari/ quo pctōres destruet
et subuertet. Tunc enim ad litteram in ictu oculi in nouissi
ma tuba(.j.ad Corinth.xv).de excelso celoꝝ habitaculo/ꝑ
totum mūdum ab oriente ꝑ occidentem transibit/ita ꝙ ip
sum oīs creatura videbit. Apoca.j. Ecce venit cū nubibꝰ
celi: ⁊ videbit eū oīs oculus. Et tūc oculos intuētium ver
berabit/cōcutiet ⁊ terrebit. Mar.vlti. Erat autem aspectꝰ
eius sicut fulgur. Figura de moyse descendente de monte:
cuius faciem cornutā et claram nequibant alij cōtempla-
ri. Exodi.xxxiiij. Sic qꝛ tūc christus de monte paradisi ve-
niet cum duplici cornu potentie/scꝫ quo ad diuinitatem et
humanitatē/ vel cū sanctis et angelis: ideo facies eius dā-
natos miseros deterrebit: vt dicāt illud Hester.xv. Turba-
tum est cor meum pre timore glorie tue. Et sicut fulgur to-
nitruū futurū indicat: ita etiā stati ꝙ fulgur christꝰ veniet:
tonitruū terribilis sentētie fulminabit dicēs. Ite ⁊c̄. Mat.
xxv. Sꝫ quia tonitruū istud cū aqua mīe veniet ad electos
dicens eis. Uenite benedicti ⁊c̄ . ideo ipsos non ledet: sed
iuuabit. qꝛ tñ ad damnatos veniet sine aqua clemētie/ ⁊ cū
igne iustitie rigorose: ideo ꝑ mortē eternā ipsos afficiet/ꝑcu
tiet et consumet: ⁊ in ignem eternū cum demonibꝰ vinciet
et recludet: sicut dicitꝛ Matth.xxv. Ignis eñ accensus est
in furore. Deuter.xxxij. Uel dic ꝙ coruscatio splendēs ⁊ lu-
cens est mundana prosperitas/que ꝑ certo subito apparet
et subito disparet/ ⁊ oculos mentis ꝑ malam complacētiā
ledit/bonos turbat/terram etiam cōcutit/ et tonitruū futu
re damnationis ꝓcedit: ⁊ ipsum futurū ꝯ̄uēturum ostendit/
et eius signū veracissimū existit. Amb. Successus tēpora-
liū/ future dānationis est indiciū. Uerūtamen si pluuia ele
mosynarū ⁊ pietatis ipsam cōcomitata fuerit/nō ledit: sed
proficit. si ꝟo fulmen crudelitatis eam associat: tūc ex toto
nocet ⁊ officit: ⁊ alios ꝑ rapinas ⁊ exactiōes comburit. Uel
pōt dici de malis exemplis/q̄ subito discurrūt/et tonitruū
infamie ꝓcedunt/⁊ intuentiū oculos scandalizant et ledūt.
ꝑs. Apparuerūt fulgurationes tue orbi terre: vidit ⁊ cōmo
ta est terra. Uel dic ꝙ fulgura sunt angeli/q̄ velocissime mo
uentur ad nutū dei. vel boni subditi/ q̄ celeriter discurrunt
ad votū prelati/qui sunt ꝑ sapientiam clari/ꝑ innocētiā pu
ri/⁊ ꝑ charitatem ignei. de q̄bus Job.xxxviij. Nūquid mit
tes fulgura: ⁊ ibūt/⁊ reuertentia dicent tibi/assumus: Uel
dic ꝫm aliquos ꝙ coruscatio significat diuinas cōminatio
nes/quas quotidie tonādo ꝑ sacram scripturam/vel fulmē
tribulationū ⁊ iudicioꝝ terribiliū emittendo/ vel etiā mira
cula faciendo/ꝑ mundū mittit deꝰ: ⁊ generaliter ꝑ omnes
mundi partes ita ad magnos sicut ad pauperes eas osten
dit/que scꝫ stuporem ⁊ admirationem solent inducere/ ⁊ fu
turum tonitruū mortis vel eterne damnationis solent pre-
cedere. Qꝛ nisi hō ꝑ talia sese emēdet/solet eiꝰ dānationis
euidēs signū esse. Tales igitꝛ coruscatiōes si cū pluuia.i.cū
grā ⁊ patientia recipiuntꝛ/proficiūt. Si vero cum igne ipa-
tientie venerint/tunc occasionaliter multū ledunt: inquan
tum scꝫ talia vidētes ⁊ sentientes/⁊ tñ non se ꝓpter hoc cor-
rigentes/grauiorem damnationē incurrunt. Iste est igitur
ignis preambulus de quo dicitur in ꝑs. Ignis ante ipsum
precedet. Et breuiter īfirmitates ⁊ casus infortunia q̄ quo
tidie sentiūtur/ nihil aliud sunt ꝗ quedā dei coruscationes
preambule/ quibꝰ mortē eternam diuina nobis iustitia cō-
minatur. Eccli.xxxij. Ante grandinem preibit coruscatio.
Uel dic ꝙ coruscationes significant bona predicatorū exē-
pla/que scꝫ tonitruū predicationis debent precedere: quia
scꝫ prius debent facere ꝗ docere: ⁊ prius debent factis exē-
plariter in se ostendere ꝗ verbaliter imperare.

¶ Incipit Liber septimus de auibus.

Capitulum Primum.

1 Auis ꝫm Isidorum dicitꝛ ab a / quod ē
sine/⁊ via/ quasi sine via/eo scꝫ qꝛ nō ser
uat in aere rectā viā. Habet ꝯmuniter
duos pedes ⁊ duas alas: quibꝰ gradit
et volat. Sic vere hō qui hic difficilit
tenet rectā viam/ cū duplici charitate
debet volare de bonis eternis cogitan
do: ⁊ ambulare de bonis tēporalibꝰ or
dinādo. Uel dic ꝙ anima habet quat-
tuor membra.i.quattuor affectiones que ipsam portāt /scꝫ
duas alas quibꝰ volat ad cōsideranda futura/⁊ ista sunt ti
mor suppliciorꝝ: ⁊ spes celestiū ꝓmiorū. Item duos pedes
quibꝰ mouetur in presenti: ⁊ isti sunt/dolor de presentibus
malis/et gaudiū de presentibus bonis. Istis eñ quattuor
instrumentis fertur aīa tā in presentibꝰ ꝗ in futuris. Unde
Eccli.xxxvij. Ex corde quattuor partes oriuntꝛ. Uel ꝑ ista
quattuor/intellige quattuor ꝟtutes cardinales. Uel dic ꝙ
duo pedes sunt duplex charitas: due vero ale sunt duplex
2 discretio/scꝫ in spūalibus ⁊ temporalibꝰ. ¶ Aues quedam
cibātur carne ⁊ sanguine: sicut sunt aues que sunt curui ro-
stri/⁊ acuti vnguis: que comedūt omnia animalia que pos
sunt inuenire: nō tñ comedūt aues sui generis/ sicut faciūt

18 ¶ Itẽ nota ꝙ auceps videns accipitrem pigrũ ad volandum: aliquando dat ei carnes venenosas comedere: ꝛ post reponit eũ in mutatorio: ꝛ sic virtute carnis venenose expellit pennas veteres ponderosas: et sic mutatis pẽnis et viribus/iuuenescit. Sic vere si homo efficit tepid⁹ ad volandũ per cõtẽplationẽ: vt qꝛ presumit de meritis suis: vel huiusmodi: tũc auceps christus ꝑmittit eum vti carne venenosa .i.peccatis: laxãdo scilicet manũ suã: et dimittit eũ peccare et etiã quãdoqꝫ cadere a statu ꝓprio: scilicet a religiõe vel a fide: sed post reducit eũ ad misericordiã et ad gratiã: ꝛ ponit ipm in mutatorio penitentie. Vel ad litterã ponit eũ in mutatorio carceris superiorũ: vt ibi pctã sua cogitando et ruminãdo: fragilitatem propriã cogitando: ꝛ ad deũ ꝑ orationis suffragiũ recurrendo/ dimissis pennis veteribus vitiorũ/viribus virtutibusqꝫ resumptis ꝑ penitentiã iuuenescat: et sic habilis efficiat ad volandũ ꝑ cõtemplationẽ: et ad predandũ ꝑ predicationẽ: et ad alia opera virtuosa: ꝛ sic dicat. Mutabo habitũ: ꝛ sic ad pugnã vadam.ij. Paralip. xviij. ꝛ Esa.lvij. Abijt vagus in via cordis sui. scilicet via senis. vidi ꝛ dimisi eũ: et reduxi eum.

19 ¶ Itẽ dicit Beda ꝙ accipitres maxime grauat fum⁹: et ideo mutatoria eorũ a locis fumosis debent esse remota: ne oculi eorũ hebetẽtur: ꝛ fumi amaritudine ꝛ infectione tam plume ꝗꝫ corpora denigrent. Sic fumus carnalis delectationis religiosos inficit et denigrat: ꝛ ideo debent a locis fumosis.i.a suspectis familiarib⁹ et personis ꝛ locis infamibus remoueri: ne forte vitiorum nigredine polluantur. Figurati Gene.xix. vbi dictum est loth/ꝙ de loco pessimo sodomorum / qui igne ꝛ sulphure perire debebat/fugeret/ꝛ ꝙ longe in quodã montis vertice se saluaret. Uñ sibi dicit. Loth ne respicias retrorsum/nec stes in omni circaregione/sed in monte saluũ te fac. Sic religiosus sodomam debet fugere.i.mũdum/eo ꝙ sulphure luxurie et igne auaritie deleatur. Cui dicit angelus. Ne respicias ꝛc̄. sed in monte religionis salua te. Uxor autem eius.i.carnales religiosi ad temporalia reuertentes/in statuam conuertuntur. Nota totam historiam et applica ad propositum.

Capitulum.iiij.de halieto.

HAlietus ꝰm glosam Deuterono.xiiij. idem est qđ falco/auis animosa ꝛ parua/vnde mlťo maiores se inuadit. Pli.autem halietum dicit esse quandam generosam speciem aquilarum / de qua supra de aquila.§.iij. Sic bedelli/ballιui ꝛ iudicis aduocati/licet pui sint moribus ꝛ virtute/magnos tñ aggredi non timescunt / immo presumptuose omnibus se opponunt. Vel halietus ꝰm Magistrum aurore / idem est qđ nisus/ paruula auis tam corpore ꝗꝫ virtute/ que diũ magnas aues inuadere nõ valeat/ puas tñ diripit ꝛ deuastat. Sic pauperes ꝛ parui iudices aduocati et balliui / cũ magnas aues scꝫ diuites nõ audeant inuadere/ pauperes tñ afficiũt ꝛ inuadũt. Figura de Ismael godoliam occidẽte/ꝛ viros rasis barbis. Uide eam alibi: qꝛ breuiter sicut dicitur Job.xxiiij. Uulgum pauperem spoliauerũt/ pupillos depredantes ꝛc̄.

Capitulum.v.de alauda.

1 ALauda est auis summe letitie/ꝛ ideo alauda a laudando ꝰm Isido.dicta fuit. Ista eñ in sereno tempore semper cãtat/ nũqꝫ vero in tempore pluuioso. Ista etiam ꝗꝫdiu est in terra/nunqꝫ dicitur cantare/sed dum est sursum in aere/ꝛ versus celum ascẽdit/tunc solet multipliciter modulari. Charissimi tempus turbulẽtum significat statũ peccati. Alauda significat hominẽ qui ad laudandũ dñm est electus. ps. Exulta et lauda habitatio syon. Uerũtamen istud est verũ ꝙ ꝗꝫdiu est in tempore pluuioso ꝛ turbulento.i.in statu peccati.i.quãdiu est in terra.i. in terrenis negocijs occupatus nunqꝫ ꝓprie dñm laudat/nec in deo iocũdatur aut exultat: qꝛ sicut dꝛ Eccli.xv. Nõ ẽ speciosa laus in ore pctõris. Sed vere qñ serenitas cõscientie ꝛ splendor diuine gratie abundat/ꝛ qñ ipse surgit de terra.i.de terrenis ipsa contẽnendo/ et sursum ad celum ꝛ ad paradisum ascendit/ipsa affectãdo: tũc in spũalem letitiam resoluit/tunc ad laudem ꝛ gratiarũ actionẽ erigit/et tunc in deo letifice gloriat: dicẽs cũ ps. Lauda aĩa mea dñm: laudabo dñm in vita mea: psallam deo meo ꝗꝫdiu fuero. Vel ista possunt allegari de illis qui deũ laudãt in sereno ꝓsperitatis/ꝛ nũqꝫ in turbulo aduersitatis. Vel põt dici de angelis: qꝛ illi q̃ in serenitate paradisi remãserunt/laudant dñm: illi vero qui ad terrã prostrati fuerũt/minime laudãt eum.

2 ¶ Alauda intãtũ timet nisum/ꝙ videns eum solet quandoqꝫ ad sinum vel ad manum hoĩs refugere/sperãs cũ hoĩe facilius mĩam inuenire. Sic ꝛ peccator qui modo de christo vero homine nõ curat si bene crudelitatẽ nisi.i.diaboli ꝯsideraret: ipsum ꝓcul dubio fugeret ꝛ timeret/ꝛ homini christo qui naturaliter ẽ benignus/ꝑ penitentiam se traderet: vt cum ipso mĩam inueniret: dicens illud ps. Libera me dñe: qꝛ ad te confugi.

Capitulum.vj.de halcyonibus.

1 HAlcyon sicut dicit Ambro.in hexameron: dicit ab ales ꝛ oceanus/quasi ales oceani. Est enim auis que in medio hyemis vbi mare est tempestuosum/ solet in mari nidum suũ facere/ꝛ in ipso oua sua ponere: sed statim ꝙ in nido incipit cubare/ĩ toto mari fit maxima serenitas/ ita ꝙ septẽ dieb⁹ quib⁹ oua fouet/ ꝛ septẽ alijs quib⁹ pullos eductos nutrit/ nulla penit⁹ turbatio fit ĩ mari: ꝛ ideo naute istos quatuordecim dies perpetue serenitatꝫ obseruãt/ ꝛ ipsos halcyonidas vocant. Et ista videt eadem velle Ouidius in li. Meta. Charissimi ꝑ mare fluctuosum intelligitur mundus: iuxta illđ ps. Hoc mare magnũ ꝛ spatiosum. Per hyemẽ intelligitur tempus antique legis / in quo mare hui⁹ mundi erat tot fluctibus ꝛ tot tempestatibus plenum/ꝙ nulla nauis.i.nulla aĩa poterat venire ad portum paradisi. Per istã autem volucrem intelligo dei filiũ: q̃scꝫ recte dicit halcyõ/ ales oceani/inquantum scꝫ ille qui erat ꝓprie ales celi/ fieri voluit ales oceani.i.hui⁹ mundi/qñ scꝫ postea in terris visus est/ꝛ cũ hoĩbus ꝯuersatus est. Baruc.iij. Ista ergo halcyon.i. dei fili⁹ vidẽs ꝙ mot⁹ ꝛ fluct⁹ tribulationũ ꝛ cõtentionũ/discordiaꝝ ꝛ diuisionũ/ĩ mari hui⁹ seculi abũdabãt (iuxta illđ Mat.viij. Mot⁹ magn⁹ fact⁹ est ĩ mari: ita vt nauicula opiret fluctib⁹.) volẽs oĩa pacificare ꝛ sedare: venit ibi ꝑ btãm ĩcarnationẽ ĩ nido vteri ꝟginal'/ ꝛ ẽt ĩ nido ecclesie militãtꝫ. Joã.xxj. Mãifestauit se iesus ad mare tyberiadis

Ibiqꝫ oua et pullos.i. fideles ⁊ discipulos spūaliter genuit et produxit/ iuxta illḋ Jacobi.j. Uolūtarie genuit nos ꝟbo ꝟitatis. Et tūc ꝓcul dubio facta est serenitas pacis ⁊ ꝯcordie/ necnō serenitas ꝟtutis ⁊ grē ī isto mari: qꝛ.s. discordia q̄ erat iter deū ⁊ hoīes/ et etiā inter hoīes ⁊ hoīes/ fuit penitꝰ cōcordata/ ita ꝙ tunc angeli cecinerunt. Gloria in excelsis deo/ et in terra pax hoibus. Et ideo etiā Esaias vocat istū halcyonē.i. dei filium/ patrem futuri seculi/ principē pacis Esa. ix. Et sic factū est ꝙ ex tunc ꝑ quatuordecim dies.i.ꝑ tempus istius vite que duplici septenario currit/ scilꝫ septē diebus et septē noctibꝰ naute.i. fideles serenitatem ꝓspere nauigandi ad pādisi portū habeant/ ⁊ ibi naues suas.i. animas deducendi. Et ista figurātur Mat. viij. vbi cum tāta esset tēpestas in mari ꝙ discipuli fere submergebanꝫ/ clamauerūt ad dn̄m dicētes. Dn̄e salua nos/ perimus. Et dicitur ibi ꝙ iesus īperauit vento ⁊ mari/ ⁊ facta est tranquillitas magna: ita vt alij mirarenꝫ: dicētes. Qualis ē hic: qꝛ venti ⁊ mare obediūt ei? Uel ista exponi possunt moraliter de corde humano/ qḋ quādiu caret christo/ fluctibus malorum cogitatuū agitatur/ statim autē vbi halcyon.i. Christꝰ ibi per gratiā cubauerit/ fluctibꝰ tētationum ⁊ malarū affectionum cessantibus serenitas cōscientie generatur. Christo eñ cor nostrū spūalr visitāte/ ⁊ ibi oua bonoꝝ cogitatuū/ et pullos bonoꝝ consensuum generāte/ mare cordis ⁊ conscientie serenatur: ita ꝙ ad portū paradisi si volumus sine periculo peragramus. Et si vis per. xiiij. dies potes intelligere decem p̄cepta legis: ⁊ quattuor cardinales virtutes/ quorum obseruātia necessaria est ad hoc vt huiusmodi serenitas teneaꝫ. Uel dic ꝙ halcyon est bonꝰ princeps vel p̄latus/ vel etiā homo iustus/ vel etiam bonꝰ legatus/ cuiꝰ presentia causat in mari.i. in patria collegio vel societate tranquillitatē ⁊ pacem/ que alias poterat ꝯcuti vel turbari. Qñ eñ halcyon.i. prelatꝰ vel curatus/ vel etiam quicūqꝫ bonus princeps vel iudex sedet personaliter in nido officij vel beneficij sui/ ibiqꝫ fouet personaliter subditos suos/ totū ꝓcul dubio mare.i. tota subiecta patria stat in pace ⁊ in letitia ⁊ quiete: qꝛ sicut diciꝫ Lu. xj. Cū fortis armatꝰ custodit atriū suū/ in pace sunt omia que possidet. Aduentꝰ eñ halcyonū mare turbidum pacificat/ ⁊ aduentus bonoꝝ legatorū gētium guerras sedat. Prouer. xiij. Legatus fidelis sanitas.

2 ¶ Halcyō teste Aristo. cōtra naturam aliaꝝ auiū in ꝓfundo hyemis parit ⁊ nutrit pullos suos/ parit autē in medio mari/ ⁊ ibi cōficit nidum suū: ita fortiter ꝙ vix aut nūqꝫ potest gladio dissipari. Sic vere viri iusti in hyeme tribulationis fructificant pullos bonoꝝ operum ⁊ virtutum. In ipso enim mari aduersitatū et amaritudinū huiꝰ mundi ita debent nidum conscientie sue solidare/ ⁊ ipsum tam fortem ⁊ solidum efficere/ vt nullꝰ gladius desperationis vel peccati ꝑ īpatiētiā ipm valeat cassare/ iuxta illḋ Prouer. xij. Nō cōtristabit iustū q̄cq̄d ei acciderit.

Caplm. vij. de anate.

1 Anas est auis fluuialis/ que multū amat aquā/ ⁊ ista sicut dicitur in lib. de natura reꝝ/ ita est libidinosa/ ꝙ si plures masculi fuerint/ ⁊ vna sola femella/ se vicissim cohabitādo cū ea solēt occidere vel necare. Istud pōt cōtra luxuriosos applicari: qui in fluminibus deliciarū cupiunt semꝑ esse: et ibi carnalitatis opera exercere: et illos cū quibus cohabitant solent necare. qui plures nō verecūdātur cum vna vicissim suā libidinē adiplere: figurati in filijs beniamin: q̄ vicissim abutentes vxore leuite eā mortuā reliquerūt. Judic. xix.

Capitulum. viij. De Ansere.

1 Anser scd̄m Isidorū nec sine aqua nec sine herba bene sustineꝫ. Sic vere nec homo sine herba sancte doctrine: nec sine aqua cōpunctionis et deuotionis et gratie potest spūaliter bene viuere. Unde Esa. l. Computrescent pisces sine aqua.

2 ¶ Anser q̄uis sit animal libidinosum: ita ꝙ ī aquis coeat: istud tamen verū est ƀm Isidorū ꝙ vni masculo sufficiūt tres femelle. Quod est ꝯtra impudicos luxuriosos: q̇bus nō potest sufficere infinitas mulierum. Exemplo salomonis: qui mille habebat tā reginas q̄ꝫ cōcubinas ꝑ quas

3 tñ fuit cor ipsius deprauatū sicut diciꝫ. iij. Reg. xj. ¶ Anser assiduis clangoribꝰ vigilias noctis testaꝫ. Et ƀm Isid. Nullum animal ita sentit odorē hominis sicut anser. Unde cū Galli vellent capere capitoliū/ ascensus eorum ꝑ clamorem anseris deprehensus est. Idem autē narrat ouidiꝰ de sabinis ꝙ cū vellent ciuitatē romanam capere/ clamor anseris dormiētes milites excitauit. Sic vere prelatꝰ ⁊ predicator debent circa suum officium vigilare/ hoīm etiam hostium.i. demonū (de quibus diciꝫ Matth. xiij. Inimicꝰ homo hoc fecit.) debēt insultus ⁊ insidias presentire/ et ne capitoliū anime capiāt per peccatū/ debent suis clamoribus et predicationibus dormiētes homines excitare/ ⁊ eis imminētia pericula vt p̄caueāt declarare. Figura Ezech. xxxiij. vbi diciꝫ ꝙ speculator vidēs venire gladiū/ debebat ciuibꝰ annūciare/ vt precaueret: alioqn si qs auferebaꝫ/ ille in sua iniq̄tate moriebaꝫ: ⁊ nihilominꝰ aīa eiꝰ de speculatorꝫ manibꝰ req̄rebaꝫ. Et ideo p̄lato ⁊ p̄dicatori dr̄ Esa. lviij. Clama ne cesses ⁊c.

4 ¶ Anser aliena oua nō excludit/ sicut dicit Pli. lib. x. c. lix. Sic vere multi sunt qui nolunt bonum facere nisi suis: sicut patet ad litterā de auaris/ qui ouis suis.i. filijs et filiabꝰ vltra modū nitūtur benefacere/ ⁊ eos excludere.i. ad statū promotionis educere: nullis autē alijs volunt aliquid boni facere. Uel dic de deo qui solos suos scꝫ quos p̄destinatos cognouit/ facit ꝑ gratiam excludere/ ⁊ testā mūdi ⁊ carnis exire/ ⁊ finaliter ad eū euolare. Uel dic de deo q̄ oua sua.i. opera ab ipso in nido cordis posita facit excludere/ et pullū eterni premij generare ⁊c.

5 ¶ Scd̄m eūdē ibidē pullis anserū sunt vrtice mortifere. Sic vere vrtice q̄ vrūt.i. mundi diuitie q̄ mētem sollicitāt ⁊ vrunt/ sunt pullis.i. simplicibꝰ ⁊ ipsis vti nesciētibꝰ venenose.

6 ¶ Anseres siluestres ordinate volant more gruum: ⁊ ita in volatu tñ se delectāt ꝙ vix quiescunt. Qḋ est contra naturam domesticoꝝ. Isti tñ in volando habent mirabilē industriam: qꝛ nunqꝫ vadūt contra ventū: sed semper subtus/ ac si a facie venti fugerēt. Qꝛ si ventus se vertat/ anseres etiā se conuertunt. Unde si aq̄lo flauerit/ solent volare siluestres anseres versus austrū: et etiā ecōuerso: sicut diciꝫ lib. de naturali historia. x. c. xxij. et etiā in lib. de natura rerū. Uentus significat flatus tribulationū ⁊ tētationum malarū/ ⁊ suggestionū ⁊ occasionum. Anseres autē siluestres significāt cōtemplatiuos ⁊ regulares. Domestici vero significāt seculares. Dico autē ꝙ siluestres.i. cōtemplatiui ⁊ religiosi debent in volatu cōtemplationis summe delectari: ⁊ nūqꝫ ab isto debent quiescere vel cessare. Esa. xl. Uolabunt ⁊ nō deficient. Uerūtñ nō debēt conari volare ⁊ ire ⁊ repugnare cōtra ventū tētationū ⁊ tribulationum ⁊ malaꝝ occasionum: qꝛ forte nō possent p̄ualere: sed ꝓ certo ipsi debent a facie vēti fugere/ ⁊ tentationū occasiones euitare/ ⁊ tribulationibꝰ cedere/ ne forte possint periculum subire. Figura de muliere Apoc. xij. quā cū draco vellet deuorare/ fugit ⁊ volauit in solitudinē.

7 ¶ Anser impinguatur in nouē diebꝰ. Alis ⁊ sibilo pugnat ꝓ pullis: ⁊ si societatē suā perdiderit valde dolet/ ipamqꝫ clamādo ⁊ circūspiciendo requirit. Sic iustus in nouē diebꝰ qui cōstant ex tribꝰ ter ductis.i. in fide trinitatis debet virtutibꝰ impinguari: pullos suos.i. subditos debet sibilo orationis et alis ꝓtectiōis tueri ⁊ defendere/ ⁊ si a societate fidelium ꝑ peccatum ⁊ excōmunicationē errauerint ⁊ ceciderint/ debet ꝑ penitētiam dolere/ ⁊ quousqꝫ eos recuperet/ nō debet a clamoribꝰ ⁊ lachrymis ⁊ ab inuestigatione cessare. Esa. lviij. Clama ne cesses.

8 ¶ Anser locū vbi ē/ totū aut ore ꝯpascit aut stercoribus fedat. Sic luxuriosi totā patriā vbi sunt nō cessant suis verbis ⁊ operibus maculare.

Capitulum. ix. de apodibus.

1 Apodes que alio modo cypselli dicūꝫ/ sunt aues que vsum pedum non habentes/ quasi cōtinue sunt volando. Unde etiam quantūcunqꝫ nauis ad remotissima maris vehatur/ semper tamen inueniuntur apodes cōmeātes. Sicut enim dicit Pli. lib. x. c. xxxix. aut iacent aut pendent/ hisqꝫ quies nisi in nido nulla. Iste in scopulis nidificant/ et similes sunt hirundinibus. Hec Pli. Ego autē de istis audiui ꝙ in maiorica/ vbi multe sunt tales/ cum ambulare nequeāt/ nec a terra etiam si descendere contigerit/ amplius se mouere: in scopulis taliꝛ faciūt nidos suos ꝙ facili motu ⁊ impulsū possunt inferius cadere/ ⁊ sic dū cadūt recipiūtur in aere/ ⁊ volatū recipiūt ī cadēdo: qꝛ sic dictū ē nūqꝫ de t̄ra ꝑpetuo surgūt ex q̄ semel deciderit. Ibidē aliḋ etiā audiui de istis ꝙ.s. cū

mmm iiij

breuissimas tibias habeant/ vtpote quarũ nullum habent vsum: duo tñ fortissimi hoies non possunt auẽ rumpere/nec tibiam a tibia separare. Per istas aues possum intelligere quosdam q̄ sunt optimi in cõtemplatiua: nihil tñ valent in actiua: qꝛ scꝫ optime per cõtemplationẽ volant/⁊ per mare penitentie circũeuntes nauigãtes.i. in isto seculo fluctuantes per orationes cõmeant ⁊ associant: nunq̄ꝫ vero per terrã.i.per terrena negotia ãbulant: nec ibi se dirigunt aut gubernãt: quinimo qđ peius est/ si ad terrã.i.ad terrena negotia descenderint/ibi ex toto resident: ⁊ inde ad cõtemplatiuam ascendere plus nõ valent.ps. Qui cadit/non adijciet vt resurgat. Tales igitur nõ debent in terra cubare/nec se in terrenis negotijs implicare : sed i scopulis.i.in statibus paupertatis/asperis/⁊ mollitie prosperitatis carentibꝰ debent quiescere: ⁊ valde parũ de terra ⁊ terrenis bonis accipere: vt sic possint faciliter in aere.i. in bonis spũalibus per cõtemplationem se suspendere ⁊ volare. Job.vij. Elegit suspendium anima mea. Sic igit̃ isti si ex toto terram ⁊ terrena spreuerint/⁊ volatui cõtẽplationis se dederint/⁊ breues tibias ⁊ pedes.i.truncatas affectiones/modicas et limitatas habuerint/fortitudinẽ ⁊ cõstãtiam tãtã habere poterũt ꝙ q̄cũq̄ꝫ q̄ꝫq̄ꝫ fortissimi demones ipsos per peccata diripere nõ valebunt. Breuitas em̃ ⁊ paucitas affectuum ⁊ cõcupiscentiaꝝ volatusq̄ꝫ cõtemplatiõis ⁊ amor celestiũ mãsionum faciunt hoiem fortem/ ⁊ ad resistendũ vitijs stabilem et potentem. Esa.xl. Sancti qui sperant in domino/mutabunt fortitudinem/assumẽt pennas vt aquile ⁊c̃.

Capitulum.x.de ardea.

1 Ardea ẽm Ambro.in hexamerõ dicit̃ ab arduo volatu. Ita em̃ ardue ⁊ alte volat qñ sentit pluuiam/ꝙ nubes transcẽdit/ vbi ventus ⁊ pluuia nõ attingant: ⁊ ista ẽm Pli.lib.xviij.c.vlt.in arenis tristis pambulans prenosticat duplicẽ tempesta tem. Et sicut in libro de natura rerum dicitur/ ardea videns accipitrem sibi infestũ/ applicat ei anum / et eijcit stercora ꝯtra ipsum / que scꝫ stercora faciũt alas accipitris putrescere: et hoc videns consueuit ardee dare pacẽ. Phs autem dicit ꝙ ardea accipitri se ꝓsequenti piscem putridũ ꝓijcit: circa quẽ intentus accipiter eam ire ꝓmittit. Sic vere charissimi cum ventꝰ supbie ⁊ pluuia ꝓsperitatis ⁊ luxurie sint nobis valde cõtraria ⁊ nociua/nos debemus ꝑ affectũ ⁊ desideriũ volare/⁊ ascẽdere supra nubes.i. sursum ad cõtẽplationẽ celestiũ nos leuare/ne scꝫ talibꝰ vẽto ⁊ pluuia fatigemur/si in ferꝰ in mundanis remanserimus ꝑ affectũ. Esaie.xiiij. Ascẽdam suꝑ altitudinem nubiũ. ⁊ in ps. dixit dauid. Ascendit super cherubin: ⁊ volauit: volauit suꝑ pennas vẽtoꝝ. Si em̃ iferꝰ in arenis vanitatis mũdane tristes remãserimus et inertes/duplicem nobis prenosticabimus tẽpestatẽ.s.corꝑis ⁊ aie dãnationẽ ⁊ mortẽ. Accipitri ergo nos ꝑsequenti.i.diabolo nos tentanti stercora bonorũ tẽporaliũ ⁊ fetorẽ deliciaꝝ carnaliũ dimittamꝰ: et ipsa a nobis per cõtemptũ eijciamꝰ ⁊ expellamus: iuxta apostolum.ad Philip.iij. Oia arbitratꝰ sum sicut stercora. Et sic manus ipsius euademꝰ/⁊ sursum ad cõtemplationem celestiũ suꝑ nubes cum angelis ascẽdemus/exẽplo Ioãnis: qui dimisso pallio nudꝰ fugit. Uel potest dici ꝙ qñ accipiter.i. iudex vel prelatꝰ prosequit̃ ardeam . i. vsurarium vel luxuriosum clericũ vel curatũ/ vt eum corrigat ⁊ puniat/ statim solet ei stercora ⁊ piscem putridum.i.dona et munera ꝓijcere: ⁊ sic solet euadere ⁊ abire. Prouer.vj. Donum hois dilatat viã eiꝰ: ⁊ ante principes spatiũ ei facit.

2 ¶ Scđm Pli.lib.x.c.lx. Ardeola auis est que maximã penã sustinet et generando et pariẽdo. Unde ait ꝙ mares cum vociferatu sanguinẽ ex oculis profundunt: nec minꝰ egre.i.minꝰ difficiliter pariũt grauide. Applica siuis ad luxuriosos: ex quoꝝ oculis scintillat sangnis.i.luxurie pctm̃ per impudicos aspectꝰ/ iuxta illđ.j. Pe.ij. Ocl'os hñt plenos adulterij. Uel dic ꝙ mas ⁊ femina sunt malus prelatꝰ et malus subditus/ quorum alter scilicet prelatus cum difficultate vult generare/scilicet predicando. Femina vero.i.malus subditus cum difficultate vult parere/bona oꝑa faciendo. Aduerte tamen quod dicit Plinius libro.x.ca. lx. ꝙ est species ardearum dicta leucon: que semper altero oculorum caret ⁊c̃. Expone sicut de monoculis.

Capitulum.xj.de ansolomibus.

1 Ansolomes seu aues ꝑadisi sunt quedã aues ad quãtitatem anserũ/al's circa: que ita sunt diuersis colorib9 colorate/ vt nullꝰ color dicat̃ eis deesse: ⁊ iste ita habent vocem ꝑiam ⁊ dulcẽ/ꝙ excitare possunt hoiem ad deuotionẽ. Et dicũtur aues ꝑadisi eo ꝙ nescit̃ vnde veniant/aut quo vadant. Earum em̃ coitus aut generatio nõ videtur: sed certis temporibus aggregate veniunt/⁊ certis temporibꝰ recedũt: sicut ponit auctor in lib.de natura rerũ. Talis ꝑ oĩa fuit christꝰ: qꝛ scꝫ generatio ipsiꝰ fuit hoibꝰ penitꝰ ignota. Esa.liij. Generationem eiꝰ quis enarrabit: Ideo etiã dixit iudeis de seipso. Ioã.viij. Uos autẽ nescitis vnde venio/aut quo vado. Iste em̃ certo tẽpore ꝑ incarnationem venit: qꝛ sicut dicitur Hiere.viij. Turtur/hirũdo ⁊ ciconia cognouerunt tẽpus aduentus sui. Certo etiã tempore per passionem recessit: dicens. Ioan.xvj. Tẽpus est vt reuertar ad eum q̄ misit me. Iste igitur dicitur auis paradisi : qꝛ scꝫ iste ad litteram de paradiso venit in mundum. Eccli. xxiiij. Exiui de paradiso ⁊c̃. Et ideo iste fuit coloratus om̃i colore virtutis et perfectionis. Ezechi.xvj. Sumpsisti vestimẽta tua multicoloria . Et vocem etiã habuit ita ꝑiam/sicut ptꝫ per decursum euangelioꝝ / ꝙ ẽm rei veritatem hominem potuit ad deuotionem mouere/ ⁊ ad compassionem et fletum aliquotiens excitare. Ideo de voce sue locutionis/⁊ de colore sue decore cõuersationis dicit̃ Canti.ij. Ostende mihi faciem tuã / sonet vox tua in auribꝰ meis : vox em̃ tua dulcis et facies tua decora. Uel potest exponi de angelis. Angeli em̃ sunt aues paradisi/ quoꝝ generatio ⁊ conditio penitꝰ ignoratur . Uel dici potest de viris iustis: qui sunt aues et habitatores paradisi/nunc spe / tandem facie/qui scilꝫ debẽt habere coloratã ꝯuersationẽ/⁊ ꝑiã et dulcẽ ꝑdicationẽ.

Capitulum.xij.de barliatha.

1 Barliatha ẽ auis q̄ in arbore nascit̃: ⁊ in mari in lignis putrefactis. Et istas aues dicit̃ Innocentius ꝓhibuisse in quadragesima manducari. Istas vocat Arist.tubonides. Iste in pictauia circa maritina vbi plurime sunt tales/ vocãtur crauãcij: et ideo de istis vide in titulo de pictauia infra libro quartodecimo.

Capl'm.xiij.de bitarda.

1 Tarda que vulgo bitarda appellatur/ est auis magna / vulgo sic nuncupata / eo ꝙ bis tardat se qñ vult volare / nũq̄ꝫ em̃ subito surgit e terra: imo bis vel ter saltũ facit in terra anteq̄ꝫ subleuetur. Uñ q̄ñq̄ꝫ cõtingit ꝙ dũ taliter se retardat ab aucupe sagittat̃: sicut dicit̃ in li.de natura rerũ. Sic vere multi sunt qui nũq̄ꝫ volunt dimittere terrã ⁊ terrena subito vel aperte: nec ad deũ celeriter euolare: imo solẽt bis vel ter/ iter boni ꝓpositi retardare: ⁊ sic sepe fit ꝙ dũ nimis deliberant/solet eos diabolus tẽtationibꝰ sagittare/⁊ a volatu bonoꝝ opeꝝ impedire. Bñ ergo cõsulit qui dicit Eccli. xiij. Fili ne tardes ꝯuerti ad dñm. Uel põt allegari de prudẽtibꝰ/q̄ nõ debent precipitãter volare ad oꝑa sua: imo bis vel ter debẽt deliberare/⁊ aliq̄tiens vsq̄ꝫ quo opportunitatẽ videãt retroire. Sene. Diu deliberandũ est/qđ statuẽdũ est semel.

2 ¶ Tarda cõedit carnes et etiã pene sola inter comedẽtes carnes/ herbas depascit. Ista tñ in volãdo nõ capit predã sicut aues ꝑdales: ſꝫ expectat ꝙ sint ples tarde simul cõgregate: ⁊ tũc alias sil' aggrediũt̃ ⁊ occidũt: ⁊ earũ carnibus vescunt̃/sicut dr ibidẽ. Tales sũt mlti mali/ malitiosi ⁊ iniq̄: q̄ q̄ꝫuis vescãt̃ ꝑ rapinã carnibꝰ.i.substãtijs aliorũ: ipsi tñ volando ꝑ supbiam/ vel publice rapiẽdo nõ predant̃: q̄n imo solẽt se plures inuicẽ aggregare/⁊ alter alteꝝ adiuuare/et sic insimul bonos inuadere/⁊ cõtra eos ꝑualere. Ista patent de balliuis/officialibꝰ ⁊ aduocatis/⁊ de vsurarijs/q̄ vt cõmuniter plures sunt eiusdẽ societatis : q̄nĩmo omnes in vnũ cõueniunt ad alios occidẽdum ⁊ predãdum.ps. Cõgregati sunt aduersus dñm ⁊ aduersus christum eius. Plures em̃ detractores ⁊ malitiosi se solent inuicem coniungere/qñ volũt aliquẽ impugnare. Unꝰ em̃ accusat/ alius testificatur/alius cõsulit/alius iudicat/alius exequit̃. Et breuiter illud quod ꝑ vnum fieri nõ potuit/ꝑ plurimorũ malitiã adimpletur.ps. Multiplicati sunt q̄ tribulãt me ⁊c̃.

Capitulum.xiiij.de bonosa.

1 Bonosa est auis que et sapore et qͣtitate quasi
assimilat̃ perdici. Ista mirabiliter cõcipit: quia
scilicet masculꝰ quãdo vult generare/ hianti ore
currit donec de ore spumã emittat: quã femella
ore recipiens cõcipit atqꝫ parit. Tales sunt lu-
xuriosi: qꝛ dũ femella recipit ⁊ audit spumã. i. imũda verba
que de ore suo ꝓfert masculus: sepe fit ꝙ malũ ꝓpositũ con
cipit: et parturit malũ opus. Uel potest allegari de hereti-
cis: quoꝝ spuma. i. immũda doctrina dũ ab auditoribꝰ pro
vera recipit̃: in ipis ois error concipitur: et ois iniquitas ꝑ-
turitur. psal. Cõcepit dolorẽ: et peperit iniquitatẽ. Uel po-
test de bono predicatore dici: cuius spuma verborum facit
alios concipere cuncta bona.

Capitulum. xv. De Bubone.

1 Bubo. Diues auarus similis est buboni: que
onusta plumis/ a cunctis alijs auibus impu-
gnatur: ⁊ ab eis deplumat̃. Et frequẽs eiꝰ vlu-
latus scd̃m augures de nocte presagiũ est mor-
tis. Stercoribꝰ ⁊ alijs immũditijs vescit̃: ⁊ cũ
ea alias aues aucupes deprehendũt. Lucẽ odit: et cauer-
nas inhabitat. Et si aliquis vult eam accipere: in supina se
vertit/ et rostro et pedibus se defendit. Sic diuites et aua-
ri a cũctis alijs/ scilicet balliuis ⁊ principibus impugnan-
tur/ et hoc quia sunt onusti plumis. i. diuitijs supfluis sunt
induti/ propter quas ab oibus impetunt̃/ et paulatim etiã
deplumantur. Hierony. Quid enim est auarus/ nisi arca
latronum/ bursa principũ/ sibilus oim: Ululatus etiã ⁊ ver
ba diuitũ/ fraudulentiã/ mortẽ ⁊ exheredationẽ presagiunt
pauperibus ⁊ egenis. Isti immũditijs ⁊ stercoribus vescũ
tur/ scꝫ bonis tẽporalibꝰ: que ad Philip. iij. stercora ab apo-
stolo nũcupant̃. Unde aucupes. i. inferni diaboli cum istis
capiunt alios: quia isti sunt occasio quare multi faciũt mul
ta mala. pauperes/ de eis grauiter murmurando/ et detra-
hendo. principes ⁊ alij eos inuadendo/ vel sustinendo pro-
pter munera sibi data: ⁊ sic de alijs. Isti lucem fugiũt veri
tatis. contractus eñ suos faciũt non in luce et apparentia
veritatis/ sed in abditis ⁊ tenebris. i. sub velamento multi-
plicis falsitatis. Ioã. iij. Omnis qui male agit/ odit lucem
Et si aliquis velit eos accipere corrigendo: tunc se supinãt
versus celũ/ se scꝫ excusando/ et facta sua esse tota celestia. i.
iusta ⁊ licita asserendo: et sic a prelatis et correctoribus vix
capiũtur aut cõcludũtur: quinimo cũ rostro ꝟboꝝ ⁊ vngui
bus fictorũ operum ab oibus defendũtur. Eccl's. viij. Sũt
2 impij qui ita securi sunt: ac si iustorũ facta habeant. ¶ Bu
bo ꝫm Isidorũ est auis plumis et rostro ⁊ vnguibus/ auibꝰ
predalibus similis: nõ tamẽ virtute: qꝛ graui detenta pigri
tia/ nimis est debilis ad volatũ. i sepulchris et cauernis de
die inhabitat/ et de nocte predã querit/ et in vrbe visa scd̃m
augures solitudinẽ presagit affuturam: vt dicit Pli. lib. x. c.
xij. et ꝫm Aristo. lib. viij. Monedula que est coruini gene-
ris/ comedit oua bubonis de die: quia debilis est visus: et
ecõtra bubo comedit oua monedule de nocte: qꝛ clarius vi
det de nocte qͣꝫ de die. Auceps aũt cum ea alias aues de-
prehendit. Ecclesias autem frequentat nõ vt deo seruiat:
sed vt oleum lampadarũ bibat. suis stercoribus ecclesiam
maculat ⁊ deturpat. Sic vere hypocrita in plumis apparẽ
tie/ in rostro eloquentie/ in vnguibus potẽtie/ auibus preda
libus. i. sanctis hominibꝰ similat̃: non tamẽ in efficacia vel
virtute: quia iste ad volatũ cõtemplationis totaliter piger
et debilis inuenit̃. Apoc. iij. Sciens ꝙ modicã habet virtu
tẽ. Iste de die. i. in apparentia hoim/ in sepulchris ⁊ cauer
nis penitẽtie ⁊ humilis cõuersationis videt̃ manere: vel in
sepulchris. i. in cõsideratione mortis ⁊ inferni se fingit corã
hominibꝰ habitare: tunc enim a preda peccati quiescit: sed
de nocte in abscondito circa predam malorũ suorum ope-
rum insistit. psal. Posuisti tenebras/ et facta est nox: in ipsa
pertransibunt omnes bestie silue. Oua eius. i. exteriora bo
na opera comedit diabolus: qꝛ cum ipsa praua intentione
corrũpat/ in hoc delectat̃: et ecõtra oua monedule. i. diabo-
li peccata/ que diabolus generat ⁊ producit ⁊ ponit in cor-
de suo/ ipse de nocte comedit: qꝛ in occulto multa mala cõ-
mittit. Clarius eñ videt tũc ad opa tenebrosa qͣꝫ de die. i.
in publico ad opera virtuosa. Unde aucupes ĩferni cũ ipso
alios deprehendũt. Quia tamen ꝓpter plumas apparẽtie
ab alijs auibꝰ/ scilꝫ a simplicibus insequũtur: tandẽ ab eis
corrupti a diabolo per vitia capiunt̃. Exẽplifica bene. Sã
ctam autẽ ecclesiam suorũ stercoribus pctõrum maculãt
⁊ inquinant. Hiere. xj. Quid est ꝙ dilectus meus in domo
mea facit scelera mĺta: Nũqͣꝫ tñ eã ad laudẽ dei frequẽtãt:
sed vt oleũ vane glorie accipiant ⁊ acquirãt/ quo scꝫ sua hy
pocrisis ĩpinguet̃. Osee. xij. Fedus cũ assyrijs inijt/ et oleũ
in egyptũ ferebat. Uel vt etiã oleũ bonorũ temporaliũ reci-
piant ⁊ acquirãt: sicut potissime patet in canonicis secula-
ribus/ qui bene frequentãt ecclesiam vt habeãt distributio-
nes/ non vt faciãt orationes. Uel per bubonem ⁊ monedu-
lam intelligo diuersos huius seculi deceptores/ quorũ vnꝰ
alteri insidiatur/ et dũ non aduertit/ oua ⁊ bona ipsiꝰ depre
datur. Istud patet in aduocatis: quoꝝ cum vnus venit ad
obscuritatem ⁊ ignorãtiam senectutis/ alius clare vidẽs et
astutus ipsum solet decipere/ ⁊ bona eius subripere ⁊ aufer
re: quia breuiter inter illos ille qui ad obscuritatẽ istã ꝑue-
nit/ bona sua que alijs primo subripuerat/ per alios tãdem
perdit: ⁊ per illum quẽ adhuc iuuenem ⁊ parum vidẽtem ⁊
scientẽ deceperat/ tandẽ factus senex ⁊ ignorans oua sua. i.
officia ⁊ alia bona perdit: sicut patet de iuuenibus aduoca
tis et de senibꝰ hebetatis. Unde Esa. xiij. Predabũtur eos
qui preda fuerant/ et subijcient exactores suos. Et pro cer-
to sepe fit ꝙ magni aduocati alios qui parũ vident/ predan
3 tur/ a quibus postea pauperantur. ¶ Mũdani ⁊ seculares
similes sunt buboni/ que clarius videt de nocte qͣꝫ de die: ⁊
ideo cũ semꝑ habitet in cauernis/ monedula comedit oua
eiꝰ/ ⁊ ecõuerso ipa ouis monedule noctibꝰ ĩpinguat̃. Et est
auis onusta plumis/ et rostro vnguibusqꝫ munita: pauce tñ
est virtutꝫ: qꝛ nõ nisi mures ⁊ vesptiliones ⁊ cetera vilia de-
predat̃. De nocte circũuolat ad predandũ: de die autẽ lucẽ
solis ferre non sustinẽs/ in cauernis ⁊ abditis se abscondit.
Sic vere charissimi in nocte obscura. i. in negotijs mundi
clarius vident mũdani/ qͣꝫ in die salutis ⁊ spũalitatis: qꝛ sa
pientes sunt vt faciant mala. ⁊c̃. Hiere. iiij. Clarius etiã vi
dent de nocte qͣꝫ alie bone aues: qꝛ filij huius mũdi sapien-
tiores sunt filijs lucis in generatiõe sua. Luce. xvj. Isti ta
mẽ in die. i. in negotijs spũalibus/ ⁊ in illis q̃ ad salutẽ per-
tinent/ parum vidẽt. Isti eñ sunt illi de quibus dicit̃ Ioã.
ix. Ut vidẽtes nõ videãt: ⁊ qui vidẽt/ ceci fiant. Isti ergo in
cauernis terre. i. amore temporaliũ habitant: ⁊ ideo mone-
dula nigra. i. diabolus oua eoꝝ de die comedit. i. bona eoꝝ
proposita vł opera si que faciũt/ diabolus eis aufert: qꝛ scꝫ
isti peccatis obtenebrati/ bona sua spũalia non defendũt: ⁊
sic licet ponãt oua. i. licet cõcipiant plura bona ꝓposita: ta
men partũ vel pullum bonorũ operũ non emittũt: qꝛ scꝫ to-
tum a monedula. i. a tentatiõe diabolica surripit̃ ⁊ furatur.
Ioã. x. Fur nõ venit nisi vt furetur. Ecõtra autẽ in nocte. i.
in obscuritate peccati/ isti oua diaboli. i. bona tẽporalia ra-
piũt: et ea sibi accipiũt ⁊ acquirũt. Uel in nocte ouis mone
dule nutriunt̃. i. prauis delectationibꝰ quas diabolus ĩ cor
de eorũ ponit. Esa. lix. Qui comederit de ouis eorũ/ morie-
tur/ ⁊ qđ cõfotum est/ erumpet in regulũ. Isti etiã plumis. i.
diuitijs/ rostro. i. iactãtijs/ vnguibus. i. potentijs sunt muni
ti: sed pro certo paucissime sunt virtutis: scꝫ apud deũ: qꝛ qđ
altũ est apud hoies: abominabile apud deũ est. Luce. xvj.
Magne sunt apparẽtie/ sed pauce efficacie: de nocte volãt
ad predam: qꝛ peccatorũ tenebris obscurati/ ⁊ virtutẽ solis
iustitie fugientes/ ad vespertilionũ ⁊ murũ. i. pauperũ ⁊ ege
norum circũuolant rapinã. Esa. iij. Rapina pauperis ĩ do-
4 mo vestra. ¶ Item ꝫm Pli. Bubo de ouo a cauda exit. ca
put eñ eius ita est ponderosum ꝙ posteriorem partem pri-
mo fouẽdam matri exhibet: sicut dicit Pli. li. x. c. xvj. Qui
etiam idẽ dicit de coruo/ cornice/ noctua/ et pico. Sic vere
sunt multi qui de ouo. i. de mũdo exeunt a cauda: qꝛ scilicet
posteriora. i. corpus premittũt: caput vero. i. animã ⁊ intẽtio
nem adhuc quantũ possunt interius retinent: qꝛ scilꝫ qͣꝫuis
corporaliter de mũdo exeant: ibi tamẽ cordialiter remanẽt
atqꝫ restant. Isti eñ sunt qui matri sue deo vel prelato po-
tius exhibent fouendã caudã qͣꝫ caput. i. carnem qͣꝫ animã/
inquãtum scꝫ magis sunt solliciti de salute corporis qͣꝫ mẽ-
tis: ⁊ plus de illis que necessaria sunt ad carnem fouendã/
qͣꝫ ad animã recreãdam. Qđ etiam potest dici de illis qui
ad hoc ad matrẽ. i. ad ecclesiam ⁊ religionẽ veniũt/ vt cau-

dam/non caput.i.vt carnem nō animā preficiant ⁊ prepo-nant:caudāq3 precedere caput volūt:inquātum fomēta cor-poris magis q3 anime curāt:ita q breuiter deus/ecclesia/religio/vel prelatus potest dicere illud Hiere.ij. Verterūt ad me dorsum/⁊ non faciem. Et sicut bubo nunq3 recte vo-lat sm Pli.vbi supra:immo semper ad aliquā partē flectit quādo volat:sic vere pctōres nullū volatū .i. nullū op9 suū recte faciūt:nec rectā intentionē aut formā custodiunt:imo tortuose ⁊ inepte faciunt quicqd agunt. Cor autē eorū non erat rectum cū eo:nec fideles habiti sunt in testamēto ei9. Vel dic de proditoribus qui semp vadūt tortuose ⁊ fallaci-

5 ter ⁊c. ¶ Cor bubonis suppositum sinistre mamme mulie-ris dormientis/oia secreta sua narrare eam facit/secundū Pli.lib.xxx. Sic anima cui cor bubonis .i.malitia diaboli et eius mala voluntas ostenditur/secreta peccata libenter dicit ⁊ confitetur.

Caplm.xvj.de caprimulgo.

1 CAprimulgus est auis maior merula/ q̄ de no-cte volat/⁊ de die nihil videt/ que dicitur capri mulgus:quasi mulgens capras. sicut em̄ dicit Pli.lib.x.c.xl.ista auis de nocte stabula pasto-rum ingredit/ ⁊ ad vbera caprarū euolat/et lac sugit/⁊ se inde satiat. Ista aūt iniuria vber qd suxit morit:⁊ ipa capra cecitate dānat. Capra significat ecclesiā/vl etiā quēlibet prelatum simplicē et malitia carētem. Aues au-tem iste significant malitiosos ⁊ ambitiosos/in die.i.in bo-nis spiritualibus cecos:et in nocte.i.in negotijs secularib9 valde astutos. Igit tales qnq3 solent de nocte.i.occulte et caute stabulū ecclesie ingredi/⁊ ad caprarū vbera.i.ad sim plicium prelatorū pinguia beneficia se trāsferre. Cum vero tm̄ possūt facere q ad talia bnficia attigūt/ ipas capras.i. ipsos prelatos simplices p malitias vel per munera exce-cāt: vbera vero que sugunt.i.beneficia q̄ obtinēt/destruūt/depauperāt/et mortificant. Iud enim videmus q bnficia que tenēt ambitiosi/ ab eis destruūtur/⁊ tamen ipsi prelati ab eis plusq3 ab alijs decipiunt. Non curant em̄ de vbere sed de lacte/nō curant de bnficio/sed de lucro. Eze.xxxiiij. Lac comedebatis/et lana cooperiebamini/ et qd crassum erat occidebatis/gregem autem meū nō pascebatis.

¶ Cynamulgus est auis arabie.vide de arabia.

¶ Cocyx est est genus accipitris.vide de accipitre.

Capitulum.xvij.de columba.

1 COlumba stulte est curiosa: qr sedēs sup arborē circūspicit ad quā partē velit sedere:sed anteq3 deliberauerit/multotiens impetit sagitta: ⁊ sic propter sue tarditatem deliberationis/proposi-tum nō adimplet. Sic multi circūspiciūt ⁊ deli berāt de sua salute/ad quā partem velint et possint animū declinare:sed qr statim veniēte bono pposito nō adimplēt: sed tumultuāte cōsciētia retardant: ideo ab aucupe diabo lo subito varijs tētationibus sagittant: ⁊ sic de arbore deli ciarum ⁊ honorū mūdanorū vsq3 ad barathrū descēdētes/ab incepto bono pposito retardant. Et ideo cōsulit Eccli. v. Ne tardes cōuerti ad dn̄m/ ⁊ ne differas de die in diem.

2 ¶ Colūba sm glo. Cātico.j.felle caret/ rostro nō ledit nisi forte parem suū.in cauernis pullos nutrit/alias columbas errātes secum recolligit/⁊ iuxta fluenta manet/vt a lōge vi deat vmbrā accipitris veniētis. meliora grana eligit/gemi tum pro cātu reddit/gregatim volat/societatē diligit/alis ⁊ rostro se defendit/cadauera ⁊ alia immūda nō comedit/geminos pullos nutrit:et sup fluenta nidificans/vmbrāq3 accipitris de longe venientis intuens/ad interiora forami nis se abscōdit.inter accipitres discernit: qr cōtra volātes ⁊ rapientes in aere in cauernas fugit/cōtra rapientes i ter ra vel aqua ad arborē euolat: ⁊ sm Orig.quāto pēnosior/tā to fecūdior inuenit. Unde habētes pedes pēnatos fere pul lificant omni mēse.⁊ semp geminos pullos nutrit. Charis-simi ppter istas.xiij. proprietates colūbe possum intellige-re virum iustū/vel quēcūq3 ecclesiasticū vl prelatū vel etiā animā christianā. Isti enim felle carent: qr scz sine felle ma litie et inuidie debent esse.j.ad Corin.v. Nō in fermēto ma litie ⁊ nequitie ⁊c. Qr sicut dicit Matth.x. Isti debent esse prudētes sicut serpētes: ⁊ simplices sicut colūbe. Secundo columba nullū ledit nisi parem. Per parem anime intelli-go corpus/vl per parē prelati intelligo subditū/ quē solum debet ledere per penitētiā ⁊ correctionē/vt ipsum subijciat discipline. Eccli.xxxiij. Seruum inclināt operationes assi-due. Tertio in cauernis nidificāt: qr scz viri pfecti in cauer nis ⁊ foraminibus plagarū Christi p cōpassionem et deuo tionem faciūt nidum suū/vel etiam in cauernis inferni ⁊ se pulchri per considerationē mortis. Hiere.xlviij. Quasi co-lumba nidificans in summo ore foraminis. Quarto alias colūbas secū recolligit: quia vir pfectus debet recolligere pauperes ⁊ errantes/et per hospitalitatē ⁊ miam debet re-cipere penitētes:et etiā in sinu amoris et charitatis tam in deū q3 propter deū omnē debet colligere creaturā. psal. Cō tinui in sinu meo multarū gētium. Quia breuiter viri colū bini et perfecti solent societatem diligere:et alijs per cha-ritatem se coniūgere ⁊ vnire. Psal. Si dormiatis inter me-dios cleros penne colūbe. Quito iuxta fluēta manet. Per fluenta intelligo deuotionē:cōpassionē:lachrymationē: do ctrinā: ⁊ eruditionem: qr pro certo iuxta tales aquas debet quilibet residere. Cātico.v. Colūbe iuxta riuos aquar resi dent:iuxta fluenta plenissima. Sexto meliora grana eligit. Per grana a palea separata intelligo bona spūalia ⁊ etna: vel sanū intellectū a cortice littere depurgatū: vel bona bo norū documenta et exempla: q̄ pro certo debemus si bona sunt/recipere et eligere: ⁊ paleas.i.vanas cōsciētias: vana mūdi bona: vana malorū exēpla ⁊ documēta debem9 tota liter refutare.ij.ad Corinth.xiij. Eligite carismata meliora Septimo gemitū p cantu reddit: qr spretis mūdi solatijs vanitatis aia in gemitu cōtritionis ⁊ compassionis debet lectū cōscientie p noctes singulas abluere vel lauare. Un psal. Laboraui in gemitu meo. Esa.lix. Quasi colūbe me-ditantes gememus. Octauo gregatim volant/⁊ socios di-ligūt: qr homo debet bonor cōsortia frequētare: ⁊ vna cum eis ad celestia euolare. Naū.3. Sol ortus est ⁊ euolauerūt. Nono columba alis ⁊ rostro se defendit: qr aia cū rostro fer uentis orationis: ⁊ cū alis ardentis cōtēplationis debet a diabolo se tueri. Decimo cadauera et immūda non come-dit/qr homo peccata alior nō debet p imitationē comede re:et sibi per cōplacētiā incorporare: sed oia vt immūda et fetida refutare. Leui.xj. Nō comedetis neq3 tangetis ea q̄ immūda sunt. Undecimo geminos pullos nutrit: qr i nido cōscientie debet amorem dei ⁊ primi enutrire. Cātico.vj. Oēs gemellis fetib9: ⁊ sterilis nō est in eis. Et ideo in scri ptura dr q deo debebāt offerri duo pulli colūbarū. Leui.v. Duodecimo vmbra visa accipitris in aqua/ statim ad in-teriora foraminis intrat: vel etiā arborē ascēdit / qr vir per-fect9 qn̄ in aqua deliciarū videt vmbrā.i.prauā delectatio-nem ⁊ tentationem: que volatilis est ⁊ vmbratica et fallax/statim ad arborē crucis: et ad interiora foraminis petre in qua nidificat.i.ad memoriā passiōis christi / q̄ fuit vera pe-tra/clauis ⁊ lancea pforata: debet refugere: vt rapinā ⁊ tē-tationē diaboli valeat declinare. Figura Gen̄.viij. vbi co-lumba nō inueniens vbi requiesceret pes eius/reuersa est ad Noe in arcā: qr scilz scdm historiā scholasticā terra erat lutosa/fecibus et cadaueribus occupata. Columba autē est auis mūda/que nunq3 in talib9 figit pedem. Sic aia emis-sa a Noe.i.a deo p creationem/ statim vbi in mundo inue-nit lutum auaritie/⁊ cupiditatis/et carnalitatis/debet re-dire ad deum in arcam p memoriā passiōis/que cū esset li-gnea/in ea saluatū est omne genus. Sic in cruce ⁊c. Ideo columbe dicit. Cantico.ij. Ueni colūba mea in foraminib9 petre/⁊ i cauernis macerie. Et sicut colūba iter accipitres discernit: sic ⁊c. vide supra de accipitre.§.viij. Tertiodeci-mo quāto colūba pennosior/tanto fecundior: qr homo quā-to plures virtutum pēnas habuerit/ tanto plures pullos.i. plura bona opera pcreabit. Unde si pedes eius.i.affectus bene fuerint plumati p virtutes: tūc in omni tēpore/tam in estate psperitatis/q3 in hyeme aduersitatis pullificare per bona opa nō cessabit. Eccls.ix. In omi tēpore sint vestimē-ta tua candida ⁊c. ¶ Scdm Constantinū in viat. Colūba habet sanguinē calidum et ɔsumptiuū. Unde si sub dextra ala ipsius sanguis extrahat: et caliginosis oculis instillet/sanat ophthalmiā.i.inflāmationē oculorum. Et est colūba scdm glo. Canti.j. felle carens/nullū ledens nisi forte pa-rem/alienos pullos nutriens/societatē diligens ⁊ frequen-tans. Dicit etiam q colūba domesticat ab aucupe/et mel-

le nutritur:⁊ sic dimittitꝛ euolare ad alias siluestres:⁊ qꝛ eā
vident sibi similē/ratiōe mellis qđ habet in ore/ vna cū ea
vadunt ad colūbare/vel ad rete aucupis: vbi illa primo in-
trante oēs alie consequūtur. Et ꝺm Ambro. colūba de vna
prouincia ad aliā litteras defert: sed multotiens anteꝙ̄ ve
niat ad terminū/ab hostibꝰ sagittatꝛ propter lr̄as: et ꝓpter
eas occiditꝛ/q̄ alias nō timeret. Quid ꝑ colūbā simplicissi-
mā intelligitꝛ: nisi Christꝰ mitis et humilis corde? Sāguis
eñ ipsius preciosus est/et cōsumptiuus: qꝛ eiꝰ virtute pec-
cata tam originalia q̄ȝ actualia cōsumuntur:⁊ sicut de ala
dextra columbe subtus sanguis extrahitur: ita de brachio
dextro.i. de vulnere lateris sanguis et aqua profluit: vnde
inflāmatio omnis carnalitatis a mētis nostre oculis dilui
tur ⁊ lauatur: quia ibi sacramenta ꝺm Augusti. efficaciam
acceperunt. Ista columba felle caret: quia cum maledice-
retur: non maledicebat. Esa.liij. Nullū ledit nisi parē. Per
parem filij dei intelligo corpus eius propriū/qđ ad eosdem
honores per vniōis grām eleuatꝛ. Istud solū lesit Christꝰ:
quia ipm solū pro pctōribus saluādis voluit vulnerari. Za
cha.xj. Gladius sup pastorem meū/⁊ sup virū adherentem
mihi. Alienos pullos nutrit: qꝛ solem suū oriri facit sup bo-
nos et malos. Matth.vj. Societatē diligit/scȝ charitatis:
qꝛ delicie mee esse cū filijs hoīm. Prouerb.viij. Itē ista co
lumba ꝑ aucupem domesticatꝛ/⁊ melle ⁊c̄. Per aucupē eñ
intelligo deū patrē/qui filiū suum melle beatitudinis ab
eternis tēporibus satiauit: ⁊ ad colūbas siluestres.i. ad ho-
mines huius mundi misit:⁊ dulcedine mellis in ore eiꝰ re-
perta.i. dulcore beatitudinis nobis ꝑ predicationē eiꝰ pro-
misse/Christū ad colūbare sequimur paradisi:⁊ sub rete ec
clesie ꝑmittimus nos inuolui. Extēdam sup te rete meū: ⁊
capieris in sagena mea. Eze.xij. Ista autē colūba litteras
nostre recōciliationis a prouincia paradisi ad mūdi proui-
ciam attulit/quādo fidē nos docuit trinitatis: sed anteꝙ̄ re
diret ad propriū colūbare/scilȝ ad paradisum/ꝓpter litte-
ras huiusmodi ⁊ ꝓpt̄ v̄ba salutis q̄ docebat/ occisus est ab
hostibus iudeis. Ioā.viij. Queritis me occidere/hominē/
qui vera locutꝰ sum vobis. Figura.ij. Reg.xj. vbi Urias mi
les strenuus ꝓpter litteras quas a Dauid rege attulit/oc-
cisus est in prelio. Sic ꝓpter litteras salutis nostre/quas a
deo patre Christꝰ acceperat/occisus est in prelio mūdi hu-
ius. Littera occidit/spiritus autē viuificat.ij. ad Corin.iij.
4 ¶ Dicit Aristo.viij.lib. ꝙ inter colūbas est masculus et fe
mella/⁊ generāt pullos multos: et si femella tardauerit ve-
nire ad cubādum sup oua vel pullos/cogit eam masculus
ad cubādum desup. Masculus etiam femellā nisi cito pa-
riat/solet percutere:⁊ ipsam ad citius pariendū cōpellere.
Columba masculus est prelatus maior/femella autē pre-
latus minor. Isti habent pullos cōmunes: qꝛ tam maior q̄ȝ
minor eisdē subditis dominātur. Et ideo quādo femella.i.
minor prelatus / scilicet curatus / pigritatur cubare super
pullos ⁊ subditos: (sicut sunt illi qui nolunt morari in eccle
sia sua) ipsos scilȝ calefaciēdo ⁊ fouendo in dei amore: tunc
pro certo masculus.i. superior prelatus debet ipm cogere/
et cum rostro.i. cū verbo eruditionis ⁊ monitionis: et etiam
cum vnguibus coerctionis ⁊ correctiōis ad cubādum sup
subditos/⁊ ad faciēdū in loco suo residētiam cōpellere: di-
cens illud.iiij. Reg.xiiij. Contētus esto gloria tua:⁊ sede in
loco tuo. Et etiā ad pariendū oua bonorum operū/ et ad fa
5 ciendū fructum sibi et alijs per virtutes. ¶ Colūba in ore
solet sugere terrā salsam/et in ora pullorū immittere: vt ad
cibum sumēdū ipsos paulatim valeat edocere ꝺm Pli.lib.
x.c.xxxiiij. Sic prelatus quādo videt ꝙ creuerint in discre-
tione et meritis pulli sui: tunc debet in corpore ꝓprio reci-
pere terrā salsam.i. amarā penitētiam/ vel sal sapiētie ⁊ do
ctrine:⁊ in os subditoꝝ.i. in auditū/qui est os anime/ imit-
tere cū ore suo ꝑ predicationē: vt sic ad cibum eterne refe-
6 ctionis recipiēdum habiliter disponātur. ¶ Colūba quan
do dimittit pullū suum/solet coire cū ipso:⁊ ipm anteꝙ̄ re-
cedat ab eo/fecūdare scđȝ aliquos. Sic vere si pullꝰ.i. sub-
ditus prelatū adiuerit pro cōsilio/cōfessione/vel alio reme-
dio/prelatus nō debet ipm dimittere vacuū: immo verbo
et doctrina debet in ipso bonum propositū generare:⁊ eum
bonis operibꝰ fecūdare:⁊ etiā affectionibꝰ. Figura Deuto.
xv. vbi nō licebat alicui dimittere seruū suum/nisi viaticū
sibi daret.⁊c̄. Explica ⁊ applica. ¶ Item nota ꝙ columba 7
fimū habet ardētem: et ideo ipm de nido eijcit/⁊ pullū suū
eijcere docet. Sic vere cum stercora tēporaliū sint ardētia
per auaritiā/⁊ ardorem cupiditatis generantia: hinc est ꝙ
predicator vel prelatꝰ debet subditos suos docere ipsa de
nido suo eijcere.i. de corde ⁊ affectione penitꝰ abdicare/ex-
emplo christi: qui dicebat. Matth.xix. Uade ⁊ vēde vniuer
sa q̄ habes:⁊ da pauperibus. ¶ Itē ꝺm Ambrosium colū- +
ba in egypto et in syria instruitur vt de prouincia ad pro- 8
uinciā litteras portet. Naturaliter enī diligit locū vbi pri-
mitus fuit enutrita: et si longinquius deferatur: tamē ibi re
dit si libertati fuerit restituta. Unde tali colūbe solent alli-
gari sub ala littere: q̄ dimissa/ statim ad loca natiuitatis ni
titur se trāsferre: sed quādo in via ab hostibus cognoscitur:
ab eis ꝓpter litteras sagittatur : et sic sepe propter litteras
occiditꝛ: que alias nō timeret: nisi forte ita alte euolet: vt ad
loca hostiū nō descēdat. Uñ etiā Pli.li.x.c.xxxvij. ait ꝙ co-
lumbe in rebus magnis internuncie fuere: eplis ad pedes
ligatis. ⁊ exemplificat de Antonio ꝑ colūbam certificato.
Per celū (inq̄t) eūte nuncio. Sic vere charissimi sepe fit ꝙ
colūba.i. vir simplex ⁊ bonus in egypto ⁊ syria.i. in religio-
ne instruitꝛ: et littera ei traditur: inq̄ȝtū in verbis sacre scri-
pture informatꝛ. Et tūc litteras ad aliā defert ꝓuinciā: quā-
do sacrā scripturā ꝑ ꝑ̄dicationē cōicat alienis. Et tunc sub
alis littera ligatur: qñ subtilitatē ingenij et litterarum sci-
entiā nititꝛ alis cōtēplationis regulare: et se ad deum supe
rius eleuare: et sic nobis obsessis in hoc mūdo voluntatem
dei portare:⁊ ꝑ celū.i. ꝑ vitā celestē ad nos accedere. Uerū-
tamē tunc ꝓpter litteras ab hostibꝰ occiditꝛ/quādo propter
sciētiam in supbiam eleuatus/a diabolo mortaliter vulne-
ratur. Esa.xlvij. Sapiētia ⁊ scientia tua hec decepit te.⁊.j.
Corin.viij. Sciētia inflat ⁊c̄. Et ideo debet ita alte volare
per cōtemplationem/ꝙ ad fines hostiū.i. ad mūdi delecta-
bilia nullatenus appropinquet: alioquin in sui periculū lit
teras defert: quia quāto quis scientia clarior: tanto si delin
quat/ culpa est grauior.ij. Pe.ij. Melius erat eis viā veri-
tatis nō agnoscere/q̄ȝ post agnitā retrocedere a sancto mā-
dato.⁊c̄. Figura de Uria: qui ꝓpter litteras quas sibi Da-
uid tradiderat/a Ioab ꝑ̇ncipe militie occasionaliter est oc
cisus. Sic ꝓpter litteras sciētie et scripture quas Dauid.i.
Christus infuit/Urias.i. predicator vel doctor occiditur a
Ioab.i. a diabolo/q̇ est ꝑ̇nceps militie supboꝝ/qñ exinde in
supbiā et ꝑ̄sumptionē leuatꝛ. Uide ḡ ne deferas lr̄as mort-
tue: qꝛ sicut dicitꝛ.j. ad Corin.iij. Littera occidit : spūs autē
viuificat ⁊c̄. ¶ Columbe ꝺm Isido. dicuntꝛ quasi colentes 9
lumbos: qꝛ in actibus venereis se exercent: et ideo ab anti-
quis venereę dicebantꝛ. Et ideo etiam scđȝ fabulas poeta-
rum/currū illius dee veneris colūbe ducebāt. Iste ergo so-
cietatem diligunt: et gregatim volant/osculo concipiunt/⁊
in omni tēpore nidificāt/ si fuerit māsio earū calida. Unde
ꝺm Arist. colūba est auis voluptuosa: qꝛ dato ꝙ senex coire
nō valeat/osculari tamē non cessat:⁊ aliquādo femina sup
feminā salit/et masculus sup masculum/ex quo coitu pulli
nullatenus procreantꝛ ꝺm Aristo. sed exinde generantꝛ oua
subuētanea/que ad pullificandū penitꝰ nihil valēt/sicut di
cit Pliniꝰ lib.x.c.lviij. Et vbi etiā ab aucupe fuerit exceca
ta/seductrix efficitꝛ plurium aliarū. Iste charissimi colūbe
colentes lumbos sunt luxuriosi/qui actus venereos exercē
do impudice veneri famulātur. Iob.xl. Uirtus eiꝰ in lūbis
eius. Hi gregatim volant: qꝛ vnus alteriꝰ in suis nequitijs
vtitꝛ adiumēto. Omne aīal eñ diligit sibi simile Eccli.xiij.
Societatē diligunt/scilȝ mulierū: contra prohibitionē Ec-
cli.ix. Cum aliena muliere nō sedeas.⁊c̄. Osculis etiā ⁊ ta
ctibus inhonestis malū propositū concipiūt: qꝛ scđm illud
Eccli.xiij. Qui tetigerit picē/inquinabitꝛ ab ea. Qđ potissi
me patet de illis q̄ suas cōsanguineas osculari nō cessant/
quibus sepe cōtigit ꝙ ad malos ꝯceptus et actus prosiliūt
⁊ procedunt. Luc.xxij. Iuda osculo filiū hoīs tradis? Isti
in omni tēpore nidificāt: qꝛ ⁊ tēpore ieiunioꝝ ⁊ alijs tēpori-
bus vacare veneri non cessant : et maxime si fuerit mansio
eorum calida.i. si in calore deliciarū ⁊ prosperitatis cōmo-
rētur. vnde Iob.xxxvij. Nōne vestimēta tua calida sunt cū
perflata fuerit terra austro? Auster vētus calidus et humi
dus signat delicias. Columba autē senex nō cessat oscula-

2 ¶ Secūdum augures/ cornices dicunt̄ hominum curas agere/insidiarum abscondita monstrare/futura ⁊ maxime pluuiam predicere. Sed quicquid sit de istis opiniōibus/incolis tamē terre vbi habitant/cornices sunt nociue: quia eorū fructus et semina diripiunt et deuastant: et voce sua horrida eos discutiunt ⁊ conturbant: et aues magnas et potentes/scilicet accipitrem ⁊ aquilā/ suis clamoribus persequi non formidant/a quibus tamē sepe fit ꝙ penam ⁊ vindictā reportant. Sic aduocati clamore sue eloquentie dicuntur curas et mundi negocia agere/causarum abscondita declarare: et futuros causarum euētus predicere et monstrare: ⁊ etiā pluuiam prosperitatis suis verbis conijcere: ⁊ eam etiā hominibus promittere. Sed ista verba augurum sunt fallacia: immo de facto sepe inuenitur cōtrariū: qꝛ pro certo isti super omnes alias aues incolis/ ⁊ habitatoribus terre sue sunt impie et nociue: quia seminibus ⁊ fructibus temporalium ipsos expoliant/ ⁊ voce horribili minarum suarū multotiens ipsos turbant. Magnas etiam aues et predales.i. principes et potentes nō verentur propter eorum nimiam presumptionem clamore litigationū suarum offendere/vel turbare: ꝓpter quod ipsos contingit sepe penas ⁊ supplicia reportare: contra illud Eccli.viij. Non litiges cum homine potēte/ne forte incidas in manus illius. Et sicut cornix seipsam et pullos suos nutrit cadaueribus venenosis: sic tales tam se q̄ꝫ suos nutriunt diuitijs male et impie congregatis/ de quibus potest dici Naum.ij. Leo cepit sufficienter catulis suis/et mactauit leenis suis. et Iob.xxiiij. Uigilantes ad predam preparant panem liberis. Et sicut cornices gregatim volant̄: et quāto plus viuunt/tanto duriores efficiuntur: sic aduocati gregatim viuūt: quia vnus alium protegit/diligit et defendit: nec vnus contra alium vult pro aliqua pecunia vt cōmuniter aduocare: imo sicut vna cornice in cāpo alicuiꝰ sedēte alie similiter ibi sedēt: et sic quicq̄d est seminis totū vastāt: sic ⁊c. Et quāto plꝰ vixerint/ tanto in sua malitia grauius indurantur. Cor eius indura-

oooo

bitur ſicut lapis:⁊ ſtringetur velut malleatoris incus. Job xlj. Et ideo cor durum male habebit in nouiſſimo. Eccli. iij. Et qui mentis eſt dure/corruet in malū. Prouer.xxviij.

3 ¶ Cornix ſm Pli.li.x.c.xij. Magne eſt iduſtrie. Nucē em̄ quā non poteſt roſtro frāgere/in altum leuat/⁊ ſup ſaxa cadere permittit: et hoc totiēs reiterat ꝙ eam frangit. Talis debet eſſe prelatus:qꝛ pro certo quādo habet aliquā nucē.i. aliquem ſubditū durum ⁊ obſtinatū pre manibus/quē ſcilicet roſtro.i.verbo nō poteſt frangere vel domare/debet illum allidere ad ſaxa.i.ad duritiam tribulationū: vt ſic qui verbis nō frangit/verberibus caſtigetur.pſal. Beatus qui tenebit et allidet paruulos ſuos ad petrā. Uel dic ꝙ petra eſt Chriſtus/ad quē debet illum prelatus per orationē allidere/⁊ eum ſibi cōmendare ⁊ cōmittere/quē nō poteſt verbo doctrine frangere vel domare. Uel dic ꝙ nux rotunda eſt cor noſtrū/qđ ſi ſit ita durū ꝙ frangi vel inclinari ad bonum nequeat/nos pro certo ipſum debemus eleuare ꝑ celeſtium contēplationem/⁊ tandem ab alto ad inferiora deprimere per mortis et inferni cōſiderationem:⁊ ad petram Chriſtū ipſum allidere per deuotionem et orationem: ⁊ ſic ipſum poterimus frangere per cōuerſionem ⁊ ſubiectionē. Uel dic ꝙ ſepe accidit ꝙ deꝰ qn̄ videt hoiem nimis ſeuerū ⁊ durū: et ad compatiendū alijs minus frangibilem/⁊ auſterum/permittit ipſum in peccatū cadere: vt ſic ex proprie fragilitatis conſideratione poſſit eum frangere/et ad compaſſionem/humilitatem/⁊ iuſtitiam inclinare. Exemplum de beato Petro: qui ſm Gregoriū/ob hoc ꝑmiſſus eſt cadere/vt diſceret alijs condolere. Qđ etiā de caſu a ſtatu proſperitatis poteſt intelligi: quia ſcilꝫ ſepe fit vt deus ab alto gradu ⁊ ſtatu hominē detrahat:et ad lapidem.i.ad aduerſitatis duritiam ipſum allidat/vt eum ad bonū facilius frāgat. Unde Job.xxx. Eleuaſti me/⁊ quaſi ſuper ventum ponēs colliſiſti me valide. Uel dic ꝙ cornix eſt diabolus/qui videns ꝙ nō poteſt nucem.i.hominē clauſum ⁊ ad ſe cuſtodiendum aſtutum/fortem/ſtabilē atqꝫ durum frangere per peccatum:nec comedere per tormentum/eleuat ipſum ſcꝫ procurando ſibi ſeculi dignitates:et ſic pro libito ipſum ad peccata detrahit:et finaliter damnat ⁊ frangit. Qđ etiam de eccleſia ꝓmitiua poſſumꝰ dicere: qꝛ tūc eā diabolus frāgere vel ledere nō potuit/quouſqꝫ eam per mundi diuitias et potentias eleuauit. vnde Grego. Sepius in altum quis tollitur/vt cadens fortius cōquaſſetur. Aduerte tamen qđ dicit Pli. vbi ſupra/ſcilꝫ lib.x.c.xij. ſcilꝫ ꝙ cornix raro inuenitur in templis et lucis minerue/que erat dea ſapientie. Ꝙ mino autem athenis/que litterarū mater dicitur/cornicula non videtur. Sic illi qui more cornicis ſunt garruli/domos ⁊ templa dee ſapiētie/⁊ ciuitatem litterarū non inhabitant:inquātum ſcilꝫ tales vt cōmuniter veram ſapientiā non vendicant/nec frequentant. Garrula enim loquacitas plerūqꝫ eſt perfecte ſapientie contraria:qꝛ vt cōmuniter illi ſapientiam non attingunt/qui more cornicis garruli ⁊ magniloqui ſunt/et maxime quādo per diuerſa crimina nigri fiunt. Sap.j. In maliuolam animā non introibit ſapiētia: nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Uel dic ꝙ tales peccatores templa ⁊ eccleſias nolunt frequentare:nec orationi vel deuotioni intendere vel vacare.

4 ¶ Dicit Ambro. in hexam̄. ꝙ cornices filios ſuos ſūme diligūt: illos etiā volantes aliquādiu proſequūtur/et paſcunt:et quādo per longeuam ſenectutem parētes cornices plumas perdiderint/et volatum:cornices iuuenes plumis proprijs eos fouent/et ad volatus priſtinos eos pro poſſe habilitāt/ et reformāt. Sic ſi parentes noſtri (qui dum ſumus iuuenes valde nos diligunt:et diligenter etiā nos fouent et nutriunt) plumas perdiderint diuitiarū/⁊ volatum potentie tēporalis/ipſos debemus tam viribus ꝗ̄ꝫ diuitijs adiuuare. Exo.xx. Honora patrem tuum ⁊ matrē tuam.⁊c̄. Uel poteſt exponi de bonis prelatis/et de bonis ſubditis: quorum alter debet alteri in neceſſitatibus ſubuenire. ad Gala. vj. Alter alterius onera portate.

5 ¶ Cornix a tergo de ouo exire dicit/ſicut et bubo: ſm Pli.lib.x.c.xvj. Sed de hoc vide de bubone.§.penulti. Cornix ꝗ̄ꝫuis nigra ſit:tamē loqui ad modum hominis docetur: ⁊ cum in aqua clamādo et aquā reſpergēdo ſe balneat/pluuiam pronoſticare videtur. Ouis columbarū inſidiatur/ipſaqꝫ comedit et furatur. Sic cum peccatores in ſuis actibus retrogradi ſint naſcendo.i.intrando in mūdū/ſemperqꝫ caro que eſt poſterior prima vadat: iſti tamē quādoqꝫ vt homines loquūtur recte docendo/⁊ pluuiā eterne felicitatis alijs denūciant predicādo/et ſe in aquis ficte compaſſionis ⁊ deuotionis in apparentia balneando:ſicut ad litteram poteſt de hypocritis experiri.

Capitulum.xxiij.de coruo.

1 Coruus ſm Ariſto. lib.ix. pugnat cum aſino et tauro/⁊ eſt amicus vulpis:et pro ea pugnat cōtra eſalonē accipitrē:et ſcđm eūdē/corui contra ſe inuicē pugnāt/⁊ fortior ledit ⁊ ꝑcutit debiliorē. Per aſinū intelligo paupes mercatores:per taurū intelligo pauperes agricolas: ꝑ vulpē cauſidici deſignātur: ꝑ coruos autē q̇ furant pecuniā ⁊ abſcōdūt/intelligo cupidos ⁊ auaros. Ab iſtis ergo tauri ⁊ aſini infeſtant/quando ab auaris pauperes mercatores ⁊ agricole opprimuntur:ſed tunc ab eis vulpes diligit: quādo fallaces cauſidici ꝓpter ſuas ſuſtinēdas malitias ab eis alloquūtur/et donis et beneficijs premiantur. Et coruus contra coruum pugnat/quando pro cadauere.i.pro diuitijs temporalibus inter eos iurgia concitātur: quia inter ſuperbos ſemꝑ ſunt iurgia. Prouerb.xiij. Semꝑ enim iurgia querit malus.ibidem.xvij.

2 ¶ Nota ꝙ coruus eſt auis immūda/et cadaueribus veſcens/et pugnat cum tauro ⁊ aſino/⁊ eos roſtro ⁊ pedibus percutit ⁊ infeſtat/⁊ de pullis ſuis aliquotiens eijcit extra nidum/et eſt amicus vulpis:et pro ipſa pugnat contra alios ſm Ariſto.lib.ix.et hoc forte quia vulpes ſua fraudulētia aues et alia aīalia occidēs/coruo dat aliquotiens partē ꝑde:ſed quicqđ ſit/quādo vulpes morit/a coruis pelle ⁊ carnibus ſpoliatur. Per taurum agricolā intelligo/per aſinum pauperes mercatores/per coruū pricipem iniquū/per vulpem fallacem ballinū vel aduocatum. Impij ergo principes qui cadaueribus.i.rapinis ⁊ excoriationibus nutriūtur/pullis ſuis.i.ſubditis ſunt infeſti/⁊ eos de nido ſubſtātie ꝓprie eijciunt ⁊ expellūt. Mich.ij. Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciaꝝ ſuaꝝ. Agricolas ⁊ paupes roſtro cōminationum percutiunt et affligunt/vulpes autē .i.balliuos et aduocatos diligunt/protegunt ⁊ defendunt: et hoc quia per fraudes eorū rapine ſue et malitie palliantur:et de predis per eos preparatis ipſi tyranni comedunt et veſcunt. Michee.vij. Princeps poſtulat: ⁊ iudex in reddendo eſt. Sed quando tales vulpes.i.balliui et aduocati moriūtur/pro certo principes eorum ſubſtātiam comedūt/lacerant et predantur: quia ſicut coruus non diligit vulpē niſi ꝗ̄ꝫdiu viuit ⁊ ꝗ̄ꝫdiu ab ipſo poteſt cōmodum reportare: ſic nec principes aduocatos vel balliuos. Eccli.xij. Si occurrerint tibi mala/ inuenies eum priorem ibi.

3 ¶ Coruus cum cadauer inuenerit/primo et principaliter oculū petit/quē primo extrahit ⁊ comedit: et tādem cerebrum/⁊ poſtea alia membra deuorat et conſumit. Cauſam autem allegat Pli. lib.xj.c.xxxvij. dicens ꝙ plereqꝫ alitum oculos appetunt:quia effigiem ſuam ibi cernētes velut ad cognata deſideria tendunt. Coruus eſt diabolus/qui ante omnia oculum fidei vult extinguere/⁊ tādem cerebrū a quo emanant ſenſus naturales.i.virtutem diſcretionis nititur deſtruere: et ſic ſecure poteſt alia mēbra.i.alias virtutes anime diſſipare. Unde Prouer.xxx. Oculum qui ſubſannat patrē/⁊ qui deſpicit partum matris ſue/effodiant eum corui de torrentibus/et comedant eū filij aquile. Uel dic ꝙ ſic facit deus: quia ſcilꝫ oculum mentis ⁊ cordis ſumme diligit/pro eo ꝙ ibi imaginem trinitatis eſſe cognoſcit: et maxime quando peccatū huiuſmodi imaginē nō corrumpit. Prouerb.xxiij. Fili prebe mihi cor tuum.

4 ¶ Coruus pauciſſimi eſt coitꝰ:⁊ ideo diutiſſime viuit. Expone ſicut de elephāte.

5 ¶ Coruus ſicut et aquila ſi pluſqꝫ duo oua vel duos pullos fecerit/tertium de nido eijcit. pullos verberat/⁊ ad excundū ⁊ ad volādum compellit.⁊c̄. Expone ſicut ſupra de aquila.

6 ¶ Coruus ſm Ariſto. in tempore eſtatis pullificat ⁊ ouat/contra curſum aliarū auium. qđ etiam dicit Pli. vbi ſupra. et contra aſinū ⁊ taurū pugnat: vulpem autē protegit ⁊ diligit: cū autem vulpes mortua fuerit/eius carnes deuorare propter priſtinā amicitiā nō omittit. Sic diabolus in eſtate ꝓſperitatis oua malorū ꝓpoſitorū/⁊ pullos malorū operū in nido cordis humani ꝓcreat ⁊ ꝓducit. Pctm̄ em̄ ab eo ponit per

cogitationē/fouet per delectationē/cōcreatur pullus ꝑ cō
sensum/excluditur per operationē. Iste cōtra asinum.i.cō
tra religiosos/ ⁊ ꝯtra taurū.i.cōtra bonos actiuos pugnat/
et eos rostro ⁊ vnguibꝰ tribulationū ⁊ tētationū ꝑcutit atqꝫ
grauat.vulpes.i.peccatores nūc videtur diligere/et eos in
prosperitate seruare:sed cum mortui fuerint / eos in inferno
sine vllo remedio deuorabit nō obstante amicitia precedē-
ti.Carnes amici sui comedet in obsidiōe et in angustia: in
7 qua cōcludent eos inimici eoꝝ.Hiere.xix.❡ Nota ſm ful
gētium: Coruus habet vocū quadragintaquattuor muta-
tiōes.Sic adulatores infinitis modis variāt verba sua.⁊c̄.
Expone.Act.j.Varijs linguis loquebātur. Ideo ad Titū
iij.Prophanas vocū nouitates deuita. Uel expone de de-
tractoribꝰ/qui multimode variāt verba sua. Sed sicut ſm
Pli.lib.x.c.xij. tunc est pessima coruorū significatio/quan-
do glutiunt vocem quasi strangulati : sic vere tunc verba
detractorum sunt pessima: quando sub quadā glutiendi et
retinendi/vel totum dicere nō audendi formula sunt prola
ta/ vtpote quādo fingūt se multa alia de homine scire: sed
cuncta dicere non audere:tunc enim maiorem faciunt con
tra hominē suspitionem/ q̄ꝫ si plenam ederent locutionem.
8 ❡ Secūdum Isidorum coruus pullis suis non prouidet/
quousqꝫ sibi similes eos viderit in nigredine ⁊ colore:sed cū
plumarū nigredinē in ipsis viderit : tunc eos tanq̄ꝫ ꝓprios
recognoscit/⁊ ipsos allicit atqꝫ nutrit. Sic mūdus illos qui
non habēt nigredinē peccatorū/ abijcit ⁊ contēnit:sed illos
quos vt se nigros inuenerit/tanq̄ꝫ suos recolligit ⁊ extollit:
9 iuxta illd̓ Eccli.xiij.Omne aīal diligit sibi sile.❡ Coruus
nidum suum perpetuo nunq̄ꝫ mutat. Sic nec homo debet
statū/officium/ et beneficiū suum mutare/nisi forte euidēs
ratio contradicat.j.ad Corin.vij.Unusquisqꝫ in qua voca-
tiōe vocatus est/in eadem permaneat. Qd̓ est cōtra ambi
tiosos et instabiles / qui nunq̄ꝫ aliquo gradu seu beneficio
10 sunt contēti.vide supra de ciconia:vbi inuenies idē.❡ Se
cundum fatuos augures coruus habet quādam vim presa
gij ⁊ diuinationis: et ideo scd̓m antiquos/inter aues q̄ de-
dicabantur apollini/numerat. Hec auis ſm Fulgentiū di-
uersas habet vocis mutatiōes/ scꝫ quadragintaquattuor/
et est auis fraudulēta:quia pecuniā ⁊ alias res furtiue sub-
trahit/⁊ eas abscōdit in abscōditis ⁊ cauernis/quibꝰ post-
modū se nō iuuat. Sic aduocati ⁊ diuites a fatuis auguri-
bus ⁊ mundanis/vim presagientē habere dicunt.i.sapien-
tiam excellētem : et ideo digni iudicātur ab hominibꝰ deo
apollini.i.diabolo sacrificari. Isti multipliciter voces mu-
tant:qꝛ pauperes attrahēdo vtuntur allectiuis ⁊ dulcibus/
ipsos autem terrendo vtūtur cōminatorijs ⁊ tristibus: ⁊ su
per cadauera.i.sup bona mundi ⁊ carnales delicias ꝑ ma
la desideria cōmorātur/⁊ ibi vltra q̄ꝫ deceat occupātur. Fi
gurati in coruo diluuij:qui plus amauit circa cadauera re
manere/q̄ꝫ ad Noe in arcā reuenire:sicut dicit Gen.ix. Et
pecunias et alias res furtiue subtrahunt/et eas in arcis et
additis recludentes/ eis postmodū nō se iuuant:quia mor
te subita preuenti/cū habuerint qd̓ cupierant/nō poterunt
11 possidere. Job.xx. ❡ Secūdum Aristo. coruus hoc habet
propriū/ ꝙ in estatis medie feruoribus ouat/ et pullificat/
contra naturam auium aliarū. Sic boni qui nigrescūt per
penitentiā/in calore tribulationū positi/ pullificare ꝑ bona
opa nō omittunt. Et sicut coruus diutissime viuit: qꝛ scd̓m
Ouidiū/coruus viuit mille ānis vel saltē nongētis (Unde
cōmune est prouerbiū:ꝙ vna sepes spinarū durat tribꝰ an-
nis/ canis durat quātum tres sepes/ equus quātū tres ca-
nes/homo quātum tres equi / ceruus quātum tres hoīes/
coruus quātum tres cerui.)sic vere viri iusti debent diutis-
sime per perseuerātiam viuere/ et nunq̄ꝫ a vita gratie defi-
12 cere vel cessare. Sap.iij. Iusti autem in perpetuū viuent:⁊
apud dn̄m est merces eorū. ❡ Secūdum Isidoꝝ pulli cor
uorum anteq̄ꝫ habeant nigredinem/a coruis nō diligūtur/
nec ab eis pascunt:immo tunc tēporis roris celestis benefi
cio nutriūtur:sed postq̄ꝫ plumarū nigredinem acceperint/a
coruo recogniti/ cibis fetidis scꝫ cadaueribus sustētantur:
roris vero beneficio extunc nullatenus educantur. Sic ve
re charissimi q̄ꝫdiu nos fuerimus sine nigredine vitiorū/al
bi.i.innocentes et puri/ tādiu deus rore celestis gratie nos
nutriet ⁊ perfundet.psal. Cibauit eos ex adipe frumenti/et
de pane celi saturauit eos. Quis tūc pater noster mūdus
nos odiat et contēnat/⁊ nutrimēta mundane prosperitatis
nobis tūc subtrahat atqꝫ tollat.psal. Pater meus et mater
mea dereliquerūt me/dn̄s autē assumpsit me. Et econuer-
so statim ꝙ nigredinē peccatorū acquirimus/ pater noster
caro seu mundus nos cognoscit: ⁊ carnibus bonorum tem
poralium nos nutrit: Deus vero tunc rorem.i.nutrimētum
gratie nobis subtrahit:et in manu nostre prouincie nos di-
mittit.psal. Dimisit eos secūdū desideria cordis eorū/ibūt
in adinuentionibꝰ suis. Uel potest allegari de diuina proui
dentia/que innocentes ⁊ simplices quibus vel fortuna vel
natura vires ⁊ adiutorium denegauit/solet ampliꝰ subue-
nire/et ecōuerso illis quibus ꝓpria industria sufficit/⁊ qui
ꝓprie prudētie innitunt/solet sua subsidia subtrahere/⁊ de
ipsis ampliꝰ nō curare. Figura de filijs israel : quibꝰ omni
alio auxilio destitutis pluebat manna dn̄s in deserto : sta-
tim vero ꝙ de terre fructibꝰ gustauerūt/ manna quod de ce
lo soliti erāt ꝑcipere/perdiderūt:sicut dicit Josue.v.❡ Si-
13 cut coruus ſm Aristote.si plures pullos habuerit/aliquos
eijcit/ne in nutriendo grauetur : sic religiosus de nido cor-
dis sui debet amorē mundi et carnis eijcere/vt circa amo-
rem dei ⁊ proximi valeat occupari.vide idem supra de aui
bus in generali.§.penultimo. ❡ Plinius li.x.c.xliij.natura
14 lis mundi historie facit specialē titulum de coruorum intel
ligentia. Ait eni coruum magni esse intellectꝰ/⁊ verba hu-
mana aliquotiens edoceri. Unde narrat Rome fuisse vnā
cornicem que humano sermoni assuefacta / oibus matuti-
nis ad certum locum volabat/ et Tiberium ⁊ Germanicū
et Drusum cesares nominabat: ⁊ trāseūtem romanū popu-
lum salutabat. Mox vero cornix a quodam fatuo fuit occi
sa/sibiqꝫ populus romanus exequias fecit:et sup humeros
duorū ethiopū precedente tubicine funus eius portatū est.
Ipse vero occisor ipsius extitit in vltionem mortis cornicis
interemptus. Narrat etiā de quibusdā coruis i troezena re
gione asie: qui assidētes humeris cuiusdam/cū ipso ad ve-
nationē ibant/⁊ eū ad eūdū aliquotiēs excitabāt/⁊ in vena
tionis officio adiuuabant. Narrat adhuc de cornicula que
sitiens/nec aquā a profundo monumēto extrahere valens/
visa est tot paruulos lapides apposuisse/ vt aqua ad sūmi-
tatem monumenti exundaret/ ⁊ sic pro voto biberet/vt pla
ceret. Ista si vis applica ꝙ multo fortiꝰ debet homo verba
humana.i.honesta et rationabilia promere/venationē pre-
dicationis facere:et si a monumento ⁊ a fonte misericordie
scꝫ deo vel beata virgine aquā gratie ⁊ eloquentie non pos
sit extrahere/lapillos bonorum operum ⁊ orationum debet
apponere/vt sic possit ista aqua vsqꝫ ad os ipsius redunda-
re.qd̓ maxime debet facere p̄dicator/qui debet esse huma-
norum ⁊ rationabiliū verborum prolator/⁊ animarū vena-
tor: ⁊ in principio debet orationes ad fontem misericordie
mittere/ vt aqua gratie ⁊ eloquētie possit os ipsiꝰ irrigare.
Esa.xij. Haurietis aquas in gaudio de fontibꝰ saluatoris.
Uel dic ꝙ si populus romanꝰ voluit mortē vnius auis vin-
dicare/ et eidem exequias sepulture facere/multo fortiꝰ est
mors vnius hominis iniuste occisi vindicanda/ et sepultu
ra debita exhibenda. ❡ Sicut ponit Plin.lib.x.c.xij. Vul-
15 gus arbitratur coruū ore parere/⁊ concipere. Aristo.tamē
negat. Sic vere homo debet parere oua sua.i.confiteri pec
cata sua ore/ scilꝫ verbaliter exprimēdo: quia scꝫ sicut dici-
tur ad Ro.x. Ore autem fit confessio ad salutem. Aristote-
les tamen.i.mundi sapientes et pagani philosophi ad hoc
non concordant/qui confessionem non necessariam predi-
cant : sed eam refutant atqꝫ negant. Uide infra.lib.xiiij.c.
xlij.§.xix.

Capitulum.xxiiij. de cygno.

Cygnus habet caput rubeum / pedes autem ha-
1 bet nigros. Sic multi in principio rubent chari
tate:sed in fine peccatis ⁊ vitijs denigrant. dic
de statua Dan.ij. que scilꝫ in capite erat aurea/
in pedibus vero erat testea et ferrea/ significās
illos qui meliores sunt in principio q̄ꝫ in fine. ❡ Cygnꝰ ſm
2 Isidorū dicitur a canendo: nam eo ꝙ habet collum longū
et reflexum/⁊ caput altum et eleuatum/modulum suauem
reddit. Unde in hyperboreis partibus (ſm eum) concinē-
tibus citharedis/pulli cygnorū de nidis euolant/⁊ vna cū
eis dulcis melodie cātū sonāt. Et est auis in fluminibꝰ ha

bitans/alba plumis/sine nigredine intermixta/et inter pi-
sces nutritꝰ/ipsos nō deuorat/neqꝫ ledit. Nautis bonū pre
sagit/⁊ in alis est eiꝰ maxima fortitudo. Cygni tñ qui iuxta
hominū habitacula nutriūtur/minoris sunt volatꝰ/⁊ maio
ris carnositatis/⁊ pinguedinis amplioris. Illi autē qui sil
uestres sunt/minoris pinguedinis/⁊ collis extēsis/alis ele-
uatis/pedibusqꝫ ad posterius applicatis/sunt volatꝰ gene-
raliter fortioris. Et licꝫ mors eis institerit/ cantare propter
hoc nō omittūt. Isti in fluuijs nidificant libēter vbi ligna
sunt vndiqꝫ inserta:et collo extēso ad profundū aque de ra-
dicibꝰ ⁊ herbis quas ibi inueniūt/cibum sumunt. Cygnus
charissimi significat generaliter viros iustos: quia scilꝫ isti
capite cordis ⁊ intētionis ad deū superiꝰ eleuato/cātū mo
dulose orationis/cōfessionis/predicationis/laudis/ et gra-
tiarum actionis debent emittere letabūde. psal. Cantabo
dño in vita mea:psallā deo meo q̄diu fuero. Et tūc cygnꝰ
cū citharedis cantat/quādo vir contēplatiuus ꝓ posse suo
faciem patris cum angelis contēplatus/cū ipsis ad actio-
nes prouehitur gratiarū:et ad letitiam spiritalem:vt gau-
dere cum gaudentibus dinoscatur. ad Ro.xij. dicentibus
angelis ⁊ beatis illud Exo.xv. Cantemꝰ domino/gloriose
enim magnificatus est. Iste gemitū ⁊ dolorem nescit/et in
morte dulciter canit:quia vere vir eleuatꝰ ⁊ iustus intantū
allicitur ad eterna/ꝙ mundane tristitie vel dolores/et eter
ne angustie vel horrores in ipso gemitū desperationis ⁊ im
patientie nō producūt:quinimo in morte ⁊ tribulamine po
situs semp in supremo delectatur: et ideo cōtinue iocunda
tur. Esa.lxj. Gaudens gaudebo in dño.et hoc quia sicut sa
pientie.iij.dicit: Sperat iustus in morte sua. Itē isti in aq̄s
deuotionis debent nutriri/et ibi herbas ⁊ radices sacrorū
voluminū ruminare:et de profundo fluminis scripture de-
bent radices ⁊ herbas vere doctrine elicere/quibus se va-
leant impinguare. Geñ.xlj. Pascebātur in ipsa fluminis ri
pa. Et licet quādoqꝫ inter pisciculos cōmorētur.i.inter ho-
mines peccatores:nō tamē ipsos debent comedere detra-
hendo/aut cōtemnendo:sed eos in pace tolerare/exemplo
Christi/qui publicanos recipiebat/ ⁊ vt eos cōuerteret/cū
ipsis sepius mādūcabat:dicēs Luce.xj.ꝙ non est opus va
lentibus medico/sed male habētibus. Hic duas alas ha-
bet/scꝫ duplicis charitatis/ in quibꝰ cōsistit omnis virtua-
lis ⁊ spiritualis fortitudo. Item cygni qui iuxta domos ho
minū habitāt/sunt carnosi : quia contēplatiui/qui hominū
secularium gratias ⁊ fauores querunt/⁊ mundi negotijs se
implicant/a volatu cōtemplationis retardantur/⁊ pingue
dine carnalis affectionis multipliciter hebetātur. Sed illi
qui quo ad mundi negocia sunt siluestres/extēso capite in-
tentionis/eleuatis alis dilectionis/et ad posterius.i.ad ce
li futura bona inclinatis pedibus affectionis / cum pauce
sint pinguedinis ⁊ carnalitatis/per contemplationem for-
3 titer euolāt ad eterna Esa.xl. Volabūt ⁊ nō deficiēt. ¶ Itē
habent cygni pedes clausos: quibus se iuuant in natando
quia scꝫ vno pro remigio/ ⁊ altero pro gubernaculo vtūtur.
Charissimi per pedes intelligo intellectū/et volūtatē. Isti
debent esse clausi: quia voluntas nō debet esse diuisa ꝑ di-
uersas affectiones:immo oīa debet reducere ad dei chari-
tatem/et in ipsum oīa claudere per affectum. Pes etiā in-
tellectꝰ debet esse clausus/vt non plus sapiat q̄ꝫ necesse est
Eccl's.vij.Sed sapiat ad sobrietatē. ad Ro.xij. Non diui-
sus per errores ⁊ dubitationes:quia sicut dicit Osee.x. Di
uisum est cor eorum:nunc interibūt. Istis ergo duobus pe-
dibus debet homo ad celi gaudia nauigare: quia scilꝫ pe-
de voluntatis et affectiōis vtimur pro remigio(ista enī ad
modum remigij fluctuat in hoc mundo)pede vero intelle-
ctus vti debemus pro gubernaculo:quia scilꝫ quicq̄d aga-
4 mus/totum debet discreta ratio gubernare. ¶ Cygnus si-
ne aliqua nigredine habet plumas/in fluminibus habitat
⁊ nautis suo occursu bonum presagit. Sic predicatores in
plumis.i.in apparētia debent esse albi/mundi videlꝫ ⁊ ho-
nesti/sine alicuiꝰ vitij nigredine intermixta/⁊ nautis.i.nau
fragātibus in mari huius mūdi / eterne felicitatis suis de-
5 bent predicationibus solatium diuinare. ¶ Cygnus quā-
do coierit cum femina sua/hoc habet propriū/ꝙ cibum nō
comedit donec fuerit balneatus:sicut dicit in lib.de natu-
ra rerum. Sic peccatores anteq̄ꝫ cibum sacramēti altaris
recipiant/ per cōfessionem debēt si peccatis carnis fuerint
maculati/ante oīa balneari:et sic munde poterūt pane ce-
lestis eucharistie satiari.j.ad Corin.xj. Probet autē seipm
homo: ⁊ sic de pane illo edat. ¶ Nota ꝙ cygnꝰ est auis can 6
dida/⁊ cantu ⁊ carmine modulosa/in aquis nutritur/⁊ cir-
ca pullos suos educandos est sollicita/⁊ eos rostro alisqꝫ et
sibilo defendere consueuit/ et si aliquid eis velit obsistere/
semp inter aduersariū ⁊ pullos se mediū consueuit ponere.
Et licet inter pisces nutriatur/eos tamē nō deuorat:immo
panem qui sibi proijcitur/eis cōmunicat comedēdum. Cy-
gnus est prelatus/qui in aquis sacre scripture nutritus/de
bet esse candidus per castitatem / modulosus per predica-
tionis vtilitatem/ pullos suos ⁊ subditos debet ab inuaso-
ribus spiritualibus ⁊ tēporalibus protegere/et se cōtra in-
uasores hereticos/demones et tyrannos mediū obijcere/⁊
ipsos rostro orationis/sibilo predicationis/⁊ alis protectio
nis debet diligētius defensare : vt sic dicat scd̄m illd̄ psal.
Adiutor in opportunitatibus in tribulatiōe. Caput debet
habere eleuatum.i.intētionem erectā ad eterna. Luce.xxj.
Respicite ⁊ leuate capita vestra. Collum debet habere lō-
gū.i.discretionē deliberatiuā/vt scilꝫ anteq̄ꝫ cogitatio a cor
de exiens/exteriꝰ ad os ⁊ ad opus perueniat/possit cōside-
rare ⁊ videre vtrum bona sit vel mala. Et iste licet inter pi-
sces.i.licet inter subditos ⁊ ꝯpares cōmoretur:ipsos tamē
nō debet comedere per rapinam/sed panem scientie ⁊ scri
pture/vel etiam panem diuitiarū tēporalium a deo sibi da
tum debet eis misericorditer erogare:⁊ de herbis q̄ crescūt
in aqua.i. de verbis sacre scripture debet accipere sibi ci-
bum. Geñ.iij. Et comedent herbas terre. Cygnus femella
quando masculus cum illa coierit/ipsum eijcit et expellit/
licet ei primitus blandiretur. Et sunt cygni magne carno-
sitatis ⁊ pinguedinis/⁊ paucissimi sunt volatus:et habent
carnem interius multum nigram: et ad digerēdum nimis
duram/⁊ in fluminibus iugiter cōmorant. Sic luxuriosi in
fluminibꝰ deliciarū pro posse cupiunt enutriri/magne sunt
carnositatis ⁊ pinguedinis:⁊ ad volatum contēplationis ⁊
bonorum operum nimis pigri:qr ꝫm Augusti. Nihil adeo
ab arce cōtemplationis virilem animū eijcit/sicut femine
blandimenta. Isti etiam carnē interiorē.i.cōscientiam ha
bent nigram/ ⁊ duram ad digerēdum ⁊ ad cōuertendū per
predicationē : quia scd̄m quod dicit Eccli. xxiiij. Homini
fornicario omnis panis dulcis/ nō fatigabitur trāsgrediēs
vsqꝫ ad finem . Et quādo femine de ribaldis suis cōmodū
qd̄ potuerūt extraxerūt/ipos abijciunt ⁊ repellunt. Figura
de Dalida/que postq̄ꝫ Sāsonē totondit/abiecit ipm: ⁊ ma
nui hostiū suorū tradidit occidēdum. Sic mulieres postq̄ꝫ
tēporalem substantiā ⁊ vellus diuitiarū a luxuriosis excus-
serint/ipos abijciūt ⁊ dimittūt. Eccli.xiij. Si habueris/cō
uiuet tecū:si aūt nihil habueris/dereliquet te. ¶ Cygnus 7
ꝑcussus in capite statim morit/ꝑcussus vero in alijs parti-
bus multos sustinet ictus:sicut dr̄ in li.de natura rerū. Sic
vere periculosiꝫ est hoīem ꝑcuti a diabolo ꝑ pctā in capite
intētionis/vel in principio iuuētutis. Alie enim partes vi-
te nō sunt ita periculose:qr mors eterna ex ista citiꝰ sequit-
inquātū corrupta iuuētute vel intētione quicq̄d de vita vel
de operibus sequit/vitiat:iuxta illd̄. Cū caput infirmū/ce- 8
tera mēbra dolent. ¶ Hypocrita est silis cygno/q̄ est auis
exteriꝰ cādidissima/interiꝰ aūt caro eiꝰ est valde nigra/⁊ du-
ra/rostrū habet tuberosum ⁊ dēsum: pedes tamē habet ni-
gros ⁊ clausos/⁊ licꝫ in aq̄s maneat/interiorē tñ nigredinē
nūq̄ꝫ mūdat/licet exteriorē albedinē nō amittat. Sic hypo
crita est exterius cādidus i apparētia gratiosa/sed niger in
teriꝰ i ꝯsciētia vitiosa. Iste habet rostrū dēsum ⁊ tuberosū:
qr ꝟba sua sunt ornata/pōderosa ⁊ honesta.dura est eiꝰ ca-
ro.i.cōsciētia ad digerēdū ⁊ ꝯuertēdū:⁊ nigra etiā ⁊ horribi
lis ad vidēdū. Apoc.vj. Ecce equus niger/⁊ q̄ sedebat sup
eū/nomen eiꝰ mors. Et lꝫ in aquis sacre scripture cōmoret/
pctōrū tñ nigredinē nō amittit:iuxta illd̄ Hiere.xiij. Si mu
tare pōt ethiops pellē suā. ⁊c. Pedes autē eius.i.finis vite
ipsius/sunt nigri/qualis est caro alia demōstrātes:qr finis
hypocritarū optime demōstrat qualis erat ꝯsciētia/ q̄ sub
honestatis albedine latitabat: Nā tales cōiter i fine cadūt
et sic apparet q̄les erāt. Iob.xxxiij. Ossa q̄ tecta fuerāt nu-
dabunt. Et sicut olor caput ⁊ collū extēdit:vt de terra cibū

accipiat: sic tales cor et affectum extendunt ad cibum bonorum tēporaliū acquirēdū. Et sicut cygnus vult in aquis semꝑ viuere: sic hypocrite in delicijs: sicut ad litterā videmus de multis religiosis: qui q̄uis prudētiam confiteanť: ipsi tamē in aquis deliciarū pre ceteris viuere comprobantur. 9 ¶ Cygnus masculus blanditur femelle/ et post amplexionem colli mutuā/ vnus alterū attrahit ad opus carnis: sed post actum solent se vterq̄ balneare anteq̄ cibum aliquem audeant manducare: ⁊ post actū illū femina masculum deijcit: masculus autem fugit/ et ab ea corporaliter se elongat: sicut dicitur in libro de natura rerum. Sic vir ⁊ mulier debēt alterutrū amplexari/ ⁊ vnus alteri reddere debitū: sicut decet copulā maritalē: sed delectationē quā i actu carnis habent/ debent balneo lachrymarū vel elemosynis ⁊ ꝯpassiōibꝰ expiare/ ⁊ femina masculū debet expellere/ ⁊ retrahere/ et ab actu illo quātum potest elongare. Qđ tamē est contra consuetudinē multarū malarū mulierū/ que non solū nō retrahūt suos: immo etiam sequūtur alienos: sicut apparuit in dn̄a Joseph ⁊ etiā in Rachele: que dicebat viro suo Jacob: Geñ.xxx. Ad me intrabis: qꝛ mercede ꝯduxi te pro mādragoris. 10 ¶ Scd̄m Mar. ⁊ Ambro. Naute quādo sunt in maris periculis/ visis oloribꝰ eis obuiātibꝰ delectantur/ et est auspiciū letitie et securitatis: ⁊ tunc securius tolerāt freta maris. Per nautas intelligo tribulatos qui in mari tribulationū sunt positi. Per cygnū totum cādidum intelligo bonos ⁊ iustos/ qui more cygni verbis ⁊ cantibus sciunt aliorum tristitiam cōsolari. Naute ergo visis cygnis letātur: quia magnū est solatium tribulatis/ obuiatiōibus consolari bonorū. Uel dic ꝙ cygni sunt angeli/ qui obuiam veniunt nautis.i.bonis ⁊ iustis morientibus/ ⁊ ad portū paradisi tendentibus. Matth.xxv. Ecce sponsus venit/ exite obuiam ei. 11 ¶ Nota ꝙ cygnꝰ prope mortem dulcius solito cātat/ ⁊ cum gemere nesciat/ solus inter aīalia ꝫm Ambrosium cantum pro gemitu reddit. Sic boni aduenīete tribulatione ⁊ morte non debēt tristari: sed magis in deo gloriari: qꝛ si gloriari oportet/ in tribulationibꝰ meis gloriabor.ij. ad Corin.xij. Uel potest allegari de diuitibꝰ/ quibus mors eterna parata est/ qui tamē in mundi prosperis plus iocundantur et cantant. Job.xxj. Pueri eoꝝ exultant lusibus/ ⁊ postea ad inferos descēdūt. Uel etiam potest dici ꝙ homo vt cōmuniter quando aliquod infortunium sibi est paratū/ nescio quo spiritu cōsueuit magis excessiue letus esse: iuxta illud Prouerb.xvj. Contritionem precedit superbia: ⁊ ante ruinam exaltatur spiritus. Talis enim supflua ⁊ excessiua letitia periculi est prenuncia: qꝛ sicut dicitur Prouer.xiiij. Risus dolore miscebitur: ⁊ extrema gaudij luctꝰ occupat. 12 ¶ Cygnus nunq̄ eijcit stercora in aqua quā inhabitare solet: immo vadit exteriꝰ circa littus. ⁊c. Expone sicut infra de diomedeis auibꝰ .§. vlti. 13 ¶ Quādo cygni volādo fatigati sūt: solēt alter alteriꝰ dorso colla īponere/ ⁊ ꝓcedētibꝰ initi: ⁊ duces etiam fatigatos ad dorsa recipere: et sic dum alter alterum iuuat/ solent laborem melius tolerare: scd̄m librum rerum: et etiam scd̄m Pli.li.x.c.xxiij. Sic vere nos qui ꝑ aera vite presentis volamus/ debemus alter alteri inniti/ ⁊ alter ab altero supportari: ⁊ maxime precedētes.i.superiores debent fessos ⁊ infirmos sustinere/ et vice reciproca ipsos duces ⁊ prelatos debent alij supportare. Bene ergo dicitur ad Gala.vj. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legem Christi.

Capitulum.xxv.de culice.

1 Culex ꝫm Jsidorū dicitur ab aculeo: eo ꝙ cum aculeo pungat/ et sanguinem extrahat et ebibat. Et est musca modica. et licet īter volatilia reputetur: corpus tamen ⁊ effigiem habet vermis/ ⁊ plures pedes q̄ alas habet. Jn aere strepitū generat: et equis vlcerosis est infestus: et etiā suis pūctionibus a requie sua excitat dormiētes. Hic de cadaueribus ⁊ palustribus generatur: et lumē videre multum diligit: sed quia nimis incaute candele lumini aliquotiens appropinquat: ideo multotiens se incendit/ ⁊ licet duris aīalibus noceat: statim tamen ꝙ tangitur/ destruitur/ et crepat. Et est culex cibꝰ hirūdinum. Et ꝫm Jsidoꝝ culex fere idē est qđ cynifes: que est minutissima musca: sed punctiōibus et aculeis permolesta. Teste autem Pli. cū plures sint species culicum/ oēs tamē in ore habent aculeum/ cū quo vel sugunt/ vel cum quo pungunt. Talis per oīa est detractor: qꝛ detractores aculeo murmuratiōis armati/ sanguinē vindicte ab alijs expetūt/ quos suis detractionibus lacerant et cruentāt: dicētes illud Deute.xxxij. Jnebriabo sagittas meas sanguīe/ ⁊ gladiꝰ meꝰ deuorabit carnes. Et isti lꝫ modici sint meriti/ scientie/ corporis/ et virtutis: magna tamē animalia.i.potentes personas autēticas et solēnes tā sciētia q̄ dignitate/ inuadere non timescūt. Jsti inter volatilia computātur: quia inter viros spirituales in cōuentibus habitātes/ eiusdem esse nature a secularibus reputātur: sed si bene cōsiderenť/ vermes sunt corruptibiles et infecti: sicut patet de multis detractoribus/ religiosis/ et ecclesiasticis/ qui gradu et statu aues.i.viri sp̄uales esse credūtur/ qui tn̄ per corrosionem detractionū vermes esse certissime cōprobantur: ita vt possint dicere illud psal. Ego autem sum vermis/ ⁊ non hō/ opprobriū hoīm/ ⁊ abiectio plebis. Qđ etiā proprie de hypocritis potest dici. Jsti enim in aere huius mundi strepitum discordiarū generant: dormiētes.i.innocentes pungunt ⁊ excitant/ ⁊ plures pedes q̄ alas.i.plures affectiones q̄ virtutes ⁊ perfectiones portāt/ equos.i.luxuriosos ⁊ eoꝝ vlcera.i.eorum malefacta mordēt et lacerant/ et plus in vlceribus.i.in hominū criminibus q̄ in virtutibus se delectant. Jsti candele lumen videre diligunt/ quādo facta aliorum sibi cupiunt fieri manifesta: vt occasionē habeant murmurādi. sed tamē a candela cōburūtur/ quādo nimis inquirentes/ verbis duris ⁊ alijs responsionibus feriūtur. Et licet alijs (vt dictum est) q̄ plurimū sint nociui/ ⁊ libenter de ceteris obloquētes: tamen si tanganť parua iniuria vel murmuratione/ statim per impatiētiam crepant: quia scilꝫ tales qui de oībꝰ consueuerūt obloqui/ nullo modo volunt ꝙ aliquis de eis obloquatur. Jsti sunt cibꝰ hirūdinum.i.demonum/ qui scilꝫ tales comedēt in inferno/ quos modo ꝑ vitia sua dulciter recreāt ⁊ educāt. Breuiter igitur isti in ore portant aculeum punctionum/ quo scilꝫ solēt sugere et pungere. Sugere dico adulando/ et vtilitatem propriam procurando: et alias pungere mordēdo ⁊ inquietando: quia scilꝫ isti quando non sugunt/ pungunt: qꝛ quando non inueniunt qui det eis aliquid/ ipsum detrahēdo corrodūt. Mich.iij. Siquis nō dederit in ore eorum quidpiā/ sanctificāt suꝑ eū preliū. Jdeo Eccli.xxviij. Susurro et bilinguis maledictus/ multos enim turbauit pacem habentes. et Eccli.xxj. Susurro ⁊ bilinguis coinquinabit animā suam/ et ab omnibus odietur. Prouerb.xxvj. Uerba susurronis quasi simplicia: et ipsa perueniunt ad intima cordis Leui.xix. Non eris susurro. ⁊c. ¶ Secūdum Pli.lib.x. culices acida petunt: ad dulcia vero non aduolant. 2 Sic vere isti debent acida ⁊ aspera/ scilicet mundi aduersa appetere/ dulcia vero.i.mundi prospera ⁊ delectabilia refugere. Job.vj. Amarum pro dulci sumet. Uel dic ꝙ culex qui hominem vnctum absynthio nō potest tangere/ ⁊ qui a fumo ligni pyri solet fugere/ ꝫm Auicēnā/ est diabolꝰ/ qui absynthium.i.memoriā ligni crucis fugit: et hominē absynthio penitentie vnctum non tangit/ nec acida.i.homines cōtritos ⁊ amaros inuadit. ¶ Jn cypro in erarijs metallorum: 3 sicut dicit Pli.lib.xj.c.xxxvj. in ipso igne fornacium generatur quedam species culicum ad quātitatē maioris musce/ pennatum quadrupes: ⁊ appellatur pyralis siue pyrausta. Jstud igitur q̄diu est in igne durat/ et in igne generatur/ viuit/ ⁊ volat: si vero extra volauerit/ postq̄ aliquādiu volauerit/ moritur et expirat. Jsta possunt applicari ad quosdā viros ꝑfectos/ quorū scilꝫ sp̄ualis vita est incēdiū charitatis: iuxta illđ Augu. Scio aīa mea ꝙ amor est vita tua. Q̄diu enī sunt in fornace charitatis: ⁊ in ipso feruore amoris ⁊ deuotionis/ tādiu solēt per gratiā viuere: si vero a fornace charitatis sue recesserint/ vtpote si a claustro ad mūdū trāsierint: ⁊ ad mūdi negotia se elōgauerint/ statim solēt ꝑ pctā mori/ et indeuotiōis frigore congelari. Unde Exo.iij. Jbo ⁊ videbo visionē hanc magnā. quare scꝫ rubus arderet ⁊ nō cōburebatur. Uel dic ꝙ ignis significat ardorem tribulationū/ que ꝓ certo sunt multis hoībꝰ sp̄ualis vita. Multi enī sunt qui q̄diu sunt i tribulationū fornace/ ꝑ gratiā solēt viuere/ ⁊ in statu gr̄e ꝑmanere: qꝛ scꝫ tribulatio vanitatē suoꝝ appetituū refrenat/ et sic vitā gr̄e sibi cōtinuat ⁊ cōseruat. E cōuerso autē ꝓsꝑitas istos īterficit: qꝛ.s. si ab igne aduersitatis

recesserint/ et ad prosperitatū refrigeria accesserint/statim per diuersa vitia pereunt:et sic q̄ in aduersitate boni fuerāt positi/in prosperitate succumbūt: quia breuiter multi sunt qui melius sciunt in aduersis q̄ȝ in prosperis viuere:⁊ ideo tutius est talib⁹ esse in igne q̄ȝ exteri⁹ remanere:iuxta illud Esa.xlvij.(secundū aliā litterā)Habēs carbones ignis se=de sup eos/et erūt tibi in refrigerio. ⁊ Esa.xliij. Cū ambu=laueris p ignē/flāma nō nocebit tibi. Et si vis applica ad Laurētium/Agatham/⁊ Justinā. ¶Hemerobion est spe=cies culicum/que in fluuio hipani generatur in pōto / que vltra vnū diem non viuit.Sed certe iste sunt que nascūtur in aere / sup quedam flumina galliarū . Vide de pictauia infra libro.xlij.c.xlij.

4

Capitulum.xxvj.de carduele.

1 CArduelis est auis paruula/⁊ ad cantādū in ca=gijs enutrita.Mirabili modo docet aquā pede per filum de imo eleuare: ⁊ vas inferius deten=tum vsq̄ȝ ad os eleuare/ ⁊ ad bibēdū ori suo ap=plicare/sicut ad sensum patȝ:⁊ ponit in libro de natura rerum. Charissimi sic vere cū nos in cagia religio=nis vel ecclesie simus positi ad cantādum.i.ad deum lau=dādum : hinc est ꝙ vas plenum aque.i.sacram scripturam plenam scientia debemus de infimo sursum erigere/ipam in reuerentia habendo/⁊ ipsam cū pede affectionis et cum filo subtilis intellectionis debemus ad os nostrū applica=re/ibi meditādo/ vt possimus bibere aquā scientie ⁊ doctri=ne studēdo atq̄ȝ legēdo . Vel dic ꝙ ista auis est predicator/ qui ad predicandū et cantādum est specialiter deputatus: et ideo ante oia ipe debet vas plenū aqua.i.mariā plenam gr̄a interpellare/et ipsam cū filo orationis/⁊ cū pede amo=ris ⁊ affectionis ad se attrahere ⁊ leuare/⁊ eam vt de aqua gratie possit bibere/ori suo debet ante oia applicare/dicen=do pro gratia impetranda.Aue maria.iuxta illud. Non re=cedat a corde:non recedat ab ore.

Capitulum.xxvij.de cubeth seu perdice.

1 CUbeth est auis luxuriosa/ intātū ꝙ mascul⁹ nō vult ꝙ femina occupet circa oua fouēda:⁊ ideo frāgit ea.mascul⁹ aūt secrete et subtiliter vadit ad feminā/ne ab alijs masculis audiat:⁊ ne ab ipsis in suo opere perturbet.Tanta est autē ista=rū auiū libido/ꝙ femina ex solo auditu vel olfactu masculi impregnat/⁊ ouat. Pugnāt autem adinuicem: et victor cū victa solet cohabitare/⁊ locum secretū solent ad hoc elige=re ad volūtatem victoris/sicut dicit Aristo. Est autem ista auis idē qđ pdix/licet trāslator hoc ignorauerit: sicut dicit Vincenti⁹.Recte charissimi tales sunt luxuriosi:q2 p certo isti non querunt ꝙ femina faciat prolem:quinimo quādoq̄ȝ fit ꝙ ipsi oua femine.i.semen in vtero receptum frangunt ⁊ destruunt cum medicaminibus et cū herbis vt proles non oriatur/et ne ipsi cognoscant/⁊ ne voluptas eorū impedia=tur.Isti igitur secrete vadunt ad feminas/occulte scȝ ⁊ de nocte/ne forte amici ⁊ vicini sciant/et ne ipsos impediant/ et retardent.Inuicem etiā verbis ⁊ suggestionibus falsis/ et pmissionibus/⁊ allegationibus pugnare solent/ ⁊ tandē vno victo ⁊ cōsentiente/ ad querendū loca secreta diligen=ter vacant et student. Istud autē inter istos quotidie fit ꝙ femella solo odoratu fame/ solo tactu osculi/et solo auditu verborum ipsius luxuriosi sepe inclinat ad malū:⁊ oua ma=li propositi concipit:⁊ tādem pullos mali operis parturit ⁊ emittit.Nō est bonum tales audire:quia sicut dicit Eccli. xxviij. Sepiende sunt aures spinis/et nō est audiendū ver=bum nequam.

Capitulum.xxviij.de cuculo.

1 CUculi ꝓm Isidorū tempus certum habent quo ad nos veniūt:sed q2 pauci ⁊ inertis sūt volat⁹/ solent se in humeris miluorū ponere / qui ipsos solēt per lōga spatia transportare. Sic vere cha=rissimi/cum nos simus debiles ⁊ imbecilles ad volandum in celū p opera virtuosa/hinc est ꝙ in humeris miluorū/scȝ Christi Marie ⁊ sanctorū et perfectorū etiā vi=rorum debemus nos per deuotionē ponere:⁊ nos eis ⁊ eo=rum tuitioni cōmittere/et sic eorū viribus ⁊ suffragijs/eorꝫ meritis et beneficijs poterimus ad celi gloriam transuola=re. Deutero.xxxij. Expādit alas suas/et assumpsit eos:atq̄ȝ portauit in humeris suis.¶Cuculus nolēs fatigari in cu=batione ouorum/ponit oua sua in nido auicule dicte curru=ca ꝓm Hugonem/⁊ de ouis dicte auicule totidē demit/ne forte si numer⁹ excederet/auicula cognosceret fraudē suā: sicq̄ȝ fit ꝙ auicula oua cuculi fouet/tanq̄ȝ sua: dum tamē fo=ta fuerint ⁊ exclusa/pulli ad augmētū deducti solent cibos aliorum preripere/⁊ se pre alijs impiguare. Nutrix ergo vi=dens eum maiorē ceteris/in eo gloriatur/ et alios respectu ipsius contēnit/et se talem peperisse miratur. Finaliter ta=men cuculellus ad propriam matrem redit/⁊ suam nutri=cem deserit/ et si eum secuta fuerit/in eā atrociter insurgit. Ista dicūtur in lib.de natura rerum. Pli. vero li.x.c.ix.ista dicit de cocyce : q̄ est quedā species accipitrū. Charissimi auis fraudulēta cuculus potest diabolū designare/oua au=tem eius possunt hypocritas pessimos diaboli filios deno=tare.Curruca q̄ est auis innocens/religionē vel ecclesiā si=gnificat/cui scilȝ diabolus furtiue oua sua/scilȝ hypocritas et malos ecclesiasticos in nidis.i.in claustris/ officijs/ vel per carnis affectionem/vel per simoniam collocat:⁊ quod dolēdum est/exinde ppria oua auicule.i. viros iustos ⁊ pro=prios filios eccl'ie subtrahit ⁊ elōgat: qua nulli dubiū quin diabol⁹ ab eccl'ia ⁊ ecclesiasticis pmotiōib⁹ bonos subtra=hat/⁊ loco eorū malos substituat atq̄ȝ ponat:iuxta illud ad Hebre.x. Aufert pmū vt sequēs statuat. Et qd: Pro certo curruca simplex/ scȝ ecclesia/ credens istos cuculellos esse suos/et pre hypocritica fictione videns eos esse pl⁹ ceteris in apparentia virtuosos/⁊ p virtutes ⁊ gratias credēs eos plus ceteris impiguatos/se peperisse tales filios gloriat:⁊ ipsos plusq̄ȝ suos proprios exaltat/promouet/et amplexat: quinimo qđ peius est/alios respectu istorꝫ cōtēnit/et ipsos impfectiores estimat atq̄ȝ credit. Sed quid: Pro certo isti qui sic ab ecclesia fuerint honorati: et in eius dignitatibus exaltati/finaliter de ista nutrice sua non curant : sed eā op=pressam calamitatibus deserunt / sibiq̄ȝ seruire in nullo vo=lunt:quinimo ipsam impugnāt/et malis exemplis ⁊ operi=bus contra eā insurgūt/et diabolo/qui est ppria mater sua/ in oibus obediūt/ et ad ipsum per mala opera se cōuertunt ⁊ iō de talibus eccl'ia pōt dicere illđ Esa.j. Filios enutriui et exaltaui/ipsi autem spreuerunt me. Ista potissime pate[nt] de malis prelatis/qui ab ecclesia nutriti et exaltati/ipsam pre ceteris opprimunt ⁊ impugnant:⁊ tribulationib⁹ prin=cipum secularium ipsam desolatā dimittunt. Baruch.iiij. Exacerbastis eum qui nutriuit vos/⁊ cōtristastis hierusa=lem nutricem vestram. Ista etiam patent de hypocritis ⁊ hereticis/ qui a diabolo in nido ecclesie positi: aliquandiu cum ea perseuerāt: sed finaliter apostatādo ipsam deserūt et dimittunt/eamq̄ȝ impugnāt/ diffamant/⁊ comedūt. ⁊ de hoc tristatur ecclesia Baruch.iiij.dicens. Nutriui eos cum iocunditate/et dimisi eos cum fletu ⁊ luctu. ¶Cuculus a sono nomē accepit/eo scilȝ ꝙ voce importuna semp nomi=nat semeipsum/⁊ non semel/ immo continue nomen suum recitat alta voce. Tales sunt iactatores ⁊ vanigloriosi/qui scilȝ alta voce predicant laudes suas/et nomen ⁊ famā suā semp habent in ore: et vix aut nunq̄ȝ volunt loqui nisi de se ipsis et de suis operibus atq̄ȝ factis:contra illud Prouer. xxij. Laudet te alienus/⁊ nō os tuum:extraneus/⁊ non la=bia tua. Pli.lib.xxx.c.iij.dicit vnum valde mirabile de cu=culo: ꝙ scilȝ vbicūq̄ȝ primū ipsum homo audierit/si pedem dextrum circūscribat:et locum seu vestigium ipsius pedis effodiat/⁊ de terra aliquem locum aspergat/ ibidē pulices non gignūtur. Sic vere si vocem dñi audieritis:⁊ pedes af=fectuum vestrorum circunscripseritis ⁊ ordinaueritis/ ter=ramq̄ȝ.i.mortis pulueriȝationem per memoriā effoderitis: ⁊ exinde domū conscientie per timorem ⁊ asperitatem asper=seritis/ pcul dubio omnē pulicem.i.oēm malā cogitationē exinde fugabitis ⁊c. Allega vt vis.

2

3

Capitulum.xxix.de auibus diomedeis.

DJomedee aues sunt que pennas albas habē[nt] et oculos scintillantes/sic dicte scđm fabulas ex eo ꝙ socij diomedis militis greci a troiano prelio redeūtis dū naufragiū paterent/in aues h[uius]mōi sunt mutati/que nūc in mari siculo solent insulam diomedeā frequētare:vbi ꝓm Solinū et nusq̄ȝ ali=bi sunt reperte. Iste autē aues inter notos ⁊ ignotos disce[r]=

nunt.grecis eñ tanq̃ incolis suis nõ nocẽt: immo ad eos
solent accedere/et eis blãdiri:aduenas vero solent percute
re/⁊ mordere:sicut dicũt Isidorus ⁊ Solinus. Iste possunt
significare bonos prelatos/qui diomedis.i.Christi socij ꝑ
naufragium tribulationũ i aues.i.in viros spũales castos
et candidos cõuertuntur/qui inter veros incolas ecclesie
⁊ alienos.i.inter iustos et impios debẽt discernere/et istis
applaudere/⁊ eos ꝓmouere:illos vero fugere/pungere/cor
rigere/⁊ punire. Uel etiã potest dici de Christo et angelis/
qui in die iudicij optime discernẽt iter incolas et inter ad-
uenas/inter suos ⁊ extraneos.i.inter bonos ⁊ malos:iuxta
illud Eze.xxxiij. Ego iudico inter pecus et pecus arietũ et
hircorum. Nam suos.i.iustos secum recipient/⁊ eis gloriã
concedendo applaudẽt: malos vero tanq̃ extraneos ꝑcu-
tient/⁊ per eternam damnationẽ eos vulnerabũt ⁊ ledent:
iuxta illud Matth.xxv.vbi dicit᷑ ꝙ dñs statuet agnos qui-
dem a dextris/hedos vero a sinistris. Uel potest optime al
legari de acceptoribus personarũ/qui suos iuuãt/alijs no-
cent.incolis et cõpatriotis fauent/alienis vero tribulatio-
nes inferũt.familiares ⁊ amicos suos sustinẽt/i extraneos
vero rapinas ⁊ iniurias exercent. Isti ergo de hominib⁹ in
aues marinas mutant᷑/inquãtum scilꝫ tales acceptores in
mari.i.in amaritudine infernali ꝑpetuo collocantur/et ibi
in naufragio diei iudicij a deo condẽnant᷑. Exo.x. Uentus
arreptam locustã proiecit in mare. ¶ Diomedee aũt aues
coloris sunt cãdidi/oculoꝝ igneoꝝ/rostri dẽtati. Hẽ grega
tim solent incedere/duos duces solent sibi statuere/vnum
scꝫ qui precedẽdo iter gregi ostendat:alterũ vero qui succe
dendo tardas vrgeat/sicut dicit Solinus in libro de mira-
bilibus mũdi:⁊ Pli.lib.x.c.xliiij. Ista possunt applicari ad
militarem disciplinã: quia scꝫ in exercitu non solum ducto
res qui precedãt: immo etiã retro custodes qui caueant ne
aliqui ab exercitu remaneant aut recedant/statuũtur. Po
test etiam applicari ad religiosos/qui gregatim ⁊ simul de
bent viuere ⁊ morari:q᷑ scilꝫ in magnis cõuentibus ipsi ha
bent vnum ducem: scilꝫ priorem/qui ipsos precedit ad ma
tutinũ/⁊ alium scilꝫ qui vocatur gardia:qui cauet ne aliq̃s
remaneat a matutinis. Uel potest dici de fidelib⁹: qui gre-
gatim ꝑ charitatẽ debẽt viuere:oculos intellect⁹ igneos.i.
lucidos per prudentiam debent habere: rostrũ vero.i.locu
tionem dentatã ⁊ mordacem per correctionẽ. Esa.xlix. Po
suit os meũ dñs quasi gladiũ acutũ. Isti igit᷑ duos duces
debent habere: vnũ.s.priorẽ/alium posteriorẽ: scꝫ prelatum
qui vadit primus/et predicatorẽ qui vadit vltimus. vnum
iter ostẽdentem/alium exhortãtem ⁊ ad procedẽdum vrgẽ
tem. vnum qui exemplariter precedẽdo volũtarios ad vo-
landum in celum inuitet/aliũ qui succedẽdo pigros exhor
tetur et sollicitet. Prelatus eñ debet alios per bona exem-
pla precedere:predicator vero debet alios exhortãdo succe
dere. prelatus debet viam salutis exemplariter demõstra-
re: predicator vero debet ad procedẽdum in isto itinere pi-
gros ⁊ desides exhortari. De prelato eñ precedente potest
dici illud Exo. xxiij. Mittam angelũ meum qui precedat
te. De predicatore vero exhortãte dicitur ad Titũ.ij. Hec
loquere et exhortare. ¶ Diomedee aues sunt candide ⁊c.
sicut supra. ⁊ sicut dicit Solinus: aues iste in altis rupibus
in mari vel circa mare vbi difficilis est accessus/faciũt do-
mos suas/vbi simul et inuicem cõmorantur. Rostris enim
fossas faciunt/lignis desuper ordinatis/terra/ne vẽto spar
gantur/desuꝑ coopertis. Aditum autẽ duplicem faciunt/
vnum scilꝫ a parte orientis per quẽ egrediunt᷑ ad pastum/
et alium ad occidẽtem: vt reuertentib⁹ a pastu pateat adi-
tus domus sue: vt lux exeuntibus ⁊ redeuntibus nõ neget᷑.
Et qð valde est mirabile: iste aues omni die in aqua se im-
mergunt/et pennis adhuc madidis ad domũ sacram.i.ad
templũ ⁊ tumulum diomedis (qð est in illa insula) redeũt:
et domũ lustrantes seipsas excutiunt/et aqua pennarũ cir-
cũspergẽtes totam domũ irrigant et perfundũt: ⁊ sic omni
die quasi quodã ritu ipsam cõsecrant/⁊ expiant: et tũc pen
nis supplaudentes inde peracta religione discedunt. Ista
etiam dicit Pli. vbi supra. Iste aues possũt significare oẽs
mortales homines huius vite. Domus autẽ ⁊ nidus istarũ
que in mari huius mundi est posita/⁊ multis fluctibus ex-
posita/significat corpus/qð est terra ⁊ lignis.i.carne ⁊ ossi-
bus circũseptum. Ista enim dom⁹ habet duos aditus: scꝫ
orientalem/hec est natiuitas. occidẽtalem / hec est mortis
necessitas. Per vnã enim ianuam intramus in mũdum/et
per aliam redimus a mundo. ⁊ de hoc Eccl's.vij. Unus est
oĩbus introitus ad vitam/⁊ similis exitus. Templũ autem
diomedis significat cor: vbi ipse Diomedes scilꝫ Christus
corporaliter et per memoriam sepelitur. Uerũtamen istam
domũ cordis debemus purificare: et deo specialiter dedi-
care. Debemus enim in pennis affectionis ⁊ cogitationis
aquã lachrymarũ ⁊ compunctionis accipere/cor et corpus
per penitẽtiam aspergere: ⁊ sic ista domus purificabitur: ⁊
deo specialiter consecrabitur. Uel fac duos.§. vnum scꝫ de
morte/et dic ꝙ ista domus nostra est terra/a qua eximus ꝑ
portam orientalem nascendo/⁊ ad quã redim⁹ per portam
occidẽtalem moriendo. de residuo fac.§. et dic ꝙ dom⁹ no-
stra est cor/que debet aqua cõpunctionis lustrari/⁊ a cun-
ctis criminibus expiari/⁊ omni die a cunctis vitijs emun-
dari. Iaco.iiij. Emũdate manus pctõres/⁊ purificate cor
da duplices animo. Uel potest dici de cõsecratione/recon
ciliatione/⁊ benedictione cemiterioꝝ ⁊ ecclesiarum/quo-
modo ab episcopis cõsecrant᷑/⁊ aqua benedicta lustrãtur/
et recõciliantur/et deo specialiter dedicantur. Et si vis ad
vtrãq̃ purificationẽ et moralem ⁊ corporalẽ potes allega-
re quomodo domus que leprosa fuerat/cũ aqua/hisopo/ce
dro/⁊ occiso passere purificabatur. Leui.xiiij. in fine. q᷑ scili
cet tunc cor ⁊ ecclesia purificatur ⁊ lustratur cum aqua cõ-
pũctionis/quãdo hisopus humilitatis ⁊ cõfessiõis/cedrus
cõtemplationis/⁊ passer mortuus.i.memoria dñice passio
nis spiritualiter adhibẽtur. ¶ De istis auibus dicit adhuc
Solinus.c.de italia ⁊ Pli.lib.x.c.xliiij. ꝙ quando feces seu
stercora volunt eijcere/ solent cõtra vẽtum volare/⁊ volan
do stercus eijcere/ vt vento procul pellente nullam possint
sorditiem reportare. In nidis enim suis munditiam custo
diunt: et ideo feces eijcere procul volunt. Uentus qui pu-
rificat aream cordis nostri/est sacerdos. Si igit᷑ nidos cõ-
scientiarum mundos seruare volumus/stercora vitioꝝ no
strorum isti vento/scilꝫ confessori pandere ⁊ expandere de-
bemus: vt sic ad celestia mentaliter volando/spũalem mũ
ditiam reportemus. Esa.j. Mundi estote/auferte mala co
gitationum vestrarũ. Uel potest dici contra immũdos reli
giosos/vel clericos/qui nidos ⁊ conuentus suos/domos ⁊
hospitia sua/parochias et consortia per luxuriam stercori-
zant: cum tamẽ immũditiam suam procul extra magis fa-
cere deberent. Et de hoc cõqueritur dñs Hiere.xj. Quid
est ꝙ dilectus meus in domo mea facit scelera multa?

Capitulum.xxx. de falcone.

Falco sicut dicitur in libro de natura rerũ/quan
do ad ardeam volare dimittit᷑/non debet ei pre
da sua statim ostendi: immo debet dimitti ali-
quãtulum elongari/ vt in cõsequẽdo predã ali-
quãdiu immoretur: vt sic sui animi impetus ali
quãtulum tẽperetur: alias tanto impetu predam caperet/
ꝙ seipm̃ in accipiendo interficeret. Sic facit deus. suis eñ
fidelibus a longe/nõ a prope ostẽdit predã glorie paradisi:
iuxta illud Iob.xxxix. De longe contẽplat᷑ escã. q᷑ scilꝫ nũc
ostẽdit eis eã ꝑ spem/⁊ nõ ꝑ speciem: iuxta illud.j.ad Cori.
xiij. Uidemus nũc ꝑ speculũ in enigmate: tunc autẽ facie
ad faciẽ. Si eñ istam predã de ꝓpe viderẽt/⁊ q̇d sit ꝓprie
cogitarẽt/tanto ĩpetu ad eã currerẽt/ꝙ morti ⁊ supplicio se
submitterẽt: sicut apparuit in martyrib⁹/q̇ ipsam aliquãtu
lũ ampli⁹ a ꝓpe viderũt: et ideo ꝓ acquisitiõe ipsi⁹ mortẽ
supplicia cõtẽpserũt.ij. Mach.vj. Uolũtarie ꝓibat ad sup-
pliciũ. Uel potest dici cõtra impetuosos ⁊ iracũdos/q̇ tan
to impetu iracũdie ferũtur ad vindictã/ꝙ sepe fit ꝙ et se et
alios morti exponũt: et ideo vtile est ꝙ preda cui volunt no
cere/ab eis aliquãtulum elonget᷑: vt dilata vindicta donec
pertrãseat ira/factũ suũ modestius prosequant᷑. Uel potest
dici ꝙ de⁹ predã bonorũ tẽporaliũ ⁊ mũdi ꝓsperitatis ami
cis suis a ꝓpe nõ ostẽdit: sed a lõge: q᷑ si ipsam a ꝓpe vide
rent.i.si ip̃am cito se acq̃rere crederẽt/tanto appetitu ad eã
currerẽt/ꝙ seipsos ꝑ auaritiã spũaliter occiderẽt. Istã ergo
ꝑmittit ab eis dñs elongari: vt impet⁹ cordis humani attẽ
ta difficultate habẽdi/ a ꝓsecutione ipsius temperet᷑. Pro
uerb.xxiij. Ne erigas oculos ad opes q̃s habere nõ potes:

2 quia faciēt sibi alas:et volabūt. ¶ Falcones renes habent debiles/⁊ pectꝰ robustū. Et nō solū ad predā quā videt ante se:immo ad illā que est post tergū/dicit̄ sollicitus vigilare/⁊ oculos in ira cū volutione solet vertere ⁊ mouere. Sic ⁊ nos debemꝰ habere renes.i.carnem debilē:pectus aūt.i. spiritū valde fortē.ij.ad Corin.xij. Cum autē infirmor/tūc fortior sum. Ad predā autē non solum anteriorē:immo etiā posteriorē.i.nō solū ad bona tēporalia que sunt anteriora et presentia: imo etiā ad bona paradisi q̄ sunt posteriora ⁊ futura/debemꝰ respicere ⁊ attendere: ⁊ oculos nostre cōsiderationis non advnum locū tm̄:immo circa nos ad oīa que possunt cōtingere/debemꝰ vertere ⁊ girare. Apoc.iiij. Habebat oculos ante et retro. Qđ maxime ꝑtinet ad p̄latos: qꝛ q̄uis necesse habeant vacare ad predā que est ante se.i. ad regimē temporaliū:ad illam tamē que est post tergū.i. ad bona eterna debēt semꝑ cōuertere mētē suam. Oculos vero sue discretionis debēt vertere: vt q̄d alij faciāt/possint
3 scire ⁊ cognoscere.⁊c̄. ¶ Falco aues maiores inuadere nō pertimescit/licet ab eis aliquādo occidatur. Visum habet clarū. Cāpanas habet in pedibꝰ. Oculi eius velant̄/ne ad quālibet auem visam abuolet. Et in pertica alte et honorabiliter situat̄. Pedes eius laqueolis astringunt̄. Sic bonus p̄latus vel iudex debet corrigere quascūq̧ magnas ꝑsonas: ⁊ pro executiōe iustitie/ mortis supplicia nō timere. Vsq̧ ad mortē certa ꝓ iustitia. Eccl̄i.iiij. Clare debet videre per sapientiā/sonum campanarū debet habere ꝑ eloquētiam/sensus eiꝰ debēt operari per discretionē / ne ad predā delectabiliū mūdi/vel nimis īpetuose currat ad vindictā ⁊ punitionē/aut efferat̄ ꝑ ambitionē: ⁊ discernat vbi ⁊ quādo debet corrigere. Et licet ī eminētie ꝑtica situet̄/pedes tm̄ affectus eius debent laqueolis.i.timore dn̄i vel censura iustitie laqueari/ne per supbiam efferat̄. Rectorē te posuerunt:
4 noli extolli. Eccl̄i.xxxij. ¶ Ad capiendū ardeam sunt duo falcones necessarij/vnus qui ipsam ad terram prosternat/ alius qui eā prostratā detineat/⁊ occidat. Sic duo tentatores capiūt hoīem/scꝫ diabolus qui suggerēdo ad pctm̄ impellit/caro vel mūdus qui ꝑ malas cōplacentias ne resurgat impedit. Amos.v. Cecidit:nō adijciet vt resurgat.

Capitulum.xxxj.de philomena.

1 Philomena est auis q̄ alias dicit̄ luscinia/alias credula: ⁊ est auis ī tm̄ modulatiōī dedita/ꝙ in suo cātu precedere solet diē. Nam circa ortū solis solet summopere modulari. Adeo autē ī sue vocis modulatione delectat̄/ ꝙ rarissime comedit:et cum maxima festinatione ad cantū iterum statim redit:sicut dicit̄ in libro de natura rerum. Tales debēt esse viri religiosi/eccl̄iastici/⁊ perfecti. Isti eīn debēt dulciter per orationē/laudem/cōfessionem/et gr̄arum actionem/canere/⁊ diem eterne letitie suis modulaminibꝰ anteire/dicentes quilibet illđ Esa.lxj. Gaudēs gaudebo in dn̄o/⁊c̄.psal. Letabitur iustus ī dn̄o ⁊c̄. Hoc potissime debet esse de predicatoribus. Fuit etiā verificatum in ꝓphetis ⁊ sanctis patribus. Isti eīn ortum solis iustitie Christi presciuerunt: et eum futurū hominibꝰ suis canticis predixerunt. Et isti procul dubio isti spūali modulationi ita debēt intendere/ꝙ parum debēt bibere ⁊ comedere.i.ꝙ parū debent carnis delicijs impīguari: sed ipsis potiꝰ abstinere/⁊ ad ipsum statim recurrere et redire:sicut ad litterā faciūt religiosi/q̇ postq̧ comederint/solent gr̄as agere ⁊ cantare: Exemplo Christi qui post cenam legit̄ dixisse hymnū.psal. Edent pauperes
2 ⁊ saturabunt̄: ⁊ laudabūt dn̄m. ¶ Philomena nō cantat in hyeme:sed solum in estate/vel in vere. Tēpore vero coitus perdit cantū:sicut dicit Pli. Sic multi sunt qui nunq̧ cantant deum laudādo tēpore hyemis.i.tribulationis:sed solū in vere prosperitatis et consolationis.psal. Confitebitur tibi cum bn̄feceris ei. Quādo aūt homo cohabitationi luxurie se tribuit: tunc ista modulamina statim perdit. Qꝛ vere luxuriosi nesciunt deum laudare/aut spūaliter psallere/aut
3 cantare. Esa.xxiiij. Cū cantico nō bibent vinū ⁊c̄. ¶ Philomene quādoq̧ solēt inter se certare cantando/intantū ꝙ vna pre zelo alterius ita feruēter cantat/ꝙ vitā sepe finiat/ prius deficiēte spiritu q̧ cantu: s̄m Pli.li.x.c.xxix. Et ideo dicitur a philos/qđ est amor: ⁊ mene qđ est defectus/quasi deficiens pre amore modulandi. Sic vere viri iusti debent alter alterum ad modulādum et deum laudandum excitare ⁊ mouere:et alter pre zelo alterius debet conari per predicationem et orationem fortiter decantare/et sic cantando/et deum laudando:et in deo exultādo/debēt vitā suam delectabiliter terminare.psal. Laudabit vsq̧ ad mortē anima mea dn̄m. Vel potest allegari contra cantores/qui pre inuidia alter alterius cantādo certant: ita ꝙ pre superbia et inuidia vitam gratie perdunt.⁊c̄. ¶ Testatur Pli.li.x.c. 4
xlij. ꝙ filij cesaris habebant philomenas greco ⁊ latino sermone edoctas/continue noua canētes/⁊ ad iussum cuiuslibet statim canere incipientes. Sic predicator debet esse in grecis et latinis litteris eruditus/et sic predicationis officium inchoare. Vel potest allegari de cantoribꝰ. Qđ est cōtra illos qui de cantando vel predicando faciūt se rogari. ⁊c̄. ¶ Philomena quāto maiorem sentit turbam:et quāto maiorem audit strepitum/ tanto altius ⁊ libentius cantat. Sic cantores et vani religiosi ad litteram tanto libentius per vanam gloriā modulantur/⁊ si quid notabile fuerit/facere volūt: iuxta illđ Sap.viij. In multitudine videbor bonus:et ī bello fortis. Vel dic ꝙ ista significat predicatorē/q̄ tanto plus debet conari bene dicere/quanto sentit maiorē populum excitari: et ampliꝰ cōmodum generari. Vel potest dici de multis predicatoribus/ qui nō volunt predicare/nisi quando vident multitudinē interesse/ non aduertentes ꝙ dominus soli mulieri iuxta puteum predicauit:sicut dicitur Ioannis.iiij.

Capitulum.xxxij.de fulica.

Fulica est auis nigri coloris/marina s̄m p̄hum/ 1 que pace ⁊ pastu contenta/ de loco ad locū non circūuolat:sed vbicunq̧ inuenit ista duo: exinde nunq̧ recedit q̄diu viuit/nisi exinde ꝑ violētiam expellatur. Ista autem auis s̄m Isidorū maris profundo delectatur: ⁊ ideo in aqua vel in petris mari circūdatis solet cōstruere nidum suum. Talis debet esse quilibet homo iustus: quia scilꝫ iste debet esse niger per humilitatem/debet in petra nidificare per constātie stabilitatem/debet circa mare viuere per penitētie amaram asperitatem/debet pace et cibo contētus esse per cordis sufficientiam ⁊ trāquillitatem/debet de loco suo in quo primo habitauit.i.de gradu vel statu quē primo occupauit/nūq̧ se mutare per ambitionis instabilitatem/nisi forte exinde expulsus fuerit per aduersitatem/vl̄ per aliam iustam ⁊ licitam necessitatē.iiij. Regū.xiiij. Contentus esto gloria tua:et sede in loco tuo.et sic dicetur illud psal. In pace factus est locus eius/et habitatio eius in syon. Ita ꝙ ipse poterit dicere illud Eze.xxvij. Perfecti decoris ego sum/⁊ in corde maris sita. ¶ Fulica in mari ludens/⁊ de mane cantās/signi- 2 ficat tēpestatem: vt dicunt Isido. ⁊ Pli.lib.xviij. Sic mūdi diuites suis cantibus/ saltibus/et suis letitijs tēporalibus sibiipsis presagiūt mortis perpetue tēpestatem: iuxta illud Prouer.xiiij. Extrema gaudij luctus occupat. ¶ Fu- 3 lica vt dicit Ambrosiꝰ in hexameron:pullos ab aquila derelictos solet in nido proprio recipere/et tanq̧ pullos proprios enutrire. In quo(prout idē dicit)hominibꝰ rationabilibus exemplū datur quāta debeant in extraneos ⁊ pauperes pietate moueri / q̇ a brutis auibus videt exēplo tam notabili se doceri. Sic faciebat Iob:q̇ dicebat.xxxj. Foris non mansit peregrinus/ostium meū viatori patuit.et Esa. lviij.dicitur/Frāge esurienti panē tuum: ⁊ egenos vagosq̧ induc in domum tuam ⁊c̄.

Capitulum.xxxiij.de phenice.

Phenix est auis vnica/diutissime viuēs/plumis 1 mūdū colorata/pauoni simillima/victum diligēs mū/⁊ grana comedēs pura/immo etiā(sicut dicitur)de thure viuens/⁊ nihil aliud preter thus comedēs: vt refert ouidius. Solitudinē amat/ ⁊ sentiēs defectū nature sue / querit ligna aromatica/⁊ eis inuicem cōglobatis facit nidum suum/et eis ex feruore solis flante fauonio inflāmatis/sponte ignem intrat/ ⁊ ibi incineratur: ⁊ tandem post tres dies ex isto cinere vermis generatur/qui alis resumptis in volucrem reformatur: et sic exit ⁊ euolat ad suprema. Per phenicē ītelligo hoīem perfectum:qui debet esse coloratus ꝑ exteriorem honestatem/ debet viuere mūde/et granis.i.donis ⁊ virtutibꝰ debet ani

mam enutrire ꝑ vite sanctitatem / debet iste esse vnicus ꝑ
affectionum vnitatem / vt scꝫ oia ordinet ad vnius dei amo
rē. Iste de thure orationis debet viuere per deuotionis cō
tinuitatem. Iste etiam debet diligere solitudinē / et a mun-
di negotijs remotā habere volūtatem. Iste diu debet viue
re ꝑ vite gratie perpetuitatem. Sapien.iij. Iusti autem in
perpetuum viuēt. Quia scꝫ semper debet in vita gratie re-
sidere. Iste quando sentit defectū nature sue.i.quādo se vi-
det debilē ad pniam tolerādā / ⁊ ponderosum ad bona opa
faciēda / debet accipere ligna aromatica.i.ligna redolētia
crucis christi / ⁊ ꝑ veram cōpassionem ⁊ passionis memoriā
debet illa in nido cōsciētie cōgregare: et sic flāte fauonio.i.
inspiratione sancti spiritus ex aspectu solis iustitie / si bene
ibi cogitet / ignis ibi generabitur charitatis / in quē ipse de-
bet ingredi / et per suorum factorum examinationē resolui /
⁊ per reputationem sui debet in humilitatē incinerari / ⁊ se
vermem mortalem ⁊ putredinem reputare ⁊ imaginari. vt
dicat. Vermis sum ego ⁊ nō homo. Et sic alas virtutū acq
ret: et iam quasi totaliter renouatus / sursum ad cōtempla-
tionē celestiū volabit mētaliter / ⁊ ibi in fine ꝑsonaliter ascē
det. Apoc.xij. Date sunt ei ale vt volaret in desertum. Vel
expone de resurrectione / sic ꝙ illoꝝ q̄ in igne charitatis in-
cinerantur ⁊ moriuntur / post finē triū dierū.i.postqꝫ tp̄s le-
gis nature / legis scripte / et legis noue fuerit adimpletū / ex
eisdē cineribus corpus idē reparabiť et resurget. Osee.vj.
Viuificabit nos post duos dies / et in die tertia suscitabit
2 nos ⁊c̄. ¶ Narrat ph̄us ⁊ etiā Ambr. ꝙ phenix est auis vni
ca / parem nō habēs aliquē in natura. de coitu nō oriť: sed
virtute celesti a combustis cineribus parētis sui generať /
et cū diutissime vixerit / lignis myrrhe et thuris ⁊ etiā alijs
aromaticis congregatis / ⁊ calore solis flante fauonio inflā
matis / sponte intrat ignem / vbi incineratur / et ex isto cine-
re vermis post triduū generatur / qui resumptis alis in auē
pristinam reformať: et sic euolat ad aera. Hic est christus: q̄
sine virili semine virtute celesti.s.sancti sp̄us / īfra ligna aro-
matica.i.infra virginis viscera virtuosa / mūda / casta ⁊ odo
rosa / ex ipsius cineribus.i. ex sacris et purissimis virginis
sanguinibꝰ extitit procreatus. Nam sicut ex lignis aroma-
ticis fumus exit redolens ⁊ delectabilis odoratu: sic ex vir-
ginis intimis affectionibus / calore sancti spiritꝰ inflāmatis
exiuit fumus virtutū / qui vsqꝫ ad presentiam dei patris su-
perius euolans / tāto odore dei filiū perfudit / ꝙ ad virginis
amorē ipsum ineffabiliter inclinauit. Cāti.iij. Que est ista
que ascēdit sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe ⁊ thu
ris? In ista ergo phenix.i.christus de aue.i.de deo in homi
nem immutatꝰ / ⁊ ī ipsa mirabiliter innouatꝰ / ⁊ pēnis virtu-
tum indutus / ad mūdi solitudinem euolauit: vbi diu in so-
litudine et penuria habitauit. Sed quid? pro certo iste phe
nix.i.dei filius postqꝫ cursum vite compleuit / volens iterū
renouari / alia ligna aromatica quesiuit / scilicet ligna cru-
cis: quibꝰ inuicē congregatis ⁊ calore solis ⁊ igne tribula-
tionis ibidem multipliciter inflāmatis / flante fauonio ven
to occidētali.i.iudeoꝝ inuidia / super ista ligna crucis se po
suit: ⁊ ibi per corporis passionem ⁊ coloris despectionē inci
neratꝰ ⁊ in vermem mutatus fuit: iuxta illud Esa.liij. Vi-
dimus eū: ⁊ nō erat aspectꝰ. dicēs illud p̄s. Ego sum vermis
⁊ nō homo / opprobriū hoīm / ⁊ abiectio plebis. Etiā iste ver
mis tandem post triduum reuixit / alas s.i.dotes corporis re
cepit / ⁊ ad paradisi solitudinem euolauit. Apoca.xij. Date
sunt ei ale / ⁊ volauit in solitudinē. Et hoc fuit figuratū ſm
Ala. in quodā facto qđ accidit in egypto in ciuitate helio-
poleos / vbi onias templum ad similitudinem templi hie-
rosolymorum fabricauit / ⁊ cum in die dedicationis eius su
per altare ligna aromatica plurima accendisset / omnibus
videntibus descēdit in medio talis auis / que in igne in ci-
nerem statim est redacta / et cum cineres collecti de man-
dato pontificis seruarentur / in die tertia apparuit ibi ver-
mis / q̄ alis resumptis in volucrem reparabať / ⁊ sic cunctis
vidētibus euolauit. Quid per oniam nisi deus pater / quid
per templū in egypto nisi ecclesia in gentilitate? (Esa.xix.
Erit altare dn̄i in terra egypti.) que rōne moraliter intelle
cta / similis est templo quod fuit hierosolymis materialiter
fabricatū. Quid ꝑ altare nisi passio / quid ꝑ ligna nisi crux?
inter q̄ dei filius in passiōe descendit / qn̄ fuit visibiliter cru

cifixus. et ibi incineratus / qn̄ ꝑ ignem tribulationum cor-
pus fuit ab aīa separatum. nam incineratione vna pars tm̄
ab alia separať. Sed christus auis extitit reformata / quan
do per resurrectionem fuit corpus dn̄i in triduo reparatum.
Vn̄ Gene.xl. Tres adhuc dies sunt / post quos recordabiť
pharao ministerij tui / et restituet te in gradū pristinū. Sed
tunc cūctis videntibus auis euolauit / quādo christꝰ viden-
tibus discipulis ascendit ad dexteram dei patris. Actu.ij.
Vidētibus illis eleuatꝰ est in celū. Et sicut phenix est vni-
ca: sic de christo. Nō est inuētus similis illi ⁊c̄. Eccli.xlv.

Capitulum.xxxiiij. de gallo.

1 GAllus ſm Pliniū est aīal letum ⁊ audax / ⁊ ge
nerat ī se lapidem preciosum qui alectoria seu
alectorius diciť. Et si fuerit albus / a leone mi-
rabiliter timetur / et hoc forte dicti lapidis pre-
ciosi virtute. Sic vere charissimi si homo albꝰ
fuerit per castitatē / audax per spiritualis cōstantie strenui-
tatem / letus ꝑ spiritualē iocunditatē / solet lapidem precio-
sum christum in corde suo generare / virtute cuius leo.i.dia
bolus timet: qꝛ vere diabolus timet et metuit virum castū
Nam sicut pugil timet aduersariū qui tenet eiꝰ lanceā ma
nu / sic diabolꝰ hoīeꝫ ꝑtimescit q̄ ꝑ castitatē carnē (q̄ est gla
dius diaboli) ī manu retinet discipline. Sap̄.viij. Videbūt
me ⁊ timebunt reges horrendi. Vel per istum lapidem in-
telligo humilitatē vel charitatē / que facit de diabolo triū-
2 phare ⁊c̄. vide lib. de lapidibꝰ. c. de alectoria. ¶ Gallus in-
uentis granis voce sua conuocat alios ad edendum / ⁊ sibi
etiam subtrahit vt gallinis eū sequētibus largiatur. Nam
cū rostro ⁊ pedibꝰ paleam reuersat / vt granū querat: sed eo
inuēto statim clamat / ⁊ nō solus eū comedit: sed cōuocatis
alijs eis distribuit ⁊ exponit. Sic homo pius ⁊ liberalis / li
cet rostro ⁊ pedibus.i.laboriosiꝰ operibus ⁊ affectionibꝰ bo
norum tēporaliū grana querat: tm̄ quando ipsa inuenit ⁊ ac
quirit: nō debet ea solus comedere: imo voce pietatis debꝫ
gallinas.i.pauperes ꝯuocare / vt eis de bonis suis benigni
ter possit erogare. Unde Luce.xiiij. Voca pauperes ⁊c̄. vt
sic eis dicat illud qđ dicitur ibidem. Oīa parata sunt: ve
nite ad nuptias. Et debꝫ etiā sibi subtrahere a cibis ⁊ a po
tibus superfluis / vt ceteri suis beneficijs adiuueň. Quod
tm̄ non faciunt cupidi ⁊ auari / qui pauperes non cōuocant
immo fugant: contra illud Iob.xxxj. Non comedi ex eis so
lus ⁊c̄. ¶ Gallus est calide et sicce cōplexionis / ⁊ ſm Pli.
pinguedo ipsiꝰ est tante virtutis / vt quis ea inunctus / a pā
theris ⁊ leonibus tutꝰ sit. Et si caro ipsiꝰ serpentum morsi-
bus applicetur / venenū demit / ⁊ ad hoc valet cerebrū ipsiꝰ /
si in potu sumať. Ossa aūt eius auro liquescēti apposita / ip
sū diminuūt ⁊ cōsumūt. Unde os gallinaceū diciť esse vene
nū auri. Et est auis audax ⁊ animosa / leta ⁊ hilaris / et dici
nūciatrix / vxores suas multū diligit / ⁊ sibi subtrahit vt eas
pascat / ⁊ que pinguior ⁊ tenerior / hanc secū vicinam recipit
et admittit / ⁊ inuento grano vel cibo / voce quadam garru-
la / eas ad cibum allicit ⁊ inducit. Gallus est christus / pin-
guedo ipsius sunt gratie ⁊ virtutes. Caro eius est euchari-
stia / de qua etiam ipse dicit Ioan.vj. Caro mea vere est ci
bus. Cerebrū in quo vigēt sensus / est predicatio seu etiam
eloquentia / ossa eius interius inuoluta sunt affectio ⁊ ami-
citia. Serpens autem leo ⁊ pāthera sunt demones ⁊ pctā /
quorū morsus sunt tētationes / aurū sunt mundane diuitie
vxores autē galli sunt anime / que ꝑ fidē christo dn̄o despō-
santur. Osee.ij. Sponsabo te mihi in fide. Gallus ergo scꝫ
christus calide fuit cōplexionis: qꝛ christus fuit feruentissi-
me charitatis. j. Ioā.iiij. Deus charitas est. Pinguedo.i.
gratia eiꝰ a leonibus liberat ⁊ a pantheris: qꝛ scꝫ qn̄ anima
christi gratia est inūcta: tunc a demonibus ⁊ pctis morta-
libus liberatur. ij. ad Corinth.xij. Sufficit tibi gratia mea
scꝫ cōtra angelū sathane ⁊ stimulum carnis tue. Caro vero
galli.i.caro christi in eucharistia a morsibus serpentum.i.a
malis tētationibꝰ nosciť liberare: vel caro eiꝰ.i. cōsideratio
carnis eiꝰ in cruce suspēse ⁊ lacerate. Figura in illo serpēte
eneo / qui palo affixus est / vt eius intuitu a serpētū morsibꝰ
populus sanareť. Numeri.xxj. Ioan.vj. Qui māducat car
nem meā ⁊ bibit meū sanguinē / mortē non gustabit ineter-
num. Galli aūt cerebrū.i.christi scientia venenum extermi
nat / qn̄ sacra scriptura ⁊ doctoꝝ predicatio venenatos pec

catores ad penitētiam imutat. Tūc vero ossa galli aurum
cōsumpserunt/ qn̄ affectus ꝛ amor christi cōsumpsit ꝛ con-
tempsit diuitias/ ꝛ eas tam verbo q̄ꝫ exemplo docuit cōtē-
nēdas. ps̄. Diuitie si affluāt/ nolite cor apponere. Et sic os
galli venenum auri dicit̄/ inquātū amor christi diuitijs cō
trariatur/ ꝛ earū reputationem adnihilat atq̄ꝫ dānat: dicēs
Eccl̄i. v. Qui amat diuitias: fructū nō capiet ex eis. Mat.
xix. Uos qui reliquistis oīa ꝛc̄. Iste gallus fuit le[ti]ꝰ letitia
spirituali: ideo de eo dicit̄ Esaie. xlij. Nō erit tristis nec tur
bulentus. Et ibidē. lxj. Gaudens gaudebo in dn̄o ꝛc̄. Iste
per predicationē cantando/ diem eterne ꝓsperitatis hoībꝰ
nūciauit. In die illa videbitis q̄s ego sum. Ioā. xiiij. Iste
gallus est animosus: nō timens aspera passionis: q̄r noluit
timere eos qui occidūt corpus. Mat. x. Iste vxores suas. i.
animas sibi ꝑ fidei cōiugium copulatas diligit: q̄r sicut di
citur Ezech. xviij. Omes aīe mee sunt. Mire ꝑfecto eas di
ligit ꝛ dilexit/ ꝛ quanto plꝰ habuerint de pinguedine gr̄arū
et virtutū/ tanto eas sibi ꝓpinquiꝰ collocat per gratiam in
presenti/ vel etiam per promotionē ad dignitatē ecclesie/
et per gloriā in futuro. ps̄. Offerātur regi virgines ꝛc̄. Iste
igit̄ sibi subtrahit/ vt eas nutriat: q̄r scꝫ vitam ꝛ sanguinem
sibi subtrahit/ vt cibū beatitudinis peccatoribꝰ daret/ et vt
animas ꝑ gratiā ꝛ gloriā impinguaret. Et ideo iste ad gra-
na eterne beatitudinis/ q̄ ab eterno quesiuerat ꝛ habebat/
omnes animas clamore predicationis vocauit/ ꝛ liberali-
ter inuitauit. Matth. xx. Uoca operarios: ꝛ redde illis mer
cedē. Et ideo de tali gallo dicit̄ Iob. xxxviij. Quis dedit
gallo intelligētiam? Uel dic q̄ ossa galli sunt discipuli chri
sti/ scꝫ viri sancti ꝛ perfecti/ de quibus Thren. ij. De excel-
so misit ignem in ossibus meis/ ꝛ erudiuit me. Isti ergo au
rum cōsumunt/ ꝛ auri sunt venenū/ inquātū scꝫ aurum ꝛ di
uitias vilipendunt/ ꝛ eas vilipendendas docent et dicunt
ipsarūq̄ꝫ statum ꝛ amorem adnihilant ꝛ cōfundunt/ dicen-
tes illud Eccl̄iastici. xxxj. Beatus diues qui inuentus est
4 sine macula/ ꝛ qui post aurū nō abijt. ¶ Gallꝰ vxores suas
miro affectu diligit/ ꝛ sibi pinguiorem ꝛ teneriorē proximiꝰ
associat ꝛ adiungit: ꝛ ꝓ eis contra alios gallos tā rostro q̄ꝫ
calcaribꝰ preliatur/ ꝛ inuētis granis solus nō comedit/ sed
gallinis cōuocatis sibi subtrahit/ vt eis largiat̄. Et est ſm
Pli. circūspectus in inq̄rendo cibo: tn̄ accipitrē ꝛ aquilam
timet: ꝛ ideo qn̄ circa victum ꝛ grana oportet eū inferiꝰ in-
clinari/ vnum oculū ad terram inclinat/ ꝛ alio superius ele
uato de aquile vel accipitris circūcauet aduentu/ quem vi
dens stati cōuocatis gallinis in abditis se abscondit. Gal
lus est prelatus/ vxores eius sunt subditi: quia sicut vir vxo
ri/ affectu tenerrimo debet eis sincerius copulari. Grana
sunt bona temporalia/ accipiter ē diabolus/ duo oculi sunt
duplex discretio/ scilꝫ de temporalibus ꝛ eternis/ que pre-
latis competere dinoscūtur. Gallꝰ igitur vxores diligit/ qn̄
prelatus affectu intimo suis subditis per amicitiam se con
iungit: sed tunc pinguiorē gallinam sibi associat/ qn̄ melio-
res subditos in altioribꝰ officijs collocat/ ꝛ qn̄ ipsos magis
sibi dilectos ꝛ ꝓpinquos constituit ꝛ ordinat. ij. Esdre. iiij.
Propinquus mihi sedebis/ et amicus meꝰ vocaberis. Qr
scꝫ et prelatus ꝛ quicunq̄ꝫ vir iustus semper debet meliores
sibi associare et appropiare/ et se a deterioribus elongare.
Eccl̄i. ix. Uiri iusti sint tibi conuiue. Iste aūt gallꝰ scꝫ pre-
latus istis gallinis scilꝫ subditis suis grana cōicat/ quādo
de bonis suis tēporalibꝰ illis necessaria administrat: et tūc
sibi subtrahit vt alijs largiatur/ qn̄ a superfluis pompis/ ci
bis ꝛ vestibus abstinēs/ quicq̄d de residuo est/ in vsus pau
perum elargit̄: iuxta illud Apost. ij. ad Corinth. viij. Sēp
egentes/ multos autē locupletantes. Et si oculū discretio-
nis actiue ad terram. i. ad bona tēporalia ꝛ gubernāda mū
dana negotia ipsum contigerit inclinare/ semper tn̄ oculū
spiritualis contemplatiue debet ad deum superiꝰ eleuare:
vt tam ipse q̄ꝫ subditi accipitris diaboli possint insidias p̄-
cauere/ quē si sibi insidiantem ꝑ tentationes viderit/ debet
ad latibulū ꝛ ꝓfundum humilitatis ꝛ orationis refugere/ ꝛ
in cauernis petre. i. vulneribꝰ passionis christi debet tam se
q̄ꝫ alios abscondere ꝛ celare. Iste ergo pro gallinis suis pu
gnat/ qn̄ tam rostro q̄ꝫ vnguibus. i. tam verbis q̄ꝫ operibus
5 subditos ab inuasoribꝰ protegit atq̄ꝫ iuuat. ¶ Gallus gal-
linaceus. i. capo ꝓpter abscissionem testiculoꝝ totus in cō-
plexiōe mutatur/ cristam perdit/ audaciam amittit/ cantū
et vocem deponit/ alis non se percutit/ nec ad preliū se ac-
cingit/ gallinis se associans earū escam comedit: sed nec fe
cūdat nec reficit/ nec pro ipsis aduersarijs se exponit/ ꝛ est
timidioris et humidioris nature q̄ꝫ gallꝰ non effeminatus/
et finaliter pedes ei alligant̄/ ꝛ dimisso capite versus terrā
portatur ad mercatū/ ꝛ exinde geritur ad coquinā/ ꝛ eiꝰ cal
caria vel hebetant̄ vel cadunt. Hic est prelatus tepidus et
ineptus/ qui ob defectū testiculorū. i. virilitatis et virtualis
perfectionis perdit cristam rubee charitatis/ dimittit can-
tum predicationis ꝛ veritatis/ alis nō se percutit ꝑ patien
tiam/ corpus suū non accingit ꝑ continentiam/ ꝛ licet galli
narum. i. subditorū cibos comedat: ipsos tamen non reficit
temporaliter/ nec fecundat ꝑ bona opera spiritualiter/ nec
ipsas ab aduersarijs ꝓtegit aut defensat: nec pro eis prelia
tur aut pugnat: nec cantādo per predicationē ipsos ad be-
nefaciendū excitat aut inuitat. Nam iste cū sit nature hu-
mide ꝛ carnalis/ timidus esse dinoscit̄ ad aggrediēdū ope
ra virtuosa/ ꝛ in naturā femineam/ mollem ꝛ carnalem mu
tatur: supra pullos. i. supra nepotulos et parētes cubat per
nimiū affectum: ꝛ circa illos ac essent sibi ꝓprij occupatur:
et ideo pedes affectuū dicūtur frangi/ inquantū scꝫ sunt ita
male ꝛ pessime ordinati/ ꝛ in amore indebito damnati. vn-
de Ioan. xix. Rogauerūt pilatum vt frangerent̄ eorū cru-
ra. Tandem igit̄ talium pedes. i. affectus/ peccatoꝝ vincu-
lis astringunt̄/ ꝛ ad forum peccatoꝝ in taberna mundi hu-
ius deportātur/ ꝛ finaliter qn̄ moriūtur/ ad coquinā inferni
dimisso capite supbie sue deuehūtur: vbi ꝑpetuo decoquūt̄
Unde Esaie. xxij. Asportari te faciet dn̄s deus sicut aspor-
tatur gallus gallinaceus. ¶ Gallꝰ a castratiōe est dictus: 6
nā inter oēs aues ei soli testiculi adimūtur/ ſm Isid. Et est
auis calide ꝛ sicce cōplexionis/ ꝓ suis vxoribus contra ad-
uersarios pugnans. Auis est multū audax et animosa: nā
rostro ꝛ calcaribus aduersariū impetit ꝛ lacerat/ ꝛ obtenta
victoria statim cantat. anteq̄ꝫ autē cantet/ alis se verberat/
et seipm̄ feriens ad cantādū efficit aptiorem. in noctis pro-
fundo sonū solet reddere clariorē ꝛ etiā fortiorem. super ca-
put cristam habꝫ rubeā pro corona/ qua amissa multū per-
dit audacie vl' vigoris. Hic rostro suo impinguato/ terram
percutit/ ꝛ plumas circa collū erigēs/ efficitur audacior ad
pugnandū/ ꝛ promptior ad cantandū. Ista autem auis so-
la dicitur ad celū aspicere ſm Pli. lib. x. Cātum aūt eiꝰ leo
rex aīalium timet/ vt dicit idē: ꝛ hoc vel ꝓpter lapidem pre
ciosum quē quādoq̄ꝫ in se generat/ vel pro eo q̄ basilisco assi
milatur/ vel melius ꝓ eo q̄ sibi inditum est a natura. Item
ſm Constan. si vetus gallus ꝓiectis interioribꝰ polipodio
impleat̄/ ꝛ cum q̄nq̄ꝫ libris aque coquat̄/ efficitur vtilis co
licam habentibꝰ passionem. Nam viscosos humores pur-
gat/ ꝛ phlegmaticos contra melancholiā iuuat/ ventosita-
tem stomachi cōsumit/ ꝛ dolorem arteriarū curat. Gallus
iste qui dormientes excitat/ est p̄dicator: q̄ debet esse castra
tus per lucidā castitatem/ calide cōplexionis ꝑ feruidam
charitatem/ magne audacie ꝛ virtutis ꝑ rigidam ꝓbitatē.
Nam alta penitētie opera debet aggredi/ ꝛ cōtra aduersa-
rium. i. contra diabolū/ mundū ꝛ carnem/ verbis ꝛ operibꝰ
debet congredi/ ꝛ obtenta victoria cōtra vitia/ tunc debet
alte clamare ꝑ predicationē/ ꝛ etiam ꝑ laudem et gratiarū
actionem: sed tn̄ priusq̄ꝫ cantet ꝛ predicet/ se debet percute
re ꝑ penitentiam ꝛ carnis macerationē: vt sic primo ꝑ exē-
pla/ secūdo per verba altius ꝛ letius predicet atq̄ꝫ cātet di-
uinam scripturā ꝛ lectionem: q̄r ſm Greg. Loquēdi aucto-
ritas perdit̄/ quando vox opere nō iuuatur. Iste in noctis
medio. i. cōtra profunditatē vitiorum/ vel etiam in ꝓfundo
noctis aduersitatis debet sonum fortem ꝛ clariorem osten-
dere/ et per cōminationē iudiciorum diuinorum/ ꝑ terrorē
infernaliū tormentorum dormientes debet a somno crimi-
num excitare. ad Ephe. v. Surge q̄ dormis: ꝛ exurge a mor
tuis. Ideo canit̄ in hymno. Gallus iacētes excitat/ ꝛ som-
nolentos increpat/ gallus negantes arguit. Sed quando
est prope diem. i. quādo de die ꝓsperitatis eterne loquitur:
tunc vocem debet habere claram/ leuem/ dulcem scꝫ ꝛ al-
licientem/ vt magis spe premiorum q̄ꝫ timore tormētorum
hoīes moueat ad virtutes. Cāt. ij. Uox eīn tua dulcis: ꝛ fa
cies tua decora. Et si carnalitate aliqua os eius. i. p̄dica-

tio fuerit impinguata/si ad terram penitentie se cōcusserit et plumas.i.affectus ad deū eleuauerit/virtus eiꝰ renouaꝛ et fortificaꝛ iterū ad cantandū: ⁊ ad predicādū sicut primitus animaꝛ. Iste super caput intētionis debet crista rubea coronari.i.feruida charitate/ quā si ꝑ pctm̄ perdiderit/ad predicādū efficiꝛ inhabilis ⁊ ineptus. Nā cuius vita despicitꝛ:restat vt eiꝰ ꝑdicatio contēnaꝛ:teste Greg. Et siveꝰ gallus.i.sacerdos predicator morigeratꝰ ⁊ honestus protectis interioribus.i.carnalibus affectionibus ⁊ cōcubinis ipleatur polipodio.i.odorifera castitate/ et in quinq̧ libris aque.i.memoria quinq̧ plagarū christi/ que in statera crucis fuerunt ponderate et librate/ igne charitatis bullitus fuerit et excoctus:tunc vita ipsiꝰ ⁊ doctrina alijs efficitur fructuosa. Nam si tales comedanꝛ ꝑ imitationem/ tunc colici(qui sunt quidam infirmi qui nō possunt purgari) purgantur/et hūores phlegmatici et viscosi carnalitatis ⁊ luxurie expelluntur:ventositas superbie euanescit/⁊ etiam febris auaritie a talibus effugaꝛ:vt de istis dicaꝛ illd Apoc.xxij. ⁊ Ezechiel.xlvij. Erit fructus eius in cibū.i.eius opera in exemplū/ ⁊ folia eius ad sanitatem.i.verba eiꝰ ⁊ doctrina dabūt peccatoribꝰ medicinam. De hoc gallo Job.xxxviij. Quis dedit gallo intellectū:⁊c. Iste ergo ad celestia ⁊ celū dʒ respicere ꝑ contemplationem/ lapidem preciosum scʒ christum debet concipere ꝑ gratiam ⁊ deuotionē/ ⁊ sic rex peccatoꝝ leo.i.diabolꝰ ip̄m timebit/nec ei in aliquo ꝓualebit. ¶ Decrepitus gallus in senectute sua oua ponit parua ⁊ rotūda que si ab aliquo verme venenoso diebus canicularibus foueantur/exinde serpens venenosissimus basiliscus procreatur. Gallus auis luxuriosa est caro nostra. Oua eius que ponit/sunt praua colloquia:cogitatiōes ⁊ aspectꝰ. Vermis venenosus est diabolꝰ. Basiliscus est pctm̄ luxurie/ qui visu interficit ⁊ occidit. Dies caniculares sunt delicie. Quādo igitur poniꝛ ouū male cogitationis in nido conscientie: tunc vermis venenosus scʒ diabolus ip̄m per delectationē fouet et nutrit/⁊ sic tandem pullus praui ꝓpositi ꝓducitur/ testa continentie frangitur / ⁊ basiliscus praui opis et peccatum luxurie generaꝛ: a cuius aspectu aīa penitus venenatur. Esa.lix. Qui comederit de ouis eoꝝ/ morietur:et qd̄ cōfotū est/crūpet in regulum. ¶ Nota ꝙ gallus gallinaceꝰ licet cantare ⁊ pugnare/ ⁊ cetera similia galli nō valeat: tn̄ plumis est fecundior/ ⁊ apparētia pulchrior īuenitur:cristā tn̄ perdit ⁊ audaciā amittit/⁊ eius pedes q̄nq̧ franguntꝛ/vt cubare sup oua aliena ꝯpellaꝛ:⁊ vocē femine similat/⁊ more femīe pullos vocat. Sic hypocrita lʒ cātū amiserit ꝟitatis/⁊ grā͂ru actionis ⁊ laudis/⁊ sp̄ūalis etiam iocūditatis/ licet etiam cristam rubeam perdiderit charitatis / tn̄ sepe fit ꝙ plumarum.i.moꝝ exteriorū habet apparentiam pulchriorem.pugnare tn̄ cōtra vitia nescit/ immo cū sit mollitiei feminee/ ad sui imitationē pullos ⁊ simplices attrahit atq̧ vocat. A dn̄o tn̄ suo.i.a prelato debent pedes.i.affectꝰ eius frāgi ꝑ correctionem/ vt cubare sup oua.i. super bona opera cōpellaꝛ. Vel posset allegari de multis effeminatis viris/qui nihil virile faciunt:immo opa feminalia tn̄ exercent ⁊ peragunt: sicut ptʒ de multis inertibus militibus/q̇ circa pullos.i. circa regimen filioꝝ ⁊ domus cōtinue vacāt et ad strenuitatis opa nō intendūt. Vel potest dici de multis malis ꝑlatis/q̇ oua ⁊ pullos.i. paruos nepotulos generis sui nō cessant fouere ⁊ ducere/⁊ more galline ꝑ nimium affectū sup eos incubare. Et isti nec cantant predicando/ nec se verberāt penitendo: nec cristam rubeam charitatis habent proximos diligendo:sed potius plumas habent superfluas/se pulchre ⁊ pompatice vestiendo. Pedes autem habent fractos:qꝛ affectus nō habent rectos: sed potiꝰ maliuolos ⁊ ꝑuersos. ¶ Gallus est auis calida ⁊ sicca/audax ⁊ animosa/ de nocte cantās fortius q̄ȝ de die. Cōtra aduersariū pugnat. (Nā et ipsum esse pugilē natura indicat/ in quantū tela in pedibus sibi donat/ ipseq̧ ⁊ caudā ⁊ pēnas eleuat:vt aptius ad preliū se accingat: ⁊ leo ip̄m metuit et formidat.) Obtēta aūt victoria ꝑus alis se verberās/statī rostroq̧ terrā ꝑcutit:vt sit aptior ad cantādū. Si vero victus fuerit:tunc nō audet cātare: sed silens et verecūdus se cōsueuit abscōdere ⁊ celare: sicut dicit Pli.lib.x.ca.xxj. Sepeq̧ fit ꝙ nō a prelio cessare velit quousq̧ ibi mortuꝰ cadat. Ossa aūt eiꝰ ſm Pli.aurū liquefactū diminuūt et cōsumūt. Decrepitus autē gallus oua ponit:ex qbꝰ basiliscus generaꝛ. Gallus est religiosus vl̄ etiā q̇libet ecclesiasticus vel perfectus/ ⁊ etiam omnis qui est fidelis ⁊ catholicus christianus/qui debet calidus esse ꝑ charitatem/siccus per castitatē/audax ad aggrediendum opera virtuosa per cōstantie ꝓbitatem. Iste debet aduersariū scʒ carnem et mūdum ieiunijs ⁊ vigilijs impugnare/ et etiam vsq̧ ad mortem ꝓ iustitia certare/ et crista seu galea salutis telisq̧ bonorū operum ⁊ virtutū debet armatus esse:vt miles christi digne valeat apparere.ij.ad Timo.ij. Labora sicut bonus miles christi. Igiꝛ iste obtenta victoria cōtra vitia debet statim ꝑ gratiarum actiōes psallere ⁊ cantare/se tamē primitus verberato ꝑ penitentie disciplinā. Iste rostro debet terrā percutere:qꝛ scʒ ipse terram.i. terrena rostro ⁊ verbis debet detestari ⁊ vilipendere/⁊ cōtemnenda alijs predicare. Vel etiam terra significat peccatores/quos viri iusti debēt detestari ⁊ fugere/ ⁊ rostro.i. verbis corrigere ⁊ ꝑcutere. Esa.xj. Percutiet terram virga oris sui/⁊ sp̄ū labiorum suorum interficiet impiū. Istius ergo ossa.i.istiꝰ interiores affectꝰ debent aurū.i. diuitias in sua estimatione cōsumere. Sap. vij. Diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. Caudam vero.i.senectutem debet ad deum ꝑ deuotionē precipue erigere/⁊ ita si oīa habuerit:tunc aperte poterit cantare / et gratias agendo in deo sp̄ūaliter exultare. Juxta illud ps. Cātate dn̄o cāticum nouū/laus eius in ecclesia sanctorum. Et de obtenta victoria gaudere. Sic etiā leo scʒ diabolus ip̄m merito poterit formidare. Sed quando gallꝰ iste efficitur decrepitus/qn̄ scʒ calore charitatis refrigerato efficiꝛ in moribꝰ tepidus atq̧ segnis:tūc oua ponit.i.desideria venenosa/⁊ etiam malas cogitatiōes ⁊ proposita minus bona/de quibꝰ basiliscus.i.malū opus de facili generatur. Iste ergo si victꝰ fuerit a tentatione:tūc nō debʒ canere sed dolere:⁊ preverecūdia ⁊ humilitate se abscondere ⁊ latere. ¶ Dicit Constañ.ꝙ carnes galli castrati sunt carnibꝰ omniū aīalium ⁊ volatilium meliores/⁊ meliꝰ generant nutrimentum. Sic qn̄ homo/maxime religiosus per perfectam castitatē castratur/eius cōuersatio efficitur vtilior/ ⁊ nutrimētum exemplorum prebet alijs magis bonum. Vel dic etiā ſm Pli.ꝙ gallus potest significare milites. Unde etiā castrensis disciplina videtur in gallis a natura exemplificata. Isti em̄ habent cristas ꝓ galeis/calcaria ꝓ telis/cantū pro vigilijs/pugnam pro prelijs/erectionem caude ꝓvexillis/cātum post victoriam ꝓ triumphis. Isti ergo taliter inter se q̄nq̧ pugnāt/ꝙ dimicādo in cāpo remanent. ¶ Gallꝰ aīal est superbū. Iste em̄ caudam erigit/calcaria portat / pēnas suas hispidas facit/⁊ cristā eleuat. Tales pro certo sunt nostri milites moderni. Superbi enim sunt/per aliorum scʒ contemptum/ et sui exaltationē: ⁊ caudam.i.ipsum gestum corporis erigunt ⁊ extollūt/ calcaribus et ensibus se muniunt/ ⁊ quasi quotidie in cantibꝰ inanis letitie se occupant / et alter contra alterum per discordias litigāt atq̧ pugnant. Ista optime videmus in nostris iuuenculis domicellis / qui ad modū galli ꝑsumptuose erecti sunt/⁊ in actibꝰ inanibus quasi totaliter occupati. Unde Numeri.xvj. Multū erigimini filij leui. Et Job.xj. Vir vanꝰ in superbiam erigitur:et quasi pullum onagri se liberum natum putat.

Capitulum.xxxv.de gallina.

Gallina ſm Glo. Matth.xxiij.est pia circa pullos/⁊ eos sub alis fouet / dolore filiorū egrotat/ et plumam deponit/plus pullos q̄ȝ se pascit/ ꝓ pullorum defensione fortioribꝰ auibus se opponit/⁊ inuento cibo eos vocat/ ⁊ cōtra miluū sub alis eos ꝓtegit ⁊ defensat. Sic prelatus debet erga subditos pius esse/⁊ eos sub alis protectionis a miluo.i.a diabolo/⁊ alijs peccatoribꝰ hereticis ⁊ raptoribus debet eos ꝓtegere ⁊ saluare.ps. In velamēto alarum tuarum protege nos. Et si pulli.i.subditi infirmitate peccati aliqua īfirmētur/ gallina ista ꝑ compassionem debet cum eis infirmari.ij.ad Corinth.xj. Quis infirmatur:⁊ ego non infirmor? Et pro ipsis fouendis ⁊ tam tēporaliter q̄ȝ spiritualiter nutriēdis debet plumā diuitiarum deponere: et eos plu sq̄ȝ se pascere et nutrire. ps. Pauit eos in innocētia cordis sui:et in intellectibus manuū suarum deduxit illos. Iste autem ꝓ

pullorum et subditorum suorum defensione debet se opponere fortioribus se: scꝫ diabolo vel principibus et tyrānis: et si cibū tēporalis prosperitatis et facultatis inuenerit/ dꝫ pullos.i. subditos vocare/ ⁊ per elemosynarū largitionē ipsis benigniter erogare. ps. Dispersit dedit pauperibus ⁊c̄.

2 ¶ Galline alique sine coitu faciunt oua: ⁊ ꝺm Aristo. quādo ꝓducūt gemellos/ vnus pulloꝝ efficitur mōstruosus: qꝛ natura nō potest in vno ouo formare congrue duos pullos. Sic predicator sine coitu luxurie debet gratiā in hoīes generare/ sed qñ gemellos producit.i. qñ duplici causa predicat/ scꝫ dei amore ⁊ vane glorie/ tunc pullus efficit mēstruosus: qꝛ totum ꝑ istam vanā gloriā deturpatur. Vel dic ꝺm aliquas consuetudines nobiliū ꝙ secūdo genitus filiꝰ menstruosus est: quia.s. caret hereditate. minꝰ eñ habēt secūdo geniti ꝙ̄ alij. Vel allega simpliciter de intētione quacūqꝫ: qꝛ scꝫ quādo homo in vno actu habet duas intētiones/ necesse ē ꝙ vna sit mēstruosa.i. nō bona: sed defectuosa. Ideo dicitur Eccli.iij. Veh duplici corde. Vide si vis simile supra ⁊c̄.

3 ¶ Gallina oua q̇dē ponit: sed quotidie ea perdit: et tñ propter hoc parere in loco eodem non omittit. Sic viri iusti dato ꝙ multotiens perdāt oua sua.i. opera sua bona ꝑ peccatum: nō tamen debent ꝓpter hoc desistere/ quin quotidie reiterēt bñfacta: qꝛ sicut dicit Prouer.xxiiij. Septies in die cadit iustꝰ: et resurgit. Vel pōt dici de mūdi cupidis quibus licet sepe vel per principes/ vel ꝑ latrones/ vel per alia infortunia auferantur oua sua.i. bona temporalia: ipsi tamen ꝓpter hoc ouare.i. ad acq̇rendum bona tēporalia laborare non omittunt ⁊c̄. Expone sicut supra de columba.

4 ¶ Gallina intātū gaudet de ouis suis/ ꝙ ipa nunꝙ̄ vult celare: quinimo cantādo ⁊ clamando solet ea raptoribꝰ reuelare. Tales sunt iactatores/ q̇ intm̄ gloriant in illis que habent vel que faciūt/ ꝙ nō cessant ipsa clamare/ ⁊ suis dictis et iactantijs alijs dicere vel narrare. Qđ etiam non solum verū est de bonis: imo etiam de malis: qꝛ multi sunt q̇ peccata sua predicauerūt nec abscōderūt. Esa.iij.

5 ¶ Gallina ⁊ gallus retropellendo paleam/ granū querunt. Sic si illū qui est granū frumenti.s. xp̄m/ vel etiā grana gratie ⁊ glorie volumꝰ inuenire/ necesse est paleam bonorū tēporaliū ⁊ vitiorū cōtemnere repellere ⁊ horrere. Matth.iij. Paleas cōburite/ triticum cōgregate.

6 ¶ Gallina in parte dextra ventris gerit oua ex quibꝰ producūtur pulli masculi/ ⁊ ista sunt oblonga. In parte vero sinistra gerit oua ex quibꝰ debent produci pulli feminei/ ⁊ ista parua sunt ⁊ rotunda: sicut dicitur in lib. de natura reꝝ. Sic vere christus illa oua.i. illos hoīes quos videt pullos masculos.i. bona opera producturos/ gerit in dextera parte ventris.i. in ventre ⁊ abscondito predestinationis sue. ipsos eñ iam constituit ad dexteram prosperitatis eterne. Illa ꝟo oua.i. illos hoīes quos nouit pullos femellos.i. mala ⁊ impfecta opera facturos/ gerit in sinistra.i. p̄scit in ꝓspitatis mundane sinistra nutriendos/ ⁊ ad sinistrā aduersitatis eterne cum demonibꝰ separandos Matth.xxv. Constituet oues quidem a dextris: hedos ꝟo a sinistris. Vel pōt simpliciter dici ꝙ filij dextri.i. boni ⁊ p̄destinati/ faciunt pullos masculos.i. bona opera. Filij vero sinistri.i. mali/ qui ꝓsperitatis mundi ⁊ aduersitatis inferni sunt filij/ faciūt semꝑ mala: ⁊ hoc potissime: qꝛ isti boni sunt oblongi per longam ꝑseuerantiam: alij autem sunt rotundi per mobilem incōstātiam.

7 ¶ Dicit palladius ꝙ oua ipparia debent dari galline ad fouendū: ⁊ sunt tunc optima/ qñ decem dieꝝ nūeꝝ nō excedunt. Nā sicut dicit in lib. de natura reꝝ/ nimis vetera aut recētia īfecūda sūt. Oua ipparia significant pauperes ⁊ humiles/ q̇ alijs nō sunt pares. Isti ergo ad productionem pullorū.i. bonorum operū sunt optimi/ quando in denario.i. in decē preceptoꝝ numero fuerint cōstituti. Tunc eñ si non sint nimis recentes ꝑ lasciuiam iuuenilem/ nec nimis veteres per pigritiā ⁊ obstinationem senilem/ solent fructificare/ ⁊ pullos bonorū operum ꝓcreare. Vel potest allegari contra illos qui sunt aut nimis iuuenes ⁊ nouitij/ aut nimis veteres ⁊ antiqui/ quoꝝ quilibꝫ in multis negotijs est ineptus. Medium enim tenuere beati.

8 ¶ Oua in aqua supnatantia/ nihil valent ad fetificādum: sed illa que in fundum descēdunt. Sic illi qui sursum in superficie ꝑ superbiam remanēt/ ad producēdum pullos bonorum operum nō sunt apti: sed solum illi qui inferius ad fundum per humilitatem descendūt. Esa.xlviij. Descende sede in puluere ⁊c̄.

9 ¶ Oua que sunt sub gallina/ debent sepe ad solem ostendi: ⁊ si nihil intus appareat post quattuor dies/ sterilia reputnatur: et ideo debent alia substitui/ ⁊ illa de nido submoueri. Sic prelatus oua.i. pullos qui sunt in nido ecclesie sue/ debet discrete circūspicere/ ⁊ nisi germē boni propositi in eis viderit/ debet eos expellere: et alios ī loco ⁊ officio eorū debet substituere ⁊ ponere. Qđ maxime debet facere princeps vel prelatꝰ de suis officialibus ⁊ balliuis/ vel etiā prelatꝰ de nouitijs/ q̇ nisi infra quattuor dies .i. infra quattuor āni tꝑa/ hoc est dictu/ ꝯpleto āno ꝓbatiōis ipsos ad fructificādum per bona opera habiles viderit/ debet eos expellere: loco eorum alijs substitutis. Leuit.xxvj. Nouis superuenientibus vetera proijcietis.

10 ¶ Gallinarū oua in egypto quandoqꝫ stercore inuoluūtur/ ⁊ in sabulo sepeliuntur: ⁊ sic sine galline fomentis ⁊ laboribus excluduntur/ ⁊ in pullos finaliter cōuertuntur: sicut dicit in li. de natura reꝝ. Sic vere sepe cōtingit in egypto mundi huius/ ꝙ multi gallina.i. amicis ⁊ parentibꝰ orbati/ ⁊ in stercore vilitatis et sabulo paupertatis sepulti/ calore solis.i. ardore tribulationum/ ex sola dei ꝓuidentia sine cuiuscūqꝫ alterꝰ auxilio vel fomento crescunt ⁊ nascūtur per gratiam spūalem et per promotionem ⁊ gloriam tēporalem/ ita ꝙ pulli.i. viri alti et magni efficiūtur ꝑ promotionem ⁊ excellentiam supnalē: qꝛ sicut in p̄s. dr: Deꝰ de terra suscitat inopē: ⁊ de stercore erigit pauperē.

11 ¶ Sicut dicit ibidem/ visus est quandoqꝫ pullus galline ita monstrosus/ ꝙ in vno corpore habebat duo capita/ ⁊ vtroqꝫ mādúcabat. Sic multi sunt inter filios galline.i. christi vel ecclesie/ qui in vno corpore.i. in vno pectore habent duo capita intētionum/ sicut sunt duplices et maligni. Expone sicut alibi ⁊c̄.

12 ¶ Subitus sonus tonitrui facit oua fallere/ et accipitris audita voce faciliter vitiantur: vt dicit ibidem. Sic homo qui de nouo cōcipit pullum boni ꝓpositi/ tonitruo fortis tribulationis/ ⁊ auditu accipitris.i. auditu diabolice suggestionis vel cuiuscunqꝫ male loquutionis faciliter impeditur.

13 ¶ Gallina teste Aristo. quādo appetit coitū/ sedet ante gallū ⁊c̄. Sic mala ⁊ luxuriosa mulier galloꝝ.i. luxurioſoꝝ solet ꝯsortia frequētare.

Capitulum.xxxvj. de gruibus.

1 Grues ordinate volant. Regē vel precessorē eligunt. Et ꝺm Soli. semꝑ decimā vigilem alijs dormiētibꝰ ordinant ⁊ cōstituunt: ⁊ illa que ducit alias/ illas ad rectos volatus cogit tam vocis instigatione ⁊ clamore/ ꝙ̄ suo precessu preambulo: ⁊ si illa raucescuerit/ statī alia in simili officio sibi substituitur ⁊ succedit: ⁊ grus illa que vigilat inter cōsortiū aliaꝝ/ caput frequenter eleuat/ vt si quid nociuum viderit/ alias clamando excitet ⁊ premuniat. super vnum crus stat et in altero lapidem gerit/ pede a terra suspenso: vt si casu aliquo dormitet/ ꝑ casum lapilli excitetur: vt dicit Aristo. ⁊ etiā Pli. lib.x.c.xxiij. ⁊ ꝺm Hiero. primā alie sequūtur ordine litterato. Charissimi in grege fideliū prelatus est precessor ⁊ vigil. vbi eñ alij dormiunt/ ad istū pertinet in cura reginimis vigilare.ij. ad Tio.iiij. Tu ꝟo vigila. ⁊ Geñ.xxxiij. Precedat dñs meus seruum suū. Iste ergo debꝫ alios.i. socios et subditos ad rectitudinem itinerū et operū clamore predicationis incitare/ et etiā precessu preambulo virtualium exemploꝝ. Geñ.xxxiij. Eroqꝫ socius itineris tui. Iste autē suꝑ gregis sui custodiā debet sollicite vigilare/ ⁊ alios qui in delicijs peccati dormiūt/ debet predicatiōis clamoribꝰ excitare/ ⁊ cōtra insidias hereticorū ⁊ demonū diligentissime premunire. Apoc.iij. Esto vigilans: ⁊ cōfirma cetera que moritura erant. Et ne in peccatis obdormiat in suī et alioꝝ preiudicium/ vno solo crure.i. recta intentione debet terram tangere/ scilꝫ ad temporalia gubernanda. Sed aliud crus/ scilꝫ voluntatē ⁊ affectum/ debet a tēporalibus eleuare/ ⁊ lapidem durū penitentie/ vl' duram mortis ⁊ inferni memoriam portare/ vel christū/ qui est petra vnde fluxit aqua ⁊ sanguis: vt sic a peccatoꝝ somno se valeat preseruare. Surge qui dormis. ad Ephe.v.

2 ¶ Nota ꝙ grues societatem diligunt/ ⁊ gregatim volant/ ⁊ ꝺm Ambro. in sursum se eleuant/ vt videant ad quas pergere debeant regiones/ ordine litterato prouolant/ et voce preconia terram petunt vbi requiescere valeant. Ducem habent/ ⁊ vigilias ser-

uant/ſm Pli.vbi.ſ. In iuuẽtute ſunt cinericie/in ſenectu⸗
te autẽ totaliter fiũt nigre. Vociferãdo perditas ſocias re⸗
uocant ⁊ querunt/⁊ cũ accipitrem ⁊ herodiũ ſibi inſidiantẽ
viderint/ ſtatim roſtro ſuperius eleuato cõtra ipſum ſe mu
niunt/vt ſic ab eo roſtri ſui acumine ſe defendãt. Sic vere
viri perfecti/clerici ⁊ religioſi/ ꝙ gregatim ꝑ charitatẽ mo⸗
rantur/ducem ⁊ prelatum ⁊ vigilẽ habent cui obediunt/et
quẽ ſequũtur: a terrenis negotijs ꝑ cõtemplationem ſe ele
uant/⁊ ꝑ prudentiam vndiqꝫ reſpiciũt/ deliberant ⁊ cõtem
plant/vt ſcꝫ videant ad quam partẽ debent tendere/vel ad
quam regionẽ ⁊ locũ ſe cõuertant: vt ibi mentaliter cõmo⸗
rentur/⁊ vtrũ ſit melius ire ꝑ penitẽtiam ad paradiſum/ꝙꝫ
per delicias ad infernũ. Luc.xj. Reſpicite ⁊ leuate capita
veſtra. Et licet quãdoqꝫ in iuuentute ſint parũ nigri ⁊ cine⸗
rei ꝑ modicã hũilitatẽ: tñ ĩ ſenectute debẽt totalr denigra
ri.i.per oĩmodam honeſtatem. Threñ.iiij. Denigrata eſt fa
cies eorũ ſuper carbones. Socias autẽ ſuas.i.alios fideles
qui ꝑ peccatum ceciderint vel a rectitudine virtutũ erraue
rint/ debent clamore exhortationis inde reuocare / et voce
etiam preconia orationis debent iugiter petere terram pa
radiſi/vbi poſſint perpetuo habitare. ad Heb.iiij. Feſtine⸗
mus ingredi in illã requiem. Et cũ accipitrẽ.i.diabolũ ſibi
per tentationem viderint inſidiãtem/ſtatim debent eleua⸗
re roſtrũ.i. os cordis et corporis ad deum ꝑ humilẽ oratio⸗
nem/vt acumine huiꝰ roſtri a tẽtationum periculo liberent.
Vigilate igitur ⁊ orate : ne intretis in tẽtationem. Matth.
xxvj. Et ſicut grues dormiũt capite ſub ala inclinato/⁊ vno
pede ſurſum eleuato/⁊ alio tantũmõ ad terram extenſo: ſic
vir perfectus/ſi eum in mũdi proſperis dormire ꝯtingat/ ꝓ
certo caput rationis debet ſub ala contẽplationis repone⸗
re/pedem affectionis debet a tẽporalibus erigere/pedẽ au
tem diſcretiõis debet inferius ad terram.i. ad terrenoꝝ re
gimen extendere: vt ſic per vtrũqꝫ pedẽ/ſcꝫ amoris ⁊ prudẽ
tie poſſit ⁊ erga ſupiora/⁊ erga inferiora ſe debite guberna⸗
re. Prouer.xxv. Retrahe pedem tuũ de domo proximi tui.

3 ¶Grues circa terram volãtes preſagiunt tẽpeſtatem/ſur
ſum autem ſe plus ſolito erigẽtes ſignificãt ſerenitatem: vt
dicit Pli.lib.xviij.c.xxxv. Sic vere illi ꝙ inferiꝰ circa terrã
et tẽporalia volant ⁊ ſe occupant ꝑ auaritiam / tẽpeſtatem
eterne mortis ſibi ꝓſagiũt ⁊ diuinãt. Illi vero qui ſurſum ꝑ
affectionem ⁊ cõtemplationem volitant/ eterne proſperita
tis ſerenitatẽ ſibi ꝓnoſticant: ipſamqꝫ vident adhuc in ter⸗
ris manẽtes ſpiritualiter preſentire. Unde Deuter. xxxiij.

4 Habitaculũ eius ſurſum. ¶Grues inter ſe pugnant ita for
titer/ꝙ quãdo in pugna ſunt calefacte/faciliter poſſunt ca⸗
pi. Sic iracundi verbis ⁊ iniurijs inter ſe pugnant/ita ĩpe⸗

5 tuoſe/ꝙ ꝑ iram ⁊ odium diabolꝰ faciliter capit eos. ¶Cũ
inter grues eligant vigiles ⁊ preceſſores/ iſti tamẽ ſolẽt in⸗
ter ſe ordinẽ obſeruare. Nã qñ vigil vel preceſſor ẽ fatigatꝰ
ſolet ſtatim alius ſuccedere loco eius. Nã mira diſcretiõe
nature / illa que vigilãdi officiũ compleuit / facto clamore
illam cui officiũ ſuũ creditura eſt/a ſomno excitat/que ſta⸗
tim oĩni ſomno depoſito ad vigilãdum vice alteriꝰ ſe prepa
rat ⁊ coaptat. Alia vero ꝙ officium geſſerat/ſomno cũ ſocia
bus ſe recreat ⁊ cõfortat. Iſte etiam quãdo volant/ſeruant
ordinẽ in clamãdo. Semper eñ eſt ibi vna que clamando
alias exhortat: ſed ſi iſta obraucata eſt/ſtatĩ ſolet altera ſuc
cedere: ⁊ loco eius exhortatricis officiũ exercere: ſicut dicit
Ambro.in hexameron. Idẽ etiam (vt dicit) faciunt earum
preceſſores: qꝛ ſcꝫ vſqꝫ ad cõſtitutum tẽpus gregẽ precedũt
et finito tempore omnes alie ꝑ ordinem ſibi viciſſim ſucce⸗
dunt: ſicut etiam innuere videt Pli.vbi ſupra. ⁊ ſic cõpẽſa
to labore nõ grauãtur/dum ſic in ſuis officijs alterant. Re
cautelarū/quarū vna alteri copulatur/ita ꝙ ea mediāte ab omnibus proteguntur. ps. Operti sunt iniquitate ⁊ impietate sua. Nam si pauper de istis balliuis et causidicis conqueritur/ tot habent cautelas et refugia/ꝙ ab omnibus ac si haberent iustitiam/ se defendunt. Per voces autem eorum intelligo terribiles comminationes. Per caudas scorpionum cum aculeo/intelligo taliū insidias et malas eorū intentiones/ que semper aculeum secum portant/ inquantum ad punctionem nituntur rapinarum. Per angelum abyssi/regem eorum: qui exterminās dicitur.i.qui per auaritiam ⁊ rapinam bona pauperum exterminat et deuastat. Dicitur ergo ꝙ Ioānes vidit locustas / quasi equos paratos ad prelium: qꝛ vere tales more equorum per superbiā eleuati/contra omnes ⁊ maxime pauperes preliantur. Nā sicut equus tante est superbie/ꝙ nō timet vel cōsiderat fortitudinem nec debilitatē resistentis: ſm enim voluntatem equitis indifferenter omnibus se opponit: sic hodie causidici ⁊ balliui tanta superbia ⁊ audacia sunt elati/ ꝙ non timēt nec milites/ nec barones/ nec pauperes/ nec egenos: sed manus eorū est generaliter contra omnes: deum enim nō timent/nec hominē reuerenť: sicut diciť de prauo iudi- [4] ce. Lu.xij. Sunt igitur similes equis ⁊c. ¶ Item habēt coronas aureas super caput: quia pro certo omnis honor/omnis dignitas/omnis gloria vel potestas talibus attribuiť in hoc mundo. Per aurum diuitie/per coronam vero eminētie designātur. Corona aurea super caput eius/ expressa signo vanitatis: non sanctitatis. Eccli.xlv. Isti habent facies hominū: qꝛ vere tales ante faciem habēt blanditiē falsitatis/sub specie amicitie ⁊ charitatis. Quomodo causidici ꝑ dulces sermones decipiāt mentes innocentiū (ad Roma.xvj.) est omnibus manifestū. Item habent capillos mulierum: qꝛ tales diuitias vna cū delicijs amplectūtur. Isti habent dentes sicut leones: qꝛ vere crudelitas taliū tanqꝫ leo rapiens ⁊ rugiēs pauperes deuorat ⁊ deuastat: qꝛ sicut leo alios leones nō deuorat: sed alia animalia quibꝰ preest: sic impij iudices ⁊ balliui alter alterū nō infestant/quinimmo potius se defendunt: sed quibꝰ presunt pauperes deprēdātur. Dan.vij. Habebat dentes sicut leones. Itē vox alarum earū sicut curruū et equorum paratorum ad preliū: qꝛ vere eorum vox/ strepitus ⁊ ꝯminatio/ ⁊ verbalis inductio ⁊ allegatio est terribilis audientibus/⁊ maxime pauperibꝰ. Gene.iij. Vocem tuam dn̄e audiui ⁊ timui/eo ꝙ nudus es- [5] sem. Audi enī.i.pauperes habent vocem talium formidare/⁊ velut equos paratos ad prelium trepidare. ¶ Itē habent caudas scorpionū: quia vere finalis talium intētio est ad inferendum aculeū rapinarum. In cauda enim habēt aculeum/licet habeāt facies hominū: quia vere falsi homines/ maxime tales balliui ⁊ vsurarij/licet in principio pauperibus fallaciter blandiantur/ ipsi tn̄ per punctiones ⁊ rapinas eis ī cauda.i.in fine crudeliter aduersantur. Et ideo dicitur ꝙ potestas eoꝝ in caudis ipsorū: quia potestas sue malitie in fine hominibꝰ innotescit. Prouerb.xxiij. Ingre- [6] ditur blande/in nouissimo aūt mordebit vt coluber. ¶ Itē potestas eoꝝ nocere hominibꝰ mensibus.v. quia vere plus nocēt tales reipublice qꝫ latrones siluestres: qꝛ illi possunt precaueri: isti autē nō. vnde diciť.j.ad Thessa.ij. Deo non placent/⁊ cunctis hominibꝰ aduersantur. Sed hoc est tantū mēsibus quinqꝫ/per quos intelligo vitā presentē: qꝛ sicut quinariꝰ est numerꝰ imperfectꝰ/ ꝓ eo ꝙ quadraturā perfectionis excedit: sic vita talium nō perficiť: immo vt cōmuniter ante tēpus ⁊ subito moriūtur. Esa.xxxviij. Dū adhuc ordirer/ succidit me. Isti habēt sup se regem angelū abyssi qui diciť exterminans/videlꝫ auaritiam ⁊ rapinam/que recte diciť angelus abyssi: qꝛ sicut abyssus est locus ꝓfundꝰ ⁊ insatiabilis/⁊ vbi solis claritas non attingit: sic illi quibus āgelꝰ iste/scꝫ auaritia dn̄ať/sunt insatiabiles: qꝛ vēter ipsorum insatiabilis. Prouerb.xiij. Qꝛ nō impleбiť auarus pecunia: vt dr̄ Eccl'is.v. Et ad eos solis claritas.i.lumen gratie spiritualis nō attingit: qꝛ lux impij extingueť. Job.xviij. Et iste angelus diciť exterminās: quia vere auaritia quando in corde hoīs principať/oēs gratias ⁊ virtutes exterminat et corrūpit. Et iste est rex huiusmodi locustarū: qꝛ sicut rex subditos regit: sic auaritia istos ad voluntatem suā gubernat ⁊ ducit. Job.xlj. Ipse est rex super oēs filios superbie. ¶ Locuste ſm Ambro. comedēdo folia oliue/ab infir- [7] mitate sanātur. Sic homo faciēdo opera mīe per oliuam designata a peccato liberatur. Eccli.iij. Elemosyna extinguit peccatum. ¶ Locustis sicut ⁊ vespis cōtingit senectā [8] exuere ſm Aristo. Sic viris iustis necesse est omnē senectutem male consuetudinis spoliare. Exuētes veterem hominē/⁊ iduētes nouū. ¶ Vox locustarū nō ab ore sꝫ ab occipi- [9] tio capitis videť oriri. Sic vox orationis et confessionis ab ipso capite.i.ab ipsa cordis intentione debet produci. Act.xviij. Feruens spiritu loquebatur. ¶ Locusta de mane nō [10] volitat/sed in meridie/quādo estu fuerit calefacta: sicut dicitur in glo. super Ioā. Sic multi sunt qui in tempore matutino iuuētutis nō volant per superbiam: īmo cōmuniter sunt humiles ⁊ innocētes: sed tādē in meridie.i. in ꝓgressu vite/ crescente estu tentationū incipiunt volare ꝑ superbiā/ et ꝑ desideria inhonesta. Unde Exo.x. Uentus vrens leuauit locustam. ¶ Locuste ſm Pliniū maria transuolāt/plu- [11] rium dierum fame cōtinuata: ⁊ ita fortiter volant / ꝙ aues merito credi possunt. Sic nos debemꝰ mare huius mundi per cōtemptum transire/famem ⁊ ieiuniū sustinere/ ⁊ sicut aues ꝑ contemplationem volare. ¶ Locuste gregatim vo- [12] lantes vbi accumbūt/ totū corrodūt. tria sunt tn̄ ſm Plin. remedia ꝯtra eas/scꝫ aues que dicūtur graculi: que aduerso volatu locustas fugant. Item vnam locustam cōburere qꝛ ſm Palladium/odore eius percepto alie credūtur fugere. Item istas locustas colligere/⁊ in fossis sub terra abscōdere: quia alias si extra terrā dimitterenť mortue / de ipsis mortuis vermes quos viue cōceperant nascerentur/qui in locustas postea formarētur: et ideo in fossis sunt inhumāde iuxta dictū ꝓpheticū Esaie.xxxiij. Colligiť bruchꝰ cū fosse plene fuerit de eo. Locuste sunt heretici/q̄ gregati volātes faciunt sibi de sanguinibus cōuenticula. Isti ergo vbi accumbunt/ omnem virorem gratie ⁊ fidei destruūt ⁊ consumūt. Johel.j. Residuum eruce comedit locusta. Nocumēta tn̄ istorum sunt vitanda tripliciter: qꝛ garruli seu graculi loquaces.i.boni predicatores cōtra eos sunt mittendi: et si non sufficit/ aliqui sunt igne cōburēdi: vt saltem ex terrore alij desinant esse mali. Uel in fossis sub terra sunt personaliter fodiendi. Isti enim toti mortui generarent/⁊ de vermibus quos viui conceperant. i. de malis doctrinis quas dū viuebant docuerant/ alias locustas.i. alios hereticos post se producerent/si nō corporis combustione vel confossione transirent. Ideo breuiter talibꝰ debet dici illud Esai.xxiiij. Igni eris cibus/⁊ non eris in perpetuū. ¶ Dicit Pli. ꝙ lo- [13] custe pariēdo moriūť. statim enī ꝙ pepererit/generanť quidam vermes circa earum guttur/ qui eas strangulāt. Sic vere de homine quando parit peccatum per confessionem solet quandoqꝫ in eo generari vermis verecundie/qui guttur stringens ne integre confiteatur/facit spiritualiter eum mori. ¶ Locustarum sunt tria genera/scilicet quedam cir- [14] ca hierusalem in deserto/ que sunt animalia comestibilia/ minora cuniculis. ⁊ iste gregatim volant: iuxta illud Prouer.xxx. Locusta cum non habeat regem/per turmas suas progreditur. quia de alijs esset falsum. ⁊ istis vtebatur beatus Joannes in deserto/ sole aliquantulū induratis/ qꝫuis multi dicant ꝙ locusta est quedam herba subdulcis. Alie sunt vermes volatiles: de quibus dictū ē. Alie sunt pisces aquatiles: de quibꝰ postea dicetur. ¶ Locuste scd'm Pli- [15] nium libro.xj.c.xxix. sunt in india trium pedum longitudinis/que in quibusdam regionibus ita abundant / ꝙ quasi nubes solem obnubilāt/ ⁊ vbicunqꝫ insederint/rodunt/deuorant et deuastant: ita ꝙ etiam fores tectorum corrodunt et dissipant/et inde est (vt ait) ꝙ in Lēno insula certa mēsura ordinata est/quam incole enecare tenentur/ ne per istas regio deuastetur. Dicit etiam ꝙ graculos pro eo colunt/ꝙ locustis in aere obuiant et occurrunt. Etiam iste lōginqua maria transire noscūtur/⁊ famem dierum pluriū sustinere: vt sic possint ad externa et lōgiqua pabula trāsuolare. Iste etiam quando finaliter vento proijciuntur in mare/ ⁊ inibi submerguntur/ ad littus proiecte aerem inficiūt/ et pestilētiam generant et inducunt: sicut exemplificat Orosius ꝙ semel in aphrica tanta copia earum in mari submersaꝝ et ad littꝰ reiectarū aerē īfecit/ꝙ de solo regno Numidie nōgenta milia hominū/de ciuitate vero Utica centum milia

militũ perierunt. Et sic fit ꝙ iste viuentes corrodendo fruges famem faciunt/mortue vero pestilentiam inducũt. Et ideo ſm glo.super Esa. Iste congregate solent in fossis abscondi/ne per eas possit aeris corruptio generari/ et ne etiã post mortem ipsarum possint fetum quem ante cõceperãt/ parere/et post se suum semen pestiferum dimittere. Aiunt etiam quidã ſm Palladiũ locustas fugari/si aliquas earũ in medio contigerit concremari. Locuste significant hereticos/qui pro certo simul volantes/ et cõgregationes ⁊ conuenticula facientes/solem veritatis obnubilant/fruges virtutum deuastant/⁊ corruptionẽ errorum generant/ per longa spatia circũeunt/⁊ famem ⁊ abstinentiã subeunt: vt iniquitatem suam vndiqꝫ circũfundant. Igitur vtile est tales vel igne comburere/vel fossis ⁊ carceribus personaliter includere/ne forte si expectetur ꝙ ventus tribulationis ipsos ad mare mortis naturaliter pertrahat/ ipsorũ tabes et corruptio in aere.i. in patria heresim ⁊ pestilentiã introducat: et ne etiam semen malorum discipulorũ mortui pariant/ si libere mori ipsos iudices ⁊ p̄lati dimittant. Cõburant͛ igit͛ vel incarcerẽtur/ne post ipsos discipuli generent͛/ ⁊ ne corruptio heresis patriã populetur. ps. In ignẽ deijcies eos in miserijs:⁊ nõ subsistent. Graculi ergo.i.prelati ⁊ predicatores ⁊ etiam inquisitores sunt honorandi/ qui potestatem

16 habent talibus obuiandi. ¶ Scd̃m Pli. vbi supra locuste semper moriũtur pariendo. quãdo enĩ pariunt/ solet quidã vermis circa guttur earum nasci / a quo solet locusta protinus enecari. Sic vere sunt multi qui in ipo partu bonorum operũ quem emittunt/per inanem gloriam moriũtur. quando enim pariunt. i. quando aliquod bonum opus emittũt/ vermis inanis glorie solet eos arripere/ qui per elationẽ solet eos spiritualiter enecare/figuratus in verme qui hederã Ione viridẽ desiccauit. Ione.iij. Unde Esa.xiiij. Subter te sternetur tinea/ ⁊ operimentum tuum erunt vermes.

17 ¶ Scd̃m Plini. locuste parthis gratissime fiunt esce. Sic vere tales mali homines predicti/ scilicet vsurarij/balliui/ heretici/vaniglorioſi ipsis parthis.i.demõib⁹ finaliter erũt

18 cibi.ps. Dedisti eis escam populis ethiopum. ¶ Postq̃ꝫ locuste omnes fruges deuorauerunt/solẽt duobus modis perire/scꝫ aut per vermem/ qui eas interficit quãdo pariunt/ aut ꝑ ventum qui ipsas in mare deprimit ⁊ deuoluit. Sic vere balliui ⁊ vsurarij quãdo per rapinas patriam vastauerunt/⁊ quãdo partus multarum diuitiarum acquisiuerunt solet eos vermis.i.mors occidere/vel ventus tribulationis in mare pauꝑtatis et infortunij aliquo casu detrahere. Figura Exodi.ix. vbi ventus proiecit in mare locustas/q̃ egyptiorum fructus cõsumpserant:quia scꝫ ventus tribulationis tales finaliter deijcit/quãdo fructus.i. substantia pauperũ ꝑ eos est ꝯsumpta.ps. Excussus sum sicut locusta. Et

19 alibi. Dedi erugini fruct⁹ eoꝝ:⁊ labores eoꝝ locuste. ¶ Locusta longiora hꝫ crura posteriora q̃ꝫ anteriora / et est auis vna alteram deuorans. Nã maior minorem deuorat/⁊ tandem a maiore se postmodũ deuoratur. In estate apparet: sed in hyeme latet/crura ⁊ pedes habꝫ replicata ⁊ ĩ se reflexa. Uento australi generãtur/sed ab aquilonari moriuntur: et de earũ stercoribus vermes multotiens generantur. Locuste sunt diuites/pedes eoꝝ sunt affectus / estas et auster sunt prosperitas/hyems ⁊ aquilo est aduersitas / pars ãterior ad quã oportet tẽdere/ sunt bona eterna:posteriora aũt q̃ oportet dimittere/sunt bona tẽporalia. Locuste ergo hñt pedes posteriores lõgos/sed ãteriores breues:qꝛ vere maior ⁊ longior pars affectuũ ipsoꝝ est circa bona tꝑalia : minor aũt circa spũalia acq̇rẽda.ij. Pet.ij. Posteriora tua deteriora priorib⁹. Maior cõedit minorẽ:qꝛ ẜe diuites minores suos pauperes depredãtur:sed tandẽ vice reciproca hi a suis maiorib⁹ deuorãtur. Esa.xxxiij. Ue q̇ predaris:nõne et ipse predaberis: nã cũ ꝯsummaueris depredationẽ/deꝑdaberis. Nã vsurarios ⁊ auaros deuorãt latrões. Ecclis. v. Excelso excelsior alius est ⁊c̄. Isti in estate apparẽt ⁊ nõ in hyeme:qꝛ diuites mundi amicis suis apparent in estate prosperitatis : sed in hyeme tribulationis ipsos impie derelinquunt. Sodalis amico cõiocundatur in oblectatione/ et in tẽpore aduersitatis aduersarius erit. Eccli.xxxvij. Et tales etiam habent pedes reflexos:qꝛ vere affectus taliũ ⁊ amores ad seinuicem reflectũtur/cũ in affectione et amore quibus diligunt/suum attendant cõmodum ⁊ solamen. ad Philip.ij. Oĩnes que sua sunt querunt. Tales in austro ꝓsperitatis generantur: sed cum vent⁹ frigidus aquilo.i.tribulatio ꝑflauerit:tunc ac si essent mortui/ab amicis suis in necessitatib⁹ minime possunt reperiri:⁊ de eorũ stercorib⁹.i. de eorum diuitijs (que a sano intellectu debent stercora reputari) vermes alij generantur: sicut ad litteram apparet in bladis et vestibus diuitum/ que multotiens putrefiunt. Iaco.v. Diuitie vr̄e putrefacte sunt. Figura ad hoc Apoc. ix. vide eam scilꝫ.§.precedenti ⁊ pone eam si vis. ¶ Alique sunt locuste que sine rege per turmas suas incedũt. Unde ait Sigebertus ⁊ ponit Uincentius li.xxv.c.xlj.ꝙ tempore Karoli minoris regis Frãcoꝝ locuste innumerabiles gallias depopulate sunt. Erant autẽ ceteris maiores/sex alas et sex pedes hñtes/⁊ duos dẽtes durissimos/turmatĩ incedẽtes/spatiũ diurni itinerꝭ q̇nqꝫ miliarijs ꝯtinẽtes/solẽ obnubilãtes/⁊ ad metanda loca duces suos cũ paucis spatio itineris vni⁹ diei ante aduentũ multitudinis premittentes hora nona incubantes/et ibi solis ortum expectantes/⁊ oẽ viride corrodentes. Tali ergo spectaculo ad mare britãnicum peruenerũt/⁊ flatu vẽtorum in pelago perierũt:sed ab oceano ad terram reiecte computruerũt/⁊ aerem inficientes/vna cũ fame quã causauerãt/quasi tertiã ꝑtẽ popl̃i galliarũ ea pestilentia peremerunt. Ista si vis applica per ordinem circa exercitus tyrãnorum/ qui aduentu suo omnia destruũt/⁊ finaliter ipsi pereunt: sicut apparuit de vvandalis ⁊ de gothis. Uel dic de cõfederatione balliuoꝝ ⁊ tyrannorum/qui vna concordia alios depredantur/ et famem et paupertatem in patria introducere comprobantur/ ⁊ finaliter a vento mortis in mare inferni importãtur. Unde Iudic.vj. dicitur ꝙ madiãite et orientales populi/ instar locustarũ vniuersa complebant. Isti ergo sunt de quibus Prouer.xxx. dꝛ ꝙ regẽ locusta nõ habet/ ⁊ per turmas suas egreditur. Uel si vis dic omnia contra detractores. Expone si vis ꝙ sex ale/sunt sex species superbie/duo vero dẽtes sunt vsura ⁊ rapina.

Capitulum.xlvij.de lucidijs.

Lucidij sunt aues habitãtes in hercynio germanie saltu/qui dicuntur lucidij/quasi lucem dantes. Habent enim pennas lucidas vt lucerne: ita ꝙ qui istas habent / ab ipsis in noctis tenebris diriguntur/ sicut dicit Pli. lib. x. cap.xlvij. ⁊ etiã Soli.c.de germania. Tales sunt sancti:quia vere pene sue cõuersationis fuerunt alijs pro lucerna/ad ipsos in tenebris hui⁹ vite illuiandos/ ⁊ exẽplariter et scientialiter dirigendos. Matthei.v. Uos estis lux mundi. Isti ergo in saltu.i.in altitudine cõtẽplationis/ vel in sublimitate prelationis apparuerunt: vnde lumen cũctis hominib⁹ prebuerũt. Sicut enĩ dicit͛ ibidẽ:lucerna sub modio non ponit͛/ sꝫ super cãdelabrum/vt luceat omnibus qui in domo sunt.

Capitulum.xlviij.de miluo.

Miluus est auis rapax/audax in minimis:sed in maiorib⁹ timorosa. Nam cũ siluestres aues inuadere nõ audeat/ domesticas impetere nõ formidat. Cadaueribus insidet/ et propter sui pigritiam a niso minore se impeti timet. In iuuẽtute sua ab alijs predalib⁹ non videt͛ differre: sed q̃ꝫto plus vixerit/tanto magis degenerẽ se ostẽdit. Nã ſm Aristo. est q̇ddã gen⁹ milui qꝺ in iuuẽtute volat ad aliquas auiculas sed tãdẽ in medio vite dimittit volatũ/⁊ circa cadauera intendit: sꝫ tandẽ dũ senescit/nõ nisi vermes comedit vel prędat͛:⁊ finaliter fame morit͛/⁊ est ĩpiũ circa pullos sicut vultur. Nã cũ videt eos impinguari/rostro eos ꝑcutit/et cibũ eis subtrahit vt macrescant. Uocẽ hꝫ querulã rapine. nã qñ esurit/voce q̃rula cibũ q̃rit/ſm Pli.lib.x.c.x. Sic p̄lat⁹ malus ad magna virtutis opa timid⁹/ ad minora ⁊ incõgrua est apertus. Nã aues siluestres.i.principes ⁊ raptores non audet inuadere: sꝫ tñ domesticos.i. subditos ⁊ maxime pullos simplices ⁊ innocẽtes ĩuadit:⁊ ipsos ꝑ excoriationes et rapinas deuorat ⁊ occidit. Iste sup cadauera insidet: qꝛ tales sup carnales delicias fetidas ⁊ corruptas insidẽt ⁊ q̇escũt. Isti in iuuentute sunt quandoqꝫ boni/alijs auib⁹ predalibus ⁊ bonis similes/ maxime rostro ⁊ colore.i.in apparentia vel sermone : sed paulatim volatũ contemplationis remittẽtes / tãdẽ cadauerib⁹.i.luxuria ⁊ delicijs se nutriũt

et impinguant: et tamen pre senectute cadauera.i. actus carnis relinquunt/ tandem vermibus diuitiarum nutriuntur/et circa eorum predam occupantur. diuitie enim temporales more vermiū cōscientiam lacerant ⁊ corrodūt. Nā cum in senectute ad aliquas auiculas.i. ad aliqua bona intenderint/ tādē scz in senectute pri⁹ luxuria defedati/ fame auaritie moriuntur. ad Galath. iij. Cum spiritu ceperitis carne cōsummamini. Isti habēt vocem rapine querelam: quia sicut omnibus patet/nostri prelati cum rapere non audeant violenter/tamen a pauperibus sacerdotibus nō verecūdantur vilissime mendicare/et quādo esuriunt scilicet diuitias subditorum/voce mēdicabili cibum querunt. Nā quando pullos proprios.i. subditos vident diuitijs impinguari/eis nequiter inuidētes/cibos.i.bona temporalia eis subtrahunt/vt ita fiāt pauperes ⁊ macilēti. Job.xxxix. Duratur ad filios suos ac si non sint sui. Et ideo nō mirū si tales a niso se minore.i.a mundi principibus superentur/qui de iure sibi debent subijci et subesse. Figura de achar qui per regulam aureā turbauit israel: sicut dicitur Josue.vij. Sic isti per auaritiam conturbant domum israel.i.religionem et ecclesiam: et ideo viri hay.i.mundani preualent cō- 2 tra ipsos/et auxilium dei cessat. ¶ Miluus est auis rapax in minimis audax/et in maximis timorosa. Nam serpētes et cadauera mortua deuorat/ ⁊ pullos inuadere non formidat. Nam cum siluestres aues inuadere nō audeat/domesticis insidiatur. Nā pullos circa grana occupatos rapit/ et semper sunt in periculo ꝙ ab illo rapiātur/ nisi quādiu sub alis galline securius absconduntur. Hic est diabolus/qui aues siluestres.i.viros contemplatiuos/siluas religionum et solitudinum frequentantes/ inuadere timet per tentationes: sed domesticos qui circa hospitia.i.circa mundi negotia ⁊ fauores habitant/istos obsidet et inuadit/ ⁊ ad peccata allicit et inducit. Unde tantūmodo pullos.i.timidos et simplices et imbecilles/ serpentes tortuosos.i. cupidos et auaros/ qui in terra.i. in temporalibus semper repunt/ et mortua cadauera.i. fetidos luxuriosos deuorat in inferno: quia cum habeat dentes fractos/ non potest comedere nisi molles ⁊c. Conterebam molas leonis ⁊c. Job.xxix.et ideo simplices pullos.i. qui circa mundi negotia occupantur/nisi sub alas galline refugiāt.i.nisi christi protectioni ⁊ custodie se committāt/per peccata destruit et occidit. Uel dic ꝙ isti sunt moderni iudices ⁊ balliui/ q̄ magnos raptores non audent inuadere/pullos tamen.i. simplices subditos non cessant continue molestare/ ⁊ eos nisi a gallina.i.a bonis prelatis et principibus defendantur/per rapinā crudeliter deuorare. Esaie.lix. Qui recessit a malo: prede pa- 3 tuit. ¶ Miluus est auis patiens dolorum ⁊ laboris/ et est leuis volat⁹ ⁊ mollis: ⁊ ideo miluus dicta est a molliter volando. Nam pullos suos ne fatigētur/in humeris suis portat/ et circa rapinam vermium ⁊ pullorum querulose continue semper vacat. Sic mūdani mollis ⁊ leuis sunt volatus: quia in mollitie deliciarū continue volutantur. Magni sunt laboris: quia plus laborant vna die pro temporalibus/quam vnus bonus religiosus diebus pluribus pro christo. Et pullos in humeris deferunt: quia pro diuitijs ⁊ honoribus suis filijs acquirendis corpus et humerum subijciūt/ et angustias sustinent ⁊ laborem/ ⁊ circa pullos ⁊ alia vilia 4 .i.circa temporalia ē cura sua. ¶ Miluus volando cū cauda se regit/ ⁊ ipsa pro gubernaculo vtitur. Unde etiam ars gubernandi nauem videt ab eo prouenisse: sicut dicit Pli. lib.x.c.x. Cauda significat spem finalis penitentie/que pro certo est totum gubernaculū peccatorum: quia de malis q̄ nūc perpetrāt/ in cauda.i.in fine penitere sperāt: ⁊ sic cū ista cauda.i.cū ista spe in suis neq̄tijs tuti volāt. Uel dic ꝙ cauda est spes lōge vite ⁊c. sicut supra. Uel dic ꝙ cauda est cōsideratio mortis/que est optimū regimen vite nostre. Ideo bene dicitur Eccli.vij. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua/et ineternum non peccabis.

Capitulum.xlix.de mergulo.

1 Mergulus secundum Isido. est auis que in aquis totaliter se mergit pro suis cibarijs acquirendis/ ⁊ cognoscēs tempestatem in pelago affuturam cū clamore solet ad litt⁹ super sabulum se trāsferre. In hyeme autē impinguatur: sed in estate propter volatus libertatē pinguedine vel carnibus pauperatur. Mergulus est peccator/qui in aquis maris.i.mūdi delicijs vbi amaritudo peccati inuoluitur/ multotiens impinguatur: ibique moratur et habitat pro cibis bonorum temporaliū acquirendis/quibus misera sensualitas recreatur. Sed quādo cognoscit tempestatem eterne damnationis pro huiusmodi delicijs generandam: tunc debet exire de amaritudine peccati per contritionem/ debet clamare per confessionem/ debet se ad littus penitentie super sabulum humilitatis ponere per satisfactionē: vt sic iste qui in estate prosperitatis fuerat pinguedine gratie spoliatus/ in hyeme tribulationis et penitentie sit in ea plenarie restauratus. Figura de moyse: qui occisum egyptium sub sabulo sepeliuit. Sic peccatum occisum per contritionem debet de domo cordis eijcere per confessionem/ et ipsum sabulo penitentie et humilitatis abscondere per satisfactionem. ¶ Nota ꝙ mergulus est auis que in aq̄s se mergit/in arun- 2 dineto nidificat super ligna pauca/et statim ꝙ nati fuerint pulli/ matrē in pelago sequunt non obstātibus fluctibus ⁊ tormētis. et quando ab auibus rapacibus impetūtur/in aquā se imergunt/ ⁊ sic eius beneficio liberātur. Et est auis que nunc in terra/nunc in aqua inhabitans ⁊ conuersans/ in hyeme propter motus paucitatem impinguatur: sed in estate propter motum carnibus ⁊ pinguedine pauperatur. Mergulus iste charissimi est prelatus/ qui pro certo debet pullos.i. subditos in arundineto paupertatis nutrire.i. in paupertatis amore/super ligna diuitiarum pauca/vt scilicet habeāt ad sustētationē nō ad superfluū: et pulli sui.i.subditi debent eum sequi per obediētie promptitudinem/ etiā in fluctibus maris.i. in fortibus actibus penitentie ⁊ tribulationis: quia quando prelatus precedit dans exemplum: tunc subditi de facili consequuntur. Figura.j. Machab.v. vbi dicitur ꝙ populus timuit intrare iordanem/et transire contra timotheū: sed tunc Judas princeps eorum primus transijt/et sic alij sunt sequuti/ ⁊ victoriam etiam habuerūt. Sic populus pugnaturus contra diabolum et peccata/ timet intrare fluuiū penitentie/ sed quando princeps et prelatus precedit eos dans exemplum: tunc alij ipsum sequūtur/et sic victoriam obtinent vitiorum. Figura etiam Josue.iij. vbi sacerdotes qui portabant arcam/ primo intrauerunt iordanē/et ibi tandiu steterunt/ quousque populus trāsiuisset. Sic ⁊c. Expone. Et quādo mergulus iste videt auē rapacem.i.diabolum per tentationem insidiantem: tūc debet tam se quam pullos immergere in aqua penitentie ⁊ tribulationis: et periculum euitabit. Aque enim deuotionis/cōpunctionis/ ⁊ tribulationis/ et compassionis/sunt defensio deuotorum. Naum.iij. Cuius diuitie mare/aque muri ei⁹. Itē isti in hyeme aduersitatis ⁊ penitentie impinguantur virtutibus et gratijs: in estate autem prosperitatis/quādo libere volant ad mundi delectamenta/ donis et gratijs spoliantur: quia vere bonis plus proficit aduersitas quam prosperitas/ ⁊ maxime religiosis: quia scilicet in estate prosperitatis attenuabitur gloria Jacob: et pingues carnes eius marcescent: sicut dicit Esaie.xvij. ¶ Mergulus est auis 3 secundum Isidorum ab assiduitate mergendi taliter nuncupatus. Nam in aquis se mergit vt pisces rapiat et manducet. In hyeme impinguatur propter motus paucitatem: sed in estate propter volatus libertatem carnibus et pinguedine pauperatur: ⁊ quando ab aue rapace impetitur: tunc in aqua se mergit/et aque beneficio liberatur. Per aquas que fluunt et refluunt/diuitias intelligo. Per hyemem/presentem vitam/propter frigora tribulationum. Per estatem futura paradisi letitia designatur. Per aues rapaces intelligo principes et raptores. Mergulus ergo est diues/qui in aquis diuitiarum per omnimodum affectum totaliter absorbetur. Nam ibi se immergit et balneat/ibi pisciculos.i. pauperes deuorat et manducat: et ideo in hyeme presentis vite impinguatur delicijs diuitiarum ⁊ honorum. Sed quando veniet estas eterne prosperitatis/ scilicet post mortem: tūc propter volatus et motus pluralitatem.i.propter tribulationum laborem et aduersitatem/quos in inferno sustinebit/eterne calamitatis pauperiem sustinens/diuitiarū pinguedine nudus erit: quia diues cum mortuus fuerit/ nihil secum auferet. Job.xxvij. Et cum ab auibus rapacibus/

et a mundi principibus et prelatis impetitur: tunc statim
currit ad aquam.i.ad arcam/scilicet dando sibi munera/ꝛ
sic aque.i.diuitiarũ beneficio liberatur. Naũ.iij. Aque mu
ri eius / et eius diuitie mare.

Capitulum.l.de mẽnonidibus auibus.

1 MEnnonides sicut ponit Plini.lib.x.c.xxvj.aues
sunt ethiopie / que singlis ãnis de ethiopia iliũ
aduolant: et iuxta Mennonis regis sepulchrũ
inter se confligunt et pugnant. Cõpertũ etiam
est (vt dicit Cremutius) ꝙ iste aues de quinto
in quintum annum in ethiopia regiam mẽnonis visitant/
ꝛ inter se fortiter ibi pugnãt. Istas autem aues vocat idem
Pli.peregrinas. Mẽnon autem fuit rex ethiopie/qui occi
sus est in troia/que fuit in asia minori vel turquia: vbi vene
rat ad auxilium troianoꝝ. Idem autem dicit de meleagri
dibꝰ auibus/ꝙ sunt galline plumis varijs sparse: q̃ omi an
no circa sepulchrũ meleagri pugnãt ĩ beotia aphrice. Ista
possunt applicari ad milites christianos/ qui scilꝫ ad regiã
regis mẽnonis.i. christi/scꝫ ad ciuitatẽ hierusalem debent
in peregrinationẽ ire/ꝛ sepulchrũ ipsius visitare/ꝛ ibi con-
tra infideles bella facere ꝛ mouere. Si em̃ iste aues nescio
quo spiritu ducte/hominũ istorũ sepulchra honorant/et de
longissimis partibꝰ illuc vadunt/multo fortiꝰ christiani de-
bent honorare sepulchrũ dñi/ et de remotis partibus illuc
ire/ꝛ ibi bella dñi frequentare. Esa.lx. Filij tui de longe ve-
nient ꝛc̃.ꝛ peregrinatiõis officium adimplere. Esa.xj. Erit
sepulchrũ gloriosum. Uide de fabulis ĩfra.li.xv.c.xiij.§.pe.

2 ¶ Hic tamen aduerte ꝙ in quodam lib. quo fabule poeta-
rum rithmis gallicis exponũtur/ fabulã mẽnonis sic inue-
ni. Aurora em̃ iouis filia/cuius officiũ erat noctem a die di
uidere/regis mennonis mater erat/ qui q2 in auxiliũ troia-
norum venerat/ ꝛ ibi gladio achillis occubuerat: ideo ma-
ter eius videns ꝙ corpꝰ eius sepulture ꝛ ignibus tradeba-
tur: rogauit iouem ꝙ ipm faceret imortalẽ. Sic ergo factũ
est/vt dicit fabula/ꝙ scintille q̃ de rogo ipsiꝰ ascendebãt/in
aues sunt mutate/q̃ inter se statim tã fortiter pugnauerũt/ꝙ
in rogũ mẽnonis mortue ceciderunt. Primo em̃ gemendo
rogũ tribus vicibꝰ circũeuntes/ꝛ tãdem flebilem sonũ pro-
mentes/in partes varias se diuiserũt/ꝛ inter se grauiter di-
micantes/in ignẽ vnde nate fuerant/mortue reuenerũt. Tã
dem vero postq̃ꝫ sol per signa duodecim peragrasset/de ci-
neribus dictarũ auium cõbustaꝝ ille aues nascuntur. Uel
sicut supponit fabula/eedem aues ad vitam restituũtur/et
libere per aera euolant/vt iterũ moriant̃. Ista possunt ap-
plicari contra hereticos. Mẽnon em̃ qui contra grecos pu
gnabat / aliquẽ magnum heresiarcham potest significare/
qui scꝫ impugnat catholicos atq̃ꝫ iustos/qui scꝫ finaliter cõ
buritur/ꝛ ad incẽdium cõdemnatur. Iste tamen de scintil
lis male doctrine quas euomit/solet aues.i.successores he-
reticos gignere/ qui scꝫ post rogum ꝛ damnationem ipsius
solẽt in seculo remanere/et de morte eius gemere ꝛ dolere:
et p impiam cõpassionem ignem magistri sui ꝛ ipsius mor
tem ꝛ suppliciũ mẽtaliter circũire. Ezech.xxxvij. Pharao-
nem filie gẽtiũ. Finaliter tñ isti mali hereticoꝝ successores
abinuicem se solẽt diuidere/ꝛ ĩter se per discordiam dissen-
tire: ꝛ diuersas sectas ꝛ hereses introducere/ita ꝙ finaliter
in ignem a quo processerãt. i. in suppliciũ ignis materialis
vel infernalis solẽt p sua demerita cadere/ꝛ perire: ꝛ eodẽ
fine quo magister eorum perijt/interire. Ezech.xv. De igne
egrediẽtur/ꝛ ignis cõsumet eos. Isti tñ finaliter de suis ci-
neribus iterũ resurgent / ꝛ quãdo sol iustitie christꝰ duode-
cima signa zodiaci percurrerit.i. quãdo temporũ curricula
cõpleuerint/iterũ ad vitam reueniẽt/ ꝛ vt iterũ moriant̃: scꝫ
morte secunda in inferno/ propria corpora rursum sument.
Eccl'is.j. Ad locũ vnde exeũt flumina reuertũtur/ vt iterũ
fluãt. Uel si vis dic ꝙ ista possunt allegari de lazaro/ꝛ alijs
resurgentibꝰ/qui scꝫ de ciueribꝰ mortis surrexerunt/ꝛ mortẽ
iterum gustauerũt. Uel dic ꝙ tales aues vident̃ esse sancti
q2 scilꝫ isti qui spiritualiter de scintillis doctrine sue/vel de
flamma sue charitatis / vel de fide sue passionis nati sunt/
sepulchrum ꝛ ignem dolorem ꝛ angustiã passiõis regis sui
christi debent vel peregrinando vel saltem mentaliter co-
gitando circũire: ꝛ pro morte eius gemere ꝛ dolere/ꝛ maxi
me quando cogitant ꝙ greci q̃ interpretant̃ incole ruminã
tes.i.iudei vagi ꝛ desperantes/ipsum pro salute nostra hu-
mani generis occidere. Isti ergo debẽt ignẽ sue passionis
intrare/ et ibi per compassionis et dilectionis ardorem se
cum eo concremare.ad Galath. iij. Christo confixus sum
cruci.et cum eodem cõmori ꝛ dolere. Sol vero iustitie deꝰ
ipsos finaliter quãdo mundũ iudicabit/resuscitari de suis
cineribus faciet/ et eos sursum ad celi gloriam secũ ducet.
Uel etiam dic ꝙ isti cũ christo morientes spiritualiter/ de-
bent per vite nouitatem cum ipso resurgere/ et per contem
plationem superius euolare.ad Coll'.iij. Si consurrexistis
cum christo: que sursum sunt querite.

Capitulum.lj.de monedula.

1 MOnedula dicitur quasi monetam diligẽs. Ista
enim teste Isido. et Pliñ. aurum furatur/et fu-
ratum abscondit. Unde cicero dicit. Non plus
aurum tibi q̃ꝫ monedule cõmittendum est. Ta-
les sunt auari/ qui diligenter aurum ꝛ argẽtum
alienum per fraudes subtrahunt/ ipsumq̃ꝫ occultant et ser-
uant / et aliquid expendere nunq̃ꝫ volunt. 2 ¶ Monedula
docetur loqui/ verũtamen mane in ortu solis meliꝰ ꝛ tena-
cius addiscit. Sic vere homo in mane iuuẽtutis meliꝰ ad-
discit ꝛ retinet quicq̇d fuerit sibi dictũ/ꝛ ideo in mane iuuẽ
tutis debꝫ scholas ꝛ studia frequentare/ vt detur paruulis
astutia/et adolescenti scientia. Prouerb.j. 3 ¶ Ista auis est
nigra ꝛ turpis coloris: est tamen propter modulamina que
addiscit/ hominibꝰ valde grata. Sic multi defectus natu-
re siquos habent/ arte ꝛ gratia recompensant ꝛ supplent.

Capitulum.lij.de merula.

1 MErula sicut dicitur in lib. de natura rerum/ est
auicula nigra/dulcissime modulans / libenter
in aqua se balneans/ꝛ rostro plumas ordinans
atq̃ꝫ purgãs. Hec auis plumas nõ exuit/ sicut
alie aues: sed omni anno rostrum mutat/ ꝛ hoc
in ebur seu in candorem: verũtamen mascula solum scd'm
Pli.lib.x.c.xxix. Et q̃ꝫuis sit nigri coloris/tamẽ coloris tur-
pitudinem cantus modulamine recõpẽsat. Uisa est enim
merula que nouem notas cõcordantie musicalis ita bene
dicebat/ꝙ a nullo poterat musico reprehẽdi. Addit tamẽ
Pli. vbi supra ꝙ merula estate canit/hyeme balbutit/circa
solstitium mutescit. Tales debent predicatores esse/ quia
isti debent se sepe balneare per cõpunctionẽ/nigri esse p hu
milem ꝯuersationem/ modulãtes per altam predicationẽ:
rostra. i. verba renouare et mutare per multimodam bonã
distinctionem/ et maxime in candorem per castam ꝛ hone
stam loquutionem. Plumas.i.exteriorem apparẽtiam de-
bent purgare per om̃is superfluitatis abstersionem: ꝛ si q̇d
sit in eis naturaliter defectiuũ/ debent recõpensare per sui
spiritualis cãtus perfectionem. Psallite deo nostro: psalli-
te sapiẽter. Igitur boni dũ sunt in estate gratie/ p laudem
et gratiam canũt. Si vero hyems.i.status peccati aduene-
rit/ balbutiũt/nec cantum debitum faciunt. Si vero solsti-
tium.i. totalis elongatio solis iustitie ab ipsis abfuerit: tũc
a dei laude ꝛ p̃dicatiõe penitꝰ muti fiũt. Esa.xlvj. Uniuersi
canes muti/non valentes latrare. 2 ¶ Merula dum est in sil-
ua cum alijs auibus/loquitur sicut auis: quãdo v̄o ponitur
in cagia et homines audit loqui: tunc loqui incipit sicut ho
mo. Sic vere religiosi dum sunt in silua religionis cũ alijs
sanctis viris/ipsi loquuntur more auium. i. more virorum
spiritualium/ scilicet deum laudando/et vitia redarguen-
do ꝛc̃. Quando tamen accidit ꝙ isti ponuntur in cagia. i.
in domo alicuius principis vel prelati: tunc vere quia au-
diunt homines ibi loqui more humano/ scilicet adulando
ꝛ detrahẽdo: ideo ipsi cantũ spiritualẽ obliuiscũtur/ꝛ sicut
alij homines adulantur ꝛc̃. 3 ¶ Scd'm Soliñ. cum merula
vbiq̃ꝫ sit nigra generaliter/ĩ achaia tñ circa ciuitatem cyl-
lenem inuenitur candida. Ego autem in domo cuiusdam
domini cardinalis merulam candidissimã vidi/que in ca-
turcena gallie p̃uincia fuerat inuẽta/ꝛ forte de achaia ad-
uolando/vel ipsa vel eius parens fuerat apportata. Sic ve-
re licet sit generale ꝙ merule.i.peccatores ꝛ seculares per
incontinentiam ꝛ malam conuersationem nigri sunt: illi ta-
men q̇ sunt in achaia/ q̃ interp̄tat̃ laborans.i.in labore p̄nie
ꝛ erũna/p cõtinẽtiam albescũt. Nõ est ei ita niger ꝛ ĩfamis
pctõr/qui p innocentiam ꝛ castitatẽ non possit albescere: si

tamen de achaia.i. de laboriosa penitentia velit esse. Ideo
Apoca.vij.dicitur. Isti qui amicti sunt stolis albis/q̄ sunt
et vnde venerunt: Et respondet. Isti sunt qui venerunt ex
magna tribulatione/⁊ lauerūt ⁊c̄. Pli.lib.x.c.xxx.dicit om-
nia premissa / hoc excepto: quia loco achaie ipse ponit ar-
chadie: ⁊ melius credo.

Capitulum.liij.de nycticorace.

1 Nycticorax dicit̄ quasi noctis coruus/ ⁊ est idem
qđ noctua. Est enim auis q̄ de nocte clamitat:
et est eiꝰ sonus odibilis et horribilis auibꝰ vni-
uersis. Hec cū columbis ⁊ monedula pugnat/
⁊ earū oua deuorat ⁊ frangit: ⁊ talis auis in in-
sula creta minime reperit̄. Sic murmuratores rostro suo.i.
suis verbis detractorijs oua columbe. i. bona opera bono-
rū viroꝝ comedūt/destruūt ⁊ adnihilant: ⁊ ideo sonꝰ et vox
taliū.i.verba eoꝝ detractoria alijs sunt auibꝰ. i. probis ho-
minibꝰ odiosa/⁊ tā malis q̄ȝ innocētibꝰ sunt nociua. Eccli.
ix. Terribilis in ciuitate sua homo liguosus/⁊ temerariꝰ in
verbo odiosus erit. Et ideo tales in īsula crete.i.in paradi-
so minime reperiunt̄: q2 foris canes ⁊ venefici ⁊c̄. dicit̄ de
2 paradiso Apoc.xxij. ⁊c̄. ¶ Nycticorax ē auis nocturna: q2
lucē solis odit ⁊ fugit/ ⁊ de nocte cū clamoribꝰ cibū querit/
circa domos hoīm hītat/ ⁊ ī sepulchris mortuoꝝ nidificat
et frequētat: ⁊ est eiꝰ clamor fm Isid. auibꝰ ceteris odiosus
⁊ fm eū in cretensi insula minime reperitur. Isti sunt luxu
riosi: q̄ de nocte ⁊ in caligine tenebrescente die (Prouerb.
vij.)actus venereos perficiunt ⁊ adimplent. Nam qui ma
le agit/odit lucem. Joā.iij. Idcirco oculus adulteri obser-
uat caliginem. Job.xxiiij. Isti lucē claritatis ⁊ manifesta-
tionis fugiunt ⁊ deuitant/⁊ in nocte. i. in occulto cibū luxu
rie sibi parant. sepulchrum autē mortuorum.i. malas ⁊ feti
das mulieres frequentāt/et circa eas absorpti/quasi in eis
totalr̄ sepulti iacent. Isti tn̄ clamore cibū querūt: nā cū pra
uis verbis et suggestionibus cibū luxurie sibi parant. Isti
circa domos habitant: quia vere isti in delicijs ⁊ quiete/q̄
per domos designātur/iugiter ⁊ cōtinue pseuerant. Et cla
mor.i.verba inhonesta taliū est ceteris auibꝰ / scȝ deo ⁊ bo-
nis hoībus odiosus/et sine dubio in insula cretensi.i.in pa-
radiso tales minime sunt reperti. Nā crete interpretat̄ vo-
catio cōsummata/p quam intelligitur paradisus/in quem
3 si quis introierit/bene patet q̄ eius vocatio consummatur.
¶ Noctua seu nycticorax ē auis nocturnalis. Nycticorax
hec dicta ī ruinis ⁊ parietibꝰ nidificat/⁊ dicit̄ noctua: qua-
si de nocte tuens: q2 de nocte acute videt: sed adueniente
splēdore solis eiꝰ visꝰ mirabilr̄ hebetat̄. Hāc insula cretēsis
nō habet/⁊ si aliunde venerit/moritur: et est auis de nocte
cibum querens/ ⁊ clamitans in querendo. Hi sunt aduoca
ti: qui clamādo per litigia/ cibū diuitiaꝝ acquirunt. Hi in
ruinosis.i.in mundi prosperitate/que semper fluit ⁊ ruit/ha
bitant et versantur: et ibi pullos.i. filios ⁊ filias nutriunt et
educant. Isti de nocte.i.in negotijs secularibꝰ acute vidēt:
quia vere in talibus ita sunt astuti/q̄ vix possunt ab aliquo
redargui vel cōcludi: sed in die iudicij adueniente sole iu-
stitie Jesu christo: tunc visus sapiētia ⁊ discretio taliū erūt
totaliter hebetata/⁊ tunc verificabit̄ illud. j. ad Corinth.j.
scȝ. Perdā sapientiam sapiētium/ et intellectū prudētium
reprobabo. Tunc em̄ adducet dn̄s consiliarios in stultū fi-
nem. Job.xij. ⁊c̄. Et ideo cretēsis insula/que interpretatur
vocatio ꝯsummata.i.paradisus/ tales aues nō sustinet: im
mo illi qui ibi voluerūt litigare ⁊ cōtendere/scȝ angeli ma-
li/statim exindeviliter sunt eiecti. Sepultura asini sepeliet̄
putrefactus et proiectus extra portā hierusalē. Hiere.xxij.

Capitulum.liiij.de niso.

1 Nisus est auis predalis minor herodio: sibi tn̄ est
similis in colore: ⁊ tn̄ socialiter volare recusant.
Nisus em̄ non vult habere socium in capiendo
auē/solus em̄ habere honorē vult: vt dicūt. Cau
sa est/ne si haberet sociū in volatu/ipsum habe-
ret postmodū in pastu: sicut dicit̄ in lib. de natura reꝝ. Ta-
les sunt supbi: qui si aliq̄d laudabile facere debeant/solivo
lunt esse si possint / ne forte alteri gloria tribuat̄: vel ne in lu
cro cum ipsis condiuidere teneat̄. Mouētur enim ex inui-
dia/ex superbia ⁊ ex auaritia. Ex inuidia: q2 nolunt habere
parem. Ex superbia: q2 vellēt sibi vendicare gloriam ⁊ ho-
norē. Ex auaritia vero: q2 soli volūt habere emolumēti cō
modū ⁊ valorē. Eccli.vj. Nunc mādūcabo de bonis meis
solus. Teste Aristo. Solꝰ nisus inter aues predales come
dit aues sui generis. Sic sunt auari/q̄ etiam illis de suo ge
nere nō parcunt. Vel etiam luxuriosi ⁊ incestuosi/de quibꝰ
Hiere.ix. Vir fratrem suum venatur ad mortem/⁊ inimici
hominis domestici eius.

Capitulum.lv.de onocrotalo.

1 Onocrotalus ē auis q̄ ore suo horridū sonum fa-
cit/⁊ est duplex fm Isido. Est em̄ quedā aqua-
tilis: alia solitudinis: ⁊ rostro suo in aqua vel lu-
to imerso horride stridet. Hec maxime āguillis
insidiatur/quas in ventre suo viuas deglutit: et
postea ita ruminat ac si eas inter dentes ꝓprios mastica-
ret/et dū in littore quiescit/rostrum suum sursum erigēs ab
aquila vel accipitre rostri sui acumine se defendit. Illud
autem genꝰ quod in aqua versat̄/fm Isido. mirabiliter est
gulosum. Habet onocrotalꝰ duos ventres/et in primo sine
masticatiōe cibos transglutit/⁊ post in secūdo ventre trans
mittit/ vbi postmodū digerunt̄. Primus tn̄ venter sibi pro
gutturis vesica reputat̄/sicut dicit Pli.lib.x.c.xlvij. Hic est
detractor: q̄ ore suo sonū detractiōis facit. Nā in luto ⁊ ster
coribus.i.in malis operibus alioꝝ os suum immittit/quan
do detractoribꝰ detractoria ꝟba dicit: et sic aspirans p de-
tractionē horribilem sonū reddit. Apoca.iij. Loquebatur
sicut draco. Anguillis tn̄.i.mollibus ⁊ deliciosis ⁊ etiam lu
xuriosis maxime tales aduersant̄. Istos enim viuos deglu
tiunt/quādo eos eorūq̄ȝ facta p iugem memoriā sibi incor-
porant/⁊ post ita dētes mouent/⁊ masticant per detractio-
nem/ac si eos proprijs dentibꝰ lacerarent. Isti habēt duos
ventres. primus venter est visus: q2 omnia volunt scire ⁊ vi
dere: ⁊ in isto ventre quicq̄d possunt reponunt. Sed secūdꝰ
venter est os: in quo cibos.i.aliorū facta per visum recepta
detrahēdo digerunt/lacerant ⁊ corrodūt. Habebāt dentes
ferreos: et cōedebāt ⁊ corrodebāt. Dan̄.vij. Et sūt duo gn̄a
taliū onocrotaloꝝ: q2 ⁊ in deserto religionis/ ⁊ in aqua mun
dane fluxibilitatis inueniūt̄ hodie detractores. Unde So
pho.ij. Onocrotalꝰ ⁊ hericius in liminibꝰ eius morabunt̄.
Itē rostro superiꝰ eleuato ab accipitre se defendunt: q2 qn̄
accipiter.i.prelatus vult eos corrigere/eleuant os.i. verba
sua versus celum/loquēdo ⁊ adulādo prelatis/⁊ sic accipi-
ter nō ledit eos: q2 p verba huiusmodi a grauamine prote
guntur: cum tn̄ prelati deberent dicere illud Job.xlj. Non
parcam ei verbis potentibꝰ/ nec ad deprecandum cōposi-
tis. Vel accipitres sunt p̄dicatores/qui scilȝ non audent ta
les tangere vel corrigere/propter acutiem rostri sui.i. ꝓpter
verba sua detractoria/timentes ne ab eis diffamentur. Et
isti procul dubio valde sunt gulosi: q2 vt cōiter detractores
sunt ciborū maximi voratores/ qđ potissime patet inter reli
giosos ⁊c̄. Nota q̄ onocrotalus buthor ē: auis.s. que rostrū
ponit in luto vel in aqua/ et flando horribilem sonū gignit.
Sic illi os suum ponunt in aquis deliciarum ⁊ prosperita-
tū/⁊ in luto peccatorū suorum/ ⁊ inde efficiunt sonum iactā
tie/de peccatis suis scilȝ ⁊ prosperitatibus gloriantes / qui
quidem sonus deo ⁊ hoībus est tediosus. Prouerb.ij. Letā
tur cum male fecerint. Et Esaie.iij. Peccatū suū sicut so-
doma predicauerunt. ⁊c̄.

Capitulum.lvj.de aureola.

1 Aureola est auis crocei coloris/ q̄ nidū suū in ra-
mis arborū pendētem mira subtilitate facit/ ac
si in solo aere pēdere videretur. Sic illi qui sunt
coloris aurei per auream conuersationem / fa-
ciunt sibi nidos sursum in ramis crucis per de-
uotionem: ibiq̄ȝ ex toto pendere videntur per spem/fiduciā
et affectionem. Job.vij. Elegit suspendium aīa mea.

Capitulum.lvij.de Oto.

1 Otus est illa auis que dicit̄ hua gallice / que de
nocte clamat hu/hu/ vocem pretendens huma
nam/ita vt hominem deuiatū/ a frigore conge-
latū/in nemore clamare credas. Hec auis bu-
bone minor est/noctua maior/⁊ eminentibꝰ plu
mis aures habere videtur/ et est odio alijs auibus vniuer-
sis. Istis sunt similes aliqui hypocrite/et pauperes falsi/q̄
si audiūt̄/ꝓpter eoꝝ vlulatꝰ ⁊ querimonias/recte dep̄ssi vel

mortui esse videntur/quāuis talis vlulatus nō sit bone necessitas: sed potius ratiōe truānice fictiōis. Et isti aures.i. virtutem obedientie habere videntur/verūtamen he nō eē aures: imo plume vanitatis et hypocrisis dinoscūtur. Cornuti em̄ sunt ꝑ superbiam/ ꝙuis videātur habere aures ꝑ obediētiam. Aues em̄ eorum sunt de plumis/inquātū obedientia talium semper habet plumas.i. vanitatem adiunctam. Jaco.v. Plorate vlulantes in miserijs vestris.

Capitulum.lviij.de pellicano.

1 PEllicanus qui idem est qđ porphyrio/ ſm philosogū ⁊ ſm glo.sup psal.est auis nimis amans filios suos. Isti tñ filij cum incipiūt crescere/ parētes in faciem percutiūt/ꝓpter quod ipsos parens repercutit et occidit/ quos mortuos mater per triduum deflet/⁊ se in costa percutiēs/⁊ sanguinem calidum super pullos infundens/ipsos ad vitam restituit iterato. Pellican⁹ est deus/pulli eius sunt humanum genus. Pellicanus ergo pullos suos diligit: qꝛ deus diligit oīa que sunt/ qm̄ sua sunt. Sapieñ.xj. Sed pullus patrem suū in facie percussit/qñ adam per peccatum se opposuit cōtra deū/in facie sibi dicens. Uxor quam mihi dedisti ⁊c̄.Geñ. iij. Nam peccatū in eū retorsit: et sic eū velut iaculo ī facie percussit. Sed pater pellican⁹ eū repercutiens occidit/ qñ morti duplici subiectū de paradisi viridario relegauit. Sz vereverus pellicanus/ scꝫ dei fili⁹/ꝑ tres dies luxit pullos suos: qꝛ toto tēpore legis nature/⁊ toto tpe legis scripte humano generi ꝯdoluit. Doleo sup te fili mi absalon.ij. Reg. xviij. Et ideo tertio die/videlꝫ tempore legis noue/tempore.s.passionis/ in costa se ꝑcussit/ quādo sine cōtradictione aliqua crucifixus/ latus suū permisit lācea ꝑforari. Et tūc sanguine suo pullos occisos perfudit / quando virtute sanguinis passionis sanctos patres pctō originali mortuos/a peccati ⁊ inferni morte ⁊ carcere liberauit. Uel dic ꝙ pellicanus christus postꝙ in cruce pro pullis sanguinem suum fudit/post tres dies ipsos resurgēdo spiritualiter suscitauit ⁊ a morte perpetua liberauit. Unde Osee.vj. Uenite reuertamur ad dn̄m: quoniā ipse cepit/et saluabit nos.percutiet ⁊ curabit nos/viuificabit nos ꝑ duos dies: ī die tertia suscitabit nos. Uel pone ſm magistrum Jacobum de vitriaco lib.de mirabilibus orientalium regionum/ ꝙ est quidā serpens in deserto qui inimicat̄ pellicano: ⁊ ideo nidum suum intrat dum est ad pascua / ⁊ pullos eius īuenenat ⁊ occidit ⁊ rediens pellicanus ⁊ eos mortuos inueniens/ per triduū deflet/ vt dictū est/ ⁊ virtute sanguinis ipsius ipsos ad vitā suscitat ⁊ reducit. Sed ex isto sanguine emisso multum infirmatur ⁊ debilitat̄/ ⁊ aliqui pulloꝝ naturali instinctu matris beneficia sentiētes/matrem debilitatā pascūt. Alij autem degeneres/nullā eius penit⁹ curam gerunt: ⁊ ideo mater sanata et ad ꝓsperitatem veniens pascentes se refouet/ et secū in nido recipit/degeneres aūt deijcit ⁊ expellit. Sic vere charissimi serpens antiquus/scꝫ diabolus/pullos pellicani.i.ipsos filios et creaturas dei/scꝫ adam cum tota posteritate interfecit. Sed pro certo istos ipse verus pellicanus christus virtute sanguinis a morte criminum suscitauit. Sed vere charissimi multi sunt pessimi peccatores huius beneficij īmemores / ⁊ de ipso sic debilitato et ꝓ nobis mortuo ⁊ infirmato penit⁹ nō curantes/ iuxta illud Amos vj. Nihil patiebantur super contritionem Joseph. Boni tñ ei cōpatiuntur/ et sibi debilitato in persona suorū pauperū beneficia largiūt̄. Esaie.xxviij. Reficite lassum/ ⁊ ecce hoc est meū refrigerium. Et ideo christus inter vtrosqꝫ diuidet in die iudicij: dicēs malis: ite. bonis autē dicet/ venite. bonosqꝫ secum in nido paradisi recipiet/ malos vero in infernum expellet. Matt.xxv. Uenite benedicti patris mei ⁊c̄.
2 Ibidem. Ite maledicti ⁊c̄. ¶ In egypto sunt duo genera pellicanorū. Nam cum in egypto sit quidā fluuius exiens de paradiso/qui dicitur nilus/circa illum in solitudine versatur vnum genus pellicanorū/cuius cibus sunt lacerte et alia reptilia venenosa: sed quia habet naturā calidā/ ideo digerit: ⁊ minime sibi nocent. Aliud genus versatur in fluuio/cuius cibus sunt pisciculi qui in flumine oriunt̄. Et nihil comedit pellicanus/nisi illud cum pede in aqua primitus intingatur. Egyptus est mūdus: vbi habitāt duo genera pellicanorum.i.hominū: scꝫ contēplatiui/qui circa mundi fluuium.i.circa deuotionē morant̄/ vbi pisciculis.i.verbis deliciosis doctrine vescunt̄. Aliud autem genus habitat in solitudine mūdi huius/ vbi (si tñ calorem habuerint charitatis) lacertas ⁊ venena.i.mundi negotia que comedunt et perpetrant/poterunt digerere.i. debite diuidere/et etiam dispensare. Apoc.iij. Utinam calidus esses. Figura Leui. xiiij. vbi dicit̄ ꝙ erāt duo passeres cuius vnus imolabatur in aquis: vnus alius intingebat̄ in sanguine imolati/⁊ permittebat̄ euolare in agrū/ ⁊ sic purificabat̄ leprosus. Primus passer est contemplatiuus/qui deo se imolat in vase fictili humilitatis et religionis/super aquas viuas deuotionis. Sed passer alius est actiuus/qui traditus libertati/ euolat ad mūdana/et in sanguine alteri⁹ intingit̄: quia actiui sanguine ⁊ penitentia religiosorū liniti ⁊ adiuti/a peccatis facilius liberant̄/⁊ sic leprosus mūdatur quādo peccator in aliqua istarum vitarum a suis iniquitatib⁹ emendatur. ¶ Nota ꝙ pellicanus siue porphyrio est auis que cibum non comedit nisi prius in aqua intingatur. Unde pede suo vtitur loco manus/qꝛ primo ei⁹ cibum in aqua intingit/⁊ post ad os suum applicat ⁊ manducat. Iste aūt a Pli.lib.x.c.xlvj.porphyrio dicit̄. de quo etiā dicit idem ꝙ solus inter volucres aquā morsu bibit. Pellican⁹ est predicator. Man⁹ eius sunt opera. Os eius sunt verba. Aqua est sacra scriptura. Debet ergo predicator quicquid comedit.i. quodcunqꝫ opus sibi incorporat per imitationem/vel alijs comedere tradit per predicationem/ ī aqua.i.in sacra scriptura intingere: vt scꝫ scd̄m sacre scripture dictamentū omnia ordinētur. ⁊ manu ad os debet applicare/inquantū cibum doctrine quem ꝑ os suum predicando dicit / primo manu ꝑ ipsi⁹ cōplementū palpare dꝫ ⁊ tangere. Uñ.ij. Paral.iij. Ore locutus es: et opere perfecisti. Et sicut pellicanus est auis solitaria/ et valde sicca: sic ⁊ predicatores debent esse solitarij/mundi negotia fugiendo/⁊ sicci abstinentiam sustinēdo ⁊c̄. Sed nō sic est de multis. Que dicunt facite/que autem faciūt nolite facere. Matth.xxiij. Mordēdo autem debent bibere: quia scilicet aquam sacre scripture debēt mordaciter.i.auide recipere et studere. Uel dic ꝙ talis est malus auditor/qui scꝫ aquam quam bibit.i.predicationem quam audit/mordere dicitur/inquātum de ipsa libenter murmurat et obloquitur. Uel dic ꝙ predicatores moderni aquā mūdane ꝓsperitatis ⁊ deliciarū reprehendēdo mordent/⁊ tamen ipsam quam mordere et contemnere videntur/bibunt libenter/hauriunt ⁊ affectant. ad Roma. ij. Eadem enim agis que tu iudicas.

Capitulum.lix.de perdice.

struthio odit equum.i.predicatorem: ideo ipm non audiunt nec eidē obediūt: imo cōtra eū se erigūt: ⁊ erectione alarū.i. cōuētiōe suarū fallaciarū ⁊ brocardoꝝ ipsos fugere faciūt ⁊ cōpellūt: iuxta illud. Cōsiderat peccator iustū: ⁊ q̄rit mortificare eū. Unde de struthione dr Job.xxxix. Cū tempꝰ fuerit/ in altū alas erigit: deridet equū: ⁊ ascensorē. ¶ Itē struthio ad stellas pleiades oculos leuat: ⁊ tūc oua ponit: ⁊ in sabulo abscōdit. Et q̄uis struthio in corpe sit equo similis in multis: equū tamē naturaliter odit: vt dicit Pli. et Grego. in moralibꝰ sup Job.xxxix. Per pleiades istas que sunt stelle speciose/ site inter genua tauri ƀm Mart. q̄ in ortu suo causant pluuiā: ⁊ terrā fecūdant ⁊ irrigant: intelligo ꝓsperitatē mūdanā: q̄ videt stult ⁊ pctōribꝰ gratiosa: q̄ recte sita est inter tauri genua.i. inter ambitꝰ ⁊ subiectionē diaboli: q̄ more tauri aīal est supbū. genu enī dextrū istiꝰ tauri sunt diuitie: genu sinistrum delicie: et inter ista duo genua labit ⁊ voluit tota ꝓsperitas mūdanoꝝ. Ad istas igit stellas.i. ad claritatē mūdane ꝓsperitatis ⁊ ad gloriam diuitū struthio oculos erigit: quādo mens ⁊ volūtas taliū ad mūdi prospera solū erigit ⁊ attendit: ⁊ cū illas viderint/ oua ponūt: quia dū mūdi delectabilia cōsiderant: tunc oua ⁊ appetitꝰ ⁊ desideria de ipsis habēdis ꝯcipiūt ⁊ emittūt. Et oua sua obliuiscitur in sabulo: q2 dū oua.i. desideria sua in sabulo diuitiarū inuoluūt: ibi ea obliuiscūtur: q2 ad cogitandū de spiritualibꝰ ipa ampliꝰ nō recuperāt: nec inueniūt. Job.xxxix. Obliuiscitur vbi posuerit ea. Et licet corpus eoꝝ sit equis simile.i. alijs hoībus: tamē equis.i. hoībus maxime pauperibus sunt nociui. Ideo de struthione dr Job.xxxix. Durat ad filios suos quasi non sint sui. Quia pro certo isti deo nō placent: ⁊ cunctis aduersant.j. ad Thessa.ij. vnde Threno. iiij. Filia populi mei crudelis sicut struthio in deserto. Uel potest dici de bonis/ qui tunc oua.i. opa sua faciūt/ quando pleiades.i. exempla sanctoꝝ rutilare cernūt. Equos vero.i. carnales odiūt/ ⁊ eos persequūtur ⁊ inuadūt: q2 scilicet homo iustus ad aspectū claritatis ⁊ exemplaris luminis sanctorum oua boni propositi cōcepit/ ⁊ per bona opera parit: equos vero.i. pctōres fugit et odit. psal. Iniquos odio habui. ¶ Struthio habet pedes duos fissos sicut q̄drupes. tāte autē est caliditatis ꝙ ferrū digerit sicut cibum. Sic affectus maloꝝ/ qui per pedes designat/ fissus est ⁊ diuisus: q2 ad vxorem et familiā/ ad diuitias delicias ⁊ honores affectus talium est diuisus. Osee.x. Diuisum est cor eoꝝ: nunc interibūt. Per ferrū aūt qd est durum/ diuina iudicia intelligo/ que sunt pctōribus dura. sed isti ferrum istud digerūt: q2 diuina mīa et spes finalis penitētie illud emolliunt. Nā sicut res vel cibus qui digerit emollit: sic tales dum humorem diuine mīe cōsiderant/ ferrū ⁊ duritiam cōminationū diuinarū digerūt: ⁊ humectāt. Dicunt eñ sic. non me fecit deꝰ/ vt me damnet: ⁊ cetera huiusmodi. Et istis dicit Esa. xlvij. Sapientia tua ⁊ scientia hec decepit te. ꝯtra quos dr Eccli.v. Noli inquit esse sine metu/ nec adijcias pctm̄ sup pctm̄/ nec dicas: mīa dñi magna est: oīm pctōꝝ meoꝝ nō recordabit: q̄m mīa ⁊ ira ab ipso cito ꝓximāt. ¶ Struthio oua ī sabulo ꝯtēnit ⁊ obliuiscit: s3 vbi pullū nō sua ꝟtute/ s3 solis ⁊ arena natū intelligit/ ⁊ vbi plumis idutū/ ⁊ q̄si tā sibi similē in deserto reperit/ ip3 ꝯtinuo recognoscit: ⁊ eū diligit atq3 nutrit. Sic ꝟe mūdani amici ⁊ ꝑsonarū acceptores filios.i. cōsanguineos/ qui sunt in sabulo.i. in paupertate inuoluti/ cōtemnūt: sed si educti fuerit de sabulo paupertatis virtute solis Christi/ nō sua: tunc eos appreciant et honorant. Uel pone ꝙ illos qui ad sabulū penitētie et religionis sunt impulsi/ mūdus cōtemnit atq3 fugit: sed ipsos de huiusmodi eductos diligit atq3 nutrit: quia sc3 plus diligit mūdus et diabolus malos q̄3 bonos/ apostatas q̄3 religiosos: iuxta illd saluatoris apostolis dicētis. Si de mūdo fuissetis/ mūdus vtiq3 qd suū est diligeret: sed q2 de mūdo nō estis: ideo odit vos mūdus. ¶ Struthio est auis tanti feruoris et ita calide est nature/ ꝙ ferrū digerit ⁊ consumit: ⁊ ideo sicut dicit Auicē. Ne nimietas caloris eius ipsam cōsumat: dedit ei natura grossa oua ⁊ durissime teste: vt natura circa huiusmodi oua occupata: feruor caloris ipsiꝰ remittat. Ista etiā oua q̄3diu sunt in testa in sabulo/ negligit: sed edita diligit atq3 fouet. Sic quādo aliq̄s prelatus zelo iustitie accensus vult ferrum.i. pctōres consumere/ sine aliqua pietate corrigendo: sicut sunt multi qui non cōsiderant aliq̄d de humana fragilitate: sepe fit ꝙ natura naturās.i. deus ad tēperandum istā naturā.i. istū calorē iustitie/ dat sibi oua grossa.i. carnales motus fortes/ duros et rigidos/ vel alias tribulationes. Uel dat ei oua dura.i. permittit eū facere enormia vitia: vt ex fragilitatis ꝓprie cōsideratione discat alijs misereri: ⁊ vt feruor sue rigorose iustitie tēperet. Oua etiā in sabulo negligit: q2 subditos ⁊ pullos qui in sabulo tēporalitatis inuoluūtur/ debet contēnere. Sed quādo de huiusmodi sabulo.i. de mūdi vanitatibus virtute solis iustitie/ ⁊ eiꝰ inspiratione/ vel sua etiā castigatione exeunt: ⁊ ad factū penitētie reuertunt: ipsos cum pietatis affectu debet colligere/ vel nutrire reuertentes: vt dicat eis illud. Si separaueris preciosu3 a vili: q̄si os meū eris. Hiere.xj. Exēplo Christi q̄ cū pctōribus māducabat ⁊ bibebat/ eo ꝙ nō venerat vocare iustos/ sed peccatores ad penitentiā. Luce.v. Matth.ix. Mar.ij. Ubi enim abundauit delictū/ abūdabit ⁊ gratia. ad Ro.v. Uel pone contra malos prelatos: sicut supra de acceptiōe personarum. §. precedenti. ¶ Struthio licet habeat plumas sicut auis/ et rostrum: tamen corpus ⁊ pedes quadrupedi similātur. Nā duo pedes eius quadrupedi/ et corpus eiꝰ equo dicit similari: et ideo ꝑ pēnas suas in aere nō volat. Sic hypocrite in plumis apparētie/ in rostro eloquentie/ auibus nobilibus.i. viris spūalibus similant. Job xxxix. Penna struthionis similis est pēne herodij ⁊ accipitris. Sed pedes eoꝝ.i. interiora affectꝰ ⁊ ꝯsciētia/ ⁊ caro eorum.i. corporis infectio et petulantia quadrupedibꝰ cōparātur. Alia nota sicut supra. ¶ Item struthio sicut dicit in natura rerū/ est auis q̄si bestialis/ et alas habet sicut auis: ipsis tamē nunq̄3 vtitur in volatu. Ipsas eñ habet de natura pili: ipsas tamē currēdo erigit/ ⁊ in terra ita celeriter currit/ ꝙ quādoq3 equos trāscendit. pedes habet bisulcos/ quibus cōtra insequētes iacit lapides/ quādo currit. Sic vere mundi sapiētes q̄uis habeāt alas sicut auis.i. intellectum subtilem ⁊ rationabilē sicut homo: ipsi tamē vident in moribus bestiales. nunq̄3 eñ vident vti alis intellectus se prudenter ⁊ scdm deum regendo: imo vidētur semꝑ esse in terra et terrenis manēdo/ ⁊ nihil de celestibus cogitādo. Isti tamē q̄uis nō volēt in spūalibus/ celeriter tamē currunt: ⁊ circa terrā ⁊ terrena astute se regūt in temporalibus. Nam tales qui in spiritualibus sunt inepti: sunt in temporalibꝰ plus astuti: ita ꝙ etiā equos.i. viros sanctos domitos et disciplīne subditos in talibus antecedunt: q2 breuiter mali q̄ in spiritualibus oībus sunt peiores: sunt bonis in regimine temporaliū vt cōiter potiores: q2 sicut dicit Luce.xvj. Filij huiꝰ seculi prudētiores filijs lucis in gn̄atiōe sua sunt. Isti tamē quādo insequūtur.i. quādo a p̄lato suo corrigunt: vel quādo a predicatoribus arguūtur/ solent lapides.i. verba dura cōtra eos iacere: et eos si possunt/ cōpellere retroire: sicut ad litterā videmus de obstinatis peccatoribus ⁊ etiā de mūdi diuitibus: quos reprehendere nullus audet: q2 sicut Prouer.ix. dr: Qui erudit derisorē/ ipe sibi iniuriā facit. ¶ Struthio sicut dicit ī libro de natura rerum/ habet duo ossa: vnū in pectore: quo vtitur loco scuti: et aliud sub alis quo quādo ꝓuocat ad irā/ vtitur loco calcariū: ita ꝙ primo osse se solet defendere: alio vero se solet ad preliū stimulare. Sic vere charissimi nos debemꝰ habere duo ossa.i. duplicem virtutē: scli3 spem que est scutū securitatis: ⁊ timorem qui est stimulus volūtatis. Spe enī homo sicut scuto in aduersitate defenditur: timore vero tāq̄3 calcari in ꝓsperitatibus stimulatur. Eccli.xxxviij. Stimulo boues agitat ⁊c. psal. Scuto circūdabit te veritas eiꝰ. ¶ Struthio tāte est stoliditatis/ ꝙ quādo caput abscōditū habuerit/ totū corpus suū abscōditū credit: vt dicitur ibidē. Expone sicut supra de ꝑdice. §. vltio. ¶ Struthio caluescere sola īter aues dicit/ ⁊ plumas perdere comprobat/ vt dicit ibidē. Uerūtamen cutis eiꝰ est ita dura/ ꝙ plumis deficientibꝰ a tēpestate ⁊ frigore defensat. Sic vere homo plumas diuitiarū faciliter solet amittere: ⁊ ideo cutem corporis.i. cōstantiā mentis debet ita fortem ⁊ stabilē habere/ ꝙ ex tali amissione nō debet dolere: et ꝙ nullū frigus aduersitatis ipm debet ledere/ vel grauare. Job.xlj. In stipulā versi sunt ei lapides funde. ¶ Struthio est aīal obliuiosum: et ideo oua sua foueā in factā sabulo solet ponere/ ⁊ operta fouea stati recede

re/⁊ totũ obliuioni tradere: sed tũc qđ calor matris ouis de
negat/ calor solis et aeris eis prestat: qꝛ scilꝫ oua ipsa pulli
virtute solis efficiuntur/ac si matris incubitu cõtinue foue
renꝶ: vt dicit phisologus. ad qđ etiam videtur facere illud
dictum Job.xxxix. vbi dicitꝛ ꝙ deus priuauit eã sapiẽtia.i.
memoria: et ꝙ obliuiscitꝛ in arena oua sua. Sic vere sepe fit
ꝙ vbi pater et mater.i. quicũqꝫ amici corporales relinquũt
hoiem/⁊ eum in pauptatis sabulo positum derelinquũt: sol
.i.deus ꝑ suam occultã prouidẽtiam eos fouet et nutrit/et
ipsos in pullos.i.in prudẽtes ⁊ diuites cõmutat et vertit: ⁊
sine humano adiutorio ipsos de pauptatis sabulo extrahit
mirabiliter et educit. vnde ipsi deo possumus dicere illud
Job.xxxix. Quãdo struthio ponit in arena oua sua/tu forsi
tan calefacies ea. Uel dic ꝙ sabulum est status peccati/ex
quo sol.i.deꝰ peccatorẽ per suam occultã inspirationẽ edu-
cit: ⁊ eum pullũ.i.virũ perfectum facit. Uel expone genera-
liter cõtra duros parẽtes et etiã prelatos/qui filijs ⁊ subdi
tis non solẽt prouidere: sed eos oblitos cõtemnere ⁊ horre-
re.psal. Pater meus ⁊ mater mea dereliquerunt me. vnde
etiam de struthiõe dꝛ Job.xxxix. ꝙ duratꝛ ad filios suos/ac

12 si non sint sui. ¶ Teste eodem struthio seu asida vno oculo
celum aspicit/et alio terrã cernit. Sic cũ homo debeat ha-
bere duplicem oculũ discretionis/scꝫ spũalem/⁊ tempora-
lem: vnũ qui pertineat ad contemplatiuã/alium qui perti-
neat ad actiuam: vno debet celum respicere/ ⁊ celestia co-
gitare: altero vero debet terram et terrena videre/ad se in
eis debite gubernãdum/⁊ ad ea precauẽdum. Unde Esa.
xxxiij. Regem in decore suo videbit/oculi eius cernent ter

13 rã. ¶ Secũdum aliquos struthio respiciẽdo oua sua fouet/
et ad perfectũ deducit. Sic deus oculo sue mĩe hoĩem re-
spiciens/ipm in moribus ꝑficit: ⁊ eum fouet per gratiã atqꝫ
nutrit.⁊c. Uide sitꝛ de crocodilo. infra lib.xiij.c.xxij.§.xxxj.
de Tinnunculis.s̃.de columba.§.penultimo ⁊ añpe.

Capitulum.lxx.de turture.

1 TUrtur est auis simplex/sicut columba: sed lõge
dispariter est pudica. Nã amisso cõpare/alteriꝰ
copulã non requirit: sed solitarie incedit/homi-
nũqꝫ cõsortia valde fugit/et in desertis habitãs
si ad hortos ꝓpter cibum descẽdit/statim iterũ
pristina loca querit. Sic hoĩes casti ⁊ maxime vxorati quã
do cõparem amittũt.i.quãdo alter cõiugum moritur/ vere
alius si castus fuerit / ad alterius copulã nõ accedat: ⁊ etiã
huiusmodi quicũqꝫ castꝰ esse voluerit/ debet esse solitariꝰ: ⁊
a consortio hominũ ⁊ maxime mulierũ totaliter segregatꝰ:
et licet oporteat ꝙ ꝓpter corporis necessitatẽ ad hortos ho
minũ.i.ad bona mundi et hominũ consortia multotiens se
extendat: statim tamẽ debet ab huiusmodi cõsortio separa
ri: et ad locũ habitationis sue.i.ad domũ propriã si sit secu-
laris/vel ad religionẽ si sit religiosus/redire. Religiosi eñ
debẽt esse vidui a mũdo/ q̊ tñ ꝭm apostolũ.j.Timo.v. Fre-
quẽtant domos: et cũ fornicati fuerint/querũt nubere. Uel
dic ꝙ turtur est aĩa/ q̃ de sui natura simplex est ⁊ casta: mul
tũqꝫ diligit sociam suam/ scꝫ corpus sibi vnitum/ de cuius
separatione multũ dolet et tristatur : inquãtum scilꝫ nunqꝫ
post separationẽ alteri corpori copulatꝛ: immo pro societate
perdita semꝑ gemit: qꝛ ꝭm Augu. Anima etiã beata sem
per habet appetitũ ⁊ inclinationẽ naturalem ad corpꝰ suũ:
qui quidẽ appetitus non adimplebitꝛ gloria vsqꝫ post resur-
rectionem. Uel expone ꝙ coniunx anime est Christus/cui
sponsata est in baptismo. Osee.ij. Spõsabo te mihi in fide.
Istum autẽ sociũ perdit/quando mortaliter peccat: ⁊ ideo
ad penitẽtiam reuertens debet gemere per contritionẽ/dũ
amissionẽ sui cõparis per peccatũ pristinũ recordatꝛ/ vt di-
cat illud Iere.ij. Recordatus sum tui/miserãs adolescen
tiam tuam: ⁊ charitatem despõsatiõis tue. De vtraqꝫ expo
sitione dicitꝛ ad Roma.viij. Nos ipsi intra nos gemimus
adoptionem filiorũ dei expectantes/redẽptionẽ corpis no
stri. Et ideo huiusmodi penitẽs et gemens nõ se debet alij
corpori copulare.i.diabolo siue mũdo: sed ꝯparem propriũ
scilicet Christũ/vt sibi in presenti per grãm: ⁊ in futuro per
gloriã coniungatꝛ/debet cum penitẽtie gemitibꝰ expectare.
Figura Osee.iij. vbi Osee accepit mulierẽ adulterã ex qua
genuit filios et filias/ ⁊ dixit sibi: multis annis expectabis
me/nec seq̃ris alios viros. Mulier adultera est aĩa ꝑ pec-
catũ adulterata post baptismũ. hãc Osee.i. Christus acci-
pit/quãdo per penitẽtiam reuertitur ad eũdem. Ista ergo
multis annis debet eum per spem ⁊ patiẽtiam expectare/
et nulli alij per peccatũ se coniungere vel ligare. Hec in lo
cis secretis a consortio hominũ segregatis habitat/scilꝫ in
paradiso per affectũ ⁊ contẽplationem.ad Phi.iij. Nostra
conuersatio in celis est. Eleuabitꝛ aquila: ⁊ in arduis ponet
nidũ suũ. Job.xxxix. De sũmis silicibus videbo eũ. Nume.
xxiij. Et si propter cibũ in hortum hominũ descenderit.i.si
ad mundi negocia propter necessitatẽ se extẽderit/ statim
obtento cibo solitaria loca petit: qꝛ obtentis bonis tẽpora-
libus debet se per grãrum actionem in superius eleuare.

2 ¶ Turtur in hyeme deplumis efficitꝛ: ⁊ tunc in antris ⁊ ca
uernis abscõditur/in nouo vero tempore de cauernis exit/
plumas resumit/ ⁊ ad pullificãdum cõgrua loca petit/⁊ in
ramis duris ⁊ nodosis nidũ cõstruit et facit. Sic vere cha
rissimi aĩa i hyeme.i.in tẽpore peccati deplumatꝛ a plumis/
scilꝫ virtutis: ⁊ in cauernis.i.in negocijs mundi et terrenis
occupationibꝰ habitat et moratꝛ. Sed adueniente nouo tẽ-
pore.i.quãdo per grãm et penitẽtiam innouatꝛ: tunc exit de
istis cauernis/⁊ plumas virtutum resumit: et ad pullificã-
dũ.i.ad bona opera faciendũ congrua loca petit. Unde tũc
inter densos ramos.i.inter ligna crucis ꝑ eius frequẽtem
memoriã/de lignis nodosis et duris.i. de operibus asperis
et duris penitẽtie debet cõstruere nidũ suum: et sic in nido
talis discipline debet pullificare per bona opera/⁊ ibi iugi
ter cõmorari. ¶ Preterea turtur dicitꝛ bis pullificare : ter-

3 tio vero nõ/nisi ꝓmi pulli corrumpantꝛ. Sic homo pullos.i.
opera sua bis ꝓducere.i.ad intẽtionẽ duplicẽ debet facere/
scilꝫ ad laudem dei/ et vtilitatem proximi. Tertio vero/scꝫ
ad laudem mũdi/ nunqꝫ debet pullos bonorũ operum pro-
creare . ¶ Preterea turtur.xv. annis cubat/ sup cadauera

4 nõ residet/ sed pro victu querit grana pura . Sic vir ꝑfectꝰ
sup pullos.i.sup opera bona debet semꝑ cubare: et hoc.xv.
annis.i.in obseruatione decem mãdatorum et in memoria
quinqꝫ plagaꝝ Christi. Hic sup cadauera nõ residet: qꝛ scꝫ
in amore vel delectatione proprij cadaueris.i.carnis feti-
de/non debet aliqualiter residere: ĩmo pro victu suo debet
acquirere grana pura.i.sacram scripturã / vel etiam grana
.i.virtutes: que recte sunt anime nutrimẽtũ. ¶ Turtur sem

5 per gemit dũ considerat societatẽ quã amisit/⁊ alijs garru
lantibus auibus/ hec pro cantu gemitũ reddere cõsueuit:
⁊ ex tunc vt dicit phisologus/ semꝑ in ramis siccis/ ⁊ nũqꝫ
in viridibus sedere cõsueuit. Sic huiusmodi penitens cõsi
derans ꝙ propter peccatũ amisit cõsortium Jesu Christi/
debet semꝑ gemere per cõtritionem/ peccatũ propriũ cogi
tando. Threno.j. Ipsa autẽ gemens ⁊c.ps. Laboraui i ge
mitu meo. Et licet garrulent ⁊ rideant mũdani: ipse tamẽ
debet iugiter tristis esse. ideo dꝛ Eze.xxxv. Letãte vniuersa
terra/in solitudinẽ te redigã. Joã.xvj. Gaudebit mũdus:
vos autẽ cõtristabimini. Uel dic ꝙ coniunx anime est Chri
stus: et ideo in morte ⁊ pro morte eius debet gemere et do-
lere. ¶ Turtur nõ tangit cadauera immũda: sed ꝓ se ⁊ pro

6 pullis educandis querit ⁊ prouidet grana pura. et pulli tur
turis ꝭm Constãtinũ in principio sunt viscosi/ ⁊ graues ad
volatum: sed paulatim assuescũt ad volãdum: qꝛ viscositas
temperatꝛ. Sic nouitij etiam subditi ⁊ maxime religiosi in
principio quando veniũt a seculo/sunt viscosi per carnales
affectiones/⁊ inhabiles ad volatũ cõtẽplationis. Sed quã
to plus ad volatum contẽplationis intẽderint/tãto carna-
litatis viscositas melius temperatꝛ: et ideo isti grana pura
sacre scripture debẽt comedere/cadauera vero.i.mulieres
nõ debent ꝑ luxuriã tangere/nec eaꝝ consortiũ frequẽtare.
¶ Turtur tẽpore hyemis ꝑdit plumas/ ⁊ ĩ cauernis habi-

7 tat atqꝫ antris: sed tẽpore veris de antris exiẽs plumas re-
cuperat/quas amisit. Sic boni ⁊ pij ĩ tẽpore hyemis.i.pau
pertatis ⁊ tribulatiõis alioꝝ/quando scilꝫ vidẽt alios indi
gere: tũc sine dubio debẽt plumas diuitiarũ deponere/eis
misericorditer largiẽdo: et in antris ⁊ speluncis.i.in aliorũ
miserijs per cõpassionẽ debẽt iugiter residere. sed quando
adueniet tẽpus veris/quãdo scꝫ post mortẽ adueniet ꝓspe-
ritas sempiterna: tũc sine dubio exiẽt de antris ⁊ cauernis
.i.de miserijs huiꝰ mũdi/⁊ iterato in paradiso recipient plu
mas; qꝛ Christꝰ cẽtuplum retribuet illis qui plumas diui-

tiarū pauperibꝰ emiserūt:quia beati misericordes:qm̄ ipsi
miam cōsequenť. Matth.v.itē.xix. Centuplū accipiet.ꝛc.
8 ¶ Turtur est auis nullū ledens / sed erga oēs patienter se
habens/in locis tutis ꝛ delectabilibꝰ habitās:ꝛ sicut dicit
in libro de natura rerū:hec auis sola de nocte pullos suos
pascit: ꝛ hec auis sola teste phisologo in estate pinguescit:
cū gnāliter oēs alie aues in estate macrescāt.Talis est vir
bonus vel vir perfectus:qꝛ nullū debet ledere:sed in aliorū
lesionibꝰ patiētiam habere:loca vero tuta religiōis/ꝛ loca
amena eterne habitationis debet per cōtemplationē ꝛ de-
sideriū frequētare.et talis ī nocte aduersitatis pullos suos
debet per doctrinā pascere/ipsosq̄ ī nocte ꝛ turbulētia pau
pertatis debet per elemosynā enutrire:qꝛ scꝫ plus indigent
subditi ꝑ doctrinā nutriri spūaliter qn̄ est nox tribulatiōis:
ne forte cadāt in barathꝛū desperatiōis.vnde Matth.xiij.
dicit ꝙ media nocte gallus cantauit.psal. Tota nocte in il
luminatione ignis.Et isti etiā in estate pinguescūt: qꝛ scilꝫ
viri iusti in estate prosperitatis ꝓficiunt:et per tēperātiam
ibidē virtutibus pinguescūt:et sic isti vbi oēs alij generali-
ter cōsueuerunt deficere/cōualescunt.Uel potest generali-
ter allegari de quibusdā/qui in hyeme tribulationis ꝛ pau
pertatis macrescūt a virtutibus ratione impatientie ꝛ de-
sperationis:qui tamē in estate ꝓsperitatis proficiūt ratiōe
temperātie ꝛ grārum actionis.et inde est ꝙ martyres ī hye
me preualuerūt/qui in prosperitatis estate forsitan defecis-
sent.Et ecōuerso multi fuerunt sancti cōfessores/qui in ꝓ-
speritate sancte vixerūt/qui forte ī martyrio succubuissent.
et hoc est qđ figurať Numeri.xxj.vbi deus precipit ꝙ illud
qđ ignem nō potest sustinere:aqua expiationis purgeť.hoc
est dictu/ꝙ illi qui per ignē aduersitatis ad deum nequeūt
venire/per aquā diuine mie ꝛ mūdane ꝓsperitatis ad ipm
9 valeāt applicare.¶ Ut dicit phisologus/turtures nō bene
volant flāte austro : qꝛ ipsiꝰ vēti humiditate penne sue fiūt
graues. Sic vere charissimi quādo auster vētus calidus.i.
fauor fortune ꝛ mūdani successus nos afflat/penne mentis
nostre humide per pigritiam fiūt:ita ꝙ tunc ad celū per cō
10 templationē ꝛ affectionē volare non possumus.¶ Ut dicit
idem/quādo turtures volant versus aquilonē/ non habent
rectorem. Ecōuerso vero si ab aquilone versus austrū vola
uerint:tunc habēt rectorē quē sequūtur. qđ ad h̄ potest ad-
duci:nam illi qui in aquilone.i.in frigore aduersitatis habi
tant atq̄ volant/rectore nō indigent: qꝛ scꝫ vexatio dat in-
tellectum.vnde in illo statu potest homo se sufficiēter rege-
re per seipsum:sed vere illi qui ad austrū mundane ꝓsperi-
tatis volitant ꝛ anhelant/rectore prouido indigent/q̇ ipos
regat et manuteneat ne delinquant:qꝛ breuiter illi qui ap-
petunt ꝓspera/citius delinquūt/q̄ꝫ qui aspera:ꝛ ideo rector
magis est necessarius his q̄ꝫ illis.vnde psal. Dn̄s regit me/
et nihil mihi deerit:in loco pascue ibi me collocauit.

Capitulum.lxxj.de valello.

1 V Alellus est auis colūbino capite/ꝛ cristato/col
loq̄ viridi/ꝛ corpe varietate disticto. Hec auis
cum hominē a longe nido suo appropiquare vi
derit/egressa sibi cum clamore occurrit:sicq̄ fa
tua auis que clamore suo hominē a nido suo se
fugare credit/ipso clamoris indicio nidum prodit:sicut di-
citur in libro de natura rerū. Tales procul dubio sunt mul
ti/qui cum clamoribus suis/iniurijs ꝛ detractionibus cre-
dunt de alijs triūphare:ꝛ hoies nido suo insidiātes.i.inimi
cos suos sibi ꝛ suo statui īuidētes/credūt a se hmōi clamo-
ribus elongare:et tamē ex hoc solent eos ampliꝰ in sui pre-
iudicium aīare.ij.Reg.j.Os tuum ꝯtra te locutū est.ꝛ Ju-
dith.viij. Non sunt ista verba que miam prouocēt: sed po
tius que iram excitent ꝛ furorem.Uel ad litterā potest alle
gari cōtra multos simplices/qui cum se multis verbis ꝛ iu
rationibus excusare credūt/seipsos tamē magis suspectos
reddūt.Uel pōt allegari ꝯtra iactatores/q̇ si habēt aliq̇d se
cretū/nō cessant clamare: donec illđ oībꝰ ꝯtigerit reuelari.

Capitulum.lxxij.de vespertilione.

1 V Espertilio ₛm glosam Esa.ij.lucem odit/ꝛ tene
bras amat. Nā in die in parietū foraminibus se
abscōdit. Ceca est ad modū talpe:ꝛ puluerē lin
git. Tales sunt cupidi/maxime vsurarij:qꝛ ceci
sunt/ꝛ duces cecorū. Matthei.xv.ad modū tal-
pe/que semp est in terra/vbi optime se regit/ꝛ ibi querit vi-
ctum. Ideo tales lucem manifestatiōis odiūt ꝛ abhorrēt.
Et ideo quādo cōtractus suos faciunt/nolūt ꝙ manifeste-
tur veritas:imo in cauernis.i.in occultis eos faciūt: inquā
tum ipsos palliant cautelose/ne appareat falsitas, vel vsu
ra:et sic tenebras obscuritatis diligūt:qꝛ que in occulto ab
eis fiunt/turpe est dicere.ad Ephe.v. Et lumen manifesta
tionis fugiūt ꝛ deuitāt. Omne eīm qđ manifestať/lumē est.
ad Ephe.v. Qꝛ ergo q̇ male agit/odit lucem:ideo in die in
rimulis parietū.i.in secretis cauernis se abscondunt. vnde
Job.xxiiij. In tenebris quasi in luce ambulant. Prouerb.
ij. Relinquūt iter rectum/et ambulāt per vias tenebrosas.
ꝛc. Ideo Eze.ix. Uide fili hoīs que filij israel faciunt in te-
nebris. Uel per noctem accipe bona tēporalia: ꝛ per lucē ꝛ
diē spūalia/ ꝛ applica ad ꝓpositū. Dilexerūt hoies magis
tenebras q̄ꝫ lucē. Joan.iij. ¶ Uespertilio q̄ꝫuis ꝓpter alas
ꝛ propter volatum auis esse credať: esse tamē bestia sex ra-
tionibus cōprobať. Primo qꝛ non ouat:imo more bestiarū
pullos concipit ꝛ ꝓcreat:qđ tamē inter volucres nō habe-
tur. Secūdo qꝛ dētes habet. Tertio qꝛ cauda caret. Quar
to qꝛ lac ꝛ mamillas habet. Quinto qꝛ per terram currit/ꝛ
quattuor pedibus gradiť. Sexto qꝛ muri in corpore simila-
tur/sicut in libro de natura rerum diciť:et etiā Isido.quoꝝ
etiam magnā partem dicit Pli.lib.x.c.lxj. Sic vere charis
simi multi sunt q̇ q̄ꝫuis habeāt nomē et famā ꝙ sint aues.i.
viri spirituales ꝛ iusti: isti tamen bestie.i. viri bestiales esse
noscunť:et hoc quia isti nō pariunt oua: sed aīalia.i.non fa-
ciūt opera spūalia/sed carnalia. vnde ad Ro.viij. Qui enī
scđm carnem sunt/que sunt carnis faciūt. Item isti habēt
dentes.i.verba detractoria. Cauda carent.i.mortis memo
ria. Lac ꝛ mamillas habent.i.verba fallacia/dulcia/ꝛ de-
ceptoria: cōtra illud Prouer.xxiiij. Ne lactes quēq̄ꝫ verbis
tuis. Item isti in terra cū quattuor pedibꝰ.i.cum quattuor
affectibus per auaritiā gradiunť: et per inhonestā conuer-
satione murībus similanť. Judith.xiiij. Egressi mures de
cauernis suis.ꝛc. ¶ Uespertilio binos parit pullos/ipsosq̄
pedibus amplexa/ aliquādo de loco ad locū volando por-
tat/vt diciť ibidē/et etiā Pli.vbi supra. Sic mali/ nepotes
et filios vltra modū carnaliter amplexantes/ipsos inter pe-
des affectionis sue cōtinue secū portant. ¶ Caput vesper-
tilionis aridū ad collum suspēsum/ impedit somnū. caput
hoim est Adam.caput angeloꝝ fuit lucifer. Qui ergo tale
caput per peccatū aridum : et ad mortis ariditatē damna-
tum ꝑ consideratione portauerit/ nunq̄ꝫ somno peccati ꝛ pi
gritie succūbet:sed semp ꝑ diligētiā vigil erit. Uel ꝑ caput
aridum intelliges mūdi capitaneos ꝛ potētes/quos qꝛ de-
sepe facit aridos in inferno/cōsideratio mortis sue nos de-
bet facere vigiles pre timore . Sicut diciť in libro de natu-
ra rerū/in india sunt vespertiliones maiores/habētes den-
tes sicut hoies : que si hoiem in facie percutiūt/nasum au-
res ei prescindūt . Sic vere faciunt tyranni ꝛ homicide/
qui scilꝫ colūbinam simplicitatē excedunt:qꝛ scilꝫ tales ho-
mines crudeliter percutiūt:et eos turpiter mutilāt atq̄ le-
dunt. Uel dic ꝙ isti sunt demones/qui hoibus auferunt na-
sum deuotionis/ꝛ aures obediētie ꝛ auditionis. ¶ Uesper
tilio est frigidissime nature ₛm Constantinū:qꝛ si sanguine
eius supercilia liniaňť/non sinit ibi crescere pilos. Sic pre
latus auaritie frigore cōstipatus/ quādo sanguis eius tan
git aliquē.i.quādo sua crudelitas(que ꝑ sanguinē designa-
tur)circa subditū aliquem applicať per rapinā et excoria-
tionem/pilos diuitiarū inde eradicat et subuertit.ꝛc. Uel
per sanguinē intelligo affectionē et amorem taliū/qui sine
amissione diuitiarū in sumptibus/nō seruanť. Ideo cōsuli-
tur Eccli.xiij. Ditiori te ne socius fueris:si eīm largitus fue-
ris/assumet te.si nihil habuerꝭ:derelinquet te. ¶ Teste Alui
cen. Unguētum vespertiliōis prohibet mamillas puellarū
ne nimis crescant. Sic vnguētum carnalis voluptatis vel
tēporalis ꝓsperitatis attenuat ꝛ minuit mamillas clemē-
tie ꝛ pietatis/vel doctrine ꝛ veritatis. ¶ Uespertilio est auis
muri silis ₛm Isido.q̇ volucris et quadrupedis formā ge-
rit:ꝛ tam voce q̄ꝫ stridore sonū reddit/ in die latet/ in nocte
patet. Ideo vespertilio a vespere nominať: eo ꝙ in vespere
circūuolat ad rapinam.et scđm glo. Esa.ij.oleum de lāpa-
dibus bibit.de die in parietum rimulis se abscōdit.ꝛ licet

auis esse credatur / plumas tamen aliquas non acquirit:
immo ale eius carnee sunt. Sic hypocrite formā volucris
habent/⁊ quadrupedis: quia licet esse volucres. i. contem-
platiui videantur: quadrupedis tamen.i.carnalitatis for-
mam non mutāt: immo muri sunt similes/qui stercora co-
medit: ⁊ qui in domo patrisfamilias nullum fructum facit:
immo comedit panē suum. quia tales in ecclesia non profi-
ciunt: sed potius panem beneficiorum comedunt sine fru-
ctu. Isti in die.i.in manifesto ⁊ apparentia hominū latent:
quia tunc videntur esse boni: sed in vespere patēt et in no-
cte: q̄ꝛ qui ipsos videret in abscondito vel in nocte: tunc pa
terent: q̄ꝛ scilicet tūc faciūt opera sua praua. Ideo Ephe.
v. Que autem in abscōdito ab eis fiūt / turpe est dicere. q̄ꝛ
tunc temporis circūuolant ad predandum.i.ad carnis sue
delectabilia perpetranda. et tales de lampadibus bonorū
suorum/que lampades s̄m Grego. nominātur: nisi oleū va
ne glorie non querunt. Eze.xvj. Similam.i.sacram scriptu
ram/⁊ mel/scilicet mundi prosperitatis/et oleū comedisti.
⁊c. Ideo Osee.xij. Fedus cū assyrijs inijt: ⁊ oleū in egyptū
ferebat. Et ideo tales in die.i.in manifesto et apparentia:
que ꝑ parietes designatur/latere dicūtur. Et ideo licet isti
credantur esse aues.i.viri cōtemplatiui ⁊ celestes: plumas
tamen virtutum aliquas non acquirunt: immo ale talium
.i.perfectio virtutum quas videntur habere/sunt carnee.i.
ad carnis delectabilia ordinate. Vel ale eorum. i. sapiētia
et industria carnalis est/terrena/animalis/⁊ diabolica. Ja
8 co.iij. ¶ Vespertilio habet alas carnosas: ⁊ volat de nocte
et habet debilē visum: ita ꝙ diem nequit sustinere. Sic ali
qui prelati alas.i.affectus habent carnosos: quia oīs amor
talium ad carnem ⁊ sanguinem.i.ad parentes/ et nepotu-
los/vel etiam delicias ordinatur: quia qui secūdū carnem
sunt/que carnis sunt sapiūt. ad Roma.viij. Et ideo visum
habēt debilem.i.spiritualium paucam cognitionem: quia
diem.i.bona spiritualia nequeunt speculari: sed in nocte.i.
in negocijs secularibus optime volitant et discurrūt. psal.
Errauerūt: in tenebris ambulant. Vide.viij.§.de auaro: et
applica. Et sicut vespertilio nō volitat nisi in nocte: ita tales
nō volitant nec ascendunt ad statum dignitatis et honoꝝ
nisi in vespera vite: quando scilicet sunt prope mortem. ⁊c.
Et tunc cum habuerint quod cupierant/possidere non po
terūt. Job.xx. Quia etiam subito dū nō speratur/veniet cō
tritio eius. Esa.xxx. Vel per volatum intelligo bona ope-
ra: que isti ante senectutem non faciunt. Vel de nocte.i.per
occultas pactiones et promissiones aliquotiens volant ad
seculi dignitates.

Capitulum.lxxiij.de vlula.

1 Vlula que idē est q̄d bubo/qui de nocte vlulat/
oua monedularū rostro frangit. Vlulatus eius
scd̄ꝫ augures portendit aduersitatem/ taciturnitas vero prosperitatem. Et est auis plumis
onusta/templa frequētās/vt oleum bibat. Alij
autē volūt ꝙ vlula idem est q̄d onocrotalus. sed tam de bu
bone q̄ꝫ de onocrotalo sufficienter dictum est. Tales sunt
murmuratores / qui plumis honeste apparentie induti/in
templis et ecclesijs.i.religionibꝰ cōuersantur: vt oleo lam
padum.i.vana gloria satientur. Oleum enim vanam glo-
riam significat. Lāpades vero bona opera designāt. Oleū
igitur lampadum bibunt/quando gloriam de suis operibꝰ
expectant. Isti oua.i.bona opera scilicet et fructus auium
aliarū cum rostro suo.i. cum verbis detractorijs frangūt/
dissipant/⁊ absorbent/ ⁊ vlulatū detractionis in nocte emit
tunt.i.in occulto/et non in presentia personarū: ⁊ ideo talis
vlulatus presagit aduersitatem: quia per huiusmodi mur-
mura/ aduersitas inuidie ⁊ discordie in conuentibus gene
ratur. Ad vocē loquele grādis exarsit ignis. Hiere.xj. ideo
Esa.xiij. Respondebūt vlule in edibus suis. ⁊c. Eorum ta-
citurnitas prosperitas est ⁊ concordia aliorū. Ideo prudēs
in tēpore illo tacebit: q̄m dies mali sunt. Amos.v.

Capitulum.lxxiiij.de vpupa.

1 Vpupa est auis que fimo et stercoribus hominū
nutritur: cristis tamē est a capite prodeuntibus
galeata. Sic detractores stercora ⁊ fimos alio-
rum hoīm.i. eorū mala ⁊ vitia ore proprio come
dunt et corrodunt/dū de ipsis murmurant ⁊ loquuntur. Et
tales in capite sunt cristati: quia cornibus superbie pre ce-
teris sunt elati / se scilicet pre alijs perfectos reputantes.
¶ Vpupa est auis spurcissima/semꝑ in fimo residens/vel 2
sepulchris. Unde de stercoribus hominum nidum facit/et
eis vescitur et nutritur/ et q̄uis sit spurcissima: tamen cum
crista est multū decora. Et q̄ sanguine eius se iunxerit/de-
mones in somnis se suffocātes videbit. ⁊ eius cor in malefi
cijs valet: quia eo vtūtur magi in maleficijs faciendis. Ta
les sunt luxuriosi/qui sepulchra frequentant.i.mulieres: in
quibus per nimium affectum totaliter sunt sepulti. Mulie
res dominate sunt eis. Esaie.iij. Stercora comedunt atq̄ꝫ
fimum/dum scilicet actus luxurie faciunt et exercent: que
scilicet sicut stercora fetent. Ideo tales sunt spurcissimi/
et vilissimi: quia in actibus spurcissimis occupantur. et li-
cet ita sit: tamen tales vigent cristis et pulchritudine cor-
porali. Sanguis talium est peccatum. psal. Virum sangui
num et dolosum abominabitur dn̄s. ⁊c. Quo si quis inun-
ctus fuerit/eis scilicet fauendo/cōplacendo/vel etiam imi
tādo/pro certo in somnis.i. post mortem videbit demones
suffocantes se/scilicet in inferno. Job.xx. Venient suꝑ eum
horribiles. sequitur. Deuorabit eos ignis qui non succendi
tur. Et cor vpupe maleficis est cōueniens: quia scilꝫ amor/
voluntas et affectio luxuriosorum/ infernalibus maleficis
est complacens: inquantū per eorum gestus/instigationes
et suggestiones trahuntur alij ad peccatum. Ideo propter
hec omnia dicitur Job.xxj. Ipse/scilicet luxuriosus/ad se-
pulchra ducetur/ et in congerie mortuorū vigilabit. dulcis
fuit glareis cocyti: et post se omnem hominē trahet: et ante
se innumerabiles. ⁊ Jacobi.v. Epulati estis super terram:
et in luxurijs enutristis corda vestra.

Capitulum.lxxv.de vulture.

Vltur s̄m Aristotelē carnibus crudis vescitur:
et ideo pro ipsis pugnat: et si aliquid de cibis 1
eius remanet/alijs non diuidit/sicut facit aqui
la: immo in nido ꝓprio reponit pro pullis suis
fouendis. Sic luxuriosi carnibus crudis.i.mu
lieribus per luxuriam satiantur: et si de preda.i. de bonis
suis tēporalibus aliq̇d eis remanet/ q̇d.s.non totū in actibꝰ
luxurie et superbie/aut in pompis et vestibus expendatur/
illud alijs auibus ad modum aquile.i. more viri iusti pau-
peribus minime largiuntur: immo in nido arcarum sua-
rum totum reponunt pro pullis suis/ scilicet corporalibus
parentibus/vel bastardis nutriendis: vel etiam pro vxore
et filijs nutriendis. Unde Naum.ij. Leo cepit sufficienter
catulis suis: et necauit leenis suis: et impleuit preda spe-
luncas suas/et cubile suum rapina. ⁊c. ¶ Vultur licet ali- 2
quando ascendat alte: tamen visa in terra preda/seu cada-
uere/ subito descendit ad predandum. Sic multi sunt qui
de alta contemplatione ad carnalia terrena descendunt: ⁊
sicut etiam vultur/licet cito descendant: vix tamen reascen
dunt. Vix enim per contemplationem ascendunt: faciliter
vero descendunt: sed tamen difficiliter reascendūt. ¶ Vul 3
tur pugnat cum herodio/scd̄m Aristotelem. et est quedam
auis fluuialis dicta almatar cui insidiatur: vt si aquam di
miserit/ipsam rapiat ⁊ occidat: vel si exire non audeat/ibi-
dem suffocetur ⁊ pereat. Sic diabolus herodios/qui boni
dici possunt / impugnat: et religiosis fluuialibus insidia-
tur: vt si fluuium religionis reliquerint / temporalibus in-
herentes/vel etiā si ibi remanserint de spiritualibus presu-
mentes/ab eo protinus occidantur. psal. Insidiatur vt ra-
piat pauperē/rapere pauperem dum attrahit eum. ¶ Vul 4
tur comedit carnes crudas/pro quibus pugnat. ⁊c. sicut su
pra. Et nota ꝙ carnes eius dure sunt ad digerendum/gra
uis fetoris/⁊ mali saporis. Sic luxuriosi duri sunt ⁊ obstina
ti ad digerēdum.i.ad corrigendum: quia peruersi difficile
corriguntur. Eccl's.j. Grauis etiam saporis et odoris.i.ma
le vite et fame ad cōuersandum. ¶ Vultur videns pullos 5
impinguari eis inuidet/et eos percutit/sicut miluus. Sic
inuidus bonis īuidet aliorū. Jaco.iij. Ibi zelus ⁊ cōtentio
ibi inconstantia/ ⁊ omne opus prauū. ¶ Vultur frequētat 6
exercitum/ vt de cadaueribꝰ equorum et hominū satietur.
tarde volat/et diu viuit/scilicet centum annis. Sic cupidi
et superbi domos principum ⁊ regum. ⁊c. Vel per exercitū

7 intelligo lites et contentiones. ¶ Item vultur sequit͛ exer
citum equorum ⁊ hominū/ vt cadaueribus satietur. Sic et
mali prelati domos pricipum: vt donis ⁊ honoribus exal-
tentur/ vt patet in curia francie: vbi omnes sunt episcopi.
8 ¶ Secūdum philosophū vultur habet optimū sensum ol-
factus: et ideo cadauera longe sentit. Sic tales habent sa-
9 gacitatem in tēporalibꝰ. ¶ Item ab ortu solis vsqꝫ ad me-
ridiem vultur nō venatur: sed post meridiē circa occasum
vacat ad predādū. Sic isti in pricipio boni sunt/ sed in fine
10 vite fiunt rapaces ⁊ cupidi. ¶ Item ſm Aristotelē vultur
circa nidum suum ⁊ pullos non sinit alios appropinquare/
timens ne prede nō sufficerēt vtrobiqꝫ. Sic tales prohibēt
subditos ab alienis/ vt pinguiores eos reperiant ad predā-
dum/ similes cani qui pugnat cum alijs ꝓ osse carnoso/ vt
11 solus illud rodat: sicut etiā catus seruat caseum. ⁊c̄. ¶ Itē
dicit Pli. ꝙ cor vulturis in pelle leonis inuolutum/ liberat
portātem a feris et leonibus. Sic cor. i. affectio circa perso-
nam aliam/ licet sit crudelis/ impia/ et leonina: tamē eam
fouet ⁊ sustinet ab alijs defendendo: si tamen habeat pellē
leoninam. i. tēporalem substantiam leonine congregatam.
12 ¶ Itē ſm Pli. pēna vulturis alligata pedi sinistro mulie-
ris pregnātis/ facit eam parere/ et si diutius teneatur ibidē
educit intestina. Per mulierem pregnātem intelligo subdi
tum diuitem: per pedem sinistrum temporalia. Prouer. iij.
In sinistra illius diuitie. Per pennam intelliguntur balli-
ui et officiales prelatorum/ qui simplices subditos faciunt
13 parere. i. emendas gagiare. ¶ Item ſm Pli. lingua vultu
ris appensa collo psone/ facit eam gratiosam ad impetran
dum quicquid vult. Sic prelati per verba ⁊ preces/ malis
14 suis familiaribus impetrant multa bona. ¶ Vultures ſm
Isidor. etiam vltra mare cadauera sentiunt/ et ad ipsa co
medenda volant ⁊ currunt. Sic vere charissimi deuotꝰ po
pulus christianꝰ debet carnem mortuam. i. carnis Christi
mortem: que facta fuit vltra mare/ sentire: et ad ipsam per
deuotionē currere: ⁊ per crucis assumptionē ad eam trans-
fretare. Esa. xxiij. Transi terram tuam filia maris. Vel per
cadauera intelligo fetidos sarracenos/ quorum fetorem et
infidelitatem debemus vltra mare sentire: ⁊ ad eos perso-
15 naliter currere: ipsosqꝫ occidere ⁊ necare. ¶ Vultures ſm
Isidorū presentiunt futura cadauera/ et hominū et bestia-
rum mortes: et ideo pre gaudio futurorū cadauerum solēt
insimul conuenire. Unde etiam talium cōuentus/ solet fu-
tura prelia ⁊ mortes hominū presignare. Tales sunt multi
ecclesiastici/ maxime ecclesiarum curati/ et religiosi etiam
mendicantes. Isti enim diligunt et presentiunt cadauera
et funera mortuorum/ ⁊ ad ea volant et discurrunt: iuxta il-
lud Job. xxxix. Ubicūqꝫ senserit cadauer/ statim adest. Un
de quādo plures tales alicubi plus solito cōueniunt/ istud
16 cōmuniter signū est futuri cadaueris vel ꝑsentis. ¶ Teste
Aristo. vultures in olfactu precellunt/ sicut aquile in visu.
Per vultures intelliguntur grossi et ponderosi/ simplices
atqꝫ rudes. Per aquilam intelligūtur prelati/ clerici/ eccle
siastici/ et subtiles. Istud est ergo verū ꝙ hodie ꝗ̄uis aqui-
le. i. viri ecclesiastici precellant alios in visu et discretione:
vultures tamen. i. simplices eos precellunt in odoratu ⁊ de
17 uotione. Augusti. Simplices rapiunt celos. ⁊c̄. ¶ Secun-
dum Isidorum nidos vulturum nemo attingit: pro eo ꝙ in
altissimis rupibus nidificāt. Unde etiam ſm Aristo. dici-
tur ꝙ vultur propter volatum altissimū sola dicit͛ auis dei.
Sic nos debemus ita alte per contēplationem ascendere:
et ita alte nidum spei nostre in deo ⁊ in paradiso ponere/ ꝙ
nemo diabolus/ seu quicūqꝫ spūalis inimicꝰ debet ad nos
per tentationem attingere. Job. xxxix. In preruptis silici-
18 bus cōmoratur in inaccessis rupibus. ¶ Vultur anteqꝫ vo
let/ vt cōiter facit tres saltus: ita enim est auis pōderosa vt
subito volare nō possit: ita ꝙ quandoqꝫ agilitate canis ca-
pitur/ anteqꝫ a terra penitus eleuetur. In terra autem libē
ter graditur/ nisi hominē viderit: et ideo gradipes appella
tur: vt dicitur in libro de natura rerum. Sic vere sunt mul-
ti ita tardi: et ita pigri ad volatum bonorū operum exequē
dum: et ita libenter gradiunt͛ per terrena negocia/ ꝙ nunqꝫ
celeriter volunt incipere aliquem volatū cōtemplationis/
vel bone operationis: immo semper consueuerunt multos
saltus. i. multas interceptiones ⁊ pigras deliberationes/ re

tardationesqꝫ facere/ anteqꝫ possint aliquem spiritualē vo-
latum bonorū operum exercere: et ita libenter gradiuntur
per terrena negocia/ ꝙ nunqꝫ spiritualiter celeriter volunt
incipere: propter qꝺ sepe cōtingit ipsos/ anteqꝫ bonum vo-
latum quē proposuerant impleant/ canis inferni tentatio-
nibus arripi: et per diuersa peccata ab isto penitus impe-
diri. Isti ergo sunt vultur/ qui dicitur ſm Isidor. quasi vo
lans tarde. Contra illud Eccli. v. Non tardes conuerti ad
dominū. Ista videntur in multis peccatoribus/ qui quoti-
die proponūt penitere/ et quotidie videntur velle incipere:
sed dum procrastinant/ finaliter nihil faciunt: quinimmo
cane. i. morte preuenti subito pereunt. Vel dic ꝙ quicunqꝫ
aliquem volatum boni operis alicuius facere vult/ debet
prius deliberādo ter vel amplius se mouere. Seneca. Diu
delibera/ cito facito. ¶ Vultur indifferenter ad omne ca 19
dauer volat/ ⁊ ideo faciliter capit͛ secūdum philosophū:
⁊ sicut dicitur in libro de natura rerū. Vultur pugnat cum
herodio: herodius tamen cum sit agilis/ impetui vulturis
cedit: ⁊ sic vultur impetu ruens/ cum propter pondus se re
tinere non valeat/ contra terram vel lapidem se occidit.
Sic vere charissimi illi qui sine discretione indifferēter ad
omnia cadauera. i. ad omnia mundi delectabilia per desi-
derium volant/ faciliter per diuersa peccata se illaqueant.
Potissime vero superbi dum contra herodiū. i. contra suos
aduersarios se minores sine tēperamēto misericordie cum
toto vindicte impetu debacchant͛/ ipsosqꝫ totis viribꝰ ener-
uare nituntur/ sepe fit ꝙ alijs per diuinam prouidētiam li-
beratis/ ipsi per iudicium diuinū impetu proprio destruū-
tur. Istud quotidie videtur in guerris ⁊ hastiludijs. Istud
apparuit in Sēnacherib: q̇ toto impetu volebat destruere
regem et populum iuda/ et tamen illis saluatis/ ipse in sua
superbia est peremptus. Esaie. lj. Percussisti superbum: 20
vulnerasti draconem. ¶ Vultur pullos suos statim ꝙ sunt
adulti/ a nido suo proijcit/ ipsosqꝫ nec circa nidū suum ma-
nere permittit. ⁊c̄. Expone sicut supra de aquila. et sicut de
auibꝰ in generali. §. xlv. Vel si vis dic ꝙ sic debēt facere no
biles: quia scilicet filios suos nō debent secum in domo te
nere: sed exterius ad videndum ⁊ experiendum mundum
eijcere et mittere/ et eos proprie prouidentie exponere/ vt
necessitate ducti/ discant de se ⁊ de salute propria cogitare.
¶ Item vultur alios vultures/ ⁊ proprios pullos adultos
iuxta nidū suū morari non ꝑmittit/ timēs ne prede nō suffi
cerent vtrobiqꝫ. Magnū corpus enim habet vultur: ⁊ ideo
magna patria pari vulturū necessaria est ad predādū. Ta-
les sunt pro certo magni vsurarij/ raptores/ et ambitiosi/ et
potissime inuidi/ et aduocati. Isti enim iuxta domū vel pa
triam suam nunqꝫ volunt alios sibi similes inuenire/ ꝗ̄uis
etiam sint eorum pulli. i. cōsanguinei vl' amici: nec cū istis
habitare volunt: et nunqꝫ parem habere querunt: dicentes
illud Eccli. vj. Nunc mādučabo de bonis meis solus. Ti-
mēt enim ꝙ patria nō sufficiat prede pluriū. rapinis enim
suis ⁊ vsuris est magna patria necessaria: et ideo tales alios
sibi pares repudiant/ vt soli patriam deuorēt et corrodant.
¶ Vultur magnas aues inuadit: sed minimis parcit. Sic
iudex plus debet irruere contra malefacientes diuites/ ꝗ̄
pauperes. Ecōtra de miluo. ⁊c̄. ¶ Vultur iuxta nidum suū
non venatur: docente natura pacis amica: ne vicinarū gē-
tium odium contra se et nidum suum excitet: sicut dicit͛ in
libro de natu. re. predicto. Expone istud sicut infra de lupo:
⁊ sicut supra de auibꝰ in generali. ¶ Vultur cū adulta fue-
rit/ matrēqꝫ suam debilem ad volādum viderit/ eam impe-
tere et occidere consueuit/ vt dicitur ibidem. Sic vere reli-
giosi et clerici videntes ꝙ mater sua. i. prelatus suus defe-
ctuosus est et debilis ad volādū. i. ad operandū/ debēt cō-
tra eum insurgere/ ⁊ eum a statu suo deponere. Teste enim
Aristo. bonum est mactare patrem in treballis: quia sicut
dicitur in euangelio: Qui non odit patrem ⁊ matrē: nō po-
test meus esse discipulus. Vel potest allegari contra filios
impios et iniquos/ qui ꝓprios ꝑlatos et benefactores/ ami-
cos et parentes/ ꝗ̄uis ipsos quandoqꝫ fouissent tanqꝫ ma-
tres/ si vident eos in aliquo defectiuos/ vl' pre paupertate/
vel alias ad volandū ⁊ ad eis amplius benefaciendū debi-
les et infirmos/ solent cōtra eos insurgere/ et ipsos accusa-
re/ ⁊ spiritualiter occidere et grauare. Luce. xxj. Exurgent

25 filij in parentes/⁊ eos morte afficient. ¶ Vultur vt dicitur ibidem/pro eo ꝙ propter pondus corporis nō potest acquirere sibi cibū faciliter: ideo reliquias cibi alijs nō diuidit: sed pro se ⁊ pullis i nido suo reponit: qꝛ ꝑ certo qđ difficili⁹ acquirit/diligētius cōseruat. Vel pōt dici de viris ꝑuidis/ qui omnia nō solent expendere: sed pro tēpore futuro reponere ⁊ seruare. Prouerb. x. Sapiens autē seruat in posterū.

26 ¶ Item vultur optimū odoratum habet ad cadauera sentiēda: et ideo sequit exercitū. Unde secundū augures/quādo plurimi vultures circūuolāt/signū est prelij futuri: quia aliquo occulto sensu presentiūt cadauera/que vultur in sero predatur ⁊ non in mane: ⁊ illa que de cibo suo remanent alijs non largitur: sed in nido recolligit pro se ⁊ pullis educādis/ vbi aliquotiēs putrescūt. Sic auari optimū olfactū/ .i. discretionē optimā habent pro cadaueribus bonorū temporaliū sentiendis: et ideo exercitum .i. lites et cōtentiones sequūtur/et spe cadauerū habendorū .i. temporaliū acquirendorum insimul cōueniunt/atq; volant. Quod quidē est signū futuri prelij. Nā propter lucra huiusmodi/sepe vnus contra alium preliatur. Isti in sero senectutis magis ꝙ in mane iuuentutis predant: quoniā auaritia plus viget in senectute ſm Senecā. Expone cetera sicut infra. ¶ Vultur scđm aliquos sine concubitu nascit: ⁊ habet hanc proprietatem ꝙ os eius inuolutum in pelle leonis vel lupi/ liberat se portātem a lupis et leonibus. Pes eius dexter ſm Pli. sanat dolorem pedis sinistri hominis/et ecōuerso pes sinister/hominis pedem dextrum sanat. Charissimi Christus habet duos pedes: dextrū scilicet .i. misericordiam/et sinistrum .i. iustitiam. Sed homo duos etiam habet/dextrum scilicet .i. gaudium de prosperitate: et sinistrum .i. timorem de salute. Ergo si homo patitur in pede dextro/nimis gaudens et se delectans in prospera fortuna huius mundi/ super istum pedem apponat dei pedem sinistrum/scilicet ei⁹ iustitiam cogitādo: (Ideo dicit ad Ro. x. Noli alte sapere) et tunc cito sanabit. Sed econtra si homo cōsiderans sua peccata patiatur in pede sinistro nimis timēdo: ⁊ quasi de salute desperādo/apponat de pede dextro dei .i. cogitando eius miam/⁊ cito saluabitur. Sic enī loquit psal. Saluum me fecit dextera tua. Dicat ergo Cāti. ij. Leua ei⁹ sub capite meo: ⁊ dextera illius amplexabit me. quasi dicat/leua iustitie diuine et dextera sue misericordie me liberabunt. Vultur etiam qui sine cōcubitu nascitur/ Christum significat/qui de virgine sine virili semine de sctō spū conceptus est. Os ei⁹ igit in pelle leonis siue lupi inuolutū significat diuinitatē/que fuit inuoluta in pelle humanitatis in incarnatione: ⁊ illa certe hominē hanc gestātem per deuotionē/ liberat ab incursib⁹ luporum infernalium ⁊ leonum. Et de hoc scribit Eccli. lj. Liberasti me scđm multitudinē misericordie nominis tui / a rugientibus preparatis ad escam.

27 ¶ Dicit Pli. ꝙ pēna vulturis apposita pedi sinistro mulieris parturientis facit eam parere. Sic vere si imitatio vite Christi/virtutū ei⁹ et perfectionū/ apponat pedi sinistro .i. affectioni anime pregnātis/ ⁊ dolores parturientis: (illius quidem anime de qua loquitur psal. Concepit dolorem/et peperit iniquitatē.) si hec inquā vite Christi ꝑfectio tali affectui inordinato alligetur/facit eam parere: nō peccatum qđ ex carne conceperat: sed virtutē quā eā spiritus sanctus

28 docuerat. Esa. lx. Nunquid ego parturiam? ¶ Secūdum Pli. lingua vulturis sine ferro auulsa facit portātem se gratiosum. Sic vere charissimi lingua/locutio/oratio et intercessio virginis Marie gloriose q̄ more vulturis sine carnali copula peperit ⁊ concepit: quādo sine ferro .i. sine peccati duritia implorat/facit ⁊ in verbis et in operib⁹ gratiosum: et ideo predicator in principio sermonis istam linguam vel

29 gratiam petit: et inde est ꝙ pro gratia impetranda dicitur Aue maria. ⁊c̄. ¶ Cinis vulturis serpētes fugat: et cōmuniter sanguis eius lepram curat. Sic vere cinis .i. memoria mortis ⁊ sanguinis Christi serpentes .i. tentationes que in nobis serpunt: et etiam lepram luxurie ⁊ peccati curat spiritualiter atq; sanat. ad Heb. ix. Omnia fere in sanguine mū-

30 dant/et sine sanguine nō fit remissio peccatorū. ¶ Vultur ſm Pli. est proprijs filijs impia et crudelis: quia si videat pullos suos impinguari/percutit eos rostro/vt fiant ex hoc vulnere macilenti. Sic principes et prelati subditis suis sunt crudeles: quia si vident pauperes subditos/vtpote sacerdotes et agricolas inferiores impinguari diuitijs/ statim inuident: et cum rostro potentie per phas vel nephas/ seu per falsas impositiones/ rapinas et excoriatiōes/ipsos faciunt macilētos. ¶ Vulturi assimilantur multi quātum

31 ad eius malas conditiones. Vultur dicitur quasi tarde volans: qꝛ pre magnitudine carnis precipites volat⁹ non habet. Sic tales quia magnitudine ⁊ pōdere affectionis carnalis detinentur ⁊ premuntur: ideo per contemplationem superius nunq; volant. Sapien. ix. Corpus quod corrumpitur/aggrauat animam.

Incipit liber octauus de aquis et fluminibus: et primo de aqua in generali.

Capitulum primū.

1 Aqua ſm Isidorum dicitur quasi equa. Semp est enim equa nisi per violentiā motus fuerit exequata. Est autē aqua nature specularis: qꝛ rerum sibi obiectarum radios recipit: ⁊ per actionem reflexi luminis earum imagines representat: ⁊ facies intuentium manifestat. Talis est cōsciētia: qꝛ qualēcūq; imaginem impresseris .i. qualecūq; peccatū feceris / ipsum per remorsum reflexiuū (nisi deleat per penitētiam) perpetuo reuidebis. Prouerb. xxvij. Resplendent vultus respicientium in aquis. Et sicut aqua mota ⁊ turbata non quiescit a motu/quousq; eius superficies adequetur: sic nec conscientia quiescit a dolore et remorsu quousq; pacificetur/et per penitentiam quietetur. Esa. lvij. Impij sicut mare feruēs quiescere nō valent. Et sicut in aqua turbata imagines nō apparent: et si apparēt/ videntur imagines monstruose/et deformes: sic in corde ⁊ conscientia turbata desiderijs ⁊ cogitationibus/vel etiam vitijs et criminibus/imagines .i. virtutum pulchritudines non apparēt/quousq; per gratiam fuerit adequata/⁊ a turbatione huiusmodi quietata. vnde Augustin⁹. Inquietum est cor meum bone Iesu/donec quiescat in te. Verūtamen sicut in aqua adequata imagines que propter motum fuerant dissipate/ iterum reueniunt: sic virtutes et opera que fuerant per peccatū mortificata/cum ipsa conscientia adequata fuerit per penitētiam ⁊ pacata: ibi iterum per gratiā reuiuiscunt. Et tu reuerteris ad antiquitatem tuam. Eze. xvj.

2 ¶ Aqua quāto est profundior et purior/tanto apparet obscurior: nisi a solis radio subintretur: sicut Basilius dicit in hexameron. Sic anima quanto est profundior per subtilitatem ingenij/quanto purior per nature nobilitatem/tanto per ignorantiam spiritualiū est obscurior: nisi solis Christi gratia spiritualiter illustretur. Istud maxime patz in sapientibus huius mundi/qui licet sensu vigeāt naturali/nihil tamen de dei iudicijs cognouerunt. Baruch. iij. Exquisierūt scientiam que de terra est. sequitur. Viam autem sapientie nescierūt. Vel dic ꝙ aqua profunda est humilitas/ quā scilicet semp comitatur obscuritas: eo scilicet ꝙ vir humilis bona sua solet occultare/et nō alijs propalare. Seneca de moribus. Esto occultator virtutum/sicut alij vitiorū. Vel dic ꝙ ista est profunditas peccati/ vel etiam prosperitatis: que semper obscuritatem ignorātie gestat. psal. Obscurentur oculi eorum. ⁊c̄.

3 ¶ Aqua ſm Basiliū in hexameron/habet vim vnitiuam ipsius terre: quia nisi per humorositatem aquarum se per interiorē partē terre vndiq; diffundentium/ipse partes terre iungerētur/ ipsa terra pre nimia siccitate in puluerem verteretur. Et cū aqua sit nature specularis: ideo radios rerum sibi obiectarum quas recipit: iterum refundit in maiorem latitudinem et transmittit: et hinc est ꝙ res vise in aqua maiores apparēt/ꝙ in se sint secundū rei veritatē: qđ scꝫ fit ꝑpter grossitiem medij spissioris. Sic ipsa charitas/gratia/vel concordia/seu etiā aqua baptismalis/terrā .i. ecclesiam/ religionem/vl' animā vnit/ conglutinat/⁊ coniūgit. Actu. iiij. Multitudinis credentiū erat cor vnum. Nam nisi per aquā istam status ecclesie vel religionis iungeretur/ in moribus ⁊ in fide statim in diuersos pulueres partialitatis et sectarum dissolueretur / et sic

eius integritas rumperetur. Et est ista aqua/ scȝ charitas nature specularis. Res em̄ quas in se recipit/ scilicet beneficia que ab alijs percipit/ per gratiarum actionem maiora reddit: et semper in ampliorem latitudinem retribuere et refundere et cōmendare contendit. Uel dic ꝙ aqua ista est amor ⁊ affectio carnalis. Ista enim illos quos in se recipit/ per affectuosum amorē maiores representat/ et credit: quia semꝑ res que amatur/ maioris bonitatis videtur esse ꝙ̄ sit in rei veritate. Nam ſm Senecā: Solus amor verū iudicium nescit. Uel dic ꝙ imaginem boni documenti vel exempli quā ab alijs recipimus/ per operis executionē nō solum tantā: immo etiam maiorē refundere debemus. Qđ etiam de beneficijs debet esse/ q̄ debem⁹ vice reciproca re-

4 fundere: et maiora etiā ꝙ̄ receperimus cōpēsare. ¶ Aqua de sui natura est sine sapore ⁊ colore/ vt sic esset indifferens ad omnes sapores ⁊ colores rerū omniū assumēdos. Ideo trāsiens per occultos meatus terre/ a locis per que trāsit/ in colore ⁊ sapore recipit mutationē: et inde est ꝙ nunc dulcis/ nunc amara/ nunc clara/ nunc turbida/ nunc subtilis/ nunc grossa/ dinoscitur apparere. Talis aqua debet esse omnis persona publica: quia vere nō debet esse determinata ad aliquem certum colorem seu saporem. i. ad aliquorū affectionem ⁊ dilectionē specialem/ per personarum acceptionem: immo debet esse indifferēs ad omnes: vt generaliter sit ei cura de oībus. Sap̄. vj. quia non est personarum acceptio apud deum. Ad Ro. ij. Ideo secūdum qualitatē terre per quā transit. i. secūdum bonitatem vel malitiā personarum quibus preest/ debet eius qualitas immutari: q2 cum terra salsa per peccatū debet esse salsus per correctionem/ cum dulcibus per deuotionē debet esse dulcis ꝑ cōpassionem/ et beneficij largitionem: cum calidis per iram ⁊ tribulationem/ debet esse calidus per seueram punitionē cum grossis ⁊ rudibus debet esse grossus ⁊ simplex/ et cum subtilibus subtilis: vt sic secūdum exigentiā omniū indifferenter omnibus se conformet. j. ad Corin. ix. Omnibus oīa fact⁹ sum: vt omnes lucrifacerem. Uel ista possunt de predicatore dici/ qui mores aliorum debet imitari ⁊ induere: vt eos possit ad viam salutis trahere ⁊ inducere. Exemplo apostoli vbi supra: qui fiebat cum gentilibus gentilis: ⁊ cū iudeis iudeus. Uel dic ꝙ talis est anima/ que secūdū ꝙ in diuersis fundis. i. in diuersis cōsiderationib⁹ situatur/ secūdum hoc in suis cōditionibus variatur. Uel expone de so-

5 cietate sicut infra. c. de fonte. §. xij. ¶ Aqua ſm Basiliū in hexameron/ est valde vtile elemētum inter omnia elementa. celum enim temperat/ terram irrigat et fecundat/ aerē suis vaporibus incorporat et cōdensat/ scandit in sublime/ et celum sibi vendicat. Et sunt aque causa oīm terre nascētium: quia fruges gignunt/ arbores et plantas producunt/ sordes detergūt/ peccata abluūt. Et est aqua terre coniunctiua/ penetratiua/ repletiua/ caloris celestis nutritiua/ inferiorum temperatiua. Nisi enim hec inferiora suis exhalationibus temperaret/ celi motus ⁊ ignis ꝯflagratio omnia inflāmaret. Piscibus etiam dat spiraculum/ ⁊ aīalibus nutrimētum. Talis est gratia/ vel lachryma/ vel doctrina: q2 sicut aqua/ scȝ celi crystallini/ celum temperat/ scilȝ firmamētum: quātum ad calorem qui ex vi motus proprij oritur: sic iste spūales aque/ q̄n sūt ī hoīe/ ip̄m raptū celi. i. ip̄m celestis iudicis rigorem temperāt ⁊ refrenant. Ardorem refrigerabit ros. Eccli. xviij. Et etiam aerem. i. ipsam animā suis vaporibus. i. diuersis virtutibus incorporant/ et cōdensant. Et sic terram corporis bonis virtutibus irrigant ⁊ fecūdant. Iste igitur causa sunt omniū terre nascētium/ scilȝ bonorū operū: q2 ī terra plātas ⁊ arbores. i. in corpore diuersos actus bonorum operū procreant ⁊ producunt. Sordes etiam peccatorum abluunt ⁊ abstergunt. Eze. xxxvj. Effundam super vos aquā mūdam/ ⁊ mūdabimini. He terre partes. i. affectiones anime coniungūt per charitatē/ penetrāt per humilitatem/ replent per bonorū operum fecūditatem He sunt caloris celestis. i. amoris charitatiui ī nostris cordibus nutritiue/ inferiorū. i. motuum carnaliū tēperatiue/ ardoris desideriorū malorū refrigeratiue: quia scilȝ nisi per aque gratie/ lachryme ⁊ doctrine exhalationē/ influētiam/ et inspirationē ista inferiora/ carnis scilicet desideria tēperarētur/ totū corpus in cōflagrationem luxurie verteretur.

He igitur piscibus. i. deuotis hominib⁹ dant spiraculum/ aīalibus vero. i. secularib⁹ nutrimentū. Eze. xxxj. Aque nutriuerūt illū/ abyssus exaltauit illū. Eadē per oīa possunt dici de cōfessione/ ⁊ de baptismo. Uel oīa dic de elemosyna ⁊ pietate: quia sicut dr̄ Eccli. iij. sicut aqua extinguit ignem/

6 ita elemosyna peccatū. ¶ Aqua in nihilum deflueret/ nisi termino alieno sisteretur. Sic peccator per desperationem deueniret in nihilum/ nisi eū alienus terminus. i. dei mia retineret: q2 scilȝ dei mia causa est quare impius nō despe-

7 rat. Job. xxxviij. Circūdedi illud terminis meis. ¶ Aqua est colorū ⁊ saporū oīm susceptiua/ ⁊ de vno ad alterū mutatiua. semꝑ deflluit nisi termīo alieno sisteref: male eni est terminabilis ꝓpter defectū soliditatis: ⁊ ideo necesse est ꝙ ab extrinseco teneaf/ et alio solido termino limitetur. Sic homo leuis ⁊ instabilis vno statu nō est cōtentus/ de colore ad colorē/ de prebenda ad prebendā/ de dignitate ad dignitatē/ de statu ad statū quotidie vult esse mutatus ⁊ trāslatus. Eccli. xxvij. Stultus mutabitur vt luna. Mich. vij. Ad mare de mari/ et ad montem de monte. Ideo motus ⁊ affectiones taliū nō quiescūt/ nisi per alienū terminū. i. ꝑ prelatorū suorū resistentiā/ vel per ipsius dei gratiā/ vel repressiuā iustitiā/ ⁊ tribulationū violētiā sistanf/ ⁊ infra suos limites arceanf: ⁊ a suis vanis appetitibus cōpescanf. Dicat ergo talibus deus vel prelatus illud Osee. ij. Sepiam vias tuas spinis/ ⁊ sepiam eas maceria. ⁊ illud Job. xxviij. Hucusqȝ venies/ ⁊ hic confringes tumentes fluctus tuos.

8 ¶ Aqua semꝑ deflueret nisi termīo alieno sisteref. Et est aqua oīm colorū et saporū receptiua/ ⁊ ad oēs suipsi⁹ trāslatiua/ ⁊ motus sui est a centro ad circūferentiā eleuatiua. Sic vere aīa vel aīe volūtas semꝑ fluit per diuersas creaturas/ vnā post aliam diligendo/ vel per diuersa desideria/ vnū post aliud emittendo/ nisi per amorē dei et per ei⁹ solius appetitus/ tanq̄ꝫ ꝑ alienū terminū terminetur. Augu. Inquietū est cor meum bone iesu: donec quiescat in te. Et est aqua ista motus sui/ scilicet affectus ⁊ desiderij/ a cētro ad circūferentiā. i. a rebus creatis ad ip̄am increatā essentiam eductiua/ et rerū oīm colorꝝ et saporum ꝑ amorē et desideriū receptiua: quia scilȝ cor hoīm est in potentia ad amorē oīm creaturarū: q2 sicut aqua est indifferens ad colorem ⁊ saporē: non habens terminū colorū et saporū: sic anima est quasi tabula in qua nihil depingif/ nisi postea color rerum in ea depingatur. Et est etiā aqua qualitatis proprie mutatiua: q2 volūtas quotidie de vna re ad aliā circūfertur. Job xx. Cogitationes varie succedunt sibi. Et prouer. xix. multe ⁊c̄. Et sicut in aqua mota ⁊ turbata imagines nō videntur: sic nec in voluntate ⁊ corde turbato per tristitiā notitie describūtur: quia sicut dicif Eccli. xxj. Non est sensus vbi est

9 amaritudo. ¶ Aqua ſm Isidorꝝ dr̄ quasi equa/ eo ꝙ a motu nunq̄ꝫ quiescat/ donec eius fuerit superficies adequata. Et est aqua elementū frigidū ⁊ humidum/ ⁊ respectu terre subtile ⁊ perspicuū: proprio termino non cōtentū: deflueret em̄ nisi termino alieno sisteretur. Et habet etiā aqua motū suū a centro ad circūferentiā: ⁊ species in se receptas more speculi ostendit/ et hoc in maiorē quātitatem ꝙ̄ sint scđm rei veritatē. Sic iustus nūq̄ꝫ quiescit a motu bonorꝝ operū/ quousqȝ superficies cōsciētie sue in presenti ꝑ grām ⁊ in futuro ꝑ gliam quietef. Deut. xij. Necdū venistis ad requiē quā dn̄s deus noster datur⁹ est vobis. Et est aqua ista elemētum frigidum per castitatē/ humidū per pietatē/ subtile per paupertatem/ perspicuū per subtilitatem ⁊ veritatem/ imaginem bonorum exemplorum receptiuum per honestatem/ et honeste imitationis cōformitatem. ij. ad Corin. iij. In eandem imaginem trāsformamur. Et respectu terre. i. hominū peccatorū habet multiplicem nobilitatē: quia terra erat inanis ⁊ vacua: sed spūs dei ferebatur super aquas Geñ. j. Ista proprio termino non sistitur/ nec volūtate propria regitur/ sed alieno/ scȝ dei vel prelati ordinationib⁹ regulatur. Justus em̄ non se presumit regere: immo nihil de sua bonitate presumēs/ diuine mīe ⁊ ꝓuidentie se ꝯmittit/ sine cuius termino se timet in nihilū redigēdū. Circūdedi illđ terminis meis. Job. xxviij. et in psal. Terminū posuisti eis: quē nō transgredienf. Qr scilȝ iste scđm dei et p̄lati voluntatē/ prouidentiā/ ⁊ ordinationē/ omnes motus suos terminat ⁊ cōcludit: ⁊ infra ambitum regulariū statutorum ⁊

diuinorum mandatorũ se contineri permittit/⁊ motũ suũ.i. naturalem appetitum a centro ad circũferentiam.i.a creaturis in ipsum deum applicat et reducit. secũdum omnia

10 alia expone sicut supra. ¶ Aqua ⁊ terra propter suam elongationẽ ab orbe/non sunt ita mobilia/nec orbi obedientia/ sicut sunt alia elemẽta:et ideo terra q: sũme distat/non mouetur:immo stat imobilis atq; firma. Sic illi q̇ ꝓpter peccata sua sunt ab orbe.i.a deo(qui est orbis oĩa cõtinens/nõ habens principium neq; finem)remoti et elongati/nõ sunt eius influentie participes:nec eiusdẽ voluntati obediẽtes/ vel ad motum sue inspirationis volubiles.Exod.xv.Fiant immobiles quasi lapides. Et ideo illi qui sunt duri vt terra per incõpassionem/frigidi per indeuotionẽ/immobiles per accidie torporem/sicci per auaritie ardorem/nõ mouẽtur per obedientie vigorem: immo sunt fixi ⁊ immobiles ꝑ inobedientie ⁊ obstinationis tenorẽ.psal.Qui formasti terram sup stabilitatem suam/nõ inclinabit in seculum seculi.Uel dic ꝙ seculares/qui magis sunt a deo et a suo seruitio elongati/minus sunt mobiles ad bona q̃ clerici et religiosi / qui orbi deo sunt proximi/et eius seruitio specialiter dedicati.Allega vt supra. Uel dic ecõuerso ꝙ illa elementa.i.ille persone que a celo.i. a deo gradu et statu amplius elongantur/stabiliores in bono reperiunt:sicut in secularibus respectu malorum ecclesiasticorũ quotidie comproba-

11 tur.Allega vt supra. ¶ Aqua nõ habet determinatũ colorem/saporem/vel figurã:sed secũdum saporem/colorem/et figuram loci in quo ponitur/et a quo clauditur/eius qualitas variatur. Sic religiosus nõ debet habere motus/volũtates/et desideria propria et determinata : immo debet secũdum exigẽtiam statutorũ claustri/religionis/⁊ loci a quo clauditur:et secũdum volũtatem prelati sui accipere colorem/cõditionem/et formã:quia scilz ipse debet esse indifferens ad omnia que sibi a superiori dicũtur ⁊ imponunt/ di-

12 cens illud euangelicum.Uerũtamen non mea volũtas sed tua fiat. ¶ Aqua ꝰm Isidorũ dicit quasi equa:eo ꝙ nunq̃ quiescat a motu/donec eius supficies adequetur. Sic nec homo debet quiescere a motu bonorũ operum/donec in paradiso per glorie pulchritudinẽ eiꝰ superficies.i.anime sue capacitas adequetur. Baruch.v. Constituit deus replere

13 valles in equalitatẽ terre/vt ambulet israel diligẽter in honorem dei. ¶ Aque maris que naturaliter sunt amare/tumultuose sunt/et sonore. Sic in mari mũdi huiꝰ/amari scz

14 pctõres multiplicit volũt loq̇/⁊ pre ceteris tumultꝰ ⁊ iurgia concitare.Sẽp em̃ iurgia q̃rit malꝰ.Prouer.xvij. ¶ Aqua que sursum gignit/scz pluuialis/ceteris aquis est melior/⁊ ad terram fecũdandam vtilior/maxime quando cum tonitruo cadit:quia tonitruum suo motu aquã ⁊ vaporem subtiliat ⁊ depurat/et sic terrã magis penetrat ⁊ fecũdat. Aqua ista est gratia/predicatio/vl doctrina:que sursum gignitur in excelsis/descendens a patre luminũ.que pre ceteris aq̄s melior est ad terram anime bonis operibus fecũdandam/ et maxime si cum tonitruo diuini timoris sit recepta:q2 tonitruum diuini timoris aquã gratie et sapiẽtie reddit subtiliorẽ/et ad terrã.i.animã penetrãdã penitꝰ aptiorẽ.Eccli.j.

15 Timor dei/sciẽtie religiositas.religiositas custodiet ⁊ iustificabit cor. ¶ Aqua fluuialis ꝰm Cõstã. q̃ ab altis rupibꝰ descendit/sana est/quãdo fluit contra oriẽtem:et tunc preualet illi que fluit contra occidentem. Sic sapientia dei et scientia catholica/ que ab altis rupibus paradisi per reuelationem extitit deriuata/descendens de sursum a patre luminũ:(Jaco.ij.)sana est/competẽs anime sanitati: ⁊ maxime quãdo fluit contra orientem.i.quando ad ortum gratie et virtutum totaliter ordinat:q2 que de sursum est sapiẽtia/ primũ quidem pudica est.Jaco.iij.Sed illa que in vallibꝰ oritur.i.mundana sapientia/que in valle mundi huius ortũ habuit: vt sunt leges quas fecerunt imperatores/⁊ que ad occidẽtem.i.ad mundi negocia semꝑ deficit ⁊ occidit/ tendit/ordinatur ⁊ terminatur/anime nõ est sana:quia scilz infirmitates superbie et presumptionis et cõtemptus aliorũ producere consueuit. Sciẽtia enim inflat/charitas autem edificat.j.Corin.viij.⁊ Eccls.j.In multa sapientia multa est indignatio. Figura de aqua fontis hierico/que faciebat sterilem terram: que tamẽ alias erat optima.iiij.Regũ.ij. Q2 multi elati per scientiã/ a bonis operibus steriles sunt/

qui alias boni erant. Ideo eis dicit. Sapiẽtia tua ⁊ sciẽtia tua hec te decepit. Esa.xlvij. Hec est sapiẽtia terrena/animalis ⁊ diabolica. Jaco.iij. Et ideo dicit ad Ro.viij. Prudentia carnis mors est:prudentia autẽ spiritus vita ⁊ pax. Et ibidem. Sapiẽtia huius mundi inimica est deo.ideo.j.

16 ad Corin.iij. Sapiẽtia mundi stultitia est apud deũ. ¶ Nota ꝙ ꝰm Isidorũ aqua dicit q̃si equa/pro eo ꝙ eius superficies semꝑ est equa ⁊ plana/nisi ab extrinseco vẽtis vel causis alijs exequetur. Est autem aqua sicut dicit Seneca libro.iij.de naturalibus questionibꝰ/ mũdi primordium/ q̃d prius omnibꝰ fuit/⁊ ex quo sunt omnia. Seneca em̃ dicit ꝙ aqua ⁊ ignis terrenis dñant:ex his ortus: et ex his interitꝰ est. Supponit em̃ ꝙ ex aquis oĩa inceperũt: et per ignẽ oĩa finient. vnde ait. Ignis exitus mũdi est/et humor primordium. Q̃d etiam videtur fides innuere/que de aquis.i.de informi materia que nomine aquarũ intelligit : cuncta facta fuisse predicat. Geñ.j. Spiritꝰ dñi ferebatur suꝑ aquas. Et per ignis cõflagrationem cuncta elemẽtaria ante iudicium immutãda declarat. psal. Ignis ante eũ exardescet. Moraliter aũt per aquã potest intelligi dulcor ⁊ mollities pietatis:per ignem vero feruor et acuties charitatis. Ista enim duo omnibꝰ dominãtur:et ex istis duobus omniũ virtutũ cõgeries generat. Humor enim pietatis est materiale virtutum principiũ/et eorum debitũ nutrimẽtum: ignis vero charitatis est ipsarũ causa/et earum finis et congruũ complemẽtũ. Ideo Eccli.xxxix.dicit ꝙ initium vite hominis ignis et aqua. Uel dic ꝙ in rebus moralibus sunt duo/ scilz vnum quo construũtur/et vnũ quo destruũtur. Primũ est humor deuotionis et gratie/a qua virtutes originantur. Aliud est ignis cupiditatis et auaritie/vel etiam ignis cuiuslibet male concupiscẽtie/a qua virtutes exterminantur. Bene igitur dicit Eccli.xv. Apposui tibi ignem et aquã/ ad q̃d volueris/extende manũ. Uel dic ꝙ humor est carnalitas/a qua peccata ortum accipiunt. Ignis vero est penitentia et asperitas/a qua vitia dissipantur. Sap.xix. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem. ¶ Senec.licet esset

17 infidelis/ agit tamen diffuse de diluuio/quo omnia perierunt/et reducit ip̃m ad causas superiores et inferiores/exteriores et interiores. Cause enim superiores fuerunt stelle in capricorno ꝯueniẽtes. Unde sicut ait/Berosus causam naturalem ⁊ certum tempus assignat tam diluuio q̃ future ignium cõflagrationi. Arsura enim(vt ait)terrena cõtẽdit. Cause inferiores fuerunt maria/quibus terra circũdatur/que(vt ait) suis fluctibus naturaliter contra terram et littora pugnant/ quasi appetant eam submergere. Uñ etiã dicit ꝙ natura nos humore.i.mari circundedit / vt vndiq; nos cum voluisset/aggredi posset. Cause etiam exteriores erant fluuij excrescẽtes/imbres a nubibus defluentes:torrẽtes de mõtibus irruentes: et fontes de terra scaturiẽtes: et infra terrã lacus et fluuij decurrentes: q2(sicut ait)aque que sunt sub terra:et que sunt circa terram/amnes amnibꝰ iungẽt/paludibus stagna. Cause vero interiores sunt ipsa nature instituta/ quibus a principio natura statuit diluuiũ futurum.vnde ait. Sũt omnia facilia nature/vtiq; a primo facere constituit/atq; nõ subito/ sed ex denũciato venit:et a principio quãdo mergerentur terrena/ decretum est:⁊ ne sit q̃nq; velut in nouo ope dura molitio/ olim ad hec maria se exercẽt. ¶ Dicit etiã ꝙ nihil difficile nature est vtiq; vbi

18 in finem sui ꝓperat/⁊ sequit. Omnia adiuuabũt naturã vt sua cõstituta peragant. Et cõcludit. Ergo quãdoq; erit terminus rebus humanis. Et post. Unus humanũ genus cõdet dies. Unum tñ aduertẽdũ est hic ꝙ Seneca videt ponere diluuiũ futurũ secundũ modũ suũ loquẽdi:⁊ tamẽ credo ip̃m intellexisse iam factũ:maxime q2 Solinus et Ouidius ip̃m factũ iam antea posuerũt/qui forte Senecã tẽpore ꝑcesserunt. Et breuiter ipse supponit diluuiũ naturaliter factũ. Unde dicit ꝙ natura nõ minus ordinauit res/q̃ rerũ mutationes. In his(inquit)inundatio fuit:que nõ secus q̃ hyems ⁊ q̃ estas lege mundi venit. Supposito ergo ꝙ iste quattuor cause potuerũt conuenire in diluuio de quo facit mentionem scriptura / dico charissimi ꝙ per diluuium potest intelligi profluuium lachrymarum/ quo procul dubio obruitur ⁊ submergit tota congeries vitiorũ. Sed ꝓcul dubio huiusmodi diluuiũ/inundatio vel purificatio q̃ttuor ha

bet causas/scilꝫ superiores/que sunt influentie stellarum.i. bonorum industria prelatorū. Inferiores/que sunt affluentie marium.i.compunctio cordiū amaroꝝ. Exteriores/que sunt torrentes tribulationū et tormētorum/imbres bonorū documētorū/fontes et flumina bonorum sociorū et vicinorum:necnon lacus.i.horrores ⁊ infectiones ipsorum criminum interiorum. Anteriores autem/ que sūt predestinatio et preordinatio dei et suorum cōsiliorum. Ex his em̄ quattuor oritur diluuium lachrymose compūctionis/⁊ mundificatio ⁊ lotio seriose cōfessionis/⁊ per consequens renouatio ⁊ mutatio moralis ⁊ virtuose cōuersationis. Omnia em̄ adiuuant naturam/scilꝫ naturātem deum/ vt sua cōstituta peragātur: quia scilicet ex quo hominē saluare decreuerit/ multis adminiculis vtitur:et per multas vias/vitiorū suorum diluuium procurat ⁊ querit:quia sicut dicitur ad Ro. viij. Diligentibus deum omnia cooperātur in bonum. Uel potest dici ꝙ diluuium significat diem iudicij / vbi scꝫ erit terminus rebus humanis/et qui humanū genus a mundi visibus condet. Tunc enim omnia et superiora ⁊ inferiora naturam naturātem deum iuuabunt/et suum decretum ⁊ primordiale statutum pro viribus adimplebunt:quia sicut dicit Sap̄.v. Pugnabit pro eo orbis terrarum cōtra insensatos. Uel dic ꝙ diluuium significat huius vite tribulationes:quibus hoīes.i.iusti diuersimode fatigantur. Ad hoc enim faciunt sydera superiora.i.mali prelati/maria inferiora.i.circūstātes nos mali officiales ⁊ balliui/fontes/lacus/ torrentes/et flumina exteriora.i.mali vicini/ et falsi amici/ statuta nature anteriora.i.ordinationes statuti diuini/quo scilꝫ a principio cautū est ꝙ homo nascatur ad laborē/auis vero ad volādum. Job.v.quia sicut dicit Isidorus:impos-

19 sibile est ꝙ homo sit et tribulationes nō patiatur. ¶ Seneca vbi supra dicit ꝙ cōsumpto humano genere per diluuiū dabitur terris homo innocens/ inscius scelerum/⁊ melioribus auspicijs natus. Istud potest exponi de Christo:q̄ procul dubio datus est terris purus ⁊ innocens/⁊ scelerū ignarus/ toto mundo iam diluuio vitiorū precōsumpto/qui tamen melioribus auspicijs q̄ꝫ alij fuit natus: quia scilꝫ nō ꝑ corruptionem carnis/sicut alij : sed per incarnationē diuinitatis. Ideo de ipso dicit Esa.ix. Puer natus est nobis: ⁊ filius datus est nobis. Et Baruch.iij.dicit ꝙ postea in ter-

20 ris visus est.⁊c̄. ¶ Dicit Seneca ꝙ post diluuiū/dato ꝙ detur terris homo inscius scelerū / tamē innocētia non durabit nisi dum noui sunt. Cito inquit nequitia surrepit/virtꝰ difficilis inuentu est/rectorem ducemqꝫ desiderat/etiā sine magistro vitia adiscuntur. Ista possunt allegari de nouiter promotis ⁊ introductis/ qui innocentes/benigni ⁊ simplices inueniūtur/qui cum tractu tēporis mali efficiuntur: qꝛ vitia naturaliter etiam sine magistro discūtur. Uel potest dici de hominibꝰ in quibus non durat innocētia/nisi dum noui et iuuenes sunt/statim enim surrepit nequitia/⁊ dum homo corporaliter crescit/ succedētibus vitijs innocentia

21 retrocedit. ¶ Dicit Seneca ibidē ꝙ mūdus diu antea durans/subito per diluuiū periet. Dicit enim ꝙ ad originē rerum natura parce vtitur viribus: et subito ad ruinam toto impetu venit. Et exēplificat de homine: qui diu nutritꝰ cito moritur.et addit ꝙ vrbes constituit etas: hora dissoluit/ momento fit cinis/diu silua. Sic vere moraliter loquendo sepe fit ꝙ mūdi prosperitas/que multis fuit interuallis cōfecta/subito per infortuniū destruit: et homo qui diu in gloria steterat/fortune impetu modico dissipatur: Qđ etiam ī virtutibus quādoqꝫ fit/qꝛ ille qui diu in statu salutis stetit/ subito deo permittente per tentationē perit. Uel ad litterā expone de ruina mortis hominū/vrbium/⁊ terrarum: quia sicut dicit idem/magna tutela stant aut vigent oīa/cito ac

22 repente dissiliūt. ¶ Item idem dicit ꝙ sicut in corpore humano non tm̄ est vnus humor/ scilꝫ sanguineus:sed multi: sic in terra non est tantummodo humor aqueus:immo sulphureus/ alumineus/aureus/ ⁊ argēteus.⁊c̄. Quod ad ecclesiam vel religionē applicari potest/in qua nō tm̄ est vna species humorū.i.vna cōditio ꝑsonarū:ſꝫ plures: qꝛ scꝫ aliq̄ sunt ibi puri/mūdi ⁊ aquei:alij ꝟo mali/immūdi et sulphurei.aliqui clari/aurei et argentei: alij vero duri/ crudeles/ erei atqꝫ ferrei.quia breuiter sicut dicit Aplꝯs.ij.Timo.ij. In magna domo non tātum sunt vasa aurea et argentea:

23 sed etiam lignea ⁊ fictilia. ¶ Item idē ibidē/scilicet de naturalibus questionibus libro tertio/ait ꝙ aliqua sunt flumina seu stagna in quibus res difficiliter mergunt. Unde ait ꝙ quidam sunt lacus qui nādi īperitos ferūt: vt notū est in sicilia. Et adhuc est in syria quoddam stagnum/in quo natant lateres/ ⁊ mergi proiecta nō possunt/ licet grauia sint. Ad quod videtur facere quod infra dictuꝫ est de arethusa lacu/qui oīa solet onera sustinere : et qđ de lacu asphaltite iudee dicunt tam Josephus q̄ꝫ Solinus/ꝙ nihil viuum in eo potest mergi. Cuius etiam simile dicit Isidorus lib.xiij. de stagno porcidami/in quo(vt ait)omnia fluitant/et nihil mergitur. Rationem autem huiusmodi assignat idē Seneca ibidem. Dicit enim ꝙ grauiora descendūt/leuiora gestātur:paria vero equaliter stāt. Unde ait ꝙ si res imposita sit grauior ⁊ ponderosior ipsa aqua/statim descendit. Si vero sit leuior/ supernatabit:et tanto altius quāto leuior. Si vero paris sit ponderis/ipsi aque erit equalis. Supponit igitur ex p̄missis ꝙ talis aqua est grauissima/ vbi grauia non descendunt ad infima:quia(vt ait) illud a quo nō vincitur aqua in pondere / non permittit aqua grauissima descendere. Et inde est etiam ꝙ in quibusdā stagnis etiā lapides supernatāt: sicut etiam Isidorus ait.lib.xiij.de fonte marsya/qui etiam saxa portat. Et similis ratio potest reddi/sicut videtur mihi quare argētum viuum sustinet omnia pondera preter aurum:quia scilꝫ excepto auro/argentum viuū est grauius ⁊ ponderosius vniuersis. Igitur cōcludit ꝙ de duobus grauibus minus graue eminet magis graui/⁊ magis graue sustinet minus graue. Tales lacus videntur esse mundani status: vel etiā mundani iudices ⁊ magistri. Hodie enim mali licet sint graues pctōres ⁊ maligni:⁊ descēdere ad gradum subiectionis digni:et submergi etiam aliquotiens ⁊ puniri: ipsi tamen hodie non submergūtur:nec secūdum grauium peccatorū suorum exigentiam inferius deprimūtur:immo qđ peius est/superius in dignitatibꝰ extollūtur:et ibidem vltra sua demerita detinētur. Et que est ratio? procul dubio:quia isti ab aqua grauissima sunt gestati.i.a malis prelatis et principibus se peioribus ⁊ grauioribus tolerati:et in statibus et officijs sublimati. Mali enim supiores malos inferiores sustinēt/ipsosqꝫ cadere nō ꝑmittunt:sed in suis malitijs potius ipsos fouent. Qđ pro certo ideo faciunt:quia ipsi grauiores ⁊ deteriores sunt: et inquātum eos indebite sustinēt/deteriores etiam illis fiunt:sicut de bachide.j.Macha.ix.đr ꝙ elegit viros impios:⁊ constituit eos dños regionis. Uel dic ꝙ homo debet sustinere et tolerare alios/q̄ꝫuis sint intolerabiles atqꝫ graues:et maxime quando bene considerat ꝙ etiam ip̄e grauior forte ⁊ intolerabilior potest esse. Nam si defectus grauissimos nr̄os/ qui necesse habent ab alijs aliquotiēs supportari/bene attendamus / alios minus graues cognoscemus et videbimus:et sic eos tolerabimus/⁊ in patientia sufferemus. Eccli.xxxj. Disce ex teipso que sunt proximi tui. Bene ergo dicitur ad Gala.vj. Considerans temetipsum: ne et tu tenteris.alter alterꝰ onera portate. Uel dic ꝙ aqua grauissima est vir iustus/qui procul dubio per timorem diuinū est ponderosus: et per humilitatē semꝑ inferius descēsiuus. Iste igitur qui pōdere ꝓprie virtutis norunt inferius subiacere/ facile est grauia tribulationū et impositionū onera ⁊ quicquid a deo vl' a prelato sibi imponit/in patientia tolerare. psal. Propter te sustinui opprobriū/operuit cōfusio faciem meam. Uel dic ꝙ talis aqua est peccator: qui pōdere vitiorum grauatur.psal. Iniquitates mee sup̄gresse sunt caput meū:⁊ sicut onus graue grauate sunt super me. Iste igitur quicquid graue sibi a deo vel prelato imponit/tenetur sustinere/cum omnis pena imposita/grauitati vitiorū qua premitur/digne nō valeat respōdere. Peccata em̄ nostra semper sunt penis impositis grauiora:⁊ ideo cūcta q̄ nobis imponunt/portāda sunt/tanq̄ꝫ plus debito leuiora. vnde Prouer.xxvij. Graue saxū ⁊ onerosa arena:sed ira stulti.i.pctīn vtroqꝫ grauior. ¶ Ad hec predicta addit Seneca ibidēq̄ hec que supra dixit/ītelligit de solidis atqꝫ duris/nō de leuibus ⁊ pumicosis. Dicit em̄ ꝙ in india sunt insule de materia pumicosa/que vndiqꝫ supernatant. Spuma em̄ aque calore solis in pumicem mutatur: ⁊ per additionem continuam cōtinue augmentatur/et in insulam aggregat. Pli.

etiam lib.ij.c.xcvij. multas tales insulas nominat/scilicet
in agro cecubo ꝛ reatino/ mutinensi/statoniensi/ et in vadi
monis lacu/et ad cutylias aquas opaca silua. Sicut etiã
ponit idem de insulis calaminis in lydia/ꝛ de saltuaribus
insulis in nympheo mari: que nõ solum vẽto:imo etiam in
symphonie cantu pedibus modulantium mouẽtur. Pom=
ponius etiam vnam talem insulam asserit in egypto/ vbi
natabat templum apollinis:sicut patet infra lib. xiiij. c.de
egypto:qđ est.xiij. Cancellarius etiã parisiensis solebat di
cere ꝙ in mari circa brabantiã semel apparuit quedã insu=
la cum populo et cũ villis/que ibi ab alienis partibus fue
rat vento vecta/ibiq; aliquo stetit tẽpore:sed vento flãte cõ
trario disparuit et recessit. Scđm Senecã igit̃ libro.iij.de
naturalibus questionibus:talis esse cutilla insula fert̃/ que
per aquã natans modico vento huc atq; illuc impellit̃: ita
ꝙ nunq; per diem ꝛ noctẽ in eodẽ loco sistit̃:sed de loco ad
locum continue agitat̃. Cuius inquit duplex causa esse po
test:scȝ leuitas materie de qua cõstat:ꝛ grauitas aque que
eam vectat. Dicit etiã ꝙ ista insula cutilla herbas et arbo
res nutrit:qꝛ scȝ possibile est ꝙ pinguis humoꝛ aque trũcos
et frondes arborũ/pulueres etiã ꝛ arenas illuc iniectas cõ
glutinet: et ĩ herbas ꝛ in arbores mutet. Per tales insulas
moraliter loquẽdo possunt intelligi sancti ecclesie pmiti=
ue/scȝ apostoli ꝛ alij:qui pcul dubio terre ꝛ terrenis nulla=
tenus adheserũt: immo leues et pumicei per pauptatẽ vo
lũtariam extiterũt:quapropter nunq; se in aqua graui mun
dane pſperitatis ꝛ carnalitatis per malas cõplacẽtias im
merserunt:sed eas calcando ꝛ contemnẽdo desup natauc=
runt:et ad flatum et inspirationẽ spiritussancti predicando
p mũdũ vndiq; cucurrerũt/ꝛ sicut peregrini ꝛ egeni in mũ=
do vagati sunt:ꝛ vt Christi imitatores/ nihil in rebus sibi
ciuiliter vẽdicauerũt vel appropriauerũt.ad Heb.xj. Pere
grini et hospites sunt sup terram. Isti tamẽ licet fuerint va
gi ꝛ paupes/herbas tñ ꝛ arbores.i.alios fideles pĩguedine
charitatis insimul cõpegerũt:et suis verbis et exemplis in
fide et moribus spũaliter nutriuerũt/ꝛ eos ne in infernũ ca
derent/suis orationibꝰ portauerũt.Osee.xj. Ego nutritius
effraim portabã eos. Ista potissime apparuerũt in Christo
qui vagus per mũdum in pauptate vixit/ et nidum aut fo=
ueam vbi se reclinaret nõ habuit/sed cõtẽpsit: immo sicut
colonus ꝛ peregrinus in alieno solo p aq̃s mortalis vite va
gatꝰ est. Et ideo admirãdo dicebat Hieremias.xiiij. Qua
re sicut colonꝰ futurꝰ es in terra:ꝛ quasi viatoꝛ declinãs ad
manẽdum:quare futurus es velut vagus? Uel dic ꝙ insu
le firme et terre adherẽtes/sunt religiones reddituales/et
in bonis tẽporalibus fundate. Insule autẽ natãtes sunt re=
ligiones mẽdicantes/que terrenũ fundamẽtum nõ habẽt:
sed in solo deo sperare:et aque.i.mũdi rebus fluxibilibꝰ su=
pernatare/ꝛ flatu spũsancti ad patriã nauigare/et herbas
ꝛ arbores virtutũ nutrire ꝛ portare debẽt:vt sic quelibet ta
lis sit vna nauis spũalis: que multos hoies continens/soli
flatui spũsancti exposita/de tẽporalibus nihil curet. Pro=
uerb.xxxj. Facta est quasi nauis institoris/de longe portãs
panem suũ. Uel expone in malo significato:et dic ꝙ tales
insule sunt supbi/qui recte de materia inani et pumicea vi
dentur constare: qꝛ scilȝ nunq; solẽt ad fundum p humilita
tem descendere/nec in aquis fluxibilis fragilitatis p consi
derationem se immergere:sed sursum per elationẽ mentis
natare/ꝛ vẽto vanitatis mũdane se exponere: et p seculum
vndiq; diuagari. Esaie.lvij. Abijt vagus in via cordis sui.
Uel dic ꝙ talis insula generaliter est peccatoꝛ : qui terre.i.
deo/qui est immobilis et fertilis sicut terra:nõ adheret per
charitatẽ:sed in aquis mundane pſperitatis vagat̃ p men
tis instabilitatẽ:et semp vult supnatare ꝛ preminere p sup=
bie vanitatẽ:et flatu venti.i.tentatione/tribulatiõe/vel in=
spiratione diabolica/vel etiã vanitate mundana taliter va
cillare per incõstãtie leuitatem/ꝙ nunq; in eodẽ statu per=
manet per alicuius perseuerãtie firmitatẽ: nihilominꝰ her=
bas et arbores.i.terrenas possessiones portat et habet per
auaritiã et cupiditatem. Quia breuiter istud est verũ ꝙ il=
le qui deo non adheret per amorẽ/nunq; stabilis potest es=
se:immo necesse est ipsum per multa desideria fluctuare/ꝛ
cõtinue mentaliter laborare.figuratus in Cain : qui inter=
pretatur possessio/qui caput habuit tremulũ/et fuit vagus
et profugus sup terram:sicut dicit̃ Gen.iij. Quia scȝ tales
peccatores possessiones seculi diligẽtes/ab ipso deo p pec
cata disiunguntur:et sic instabiles ꝛ tremuli efficiuntur/et
vagi ꝛ profugi quoad mentẽ in seculo cõuersantur.ꝛ sic ve=
rificatur verbũ Augustini qui dicit: Inquietũ est coꝛ meũ
bone Iesu donec quiescat in te. Bene ergo Dauid dicit in
psal. Mihi autem adherere deo bonũ est/et ponere in do=
mino deo spem meã. Uel dic ꝙ ista insula est coꝛ/qđ est in
corpore/sicut insula in mari:ꝛ qđ more insule fluctibus co=
gitationũ continue lacessitur. Istud ergo nisi cum terra.i.
cum deo radicetur/fit instabile et mobile:ꝛ per res mũda=
nas desiderijs vagum et natabile. vnde illud predictum.
Abijt vagus in via cordis sui. Esa.lvij. vnde August.in li=
bro confessionum. Ue anime que putauit si recessisset a te/
se aliqd melius habiturã:gira et regira/versa et reuersa in
tergum ꝛ in latera ꝛ in vẽtrem/et ecce omnia dura:ꝛ tu so=
lus requies. ¶ Item Ouidius dicit lib.vj.metamoꝛ.ꝙ de= 25
los insula que nũc ortygia dicit̃/ ante diluuium vagabilis
fuit: et ab aqua sustentata/vndiq; portabilis sicut nauis/
in diluuio vero facta est stabilis atq; fixa. Cuius ratio po=
test esse:quia in diluuio limus/arena ꝛ terra/lapides et ru=
pes illi insule adiuncta fuerunt/ ipsamq; ita ponderosam
effecerunt/ꝙ eã terre fundamẽto/a qua disiuncta erat infe
rius/reiunxerunt:et sic eam stabilem effecerũt. Aduerte ta
men ꝙ vbi Ouidius ꝛ alij poete loquũtur de diluuio/ intel=
ligunt de diluuio qđ factum est in thessalia/ vbi deucalion
regnabat. Tria eñ fuerunt diluuia/sicut dicit Isidorus li=
bro.xiij. Talis insula significat malos / qui in mari huius
mundi incerti ꝛ instabiles vagãtur: et nulla firmitate boni
propositi radicati/ fluctibus tentationũ et tribulationũ per
diuersas affectiones iactãtur. Sed q̇d? Procul dubio sepe
fit ꝙ cum diluuium compũctionis/lachrymationis vel de=
uotionis circa eos abundauerit: vel etiam cum deus dilu=
uio fortis tribulationis ipos submerserit et oppresserit: tũc
vere stabilitas constantie/et boni propositi firmitas eis ve
nit. adiũgitur enim eis terra/limus ꝛ arena ꝛ lapides:quã=
do scilicet in statu tribulationũ compellũtur cogitare de li
mo.i.de sua limosa ꝛ vili cõditione et procreatione/de are=
na.i.de future mortis sepultura ꝛ absconsione/et in terram
resolutione/de lapidibus.i.de futuri iudicij duritia et per=
cussione. Ex talium igitur consideratione et adiectione ta=
lis insula/ scilicet vanus et instabilis peccatoꝛ/ terre fun=
damento.i.deo coniungitur/et stabilis/constans/ ꝛ firmus
in fide et moribus efficitur:et flatu tentationum vel cogita
tionum ad malum amplius non mouetur. Iob.xj. Leuare
poteris ad deum faciem tuam/et eris stabilis/ꝛ non time=
bis. Uel potest dici econuerso de bonis religiosis et cleri=
cis/qui per mũdum debent esse pro Christo vagabundi/ꝛ
nullo terrenorũ affectu inferius alligati: sed vbi flatus spi=
ritussancti illos duxerit/illuc per obedientiã concitati. Ue
rũtamen quãdo diluuium mũdane prosperitatis eis adiun
gitur/ꝛ circa eos terra ꝛ arena et lapides.i.bonorum terre=
norum copia aggregat̃: tunc per pigritiam immobiles effi
ciuntur:et a motu bonorum operum quietantur. Exod.xv.
Fiãt immobiles quasi lapides. ¶ Gutta est minima pars
aque/que ẜm Isidorũ q̃uis sit minima quãtitate/mollissi= 26
ma et frigidissima/tamen maxima est virtute: quia ex fre=
quenti casu lapidem durum excauat ꝛ corrodit. Et est gut=
ta in substantia humida/clara/et rotunda/ꝛ ex casu suo ter
ram irrigat et humectat/radices nutrit/viroꝛem in herbis
inducit/pisces in mari reficit/et in ostreis margaritam gi=
gnit/maxime stilla roris/ẜm Isidorum. Gutta que vi calo
ris ex nube resoluitur/significat scientiam vel doctrinã sci=
licet predicationis/que vi caloris ingenij/a corpore nubis
.i.a corpore sacre doctrine est per studium resoluta. Et li=
cet gutta predicationis vel benigne monitionis sit modi=
ca : tamen ex frequenti casu lapidem.i.coꝛ lapideum irri=
gat et emollit:iuxta illđ quo dicitur. Gutta cauat lapidem
non vi/sed sepe cadendo. Ista igitur terram.i.terrenos ir=
rigat per gratiam:et radices.i.incipientes:arbores.i.profi
cientes: pisces.i.deuotos ꝛ perfectos irrigat et recreat per
gratiam et humectat : et in conchylijs.i.in duris peccato=
ribus gignit lapidis preciosi.i. boni propositi voluntatem.
Uel dic ꝙ gutta est tentatio vel etiam peccatum venia=

le/que scꝫ paulatim rodit/ ledit/ ⁊ excauat cor lapideū atqꝫ firmū. Job. xiiij. Lapides excauāt aque/et alluuione terra consumitur.

Capitulum. ij. de fontibus.

1 Fons ſm Iſidorū dicit a fouēdo/vel a fundēdo aq̄s. ſcaturiēdo em̄ aq̄s cōtinue recipit/q̄s fluēdo ꝯtinue refūdit. Fōs ſicut ſēſu ꝓbat/calidior eſt ī hyeme q̄ꝫ ī eſtate: qꝛ ī hyemis tpe aerea frigiditas calorē intus repcutit ⁊ recludit: et ideo ibi cōgregatus calor fortius cōualeſcit: ſed in eſtate ꝓpter cauſam cōtrariam calor interior diſpergit: ⁊ per actionem caloris exterioris ſubtrahit: et ſic in fonte frigiditas ꝓpter caloris abſentiā remanet et cauſat. Sic vere in hyeme tribulationū/vel etiā ſenectutis/debet calor charitatis in fontibus. i. in hominibꝰ plus vigere/q̄ꝫ in eſtate ꝓſperitatis/vel etiam iuuētutis: qꝛ propter frigus nature in ſenectute/vel ꝓpter frigus aduerſitatū in tribulatiōe/ calor interior charitatis recludit: inquātum ſcilꝫ homo ad ſeipm̄ redire: ⁊ ad deum recurrere compellit: et ſic cumulata charitas plꝰ augetur: quia ſcilꝫ affectio exire ad res exteriores ꝓpter tribulamina prohibet. Sed in eſtate ꝓſperitatis/quādo aer circūiacens. i. ſtatus exterior caleſit/ſcilꝫ feruore fauorū ⁊ amicitiarum et etiā deliciarū: tunc calor interior charitatis p diuerſa deſideria euaporat: ⁊ a rebus exterioribus attrahitur paulatim ad mūdum: ⁊ ſic fit homo tepidior ⁊ frigidior quo ad deum: qꝛ ſcilꝫ calor ⁊ affectio ſue mētis exterius occupatur: ⁊ ſic plus ꝓficere aduerſitas q̄ꝫ ꝓſperitas cōprobatur. iij. Regū. j. Cūqꝫ operiret veſtibꝰ/nō calefiebat. Qꝛ ſcilꝫ quāto quis diuitiarū veſtibus amplius exterius operitur: tāto minus per deuotionē et charitatē feruidus interiꝰ reperitur. Uel dic q̄ fons ſignificat virum iuſtū/qui ſcilꝫ in eſtate proſperitatis debet eſſe frigidus per diuinū timorē: in hyeme vero aduerſitatis debet eſſe feruidus per diuinum amorē: et ſic poterit dicere illud ad Philip. iiij. Scio

2 abūdare: ⁊ ſcio penuriā pati. ¶ Fons terras ſibi vicinas ſolet facere herbis ⁊ floribꝰ pre ceteris abundare. Sic homo terreus et ſimplex/quādo fonti viuo. i. viro probo eſt ſocius ⁊ vicinus/per eius influentiā magis efficit virtutibꝰ ⁊ operibus fructuoſus. pſal. Et erit tanq̄ꝫ lignum qd̄ plātatū eſt ſecus decurſus aquarū / qd̄ fructum ſuum dabit in tēpore ſuo. Et ſicut aqua fontis ſcd̄m terram adiacētem ⁊ eiꝰ naturam variat: ſic homo ſcd̄m cōditiones illorum quos frequētat: aliquādo melior/aliquādo deterior reperit. pſal. Cū

3 ſancto ſanctus eris/ ⁊ cum viro ⁊c̄. ¶ Fons ⁊ aqua ſemper ſentit naturā fundi ſui: qꝛ ſi purus ⁊ petroſus fuerit/aqua ſapida et dulcis erit. Si vero fundus ſit fetidus et limoſus/ aque ſapor erit terreus ⁊ īpurus. Sic vere dico q̄ opus ſentit naturā intentionis ſup quā iacet et fundat: quia ſcilꝫ ſi fundus intentionis purus fuerit/opera erunt pura ⁊ bona: et econuerſo: ſi fuerit corruptus/opera erūt mala. Et ſic exponit illd̄ Matth. vj. Si oculus tuꝰ fuerit ſimplex/totū corpus tuū erit lucidū. ⁊c̄. Uel dic q̄ fōs eſt filiꝰ/q̄. ſ. fundū ſuū. i. parētes ſuos facilit imitat: ⁊ ad eoꝝ ꝯditiōes facilit īclinat. Nūeri. xxxij. Uos ſurrexiſtis ꝓ patribꝰ vr̄is. Uel ſi vis dic iſta de ſocietate quā frequentat ⁊ p quā tranſit hō: cuiꝰ

4 ſcilꝫ cōditionibus ⁊ moribus faciliter ſe cōformat. ¶ Fōs eſt caput ⁊ origo aque viue/que manat cōtinue ⁊ effluit de occultis ⁊ abditis terre venis: et ideo dicitur fons/quaſi fouens aquas ſm Iſidorū/ſiue fundens. Occultū enim habet de terra egreſſum : ⁊ de meatibus petrarum profundis conſequit ortū ſuū. Et eſt fons aque ſue multiplicatiuus/⁊ ſui cōicatiuus: qꝛ nulli ſe occultat: ſed indifferēter ſe oībus exponit. ſuiqꝫ renouatiuus : quia ſcilꝫ aque fontis continue renouant/⁊ auibus in ſe balneantibꝰ beneficij renouatiōis adminiſtratiuus: vt patet in accipitribus ⁊ aquilis/qui in fontibus renouant/ſicut patet ſuperius locis ſuis. Eſt etiā fons ſordium mūdatiuus. Et licet fōs originaliter ſit paruus: eſt tamē quandoqꝫ multorū et magnorū fluuiorū cauſatiuus. Et ſecūdum ſitum ſue originis eſt fons aquarum ſuarum ad equalem altitudinē emiſſiuus: qꝛ fons in mōtis altitudine ſcaturiens/per conductus poteſt ad eādem altitudinem peruenire. Eſt inſup aqua fontis lacuū per quos tranſit/a corruptiōe ſeruatiua/ ⁊ piſcium ibidem degentiū melioratiua: arenularū vero et puluerū ſibi obiectorum reiectiua. Talis eſt Chriſtus per omnia: qui (ſcꝫ Eccli. j.) dicitur fons ſapientie/ verbum dei. Quia ſcilꝫ iſte de occultis terre venis effluit: quia videlicet continue a patre emanat per eternam generationē. Etiam de occultis terre venis. i. de viſceribꝰ virginis emanauit per carnis aſſumptionem/et de profundis petrarū. i. de ipſius dei patris vel virginis intimis conſequit ortum ſuum: quātum ad ſuam duplicem conditionē: quia (Mich. v.) egreſſus eius a diebus eternitatis. Igitur aqua huius fontis eſt gr̄arum et bonorum omniū plenitudo: quia in me oīs gratia vite et veritatis: vt dicit de ſapientia Eccli. xxiiij. Iſte ergo fons aque ſue eſt multiplicatiuus/et cōmunicatiuus: qꝛ Chriſtus bona ſua malis ⁊ bonis diuidit ⁊ diffundit. Ego ſapiētia effudi flumina. Eccli. xxiiij. et Prouerb. v. Deriuent fontes tui foras. Qꝛ Chriſtus per ſuam occultā ꝓuidētiā/aquā beneficiorum ſuorū tam infidelibus q̄ꝫ fidelibus elargit: quia ſicut dicit Matthei. v. Solem ſuum oriri facit ſup bonos et malos. et Johelis. iij. dicit. Erit fons patēs domui Jacob. in quo ſcilꝫ quilibet habet ius ſeruitutis/ſcilꝫ bonus ⁊ malus: quia ſcilꝫ cū filius dei liber eſſet ex oībus: ſe ſeruū oīm fecit. Item fons eſt ſui innouatiuus: quia Chriſtꝰ multipliciter ſe renouauit: et hoc qꝛ de eterno factus temporalis et mortalis per incarnationē: et iterum de tēporali et mortali factus eſt impaſſibilis et immortalis et eternus per mortē et reſurrectionē. Job. xxix. Gloria mea ſemp renouabitur. pſal. Renouabit vt aquile iuuentus tua. Renouatiōis etiā beneficij alijs eſt adminiſtratiuus/ſcilꝫ in die vltime reſurrectionis/vbi finaliter boni renouātur : maxime quia eius reſurrectio eſt exemplū et quodammodo cauſa noſtre renouationis et reſurrectionis future. Quia ſi Chriſtus reſurrexit/ita ⁊ nos reſurgemꝰ. j. ad Corint. xv. Aqua igit iſtius fontis. i. gratia vel doctrina/vel etiam miſericordia ſordes peccatorū mundat/ſitim auaritie temperat/ardorem luxurie refrigerat/ arenas diuitiarū reijcit/terram adiacentē. i. eccleſiā vel animā folijs honeſtatis/floribus puritatis/fructibus probitatis fecundat. Fons de domo dei de paradiſo egrediet/⁊ irrigabit torrētē ſpinarū. Johel. iij. ideo Gene. ij. Fons aſcendebat de terra/irrigās vniuerſam ſuperficiem terre. Et licet iſte fons originaliter fuerit paruus p humilitatē: tamen multorum magnorū fluuiorū. i. multarū magnarū virtutū et gratiarum eſt cauſatiuꝰ/ vel magnorū fluminū. i. potētum principum et magnorū eſt in fide eccleſie productiuus. Heſter. xx. Paruus fons creuit in fluuium magnū . Preterea fons ad equalem altitudinē ortus ſui ſe eleuat: qꝛ cū Chriſtꝰ ab eterno ⁊ de celo natus ⁊ ortus fuerit/ſcꝫ in altitudine paradiſi: ⁊ p canalē ⁊ conductū corporis ſui in vtero benedicte virginis fabricatū/ ad mundum fuerit deſtinatꝰ/iterato p cōductū iſtū in die aſcēſionis rediſt ad eādem altitudinē ortus ſui. Joan. xvj. Exiui a prē ⁊ veni in mundū. Iterū relinquo mundū/⁊ vado ad patrē. Fons etiā lacū meliorat: qꝛ ſcꝫ lacus huiꝰ mundi p influentiā huiꝰ fontis a peccatoꝝ putredine cōſeruat/et piſces ibi degētes. i. hoīes donis ⁊ ꝟtutibus īpinguant. Figura Eze. xlvij. vbi aque q̄ exibāt de ſanctuario/ītrabāt mare/⁊ ſanabant. ⁊c̄. Uel poſſumꝰ dicere q̄ fōs eſt beata virgo/q̄. p certo aquas mīe et gr̄e p multos riuulos beneficioꝝ diffūdit: et ſitiētes. i. deuotos recreat/ ⁊ ardorē tentationū ⁊ tribulationū tollit. Eccli. xviij. Ardorē refrigerabit ros. Peccatores p gr̄am renouat: et ꝟtutū et operū floribus et fructibus oīa vegetat et fecūdat: et lacū. i. peccatorē p quē trāſit ipm̄ miſericorditer viſitādo/purificat: et eū a corruptiōe mortis eterne preſeruat. vn̄ illud zacha. xiij. Erit fons patens domui Jacob in ablutionē peccatoris ⁊c̄. Et bene dicit patens: quia ꝓ certo iſte fons neſcit alicui ſe negare. Uel dic q̄ talis eſt iuſtus/qui ſe renouat per penitentiā: ⁊ etiā alios p doctrinā ⁊ ſapientiā. ij. Corin. iiij. Renouat de die in diē. Item iſte ſe cōicat p clementiā/alios irrigat p bn̄ficentiā: ⁊ paupes reficit ⁊ recreat: ⁊ ardorem ſuarū tribulationū refrigerat p elemoſynarū redūdantiā/ arenas diuitiarū reijcit ⁊ contēnit p pauptatem voluntariā. Eſa. liiij. Excutere de puluere/ꝯſurge ſede hieruſalē. Uel dic q̄ fōs eſt lachrymarū fluxus/vel penitētia/vel etiā gr̄arum origo. Iſta ſunt que mentem renouant/que feces ⁊ peccata mūdant/ardorem tentationū tēperāt: et que hoīem in cunctis bonis fecūdāt. ad Heb. v. Factꝰ eſt oībꝰ obtēperātibꝰ ſibi cauſa ſalutis.

5 ¶ Fons est in epiro ſm Jſido. in quo faces accenſe extin-
guũtur: ⁊ extincte accẽduntur. Scd̃m Aug. ſimilis fons di
citur eſſe iuxta ciuitatẽ grationopolitanam in delphinatu
vienne. Similẽ etiã fontẽ dicit eſſe Pli. in dodone iouis/ q̃
ſcꝫ ardentes faces extinguit/ extinctas vero ſi admoueãtur
accendit. Pomponi⁹ etiã dicit idẽ ⁊ Soli. Sic vere in chri
ſto iudei/ qui erãt ardentes ꝑ fidem/ ſunt extincti ꝑ infideli
tatem: ſed gentes prius extincte per peccatũ/ accenſe ſunt
⁊ illuminate ꝑ fidem ⁊ charitatem. Joã. ix. Ego in iudiciũ
in mundũ veni/ vt qui nõ vident videant/ ⁊ qui vident ceci
fiant. Vel dic ꝙ talis fons eſt fides et ſalus chriſtiana/ vbi
ſcꝫ accenſi ⁊ illuminati/ hoc eſt dictu mũdi ſapientes ⁊ phi
loſophi extincti ⁊ repudiati ſũt: ignorãtes et ſimplices ſunt
electi/ ⁊ fide alijs in errore manẽtibus illuſtrati. Matth. xj.
Confitebor tibi pater qm̃ abſcõdiſti hec a ſapiẽtibus: ⁊ re-
uelaſti ea paruulis. Jſtud etiã videm⁹ quotidie: q2 ſcꝫ mũ-
di ſapientes extinguũt in his que ꝑtinent ad ſalutẽ: ſimpli
ces vero potius accẽdũtur. Vel dic ꝙ fons epiri eſt mors:
q2 ꝓ certo in iſto fonte illi q̃ nũc ꝑ tribulationẽ ſunt accẽſi/
ſcꝫ pauperes ⁊ egeni/ extinguunt/ ⁊ ad ꝑadiſi refrigeriũ de-
ducuntur. Jlli vero qui nunc a tali igne extincti et refrige-
rati ſunt/ ſcꝫ diuites/ qui in proſperitatis refrigerio viuunt/
in iſto fonte/ ſcꝫ in morte igne tribulationũ infernaliũ ſuccẽ
dũtur. Vel dic ecõtra ꝙ in morte extincti a charitatis igne
accendunt incendio infernali. Jlli vero qui ardentes igne
charitatis extiterant: tunc ignem fontis/ ſcꝫ infernale incẽ
6 dium nõ timebunt. ¶ Fons eſt in aphrica qui canoras vo-
ces facit. Et eſt fons tuberonis in Jtalia/ qui medet vulne
ribus oculorũ. Fõs eſt in epiro ſicut in predicto. §. Talis ẽ
penitentia: q2 facit vocẽ canorã ꝑ confeſſionem vel oratio-
nem/ ſanat oculos ſcꝫ intellectus ꝑ carnalium abſterſionẽ/
et faces extinctas. i. hoĩes ſine igne charitatis accendit ꝑ
charitatem qñ ibi ĩmerguntur: ⁊ accẽſos ſcꝫ igne cupidita
tis ibi extinguit per gr̃am qñ in fonte ipſi⁹ balneãt. Ezech.
xiij. Jnterficiũt aĩas q̃ nõ moriunt/ ⁊ viuificant illos q̃ non
7 viuunt. ¶ Sicut fons nulli ſe negat: ſic penitentia bonis ⁊
malis cõmunis efficit. Zachar. xiij. Erit fons patens do-
mui Jacob ĩ ablutionẽ peccatoris ⁊ mẽſtruate. Sic penitẽ
tia more fontis eſt ſordiũ abſterſiua. Et ſicut in fonte aq̃la
a caligine ⁊ ſenio renouat/ ita aĩe in fonte pnĩe renouant.
Vide ſicut. §. j. Vel dic ꝙ iſte fons aphrice ſignificat gratiã
dei/ q̃ ſcꝫ p̄dicatori voces canoras et delectabiles/ ⁊ audiẽ
tibus placidas et ſonoras ſolet dare qñ ipaꝫ a deo poteſt in
pricipio ſermonis impetrare. ad Ephe. v. Jmpleamini ſpũ
8 ſancto loquẽtes. ¶ Fons circũiacẽtẽ terram facit fructife-
ram/ floridã ⁊ decorã/ ⁊ etiam fructibus fluidã et fecũdam.
Sic qñ terra. i. aĩa fonte lachrymaꝝ ⁊ deuotionis irrigatur
tũc efficit viridis ꝑ honeſtatẽ/ florida ꝑ caſtitaẽ/ fructuoſa
ꝑ charitatem. Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquam/ et
oculis meis fontẽ lachrymarum: ⁊c̃. Et ſicut aqua fontis
plus vno tempore q̃ꝫ alio abundat: ſic aqua lachrymarum
et deuotiõis nõ ſemper equaliter fluit. ideo potuit figurari
ꝑ quẽdam fontem ſyloẽ ad radicem ſyon/ qui ſm Jſidorũ
nõ ſemper ſed certis horis effluit et ebullit. Sic fons deuo
tionis et lachrymaꝝ nõ ſemꝑ effluit: ſed ſm dei ordinatio-
9 nem. ¶ Fons eſt aquaꝝ lacualium ꝑ quas trãſit/ meliora-
tiuus/ depuratiuus/ ⁊ a putredine ſeruatiu⁹/ ⁊ piſciũ ibi de-
gẽtiũ nutritiuus. Sic bonus prelatus aquas. i. populos/ la
cus. i. eccleſias vel religiones in quã vel in quas influit per
predicationem/ ⁊ quibus preeſt ꝑ iuriſdictionem/ meliorat
et depurat/ ⁊ a corruptione peccati ſeruat/ ⁊ piſces. i. deuo-
10 tos reficit ⁊ educat. ad Heb. v. Fact⁹ eſt oĩbus obtẽperãti
bus cauſa ſalutis. ¶ Jtẽ Seneca li. iij. de q̃ſti. naturali. di
cit ꝙ certi ſunt fluuij/ qui certis horis ⁊ tẽporibus minoran
tur ⁊ creſcunt. Certi etiã fontes q̃ ſenis horis pleni ſunt/ ſe-
niſq; alijs manẽt ſicci. Ad q̃d aliam rationẽ non aſſignat/
niſi ꝙ naturaliter aque ſua interualla habẽt/ quib⁹ ſe retra-
hãt ⁊ redeãt. Sicut em̃ (inquit) quartana ad horã venit/ po
dagra ad tẽpus reſpondet/ purgatio ſi nihil obſtat/ ſtatutũ
ſeruat diem/ eſtaſq; ſuo tempore incalet: ſic aque interualla
habẽt quibus ſe retrahant et quib⁹ redeant. Nec hoc mirũ
(vt ait) cũ videamus ordinem reꝝ ſm conſtituta ꝓcedere
Et talis fons ſm Jſid. eſt fons ſyloe circa hieruſalem/ qui
ſcꝫ nõ cõtinue/ ſed intercize ⁊ ſtatutis horis ebulliebat. Et
forte iſte eſt fons callirhoe quẽ dicit Solin⁹ eſſe prope hie-
ruſalem medicinalẽ ⁊ ꝓbatiſſimum/ ſicut ait ca. de iudea.
Ad q̃d etiam facit illud q̃d dicit Jſidor⁹ lib. xiij. ꝙ in iudea
ſolebat eſſe quidam riuus/ qui ꝑ ſex dies fluebat/ ſed in ſab
bato ſiccabat. q̃d etiam dicit Pli. lib. xxxj. c. ij. Jſta poſſunt
applicari ad profluuiũ gratiarũ/ ⁊ etiã lachrymarũ vel ſciẽ
tiarum. Nõ em̃ continue fluunt/ ſed aliqñ ſiccãtur/ ⁊ aliquã
do redeũt. Homo em̃ nõ ſemꝑ abundat in pluuia gratie et
deuotionis/ ſciẽtie vel diſcretionis/ lachrymoſe penitentie
vel compunctionis: quinimo aliquando inuenit ſe ita ſic-
15 spũalium q̃ȝ terrenoꝛum q̃ȝ etiam eternoꝛũ continue nobis fundat. Eccli.xxiiij. Ego sapiẽtia effudi flumina. ¶ Teste Seneca vbi.s̃.terra ꝯtinue emittit flumina/ nec ꝓpter hoc siccatur/ ⁊ mare ipsa continue recipit/ ⁊ non tñ pꝛopter hoc augmentatur. Sic vere boni cõtinue fundũt alijs flumina elemosynarũ ⁊ beneficioꝝ/ nec ex hoc depauperanṫ: immo diuino munere sicut.s̃. dixi/ q̃ȝto plus alijs effundunt/ tan- to ad effundendũ potentioꝛes fiũt. Mali vero ecõtrario ad modũ maris omnia beneficia volunt ab alijs recipere: ⁊ tñ quanto plura habent ⁊ recipiunt/ tanto minꝰ solent abũda re/ ⁊ tanto minꝰ quod habẽt/ solet sibi sufficere/ ⁊ in eis ap- parere. Eccl's.j. Omnia flumina intrant mare/ ⁊ tñ non re- dundat. Istud patet de ambitiosis/ qui nunq̃ȝ satianṫ reci- pere beneficia ecclesiastica/ ⁊ tñ vt cõiter semper sunt pau- peres ⁊ egeni. Meliꝰ est ergo dare nostra/ vt abũdemus/ q̃ȝ recipere aliena/ ne semꝑ pauperes perseueremꝰ: qꝛ sicut dꝛ Pꝛouer.xj. Alij diuidũt pꝛopꝛia/ ⁊ ditioꝛes sunt/ alij rapiũt non sua/ ⁊ semꝑ in egestate sunt. Bene ergo consuliṫ Eccli.

16 iiij. Non sit poꝛrecta manꝰ tua ad accipiendũ/ ⁊ ad dandũ collecta. ¶ Senec. dicit ꝙ terra natura regiṫ: ⁊ ideo sicut i coꝛpoꝛe humano natura venas ⁊ arterias instituit quibus humoꝛes cõtinue circũfundit: sic ꝑ venas terre natura flu- mina et fontes mittit. Dicit etiam ꝙ mare in occulto vias suas habet: et ꝓpter hoc nunq̃ȝ exhauriṫ: (vt ait) qꝛ solũ qꝺ sibi supfluũ est emittit. Sic vere homo debet in occulto cõ- scientie venas mĩe habere/ per quas debet saltẽ illud quod est superfluũ/ diffundere ⁊ pꝛebere. Luc.vj. Quod superest date elemosynam/ ⁊ ecce omnia munda sunt vobis. Natu-

17 ra em̃.i.pietatis affectu/ qui naturaliter inest homini/ debȝ regi: pꝛopter qꝺ ad effundendũ ꝯtinue debet agi. ¶ Sicut dicit idem Seneca: Aliqui posuerunt causas fluminũ esse imbꝛes: ⁊ exinde est (vt ait) ꝙ ethiopica deserta/ in qbꝰ sunt hoꝛrendi feruoꝛes / ibiq̃ȝ raro aut nullotiens fiunt imbꝛes/ fluminibꝰ dicũtur carere. Galliam vero ⁊ germaniam que imbꝛibus affluũt/ constat fluminibꝰ abũdare. Sic vere im- bꝛes diuine gratie/ fluuios deuotionis ⁊ lachꝛymose cõpũ- ctionis ⁊ elemosynarie cõpassionis/ scientie et lectionis/ in nobis generant. Illi vero qui talibꝰ carent imbꝛibꝰ: virtutũ fluuios nunq̃ȝ stillant. Idẽ dic de imbꝛe diuine scientie et doctrine. Deserta enim ethiopie.i.mundi peccatoꝛes super quos imber diuine gratie ⁊ scientie non descẽdit/ flumini- bus lachꝛymaꝝ ⁊ mĩe alios nõ infundunt.ij.Reg.j. Mon-

18 tes gelboe/ nec ros/ nec pluuia veniat suꝑ vos. ¶ Itẽ idem dicit ibidem ꝙ flumina aliqñ siccanṫ/ ⁊ alio loco q̃ȝ consue- uerãt pꝛorũpunt. Sepe em̃ (vt ait) ex terremotu vene aqua- rum intercludunṫ/ ⁊ ꝑ interioꝛes rimas intercidunṫ/ ⁊ tunc nouos exitus sibi querũt/ ⁊ alibi q̃ȝ fluxerant fluunt: et qñq̃ȝ longe alibi translati viam quã perdiderãt / vbi possunt sibi faciunt. Et inde est ꝙ fontes ⁊ flumina aliqñ siccãtur/ ⁊ no- ui fontes ⁊ noua flumina vbi nunq̃ȝ alias fuerunt/ oꝛiuntur: sicut theophꝛastꝰ exẽplificat de auctoꝛico mõte/ in quo ter- rarũ tremoꝛe noua vis fontiũ emersit. Charissimi ꝑ flumi- na que cõtinue fluũt/ possum intelligere hoies/ qui cõtinue sunt in fluxu ⁊ quantũ ad nature varietatẽ ⁊ q̃ȝtum ad foꝛtu ne instabilem vanitatẽ. Quid igiṫ: pꝛo certo isti quandoq̃ȝ siccanṫ/ ⁊ pauperes ⁊ tenues efficiũtur/ ⁊ per terremotũ tri- bulationis vel moꝛtis vene ⁊ vie sui fluxus.i.cause sue ꝓspe ritatis ⁊ status eisdem intercludunṫ: pꝛopter quod necessa- rio destruũtur/ ⁊ ad paupertatem ⁊ infoꝛtuniũ deducunṫ/ ⁊ aque sue substantie tẽpoꝛalis suoꝛũq̃ȝ officioꝝ ⁊ beneficioꝝ alibi transferuntur/ et de ipsis noui fontes et flumina con- stituuntur: hoc est dictu ꝙ loco eoꝛũ alij subꝛogantur. sicut enim dicitur Job.xxxiiij. Deus conteret multos ⁊ innume rabiles/ et faciet alios ꝓ eis stare. qꝛ sicut Eccli.xl. dicitur Substantie impioꝝ sicut fluuius siccabũtur. Ista videmꝰ tẽpoꝛaliter ad oculũ de officialibꝰ ⁊ diuitibus/ qui terremo tu tribulationis vel moꝛtis obꝛuũtur/ ⁊ aque suarũ diuitia- rum pꝛebendarũ ⁊ statuũ ad alios deuoluũtur. Istud insu- per videmꝰ naturaliter: qꝛ scȝ omnes fluuij.i.omnes moꝛta les hoies per terremotũ moꝛtis siccanṫ / et de loco ad locũ trãsferunṫ/ scȝ de mundo ad sepulchꝛũ/ ⁊ loco eoꝝ alij susci- tanṫ. Unde Sene. de moꝛte dicit q̃st.natural.lib. ij.in fine. Totũ hunc quẽ cernis populũ/ cito natura reuocabit ⁊ cõ- det. Eodẽ citiusue/ tardiusue veniendũ est. De malis vero põt dici illꝺ Baruch.iij. Extermĩati sunt/ ⁊ ad inferos de- scenderunt/ ⁊ alij loco eoꝝ surrexerũt. Uel potest dici ꝙ illi qui modo ꝑ terremotũ moꝛtis siccanṫ / non faciunt nisi lo- cum mutare: qꝛ in iudicio noui per resurrectionem emer- gẽt/ ⁊ de antiqua via moꝛtalitatis se ad nouam viã imoꝛta litatis cõuertent. Leui.xxvj. Nouis superuenientibꝰ vete- ra pꝛoijcietis. Uel potest dici de ambitiosis et balliuis/ qui quando a cursu statu ⁊ officio pꝛecluduntur/ nõ cessant cir- cuire/ et viam sibi querere/ quousq̃ȝ possint alibi emergere: et aliud officiũ acquirere/ ⁊ quandoq̃ȝ maioꝛes q̃ȝ ante fue- rant/ in publicũ pꝛosilire. iuxta illud Matth.x. Si vos ꝑse- quuti fuerint in ciuitate ista/ fugite in aliã. Uel dic ꝙ si ter- remotus tentationis viam salutis/ ⁊ fluxũ lachꝛymarum/ ⁊ alios bonos motus nobis impediat ⁊ pꝛecludat: statim de bemus aliam viam nobis querere/ et si necesse fuerit/ locũ mutare/ ⁊ quousq̃ȝ fluamꝰ per bona oꝑa/ non cessare. Mat.

19 ij. Per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. ¶ Teste etiã Seneca vbi.s̃.theophꝛastus ponit ꝙ incisio nemoꝝ est quandoq̃ȝ causa fluminũ ⁊ aquaꝝ. Nã vt ait/ mons erinius aliqñ fuit sine aquis: sed galloꝝ gẽs a cassandro obsessa/ ad illum montem fugiens/ siluas excidit/ ⁊ tunc aquaꝝ copia apparuit: qꝛ scȝ ille humoꝛ quẽ arboꝛes ad sui alimẽtũ tra- hebant/ exterius distillauit. Sic pꝛocul dubio sepe fit ꝙ in mõte erinio.i.in ecclesia vel patria est siccitas ⁊ paupertas et hoc fit: qꝛ ibi inter alios sunt alique magne arboꝛes.i.ali qui diuites ⁊ eminẽtes/ qui totũ humoꝛem diuitiaꝝ patrie ad se trahunt/ ⁊ in alimentũ suum ⁊ status sui conuertũt: et sic per consequens alij vt cõiter sicci fiunt: qꝛ isti totam pa triam siccant/ depauperant ⁊ cõsumunt/ ⁊ se solos augmen tant/ nutriunt ⁊ extollunt. Patet de quibusdam qui totum bladum vniꝰ patrie congregant: de alijs qui vineas ⁊ he-

reditates totius vicinitatis sibi accumulant: de alijs qui
omnia beneficia pcurant/ ⁊ sic isti soli impinguant: ⁊ oĩes
alij sicci ⁊ pauperes perseuerant. Nudos eñ dimittunt ho
mines/ vestimẽta tollẽtes/ sicut dicit Job. xxiiij. Quid g°:
pro certo Gallorum gens que ab auctoribus ferocissima
esse dicitur. i. deꝰ/ mors et angeli/ seueritate iustitie armati
istas magnas arbores qñq3 succidunt/ ⁊ de medio tollunt/
et sic humor sue tẽporalis substantie diffunditur ad alios/
et tunc saltem de bonis eorum alij pingues fiunt/ ⁊ per ta-
lium succisionẽ ⁊ mortem/ in tota patria aque bonoꝝ tem-
poraliũ abũdãt circiter ⁊ emergũt: qꝛ sicut Prouer. xj. dicit
In ruina impiorũ erit laudatio. Quia sicut dicit Job. xx.
Diuitias quas deuorauit euomet/ ⁊ de ventre eiꝰ extrahet
20 eas deus. ¶ Item Seneca ibidem dicit ꝙ dictꝰ theophra
stus asserebat culturam terraꝝ quandoq3 esse causam flu-
minum ⁊ aquaꝝ. Unde ait ꝙ circa arcadiam in quadã in-
sula vrbs q̃dã fuit diruta: ⁊ qꝛ terra remansit inculta/ fontes
et lacus sunt siccati: tãdẽ ꝓo vrbe reedificata ⁊ terra excul
ta/ fuit etiã aquaꝝ copia restituta. Unde dicit ꝙ obduraue
rat cõstricta tellus/ nec potuerat imbres inagitata trãsmit
tere. Per culturã charissimi intelligit penitentia/ qua scilꝫ
terra corporis foditur ⁊ arat. Per aquas vero intelligit pie
tas ⁊ clementia/ ⁊ lachrymarũ/ necnõ gratie ⁊ deuotionis
redũdantia. Quid igit: procul dubio qñ vrbs aĩe per pec-
catũ cadit ⁊ perit/ ⁊ cultura penitentie tribulationis ⁊ cor-
rectionis in aliqua patria religione vel persona deficit: ibi
etiã tunc aquaꝝ gratie ⁊ cõpassionis/ cõpunctionis ⁊ deuo
tionis copia abundare desistit. Si vero vrbs aĩe virtutibꝰ
reparatur/ ⁊ terra p penitentiã et correctionem fodit ⁊ ara-
tur/ ⁊ homo predicatoꝝ ⁊ peccatoꝝ stimulationibꝰ agitat:
tunc etiã predictarũ aquarum profluuiũ generatur. Neces
se est igitur cuilibꝫ homini vel statui ꝙ tam a deo q̃3 a pre-
lato p tribulationem/ correctionem vel penitentiam agite
tur/ vt aquis spũalibus vegetetur. Uel dic ꝙ terra ista est
deus: qꝛ pro certo si a nobis debite non colitur/ nullũ ab eo
nobis gratie ⁊ glorie profluuiũ distillatur. Si vero a nobis
dignis seruitutibꝰ excolatur: tũc aqua sue mĩe/ gratie ⁊ glo
rie nobis abũdãtissime deriuat. Qđ etiam de aqua pluuie
potest exponi/ quam deꝰ incultꝰ/ ⁊ a nobis dimissus subtra
hit: cultus vero et humiliter requisitus infundit. Bene er-
go dicit. j. Macha. j. Det vobis cor omnibꝰ/ vt colatis eũ/
et faciatis eius volũtatem. qꝛ sicut dicitur Deutero. xj. Si
serueritis dño in toto corde vestro/ dabit terre vestre plu-
uiam. Uel dic ꝙ illi qui tribulationibꝰ non agitant aut co-
luntur: sed in mũdi quiete et prosperitatis otio dimittũtur/
per obstinationẽ durant/ ⁊ aquis mĩe ⁊ compunctionis nõ
rigant. Cum vero incipiũt tribulationibꝰ agitari: tũc aqua
2 deuotionis ⁊ cõpunctionis incipiunt humectari. ¶ Item
idẽ ibidẽ dicit ꝙ cauerne vacue et inanes/ humorẽ ratione
vacuitatis attrahũt/ et p fontes et flumina illũ iterũ refun-
dunt. Sic vere illi qui bonis temporalibꝰ ⁊ vitijs et pecca-
tis vacui sunt/ humorem scientie ⁊ deuotionis solẽt pre ce-
teris attrahere/ ⁊ ipsum per predicationem alijs distillare.
22 Eccli. xxiiij. Ego sapientia effudi flumina. ¶ Idẽ ibidem
dicit ꝙ sub terra sunt amnes perpetuo decurrentes/ fedoꝝ
piscium fertiles: qui quando erũpunt/ ĩmensam turbam
animaliũ secũ ferunt/ horridam aspectu/ et noxiam gustu.
Et exemplificat ꝙ in prouincia Carie circa vrbem dictam
Idimum erupit quidã fluuiꝰ de sub terra/ qui secũ pisces
alias non visos adduxit/ quos quicunq3 comederũt/ perie-
runt. Nec mirũ (vt ait) qꝛ erãt pingues/ ⁊ inexercitati/ et ex
longo otio in tenebris saginati/ lucis erant etiam inexperti
ex qua salubritas ⁊ sanitas rebus dat. Charissimi p talem
fluuiũ intelligitur auaritia/ q̃ sub terra dicit currere/ inquã
tum res subterraneas/ scꝫ metalla/ noscit querere ⁊ dilige-
re/ ⁊ inquãtũ in occulto contractus suos solita est exercere.
Quid igit: procul dubio iste fluuius vbi erũpit/ pisces vene
nosos. i. peccatores nepharios secũ trahit/ scꝫ vsurarios et
ambitiosos/ raptores/ crudeles et tyrãnos. Isti eñ aspectu
sunt horridi per infamem cõuersationem/ corpore sunt pin
gues et saginati per carnalium deliciarũ frequẽtationem.
Otiosi sunt ⁊ inexercitati p nulloꝝ bonoꝝ opeꝝ executionẽ
luce etiã diuine gratie nõ sunt illustrati nec purificati: sed
potius ipsa priuati p longam mẽtis obtenebrationem. Et

sic procul dubio isti sunt se comedẽtibus ⁊ gustantibꝰ. i. vi-
cinis societatem suam frequentãtibus/ ⁊ bona eoꝝ ad vsu-
ram accipientibꝰ/ mortiferi ⁊ venenosi p finalem exhereda
tionem/ et per vite sue ⁊ temporalis substantie sublationẽ.
Job. vj. Potest aliquis gustare qđ gustatum affert mortẽ.
Uel ista possunt exponi de fluuio pspitatis/ q̃ de terra psilit
pro eo ꝙ in rebꝰ terrenis cõsistit. vel de fluuio carnalitatis:
qꝛ scꝫ vterq3 pisces venenosos/ scꝫ peccatores ⁊ luxuriosos/
pingues/ carnales/ otiosos/ ⁊ in nullo bono exercitatos/ ⁊ a
luce diuine gratie ⁊ scientie elongatos secum trahit/ quoꝝ
gustus. i. quoꝝ imitatio ⁊ moralis conformatio et incorpo-
ratio/ associatio ⁊ frequẽtatio/ alios p mala dicta ⁊ exẽpla
inuenenat et occidit. Esa. lix. Qui comederit de ouis eorũ
morietur: ⁊ qđ cõfotũ est/ erũpet in regulũ. Uel dic ꝙ talis flu
uius est peruersa doctrina/ q̃ de abysso diabolice cõfictio-
nis erũpens/ pisces venenosos/ ⁊ longe a lumine vere fidei
nutritos secũ portat: quoꝝ gustus/ auditꝰ ⁊ cõsensus alios
per hereses inuenenat atq3 necat. Et ideo Leuit. xj. preci-
pitur ꝙ illa que in aquis sunt/ que pinnulis. i. alis sani in-
tellectus carent/ comedi et tangi. i. credi vel imitari nõ de-
bent. Deuter. xiiij. Nõ tangetis ea neq3 comedetis: qꝛ imũ
da sunt. Ulsivis dic oĩa 9 illos q̃ pdiligũt nouos ⁊ ignotos
q̃ eos sibi associãt: qꝛ sepe fit ꝙ venenosi sũt ⁊ latrões/ ⁊ ma
gistros suos perimũt et intoxicant: vel saltẽ prodũt/ vel de-
predant ⁊ molestant. Deuter. xxxij. Noui recẽtesq3 venerũt/
quos nõ coluerunt patres eoꝝ. ¶ Item Seneca ibidẽ de
naturalibus questio. lib. iij. dicit ꝙ aque lacuũ/ fontiũ/ pu-
teorum ⁊ fluminũ/ solẽt ꝺm naturam fundi in quo sunt/ vel
ꝺm conditionẽ vene terre a qua pueniũt/ vel ꝺm spũs qui
in aquas mutant ⁊ transeunt/ vel etiam ꝺm corruptionem
quam a casu p iniuriam cõtrahũt/ virtutem ⁊ saporem suũ
multipliciter variare/ ⁊ ꝺm hoc mortem vel sanitatẽ biben
tibus apportare. ⁊ ꝺm hoc alique aque inueniuntur leues/
alique graues/ alique frigide/ ⁊ alique calide/ alique sana-
tiue/ alique mortis et periculi inductiue. Sic procul dubio
homines contrahũt vitia ⁊ virtutes ex contactu fundi. i. so-
cietatis quam frequentauerint. Ex vena. i. ex genere a quo
prouenerũt. Ex aere. i. ex doctrina quã perceperunt. Uel ex
corruptione ppie volũtatis/ quã multipliciter incurrerũt.
Ex his eñ causis fiunt homines leues ad bene operandũ
vel graues ad bona opera exequendũ/ feruẽtes p dilectio-
nẽ/ vel frigidi p indeuotionẽ/ medicinales alijs doctrinis
et exẽplis/ vel eisdem perniciosi suis malis operibꝰ ⁊ docu
mẽtis. Bonũ est igit homini eẽ bene associatũ ⁊ informa-
tum/ ⁊ a bonis venis. i. prelatis ⁊ parentibus trahere origi-
nem ⁊ progressum. Job. xxviij. Habet argẽtũ venarũ suaꝝ
principia. ¶ Itẽ multe sunt aque que oĩa cõlecta cõmu-
tant in lapides. Uñ idẽ ibidẽ dicit/ ⁊ allegat Ouidiũ/ ꝙ ci-
cones. i. siculi habẽt vnũ fluuiũ in sicilia/ cuiꝰ tanta est per-
nicies ꝙ oĩa que tangit/ facit lapidea atq3 dura. Et ideo si
quis ex eo biberit/ viscera lapidea possidebit. Uñ ait Oui-
dius. Flumen habẽt cicones/ qđ potũ saxea reddit Uisce-
ra/ qđ tactis inducit marmora rebꝰ. Et inde est (vt ait idẽ
Seneca) ꝙ res in eundẽ locũ proiecte lapidee extrahũtur.
Qđ etiã (vt ait) in Italia in quibusdã locis inuenit/ in qui-
bus si virgã siue frondem ĩmiseris/ post paucos dies lapi-
dem extrahes. Unde tale est illud flumẽ de quo dicit Pli.
lib. ij. ꝙ vltra surrentũ/ in flumine silari nõ solum virgulta
sꝫ ⁊ volatilia lapidescũt. In exitu etiã paludis reatine sicut
dicit/ saxũ crescit. Idẽ aũt Pli. de multis talibꝰ aquis me-
minit. lib. xxxj. c. ij. dicẽs ꝙ in perperẽnis fons est qui quã-
cũq3 rigat/ terram facit lapideã. In eurymenis deiecte co
rone in fontem/ lapides fiunt. Lateres lapidescunt in Co-
lossorum flumine. In scyretico metallo arbores quecunq3
riuo alluũtur/ saxa fiunt cũ ramis. Distillãtes q̊q3 gutte la-
pidescunt in antris corycijs. ⁊ cetera silia. Nec hoc mirũ vt
dicit Sene. si attendamꝰ ꝙ aqua in ciphis ⁊ canalibꝰ suis
diuturno cursu in fundo lapides ex arenaꝝ residentia pro-
ducit. Ad qđ etiam facit ꝙ a magistro garino audiui: fontẽ
esse in lothoringia/ qui in hyeme viuidꝰ is fluit: in estate ꝓo
tota aqua que remanet/ efficit vnus lapis/ qui omni anno
ab incolis extrahit/ vt sic fons nouus iterũ oriat. Talia flu
mina vident esse ista que cõtinue fluũt temporalia mundi
bona/ scꝫ diuitie/ delicie/ eminẽtie ⁊ sciẽtie mũdiales. Iste

25

enim sunt aque / que potatores. i. possessores et dilectores suos inficiunt / et viscera cordium ipsorum per indeuotionem refrigerant et constringunt / et per obstinationem indurant / lapidificant et compingunt. Quod etiam non solum de ipsis virgultis. i. de simplicibus et secularibus est verum: sed etiam de ipsis volatilibus. i. de clericis et religiosis / et contemplatiuis hominibus. Quia breuiter illi q̄ talibus aquis potantur / et qui in eis per delectationes et complacentias vltra debitum immerguntur / duri et lapidei efficiuntur / et per mentis ⁊ morum duritiam / crudelitatem / et obstinatam malitiam / in lapides conuertuntur. Et hoc accidit quandoqꝫ / siue sint virge. i. prelati alios regentes / siue sint corone. i. religiosi tonsuram portantes / siue volatiles. i. clerici alta contemplantes. Unde de quolibet sic indurato potest dici illud Job. xl. Cor eius indurabitur quasi lapis. Quod patet: quia tales efficiuntur duri. i. dure per crudelitatem alios vulnerantes / duri. i. obstinati et impenitentes / duri etiam. i. sicci / indeuoti / parci / tenaces / et incompatientes. Deuteronomij. xv. Descenderunt in profundum quasi lapis. Uel si vis expone in bono / et dic ꝙ iste aque significant mundi tribulationes / diuine scripture scientiam et lectiones / deuotiōis etiam et compunctionis lachrymosas distillationes. Talibus enim aquis qui immersus fuerit vel potatus / procul dubio in visceribus cordis sui fiet per constantiam et fortitudinem lapideus atqꝫ durus: et ad tolerandum aduersa fortis atqꝫ immobilis. Apocalypsis. xxj. Structura muri eius ex lapide iaspide. Uel dic de illo fonte Lothoringie / in quo aqua quandiu est multa / et est frigus / pura remanet / quando vero efficitur pauca / et est calor / lapidificatur. Potest allegari ꝙ esse in societate multorum proficit / maxime quando frigus et hyems diuini timoris vel tribulationis ibi persistit: paucitas vero aquarum. i. sociorum / et solitudo officit: quia si calor concupiscentie et estas prosperitatis vigeat / in lapidem obstinationis se vertit. Multi enim sunt qui in societate manentes per gratiam viuūt / qui si sint pauci et solitarij / in vitijs indurescunt. vñ. j. Regum. xv. Emortuum est cor eius / et factum est quasi lapis. Uel dic ꝙ fons qui quandiu fluit et currit non lapidificatur / significat hominem / qui quandiu currit et laborat / per obstinationem nō induratur: qđ p̄sertim in hyeme. i. in tempore tribulationis accidere consueuit / vbi scilicet homo amplius est in motu. Quando vero cessat a motu laboris / scilicet in estate prosperitatis / vbi homo per accidiam magis torpet / tunc dico ꝙ solet per obstinationem lapidificari / et per malam 25 consuetudinem indurari. Allega vt supra. ¶ Item idem ibidem Seneca / scilicet libro tertio de Naturalibus questionibus / dicit ꝙ aliqua sunt flumina / que palam in aliquos specus / aliqua que paulatim consumuntur et intercidunt / et sic ex oculis auferuntur / et sub terra diu currūt / eademqꝫ ex interuallo longe alibi oriuntur / et nomen ⁊ cursum recipiunt. Cuius causam reddit ibidē. Nā (vt inquit) aqua naturaliter ad ima ⁊ ad inane defertur / suūqꝫ sub terra secretius facit cursum: sed cum primum aliquid solidi quod obstat inuenit / prerupta terre parte / que debilior est / et que minus ad exitum repugnat / exterius prorumpit et exilit / et ab incolis illis nomen et originem suam primariam ignorantibus / nomen nouum recipit et assumit. Unde Ouidiꝰ. Sicvbi terreno Lycus est epotꝰ hiatu / Existit procul hinc / alioqꝫ renascitur ore. Sic modo cū bibitur tacito modo gurgite lapsus: Reddit Argolicis ingens Erasinus in vndis. Idem ⁊ in oriente Tigris facit. absorbet: ⁊ desideratꝰ diu / tandē remoto loco purgamēta eiectat. Talis est arethusa lacus vel fluuius siculorum. Et secundum Solinum / talis est Padus seu Eridanus fluuius italorū. Talis est etiam Nilus fluuius egyptiorum. Isti enim fluuij ab ortu suo non continue desuper currunt / sed aliquando ab arena bibuntur / vel ab aliquo specu sorbentur / ⁊ tandem alibi erumpunt: sicut optime exemplificat idem de nilo / qui sub athlante mōte videt transire. et de tigri / qui sub Tauro noscit penetrare: prout ponit ī capitulo de egypto et de perside: vbi etiam ponit ꝙ dicti fluuij diuersis locis diuersimode nominātur. Et probatur ꝙ illi ijdem sunt / per feces et purgamenta / que primo añ absorptionē in eis projecta / tandem quando renascuntur / exterius ab eis deferū tur. Ista charissimi possunt applicari ad Christum. Iste enim de fonte paradisi ortum sumens / tandem in specum corporis virginalis sub terra humanitatis se reclusit / ibiqꝫ secretum cursum peragens / nouem mēsibus latitauit: tandem vero exinde parturitur et renascitur / et nouum ortum in mundo consequitur / et etiam nouo nomine nominatur. Fuit enim tunc Jesus nouiter nominatus: sicut ab angelo fuerat appellatus. Esaie. lxij. Uocabitur tibi nomen nouum / quod os domini nominauit. Uel dic ꝙ iste qui sub terra nostre humanitatis fuerat absconditus / vel etiam in specu et spelunca sepulchri positus et absorptus / postqꝫ ibi cursus suos secretos vsqꝫ ad inferos fecisset / iterum per resurrectionem renatus extitit et exiuit / et purgamenta nostrorum criminum secum tulit. Esaie. liij. Uere languores nostros ipse tulit / et dolores nostros ipse portauit. Uel ista possunt applicari ad malitiosos / q̄ quādoqꝫ diu latēt / ⁊ speluncas variarum palliationum intrant / et diu in occultis cursus secretos. i. machinationes suas peragunt et frequētant / et tandem inuenta opportunitate nascuntur exterius et manāt / et malitias suas que latuerant / subito ⁊ vbi non aduertunt / manifestant. Uel dic ꝙ fluuij sunt homines fluxibiles et mortales / qui procul dubio super terram primo nascuntur / deinde a terra per mortem absorbentur. Apocalypsis. xij. Aperuit terra os suum / et absorbuit fluuium. Sed postqꝫ ijdem secrete ad diem iudicij fecerint cursus suos / iterum per resurrectionem nascuntur / et ab ipsa que eos absorbuerat terra euomuntur. Job. xx. capite. Diuitias quas deuorauit euomet. Uel istud expone de terra. i. de terrenis diuitibus / qui flumina diuitiarum absorbent: ipsasqꝫ dum viuunt / secrete tenent et custodiunt: finaliter tamen soliditate diuine iustitie et morte compulsi / ipsas dimittunt / reijciunt atqꝫ vomunt. Job. xl. Absorbebit fluuium: et nō mirabitur. habet ⁊c̄. Uel dic ꝙ boni diuites flumina. i. diuitias recipiunt et seruant / vt tandem necessitatis tēpore per elemosynas ipsas refundant. Uel dic ꝙ iste est penitens / qui flumina vitiorum / que absorbuerat et diu tenuerat / tandem per confessionem euomit et reuelat. Uel dic ꝙ talis specus est predicator / qui flumina scientiarum recipit et custodit: et tandem predicando ⁊ docendo / loco et tempore alijs ipsa vomit. Uel potest dici de viro iusto: qui flumina gratiarum et beneficiorum a deo non cessat recipere: q̄ tamen nouit per bona opera / vel per gratiarum actiones reddere. Uel dic ꝙ fluuius est peccator: qui a terra. i. ab amore terrenorum per auaritiam absorbetur: sed cum diu ibi steterit / sepe fit ꝙ per obstaculum alicuius tribulationis vel infirmitatis / inde tandē exire cōpelli per diuitiarum contemptum exterius comprobatur. Uel dic ꝙ isti sunt mali religiosi / qui in specu religionis / quem intrauerunt / et vbi aliquandiu cucurrerunt / alicuius difficultatis obstaculum inueniunt / et terram regularis obseruan 26 tie rumpunt / et per apostasiam exeunt et recedunt. Genes. ij. Fluuius egrediebatur de loco volupatis. ¶ Item ibidem dicit Seneca ꝙ puluis puteolanus / si aquam attigerit / ipsam aquam in lapidē conuertit. Predicte enim aque de pulueribus et rebus alijs lapides faciunt. Isti vero pulueres aquas quas tangunt / in lapides conuertunt. Talis puluis videt eē memoria mortis nr̄e ⁊ nr̄e puluereitatis future. Iste eñ si bñ tāgat aquā cordis humidi et deuoti / vel si in aqua lachrymaꝝ ⁊ cōpūctiōis fuerit intermixtꝰ / ipsam ꝓ certo facit lapideā atqꝫ fortē / ⁊ ꝯtra aduersa oīa stabilē ⁊ duram. Job. xxxix. In silitudinē lapidis durant aque. Nō est enim aliqua persona vel aliqua mens ita aquea / fragilis et carnalis / quin contra tentationes et tribulationes fortis efficiatur / si puluis humilitatis et memoria sue mortis ipsi mentaliter misceatur. Ideo bene dicitur Michee. j. In domo pulueris / puluere nos cōspgite. Uel dic in malo ꝙ iste puluis significat diuitias / et alia bona terrena. Iste eñ puluis si aque. i. persone impfecte ⁊ fragili īmixtus fuerit ⁊ cōcessus / vtpote si ille q̇ vti diuitijs nesciat / ipsis abundauerit / statim pro certo lapis. i. durus / incompatiens / crudelis / parcus / indeuotꝰ / ⁊ obstinatus erit. Allega vt. s̄. In

similitudinē ⁊c̄. Istud patet de malis diuitibus/qui quanto plus habent de puluere diuitiarum / tanto magis fiunt lapidei atq̃ duri: et ideo talis puluis est periculosus. propter quod christus dicebat apostolis. Matthei.x. Excutite puluerem de pedibus vestris. ¶ Item idem ibidem ait ꝙ sunt quidam fluuij qui vellera ouium aquas eorum potantium tingunt. Unde ait ꝙ in beotia sunt duo amnes/q̇ ambo de vno lacu exeunt/ et tamen diuersa faciunt: quia scilicet vnus oues potantes si albe sint facit nigras. Alius vero oues si nigre fuerint/facit albas. Et ideo vnus eorum melas grece/qđ niger latine dicit/nūcupatur. Isidorꝰ autem libro.xiij.de beotia dicit idem per omnia. Unum aliū talem fluuium dicit Theophrastus esse in macedonia: in quo oues albe nigre fiunt/cum aliquādiu potauerint. Unde etiā (vt ait) si indigent lana nigra/gratuitū habēt(quādo voluerint) infectorem seu tinctorem. Dicit etiam idem Seneca ꝙ in galatia flumen est qđ idē in omnibꝰ efficiat. Idem autē videtur Soli.c. de grecia/ de beotia dicere de duobus fluminibus supradictis/que albas oues nigras/ ⁊ nigras faciunt esse albas. Plinius autem libro.xxxj.c.ij.dicit per om̄ia quasi idem. Unde ait duos esse fōtes/scilicet ceronem et mellem:quorum primus oues nigras dealbat si biberint/alīꝰ autem albas denigrat: ex simul aūt mixtis varias esse constat. Theophrastus etiam dicit fluuium in thurijs Crathin candorē facere:sybarim in bobus ⁊ pecoribus nigritiam generare:qđ etiam (vt ait) sentiūt homines quia qui primum biberint/fiunt candidiores : qui secundū biberint/ nigriores. Idem etiam ait ī macedonia esse duo flumina scilicet haliacmon/ quē oues potātes faciunt fetꝰ albos/⁊ Axium q̄ faciūt fuscos aut nigros. Charissimi ista flumina tā mira et tā varia/ quoꝝ q̄dā alba denigrāt/⁊ alia nigra dealbant/possunt mihi significare mundi prosperitatem et aduersitatem. Prospera enim ⁊ aduersa/flumina dicūtur: quia scilicet in eodem statu nunq̃ permanēt: immo continue variantur. Quid igitur? Procul dubio ista flumina licet de vno lacu.s. de mūdo exeāt ⁊ emanēt: diuersa tamen in moribus faciūt atq̃ causant : quia procul dubio fluuius aduersitatis et paupertatis de nigris obscuris et hispidis facit albos.i. de malis et de peccatoribꝰ facit iustos et de iniquis innocentes et mundos: quia constat ꝙ ꝑ aduersitatem homines ad se redire compelluntur et vrgentur:et sic timore dei concepto/innocentes ⁊ candidi/qui nigri fuerant/efficiuntur: ita ꝙ tunc potest eis dici illud Apocalyp.xiiij. Ambulabunt mecum in albis/quoniam digni sunt. sicut de martyribus dicitur Apocalyp. vij. ꝙ ipsi dealbauerunt stolas suas in sanguine.i.tribulatione . Econuerso autem fluuius prosperitatis operatur. Illi enim qui ad istum fluuium albi/innocentes et mundi accesserint/et isto flumine potati/ delectati et repleti fuerint/ successu temporis per vitia denigrantur/ et mens et conuersatio eorundem vitiorum fuligine maculantur. Baruch.vj. Nigre fiūt facies eoꝝ de fumo q̇ in domo fit. Ista pn̄t figurari in canalibꝰ laban/ in quibꝰ ꝑ virgas nudas et decorticatas/ oues nascebātur candide/per virgas vero indutas et cortice nō priuatas/oues generabantur nigre:sicut dicitur Geñ. xxx. Quia pro certo canalis huius mundi / si virgas diuini timoris cum nuditate paupertatis habuerit / albos fetus.i. hoīs innocētes generari facit. Si ṽo ecōuerso cortex diuitiarū affuerit:tunc homines nigros/peccatores/⁊ infames producit . Uel dic ꝙ fluuius albificatiuus est penitētia lachrymosa/confessio/ vel bona societas/vel etiam bona doctrina/vel etiam religio/que procul dubio potatores/ dilectores / et frequentatores suos de nigris faciunt albos/ et de peccatoribus innocentes et mundos. Fluuius vero denigratiuus et infamatiuus et obscuratiuus / est carnis voluptas/mala societas/ mala doctrina/ vel etiam mundus Ista enim albedinem innocentie et munditie tollunt/ ⁊ nigredinem vitiorum et luxurie introducunt . Apocalyp. vj. Sol factus est niger quasi saccus cilicinus. Ezechie.xxxij. Nigrescere faciam stellas celi . Et breuiter quotiens diabolus indiget nigra lana vitiorum ⁊ peccatorum/non oportet nisi ꝙ oues suas/scilꝫ peccatores/ ducat ad istas aquas in aliquo fluminum predictorum / et statim per se sine tinctore alio nigrabūtur: ita ꝙ dici poterit illud Naum.ij. Facies eorum sicut nigredo olle. Uel dic ꝙ duo vltimi fluuij/ sunt due scientie/scilicet diuina et mundana. Uel due fortune/aduersa scilicet et secunda. Uel duo bona/spiritualia scilicet et terrena. Uel duo status/religio scilicet atq̃ mundus. Igitur quecunq̃ ouis vult fetus albos/bonos conceptus/vel munda opera facere/ debꝫ de primis fluminibus bibere/ et se in diuinis scientijs/ tribulationibus/et omnis spiritualibus solummodo delectare. Econtra vero illi qui alia flumina bibunt/et qui mundi scientijs/ prosperitatibꝰ et diuitijs se imbuunt / nigros fetus.i.mala opera generāt et producunt:quia sicut dicitur Matthei.vij. Bona arbor bonos fructus facit/et similiter mala malos. Uel dic ꝙ fetus sunt subditi/matres vero p̄lati:quia scilicet prelati boni/et bonis predictis fluminibus potati/solent albos et bonos et innocentes subditos facere. Mali vero malos ecōtrario generare. Ezechielis.xvj. Qualis mater/ talis et filia eius. ¶ Secūdum Senecam vbi supra/in cappadocia dicitur esse flumē quod si equi biberint/spargitur in eis alba cutis/quod tamen(vt ait)non accidit alicui alij animali . Charissimi per equum potest intelligi bonus subditus et obediens/ qui scilicet per disciplinam permittit se frenari / et per patientiam equitari et conculcari . Per fluuium igitur istum intelligo statum religionis vel ecclesie/ tribulationis/penitentie/diuine scripture vel sciētie. Ista enim sunt flumina purificatiua/et conscientie mundatiua . Sed quid? Pro certo soli equi in talibus candidantur:quia dato ꝙ ista flumina sint bona de se / non tamen possunt proficere nisi equis.i.nisi personis disciplinatis/patientibꝰ/ humilibus et subiectis . Tales enim soli in flumine penitentie/scripture et religionis dealbantur/et a vitiorum maculis depurantur. Mali vero dato ꝙ in religione maneant/ et flumine sacre pagine se imbuant/ nunq̃ propter hoc spiritualiter dealbantur. Unde Apocalypsis.vj. Ecce equus albus/⁊ qui sedebat super eum/habebat arcum:⁊ data est ei corona. Scriptura enim non videtur facere mentionem de aliquo animali albo/nisi de equo. Uel si vis potes dicere ꝙ prosperitas est fluuius qui dealbat malos per curiositatem / aduersitas vero denigrat bonos per humilitatem/ et squalentē austeritatem. Uel dic ꝙ fluuius dealbans est hypocrisis/que vellera conuersationis facit candida. Fluuius alba denigrās est veritas/que scilicet albedinem hypocrisis finaliter denigrat et infamat/ et quicquid ibi albū aut floridum fuerat/pallificat et desiccat . Bene igitur dicit apostolus Actuū.xxiij. Percutiet te deus paries dealbate. ¶ Tigris fluuius/et euphrates/sicut Solinus affirmat/oriuntur ex eodem fonte/in armenia. Et est tigris fluuius rapidissimus/per lacum transiēs arethuse . Euphrates vero frugifer interpretatur/eo ꝙ vberem et frugiferam reddit terrā/ et maxime in quibusdam locis mesopotamie in quibus inundat certis temporibus/sicut nilus: prout refert Solinus et Josephus. Est etiam (vt aiunt) gēmis variis copiosus . Tigris denotat sapientiam mūdanam/que ad modū tigris cito defluit atq̃ transit:quia defecit sapientia in theman. Hieremie.xlix. Et lacum mūdi imbuit atq̃ regit. Euphrates autem dei sapientiam significat et theologiam/que terrā.i.animam per quam transit/ irrigat ⁊ fecundat gratijs et virtutibus / et lapides preciosos.i. merita apud deum preciosa in ea generat atq̃ causat. Isti duo fluuij de vno fonte exeūt: quia oīs sapientia a domino deo est. Eccl'iastici.j. De vna terra egrediuntur ambo. Ezechielis.xxj. Due mulieres matris vnius filie erant. Ezechie. xxiij. Sed licet ab eodem fonte prodeant: tamen per eadē itinera non incedunt. Ideo Jacobi. iij. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam? Preterea ibidem . Ex eodem ore procedit maledictio et benedictio. ¶ Item Ouidius ibidē/scilicet vltimo libro Metamorphoseos/dicit ꝙ fluuij athamātis aque mirabilis sunt nature . Si quis enim in fine lunatiōis istis aquis lignum asperserit/vel in eis ipsum immerserit/ mox accendetur et ardebit. Sic ṽe in fluuio īfernali illi q̄ sunt lignū sine fructu scꝫ pctōres / in fine lunatiōis vite sue.s.qñ ꝑ mortē fuerit vite sue lunatio diminuta accēdēt:⁊ in ipsis aq̄s miserie ppe

tuo cōburentur. Sapieñ.xix. Ignis in aqua valebat supra
suam virtutem. Et ideo Apocalyp.xix. dicitur q mali mis-
si sunt in stagnum ignis. Uel dic q iste est fluuius delicia-
rū/ q dato q hō sit lignū aridum.i. persona abstinens atq
sicca/ si tñ huiusmodi aqua fuerit delibut⁹/ p concupiscen-
tiam carnalem faciliter accendet. Quod etiam de aquis
diuitiarum dici potest/ que mentem solent contiguam per
31 auaritiam inflammare. ¶ Item idem Ouidius ibidē di-
cit q sybarz z crathis fluuij sunt italie/ q capillos faciūt si-
miles auro/ vel electro. Capilli significant exteriorē cōuer
sationem: que pro certo aurea per honestam presentiā effi-
citur/ si sepe in lachrymarum vel deuotionis fluminib⁹ bal
32 neetur. ¶ Rhodanus est fluuius vnus de tribus maximis
europe/ secūdum Solinum. tria enim maxima flumina eu
rope sunt Rhenus/ Rhodanus et Ister.i. danubi⁹. Est igi
tur Rhodanus fluuis valde impetuosus/ terrarum circū-
iacentium corrosiuus: et ideo rhodanus dicitur: quasi ro-
dēs amnis. De alpibus autem precipitatur/ et per lacum
gienne transiens/ cum aquis lacualibus non miscetur:
tandem mare mediterranenm ipso mari turbulētior ingre
ditur: nisi (vt ait Solinus et Seneca) quando fretum ven-
tis excitatur. Rhodan⁹ vero etiā cum serenū est/ seuit et flu
ctibus agitatur. Ista possunt applicari cōtra illos qui de
alpibus et de altis montibus.i. de altis parentibus z nobi
libus oriuntur. Isti enim per superbiam intumescunt/ ter-
ras aliorum per rapinas corrodunt/ lacui etiam per quem
transeūt.i. societati aliorum quos frequentant/ se immisce-
re dedignantur/ z etiam cum serenum est.i. tempore pacis
seuiunt per iracundiam et turbantur/ et superbia et tumul
tibus effrenantur. Job.xxij. Fluuius subuertit fundamen-
ta ipsorum. Uel dic q tres maximi fluuij europe.i. ecclesie
sunt pater/ verbum/ z spiritussanctus: quia sicut dicit Ioā
nis.v. Tres sunt qui testimonium dant in celo. Uel spes/
fides/ charitas: quia sicut dicitur.j. ad Corinth.xiij. Nunc
autem manent spes/ fides/ charitas. Hec expone q non cō
33 miscet se alijs aquis/ sicut de arethusa lacu infra capitulo
vij.§.xj. ¶ Item Solin⁹ capitulo de sicilia dicit q diana
fluui⁹ est qui iuxta Camarinā ciuitatem fluit/ ex quo si ha-
bit⁹ impudice/ aquā hauserit/ non coibunt in corpus vnū
vinum et latex aque. Quod intelligo q si aliquis impu-
dice se habuerit non longe ante/ et aquam illam de flumi-
ne hauserit/ aqua illa cū vino misceri non poterit/ et sic hau
rientis impudicitiam reuelabit. Per aquam potest intelli-
gi doctrina/ z maxime per aquam diane/ que īterpretatur
clara. Per vinum vero voluntas humana accipitur. Aqua
enim doctrine refrigerat/ volūtas ꝟo humana p desideria
feruet. Aqua ergo bone doctrine vino feruentis volūtatis
apponitur/ vt feruor sui appetitus debite temperetur. Igi
tur ista possunt dici cōtra impudicos predicatores. Tales
enim impudici/ si aquam diane.i. doctrinam sacre scriptu
re vino.i. voluntati auditorum immiscuerint/ vt scz ipsam
tēperent ab affectionibus inhonestis: ipsi procul dubio nū-
q̄ȝ miscebitur: quia secundum Gregorium/ Cuius vita de-
spicitur/ restat vt eius predicatio contemnatur. Uel dic q
aqua diane/ que dicitur a dian/ quod est clarum/ significat
clara z bona opera z exempla. Uinum vero quod dulce est
et suaue/ significat suauitatē glorie paradisi. Quid ergo? p
certo si impudici mente et corpore fuerimus/ et si deo spon
so nostro fidem spiritualis integritatis fregerimus/ z adul
tero diabolo per peccatum nos cōiunxerimus/ nunq̄ȝ aquā
quam haurimus.i. bonum opus quod facimus/ vino cele-
stis glorie coniungem⁹/ vel per ipsam celi dulcedinem ac-
quirem⁹. Uel dic q haustor impudicus est mala intentio/
que dato q aquam claram hauserit.i. dato q bonum opus
fecerit/ ipsum vino diuine gratie vel acceptionis vel beni-
uolentie/ vel etiam dulcedini future glorie non miscebit:
quia scilicz bona que in peccato mortali/ vel que mala in-
tentione fiunt/ diuinam gratiam nō acquirunt/ et etiam io
34 cunditati perpetue non se iungunt. Prouerbior.xiiij. Gau
dio eius non miscebitur extraneus. ¶ Item Solinus ibi-
dem caplo de grecia/ dicit q in beotia est vnus fluuius de
quo oues que biberint/ fetus suos facient coloris cuius fue
rint. Sic vere si ouis.i. simplex z vtilis predicator/ fluuium

scripture primo biberit.i. impleuerit z perfecerit/ fetus.i. au
ditores sibi in bono similes generabit: quia scilicz faciliter
homines illos imitantur/ qui quod docuerint operantur/ z
e conuerso. Teste em̄ Greg. Loquentis auctoritas perdit/
quando vox opere non iuuatur. Uel dic in malo q illi qui
fluuium mundane prosperitatis bibunt/ filios sibi similes
si possunt faciunt: quia scilicet filij libenter imitantur/ scili
cet vsurando/ mercando/ zc. patres suos: quos bibisse pspe
ra attendunt et intuentur. Ioānis.iij. Quod natum est ex
carne/ caro est. ¶ Itē Solinus.c. de beotia dicit ibi flumē 35
esse de quo si oues nigre potauerint/ albe fient zc. Uide su
pra vbi factum est: scilicet.§.xxvij. ¶ Item Solinus cap̄.
de sicilia: dicit q in sicilia est quidam fluui⁹ nomine Her- 36
bessus/ qui in medio flumine subita exestuatiōe feruet. Ta
les sunt multi qui quamuis fluant per diuersa vitia/ et frigi
di et indeuoti sint/ aliquando tamen venit eis subito deuo
tionis et contritionis feruor/ et contra omnem spem/ bone
voluntatis ardor. sicut enim dr Joan.iij. Spiritus vbi vult
spirat. vt de eo exponatur illud Job.xlij. Feruescere faciet
quasi ollam/ profundum maris. Uel dic e conuerso de fer-
uore tentationis/ q subito in medio.i. in corde/ fluminū.i. iu
storum erumpit/ et eos ad malum excitat z accendit. Alle
ga vt supra. ¶ Item idem ibidem dicit q himereus est flu 37
uius in sicilia/ quē celestes mutant plage: quia scilicet vbi
ad aquilonem fluit/ amarus est: vbi vero ad austrum flecti
tur/ dulcis est. Aquilo est vita presens/ vbi frigus tribula-
tionum abundat. Auster vero est vita futura/ vbi splendor
eterne claritatis coruscat. Iste fluui⁹ igitur significat deū/
qui procul dubio in aquilone presentis vite suis inuenitur
amarus/ tribulationes immittendo. Ad austrum vero vite
future suis erit dulcis/ consolationes faciendo. Judith.v.
Fontes amari obdulcati sunt. Uel dic q fluuius iste est pe
nitentia/ que in aquilone presentis vite est amara/ in au-
stro ꝟo paradisi erit in dulcedinē versa. Allega vt.s. Uel
dic q aquilo est peccator/ qui fluuium penitentie vel reli-
gionis inuenit amarum. Auster vero est iustus: qui ipsum
inuenit sapidum et iocūdum. Uel dic q fluui⁹ iste est mun
dus/ qui aquilonaribus.i. iustis frigore diuini timoris ge-
latis videtur amarus et insipidus: australibus vero.i. pec-
catoribus auaris z feruentib⁹/ luxuriosis et humescentib⁹
videt dulcis z sapidus. Prouer.xxvij. Aīa esuriens ama-
rum pro dulci sumet. ¶ Item Solinus dicit q Hypanis 38
fluuius est nobilissimus/ qui a scythia vsq ad Indiā pro-
tensus/ Alexādri magni iter terminauit/ sicut etiam are in
ripa eius posite declarant: quas idem Alexander constru
xit ibi. Iste igitur in principio dulcissimus est: et haustu sa
luberrimus: sed vbi callipodū terminos attingit: quidam
fons infamis et amarus qui dicitur exampeus/ sibi adiun-
gitur: cuius amaritudine dulcedo aque ipsi⁹ vitiatur/ z in
amaritudinem commutatur. Et sic fit q ille qui prius dul
cissimus fuerat/ amarissim⁹ in maria deuehatur: et sic (vt
ait) opiniones de hypane discordant: quia q ipsum in prin-
cipio nouerunt/ predicāt: qui vero in fine/ execrantur z hor
rent. Et forte iste est ille fluuius quem Alexāder cum exer-
citu sitiens in arenis/ nec aquam dulcem reperiens/ inue-
nit: q helleboro erat amarior/ quē cū ducenti milites trans-
natassent/ ab hippopotamis sunt absorpti: sicut dicit in hi-
storia alexandri. Ista possunt applicari cōtra multos/ quo
rum finis a principio discordat/ et qui in iuuētute quando
primo currunt per mundū/ dulces z deuoti inueniūtur: qui
tamē in fine.i. in senectute/ in peccati amaritudinem cōuer
tūtur. Dato enim q aliqs sit dulcis/ bon⁹/ potabilis.i. imi-
tabilis z famosus: quando tamen fons exampe⁹.i. infamis
et amara mulier/ vel etiam quecunq mala societas/ vel
etiam malus consiliarius/ vel mala doctrina/ vel etiā mun
dana prosperitas in tales influit/ ipsos procul dubio p pec
cata variat/ amaricat z corrumpit. Job.iij. Occupet eum
caligo: z inuoluatur amaritudine. Uel dic q iste fluuius est
vita presens/ que in principio dulcis est homini: quia scilz
dulce est homini viuere: sed tandem fons amarus.i. mors
ei adiungit/ ex quo in amaritudinē ↄmutat. Uel dic q ista
ē mūdana psperitas vel voluptas/ q nūc ē dulcis eā biben-
tibus: sed finaliter/ qñ ppetue vel tpali morti admixta fue-

rit/mirabiliter erit amara. Idem autem dic de mala mu-
liere/que primo dulcis est et gratiosa: tandem est ei amara
et tediosa: quando scilicet per ipsam corpus/famam/bona
et animā perdidit. Prouer.v. Fauus distillans labia me-
retricis: nouissima aūt eius amara velut absynthiū. Uel dic
ꝙ iste fluuius est mors/vel etiam infernus. Ista est enim iu-
stis et bonis dulcis et sapida. Sapientie.iiij. Sperat autē
iustus in morte sua. Iniustis autem est amarissima: iuxta
illud Ecclesiastici.xlj. O mors ꝙ̄ amara est memoria tua
homini iniusto. Ibi enī sunt Hyppopotami.i.demōes/qui
milites alexandri.i. diuites huius mundi/in arenis diui-
tiarum per auaritiam sitientes/deuorabunt/ꝛ ipsos perpe
tuo absorbebunt. Iob.xxvj. Ecce gigantes gemunt sub a-
quis/ꝛ qui habitant cum eis. Uel dic ꝙ iste fluuius est mū
dus/quē fons infamis peccati facit esse amarum. In isto
ergo latēt hippopotami.i. demones/q̇ ꝓcul dubio milites
et diuites/sine naui gratie indiscrete per aquas bonorum
temporalium transnatare volētes/per diuersa peccata in-
uadunt: et tandem per diuersa tormenta deuorant ꝛ absor-
bent. Uel etiā in isto latent hippopotami.i. vsurarij et ra-
ptores/qui milites alexandri.i. Christi seruitores deuorāt/
et eos rapinis et exactionibus molestant. Hieremi.lj. Ab-
sorbuit me quasi draco/impleuit ventrem suum teneritudi
39 ne mea. ¶ Item Solinus dicit ꝙ Borysthenes fluuius est
neurie/que est scythie prouincia/in quo sunt pisces egregij
saporis/qui nulla penitus habent ossa/sed cartilagines te
nerrimas. Talis est fluuius religionis et deuotionis/cu-
ius pisces.i. habitatores debent ossibus.i. duritia et obsti-
natione carere/et cartilagines flexibiles.i. virtutem obe-
dientie (que hominem facit plicabilem) habere/ꝛ ita pote-
runt alijs boni ꝛ sapidi apparere: ita ꝙ talis poterit dicere
illud Eccli.xxiiij. Spiritus meus super mel dulcis/et he-
reditas mea super mel et fauum. Uel dic ꝙ talis per omīa
fuit beata virgo. Uel dic ꝙ iste fluuius est mundus vel pro-
speritas vel voluptas. Huius enim pisces.i.homines/ca-
rent ossibus constantie et firmitatis/et sunt molles et flexi
40 biles per inconstantiam fragilitatis. ¶ Item Solinus ca
pitulo de aphrica/dicit ꝙ in aphrica prope syrtes est ciui-
tas Berenice: vbi est fluuius dictus Lethon seu Lethe/
qui (vt ait) ex infernorum creditur eructatione prorumpe-
re/et secundum pristinos vates potatoribus suis obliuio-
nem inferre. Talis fluuius potest dici tentatio/quam scili-
cet ab infernali seu diabolica eructatione prorumpere con
stat. Ista est enim/quando fortis est/que obliuionem pro-
prie salutis inducit/et dei/paradisi/inferni/ꝛ etiam sui me
moriam abolet atqꝫ tollit. Hieremie.ij. Populus autē meus
oblitus est mei diebus innumeris. Uel dic ꝙ iste fluuius est
mundi prosperitas/que potatores et possessores suos obli-
uiosos facit: quia vt communiter tales fiunt ingrati/ꝛ obli
uiscuntur benefactorum. Tales sunt superbi: q̇ obliuiscun-
tur suiipsius et defectuum propriorum. Tales sunt elati/et
delectationibus capti/q̇ obliuiscuntur dei et suorum iudi-
ciorum. Genesis.xl. Succedentibus prosperis/oblitus est
interpretis sui. Uel dic ꝙ iste fluuius est mors/que ab infer-
no.i. a diabolo originaliter dicitur prouenisse: iuxta illud
Sapientie.ij. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem ter
rarum. Ista est ergo que obliuionem suis gustatoribus pas-
siue tribuit/inquantum lapsu temporis memoriam eorum
destruit atqꝫ tollit. ps. Obliuioni datus sum tanqꝫ mortuus
41 a corde. ¶ Item Solinus dicit ꝙ Hidaspes est fluuius cur
rens per persidē tante dulcedinis et saporis/ꝙ reges persi
ci de eo potum sumere soleant/et etiam quando ad loca pe
regrina pergunt/pro potu aquas ipsius secum ferant. Hoc
idē dicit de Euleo flumine: qui a Media in arabiam trās-
it. Talis fluuius est sacra scriptura: ista est enim dulcissi-
ma deuote contemplanti. ps. Q̄ dulcia faucibus meis
eloquia tua. Et ideo reges Persidis.i.viri religiosi et cleri-
ci (q̇ se et alios bn̄ debent regere: et deo seruiendo regnare:
quia scilicet seruire deo regnare est) non debent alios po-
tus.i.alias scientias querere/sed in peregrinatione huius
vite/ista se reficere ꝛ fouere. ps. Quoniam apud te est fons
42 vite/et in lumine tuo videbimus lumen. ¶ Item Solinus
capitulo de india dicit ꝙ Ganges fluuius est orientis/cu-
ius minor latitudo octo milia passum habet/maior vero la
titudo ipsius viginti milia/profunditas vero ipsius tanta
est ꝙ in loco vbi est vadosior/centū pedes habet profundi-
tatis. De hoc vero dicit Lucanus ꝙ solus inter fluuios cur-
rit versus orientem. Sicut tamen dicit Orosius: iste fluuius
quamuis maximus/a Cyro tamen rege/pro eo ꝙ vnum
de militibus suis submerserat/in mille.ccc.lx. alueos fuit
diuisus/et sic eum vadosum exercitui suo fecit. Ista pos-
sunt applicari ꝙ nihil est homini vel humane rationi ꝛ in-
dustrie impossibile/cū audiamus talē ꝛ tantū fluuiū tamqꝫ
profundum et altum/per humanam industriam vadabi-
lem factum esse. Uel per istum fluuium intellige diuites
huius mundi/contra orientem.i. contra deum currentes/
et se ei vitijs opponentes. Iob.xv. Cucurrit aduersus deū
erecto collo. Quia vere dato ꝙ sint profundissimi sensuum
subtilitate/et latissimi diuitiarum et potentie diffusa facul
tate: nihilominus Cyrus rex.i. Christus/quando vult/ip-
sos per mortem diuidit et subuertit/et ad nihilum pertra-
hit et deducit. Magnus enim fluuius fuit Alexander: qui
tn̄ diuisus est in partes: qr scilicet de regno eius facta sunt
43 multa regna. Matthei.xij. Omne regnum in seipsum di-
uisum desolabitur/et domus supra domum cadet. ¶ Phi
son seu Ganges est fluuius de paradiso veniens/et per terrā
Euilath.i. indie defluens. Et interpretatur phison cater-
ua: quia secundum Isidorum cateruam fluminum: scili-
cet decem flumia in se recipit. Interpretatur etiam oris mu-
tatio: quia secūdum diuersas sui partes multipliciter mu-
tatur et in colore/et in quantitate. et secundum Magistrū
in historia/defert arenulas aureas/gēmas etiā preciosas/
et circa se herbas ꝛ arbores aromaticas nutrit. Sic sacra
scriptura a paradiso ꝑ reuelationē prodijt/et decē flumina
.i. decem precepta in se recipit. Figura.iij. Regum.vij. vbi
in atrio ante templum erant decem luteres/vbi sacerdo-
tes et sacrificia lauabantur ꝛc. Templum paradisus est/
atriū sacra scriptura/decem luteres sunt decem precepta
ꝛ cetera. Item hic fluuius mutatur in colore: quia alibi cla-
rus et planus/alibi obscurus et incognitus/alibi est turbi-
dus.i. semiplenus: quia pro certo scriptura quantum ad co
lorem sue apparentie/modo obscura est/modo plana/mo-
do mediocris. Figura Ezechielis.xlvij. vbi vidit fluuium
primo vsqꝫ ad talos/et secundo vsqꝫ ad genua/tertio quem
non potuit transuadare: quia scilꝫ sacra scriptura aliquan-
do est facilis/aliquando profunda. Item mutatur quo ad
quātitatem: quia alibi paruus: alibi diffusus. Sic scriptu-
ra in quibusdā locis multum diffuse/in alijs parce tractat:
qr infirmis ꝛ rudibus ꝛ subtilibus se coaptat.j. ad Corin.ix. Fa
ctus sum infirmus infirmis. Itē mutatur in sensu: qr alibi est
sacra scriptura frigida per comminationes/alibi calida ꝑ
promissiones glorie paradisi. Item arenulas auri ꝛc. quia
fluuius sacre scripture defert aurum sapientie/argentū elo
quentie/medicinam penitentie/et aromata gratie et virtu
tum. In isto fluuio continētur feces penarum inferni/que
sunt in fundo: flores glorie paradisi/qui sunt in summo: mū
di etiam pericula/et spiritualis pocula discipline. Et iste
fluuius ad mare tendit: quia sacra scriptura ad ipsum de-
um qui est origo ipsius/ordinatur. Ideo Ecclesiastici.xxiiij.
44 Factus est mihi trames abundans/ꝛ fluuius meus appro
pinquauit ad mare. ¶ Abana et Farsar fluuij sunt qui ir-
rigant regionem Syrie/et eam herbis et fructibus fecun-
dant/et maxime Damascenam ciuitatem. Syria que in-
terpretatur alta vel sublimis/arida vel humecta/significat
mundum/qui aret per auaritiam/qui humectatur per lu-
xuriam/et qui est sublimis per superbiam. In isto est ciui-
tas damasci/que interpretatur sanguinem bibens et mit-
tens: et significat statum diuitum/qui in sanguine paupe-
rum bibendo delectatur. Numeri.xxij. Occisorum san-
guinem bibit. In ista regione sunt isti duo fluuij: qui istam
preterfluūt ciuitatem. Primus dicitur farsar qui interpre-
tatur talpa vel fodiens vel dissipans/qui significat scien-
tiam legalem/scꝫ causidicorum/per quam ad modum tal-
pe/terre ꝛ hereditates pauperū fodiūtur ꝛ dissipantur. Alius
dicitur Abana/qui interpretatur pater gratus/ꝛ scientiā signi-
ficat medicorū/qui patres grati diuitū nuncupantur: quia

scilicet plus in eis confidunt/ q̄ in deo. Isti ergo duo fluuij damascum irrigant et fecūdant: q2 per istas duas sciētias regit in rebus ꝛ corporib9 totus mūdus: ꝛ fructib9 tēporaliū irrigant diuitū regiones: q2 hodie videm9 q̄ diues nō vult audire sciētiam/ nisi aliquam istarum/ vt inde fructum tēporalium recipiat et acquirat. Ideo Ezechiel.xxxi. Fluuij manabant in circuitu eius. Et tamen finaliter isti in mare inferni descendunt. Et ideo tales figurantur.iiij. Regū v. vbi Naaman venit de syria ad Heliseum / vt sanaretur a lepra: qui precepit ei q̄ se in iordanis fluuio septies lauaret: qui valde indignatus dixit. Nonne abana ꝛ farsar meliores sunt? Et nolebat lauari/ sed potius recedebat/ et tamen nunq̄ sanatus fuit/ quousq̄ balneatus extitit in iordane. Naaman qui interpretatur decor9 vel pulcherrim9/ significat clericos nostros beneficiatos/ qui totam curā adhibent in pulchritudine corporali. Hi sunt principes exercitus regis Syrie: quia tales in ecclesia que est christi exercitus/ principantur. Hi tamen aliquotiens sunt leprosi/ et hoc quia per simoniam vt communiter in ecclesiam ingrediuntur/ vel etiam quia lepra luxurie corrumpūtur. Hi apparent coram Heliseo vt sanentur/ idest coram deo/ in ecclesia.s. horas canonicas et officium faciendo/ et beneficia ecclesiastica acquirendo: sed ille precipit eis vt in flumine Iordanis.i. in sacre scripture studio balneentur: quia scilicet Christus vult vt ecclesiastici studeant in theologica disciplina. Sed pro certo illi declinant/ et non curant: immo dicunt q̄ abana et farsar meliora sunt: quia hodie seculares scientias sacre scripture preponunt / nec de ea curant: sed ad leges euolant audiendas. Aspera eñ stulto via doctrine. Ecclesiastici.j. Sed tamen nunq̄ lepra peccati mūdabitur/ nisi in Iordanis fluuio fuerint balneati. Ideo monet sapiēs: Stude sapientie fili mi. Et Prouerbiorū.xviij. Non recipit enim stult9 verba doctrine/ nisi ea dixeris que versantur in corde suo. ¶ Gozan est fluuius qui regionem Medorum irrigat/ qui ab oriēte in mare rubrum terminatur. Preterea Chobar est alius etiam fluuius qui Babyloniam irrigat/ ab euphrate seu tigri oriens secundū Hieronymum/ circunseptus vndiq̄ salicibus et carectis. Babylonia vel Media significat mundum: quia Babylonia idem est quod confusio: Media idem est quod adequatio: quia mundus confusioni est adequatus. Gozan qui interpretatur nux/ significat delicias/ a quibus exprimitur oleum vane laudis. Chobar qui interpretatur iuxta electum/ significat diuitias / que electe reputantur a malis. Iuxta ista flumina sunt salices et carecta / arbores scilicet sine fructu et floribus / hoc est dictu/ homines mundani / qui vt communiter vel circa diuitias vel delicias commorantur. Hi fluuij figurati sunt in scriptura/ vbi dicitur q̄ Salmanasar et Nabuchodonosor captiuauerunt filios israel/ et eiecerunt eos de terra promissionis / et Salmanasar illos quos captiuauit / misit ligatos in regionem Medorum/ super fluuium Gozan : sicut patet.iiij. Regum.xviij. Nabuchodonosor autē illos quos cepit/ super fluuiū Chobar posuit et ligauit. Salmanasar enim rex medorū significat luxuriam: quia Salmanasar interpretatur pacificās angustiatos: quia scilicet luxuria pacē promittit illis quos carnis stimul9 angustiat et affligit. Nabuchodonosor q̄ interpretatur sedens in tristitia/ significat auaritiam / que est in corde auarorum: quod mirabiliter est sollicitum et triste. Quos ergo Salmanasar.i. luxuria a terra ꝓmissiōis.i. a statu gratie captiuat/ super fluuiū gozan.i. super delicias alligat ꝛ exponit: quia deliciosus semper cupit delicijs inherere. Sz illos quos Nabuchodonosor.i. auaritia a statu gratie relegat/ super fluuiū Chobar.i. super diuitias situat ꝑ amorē. Et sicut (prout in scriptura dicitur) quādiu Israel fuit in terra babylonis/ nūq̄ perfecte fuit let9/ ꝛ quousq̄ ad terram promissionis est reuersus nō est gauisus: (quod etiā dauid figurans dicebat in psal. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus/ dum recordaremur tui syon) sic quandiu homo sedet super flumina diuitiarum et deliciarum in babylone mundi huius/ nunq̄ perfecte potest gaudere quousq̄ ad terram promissiōis.i. ad statum gratie iterum reuertatur: quia Inquietum ē cor nostrum bone Iesu donec quiescat in te. August. Uel dic q̄ Nabuchodonosor est diabolus. Israel est humanum genus. Babylon mundus. Terra promissionis paradisus. sicut supra. ¶ Dorx est fluuius rapidissimus exiens de paradiso mediāte tigri vel euphrate/ quorum brachium videtur esse secundum glosam Ecclesiastici.xxiiij. Et est fluuius gignēs lapides preciosos/ qui etiam aromatica ligna nutrit/ et ex eodem fonte quo tigris vel euphrates oritur ꝛ emanat. Sic christ9 est fluuius rapidus et fortissimus/ et circa malos impetuosissimus. Figura Daniel.j. vbi de sede antiqui dierum.i. dei patris egrediebat fluui9 igne9 rapidusq̄. Et iste igit de paradiso oritur/ quando per incarnationem ad mundi spatia destinat: sed tñ mediantib9 tigride et euphrate/ q̄ sunt duo fluuij maximi quorum creditur membrum esse.i. mediante patre et spiritusancto / quorum membrum Christus est: quia diuina persona est/ ꝛ eis per omnia coequalis. Ideo ex eodem fonte oritur: quia ex eadem essentia cum patre ꝛ spiritu sancto fili9 deriuatur. Ecclesiastici.xxiiij. Ego sicut fluuius dorix exiui de paradiso ꝛc. Et Ezechiel.xxj. De terra vna egrediūtur ambo. Et in isto fluuio sunt lapides preciosi.i. gratie et virtutes: quia omnis lapis preciosus operimētum eius est. Ezechiel.xxviij. Et circa ipsum ligna aromatica.i. sancti sunt ꝛ sancte/ q̄ in hoc mundo virtutum aromata profuderunt/ qui scilicet circa Christū per fidem charitatē et dilectionē habitauerunt. Figura Ezechi. vbi dicitur q̄ de sanctuario egrediebatur fluuius qui intrabat mare: et sanabat aquas: et circa ipsum ab vtraq̄ parte erat lignum fructiferum et decorum / cuius fructus erat in cibū et folia ad sanitatem : et in isto fluuio erant pisces multi et satis. Sanctuarium est paradisus/ fluuius Christus/ vna ripa diuinitas/ ligna eius angeli : altera ripa humanitas/ ligna eius sunt sancti: mare est mundus: pisces vero Christi exempla/ opera/ documenta: fructus arborum sunt sanctorum virtutes ꝛ opera/ folia eorum verba: quia procul dubio ex vtraq̄ ripa Christi de paradisi sanctuario venientis angeli et sancti per fidem habitant/ ꝛ angeli ripam diuinitatis/ sancti vero ripam humanitatis per deuotionem frequentant/ q̄ procul dubio fruct9 et folia.i. opa ꝛ verba alijs sana et vtilia portant. Apocalypsis.xxj. Erant fructus ei9 in cibum: ꝛ folia ad sanitatem. Uel si vis pone figuram de fonte qui ascendebat de terra Genesis.ij. Ideo Iohel.iij. Fons de domo dñi egredietur ꝛc.

Capitulum.iiij. de Iordane.

IOrdanis est fluuius a libano monte oriens ſm Hieronymum a duobus fontibus/ quorum vn9 ior/ alius dan dicitur. Et hic fluuius iuxta ciuitatem Hierico in mare mortuum terminatur/ qd ipsum fluuiū absorbet penit9 et cōsumit. Et hic fluuius tempore messis triticee solet plus solito abundare secundum glosam Iosue.iij. Et etiam illud forte accidit ex imbrium inundatione/ et ex niuiū resolutione. Iste fluuius iudeorum ꝛ gentilium regionem/ scilicet arabiam ꝛ iudeam dicitur separare. Et de isto legitur q̄ coram filijs israel de egypto et de deserto venientibus/ se aperuit: ꝛ ad ingressum terre promissionis aditum eis dedit/ et ad arce et populi presentiam se diuisit. In isto fluuio Naamā syr9 a lepra fuit sanatus/ quando ibi septies est intinctus: sicut dicitur.iiij. Regum.v. Iste fluuius testimonium sanctitati Helie et Helisei perhibuit/ dum ad tactum pallij helie ante eos se diuisit.iiij. Regū.ij. Iste fluuius ferrum qd in fundo aque erat/ ligno mediante subleuauit/ ꝛ prophete quod perdiderat restaurauit.iiij. Regū.vj. Preterea iste fluuius ex tactu carnis Christi/ vim regeneratiuā acquisiuit. Itē in isto fluuio Ioāne baptizante Christum/ celi aperti sunt et spiritussanctus ibidem reuelatus : sicut dicitur Matth. et Luce.iij. Talis fluuius est penitentia: quia originaliter a monte libani.i. a paradiso oritur mediantibus duobus fontibus/ scilicet fonte contritionis ex parte penitentis/ et mediante fonte misericordie et compassionis ex parte dei remittentis: quia quando misericordia et veritas obuiant sibi/ scilicet misericordia ex parte diuine remissionis/ et veritas ex parte humane confessionis: tūc iustitia ꝛ pax osculant se : q2 scz homo per penitentiā iustificat9/ paci restituit

angelorum. Esai.xxvij. Pacem faciet mihi ꝛ.xlviij. Facta
fuisset velut fluuius pax tua. Ideo dicitur Canticorū.iiij.
Que fluunt impetu de libano. Ideo iordanis interpretat
riuus iudicij: qꝛ in isto riuo debet seipm homo iudicare/ ta-
xando in pergameno rōnis qualē penā meruerit pro pctis
et se scdm debitam exigentiam puniendo. j. ad Corinthi.
xj. Si nosmetipsos diiudicaremus/ non vtiqꝫ diiudicare-
mur. Preterea iste fluuius iuxta hierico in mari terminat:
qꝛ penitentia quādo est iuxta hierico/ que luna interpretat
.i. iuxta mūdi negotia exposita/ a mari mortuo.i.a delicijs
ꝛ peccatis absorbetur: quia difficile est hominem esse peni-
tentem/ qui in mundi ludibrijs perseuerat. Apocalyp.xij.
Aperta est terra: et absorbuit fluuium. ps. Iordanis cōuer
sus est retrorsum. Preterea iste fluuius tempore messis tri-
ticee abundat: quia pro certo quando verū granum frumē-
ti.i.corpus christi debemus in horreis nostrorum cordium
suscipere/ maxime paschatis tempore: tunc debet in nobis
fluuius penitentie abundare. Josue.iij. Iordanis ripas al
uei sui tempore messis impleuerat. Et causa debet esse ni-
uium resolutio.i. peccatorum memoria et compunctio/ et
imbrium infusio.i. beneficiorum dei recogitatio. Hierem.
ij. Uide vias tuas in conualle/ scito qd feceris. Preterea istū
fluuium transijt iudas/ ꝛ vicit Timotheū.j. Machabeo.v.
quia confitens dum se in aquis penitentie balneat/ diabo-
lū iugulat/ ꝛ de ipo triūphat. Itē iste fideles iudeos.i.ↄfitē
tes et penitētes bonos ab infidelibus diuidit/ scꝫ ab impe
nitentibus atqꝫ duris. vel fidelis ꝛ infidelis per penitentiā
distinguuntur: quia scilicet fidelibus penitentia ad salutē
datur: infidelibus vero in secta sua nulla salutaris peniten
tia conceditur: et sic per consequens per iordanem penitē-
tie fideles ab infidelibus diuidunt. Job.xxviij. Lapidē ca
liginis et vmbrā mortis diuidet torrēs a populo peregrinā
te. Iste coram filijs israel se aperuit: quia ad hoc qꝫ homo
qui in egypto.i. in obscuritate peccati manet/ vel etiam in
deserto infidelitatis/ ad terram promissionis paradisi.i.
ad statum gratie transeat/ necesse est qꝫ per iordanem peni
tentie se exponat. Josue.j. Surge et transi iordanem istum
tu ꝛc. Deutero.iiij. Iordanem vos transibitis: et possidebi
tis terram egregiam. In isto fluuio Naaman mundatur:
quia peccator qui est commotio eorum.s.demonum/ per pe
nitentiam expiatur/ dum ibi septies.i.cum executiōe septē
operum misericordie balneatur. Uade lauare septies ī ior
dane.iiij. Regū.v. In isto fluuio ferrum enatat: quia pecca
tor qui ad modum ferri est frigidus per indeuotionem/ du-
rus per incompassionem/ ponderosus per obstinationem/
de profundo vitiorum ad libertatem gratie leuatur/ dū in
hoc fluuio abstergitur ꝛ lauatur: mediāte tamen ligno (Be
nedictū enī est lignū per quod fit iustitia. Sapiē.xiiij.) cru-
cis ꝛ passionis iesu christi suffragāte. Iste fluuius ex tactu
carnis christi vim habꝫ regeneratiuam: qꝛ eo qꝫ christus in
fluuio penitentie et penalitatis se balneauit/ penitentie effi
caciam et virtutem in remissionem peccatorum donauit.
Act.ij. Penitētiam agite: ꝛ baptizet vnusqꝫsqꝫ. In isto etiā
fluuio Joāni celū patefit: quia illis qui in fluuio penitētie
lauātur/ mysteria celestia reuelātur/ ꝛ spiritussancti gratia
inspiratur. Ideo Eccli.j. Fili concupiscens sapiētiam sta
in iustitia/ et deus dabit tibi illam. Ideo dicere possumus
illud Josue.j. Parate vobis cibaria/ et post diem tertium
trāsibitis iordanem. quasi dicat: infra tres dies/ qui scilicꝫ
sunt contritio/ confessio/ et satisfactio/ Iordanis penitentie
debet transiri/ vt cibi gratie eucharistie et glorie debite va-
leant preparari. Uel si vis dic qꝫ iordanis est baptismus:
qui a cōtactu christi carnis habet virtutem/ que scilicet est
fideliū ꝛ īfideliū distinctiua/ lepre pctī sanatiua/ ad terram
promissiōis paradisi pductiua/ spiritussancti procuratiua/
et celi apertiua. ¶ 2 Iordanis fluuius iudee magis abun-
dat solito tempore messis triticee: sed circa hierico deficit/
et in mare mortuum absorbetur. Sic iustus qui est fluuius
iudee confitentis.i.ecclesie/ debet in messe et in prosperita-
te ꝛ abundantia/ bonis operibus abundare/ et per gratia-
rum actionem merita cumulare. ps. Cōfitebitur tibi cum
benefeceris ei. Sed quando procedit circa hierico/ que lu-
na interpretatur.i. iuxta mobilitatem mundi per desideria
et affectus: tunc sepe a mari.i.a diabolo qui est amarus et
mortuus/ per peccatum totaliter absorbetur. Job.xl. Ab-
sorbebit fluuiū ꝛ non mirabitur: et habet fiduciā qꝫ influat
iordanis in os eius. ¶ 3 Iordanis est fluuius a libano oriēs: qui a
duobus fontibus ortum sumit/ quorum nomina sunt ior ꝛ
dan. Et tempore messis triticee abundat: ꝛ venientibus de
egypto ꝛ deserto ad terram promissionis/ ipsum necesse est
transmeare. Mons libani qui candor interpretatur/ est pa
radisus/ vbi est candor lucis eterne/ speculum sine macula
Sapien.vij. Ab isto iordanis oritur: quia a christi diuini-
tate et paradiso.i.ab eterna dei dispositione baptismus ho
minibus deriuatur. Fōs hortorum ꝛc. Cantico.iiij. Iste a
duobus fontibus oritur: quia a christi diuinitate et huma-
nitate accipit efficaciam et vigorem. ad Roma.vj. Quot-
quot baptizati sumus ꝛc. Unus de istis fontibus dr Jor/ qui
interpretatur riuus vel fluuius: hoc est persona diuina/ que
sicut fluuius dorix exiuit de paradiso. Eccli.xxiiij. Alius
dicitur dan: qui interpretatur iudicium. Hic est christi hu-
manitas/ que in iudicium venit in mundum/ vt videntes
non videāt/ et audientes non intelligant. Joā.ix. Ipse enim
fluuius est violentus: quē spiritus dñi cogit. Esa.lix. Et ab istis
duobus fontibus orit iordanis.i.fluuius baptismalis. Iste
tempore messis abundat: quia quando venit plenitudo tē
poris/ quando scilicet tempus estatis gratie cepit in mun
di machina celebrari/ quando messis triticea/ scilicet ipse
christus/ qui est granum frumenti cadens in terrā: (Joan.
xij.) qui est messis multa/ licet operarij sui pauci (Mat.x.)
qñ dico messis ista falce crudelis passiōis de campo huius
mundi fuit collecta/ et in horreū paradisi recondita: tunc
dico cepit fluuius baptismi desertum infidelitatis vndiqꝫ
irrigare. Et sicut fluuius suo euentu quasdam arbores de
solo eradicat/ et alias per terre adiūctionem fortificat atqꝫ
plantat/ ꝛ insulas ex arenarum cumulis aggregat ꝛ cōpo-
nit: sic fluuius baptismalis iudeos de solo fidelitatis auul
sit/ et paganos in fide statuit et plantauit. Hieremie.j. Ut
euellas et destruas/ et edifices ꝛ plantes. Job.xij. Fluuius
subuertit ipsorum fundamenta: scilicet iudeorū. Et ex are
narum collectione.i. ex diuersarum gentiū tribuum ꝛ lin-
guarū collectiōe/ insulā ecclesie fabricauit: que licet in pri
mo parua fuerit/ tamen mediante isto fluuio creuit in vi-
neam latiorem. Ezechielis.xvij. Super aquas multas
plantata est in terra bona/ vt faciat fructum/ et sit in vine-
am grandem.

Capitulum.v.de nilo.

Nilus est fluuius qui egyptum et ethiopiam cir- 1
cūfluit/ qui in tam remotis partibus oritur/ qꝫ or-
tus eius quasi ignoratur/ vt dicit Solinus.c.de
egypto. Iste est nilus quem Seneca libro.iiij.
de naturalibus qstio. super oēs mundi fluuios ex-
tollit/ dicens sic. Hūc nobilissimū amnē natura extulit an-
te humani generis oculos. Igitur in hoc conueniunt tam
Seneca qꝫ Solinus: qꝫ iste fluuius vltra ethiopiam oritur/
et per immensa terrarum et arenarum spatia ad ethiopiā
et deinde ad egyptum veniens/ tunc nilus primitus nun-
cupatur. Dicit igitur Solinus qꝫ punicis libris et iuba re-
ge testantibus/ iste fluuius a monte inferioris mauritanie
nascitur: lacū nilidem faciens/ mox arenis sorbetur/ et de-
inde iterum renascens/ iterum subsidit: nec prius de sub
terra promeat/ quousqꝫ in ethiopie finibus iterum de sub
terra niger exeat et procedat. Et iste lacus et flumen nilus
esse deprehendunt/ pro eo qꝫ quilibet eorum tales herbas/
arundines/ pisces et beluas/ sicut nilus producere compro
bātur. Ista omnia potes exponere sicut supra vbi dictum
est de fluminibus que certis locis oriuntur/ et certis iterū
reconduntur. Uel dic qꝫ nilus/ qui tunc primo niger oritur
quando in ethiopiam deuehitur/ et qui per vastas et exu-
stas solitudines niger et adustus defertur/ significat quos-
dam/ quibus ethiopia cum populo nigro et exusto.i. mun-
dus et mūdi negotia cū pctōribus nigris ꝛ infamibus valde
nocent. Nā etsi ante puri ꝛ innocentes fuerint: tunc tamen
cum hos attigerint/ nigri fiūt/ et peccatorū nigredinem ex
malorum societate/ vel ex mundi negotiorum administra-
tione acquirunt faciliter ꝛ incurrunt. Malū est ergo in ma

la loca venire/ ⁊ ad malorum societates transire: quia sicut dicitur Eccli. xiij. Qui tetigerit picē/ inquinabitur ab ea: et qui cōmunicat superbo/ induet superbiam. ¶ Nilus fluuius in duo se diuidēs/ infra se insulam meroen facit/ que quinq; dietarum spatio populis est referta. Tandem vero teste Solino/ ad quedam altissima promontoria veniens/ (que a Seneca Phile insula nominantur) occursantibus ibidem scopulis asperatur/ ⁊ ab angustis rupibus cadens non manare sed ruere cernitur: tantum clamorem in ipso casu faciens/ ꝙ incole qui ex horribili sono surdi fiebant/ illam regionem dimisisse/ ⁊ in quietiora loca secessisse ferūtur/ scdm Senecam vbi supra. Istud potest applicari circa multos/ qui quando dimittuntur currere ⁊ facere pro libito/ patientes videntur: quia sine tumultuatione feruntur. Uerūtamen quando obicem inueniūt/ ⁊ quando deus per tribulationes/ ⁊ prelatus per inhibitiones/ in via sua mala obstaculum eis ponit: tūc per superbiam intumescunt/ pre impetuositate deseuiunt/ ⁊ tantum fragorem horroris ⁊ discordie faciunt/ ꝙ auditores stupore deficiunt ⁊ surdescūt. i. more surdi faciunt/ inquantum pre horrore abeunt et recedūt. Istud est enim vnum remedium/ scilicet a tumultu talium recedere ⁊ fugere: quia al'as videretur esse necesse clamore talium surdos esse. Isti ergo possunt dicere illud. j. Reg. iij. Ecce ego facio verbum in israel/ qd quicunq; audierit/ tinnient ambe aures ei⁹. Uel pōt de christo veniēte ad iudicium intelligi/ qui clamorem et stridorem faciet/ et circa obstaculum peccatorum per seueritatē iustitie intumescet/ ⁊ eos stupefaciet ⁊ subuertet. Esa. lix. Ueniet quasi fluuius violentus: quem spirit⁹ domini cogit. ¶ Nilus scdm Senecam ⁊ Solinū omni anno per quattuor menses redūdat/ ⁊ super terram egypti vndiq; se dilatat/ ⁊ eam in estate per quattuor mēses irrigat ⁊ humectat/ ⁊ p quindecim pedes ad minus super agros hominū se profundat: ⁊ sic terras quas tangit fecundat. Quicquid vero nō tetigerit/ fructu vel germine non abūdat. Tunc etiam vt dicit Seneca ciuitates ⁊ opida sicut paruule insule videntur: ita ꝙ de loco ad locum per nauiculas papyreas nauigatur: ⁊ quanto quis de agris suis min⁹ viderit/ plus letatur: quātoq; aqua amplior fuerit/ tanto maior fecūditas expectatur. Iste eñ fluuius pro eo ꝙ sub terra totiens absorbetur/ turbidus est et limosus: ⁊ ideo ad terram fecūdandam est amplius operosus. Per istum fluuium possum intelligere fluuiū tribulationum. Iste enim est terreus ⁊ limosus: quia scilicet per istum homo considerat se factum fuisse de limo/ ⁊ futurum terram. Et ideo iste fluuius quando super terram corporis inūdat/ ipsam occasionaliter virtutibus fecundat: quinimmo quāto iste pl⁹ inūdauerit/ ⁊ quāto maior tribulatio/ paupertas ⁊ miseria nobis a deo imissa fuerit/ tanto fruct⁹ virtutum in presenti/ et celestis glorie in futuro vt cōmuniter maior erit: quia sicut dicit Apostolus: Unusquisq; ppriam mercedem accipiet scdm laborem suū. Illi autem quos iste fluuius non attigerit/ et quos tribulationum inūdatio non vexauerit/ virtutib⁹ non fecundantur vt cōmuniter/ ⁊ eterne glorie fructib⁹ non ditantur: quinimmo sterilitate perpetua desolantur. Esa. xlvij. Uenient tibi hec duo simul: sterilitas ⁊ viduitas. Boni igit̃ ⁊ sapientes qñ vident eiusmodi inūdationem/ et tribulationū occursionem/ non solent tristari: imo quanto pl⁹ de aquis tribulationū ⁊ min⁹ de agris terrenarū diuitiarū viderint/ debent in deo potius iocūdari/ ⁊ ampliorē glorie fructū ⁊ copiam prestolari. Et sic de talibus aquis videtur loqui scriptura Eze. xlvij. vbi dicitur. Intumuerūt aque profundi torrentis/ qui nō potest trāsnatari. sequit̃. Postq; venerint illuc aque/ sanabuntur omnia

4 ad que venerit torrens/ viuent ⁊ stabunt. Uel si vis expone de flumine gratie ⁊ scripture. ¶ De inūdatione nili/ que vt cōmuniter omni anno ⁊ in estate/ quattuor menses et certo tempore habet fieri/ diuersi diuersa senserunt. Aristo. enim ⁊ Hieronym⁹ vident̃ dicere ꝙ istud fit propter arenas/ que in ostijs fluminis aggregate cursum eius ad mare impediunt/ et sic fluuium retrocedere et exundare compellunt/ que tādem in mare imprimuntur: et sic aque que retrocesserant vacuantur/ et fluui⁹ ad suos limites rediens/ vsq; ad determinata tempora non augetur. Solinus vero ⁊ Seneca omissis pluribus aliorum opinionibus/ ad causas superiores attendunt: ⁊ solem in locis vbi nilus per ethiopiam et egyptū fluit/ feruentissime aquas scʒ de suis canalibus et cuniculis ⁊ de sui fontis abditis attrahentē/ huiusmodi fluxus causam omnem esse dicūt. Et ponit exemplum Seneca de lucerna/ vbi oleum/ sursum vbi exuritur/ attrahitur et fluit. et sic vult concludere ꝙ propter fortem solis attractionem huiusmodi flux⁹ venit. Dico igitur ꝙ huiusmodi fluxus cause sunt arene cursum impedientes/ vel radij solis aquas superius eleuantes. Per istum fluuiū possum intelligere vitrum iustum/ qui scilicet certis horis ad deum per cōtemplationem erigitur/ ⁊ eius doctrinis ⁊ exemplis alij irrigantur: eius etiam beneficijs ⁊ elemosynis tota patria circūiacens fecūdatur. Huiusmodi igitur eleuationis in deum due possunt esse cause/ scilicet calor solis. i. amor ⁊ charitas que sursum eleuat: pondus etiam arene. i. timor ⁊ humilitas: que fluxum affectionum ad mare mundi ⁊ peccati impedit et retardat. Iste ergo cause sunt amor premij et timor supplicij. Amor enim ad deum mentem erigit: timor vero mentem ne fluat ad mare peccati/ impedit et recolligit: et sic pro certo fluui⁹. i. homo crescit in bono/ et virtutibus augetur: et eius irrigatione temporali et spirituali ecclesia vel patria pmouet̃: vt sic eccl'ie possit dici illd. iiij. Regum. xxiiij. Pulchra sunt tabernacula tua Iacob/ et tentoria tua israel/ vt horti iuxta fluuios irrigui. Uel dic ꝙ aqua fluminis nili. i. iusti/ est interior affectio: q̃ tūc tēporis ad deum eleuatur et augetur/ quando arena. i. pondere diuini timoris et consideratione mortis a fluxu peccati retropellitur/ et calore diuine gratie superius sublimatur et trahitur. Uel dic ꝙ solis ardor significat mūdi aduersitatem/ pondus vero arene significat humilitatem et subiectionē. Ista ergo duo aquam gratie faciunt crescere/ et hominem vrtutibus abundare. psal. Abundantia diligentibus te.

5 ¶ Nilus fluuius est qui irrigat egyptum. Nam scdm Hieronymum/ cumuli arenarum semel in anno se interponūt in ostijs eius/ et sic non ingreditur mare: sed in tantum redundat ꝙ totam terrā egypti irrigat ⁊ fecundat. Quattuor enim mensibus stat super terram/ ita ꝙ agricole tāto plus gaudent/ quanto minus de suis terris vident. quicq̃d enim aqua operitur/ mirabiliter fecundatur: quicquid vero nilo nō tegit̃/ sterilitate ⁊ penuria lacessit̃/ sicut dicūt Señ. ⁊ Solinus. In isto autem fluuio habitat quidam magn⁹ serpēs venenosus/ qui dicitur crocodilus/ qui homīes quos circa ripam fluminis inuenit/ deuorat ⁊ occidit. In isto etiā fluuio habitat bestia que dicitur Ichneumon: que in luto se volutans/ dum crocodilus dormit/ dilabitur in os eius/ ⁊ omnia interiora ipsius lacerat et deuastat/ vt dicit Plini⁹. Iste fluuius semper est turbidus et limosus/ ⁊ ideo magis facit terram fructiferam ⁊ fecundam. Iste fluuius a paradiso oritur: tamen ibi nunq; reuertitur. Sic vere mundi sapientia egyptum tenebrosum. i. mundum gubernat: ⁊ cum ad mare vñ originat̃ ⁊ venit/ deberet redire. i. ad ipʒ deū (in quo et a quo oīs sapientia est) per debitum eius vsum ordinari deberet: tamen cumuli arenarum. i. abundantia bonorum temporalium ei ad deum introitum et ordinationem impedit ⁊ excludit: quia quando ostium huius nili/ scilicet huius sapientie (quod est cor humanum/ per quod hic fluui⁹ deberet intrare ad mare. i. reduci ⁊ ordinari in deū) per arenas. i. diuitias/ auaritiam et earum amorē obstruitur: tunc debita in deum ipsius reductio impeditur: sicut patet in aduocatis/ qui per auaritiam impediuntur ne sua sapientia ad deum ordinetur: immo tunc superabundat huiusmodi scientia/ et ad egyptum irrigandum et fecundandum. i. ad mundi negotia se dilatat. De hoc dicitur Iosue xiij. Fluuius turbidus qui irrigat egyptum. In isto fluuio habitat crocodilus. i. aduocati et vsurarij/ qui veneno sue malitie homines circa sua habitacula commorantes intoxicant ⁊ occidunt: ideo bestia Ichneumon. i. diabolus/ dū crocodilus iste in fluuio sapientie mundi dormit/ se inuoluit in luto. i. in bonis mundi/ et in os crocodili labit̃/ quando per peccatum auaritie/ et per amorem temporalium in eorum conscientiam se diffundit. Et tunc interiora ipsorum. i. cor et affectionem lacerat per auaritiam et ambitionem: et sic mortem perpetuam eis parat: vt tales dicant illud. Uenter meus. i. conscietia/ quasi mustum absq;

spiraculo/quod lagũculas nouas disrumpit. Job. xxxij. Et iste fluuius est turbidus: qꝛ mundi sapiẽtia propter limum carnalitatis et bonoꝝ tẽporalium ad que ordinaꝝ/ turbida est/ non clara per veritatẽ: idcirco terram quã irrigat. i. terrenos facit fontibꝰ tẽporaliũ abũdare. Et licet de paradiso. i. de deo originaliter veniat/ ad ipm tñ per gratiarũ actionem ei debita nunq̃ꝫ reddit. Ideo dicit Esa. lv. Descendit imber et nix de celo/ et illic vltra non reuertitur: sed inebriat terrã: et germinare eam facit. ⁊ cetera. Uel per istum fluuium intellige peccatorem: quẽ arene diuitiarum ad mare. i. ad deum fluere non permittunt: immo ad mundum et ad mũdi amorem per auaritiam retrouerti compellunt. Uel dic ꝙ iste est iustus: quẽ arena. i. penitentie vel timoris dei duritia/ vel etiã paupertatis sterilitas/ vel future mortis memoria ad mare. i. ad peccatum vel ad mũdum fluere nõ permittunt: imo per cõtritionẽ ipm ad deũ retrouertunt/ ⁊ ipsum irrigatorẽ terre. i. doctorem ⁊ predicatorem faciunt/ ⁊ in sciũ virũ aliquotiens eũ vertũt. ps. Jordanis cõuersus est retrorsum. Uel dic ꝙ iste fluuiꝰ est dei gratia/ deuotio vel lachryma/ vel etiam mia/ que scꝫ arena. i. pondere diuini timoris sup terrã cordis reijcitur/ vt sic bonis operibus fecundetur: que vero nõ tetigerit/ a virtutibꝰ desiccãtur. Uel dic ꝙ iste fluuiꝰ est tribulationis/ qui prudẽtes nõ turbat/ sꝫ beatificat: qꝛ scꝫ de ipo sciũt ꝙ si iste terrã sui corporis irrigat/ ipsam in virtutibꝰ plus fecundat: et ꝙ illi qui isto fluuio non merguntur/ steriles virtutibus inueniũtur. Bene ergo dicit Prouerbio. xij. ꝙ non contristabit iustum quicquid ei acciderit.

Capitulum. vj. de riuo.

1 Riuus a fonte paruus egreditur/ tandem ex ipso fluuiꝰ generaꝝ/ a quo terra circũiacens irrigatur/ qui anteq̃ꝫ intret mare/ permaximꝰ reperiꝝ. Sic gratia a fonte baptismi parua emanat: sed cũ tãdem per processum bonoꝝ operum creuerit/ exinde fluuiꝰ. i. diuersarum virtutũ abũdantia permaxima scaturit/ que ãteq̃ꝫ ad mare. i. ad mortis amaritudinẽ veniat/ per diuersa bona opera affluit ⁊ abũdat: ⁊ terram. i. animam bonis virtutibꝰ irrigat ⁊ fecundat. Et est riuꝰ ⁊c. vide per omnia de effectibꝰ gratie/ sicut dicit. §. sequenti de predicatore. ¶ Riuus a rigando dictus est ꝓm Isidorum. 2 Nam a fonte vel a riuo fluuiꝰ ducitur/ vt terrarũ ariditas irrigetur. Riuus naturaliter sapit naturã sui fundi originalis. Et est riuus immũditiaꝝ purgatiuus/ terre fecũdatiuꝰ potus auibꝰ ⁊ animalibus ministratiuꝰ/ viroris herbarum et arborũ conseruatiuꝰ/ lapillorum ⁊ glarearũ attractiuus. Sic predicator vel doctor a rigãdo scꝫ homines per doctrinam dici potest riuus: qꝛ scꝫ cum aquam sapientie in fonte scripture hauserit/ ⁊ in se per studiũ receperit/ exinde terrarũ. i. auditorum ariditatẽ ⁊ indeuotionẽ imbuit ⁊ infundit. Debet ergo riuꝰ iste naturã sue originis iugiter retinere. i. humilitatẽ que in origine cuiuslibꝫ potissime reperitur/ vel etiam regularẽ disciplinam ⁊ obseruãtiam sui status. Iste igitur riuus per predicationem/ peccatorum immũditiam a cordibꝰ auditorum noscitur purgare: terras. i. animas bonis operibꝰ ⁊ virtutibꝰ fecundare/ potũ sacre doctrine gratie ⁊ deuotionis auibꝰ ⁊ animalibꝰ. i. bonis ⁊ peccatoribus administrare/ glareas ⁊ lapillos. i. peccata magna ⁊ parua de fundo cordis auditoꝝ extrahere et educere: ⁊ virorẽ honestatis in herbis ⁊ arboribꝰ. i. in suis auditoribꝰ summopere ꝯseruare. ps. Riuos eius inebrians multiplica genimia eius: ⁊ in stillicidijs eiꝰ letabiꝝ germinans. Uel dic ꝙ prelatus qui a fonte. i. a deo ꝓcedit/ facit omnia supradicta. Uel etiã christꝰ qui a fonte paradisi/ vel a beata virgine nobis funditur. Uel dic ꝙ riuus est gratia/ que a christo vel a virgine nobis infunditur/ vt eius beneficijs irrigemur.

Capitulum. vij. de lacu.

1 Lacus est repositorium aquarum nõ fluentium sed quiescentium. Est eñ lacus in quo aqua retinetur/ nec fluminibus admiscetur. Est igitur differentia inter flumina et lacum: quia flumina in mare discurrunt: lacus vero sistitur. Fluuius etiam aquã a fonte receptam non retinet/ sed eã permittit fluere. Lacus vero aquas receptas alijs non cõmunicat: imo ratione calciate terree solet eas retinere: sꝫ quãdo calciata terrea rumpiꝝ/ tũc totum effundiꝝ/ et prata circũiacentia abũdantius irrigaꝝ/ ⁊ sic lacus retentis solum fecibus et vermibus/ aquis quibꝰ repletꝰ fuerat vacuatur. Charissimi per fluuiũ intelligo bonos. Per lacum vero intelligo malos/ et maxime tenaces ⁊ auaros. Qꝛ reuera ad modũ fluuij bonus hõ aquã gratie ⁊ ꝯsolationis/ aquã etiã diuitiarũ ⁊ scientie/ quam a fonte christo accipit/ in seipo solo non retinet: immo ipsam per misericordiam et pietatem ad mare fluere permittit. i. ad afflictos et debiles/ qui premuntur amaritudine paupertatis/ eisdem scꝫ elemosynas largiendo. Sed auari sunt recte sicut lacus/ q̃ mediãte calciata terrea. i. clausura auaritie/ ⁊ amore terrenorũ aquam diuitiarũ retinent in seipsis/ ꝓ se et piscibus suis. i. vxoribꝰ et filijs irrigandis: sed quando inspiratione diuina clausura auaritie rumpitur/ ⁊ lacus per misericordiam aperitur: tunc larga manu omnis huiusmodi affluentia effunditur/ ⁊ omnia pauperibus largiuntur/ ⁊ prata circũiacentia. i. vicini pauperes per eorũ beneficia irrigaꝝ. Exemplum de zacheo Luc. xviij. Ideo dicitur Geñ. vij. Rupti sunt omnes fontes abyssi/ ⁊ cataracte celi aperte sunt ⁊c. Uel dic ꝙ calciata terrea/ est corpus/ propter cuiꝰ indigentias auari retinent ⁊ nõ distribuũt bona sua. Istud igitur per mortẽ rũpitur/ ⁊ sic aque diuitiaꝝ alijs effundũtur: ⁊ tunc saltẽ de bonis eorum alij irrigantur: ipsi vero cũ fecibus peccatorum et cũ vermibus remorsus conscientie/ vacui diuitijs dimittuntur. Judicum. j. Remiserunt eos vacuos ⁊ sine honore. ¶ Lacus aquas quas scaturiendo recipit/ alibi non transmittit: nisi scilicet cũ difficultate hauriaꝝ. 2 Idem ranas/ vermiculos/ ⁊ herbas superfluas multas nutrit/ calciatam habet terream/ que tenet ne aque fluãt/ que tamen aliquotiẽs rumpitur/ ⁊ quicquid intus aque et aliorum diu seruatum fuerat/ lacꝰ perdit. Et est aqua lacualis ꝓm Constanti. ceteris aquis grossior/ feculentior ⁊ illaudabilior ad potandũ. Nã pisces qui in ea moraꝝ/ reddit pingues/ et quasi limũ sapientes. Aqua autem vnius fontis quando lacum intrat pisces eiꝰ meliorat/ ⁊ lacũ a corruptione ꝓtegit et ꝯseruat. Lacus est aduocatus/ qui scilicet aquas sapientie mũdane quas scaturiendo. i. addiscendo paulatim acquirit/ alibi non transmittit/ scilicet pro causis pauperum fouendis: nisi forte ibi aliquis hauriat cum situla pecunie vel donorũ. Gratis enim non solet aquam sue sapientie emittere: sed quousq̃ꝫ haustorem pecuniosum inueniat/ retinere. Prouerbio. v. Habeto eas solus/ ⁊ nõ sint alieni participes tui. Ibi etiam nutriũt herbas superfluas vanarum cogitationum/ affectionum ⁊ desideriorum/ ranas vanarum locutionum/ vermiculos etiam. i. remorsus consciẽtie ⁊ compunctionũ a quibus scilicet iugiter infestãtur: qꝛ vermis eorũ non morietur. Marci. ix. Aque dictorum lacuum sane non sunt: qꝛ scilicet aque scientiarum mũdialium/ que in his lacubus pre ceteris inueniuntur/ spiritualiter non sunt sane: sed eas bibentibus ⁊ amantibus/ et eis debite non vtentibus sunt nocue atq̃ꝫ vane. Multa enim peccata generant in bibendo. Ideo pisces in istis aquis nutriti. i. homines in sciẽtijs mundialibus eruditi/ limosi sunt per delicias ⁊ carnalitates/ terram sapiunt per auaritias et cupiditates/ pingues sunt per luxurias et voluptates. Quando autem clausura terrea. i. corpus per mortis impetum dissipatur: tũc lacus huiusmodi/ scilicet aduocati/ aqua sapiẽtie vacuãtur. Unde cõiter dicitur ⁊ videtur ꝙ sapiẽtia istis in morte subtrahitur/ quam scilicet vendere quãdiu vixerant videbantur. Juxta illud Ezechieꝲ. vij. Qui vendit/ ad id quod vẽdidit non reuertetur/ et adhuc in viuentibus vita eorum. Quasi dicat: ipsis viuentibus subtrahitur eis aqua sapientie/ scilicet in morte. Unde ad Roma. j. Quia non probauerunt deum habere in notitia/ tradidit illos deus in reprobũ sensum. Tunc ergo ab eis fugiunt pisces. i. parentes et amici: tunc deficit rana eloquentie: tũc cessat aqua sapientie: tũc cessat limus voluptatis ⁊ immunditie: vermes tamen. i. remorsus conscientie in eis remanent/ qui sub luto ⁊ fecibus peccatorum perpetuo se occultant. Unde Judith vltimo. Dabit super eos dominus ignem ⁊ vermes. Ueruntamen quando aqua viua gratie et charitatis subintrat lacum huiusmodi/ vel aqua viua scientie spũalis: a corruptione peccati potest aliqualiter preseruari: quia sicut aqua lacualis

per aquā viuam subintrantem purificatur:sic mundana sa
pientia quādo diuina scientia et gratia sibi adiūgitur/me-
lioratur:ꝛ ne anime noceat/ retardaꝛ.qđ bene figuraꝛ Eze.
xlvij. vbi de aquis de sanctuario egredientibus.i.de scien-
tia diuina ꝛ gratia a deo ꝓuenientibꝰ/dicꝛ ꝙ aque iste in-
gredienꝛ mare/ ꝛ sanabūtur aque.quia breuiter aqua mun
dane sapientie non officit/quādo aqua viua diuine sapien-
tie ꝛ gratie ipam regit.Uel dic ꝙ aque lacuales sunt bona
terrena/que grossa sunt ꝛ simplicibꝰ nociua/ꝛ infirmitates
diuersorū peccatorū ꝛ vitiorum in ipsis generātia.In lacu
est aliquādo aqua sic corrupta/ꝙ pisces ibi generati moriū
tur.Sic vere aque.i.diuitie ꝛ possessiones ipsorum lacuū.i.
aduocatorū et vsurariorū sunt quandoqꝫ ita corrupte.i.ita
male acquisite/ꝙ pisces eorum.i.filij in aquis huiusmodi
patribus succedētes moriuntur per peccatū:ꝛ per mortem
eternā: quia scilꝫ in male acquisitis non deberent succede-
re:sed ipsas restituere.ideo Apoc.viij.Multi hominū mor
tui sunt ex aquis:qꝛ amare facte sunt.ꝛ Eccli.xlj.De patre
3 impio querūtur filij:qm̄ per ipsum sunt ī opprobrio.¶ La
cus secūdum diuersitatē ꝛ qualitatē fundi/diuersas parti-
cipat qualitates . vnde in ethiopia est lacus ſm Isidorū a
quo ꝑfusa corpora velut oleo nitescunt.In aphrica est lacꝰ
qui canoras voces facit.In italia etiā est lacus qui biben-
tibus tedium vini facit.In reatinis etiā paludibꝰ iumēto-
rum vngule durātur.Italia mētis excessus.Ethiopia cali
go.Aphrica fertilis vel augmētata īterpretaꝛ.Lacus ergo
est penitētia vel plenitudo diuine gratie et mīe/in quo ec-
clesia regina/ꝛ Christus rex/pisces suos.i.fideles animas
nutrit/abluit/ꝛ impīguat.Sed iste lacus diuersificaꝛ secū-
dum personarū qualitates. Nā si iste lacus sit ī ethiopia.i.
in obscuritatis peccatoꝝ fuligine:ipsos facit oleo gratie re
lucere:qꝛ peccator per penitentiā dealbaꝛ. Iste si fuerit in
aphrica.i.in bonis et iustis/gratijs ꝛ virtutibꝰ fertilibꝰ ꝛ fe
cūdis:tunc non solum facit eos relucere:immo etiā dat eis
voces canoras laudis diuine et grārū actionis/ vel deuote
orōnis/que dulciter resonat corā deo.Si autē fuerit in ita-
lia.i.in cōtemplatiuis/qui mentē excedunt:tūc saporē vini
in eis efficit:inquātum vini eterne dulcedinis aliqđ perci-
piunt cōtemplādo.Et ibi iumētorum vngule duranꝛ:quia
per huiusmodi cōtēplationem ꝛ penitentiā/carnales ꝛ de-
biles in perseuerātia cōfirmantur.Esa.xxiiij.Congregabū
tur in cōgregatiōe vnius fascis in lacum. Uel dic ꝙ lacus
ethiopie qui facit nitescere/est penitētia:qua tota cōuersa-
tio renitescit.Lacꝰ aphrice est dei mīa/qua iustꝰ ad suaui-
ter cantādū:et deo regratiandū incalescit.Lacus vero ita-
lie est scripture sciētia:in qua vinū ꝓsperitatis mūdane nō
dulcescit:et ī qua pes.i.affectꝰ ꝑ ꝑseuerantiā durescit.Uel
dic ꝙ lacus italie est luxuria:que pro certo vinū et dulcedi
nem deuotionis ꝛ gratie facit horrere/et vngulas.i.affectꝰ
equorum.i.luxuriosorū per mētis obstinationē et ꝑ malam
4 cōsuetudinē durescere facit.Esa.v.Ungule equorum eius
vt silex.¶ In regione troglodytarū est lacꝰ in die ter ama
rus/ꝛ toties dulcis:ſm Isidorū li.xiij.et ī nocte similiter si
cut dicit Pli.li.xxxj.c.ij. vbi ait istum lacum insanū voca-
ri/qui albis serpētibus vicenorū cubitorū est refertus.Tro
glodyta seruus succinctus interpretaꝛ:ꝛ significat peniten
tē: qui debet ad bona opera se succingere et armare. Dies
est vita presens.In hoc igiꝛ peccatore debet esse lacus pe-
nitētie/qui in die vite sue est ter amarus/ scꝫ amaritudine
cōtritionis in corde/pudoris in ꝯfessiōe/laboris in opatio-
ne:sed iste lacus totiēs est dulcis:qꝛ per cordis amaritudi-
nem acquiriꝛ dulcedo recōciliationis deo / per confessionē
ecclesie/per satisfactionē reconciliatur proximo:et sic bene
dicꝛ Judith.v.Fontes amari obdulcati sunt. ꝛ illud psal.
Secūdū multitudinē dolorum meorū in corde meo/ cōso-
lationes tue letificauerūt animā meam.Uel si vis dic ꝙ ta
lis lacus vel fons significat vitam humanā : que scilꝫ et in
nocte aduersitatis : et in die ꝓsperitatis/tm̄ videꝛ habere
de dulcedine cōsolationis:sicut de amaritudine desolatio-
nis:et econuerso.Si em̄ bene attēdatur nox tribulationis/
inuenies triplicem amaritudinē/ scꝫ dolorem animi/lāguo
rem corporis/amissionē rerum . Ecōtra vero ibi est triplex
dulcedo seu cōsolatio:qꝛ videlꝫ tūc homo cognoscit seipm̄/
tēdit in deum/cōtemnit mūdum:et sic verificaꝛ illud psal.

predictū.Secūdum multitudinē.ꝛc. Ecōtra autem in die
prosperitatis fons humane vite triplicem habet dulcedi-
nem/scilꝫ diuitias/delicias/et eminentias. Sed pro certo
econtra iste triplicem habet amaritudinē/scilꝫ sollicitudi-
nem quo ad diuitias / fastidiū quo ad delicias/ timorē ca-
sus quo ad eminētias. Et breuiter age quicqđ volueris:qꝛ
ꝛ in die ꝓsperitatis ꝛ ī nocte aduersitatis tot inuenies dul
cia/quot amara:ita ꝙ scđm Esa.ix.Deus posuit lucē in te-
nebras/ ꝛ tenebras in lucē:amarū in dulce/ꝛ dulce in ama
rum.Uel dic ꝙ lacus insanus est mundi ꝓsperitas/que fa
cit per mala desideria insanire/que sicut dictuꝫ est/tot ha-
bet amaritudines/quot dulcores: que etiā serpentes.i.ma
los homines maximos et potētes nutrit/ipsosqꝫ continet ꝛ
custodit.¶ Secūdum Isidorū lacus tyberiadis est sanior 5
qui sit in iudea. Sic lauacrum penitētie est vtilius et sanꝰ
pro criminibꝰ spiritualiter abluendis/qui in ecclesia possit
reperiri.Tyberias em̄ interpretaꝛ bonitas testificationū/ꝛ
penitētiam et cōfessionem significat/in qua homo cōtra se
testificatur.psal.Dixi:confitebor aduersum me iniustitiam
meā dño . ¶ Stagnum genesareth est in iudea/qđ propter 6
sui magnitudinē sepe mare dicꝛ in scriptura. Hic suis flu-
ctibus et vndis auram generat . Et ideo dicꝛ genesareth
quasi auram generans.et propter eius motum et agitatio-
nem efficitur sanior/purior/ꝛ subtilior ad potādum ſm Isi
dorū.Judea confitens vel glorificans est ecclesia/que vnū
deū glorificat confitēdo.In ista est lacus genesareth.i.tor-
mentum tribulationū et penitentie/qui propter suā magni
tudinem mare.i.amarus multotiens iudicatur:quia scđm
Aplm̄.ad Heb.xij. Omnis disciplina non videꝛ esse gau-
dij/sed meroris.Sed scđm rei veritatē aque eius non sunt
amare:immo sane sunt bibētibus/atqꝫ dulces:quia fontes
amari obdulcati sunt.Judith.v. Et ideo dicꝛ quasi aurā
generans: qꝛ tribulatio generat auram letitie sempiterne.
Dañ.iij.Fecit mediū fornacis/quasi ventum roris flātem.
ꝛ Thob.iij.Post tēpestatē trāquillū facis.Figura Matth.
xiiij.et Mar.vj.vbi nauicula in stagno genesareth iactaba
tur fluctibus: ꝛ laborabant intus existentes/in remigando
contra ventum.Sed dum sic laborarēt / statim affuit dn̄s/
qui omnē tēpestatem sedauit/et petrum sup aquas ire pre-
cepit.Sic quādo ecclesia vel persona fluctibus tentationū
in mari vel in stagno tribulationū soluiꝛ: dum tamen remi
gando/ et cōtra vētum mūdane glorie resistendo/homo de
bitum suum faciat/statim adest dn̄s per auxiliū gratie sue:
et omnē ventorum turbationem facit quiescere vel cessare:
quia scilꝫ sicut dicꝛ.j.ad Corin.x. Fidelis deus est/ qui nō
permittet vos tentari vltra ꝙꝫ potestis.Petrū etiā agnoscē-
tem.i.quēlibet virum spūalem iubet ire sup aquas munda
ne prosperitatis / sup aquas deliciarū et diuitiarum/super
aquas tribulationū et miseriarū:ipsas scilicet calcādo per
cōtemptū/et se diuine prouidētie cōmittēdo.Esa.xxvj.Cō
culcabit eam pes/pes hoīs pauperis/gressus egenorū.et.j.
Petri.v.Omnē solicitudinē proijcientes in eū/qm̄ ipsi cu-
ra est de nobis.ꝛc. ¶ Lacus asphalti mare mortuū nuncu 7
patur.Dicitur mare propter profunditatē ꝛ magnitudinē/
mortuū dicitur qꝛ nihil gignit: qꝛ scilꝫ nihil de genere viuē-
tiū ibi residet : immo siqua arte ibi aliqua viua mersa fue-
rint/statim resiliunt et excutiūtur.Unde nulla auis est ibi/
nec etiam pisces.nulla etiā nauis:qꝛ omne vita carens ibi
submergiꝛ in profundū.vnde candela accensa supernatat/
mortua ꝛ extincta submergiꝛ.Unde scđm Josephū Uespa-
sianus quosdam ligatis mēbris in hunc lacū fecit proijci/
qui ibi submergi nō potuerūt:sed viui de ꝓfundo superius
emerserunt. Mare etiā istud a ventis nō mouetur: qꝛ pro-
pter naturā bituminis quasi oīs aqua stagnaꝛ. Naues au-
tem bitumine linite ibi natāt:sed nihil aliud ibi natat. Se-
cūdum comestorē / poma exterius pulchra/interius ignea
vel cinerea inueniunꝛ circa mare illud(sicut etiā dicit So
linus.c.de iudea)que ꝙꝫuis exterius decora appareāt/si ta
men manu premātur/fumus/cinis ꝛ fauille interiꝰ esse ꝓ-
bātur. Glebas etiā nigras bituminis iste lacus a se vomiꝛ
et reijcit:qđ secūdum eūdē ita est tenax/ꝙ quicqđ eo inun-
gitur/citius rūpitur ꝙꝫ abinuicem diuidaꝛ/nisi forte cū filo
intincto in sanguine menstruo diuidaꝛ. Mare istud est in-
fernus/ q̇ mare magnū ꝛ spatiosum dicꝛ manibꝰ/vbi repti

lia rc. quia tanta est ipsius magnitudo q nunq potest aiabus hominū saturari. Abac. iij. Dilatauit quasi infern⁹ animā suam. rc. et non adimplet. Infernus etiam dicit mare mortuū: quia ibi est vmbra mortis. Job. x. Dicit etiā mare propter profunditatem: quia (Eccli. j.) Profundum abyssi quis dimensus est? In isto enim nihil quod vitam gratie r charitatis habeat/ submergitur: imo si boni aliqua pmissiōe diuina ad inferos per demones ducerent/ statim inde resilirent r reuerterētur: sicut patet per plura exēpla. Ideo ibi nulla est auis. i. nullus vir cōtēplatiuus/ nec piscis. i. vir cōpatiens et deuotus/ nulla nauis. i. nullus bon⁹ actiuus: sed quicquid vita caret/ videlicet tota cōgeries peccatorꝝ/ totū ibi submergit i pfundū. Job. xvij. In pfundū inferni descēdent oia mea. Nihil enī ibi supnatat nisi vitā gratie habeat. Candela enī. i. homo/ ardens. s. per charitatē et dilectionē/ lucens p honestatem r bonā cōuersationē/ ibi nō submergitur: sed si his duobus priuetur/ statim ibi inferi⁹ infundat. vnde Matth. viij. Descēdit grex porcorū in mare/ et mortui sunt in aquis. idem Mar. v. Luce. viij. Aque autem. i. populi (quia sicut dicit Apoca. xvij. Aque multe populi multi.) que scilicet in isto mari sunt: a ventis. i. sanctorū orōnibus nō mouent: immo bitumine diuine dispositionis r tenacis r durabilis dānationis/ ibi taliter r tam firmiter situantur/ q nunq ad miam perpetuo admittunt. Esa. xiiij. Verūtamē in infernū detraheris / in profundum laci. Solus enī sanguis christi istud bitumen fregit quādo in filo. i. in mie vinculo sanctos patres extraxit / et de lacu isto. i. de sue tenacitatis bitumine liberauit. Zacha. x. Tu autem i sanguine testamēti tui eduxisti vinctos tuos de lacu. Poma q ibi sūt. i. dānati (sicut per multa exēpla pbat.) licet exteri⁹ sint pulchra/ r appareāt: tamē interi⁹ continue sūt cōbusti: r exinde glebe nigre bituminis. i. demones nigri per peccatū/ bituminosi r tenaces per obstinationē/ ad mundi supficiem emittūtur/ quo scilz in mūdo isto peccatores in vitijs bituminātur et ligātur. Naum. ij. Facies eorꝝ sicut nigredo olle. Vel dic q iste lacus est mūdus vel mundana psperitas/ in quo scilz submergit/ per affectum se ei⁹ negocijs implicādo/ quisquis vita caret gratie: sed p certo illi qui vita gratie viuificant/ in aquis huius maris. i. in delicijs r diuitijs/ que in mūdo fluūt et refluūt/ solēt supnatare per earum cōtemptū: nec in eis submergunt per affect⁹. Boni enim mari mūdi seu eius fluctibus nō libēter se implicant. Mali vero ibi mētaliter se pfundāt. Exodi. xv. Descenderūt in profundū quasi lapis. Vel dic q mare huius mundi viuos. i. bonos a se fugat r reijcit. Mortuos vero. i. malos peccatores recipit/ pmouet/ et custodit. Quod etiā de mari mortuo. i. de mortuis peccatoribus potest dici: qr scilicet ipsi gaudent malos et mortuos et infames homines secum recipere et habere: viuos vero. i. sanctos homines solent reijcere r horrere: sicut patet de multis secularibus/ qui citius ad se hospitē reciperēt vnum pessimū secularem q vnū optimū regularē. Sicut patet etiā de multis dn̄is r prelatis/ qui bonos r probos hoies in suo seruitio nolunt habere: malos vero solent recipere et tenere. Joan. iij. Dilexerunt hoies magis tenebras q lucem. Sicut etiā patet de quibusdā alijs: qr mortuos. i. peccatores solent siquādo delinquūt/ abscondere et celare. Vnum autē viuū. i. aliquē clericū vel religiosum nō dignarent excusare: sed malum suum oibus reuelare. vnde Matthei. viij. Sinite mortuos sepelire mortuos suos. Mortuū enim mare res mortuas recipit: quia scilz vnus malus alios malos diligit et defendit. Circa littus hui⁹ maris. i. in mūdo sunt poma. i. peccatores colore et pulchritudine gratiosi/ qui si scalpantur per inuestigationē/ in eorꝝ medio/ scilz in corde/ scintille ire et inuidie vel motuū carnaliū: et cinis auaritie reperit. Sap. xv. Cinis est cor ei⁹: r luto vilior vita eius. rc. In hoc ergo mari nō sunt aues. i. cōtemplatiui/ nec pisces. i. humiles et deuoti: qr scilz hui⁹ mūdi persone fugiunt ad desertū religionis vel ecclesie: et in mari mortuo hui⁹ mūdi volūt vt cōmuniter remanere. Apoc. xij. Date sunt ei ale/ vt fugeret in desertum. Naues etiā. i. boni actiui/ q faciūt operationem in aquis multis/ nō possunt ibi esse quin submergant per peccatū iniquitatis et cupiditatis/ nisi liniant bitumine charitatis. Gen̄. vj. Bitumine linies eam intrinsecus et extrinsecus. Istud etiā mare glebas bituminis nigras eijcit: qr scilz mare mūdi illos qui sunt nigri per penitētiam/ qui sunt bituminosi per charitatē / a se et a promotionibus suis eijcere et expellere cōsueuit. Gen̄. xxj. Eijce ancillam et filiū eius r. ij. Regū. xiij. Eijce eam foras: r claude ostiū post ipsam. Vel expone oia predicta de peccato si vis. Vel si vis dic q istud mare mortuū significat bonos/ qui p penitētiam mortificāt semetipsos: qr scz isti res viuas r nō mortuas sustinēt: inquātum scilz labores vtiles et vitales libēter tolerant: labores vero mundanos et mortiferos non sustinent/ nec portant. psal. Propter te sustinui opprobrium. Vel dato q pctōres sint mare mortuū. i. spūaliter mortui et amari: ipsi tamē nunq volūt res mortuas. i. alios peccatores diligere vel portare: nec charitatiue sufferre/ seu i patiētia sustinere: nec eos in suis necessitatib⁹ adiuuare. Qd etiam in religione videm⁹: qr multi sunt qui q̄uis sint defectuosi: alios tamē defectuosos tolerare vel supportare non volunt: cū tamen dicat ad Gala. iiij. Supportate inuicem. et Gala. vj. Alter alterius onera portate. Vel nauis bitumine linita significat aliquos qui glutino charitatis r gratie sunt iuncti. Generale est ergo q in lacu inferni oia vita carēt. i. omnes qui moriunt/ mergunt/ nisi qui bitumine charitatis r gratie iuncti reperiunt. psal. Eruisti de inferno animā meā: et de lacu mortis vnicā meam. Vel dic de pomis/ q isti sunt hypocrite: qui circa lacum mūdi per affectionem versant/ qui q̄uis exterius in apparētia per fictā cōuersationem sint pulcherrimi: intus tamē in corde sunt pessimi: qr scilz ibi sunt per auaritiā cinerei r puluerei/ p luxuriam fauillei r ignei: et p supbiam fumosi r aerei: ita q si per inuestigationē cū diligentia scalperent/ nihil valere penitus noscerētur: q̄uis prima facie boni et vtiles videant. Sap. xv. Cinis est cor eius: r luto vilior vita eius. ¶ Teste Senec. de naturalib⁹ questiōibus lib. iij. sunt sub terra minus nota iura nature: sed non minus certa. Crede (inquit) infra quicqd extra vides. Illic em̄/ scilz sub terra/ sunt specus vasti/ ingentes recessus/ spatia laxa/ et abrupti in infinitum hiat⁹/ qui vrbes illapsas aliquādo receperūt. Hec ergo (cum nō sit dare vacuū) spiritu. i. aere plena sunt: illicq sunt stagna obsessa tenebris/ illicq aialia nascūtur: sed tarda et informia: vt in aere ceco et pingui/ r in aquis torpentibus cōcepta r facta: que vt plurimū ceca sunt/ ratiōe defectus luminis. Charissimi p tales lacus et stagna possum intelligere infernū: et inferni noxias māsiones. Ibi em̄ sub terra scilz in loco tenebroso et ceco sunt hiatus/ cauerne/ recessus r stagna: que sunt p maxime quantitatis: in quibus pro certo sunt aialia informia/ ceca/ et tarda/ r perpetuo lumine carētia/ scilz ipsi dānati/ qui dicūtur informes: qr per dei grām nō informātur: dicūtur ceci/ qr dei visione nō cōsolantur: dicūtur tardi/ qr de eodē loco ppetuo nō trāsferūtur: dicūtur autē lumine carere: qr nullo lucis solatio delectantur: sed tenebris tristissimis desolant. Ista est igit illa terra tenebrosa/ et operta mortis caligine/ vbi vmbra mortis/ et nullus ordo sed sempitern⁹ horror inhabitat. Job. x. Vt sic de talibus piscibus r dānatis exponatur illud Job xxvj. Ecce gigantes gemūt sub aquis/ et qui habitāt cum eis. Vel ista possunt exponi de mundo / qui pro certo locus subterraneus videt esse/ pro eo q in tenebris ignorātie r in caliginoso aere dinoscit hic latere. Job. xxxvij. Nos quippe inuoluimur tenebris. Hic enim sunt diuersi lacus r stagna/ et diuersi recessus et hiatus: hoc est dictu/ diuersi status: in quib⁹ procul dubio multa aialia. i. multi peccatores continētur/ qui ppetuis culparū tenebris inuoluti ceci sunt per mentis hebetationē/ informes sunt per incōpositam cōuersationem/ tardi sunt per torporis r desidie inuolutionē/ vt sic sine lumine sunt per gratie fidei et sciētie priuationē: vt sic quilibet talis proprie dicat de diabolo illud psal. Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi/ in tenebris r in vmbra mortis. Si vis aduerte bene ad hoc qd dicit hic Seneca/ scilz q infra sunt/ quecūq supra vides. Qd aliqui videntur intelligere q inferius infra terrā et i mari sunt flumina dulcia currētia/ nemora: r etiā forme aialium/ r cetera que sunt supra: sicut etiā refert Geruasius in libro suo de mirabilibus: sed de hoc vide alias. ¶ Arethusa fm Senecā ibidem/ lacus est seu fluuius de achaia p olympiam ciuitatē

8

9

decurrens/tādem a terra absorbetᷓ:et sub mari viam suam peragens in insulā sicilie/circa ciuitatē syracusas nascitᷓ/⁊ algas ⁊ purgamenta secum portans/manifeste ostendit ꝙ aliunde venit et progreditur. Unde Pli.lib.ij.c.cvj.dicit ꝙ arethusa est fons syracusanus/in quo reddūtur iacta in alpheum. Simile etiā dicit de alijs multis. Istud potest applicari ad apostolos/ et alios viros iustos/qui in patria in qua nati fuerunt/noluerūt multū subsistere vel manere:immo per terre et maris spatia voluerūt ad regiōes alias/vt ibi predicando proficerēt et fluerent/se transferre: sciētes ꝙ iuxta sententiā saluatoris: Lu.iiij. Nemo ꝓpheta acceptus est in patria sua. Uel expone per oīa sicut supra.c.iij.§.xxvj. Et per mare hic intellige idem qꝺ ibi intelligitᷓ per terrā.

10 ¶ Arethusa ꝭm Solinū lacus est/per cuius mediū fluuiꝰ tigris transit/ ⁊ hoc mirū:q² nec aqua nec pisces fluminis aque lacus se iungūt: ⁊ ecōuerso:aqua lacus ⁊ eius pisces nunq̄ flumini se ꝑmiscēt. Et ideo Seneca vbi supra ponit versus Uirgilij de isto lacu: dicēs. Sic tibi cum fluctꝰ subterlabere sicanos: Doris amara suas non intermisceat vndas. Nota autē ꝙ doris idē est qꝺ tigris: vel saltē quoddā tigris brachiū: vel fluuius qui subintrat tigrim ꝭm Isidorū et ꝭm glosam Eccli.xxiiij. Charissimi per lacū istū possum intelligere mūdū. Per fluuiū vero intelligo virū iustū/ qui tigris lingua persica.i.sagitta potest appellari/ pro eo ꝙ more sagitte debet ad bona oꝑa cito ferri/et ab ipso sicut a sagitta debēt impij vulnerari. Quid ergo? Procul dubio quādo aliquis tigris fluuius.i.aliq̄s iustus/ ex iniūcto sibi officio habet transire per lacū arethuse.i.ꝑ mūdum et negocia mūdana/bene debet cauere ne ipsi lacui.i.mūdo ꝑ malas complacentias se immisceat: ⁊ ꝙ etiā secum admisceri aquas lacus.i.bona mūdi per acq̄sitionē indebitā non permittat: sed ꝙ purus et vitijs impermixtꝰ per mediū eiꝰ currat: iuxta illud.j.Joā.ij. Nolite diligere mūdum/ neq̄ illa que in mūdo sunt. Uel dic ꝙ fluuiꝰ in lacus medio est religio in medio mūdi/que pro certo se et pisces suos.i.religiosos in se cōtentos debet a mūdi permixtiōe seruare/et etiā ne ipse mundus lacuosus et immūdus sibi per imitationē vel malā cōplacentiam misceatᷓ/debet sollicite precauere: iuxta illꝺ Numeri.xvj. Recedite de tabernaculis hominū impiorū: et nolite tāgere que ad illos pertinēt/ne inuoluamini cū eis.

11 ¶ Arethusa ꝭm Solinū lacus est qui oīa sustinet onera. Aduerte tñ ꝙ istū nō arethusā sed arethisā Pliniꝰ vocat: dicēs scilꝫ lib.ij.c.cvj. ꝙ more asphalti onera portat. Unde credo ꝙ aliꝰ est a ꝓmo: q² sicut ibi patꝫ/primꝰ est in grecia ⁊ sicilia: iste autem est in maiori armenia. Dic ergo ꝙ lacus iste est charitas/ vel vir charitatiuus ⁊ cōstās/ qui scꝫ omnia tribulationū onera sustinet pro Christo: ⁊ nulli cedit miserie vel tormēto.j.ad Corin.xiij. Charitas oīa suffert/oīa sustinet. Uel dic ꝙ talis lacus est peccator/qui pro mundo/ ⁊ ꝓ bonis mūdi acquirendis nō fatigatur grauia sustinere.

12 ¶ Alique sunt aque ꝭm Senecā de naturalibus lib.iij. que saporē vini ꝓtendere videtur. Unde dicit ꝙ aliquā cām illi habēt lacꝰ/ q̄s q̄cūq̄ biberit (vt inq̄t Ouidiꝰ.) Aut furitᷓ/aut patitᷓ mirū grauitate soporē. Inebriant enī valde. Et ideo aut faciunt furere aut dormire. Est etiā fluuius quē Seneca ibidē mintium vocat: Ouidiꝰ autem lyncestiū eū dicit: Quē quicunq̄ parum moderato gutture traxit: Haud aliter titubat q̄ si meravina bibisset. Plin. etiam lib.ij. dicit ꝙ lyncestis aqua que vocatᷓ acidula/vini modo temulētos facit. Idem etiā ait lib.xxxj.c.ij. ꝙ eudoxus et theopōpus dicunt istos esse fontes quoꝝ aqua suos inebriat potatores. Igitᷓ charissimi videtur ꝙ iste aque lacus et flumina significare possunt mūdi delicias/adulatorum blāditias/malorū consiliarioꝝ fallacias/et hereticoꝝ scientias. Ista sunt eñ que inebriant/hebetant et obtenebrant mētem suorum potatorū.i.auditoꝝ/possessorū/ ⁊ amatorum. Nam ipsos faciūt furere per malorū desiderioꝝ inflāmationē/dormire ꝑ male ꝯsuetudinis inuolutionē/titubare ꝑ fidei dubitationē: et ꝑ inconstātie vacillationē/inebriari per sensus et rationis ꝓuationē. Hiere.xxv. Bibēt/ ⁊ inebriabūtur/et insanient. Ista eñ oīa facit aqua deliciarum suis potatoribus. Ista facit aqua ꝓsperitatis suis possessoribꝰ. Ista facit aqua blāde locutiōis suis auditoribꝰ. Ista etiā facit aqua heretice ꝓdicatiōis suis creditoribꝰ. Ideo de talibꝰ dicitᷓ in psal. Turbati sunt ⁊ moti sunt sicut ebriꝰ: et oīs sapientia eorum deuorata est.

13 ¶ Secūdum Senecā ibidem de naturalibꝰ questionibꝰ lib.iij. Aliqui sunt lacus in quos quicūq̄ respicit/moritᷓ: aues etiā que desuꝑ volitāt moriuntᷓ: sicut ē auernꝰ ꝭm Isidoꝝ. Lacus est in italia inter neapolim et puteolos/qui ꝭm Geruasiū apparet quasi stagni ficta vestigia/qui dicitᷓ auernꝰ ꝭm Luca. quasi auibus contrarius/in quo quicq̄d viuū proijcitur moritur/ꝭm Geruasiū. Pli. autē lib.xxxj.c.ij. de auibus dicit idē/in quo etiam aues suꝑuolantes necātur. Quod Augustus cesar propter dēsas siluas/ exhalationes aque retinētes fieri intelligēs/ siluis excisis sine periculo fecit lacum. Talis eñ est aer vt dicit idem Seneca/talis est locus/ex quo lethalis aqua distillat. Et esse potest ꝙ locus inficit aquā/aqua aerē/ aer vero ⁊ exhalatio aque inficit personā vel volucrē. Talis vero lacus dicitᷓ esse tiburetis. ⁊c. Per tales lacus possum intelligere pulchras et malas mulieres/que lacus dicūtur propter immūditiā luxurie: ⁊ propter profunditatē malitie. Iste eñ sunt alijs venenose/ infectiue et perniciose: tot eñ malas exhalatiōes/tot nutus/ gestus/ aspectus/ et locutiōes ex seipsis producūt/ꝙ illos qui in eas aspiciūt per desideria carnalia inficiunt et occidunt. ideo Eccli.ix. dicitᷓ. Nō circūspicias mulierē alienam/ ꝓpter speciē mulieris multi perierūt. Ex hoc eñ cōcupiscentia quasi ignis exardescit. Et qꝺ plus est/ipe aues.i.ipsi viri cōtemplatiui et spūales talibus lacubꝰ incaute appropinquātes/ ⁊ iuxta eas volitantes/quādoq̄ ꝑ luxuriā pereunt/et in lacū luxurie se immergūt: ⁊ a volatu cōtēplationis deficiūt atq̄ cadunt. Prouer.xxij. Fouea ꝓfunda os aliene/cui iratus est dñs/incidet in eam. Tales aues fuerunt Sanson/David/ ⁊ Salomon/qui aspectu mulierū sunt decepti/et in lacum luxurie immersi. Threno.iij. Lapsa est in lacum vita mea: posuerūt lapidem suꝑ me. Quia scilꝫ qui in lacum luxurie labitur/lapis et pondus male cōsuetudinis ei supponitᷓ: de quo nō faciliter liberatᷓ. Uel dic ꝙ talis lacus est mūdus ⁊ mūdana ꝓsperitas/cuius delectabilia qui aspicit ꝑ tentationes auaritie/luxurie/superbie/que ex diuitijs delicijs ⁊ eminētijs surgūt/ perit. Et ideo multe aues.i.mlti religiosi et viri spūales qui ad istum lacū/scꝫ ad mūdum ⁊ ad mūdi negocia et delectabilia respiciūt/per diuersa pctā ruunt et deficiunt: q² sicut dicitᷓ Mar.ix. Nemo mittēs manū ad aratrum/et aspiciens retro/aptus est regno dei. Uel dic ꝙ iste est lacus inferni/ vbi aues.i. suꝑbi qui hic desuper volitant/labūtur: ⁊ ibi finaliter moriuntᷓ. Esa.xxiiij. Congregabūtur cōgregatione vnius fascis in lacū: et claudentᷓ ibi in carcere. Uel potest allegari ꝙ sicut fundus corrūpit aquā/ aqua aerem/aer personam (quia sicut dicit ibidē Seneca: Nulla res est que nō eius a quo nascitᷓ notas reddat) sic in moribus/vnus malus dictis et exēplis alium corrūpit/ille vero alium: ⁊ alius aliū simili modo inficit: et sic vnum vitium de vno ad aliū cito currit. ad Ro.v. Per inobedientiā vnius/peccatores cōstituti sunt multi. Qꝺ etiā de infamia vel de verbo infamatorio videmus: qꝺ de loco ad locū/de persona ad personā velociter transuolat: et sic ab vno malo oritur: sed tandem alios plures turbat/et multorū mentes inficit ⁊ immutat. Uel dic ꝙ quādo silua malarū excusationū de lacu cordis peccatoris succiditᷓ: ⁊ verecūdie tenebrositas remouetᷓ: tunc vapor corruptus.i.peccatū ꝑ cōfessionem exhalat: et sic lacus iste sanus efficitᷓ/a quo aues.i.bone affectiones primitꝰ necabātur. psal. Suꝑ ea volucres celi habitabunt. ⁊c.

14 ¶ Item idē ibidē ait ꝙ sunt quedā aque fallaces ⁊ proditiose: q² scilꝫ aspectu quādoq̄ inueniuntᷓ lucide/ ⁊ gustu etiam sapide: et tamē effectu sunt venenose ⁊ morbide. Unde dicit ꝙ circa nonacriū ciuitatē arcadie est aqua que styx ab īcolis appellatᷓ/ que aduenas fallit: quia nec facie nec odore suspecta est: que tamē summa celeritate corrūpit: nec remedio locus est: q² protinus hausta duratur: ⁊ ad modū gypsi statim alligās viscera in vtero cōgelatur. vnde Pli.lib.ij. dicit ꝙ iuxta nonacriū arcadie styx nec colore nec odore differens/ epota ilico necat. Ista possunt applicari cōtra hypocritas/hereticos/et falsos et proditores homines. Isti eñ in facie ⁊ colore/in odore ⁊ fama opiniōis/ videntᷓ esse potabiles atq̄ boni: sed procul dubio ipsi sunt dānabiles et ꝑuersi. Illos eñ a quibus bibuntᷓ.i.illos

a quibus frequentanṫ/ associanṫ et incorporanṫ/audiuntur
et imitanṫ:solent dictis ꝛ exēplis/suggestionib⁹ ꝛ inductio
nibus suis malis corrūpere: et ipsos sine remedio vita gra
tie spoliare. Bene ꝗ docet Christ⁹ Matth.vij.dicēs. Attē-
dite vobis a falsis ꝓphetis/q̄ veniunt ad vos in vestimen-
tis ouiū/intrīsecus autē sunt lupi rapaces. Uel dic ꝙ talis
aq̄ delectationē cogitationē vł suggestionē significat. Ista
eñ in ꝑncipio nō videṫ esse venenosa:qꝛ scꝫ hō sperat vti re
bus licite: ꝛ nullo modo intēdit cōsentire peccato. Et ideo
quādoqꝫ homo istam aquā bibit:ꝛ delectationē peccati/co
gitationē vel suggestionē in corde recipit ꝛ admittit: et tūc
ꝓcul dubio ipsam nō faciliter extrahit: imo subito indura-
tur:et per consuetudinē inolescit:ꝛ ita in breui alligat visce
ra affectionis ad cōsensum trahēdo/ ꝙ mortē inducit/pec-
care mortaliter faciēdo/ et finaliter ad mortē inferni ꝑdu-
cēdo. Apoca.viij. Multi homines mortui sunt ex aquis:qꝛ
amare facte sunt. Bonū igitur est aquas huiusmodi fuge-
re:et malas cogitationes/suggestiones et delectatiōes nō
recipe/sed cauere. Subito eñ viscera mētis rapiūt/et mor
tem criminum introducūt. Bene ergo diciṫ.j.ad Timo.v.
Noli iam aquā bibere. Uel dic ꝙ ista est aqua mūdane ꝓ-
speritatis/vel aqua etiā deliciarum/ que a fatuis periculo-
se nō creduṅt: licet tamē magno periculo bibanṫ ꝛ recipiā
tur:qꝛ sepe fit ꝙ exinde multa vitia generenṫ. Uel dic ꝙ ta-
lis aqua est doctrina heretica/vł etiam malū verbū dictū
de aliquo:vel etiā mala inductio ad peccatū. Tales enim
aque dum vere videnṫ/ non cauenṫ:ꝛ sic in corde recipiun-
tur/et auribus ebibunṫ:et tādem per tenacem memoriā et
per firmā credulitatē induranṫ: et sic mors et dānatio sub-
sequūtur. Istas ergo aquas/scilꝫ mala verba de alijs/ma-
laqꝫ ꝛ heretica dogmata/malasqꝫ narrationes nō libēter ꝑ
auditum bibam⁹: ne forte postqꝫ in cordib⁹ indurata sint:
pro voto discutere nō possimus: qꝛ sicut diciṫ Job.xxxviij.
15 In similitudinē lapidis durantur aque. ¶ Item Seneca
ibidē ait ꝙ in thessalia circa tempe est quedā aqua noxia/
quā et fere ꝛ pecora deuitant: que nec arbusta alit:imo etiā
herbas necat. Ista enim est tante penetrabilitatis:ꝛ tanta
inest ei virtus etiam dura molliēdi/ꝙ per ferrū et es potest
exire. Ista videṫ Pli. lib.xxx.c.vlti.in fine intelligere de aq̄
stygis/quam nō dicit posse teneri aliquo vase/nisi sit de so-
leis siue vngulis mularū. vnde ait venenū aque stygis ab
antipatro in tali vase ad occidēdū Alexādrū esse missum:
magna(inquit)Aristo.infamia excogitatum. De tali vel si
mili aqua audiui ꝙ in quadā insula maris caspij/in īperio
vsbec/est quidā fons aque similis oleo seu bitumini conti-
nue fluenti/que tāte penetrabilitatis existit/ꝙ nihil preter
equi vngulā ipsam tenere possit. Est etiā illud bitumen tan
te caliditatis/ꝙ hoīes inde vncti vel modico gustu potati/
nō timēt frigus cuiuslibet septētrionalis aduersitatꝫ. Ista
possunt exponi in bono de veritate:que procul dubio valde
est penetrabilis virtutis: ferrum eñ et es.i.quodcūqꝫ forte
obstaculū solet penetrare/et nō obstante quocūqꝫ operculo
in publicū promeare. Ista est eñ que herbas et arbusta.i.
velamina et opercula palliationum ꝛ excusationū non nu
trit: qꝛ scilꝫ veritas non querit angulos. Et ideo statim oīs
fera et pecus.i.oīs homo malus istā fugit:et qꝛ nihil potest
eā tenere vel abscōdere quin in publicū veniat/ipsam odit.
ij.Timo.iiij. A veritate quidē auditum auertent/ad fabu-
las autē conuertenṫ. Uel dic ꝙ talis aqua est caro vel car-
nalis tentatio/ vel etiā mala mulier/quā pro certo fere sil-
uestres.i.viri solitarij ꝛ regulares/pecudes etiā.i.boni acti
ui ꝛ seculares debent fugere/et eam totis virib⁹ precauere
Ista est eñ que herbas.i.virorē honestatis desiccat/et ar-
busta.i.virtutū plantulas nō educat: sed quascunqꝫ duras
materias.i.quecūqꝫ dura et firma corda et ꝓposita remol-
lit ad luxuriā ꝛ humectat:et ad modū predicti olei istis in-
unctos delicijs incendit ꝑ concupiscētiā ꝛ inflāmat:tandē
vero non potest esse celata vel occulta:imo per infamiā pu
blice se propalat:et etiā per ferrum et es exit et penetrat:et
se hominib⁹ manifestat. Quorum oīm exemplū habemus
in Dauid:q̄ in ꝑfectione erat firmissimus: ꝛ tamen fuit per
Bersabee ad adulteriū remollitus. Aqua vero sue lubrici-
tatis ꝛ luxurie nō latuit:immo tandē in publicū exijt ꝛ ap
paruit.vnde sibi dictū est.ij.Regū.xij. Tu eñ fecisti verbū
hoc abscōdite: ego autē faciam illud in ꝯspectu oīs israel/
et in cōspectu solis. Uel dic ꝙ talis aqua est mūdi prosperi
tas/que reuera dura et firma corda solet ad malū mollire.
Uel talis est adulatio/que penetrat vniuersa.ꝛc̄. Uel si vis
de dicto oleo dic ꝙ ista est gratia dei:que scilꝫ bonos solet
penetrare: vngulas vero mulinas.i.obstinatos et carnales
nō solet aliqualiter subintrare. Illos autē q̄s potauerit/so-
let in amorē dei taliter inflāmare/ꝙ nullum frigus tribula
tionis vel tentatiōis potest eis officere vel nocere. Bene er
go cōsuliṫ Eccl's.ix. Oleum de capite tuo nō deficiat. Uel
dic ꝙ aqua diuine doctrine solet oēs hoīes penetrare/pre-
ter vngulas.ꝛc̄. sicut supra. ¶ Clytorius lacus italie scd̄m 16
Isidoꝝ lib.xiij.talis est virtutis/ ꝙ quicūqꝫ de ipso biberit/
vinum vlteri⁹ non amabit. de quo memorās Ouidius ait.
Clytorio q̄cūqꝫ sitim de fonte leuauit/Uina fugit.ꝛc̄. Pli.
etiā lib.xxxj.c.ij.per oīa dicit idem. Talis lacus seu fons vi
detur esse gloria paradisi: quicunqꝫ enim sitim desiderioꝝ
suorum de torrēte voluptatis eterne per deuotionē ꝛ contē
plationem releuauerit/procul dubio ex tunc vini/supple in
quo est luxuria.i.dulcedinis deliciarū carnaliū et ꝓsperita
tis mūdane pocula nō amabit: sed ipsa fugiet et horrebit.
Joā.iiij. Qui biberit ex aqua quā ego dabo:nō sitiet ineter
num. Quia breuiter q̄ bene gustat qualis et quāta est cele-
stis dulcedo/ nihil sapit sibi q̄cūqꝫ terrena delectatio/ebrie-
tas/vel pinguedo. Bene igitur videbaṫ sapiens eā gustas-
se cum dicebat Eccl's.ij. Proposui a vino abstinere carnē
meā/vt transferam animā meā ad sapiētie lucem. Uel dic
ꝙ talis aqua est carnis vel mūdi delectatio: qꝛ vere qui ta
libus aq̄s sunt imbibiti/non solent vinū.i.diuinā grām seu
scripturā/seu etiam eterne glorie dulcedinē diligere:sed eā
potius abhorrere. Ideo bene dicit Aposto.j.Timo.v. No-
li iam aquā bibere/sed vinum.ꝛc̄. ¶ Item Ouidius meta 17
mor.lib.vlti.dicit ꝙ in arcadia lacus est quem antiqui phe
neum dicebāt/cuius aque sunt ambigue et suspecte:de no-
cte eñ potate nociue sunt:si vero de die potate fuerint/nul
lum ledunt. Tales aque sunt hypocrite/qui ꝓpter mollitiē
conditionis/aque possunt dici. Isti eñ sunt qui de die.i.in
presentia hoīm/in publico scilꝫ ꝛ aperto nihil faciunt mali:
qꝛ scilꝫ verba ꝛ cōuersatio eorū ita sunt bona/ꝙ magis sunt
vtilia q̄ꝫ nociua. de nocte vero.i.in abscōdito ꝛ secreto solēt
nocere:et tūc venena malitiarū effundere/et suos actus lu
xurie exercere. Qd̄ etiā de hereticis potest dici/ qui de no-
te faciūt conuenticula sua:et tamen in die et in publico bo-
ni apparent. Nee.vj. Nocte vēturi sunt vt occidant te. Uel
dic ꝙ iste sunt aque bonorū terrenorū:que scilꝫ si de die.i.in
statu gratie bibanṫ ꝛ acquiranṫ/nō nocent: si vero in nocte 18
culpe habeanṫ/inuenenāt. ¶ Item Ouidius vbi supra ait
ꝙ est palus in grecia/alias in aphrica/que triton diciṫ:in q̄
scilꝫ tritonia.i.pallas dea sapientie coliṫ. In qua si quis no
uem vicibus immergiṫ/mox pēnis assumptis in volucrem
cōmutaṫ. Istud nescio si dicit Ouidi⁹ fabulose:quia videṫ
dicere narratiue. Dicit etiā ibidē ꝙ erant in scythia quedā
mulieres/que quibusdā incantationib⁹ hoīes in aues mu-
tabāt. cuius simile narrat Uincētius allegans Guillermū
ꝙ in italia due vetule erant/que quādo hospitem solū in tu
gurio suo recipiebant: ipm statim in aliqd̄ animal cōmuta
bant:et sic eos vel alijs vendebāt:vel in suo seruitio detine
bāt. Sed de hoc vide infra libro de mundi mirabilib⁹. La-
cus iste charissimi vbi dea sapiētie presidet:potest mihi si-
gnificare sacram scripturā/vbi ꝓcul dubio perfecta sapien
tia/que est dei notitia/reperiṫ. Per numerū nouenariū qui
constat ex triplici ternario/intelligo fidē catholicā/que con
tinet tria.s.in deo trinitatē ꝑsonarū/ in Christo trinitatē na
turarum:in ecclesia trinitatē saluādarum animarū:que scꝫ
per Noe/Daniel/et Job intelligūtur/scꝫ cōiugatorū/virgi
num/ꝛ cōtinentiū. Quid igiṫ? Procul dubio q̄cūqꝫ se in pa
lude tritone.i.sacra scriptura studendo/ ꝛ que studuerit im
plendo/balneauerit:dū tamē hic nouies.i.per fidei catho-
lice ambitum cōtinuauerit: auis.i.vir spūalis et cōtempla
tiuus erit:et terrenis spretis/ sursum ad amorē celestiū euo
labit. Qd̄ bene in hoc potest figurari:qꝛ de aquis volucres
fuerūt facte:sicut diciṫ Geñ.j. Ad qd̄ facit hymn⁹ qui caniṫ
vbi diciṫ: Qui ex aquis ortum genus partim remittis gur-
giti/partim leuas in aera. Ad denotādum ꝙ illi qui aquis

diuine sapiētie i gurgite sacre scripture potanꝫ: volucres.i. viri spūales efficiunꝫ: et per cōtemplationē ad deū pre ceteris eleuanꝫ. Eccli.xliij. Aperti sunt thesauri/et euolauerūt nebule quasi aues. Uel per paludem istam itellige aquas deuotionis: vel etiā lachrymose compūctionis.⁊c. sicut supra. Uel dic ecōuerso ꝙ lacus iste est mūdi ꝓsperitas. Numerus vero nouenarius/qui nō attingit ad decalogū mādatorum/est impfectionis fragilitas. Illi ergo qui in nouenario impfectionis existentes/in lacu mundane prosperitatis mergunꝫ: in aues.i. in viros vanos et superbos faciliter mutanꝫ/et in vanitatē faciliter erigunꝫ. Job.v. Uir vanus in supbiam erigitur: et sicut pullū onagri se liberū natū putat. Residuū vero adde hic si vis: et dic ꝙ ille mulieres sūt auaritia/luxuria/vel etiam mūdus ⁊ diabolus ⁊ caro. Uel etiam ad litterā male mulieres/vel etiā molles et fallaces adulatores. Isti eñ verbis ⁊ inductiōibꝰ/tētationibꝰ ⁊ delectationibꝰ suis faciūt hoīes esse aues.i. supbos: bestias.i. carnales ⁊ immūdos: iumēta.i. cupidos ⁊ auaros: et oneri terrenorū assuetos: et sic iuri suo penitꝰ subiugatos. Qḋ bene apparet de mulieribꝰ et adulatoribꝰ/qui alios ita bestiales faciūt/ꝙ a iure suo recedere nesciūt: immo in eorū dñio et seruitio perpetuo detinenꝫ ⁊ sistunt. Qḋ etiam de diabolo et de alijs vitijs videmꝰ/quibus mutati in bestias.i. in peccatores/necessario deseruimꝰ: ⁊ ꝑ malam cōsuetudinē in eorū dñio residemus. vnde psal. Ut iumentū factus sum apud te/et ego semꝑ tecū. 19 ¶ In beotia ꝺm Isidorū ibidē lacus est de quo qui biberit/furore libidinis inardescit. Dicit etiā idem ꝙ in ethiopia fons est rubei coloris/de quo q̄ biberit/lymphaticus statim erit. Tales fontes sunt rubea verba/immūda/carnalia/mollia/⁊ dulcia multorum. Uel etiam ipse male mulieres/vel delicie carnales/vel mundi prosperitas/vł etiā vetule lene. Si quis eñ talibus aquis inebriatꝰ fuerit/ardore libidinis vexabiꝫ: ⁊ lymphaticus.i. sensu carens efficieꝫ: ⁊ in ipso pre tentationis ardore sensus et ratio obtūdetur. Ista eñ sunt que solent hoīem lymphaticum et sine ratione facere: et ardorem libidinis excitare. vt de verbis talibꝰ dicaꝫ illud Eccli.ix. Speciē mulieris multi admirati reprobi facti sunt: colloquiū eni illiꝰ quasi 20 ignis exardescit. ¶ Secundum Isidorum ibidem aliqui sūt lacus in quibus nihil submergiꝫ: sicut est porcidamus arethusa/asphaltꝰ/⁊ marsyas fons: de quibꝰ supra dixi. Et etiā ꝺm Pli.lib.xxxj.c.ij. talis est lacus apuscidamꝰ: in quo omnia fluitare/⁊ nihil submergi nosciꝫ. Ibidē etiam diciꝫ ꝙ Ctesias tradit i indis esse stagnū in quo penitꝰ nihil inatet/sed omnia merganꝫ. Et econtrario aliqui sunt lacus in quibꝰ nihil potest natare: sicut de lacu Sideri (al's sila) idē exēplificat/in quo nihil innatat/sed oīa mergunꝫ. Talis lacus videꝫ mūdus: difficile eñ esse videꝫ: īmo quasi impossibile ꝙ homo possit supnatare: ⁊ a submersionis seu damnationis periculo se saluare. Nullus eñ potest in lacu mundi vel in mūdanis negocijs esse/quin ꝑ malas cōplacētias in aquas īferni deuoluaꝫ. Esa.xiiij. Uerūtamē in infernū detraheris/i profundū laci. Uel ista possunt dici de antiquis patribus ante aduentū. Tūc eñ oēs qui in lacu huius mūdi erant/inferius in inferno mergebanꝫ: ⁊ nullus erat tunc tēporis qui supnatādo sursum ad ethera vehereꝫ. psal. Infixus sum in limo ꝓfundi/et nō est substātia. Si vis per illa stagna potes intelligere profluuiū mīe/in quo nullꝰ existēs potest submergi: nec ad statū dānationis deprimi: q2 scḋm Hiero. non faciliter male moriꝫ/qui libēter pietatis opera operatur. vt sic talis dicat illud psal. Neqꝫ absorbeat me ꝓfundū/neqꝫ vrgeat super me puteus os suum. Uel dic ꝙ talis lacus est lachrymosa cōtritio/vel dulcis et rorida deuotio: vel etiā mūdi fluctuosa tribulatio.⁊c. sicut supra. 21 ¶ Lacus ꝺm Solinū vnus est in sicilia/in cuiꝰ medio est quedā ara/vsqꝫ ad quā potest aliqs crurū tenus pedester ꝑ aquā ꝑuenire: tamē qḋ vltra aram est/nec explorari licet/nec attingi. Quātā eñ sui partē quis gurgiti vltra arā ingurgitauerit/tātam sine remedio ꝑdit. Unde narrat ꝙ quidā piscator ibidē lineā iecit/ad quā recuperādā/dum de merso brachio vltra are limitem se extēdit/pro manu cadauer reportauit. Iste lacus potest mihi significare sacrā scripturā: in qua ara diuini cultus dilucide contineꝫ. Ista igiꝫ duas habet partes/vnam scilꝫ citra aram/⁊ aliam vltra/vnā moralem/⁊ aliam sciētialem. Prima ergo per quā perueniꝫ vsqꝫ ad aram diuini cultus/est scriptura moralis. Istam eñ sine difficultate peruadamꝰ/istā sine periculo pertransimꝰ. Secunda autē que vltra aram diuini cultus protendiꝫ/est scriptura sciētialis/que/iuxta vbū Senece/magis nos facit doctos/q̄ꝫ bonos. Ista igiꝫ propter suā obscuritatē/profunditatē/et opinionū varietatē/si indiscrete tangiꝫ/homo faciliter per errores periclitaꝫ. Et ideo vtile est simplicibꝰ/vt ista huiusmodi lacus pericula ab eis non tanganꝫ/et vt contenti his que ad salutem ꝑtinent/vltra aram diuini cultus nihil ampliꝰ perscrutenꝫ. Qḋ bene figuratū est Exod.xix. vbi in mōte fuerūt certi termini cōstituti/vltra quos populus pro videndo dño non trāsibat: alioquin interibat: sicut diciꝫ Exo.xix. Quia ꝓ certo mons sacre scripture et fidei certos habet terminos et limites/vltra quos non licet simplicibꝰ progredi: ⁊ ne per errores pereant/vlterius perscrutari. vsqꝫ ad aram eñ.i. vsqꝫ ad illa que ad fidem et mores pertinēt/possunt querere: sed nullo modo vlterius pertransire. Prouer.xxij. Ne trāsgrediaris terminos antiquos quos posuerūt patres tui. Uel dic ꝙ iste lacꝰ significat mūdum/vel etiā mundi bona/quibus ꝓcul dubio sine periculo vti possumus: dum tamē limites are.i. sacre scripture vel fidei vel etiā terminos morū et ecclesie/vel mandatorum dei et prelatorū minime transeamus. Qui eñ vltra terminos a deo prefixos se in lacum temporaliū immiserit/ꝓcul dubio mortis eterne et interne periculo subiacebit. Figura vt supra/⁊ allega vt supra. Et qui lineā voluntatis ⁊ manū operationis ibi miserit/vitiorū putredinē et damnationis periculū reportabit. psal. Terminū posuisti eis: quē nō trāsgredienꝫ. ¶ Item Solinus ibidē dicit ꝙ in sicilia est gelonium stagnū/qḋ tetro odore abigit proximantes. 22 Istud est infernus/qui pro certo ita est teter et horridus/ꝙ qui bene ipsum aspexerit/nō libēter ad eū proximabit: īmo per cursum bonorū operum ab ipso fugiet et cauebit. Na.iij. Ois qui viderit te/resiliet a te. ¶ Item dicit ꝙ ibi est stagnū petrēsium/cuius potus est hoībus vtilis et salutaris/serpentibus perniciosus et malus. 23 Tale stagnū videꝫ esse sanguis Christi/⁊ sui perceptio sacramenti. hominibꝰ eñ.i. viris ratione vtētibus si ipm biberint ⁊ perceperint/proficit: serpētibus.i. venenosis peccatoribꝰ nocet et officit: q2 sicut dicit Apostolꝰ.j. Cori.xj. Quicūqꝫ biberit calicem dñi indigne/reus erit corporis et sanguinis dñi. Uel ista possunt dici de lacu diuitiarū et deliciarū: quia iste hoīes et viros rationales/qui ipsis debite sciunt vti/solet iuuare/et ꝑ grãrū actionem in deum eleuare: serpētibus vero.i. auaris/et circa terrena repētibus est venenosus: et cū ipso male vtātur/malorū plurīū operosus: q2 breuiter terrena bona vtilia sunt bonis: et etiā mala malis. sicut eñ diciꝫ Eccli.xxxix. Hec oīa sanctis in bona/⁊ impijs ⁊ peccatoribus in mala cōuertētur. ¶ Itē Solinus ibidē dicit ꝙ in sicilia stagnū est agrigentinū: in quo quedā pinguedo sicut oleū supnatat/q̄ morbos armētoꝝ sanat. 24 Talis lacus est baptismus/vbi ad literā oleū vnctionis et crismatis imponitur/quo oīs peccatorum macula emūdatur. Eze.xvj. Laui te aqua/⁊ vnxi te oleo: ⁊ mūdaui sanguinē tuū ex te. Uel dic ꝙ iste est mundꝰ in quo oleū carnalitatis natat/quod morbos concupiscentiarū bestiarū.i. peccatoꝝ sanat. ¶ Item ꝺm Senecā q̄ꝫto aqua est purior ⁊ leuior/tanto minꝰ sustinet quodcūqꝫ pondus. 25 Et ad hoc facit quod dicit solinus ꝙ i ethiopia lacus est/quo lota corpora velut oleo intescūt. Cuius potus saluberrimus/⁊ cuiꝰ aqua ita est tenuis et liquida ꝙ modicas arboꝝ frondes sustinere nequeat: sed statim ad fundū reijciat ⁊ dimittat. Talis est pura ⁊ innocens conscientia: ista eni pondus tribulationū si imponitur: pōdus etiā iniuriarum si sit/vel si diciꝫ/non sustinet: nec infra per rancorem ⁊ iracundiā admixtū tenet: immo totū ad fundū per obliuionem reponit/et infra se nō retinet/nec custodit: iuxta illud Dimitte proximo tuo nocenti te.

Capitulum.viij. de puteis.

Puteus est lacus in terra defossus ꝺm Isidorū/ 1 cuius quia aqua est ceteris grossior ⁊ impurior ꝺm Cōstāti. ideo nisi hauriēdo idem frequēter moueaꝫ/faciliter contrahit corruptelam. ⁊ q̄ꝫto aque viue est vicinior/tanto aqua putealis fri-

gidior ⁊ dulcior reperit. In hyemali tēpore nunq̄ vt cōmuniter cōgelatur: immo tūc tēporis calidior q̄ in estiuo tēpore perseuerat. Aqua autē putealis ꝓpter sui profunditatē difficiliter extrahit et habet. Puteus etiā iuxta puteū positus si sit profundior/ aquā alteri⁹ attrahit ⁊ assumit. Diues et maxime auarus/ puteus dici potest/ maxime q2 ī terra.i. in terrena cupiditate totaliter est defossus/ et ibi ꝑ amorē ⁊ attētionem intime ꝓfundatus. Aque hui⁹ putei sunt diuitie/ que ibi ꝑ multas terre exhalatiōes.i. per diuersas industrias et labores inuicem congregant. Hyems autē significat pauperes/ ꝓpter tribulationes et frigora tēpestatum/ ⁊ propter pauptatis multiplicis nuditatē. Hyems em̄ a fructibus est nudata. Estas autē vbi sunt fructus/ statū diuitum significat et magnorū/ qui diuitiarū ⁊ deliciarū fructibus affluūt ⁊ abundāt. Est igit puteus diues/ aque eius diuitie/ que nisi cōtinue ibi hauriēdo per erogationē ī pauperes moueant/ quātum ad diuitis imputationē quo ad deū faciliter/ vel etiam ad litterā corrumpunt: q2 blada et vestimenta diuitum tineis et vermibus corrodunt. Jaco.v. Diuitie vestre putrefacte sunt.⁊c̄. Ideo sicut in puteo frequēter hauritur/ vt inde sordes abluantur/ sitientes potentur/ ignis extinguat: sic diues ī arcis suis debet frequēter haurire/ vt aqua diuitiarū suarū sitientes paupes potet/ sordes peccatorū suorū scilz propriorū abluat/ ignēq3 auaritie extinguat. Eccli.iij. Ignem ardentē extiguit aqua/ et elemosyna resistit peccatis. Et ideo puteus iste/ scilz diues/ in hyeme.i. in tēpore caristie et pauptatis/ nō debet per incōpassionis duritiā cōgelari: sed tunc plusq̄ in estate.i. plusq̄ in tēpore opulentie ad pauperes per feruorē cōpassionis calidior reperiri. Job.xxxvij. Vestimēta tua calida sunt cū perflata fuerit terra austro. Et si pute⁹.i. diues iuxta fluuiū vel aquā viuā deuotionis et gratie situet: tūc aq̄ eius.i. diuitie sapidior ⁊ dulcior reperit/ et frigidior ꝓ igne auaritie extinguēdo: q2 ignem ardētē extinguit aqua. Eccli.iij. quia beatus diues q̄ inuēt⁹ est sine macula.⁊c̄. Eccli.xxxj. ¶ Aqua putei si sit ꝓfundus/ nō sine difficultate extrahitur. Sic in auaritia ꝓfundi/ scz mali diuites/ in tātū sunt auari/ ꝙ more putei vix et cū maximo labore potest aqua elemosynarū exinde extrahi ⁊ haberi: q2 nec ꝑ predicationē nec per pauperum clamorē volunt aliq̇d erogare/ dicētes illud. Tenui eū: nec dimittā. Canti.iij. Vel istud dic de aqua lachrymarum/ que nō faciliter extrahit ab hoīe in vitijs profundato Prouerb.xviij. Impius cū in profundū peccatorū venerit contēnit. ¶ Si fiat puteus ꝓfundus iuxta minus ꝓfundū plenum/ aquas eius sibi attrahet/ ⁊ se replēdo plenū exhauriet. Aqua em̄ ſm Senecā semper fluit ad vacuū et inane. Sic vere puteus ꝓfundus.i. diues cautelosus et malitiosus/ aquas.i. diuitias ⁊ possessiōes alteri⁹ putei.i. vicini sui minus profundi.i. minus malitiosi/ per fraudes ⁊ cautelas attrahit et furat: et ipsum euacuat/ vt ipse de bonis ipsius impleat. Lu.j. Diuites dimisit inanes. Ista etiā de mulieribus patēt: que fatuos exhauriūt/ et se replent. Illud summe patet de iuuenib⁹ et subtilib⁹ causidicis/ qui etiā alios diuites ⁊ antiquiores causidicos/ quando de nouo veniūt spoliant rebus suis: iuniores enim semꝑ sunt subtiliores/ et ob hoc alijs subtrahūt possessiones/ lucra/ et pēsiones. Qd etiā in studijs videmus: vbi magistri subtiliores solent antiquioribus scholares subtrahere/ et eorū auditoriū vacuare: iuxta illud Leui.xxvj. Nouis supueniētib⁹ vetera proijcietis. ¶ Puteus ſm Isidorū est lacus defossus in terra ꝓfundus. Nā quādo terre vena subtrahit: tunc interiores vapores q̄si fumādo euaporāt/ ex quibus euaporatis aqua gignit putealis: vt dicit Isidorus. Et quanto puteus profundius fodit/ tāto aqua exinde difficilius exhaurit. ⁊ sicut supra dictum est: quādo puteus ꝓfundus est iuxta alium puteum vel fluuiū: tūc aqua alteri⁹ putei in eo de facili scaturit. Et in hyemali tēpore propter calorem intraneū vix aut nunq̄ aqua putei cōgelat. Puteus est humilis: qui sui reputatione est defossus et profundus.i. pre ceteris infimus et depressus. Aqua huius putei est gratia/ deuotio/ lachryma/ elemosyna/ vel compassio/ que ꝓpter subtractionē terre.i. propter abdicationē temporaliū ⁊ contēptū/ quib⁹ iste puteus cauat per volūtariam paupertatē/ sibi abūdantius generat. Nam quādo puteus.i. homo cauat per humilitatem/ et terra ab ipso aufert per pauptatis amorem: tunc ex ipsis terre interiorib⁹.i. ex ipsa cōscientia fumus bone cogitationis vel contritionis exhalat/ ex quo in hoīe aque predicte cumulantur. Figura.iij. Regum.xviij. vbi post ascensum nubecule/ sequuta est pluuia largissima. Et quāto puteus est profundior.i. quanto quis humilior est/ tanto aqua gratie siue aqua deuotionis et virtutū sibi ꝑ tētationē difficilius auferunt: vt talis dicat diabolo tentatori illud Joā.iiij. Puteus altus est/ neq3 cū quo haurias habes. q2 scz soli humiles tentationes euadūt. Et q2 puteus iste iuxta puteum Christū plenū/ videlz gratie et veritatis/ fodit et versatur: ideo aquarū abūdantiam.i. grārum plenitudinē sibi sugit: q2 de plenitudine eius oēs accipimus. Joan.j. Et in hyemali tēpore.i. in tēpore tentationis ⁊ aduersitatis nūq̄ frigore peccati mortalis congelat: īmo tunc tēporis ꝑ charitatis influentiā calet. Justi enim in hyeme tribulationis feruescunt/ qui in estate ꝓsperitatis tepescunt. ad Ro.xij. Spiritu feruētes/ tempori seruiētes. Aduerte tamē ꝙ sicut in puteo corruptio generatur/ nisi aqua sua sepissime hauriatur: sic et in hoīe corruptio peccati gignit/ nisi per cōfessionem multotiens aqua grossa malorum cogitatuū extrahatur. Idem dic de aqua scientie/ que quanto plus haurit cōmunicando/ tanto amplior et melior reperitur.

Capitulum.ix. de piscinis.

Piscina ſm Isidorum est aqua ad nutriendum pisces recollecta: et ad hoc etiā coaptata. Et secūdum eūdē ad bonitatē piscine tria requiruntur/ scz fundi soliditas/ aque influentis puritas/ influētie cōtinuitas. Et ideo ne aque ipsius putrefiant: solent ibi per canales aque viue influi et immitti: et ne aque de piscina defluant/ solēt ibi valli ⁊ aggeres circūponi. Piscina est anima dei sponsa/ que ad cōtinendum aquā gratie vel doctrine: ⁊ pisces bonorū operum nutriendos: est principaliter instituta. Ad cui⁹ bonitatē necesse est ꝙ fundū habeat solidum.i. ꝙ supꝑ Christū/ qui est solidū fundamentū/ per amorē immediatius solidet/ ipm scz et alios propter ipm summopere diligendo. Item ꝙ aquā dulcem et recentem.i. doctrinā et grām recipiat/ ⁊ ꝙ per canales.i. predicatores sibi ipsam cōtinue incorporet et assumat. Joan.iiij. Mulier de samaria venerat ad hauriendū aquā. q2 scilz alias aq̄ eius p̄dicte cito putrescerēt et perirent. Ne ergo aque deuotionis gratie et doctrine de aīa effluant/ vallis ⁊ aggerib⁹.i. studijs ⁊ disciplinis/ obseruātijsq3 regularibus se debet vndiq3 cōuallare. Figura Joan.v. de probatica piscina.⁊c̄. Quinq3 porticus sunt q̄nq3 corporis sensus: sicut quinq3 porte: et ibi descēdebat angelus/ scilz magni cōsilij Christus.⁊c̄. Aqua piscine.i. gratie ⁊ doctrine mouebatur per bonorū exercitiū/ que per inspirationē istius angeli causabatur: et sic lāguētes ibidē a carnis affectione/ q̄ per diuersa desideria languet/ in aqua huiusmodi curabatur. Vel dic ꝙ ista est piscina penitētie/ que scilz facta est ⁊ inuenta pro peccatoribus emūdandis/ vbi ne per impatientiā putrefiāt aque tribulationū/ necesse est ꝙ influat aqua recens diuinarū consolationū: vt sic pisces.i. fluidi peccatores ꝑ grām impinguent. Figura de ꝓbatica piscina Joan.v. vbi curabant infirmi/ et cecus illuminatus est: cuius scilz quinq3 porticus sunt quinq3 opera satisfactoria: scilz ieiuniū/ orō/ elemosyna/ vigilia/ ⁊ disciplina. ¶ Piscina nisi cōtinue aquas influentes recipiat/ eius aqua imota de facili corrūpitur. Sic nisi grām dei ꝯtinue a deo recipiam⁹/ illam aquā grārum q̄ est in corde nostro/ in puritate diu cōseruare nequimus. ¶ Piscina ſm Isidorū est aqua ad nutriendum pisces collecta/ ad cuius perfectionē vt dictū est requirunt fundi soliditas/ aque influētis puritas/ et fluxus cōtinuitas: q2 alias pisces ibi nutriti ꝓpter malū fundum efficerent insipidi: et aque ibi collecte de facili putrescerēt. Circa piscinas etiā solent arbores fecūdius fructificare: et herbe speciosius viuere.⁊c̄. Sic sacra doctrina est aqua in qua pisces.i. deuote/ flebiles ⁊ humide aīe nutriunt. Sz ne aqua sapiētie ꝑ vitia corrūpat/ necesse est vt solidū habeat fundamētū/ scilz Jesum Christū/ vt amore ei⁹ et nō amore mūdi sciētia acquirat. Si em̄ lutositas ꝓsperitatis mūdane/ vel amor terrene ⁊ inanis glorie sit fundamētū et causa huius aque.i. acquisitionis sciētie theologice: tūc pisces.i.

hoĩes ibi cõuersantes insipidi per indeuotionẽ fiunt.j.ad
Cori.iij.Fundamentũ aliud nemo potest ponere/preter id
qđ positũ est Jesus Christus. Aqua etiã dulcis et recens
debet ibi influere.i.gratia ꝛ deuotio:alioquin nõ potest diu
aque doctrine puritas preseruari/quin aliquo vitio corrum
patur.Oportet etiã ꝙ fluxus grãrum ibi continue ꝑ perse-
uerãtiam reseruet᷑. Arbores.i.hoĩes qui iuxta piscinã sacre
doctrine habitant/virorem honestatis/ꝛ fructus ꝓbitatis
abũdantius faciũt atqꝫ portãt. Et sicut valli ꝛ aggeres cir-
ca piscinas aggregãtur ne ex his aqua defluat:sic et tu de-
bes vallũ discipline circa te aggregare/et ne aquas sciẽtie
perdas/debes ipsas ĩtra ambitũ memorie retinere.Omni
bus em̃ mobilib⁹ mobilior est sapiẽtia.Sap.vij. Uel dic ꝙ
piscina cuius aqua et riuuli ad irrigandũ terras deducun
tur/et ad eius esse tria requiruntur/vt dictum est supra.§.j.
est religio / de qua emanant riuuli.i.predicatores/qui me-
diante aqua doctrine terram.i.terrenos/ et de terrenis so-
lum viuẽtes irrigant et fecũdant:ac etiam fructus bonorũ
operum in eis inserũt atqꝫ plãtant.Uel dic ꝙ piscina est re
ligio/que pisces.i.deuotos hoĩes nutrit et cõtinet: ꝛ aquas
deuotiõis ĩfra aggeres claustri tenet ꝛc̃.sicut supra.Et dic
ꝙ ista est piscina ꝓbatica:vbi angelus testamẽti descẽdit/
qui infirmos carne sanat: et aquã deuotiõis ꝛ lachrymarũ
mouet/excitat/et inducit.ꝛc̃.Uide infra Joan.v.

Capitulum.x.de gurgite.

1 Gurges ꝭm Jsidoꝝ est locus in flumine profun-
dus:a gutture dictus:eo ꝙ aquas influẽtes re-
cipiat/et iterũ eas euomat et emittat.Unde ꝓ-
pter eius profunditatẽ motu circulari et reflexo
circunfertur.Sic purgatoriũ est locus in medio
fluminis huius mũdi/vel in medio maris/ scꝫ circa centrũ
prope infernũ:vbi aque influẽtes.i.anime penitẽtes ꝑ mor
tem de collibus huius mũdi defluentes ꝓpter aliqua pon-
dera peccatoꝝ recipiunt᷑ et puniunt᷑:sed tamẽ inde secũdũ
dei volũtatem iterum euomũtur:et ad paradisi gaudia re-
mittũtur.et ideo motu reflexo mouet᷑:qꝛ scꝫ aĩe ibi deposite
rursum sursum veniũt:ꝛ ad celoꝝ gaudia trãsferunt᷑.Jdeo
possunt dicere illđ psal. De⁹ redimet animã meã de manu
inferi cum acceperit me.et illud Abacuk.iij. Fluuios scin
des terre/viderũt te aq̃:ꝛ doluerũt mõtes/gurges aquarũ
trãsijt.vide infra.c.se.§.xix.de periculo maris qđ dicit᷑ cha-
2 rybdis: vbi simile exponit᷑. ¶ Gurges est locus ꝓfund⁹ in
fluuio/vbi aque plurime absorbent᷑/in quo hoĩes natantes
de facili submergunt᷑: vbi etiam pisces in imo se abscõdũt
ne faciliter capiant᷑.Sic in fluuio eccl'ie:ꝛ maxime in fine/
gurges.i.ꝓfunditas tribulationũ erit:scꝫ in tp̃e antichristi:
vbi de facili submergẽtur qui exterius voluerint enatare:
ideo pisces.i. hoĩes deuoti tunc tẽporis se abscondent/ne a
piscatore diabolo capiant᷑.Esa.xxvj.Uade populus meus
intra in cubicula tua: et claude ostia tua super te: abscõde
re paululũ ad momentũ:donec ꝑtranseat furor meus.Uel
dic ꝙ gurges est ꝓfunditas humilitatis/vbi vt cõmuniter
plus abũdant aque grãrum/lachrymarũ/et scientiarũ. Jn
isto igit᷑ nos abscõdam⁹/ne a piscatore diabolo capiamur
Esaie.xlviij.Justitia tua quasi gurgites maris. Uel dic ꝙ
iste est mũdus/vbi pro certo periculũ est natare et viuere/
ne forte propter aquarũ deliciarũ et diuitiarũ/ seu tentatio
num copiam/ibi cõtigat submergi spũaliter et perire. Uel
dic ꝙ iste est auarus/qui oẽs aquas diuitiarũ solet insatia-
biliter deuorare.Hiere.xlvj. Ueluti fluuiorum intumescũt
gurgites eius.

Capitulum.xj.de mari.

1 Mare ꝭm Jsidorũ est cõgregatio aquarũ: ꝛ dicit᷑
mare quasi amarũ.amarũ enim est: verũtamen
aque dulci est permixtũ: vt dicit Aristo.lib.viij.
de aĩalib⁹.Mare autẽ arenis claudit᷑ / inter q̃s
quãdoqꝫ reperiũtur lapides preciosi/qui attritu
arenarũ politi:per vndarũ maris motum ad littora transfe
rũtur.Jtem licet aqua maris sit amara: tamẽ ratiõe vena
rum terre sup quas transit/dulcorẽ ꝛ efficaciã contrahit:si-
cut patꝫ in fontib⁹/qui a terra calida oriunt᷑/qui licet origi-
naliter egrediant᷑ amari ꝛ frigidi:tamẽ ratiõe venarũ ter-
re sulphuree vel alie per quã transeunt/dulces ꝛ calidi sca
turiunt.Sic ꝓcul dubio in mari huius mundi inter aquas
amaras.i.in peccatoꝝ societate sũt aque dulces.i.boni ho-
mines et benigni/qui simul vsqꝫ ad iudicium sunt ꝑmixti.
Uerũtamen sicut mediante vase terreo non cocto in ma-
re proiecto/aqua dulcis ibidẽ subintrãs ab amara separa-
tur:sic Christo mediante qui terreus ꝛ sine coctura concu-
cupiscẽtie fuit genitus/quãdo scilicet in mare mũdi ad iu-
dicium aduenìet/isti abinuicẽ diuidẽtur: et dulces et boni
ab eo recipient᷑: amari vero ꝛ impij in amaritudine inferni
dimittent᷑. Matth.xiij.Elegerũt bonos in vasa sua:malos
autem foras miserũt. Jn mari ergo huius mundi sunt lapi
des preciosi.i.hoĩes virtuosi inter arenas.i. inter hoĩes pec
catores:vbi scilꝫ per aduersitatẽ defecantur/ꝛ sic per patiẽ-
tiam politi ꝛ aptati/vsibus celestib⁹ preparant᷑:qꝛ ꝭm Gre
go.vtilitati bonoꝝ militat nequitia reproborũ. Et sicut aq̃
amara et frigida transiens per venam terre calidã ꝛ dulcẽ:
dulcis et calida efficit᷑:sic peccator amarus per desperatio
nem:frigidus per indeuotionẽ: quãdo transit sup venã dul
cis terre ꝛ calide.i. quãdo manet et frequẽtat societatẽ bo-
norum hoĩm/dulciũ per compassionẽ/ calidorũ ꝑ dilectio-
nem:tunc eorũ similis efficit᷑: et tunc induit colorẽ honesta
tis/et calorem charitatis/et dulcorẽ etiam pietatis/ac va-
lorem et efficaciam probitatis:qꝛ scꝫ sicut naturaliter aque
maris valent cõtra multiplices passiones:sic mali per bo-
norum societatẽ conuersi exẽplis/ informationib⁹ et doctri
nis/valent cõtra diuersa genera peccatoꝝ.Uel pone si vis
econuerso/ ꝙ aqua amara.i.bon⁹ homo ꝛ iustus / amarus
per penitẽtiam/trãsiens per venã terre dulcis et calide.i.ꝑ
mũdum/vbi est dulcedo deliciarũ/et ardor diuitiarũ/simi
lis efficit᷑:et scđm societatẽ quã frequentat/sua conditio va
riatur.Eccl'i.xiij.Qui cũ sapientib⁹ gradit᷑/sapiẽs erit:qui
vero cum stultis ambulat/similis efficiet᷑.¶ Mare est con 2
gregatio ꝛ locus omnium aquarũ tam dulciũ q̃ꝫ amararũ.
Et q̃ꝫq̃ꝫ mare oĩm fluuiorũ et fontium aquarũ multitudinẽ
recipiat:nunq̃ꝫ tamẽ implet᷑/nec redundat/ꝭm Jsidoꝝ lib.
xiij. Hui⁹ aũt rei assignat ibi causas.vel quia scꝫ ꝓpter suã
magnitudinẽ aquas ibi influentes nõ sentiat. vel qꝛ aq̃ ei⁹
amara aquas dulces ibi influentes cõsumat.vel qꝛ ipsa cõ
cauitas nubium multã aquositatẽ ad se attrahat.siue quia
illas auferãt partim venti: partim etiã sol exsiccet. siue qꝛ
aqua dulcis per occulta quedã foramina percolata/ad ca-
pita fluuiorũ vnde venit/iterum redeat. Mare est auarus:
qui scilicet est aquarũ.i.diuitiarũ tã amararũ q̃ꝫ dulcium.i.
tam bene q̃ꝫ male acquisitarũ in suis terminis.i. in suis ar-
cis ꝛ scrinijs collectiuus:ꝛ oĩm inexplebiliter absorptiuus.
Quidā etiam morātur in qua dulci. i. in sciētia theologica. Quidā in mari. i. in sciētia mūdiali. Quidā partim in vna/ partim in alia occupantur. Inter istos ergo sunt multi q propter crudelitatē et ratione pluriū criminū que cōmittūt: naturam aīaliū sortiūtur: vt canes p auaritiā/ lupi per rapinā et seuitiam nominētur. Esa. lvj. Canes ipudētissimi nescierunt saturitatē. Baruck. vj. Bestie meliores sunt illis. Vel dic q quidā sunt qui volunt quādoq in aqua: quandoq in terra morari: illi scilz qui oīa volūt tentare: sed in nullo stabiles esse: qui nūc in mari religionis: nūc in terra. i. in tēporalibus negocijs conuersantur: et nunc in celo cū angelis: nūc vero in terra cum bestijs occupantur: ita breuiter q isti volunt pascere vtrāq ripam: et hic volūt gaudere cū mundo: et illic regnare cū Christo. Isti ergo sunt qui turbantur erga plurima: qūis vnū sit necessariū. Luce. x. ¶ Oua femelle 3 nō fructificāt/ nisi in loco vbi semen piscis masculi sit aspersum. Charissimi/ oua piscis. i. anime/ sunt eius opera: masculus spōsus et maritus eius Christus est. Oua igitur piscis non valēt nisi semine masculi imbuantur: q opera anime nō valēt quātum ad meritū/ nisi gratia diuina fuerit informata: nisi scz in loco vbi effusum est semē. i. in statu grē fuerit perpetrata: q alias ex ouis huiusmodi nunq pullus eterne glorie procreatur. Ouum em̄ est bonū opus. Nidus vel locus vbi ponitur/ est status gratie. Pullus autē qui pducitur/ est vita eterna. Et sic dicitur q maxima pars ouorum damnatur quādo femella ouat euagando: q ibi nō est presens masculus ad oua ipsius semine infundēda. Sic quādo aīa facit oua bonorū operū indistincta: vtpote nō ad debitū finē: sed euagādo p tēporaliū amorē: eius opa pereūt: q suus masculus Christus illa nō approbat/ vbi suā grām nō infūdit. Job. xxxix. Qui ponit in arena oua sua. ¶ Preterea nota q sm Aristo. oēs pisces fouent et diligūt pullos suos/ exceptis ranis. 4 Sic debēt prelati oēs subditos suos fouere et diligere/ nisi fuerint rane/ scz de aquis deuotionis exeūtes/ et ad terram auaritie se vertētes/ et clamorē discordie emittētes: q vbi verba sunt plurima: ibi frequēter egestas. Prouer. xiiij. Secūdum Auicē. capita pisciū salita/ congrua sunt medicine vsui: quia sanant morsum canis rabidi/ et scorpionis: carnē adulterinā eradicant: vlceribus saniosis cōferūt: cōtra venena iuuāt. Sic prelati qui sunt capita pisciū aliorum: si sale sapiētie et discretiōis/ vel penitētie et maceratiōis fuerit saliti: spūali congruūt medicine: q de corpore ecclesie carnem adulterinā. i. carnalem parētelam/ vel luxuriosos eradicant: morsus canis rabidi. i. detractorū latratus sanant: vlceribus saniosis. i. pctōribus et infectis/ ab eis peccatorū saniem p correctionē abstergēdo: et eos vnguento cōpassionis et mīe vngēdo/ sanitatē conferūt: et cōtra venena malorum consiliorū adiuuant atq prosunt. Ideo Mar. ix. Habete i vobis sal: et pacē habete iter vos. ¶ Sicut dicit Aristo. lib. iiij. Pisces in odoribus delectantur: et odorem sequūtur: et sepe per eū defraudantur. Unde etiam pisces libētius 5 vadunt/ et se capiunt in vasis nouis/ q in alijs/ propter odorem ipsius vasis. Vasa pro piscibus capiēdis sunt predicatores. vnde de Paulo dicitur Actuū. ix. Vas electiōis est mihi iste. Que si fuerint odorifera per bonam famā: et per penitētiam innouata: tunc in eis pisces. i. peccatores per conuersionem facilius capiūtur: et a mari. i. a peccati amaritudine extrahūtur. ij. ad Corin. ij. Christi bonus odor sumus. vnde Prouerb. xxvij. Unguētis et varijs odoribus delectatur cor. Sic anima bonis amici consilijs dulcoratur. Prouerb. xxvij. ¶ Quādo piscis femella ponit oua/ masculus 6 suus sequitur eam: et semine suo oua infundit: quia alias nō fructificarent: oua em̄ illa pereunt/ que in loco vbi effusum est semē masculi/ non ponūtur. Et ipsi pisces sicut pulli cōueniunt insimul: et sicut grex pariter conueniunt et vagantur. et multi cum pullificant infirmantur. Et licet generēt/ nullus tamen piscis habet testiculos nisi castor. Piscis femella est predicator/ masculus suus est Christus/ sperma eius est gratia/ oua sunt verba/ et documēta: que tunc periclitātur et pereunt: quādo in loco vbi sperma nō ceciderit. i. in auditoribus vbi grā Christi nō venerit ponūtur: q in vanū laborat lingua pdicatoris/ nisi intus affuerit grā saluatoris. Isti igitur tēpore pullificatiōis. i. pdicatiōis cōueniūt: et partes vndiq circūeūt. et licet generēt spūaliter pdicādo:

tamē testiculis.i.luxurie officio sunt priuati ꝓ sanctimoniā
7 castitatis. ¶ Secūdū Aristo.pisces qui alios predātur/ha
bent plures dentes/fortes/acutos/et minutos. vnde dētex
est piscis/qui pre fortitudine dentiū ostreis vescitur ⁊ nutri
tur:sicut dicit Isido.Et ſm Aristo. pisces pro maiori par=
te comedunt carnes/et sunt gulosi et auidi/ excepto fusta=
leonte.Pisces sunt principes:quorū dentes:quibꝰ median
tibus pauperes deuorant et māducant:sunt iudices ⁊ bal
liui/qui sunt acuti ꝑ cautelas et fallacias/fortes per iniu=
rias ⁊ rapacitates/ minuti multū per infinitam falsitatum
multiplicitatē: ⁊ istis dentibꝰ mediātibus ostreas.i.bonos
subditos et pauperes/dato ꝙ sint clausi per suipsius custo
diam diligentē/ principes deuorant et denudāt excoriatio
nibus ⁊ rapinis. Figura Dañ.7. vbi in ore bestie erāt tres
ordines dentiū/qui dicebāt ei. Surge comede carnes plu
rimas. Sic in ore.i.in familia pricipum/sunt tres ordines
dentiū.i.seruientiū: scilꝫ balliui/iudices/⁊ consiliarij/ꝗ sug
gerēdo ⁊ cōsulendo rapinas ⁊ extorsiones/dicūt principibꝰ
ꝙ surgāt:et carnes.i.pauperū substantias deuorēt ⁊ consu=
māt.Ideo principibus bene consulit Prouerb.xxiij.Noli
esse in cōuiuijs eorū:qui carnes afferunt ad vescendū. Uel
dic ꝙ isti pisces sunt detractores/qui scilꝫ alios/ꝗꝫ fortes
bonos et clausos/per detractionē deuorant atqꝫ cassant:et
ideo tres ordines habent dētium.i. tria genera malorū ver
borū/scilꝫ detractionē/que deuorat carnes ꝓximi:blasphe
miā/que carnes dei:iactātiam/que carnes sui.vide figurā
8 infra Dañ.vij.lib.x.c.de māticora. ¶ Pisces lacuales/pa
lustres ⁊ fluuiales/plus ouant ⁊ citius ꝗꝫ marini:qꝛ vt plu=
rimū post quinqꝫ mēses:alij autē oēs post vnū tm̄. Et sunt
pisces intꝰ pleni aculeis/et exteriꝰ pleni squamis.Isti sunt
peccatores/qui in lacubus deliciarū/in paludibus diuitia
rum/in fluminibꝰ supbie et discordiarū/cōtinue cōuersan=
tur.et isti plus ouāt/plus crescūt/et se multiplicāt in bonis
tēporalibus/ꝗꝫ boni/qui in aquis amaris penitētie cōmo=
rātur.Pisces tamen.i.peccatores licet intus sint pleni acu
leis.i.remorsibꝰ cōsciētie:isti tamē exteriꝰ habēt squamas/
quibus protegūtur.i.peccatorū suorū palliationes/quibus
se protegūt et excusant.Sepiā vias tuas spinis/⁊ sepiā eas
maceria.Osee.ij. Spine enim sunt īteriores remorsiones.
Maceria vero significat exteriores excusatiões/qꝛ genera
liter ꝗꝫuis peccatorē spina cōscientie remordeat: se tamen
9 cōtegit semp et excusat. ¶ Pisces in mari se mutuo deuo=
rant:qꝛ apud illos minor est esca maioris:et tandē qui aliū
deuorauerit/ a maiore se postmodū inueniet deuoratum se
ipsum.Sic in mari huiꝰ mundi pisces.i.diuites se deuorāt
mutuo:qꝛ quilibet minorē et respectu sui pauperē deuorat
et deuastat:sed ꝗ alios depredatus fuerit/depredabunt eū
qui reliq̇ fuerint de populis.Abac.ij. Et ħ qꝛ excelso excel=
sior alius est.⁊c.Eccl's.v. Sicut ad litterā videmus de vsu
rarijs ⁊ balliuis/qui inferiores deuorāt:et tādem a superio
ribus deuorant.Esa.xxxiij. Ue qui predaris/nonne et ipse
10 predaberis:quasi dicat/sic. ¶ Pisces ſm Aristotelē quidā
sūt qui mouent ad cōceptum ⁊ ortum ſm cōstellatiões.vñ
dicit Iorath et Isidorus de australi pisce/ꝙ pisces ipsius
generis nō apparēt/nisi quādo pleiades oriuntur: ⁊ quādo
pleiades occidunt:tūc etiam illi pisces incipiūt disparere.
Sic homo dicit apparere/quādo pleiades.i.viros celestes
et bonos et iustos viderit aduenisse: in eorū enim societate
debet delectari:et eorū influentia ad bona opera fortiꝰ ani
mari: sed quādo pleiades.i.bona societas discesserit: ⁊ tu si
militer debes infra domū tuam/vel conscientiā/ tādiu per
discretionē recedere: quousqꝫ iterū pleiades.i.bonoꝝ socie
tatem/vbi possis proficere/senseris aduenisse.Figura Eze=
chiel.j.Stantibus aīalibus oculatis rote similiter stabant:et
eis eleuatis eleuabant.Sic si sis rota volubilis ꝑ obedien=
tiam iuuētutis:tunc cum bonis debes stare:et eorū exēplo
te eleuare vel etiā occultare.vel si vis expone.§.istum sicut
11 supra lib.vij.c.de struthione.§.ij. ¶ Pisces pregnātes tunc
temporis pariūt:quādo ventrē suum fricant ad arenā. Sic
hoīes vitijs impregnati:tunc pariūt per cōfessionem:quan
do ad arenā contritionis/vel ad cōsiderationem mortis fri
cant vētrem suum.i.conscientiā aggrauatā.Canti.v. Uen=
12 ter meus intumuit ad tactū eius. ¶ Pisces qui alios pre=
dantur/ſm Isidorū dentes habent fortes.vnde dicit ꝙ pa
grus est piscis/ꝗ dentes habet ita fortes/ ꝙ in mari ostreis
nutriatur.Sic detractores qui alios deuorāt detrahēdo et
pungēdo: dētes.i.verba/ ceteris habēt fortiores: ita etiā ꝙ
ipsas ostreas duras et clausas.i.bonos et iustos clausos ꝑ
penitētiam/duros ꝑ cōtritionē ⁊ discretionē/ frangūt/dila
cerant/⁊ deuastāt.Figura Dañ.vij.vbi bestia alijs dissimi
lis/ꝗ habebat dentes ferreos/deuorabat ⁊ ꝯminuebat.⁊c.
13 Nota figurā ⁊ expone sicut infra Dañ.vij.⁊c. ¶ Pisces ſm
Aristotelē seruant in suo genere paritatē:qꝛ vt dicit ibidē/
non inuenitur piscis qui cum alterius genere misceatur.⁊
pisces longo tēpore fetus suos nutriūt/et educant/ſm Ari
stote.Sic coniuges debēt fidem alterutri cōseruare:nec al
teri per adulteriū cōmisceri:et certe pullos et filios educā=
dos sollicitare/intēdere/⁊ eos diligere.ij.ad Corin.xij.Nō
debent filij parētibus thesaurizare : sed parētes filijs.Uel
14 dic ꝙ masculus ⁊ femella sunt prelatꝰ maior/et minor: qui
pari cōsensu debēt pullos.i.subditos gubernare. ¶ Pisces
in mari natātes squamas habent duras:⁊ spinas infra car
nis sue substātiam acutas.Pisces autē aque dulcis squa=
mas habēt teneras atqꝫ molles.Sic vere hoīes qui in mū
di amaritudine et negociorū fluctibꝰ conuersant/squamas
habent duras.i.verba execratoria et obstinata/ et pungiti=
ua:infra carnis tamē substātiam.i.in cōscientia habēt sibi
spinas acutas ⁊ duras.i.remorsus cōscientie multū duros
Esa.lxij.Nō est pax impijs:dicit dñs. Sed pisces.i.homi=
nes qui in aqua dulci deuotionis et religionis versantur/
habent squamas.i. opera ⁊ verba exteriora mollia ⁊ māsue
ta:qꝛ respōsio mollis frangit irā.Prouerb.xv. Et spinas.i.
remorsus cōscientie habent similiter tēperatos.⁊c.Appli=
ca ad propositū:qꝛ generaliter religiosi sunt vel debent esse
in responsione et conuersatione.i.in moribus et verbis cle=
15 mentiores/molliores/⁊ affabiliores: ⁊ ipsis marinis.i.secu
laribus dulciores. ¶ Pisces ſm Auicē.lib.ij.qui herbis ⁊
radicibus nutriunt/meliores sunt illis qui sordibꝰ/ que de
ciuitatibus effluunt/nutriūtur.Sic theologi/qui herbis et
radicibus.i.sanctorū auctoritatibus ⁊ doctrinis nutriūtur
per studiū/meliores sunt ꝗꝫ legiste/qui sordibus/ que de su
perfluitatibus.i.a legibus a ciuitate romana deuolutis/vł
sordibꝰ ciuitatū.i.studio de regimine ciuitatū in hoc secu=
lo nutriūtur.Threno.ij. Sordes eius in pedibus eius/nec
recordata est finis eius.Sordes.i.diuitie vel scientie mun
diales in pedibus.i.in affectionibꝰ eius scilicet anime:nec
16 recordata est finis sui/scilꝫ mortis:quia scilicet scientie vel
diuitie mūdiales mortem faciūt obliuisci . ¶ Pisces plus
laborāt de nocte ꝗꝫ de die/illi ꝓsertim ꝗ more animaliū ra=
pacium sunt crudeles:et plus ante mediā noctem/ꝗꝫ post:
quia ante solem aliquātulum dormiūt:et ideo tūc vt cōmu
niter male vidēt:vnde ⁊ tūc faciliter capiunt.Sic pisces.i.
homines qui plus laborant de nocte.i.in operatiōibus no=
cturnis et malis/ꝗꝫ de die.i.in operibus spiritualibus ⁊ di=
uinis:ab inferni piscatoribꝰ faciliter per vitia capiunt: ma
xime cum aliquātulum dormiant per negligētiam ⁊ torpo
rem.Uel potest dici de illis qui plus laborāt in malo ante
mediam noctem/ꝗꝫ post.i.ante medium sue nocturne vite/
hoc est ī tēpore iuuētutis ꝗꝫ tēpore senectutis.Esa.xl.Defi=
cient iuuenes et laborabunt. Qui autem in nocte peccato
17 rum ambulant:⁊ ibi per delicias quiescunt:a piscatoribus
demonibus in tentationū periculis et sportulis capiuntur
Hiere.vj.Mittam in vobis piscatores. ¶ Secūdum Ari=
stotelē/ pisces femelle sunt masculis longiores ⁊ duriores/
maxime in posteriori parte. Sic in mundo femellini.i.sim=
plices sunt masculis.i.sapientibus et discretis longiores ꝑ
perseuerantiā:⁊ in posteriori parte.i.in senectute duriores/
scilꝫ tentationibus resistēdo/⁊ in bono perseuerando:qꝛ sci
licet sicut res dura bene se seruat/ nec de facili mordet: sic
vere diabolus eos non potest per tentationes mordere.⁊c.
Esa.xlviij. Scio enim quia durus es tu. Uel dic ꝙ pisces
femelle.i.mali ⁊ imperfecti sunt masculis duriores/longio
res:et maiores.i.bonis hominibus ditiores/ crudeliores/⁊
potentiores. Quod patet de pauperibus quādo ad digni=
18 tatem aliquam eriguntur/qui scilicet ceteris masculis.i.di
uitibus et nobilibus sunt peiores . ¶ Secundum Aristo=
telem / pisces generaliter preter rapaces plus laborant de
die ꝗꝫ de nocte: et generaliter plus audiunt de nocte/et plꝰ

odorāt. Sic iuſti in die vite preſentis per penitētiam plus
laborant: ſed in nocte/ſcilꝫ poſt vitam preſentem in gloria
requieſcūt. Requieſces/et non erit qui te exterreat. Iob.xj.
Uel dic ꝙ piſces.i.hoīes in nocte tribulationis melius au-
diunt diuinam predicationē: et melius odorāt eternam cō-
ſolationem: ꝗ in die proſperitatis: ⁊ ideo generaliter loquē-
do/vtilior eſt aduerſitas ꝗ ꝓſperitas: quia ſicut dicit̃ Eſa.
xxviij. Uexatio dat intellectum. Et ſicut iter piſces duros/
naturaliter melior eſt minus durus: inter molles vero me-
lior eſt minus mollis: ſic inter illos qui naturaliter ſunt du-
ri/rigidi et ſeueri/plus valēt minus duri.i.illi qui ſciunt iu-
ſtitiam duritie cum clemētia temperare: et inter molles et
remiſſos qui minus mollis/melior eſt: qui.ſ. nouit quādoqꝫ
ſe ad iuſtitiam ſuſcitare: qꝛ ſicut dicit̃ Prouerb. xviij. Qui
mollis et diſſolutus eſt in opere ſuo/frater eſt ſua opa diſſi-
19 pantis. ¶ Secundum Auicē.illi piſces inter ceteros ſunt
meliores/qui ſunt nutriti in aquis diſcoopertis ventis/fla-
tibus et motibus expoſitis. Et ſunt generaliter piſces me-
liores qui in mari/ꝗ q̇ in aquis dulcibꝰ oriuntur. Nam illi
qui ſunt in aquis vehemētis motus et laboris/ ſunt pre ce-
teris meliores. Generaliter etiam piſces ſunt meliores in
mari orientali vel aquilonari/ ꝗ meridionali: quia propter
vētorum flatum plus illi mouentur et exercitātur: ⁊ ſic ma-
gis a ſuis ſuꝑfluitatibus depurātur. Sic quantū ad deum
meliores ſunt illi qui in motibus laborū ⁊ occupationū/fla-
tibus dolorum et tribulationū in hoc ſeculo nutriunt̃: qꝛ ſci-
licet ſicut in pſal. dicit̃: Multe tribulationes iuſtorū. Nam
huiuſmodi motibus/hi a ſuperfluitatibus et diuitiarum ⁊
vitiorum multipliciter depurant̃: qꝛ ſm Auguſti. qđ lima
ferro/fornax auro/flagellū equo/hoc facit tribulatio viro iu-
ſto. Qui igit̃ in mari tribulationū morantur/meliores ſunt
20 illis q̇ in aquis diuitiarum et deliciarū cōmorantur. ¶ In
piſcibus qui nimis ſunt mollis et fragilis nature / neceſſa-
rie fuerūt ſpine/quibꝰ ſuſtētaretur fluxibilis caro ſua. Sic
fragilibus ⁊ ſimplicibus neceſſarie ſunt ſpine timoris dn̄i/
vel remorſus conſcientie/vt ſic poſſint per grãm ſuſtenta-
ri/ne ſcilꝫ defluant ad peccata: qꝛ ſcilꝫ per timorem dn̄i de-
21 clinat omnis a malo. Prouerb.xv. ¶ Secūdum Ariſtote.
ſunt aliqui piſces ita paſſibilis nature/ ꝙ non poſſunt pati
exceſſus frigoris vel caloris. Nā ad aſcēſum canicule pro-
pter calorem moriuntur: et ſimiliter in hyeme propter intē-
tionem frigoris multotiens pereunt: et maxime illi piſces
qui habent lapidem in capite/ſicut cancri: quia ſcꝫ lapide
congelato ex frigore/de facili periclitat̃ talis piſcis. Quod
etiā dicit Pli.li.ix.c.xvj. Sic recte quidā ſimplices/vl̃ alij/
ſunt inquātum ad peccata ita paſſibiles/ꝙ neſciunt tenere
medium: immo vel propter exceſſum caloris.i.ꝓpter inflā-
mationem amoris/vel propter exceſſum frigoris.i.propter
depreſſionē timoris periclitant̃ faciliter per peccatū. Nam
quādo ſuꝑ hemiſpheriū cordis ſui aſcēdit canicula.i.amor
alicuius ꝑſone ſiue rei/ipos lumine ſue pulchritudinis vel
ſapientie/ et calore ſue ſocietatis et amicitie ardentius in-
flāmātis: tūc propter amoris exceſſum pereūt: inꝗtū.ſ.hu-
iuſmodi amore prorumpūt ad multa ſcelera perpetranda.
Figura de ſtella ardēte ſicut facula q̄ cecidit ī aq̄s/⁊ ex eis
mortui ſunt homines. Apoca.viij. Expone ⁊ applica. Illi
autē piſces qui habent lapidē.i.peccatorū ⁊ inferni et tor-
mentorum duritiā in capite ⁊ imaginatione: de facili peri-
clitantur per deſperationē: ⁊ hoc quando exceſſu frigoris.i.
timoris nimij cōgelātur. ⁊ hi ſunt cancri/piſces ſcilicet re-
trogradi: qꝛ cum ad anteriora/ ſcꝫ ad bona paradiſi debe-
rent principaliter tendere per ſpem ⁊ affectum: ipſi tamen
econtra retrocedūt/principaliter reſpiciendo ad penas et
tormenta. Ideo de iſtis poteſt dici illud Gen̄.xxxj. Die no-
ctuqꝫ eſtu vrebar et gelu. Uel dic ꝙ calor proſperitatē/frigꝰ
vero aduerſitatē deſignat: quia ſcilicet quidam ſunt ita im-
perfecti/ꝙ ipis nocent tam proſpera ꝗ aduerſa. Illi enim
qui in corde habent lapidem obſtinationis/vel timoris pe-
nitentie: ſcilicet retrogradi peccatores/modico frigore tri-
bulationis ⁊ tentationis per deſperationē moriūtur: et per
indeuotionē penitus congelant̃. Eccli.xliij. Frigidus ven-
22 tus aquilo flauit/et gelauit cryſtallus ab aquis. ¶ Piſces
parui in aqua parua pullificant: et tēpore tranquillo deſcē-
dunt ad fundum magis: magni autem tunc temporis na-
tant ſuperius/et paruos deuorant. Sed ecōtra in tempore
tempeſtatis magni ad fundū deſcendūt: et parui ſuperius
eleuātur. Sic parui piſces.i.hoīes humiles in tēpore tran-
quillo preſentis vite ⁊ proſperitatꝫ mūdane/ſunt in fundo.i.
in imo: ſcilicet vilipēſi et deſpecti. Maiores vero ſuperemi-
nent: in honoribus.ſ.huius mundi. Econtra tamen erit in
tempore tēpeſtatis iudicij et mortis: quia ſcilꝫ tunc magni
erunt in fundo et imo inferni: et parui.i. pauperes ſuperius
cum angelis enatabūt. Deutero.xxviij. Aduena qui verſa-
tur tecum/ aſcendet ſuꝑ te/⁊ erit ſuperior/tu autem deſcen-
des/⁊ eris inferior. ¶ Piſces nutriti ī aqua dulci: mari gu-
23 ſtato vt plurimū moriūtur: tamē aliqui piſces de aqua ſal-
ſa maris ad aquā dulcem ſe vertentes/ ibi impinguātur et
delectātur. Alij autē ecōtra de aqua dulci veniūt ad aquā
maris: vbi vt dictū eſt/ quādoqꝫ ſubito moriunt̃. Aqua dul-
cis eſt diuina ſapientia: amara eſt mūdana. Quando igi-
tur piſcis.i. ſapiens mūdanus de aqua amara mūdane ſa-
pientie vel etiā proſperitatis ad aquā dulcem theologie vl̃
gratie et charitatis ſe cōuertit/impinguat̃ ibi donis ⁊ vir-
tutibus: et ꝗplurimū delectatur/qꝛ nihil dulcius ꝗ atten-
dere in mandatis dn̄i. Eccli. xxiij. Unde legitur ꝙ ſalmo
exiēs a mari/et veniēs ad aquā dulcē/ibi fontē inueniēs/⁊
de eo bibēs/nunꝗ ad mare redit. Fōs eſt Chriſtus: qui in
aqua dulci ſcientie vl̃ gratie reperitur/a quo qui a mundo
amaro veniēs biberit/recedere nō debet. Ecōtra autē qn̄
de aqua dulci theologie vel gratie ad aquā amarā munda-
ne proſperitatis vel etiam ſagacitatis quis venerit/ ſubito
moritur per peccatū: quando ipſam guſtauerit per affectū.
Apoc. viij. Mortui ſunt ex aquis: qꝛ amare facte ſunt. Uel
dic ꝙ aqua dulcis eſt ꝓſperitas mūdana: cuius piſces vix
volunt amaritudinē religionis guſtare. Marini vero et re-
ligioſi delectātur ꝓſperitatis dulcedinem intrare: quia pro
certo facilius declinant religioſi ad ſecularia/ꝗ ſeculares
ad regularia. ¶ Piſces ſm Auicē.ſunt meliores qui ī ma- 24
ri/ꝗ q̇ in fluminibꝰ degūt: ⁊ q̇ ī fluminibꝰ ꝗ illi q̇ in lacubꝰ
ꝑſeuerāt. Mare eſt ſacra ſcriptura/propter obſcuritatem ⁊
profunditatē/ ⁊ amaritudinē penitentie ⁊ ſalſedinē/quā in-
ducit. Fluuij a mari exeuntes ſunt ſciētie phice. Lacꝰ ſunt
ſcientie lucratiue/propter limum temporalium/ ⁊ quietem
deliciarum. Dici ergo poteſt ꝙ piſces marini. i. theologi/
ſunt meliores ꝗ fluuiales.i.philoſophi: et iſti ꝗ lacuales.i.
legiſte. ¶ Secūdum Ambro.in hexameron/piſces habent 25
dentes multos et minutos/vt cibos cito incidant/et facile
deglutiāt ſine mora/ne aque alluuione paulatim conſumā-
tur/ ſi in ore diutiꝰ teneant̃. Sic etiam homo debet habere
dentes plures.i. affectus et deſideria: quibus cibum.i.ver-
bum dei vel bonum conſilium cito incidat diſcernendo/et
trāſglutiat adimplēdo: quia ſi in ore cogitatiōis diutius te-
neatur: deliberādo.ſ.et proponēdo: alluuione tētationis et
diabolice ſuggeſtionis paulatim conſumetur. Eſa. xxviij.
Statim vt manu tenuerit/deuorabit illđ. ¶ Piſces ī eſta- 26
tis tempore a calore littoris et terre timentes / fugiunt ad
profundum maris/vt ibi propter frigus/quod ibi eſt: ab hu-
iuſmodi caloribus tueantur. Profundum maris eſt timor
dei/propter inferni profunditatem/ et tormētorū frigidita-
tem. Terra eſt tēporalis affluentia. Eſtas proſperitas. Ca-
lor concupiſcētia. Si igitur circa terram bonorū tēporaliū
videris in eſtate p̄ſentis proſperitatis eſſe īmoderatū calo-
rem tentationis ⁊ concupiſcētie/ſtatim debes exinde fuge-
re per cōtemptū tēporaliū/et te in ꝓfundo maris frigidiſſi-
mo/ſcꝫ timore tormētorū infernaliū ⁊ offenſe diuine/attētiꝰ
balneare: ⁊ ſic calorē tētatiōis poteris deuitare. Eſa.xxiij.
Trāſi terrā tuā quaſi fluuiū filia maris.⁊c̄. qꝛ timēti deū nō
occurrēt mala. Eccli.xxxiij.⁊c̄. ¶ Piſcis viuus habet ī na- 27
tando dorſum ſuperius/vētrem inferius: ſi vero mortuꝰ ſit
ecōuerſo vēter p̄eminet/dorſum latet. Chariſſimi/dorſum
in ſcriptura ſignificare poteſt virtutē cōſtantie et patiētie:
quibus ſcilꝫ ſuſtinēt iuſti oīa grauia onera que imponunt̃.
Uenter vero ſignificat vitium laſciuie et luxurie: quia ſcilꝫ
oīa iſta verſant̃ generaliter circa vētrē. Quid igit̃? Pro cer-
to illi q̇ ſunt viui ꝑ grãm atqꝫ iuſti: dorſum ſue patiētie pre-
ponūt: ⁊ ipm deo ⁊ p̄lato ad iponēdū q̇cq̇d voluerit antepo-
nūt/vētrēqꝫ.i.appetitū carnis ſpiritui ſubijciūt ⁊ ſupponūt.
Gen̄.iiij. Sub te erit appetitꝰ tuꝰ/⁊ tu dn̄aberꝭ illiꝰ. Sed ꝑ

certo illi qui sunt mortui per peccatū/faciunt econuerso: qꝛ
scilꝫ vētrem preponunt dorso/carnē spiritui/lasciuiā patiē-
tie/iniquitatem iustitie/et licētiam preferunt discipline. de
quib⁹ in psal. Obscurenꝫ oculi eorū ne videant/et dorsum
28 eorum semꝑ incurua. ❡ Pisces aquilonares preualēt au-
stralibus: et hoc qꝛ ventis vehemētibus et frigidis melius
depuranꝫ: quia aque que sunt nutrimentū pisciū/motu am-
pliori agitantur: et per cōsequens magis a quacūqꝫ putre-
dine preseruantur. Sic vere illi qui in aquilone aduersita-
tis/in frigore paupertatis generanꝫ: preualent illis qui in
australi ꝓsperitate fouētur. Aduersitas eñ a supfluitatib⁹
purgat et liberat: prosperitas vero supfluitates et vitia ag-
gregat et augmētat. ideo dicitꝫ Job. xxxvij. Ab aquilone au
29 rū venit. ❡ Pisces vt dicit Isidorus/habere memoriā cer
tum est: qḋ ex eo probat qꝛ in piscina bethleem ipe vidit ꝙ
pisces qui panē accipere ab astantib⁹ soliti erāt/post hoīes
circa piscinam euntes/turmatim incedebāt: et primi past⁹
30 memores aliū expectabant. ❡ Teste etiam Plinio et Am
bro. pisces nouerūt tempus quo debēt ad pastum procede
re/vel redire. Habent etiā domicilia/que a nullo eiusdē ge
neris īuadūtur: ad q̄ etiā redire facto pastu ꝯperiūtur. Hec
enim oīa prout dicit idē Ambro. impressit eis natura: que
vere magistra est pietatis. In hoc charissimi excitatur hu
mana discretio/ne oberret: qꝛ multo forti⁹ homo debet ha-
bere memoriā de preteritis et futuris. Debet eñ recordari
et cogitare/qui sunt illi qui proijciunt ei panem. i. qui sunt
benefactores/vt eisdē regratienꝫ. Debet etiā scire et discer-
nere/quando debet pastum bonorū temporaliū querere: et
quādo debet ad conscientiam suam redire: et quādo debet
per bona opera parere: et quādo debet ad ꝓpria domicilia
paradisi a mundi fluctibus reuenire: qꝛ si bruta hoc faciūt/
peiores sunt q̄ꝫ bestie qui horū memoriā perdiderunt: ꝯtra
quos dicitꝫ in psal. Obliti sunt beneficiorū eius/nō fuerunt
memores multitudinis mie sue. Ideo reprehēdit dñs apo
stolos Matth. xv. dicēs. Adhuc et vos sine ītellectu estis/
31 supple q̄ videtis quō bruta faciūt facta sua. ❡ Aristo. i lib.
de vita ꝛ morte/ dicit ꝙ aq̄tica sunt breuioris vite q̄ꝫ gressi
bilia. Quod fit (vt ait) quia sunt nimis fluxibilia ꝛ mollia:
ꝛ quia etiā sunt sanguine carentia pro maiori parte. Sic ve
re illi breuem habēt vitā gratie et ꝑseuerātie/qui in aquis
.i. in delicijs conuersanꝫ: qꝛ vt cōmuniter tales morīunꝫ fa
ciliter per peccatū. vnde. j. ad Timo. v. dicitꝫ ꝙ vidua viuēs
in delicijs/mortua est. Qḋ potissime accidit quando san-
guine carent. i. quādo nō habēt memoriā mortis et sangui
nis Jesu Christi: qꝛ sicut dicitꝫ Leui. ꝛ Deutero. xij. Anima
omnis carnis in sanguine est. Aīa dico. i. vita. Tales enim
vt cōmuniter sunt molles/incōstantes/et luxuriosi: et ideo
sunt faciliter corruptibiles et defectuosi. Apoca. ix. Multi
hominū mortui sunt de aquis. Cuius tamē est cōtrariū in
gressibilibus: et in assuetis laboribus atqꝫ penis: et in pau
pertate viuētibus: qꝛ scilꝫ tales diutius in gratia ꝛ in bono
32 ꝑseuerare noscunꝫ. Dañ. v. Rex ineternum viue. ❡ Pisces
debiliter vidēt/maxime de nocte: quod fit qꝛ oculos habēt
semꝑ apertos: cū careant palpebris: et ideo visus debilita
tur in ipsis/spiritu visibili cōtinue exeunte. Sic multi sunt
qui visum discretionis habēt debilem/maxime de nocte. i.
in rebus difficilioribus et obscuris: et in rebus spiritualib⁹
et profundis: et maxime in nocte mortis: qꝛ scꝫ de ista nihil
cogitant: sicut potissime sunt mūdani: de quibus in psal. di
citur. Oculos habent/et nō videbūt. Et hoc fit: qꝛ oculos
habent apertos et expositos ad mūdana: et ideo continue
spiritu. i. spirituali sensu ab eis dilabēte/necesse est ꝙ visus
discretionis in eis tenueꝫ: et ꝙ vitiorum laqueis ꝛ demonū
tentationib⁹ capiantur. psal. Obscurenꝫ oculi eorum ne vi
33 deāt. ❡ Teste Aristo. q̄ꝫuis pisces nō sint naturaliter acu-
ti visus: vident tamē melius in pte dextera/q̄ꝫ sinistra. Sic
vere homo q̄ꝫuis sit hebes inscius et ignarus: semꝑ tamen
debet melius videre illa que sunt ad dexterā/scilꝫ bona spi
ritualia et eterna: q̄ꝫ illa que sunt ad sinistrā/scilꝫ bona ter-
rena. vnde ipe debet dicere illud Geñ. xij. Si tu ad sinistrā
ieris/ego ad dexterā ibo. Uel dic ꝙ iste est Christus/q̄ ocu
lo misericordie sue videt meli⁹ illos qui ambulāt in dexte-
ra. i. in affectu bonorū spiritualiū/q̄ꝫ illos qui ambulāt ad si
nistram terrenorū. Qḋ potissime fiet i iudicio/quādo dicet

his qui ad dexterā erūt. Uenite. alijs autē. Ite. Mat. xxv.
Uel potest dici de malis/qui libentius vident prospera q̄ꝫ
aduersa/ꝛ dextera q̄ꝫ sinistra. ❡ Teste Aristo. pisces quan 34
doqꝫ dormiunt: sed cōmuniter etiā dormiendo semꝑ solent
caudā mouere. Dormiunt etiā aliq̄ ita fortiter vt dicit Pli.
ꝙ etiā manibus possint capi. Tales sunt multi qui in aq̄s
mundane prosperitatis ita sopiunꝫ et delectanꝫ/ꝙ ibi sine
difficultate a diabolo capiūtur. In nullo enim ꝑ bona ope
ra mouētur: nec ad aliqḋ exercitiū agitātur. caudā tamē di
cūtur mouere: inquātum motum bonorū operū in cauda. i.
in fine vite sperant finaliter exercere: qꝛ breuiter totum cor
pus dormit et est immobile preter caudā. i. totam vitā vo-
lunt voluptati dare preter finem: semꝑ eñ sperant in cau-
da. i. in fine vite penitere: et ibi motum bonorū adimplere.
Apo. ix. Potestas eorū in caudis eorū. Uel dic ꝙ cauda q̄
retro stat/cōscientiam significat: que hodie postponitur in
mundanis. Talis tamē cōditionis est ista cauda: ꝙ nunq̄ꝫ
cessat a motu. i. a remorsu: dato ꝙ homo dormiat in pecca-
to. Uel potest dici ꝙ dato ꝙ totum corp⁹. i. tota vita nostra
dormierit in peccatis: cauda tamē. i. finis vite et senect⁹ nō
debet dormire: sed emēdādo iuuētutis delicta/i bonis ope
ribus se mouere. ❡ Pisces ꝭm Ambro. in hoc sunt dissimi 35
les aīalibus: qꝛ nō delectātur in tactu seu in lenimēto ma
nuum/vel applausu. Tales sunt viri iusti/ꝛ maxime tales
debent esse boni principes ꝛ prelati: qꝛ vere isti nō delectā-
tur in applausu adulatorū: nec in verbis ꝯmēdatitijs dece
ptorum. A talibus enim pisces. i. deuoti et iusti fugiunt: in
quib⁹ tamē bestie. i. peccatores delectātur et obdormiūt: qꝛ
scilꝫ palpari cū blanditijs semꝑ volunt/dicētes illud Esa.
xxx. Loquimini nobis placētia. ꝛc̄. ❡ Dicit Aristo. vbi su- 36
pra/ꝙ pisces quādo pullificāt/cibantur pullis suis. Sic ve
re multi sunt mali iudices et prelati / qui ꝓprios pullos et
subditos comedūt et deuorāt per rapinas. Eze. v. Patres
comederūt filios i medio tui. Sicut enim pisces maiores
comedunt minores: ita ꝙ etiam illis qui sunt de ꝓpria spe-
cie vel genere nunq̄ꝫ parcunt: sic inter auaros et crudeles
maior et potētior minores deuorat: ꝛ qḋ peius est/ etiā illis
qui sunt eiusdē speciei generis vel patrie: etiā si sint proprij
filij et subditi/nunq̄ꝫ parcūt. Hiere. xix. Unusquisqꝫ carnes
amici sui comedet in obsidiōe. ❡ Omnes pisces generali- 37
ter inuicem se comedūt/excepto quodā animali qḋ Aristo.
Fustaleon vocat: ꝛ hoc ideo quia carnes nō comedit oino.
Pisces significāt mūdanos/ qui alter alterutrū per litigia
deuorant et infestant. Fustaleon vero significat religiosos
et maxime predicatores: qꝛ scilꝫ isti carnes nō debēt come
dere: nec carnes etiam aliorum per detractionē vorare: et
per consequens nō debet alter alterum molestare. Uel dic
ꝙ pisces sūt detractores/ q̄ carnes. i. vitas et mores come-
dunt aliorum. Deutero. xxxij. Gladius me⁹ deuorabit car-
nes. Fustaleon vero significat iustos/qui scꝫ per detractio-
nem carnes nō comedūt alioꝝ/dicētes illud psal. Nunq̄d
manducabo carnes taurorum/aut sanguinē hircorū pota- 38
bo: quasi dicat/nō debeo. ❡ Pluuia impinguat pisces. ve
rūtamen multi sunt pisces quos pluuia excecat: nō qꝛ mul
ta: sed quia frigida: vt dicitꝫ in libro de natura rerum. Plu-
uia est prosperitas/qua mali impinguātur: et si nimia fue-
rit/per obstinationem et malignitatē excecantur: quia ꝭm
Senecā/fortuna quem nimiū fouet/stultum facit. Hoc ta-
men non est ratione istius pluuie: quia prosperitas de se bo
na est. vt enim dicit Seneca. lib. de paupertate: nō in reb⁹
vitium est: sed in animo. Sed ratione frigoris indeuotio-
nis quod solet cōmuniter in talibus abūdare/ꝛ talem plu-
uiam comitari. Deutero. xxviij. Percutiat te dñs egestate 39
fame et frigore. ❡ Pisces longi ꝭm Pli. impinguanꝫ vēto
aquilonari: ampli vero australi. Aquilo frigidus est aduer-
sitas: et ista est que gratijs et virtutibus impinguat pisces
longos. i. illos qui sunt constantes et fortes: et diu in bono
perseuerantes. Prouerbioꝝ. iij. Longitudo dierū in dexte-
ra eius. Auster autem ventus mollis est prosperitas: ꝛ ista
est que impinguat amplos et latos. i. misericordes et cha-
ritatiuos/bona sua alijs ꝑ elemosynas extendentes: quia
breuiter prosperitas proficit pijs et liberalibus: aduersi-
tas vero proficit longis. i. diu perseuerantibus et constan-
tibus. Ideo Christus dicit de ecclesia. Cantico. iiij. Sur-

ge aquilo/veni auster/perfla hortum meum:et fluant aro-
mata eius. ¶ Plinius libro.x.dicit qꝫ pisciū omne genꝰ mi
ra celeritate adolescit ꝛ crescit. Sic ꝑcul dubio mali in mū
do cito crescunt/ꝛ ꝑ diuitias cito ꝛ subito magni fiunt/ꝛ de
paruo.i.de humili plebe ꝛ statu ad quantitatem status cre
scunt. Hester.x. Fons paruus creuit in fluuium magnum.
¶ Scd̄m Ambro. in hexameron/sicut auibus sic ꝛ piscibꝰ
cauda pro gubernaculo est in natando. Cauda anime/est
consideratio finis: qꝛ procul dubio in omni opere ista cau-
da/scꝫ cōsideratio finis/ est directio operantis. Ideo dice-
bat versificator ille. Quicquid agas/ sapiēter agas: ꝛ respi
ce finem. Vel dic qꝫ ista cauda/est cōsideratio mortis/que
pro certo est causa qua bene operando natamꝰ/ꝛ qua dire-
cte quo volumus ambulamus. Iuxta illud Eccli.vij. In
omnibus operibus tuis memorare nouissima tua/ꝛ ineter-
num non peccabis. ¶ Scd̄m Ambrosiū vbi.s̄.aqua bona
mater est piscibus. Aque em̄ respiraculū piscibus tribuunt
aq̄ oua sua pisces cōmittūt. Pisces etiā neqꝫ nidos texūt/
nec diuturni fetus laborē sentiunt/nō cum sui molestia nu
triunt:q̄n potius aqua q̄ fetū ipsum recipit/quodam natu-
re gremio/velut nutrix blanda suscipit/ ꝛ animal celeri fo-
tu reddit. Aqua q̄ d̄r quasi equa/significat ip̄m deū/vl' vir-
ginem gloriosam/religionē vel ecclesiam militātē. Pisces
vero sunt homines deuoti ꝛ perfecti:qꝛ pro certo istis deuo
tis et religiosis est aqua diuine gratie vel etiā ipsa religio
bona mater. Sicut em̄ videmus/nō oportet ipsos nidifica
re/nec fouendo pullos suos seu filios laborare. Qua enim
sua.i.vota et desideria aque diuine prouidētie cōmittunt/
que cito ꝛ celeriter ipsis ignorantibus multotiēs adimplē
tur:vel saltem in melius cōmutanꝫ. Ista est enim blādissi-
ma nutrix sua/que curam habet de filijs plusqꝫ ipsi/vt ipse
dn̄s dicit illud Osee.xj. Ego quasi nutritius ephraim. Et
illud ps. Iacta cogitatum tuum in dn̄o/et ipse te enutriet.
Vt etiam de ecclesia vel religione dicatur illud Ezech.xxxj.
Aque nutrierūt illū/abyssus exaltauit illū. ¶ Nullꝰ piscis
nidificat ꝫm Aristo.qꝛ scꝫ ab aqua sine labore recipit nutri
mentum/ꝛ pullos suos aque cōmittit/ preter fucā siue phi
cin/qui est piscis ex alga nidum faciēs/ꝛ ibi pullos pariēs
et nutriens. Sic vere nullus religiosus debet nidū proprij
status facere:sed aque diuine gratie se et pullos.i. parētes
ꝛ deuotos per orationē cōmittere/ ꝛ de nido diuitiaꝝ tēpo
ralium nō curare. Cuius tn̄ quidam cōtrarium faciūt/qui
etiā in ipso mari religiōis de alga ꝛ herba maris.i.de ipsis
bonis religionis ꝛ ecclesie nidū sibi constituūt/ vbi se ꝛ pul
los.i.parentes et nepotulos nutriunt atqꝫ ponunt : sicut de
quibusdam mendicantibꝰ inuenitur / qui contra naturam
aliorum pisciū.i.aliorum precessorum suorum nidificāt/di-
uitias acquirēdo: vt sic nō pisces proprie dicanꝫ/sed aues.
Matth.viij. Vulpes foueas habent/ꝛ volucres celi nidos
filius autē hominis.i.bonus religiosus nō habet vbi caput
suum reclinet. ¶ Pisces quādoqꝫ infirmanꝫ. Nam chalci-
des pisces sunt in quorum brāchijs inueniūtur pediculi:a
quibus sepius occidūtur: vt dicit Aristo. Sic vere vermes
multorū malorum desiderioꝝ brāchias amplexuum ꝛ affe
ctuum nostrorū quandoqꝫ taliter obsident / qꝫ mortē diuer-
sorum peccatoꝝ parant. Actuū.xij. Cōsumptus vermibus
interijt. ¶ Inter ipsos pisces multe sunt inimicitie. Nā vt
dicit Plinius/ mugil et lupus mutuo flagrant odio. Con-
cha ꝛ murena inuicem sibi nocent. Locusta polypū videre
pauet/ꝛ si prope viderit/ omnino moriꝫ: ꝛ sic de alijs pluri-
bus. Sic vere charissimi inter homines inueniūtur inimi-
citie infinite. Mugiles em̄ ꝛ lupi.i.ipsi mali inuicē se odiūt
Conche etiam.i.velati hypocrite/murenas.i. viros deuo-
tos nō diligūt. Locuste insuper.i.pauperes/ ipsos polypos
.i.tyrannos metuūt: et sic inter diuersos diuersimode lites
et inimicitie semper fiūt. Gen̄.iij. Inimicitias ponā inter
te ꝛ mulierem/ꝛ semen tuum ꝛ semen illius ꝛc̄. ¶ Pisces si
biberint oleū moriuntur:sicut dicit Pli. Sic vere illi q̄ oleū
adulationis vel deliciarū bibunt/ morti vitiorū succūbunt
Dicat ergo hō illud psal. Oleū pctōris nō ipinguet caput
meum. ¶ Scd̄m Aristo.quidam sunt pisces qui solum lu-
to et ceno nutriūtur/sicut carabus siue locusta/qui luto vi-
uit:ideo est lutosus:qꝛ cum capitur:in eius interioribꝰ mul
tum de luto inueniꝫ. Huic est auarꝰ similis/qui in luto ꝛ ce
no diuitiarū solum inuenit nutrimentū: et ibi tm̄modo de-
lectatur:et ideo cū captus a demonibꝰ ꝑ mortem fuerit/in
eius interioribꝰ.i.in arcis ꝛ absconditis multū de luto.i.de
cōgregatis diuitijs inueniꝫ. Abacuck.ij. Ve ei qui congre
gat nō sua: vsqꝫquo aggrauat super se densum lutum: Vel
potest dici contra detractores:qui luto ꝛ ceno.i.vilibꝰ alio-
rum defectibus nutriuntur/ ꝛ ipsos per obloquutionem in
ore suo ponere delectanꝫ. ¶ Pliniꝰ lib.ix.c.xvj.dicit qꝫ sunt
quedā pisciū genera inter quos nō sunt mares/ sicut (inq̄t)
sunt erythini ꝛ chromes/cuius inquit signū est: qꝛ oēs inue
niuntur cū ouis. Expone sicut.ī.lib.xiiij.de amazonia.

Capitulum.ij.de halecibus.

Haleces sunt pisces marini pui et sapidi/q̄ opti-
mi sunt/tam recentes/qꝫ sicci:ꝛ hi certis tempo
ribus / scꝫ ab augusto vsqꝫ ad finem decembris
in mari apparent: vbi in maxima copia vsibus
hominum diuino munere capiēdos se exhibēt.
Alijs autem temporibus ita in secretis maris abscondun
tur qꝫ vix aliqui inueniuntur/ vt dicit Isido. et sensu etiam
experitur. Tales debemus esse:qꝛ tam recētes qꝫ sicci.i.tā
iuuenes qꝫ antiqui debemꝰ apud deū et homines esse bo-
ni. Certis vero temporibus debemus apparere:ꝛ maxime
quādo necesse est/ scꝫ in hyeme tribulationū/ nos debemꝰ
aliorū vsibus ꝛ vtilitatibꝰ exhibere/ꝛ quando non est neces
se/iterū ad secretum maris cōsciētie recedere ꝛ abire. Istꝰ
potissime pertinet ad predicatores / qui ad vtilitatē aliorū
certis temporibꝰ debent ire/ꝛ tandem facto officio se debēt
in maris secreta.i. in suum claustrū et cōuentum recedere
et abire. Hiere. viij. Turtur/ hirundo et ciconia cognoue-
runt tempus aduentꝰ sui. Et Ecclis.iij. Tempꝰ loquendi ꝛ
tempus tacendi. Vel potest dici qꝫ haleces.i.religiosi dum
sunt in ꝓfundo maris.i.in claustris ꝛ cōuentibus suis/ vbi
a retibus seculariū abscōdunꝫ/tuti sunt: quādo vero appa-
rent/et quando ad publicum veniūt/et mundi negotijs se-
exponunt:tūc piscatoribꝰ.i. demonibus prede fiunt. Ideo
cōsulitur Esa.xxvj. Vade populus meus:intra in cubicula
tua/ꝛ abscondere. ¶ Haleces ex sola aqua dicūtur viuere.
Quod patet: qꝛ extra aquam nō viuunt etiam per momen
tum:immo etiam eodē momento quo tangunt aerem/mo-
riuntur. Et iste salite diutius possunt seruari/ qꝫ quicunqꝫ
alij pisces. Oculi earū in aqua lucent vt candele:sed horū
splēdor moritur cū eisdē: qꝛ scꝫ extra aquā perdūt non solū
vitam:sed etiam oculoꝝ splendorem/vt dicit Isido. Cha-
rissimi. Mare est status penitentie. Aqua est diuina scien-
tia vel gratia. Aer vero est mundi vanitas vel prosperitas.
Sic est ergo qꝫ halec.i. iustus qui reuera diu sine corruptio
ne peccati seruari pōt si sale sapientie sit conditꝰ / ex aqua
deuotionis/mie/ gratie ꝛ scientie totale recipit nutrimētū/
et sp̄ūalis vite anime cōplementū. In ista em̄ non solū ha-
bet spiritualis vite perfectionē: immo etiā oculorum intel-
lectus splendorē et discretionē: quia scꝫ in mari penitentie
et scientie ꝛ deuotionis nō solum spiritualiter deo viuitur:
immo etiam splendor veritatis ꝛ sapientie ibidem clarius
intuetur/ꝑ quem ipse dn̄s subtilius cōtemplatur. Apoca.j.
Oculi eius sicut sol in virtute sua lucent. Verūtamen stati
qꝫ homo exterius ad aerem mundane prosperitatis ꝛ vani
tatis exponiꝫ/ꝛ ab aq̄s eiusmodi extrahiꝫ/necesse ē qꝫ sp̄ūa-
liter per vitia moriaꝫ/ꝛ qꝫ lux oculorū ipsiꝰ hebetetur. Ista
videmꝰ de illis qui a statu perfectionis ad mūdana trans-
eunt/ ꝛ relicto deo et deuotione ꝛ religione vel ecclesia/ ad
secularia se exponunt/ qui scꝫ morte multorum vitiorū pro-
sternūtur/ꝛ lumine discretionis ꝛ sapientie quantū ad illa
que ad salutem ꝑtinent/spoliantur. Qđ etiā in scientialibꝰ
apparet:qꝛ pro certo oculus intellectꝰ obtunditur/quando
aqua studij dimissa/ad negotia pertransiꝫ. ps. Lumen ocu
lorū meoꝝ ꝛ ip̄m non est mecū. vn̄ Baruch.iij.dicit scriptu
ra. Disce vbi sit virtus/vbi sapientia/vbi sit prudentia/vbi
sit longinquitas vite/vbi sit lumen oculorū ꝛ pax. quasi di-
cat : solūmodo in aqua religionis ꝛ deuotiōis. ¶ Haleces
ꝫm Isido. vbicunqꝫ supra mare viderint lumen/gregatim
ibidem conueniūt/ꝛ hac cautela ad retia deducūtur. Sic
vere multi sunt qui lumine prosperitatis taliter delectanꝫ/
qꝫ dum ad aspectū ipsius cōueniunt/ꝛ dum ad eiꝰ pulchri-
tudinem attēdūt / retibus malaꝝ cōplacentiarū inuolui-

tur: ⁊ sic a diabolo capiūtur/ ⁊ per diuersa vitia occidūtur:
et sic vnde sperauerāt letitiam/ miseriam ⁊ periculū conse
quūtur. Quod etiam contra iuuenes dici potest/ qui videre
lumen. i. pulchras mulieres delectant/ quibus mediantibꝰ
per mala desideria capiuntur. Esaie. lix. Expectauimus lu
cem: et ecce tenebre.

Capitulum. iij. de anguillis.

1 Anguilla ſm Isidorū ab anguis dicit similitu
dine: ē em̄ piscis lubricosus ⁊ flexuosꝰ vltra mo
dū: difficilis ad tenendū: difficilis etiā ad exco
riādū. Nā sicut dr̄ in li. de natura rerꝫ/ excoriata
adhuc solet viuere/ ⁊ etiā scissa aliqr̄ palpitare
diutissimam em̄ habꝫ vitā. Aquis fluuialibus claris gau
det/ semina ⁊ oua aliorꝫ piscium comedit/ ⁊ ex limo genera
tur ⁊ venit. Tales sunt viri falsi/ cautelosi ⁊ iniqui: qꝛ scꝫ isti
ita sunt flexuosi et lubricosi ꝑ diuersas cautelas/ ꝙ vix aut
nunꝗ̄ possunt in vno verbo teneri/ nec in vno proposito cu
stodiri. Anguille enim. i. diabolo sunt similes/ ⁊ ideo lubri
cosi sunt ⁊ variabiles ⁊ fallaces. Actu. ij. Impossibile erat
teneri illum. Isti em̄ nascūtur in culpa/ ⁊ generant ex limo
carnalitatis: gaudent aquis claris mūdane prosperitatis/
semina et oua. i. diuitias aliorū deuorant rapacitate vsure
et crudelitatis: duram ⁊ lōgam habent vitam male ⁊ obsti
nate voluntatis. In vita enim sua mala sunt radicati/ ⁊ ibi
dem ad perseuerandum diutissime cōfirmati. Ecclesiastis
vij. Impius longo viuit tempore super terram in malitia
sua. Et ideo bene dicit ꝙ isti difficiliter excoriantur: qꝛ pro
certo difficile est ꝙ tales pelle sue male consuetudinis per
conuersionem spolient: iuxta illud Eccli. j. Peruersi diffici
le corrigūtur. Nā si quis predicator velit tales excoriare ⁊
cōuertere/ vix aut nūꝗ̄ poterit ipsos ṽbis ⁊ exēplis talr̄ scin
dere/ qn̄ ipsos semper sentiat palpitare/ ⁊ in cōtrariū allega
re. Quod potissime verū est de hereticis/ ⁊ etiam de obsti
natis/ qui etiam excoriati ⁊ cōuicti/ semꝑ aliquid in cōtra
rium murmurant ⁊ susurrant. Radicata est em̄ illa malaui
ta in ipsis/ ⁊ nō possunt recedere/ nec a malis suis opinioni
bus resilire: figurati in pisce Thobie/ quē postꝗ̄ de fluuio
extraxisset in siccū/ cepit ante pedes ipsius palpitare: sicut
dicitur Thob. vj. Uel ista possunt dici cōtra superbos/ qui
etiam reducti ad statū infelicitatis/ nudati/ afflicti ⁊ tribu
lati/ adhuc palpitant ⁊ rebellant: ⁊ cū aliud nequeāt/ suspi
rant/ murmurant ⁊ reclamant. Figura in Saul. ij. Regū. j.
qui occisus adhuc viuebat/ dicens. Adhuc tota aīa mea
in me est: ⁊ tenēt me angustie. Uel potest dici de bonis/ qui
etiā excoriati tpalr̄ ⁊ corpalr̄ nudati ⁊ scissi ꝑ tyrānos / vitā
gratie nō perdiderūt/ sed etiam mortui corporaliter ⁊ diui
si/ vitam istā palpitando miraculis ostenderūt/ dicentes il
lud apl̄i ad Gal. ij. Uiuo ego iam non ego/ viuit aūt in me
Christus. Uel potest allegari de beato Bartholomeo/ qui
etiam excoriatꝰ viuebat/ ⁊ viuens alijs predicabat. Leui. j.
2 Detracta pelle hostie corpꝰ in frusta cōcident. ¶ Anguil
la ad vocem tonitrui cōmouetur/ in aquis turbidis pascit/
Pleiadibus occidētibus maxime capit/ assata melior īue
nitur / et eius pinguedo auribus medet: sicut dicit in eodē
lib. de natura rerū. Tales fuerunt sancti: qꝛ pro certo isti to
nitruū diuinarū cōminationū et predicationū timuerūt/ in
aquis turbidis tribulationū nutriti fuerunt/ ⁊ stellis Pleia
dibus pluuialibus occidētibus. i. mūdi cōsolationibus eis
deficientibus capti sunt/ ⁊ cōuersi precipue extiterūt: et sic
se assari ⁊ nudari pro Christo in martyrio permiserūt/ ita ꝙ
pinguedo. i. sanguis ⁊ martyriū ipsorum/ vitia auriū. i. duri
tiam auditorū efficaciter sanauerunt: quia scꝫ omnis obsti
natio ⁊ duritia tollitur/ ⁊ homo ad credendū eorum exēplo
inducitur/ quando sanguis ⁊ fides martyrꝫ cogitat/ ⁊ maxi
me beati Laurentij/ qui ad litterā assatus extitit ⁊ crema
tus. ps̄. Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea.
3 ¶ Sicut dr̄ in eodē lib. de natura rerū/ anguilla mortua so
la inter pisces nō fluctuat/ nec super aquā sicut alij mortui
supernatat/ nisi solū cum aquis putrefacta fuerit ⁊ dissolu
ta. Istud potest applicari ad quosdā peccatores: qui ꝗ̄uis
peccatis sint mortui/ nunꝗ̄ tn̄ per superbiam supernatant:
immo semꝑ vilitatē proprij status cogitāt/ ⁊ ad fundum ꝑ
humilitatē descendunt. ⁊ ideo de talibꝰ peccatoribus dicit
beatus Greg. ꝙ nūꝗ̄ deus mētem deserit/ que se esse in te
nebris recognoscit. Et hoc ptꝫ: qꝛ pro certo qn̄ tales putre
facti credūtur/ ⁊ ex toto aquis vitiorū corrupti: tunc de pec
cato erigunt/ et quasi miraculose a deo cōuertūtur. Nō de
speret igitur peccator/ qui ex morte culpe quā secum habꝫ/
humilitatem cōcipit/ ⁊ ad fundū descendit: qꝛ deus finali
ter tales cōuertere cōsueuit. Iob. xj. Cum te cōsumptū pu
taueris/ orieris vt lucifer/ ⁊ habebis fiduciam/ proposita ti
bi spe: ⁊ defossus securus dormies. Isti enim sunt cōtra na
turam aliorū pisciū. i. peccatorum: quia scꝫ quando mortui
sunt per peccatum: tunc magis sunt supernatantes ⁊ vagā
tes/ superbi/ variabiles/ incōstantes/ et seipsos per iactan
tiam efferentes/ ⁊ in suis vilitatibus gloriantes. Prouerb.
xviij. Impius cū in profundū peccatorū venerit/ cōtemnit.
Uel potest allegari ꝯtra obstinatos / qui mortui ꝑ peccatū
nunꝗ̄ per penitentiā volunt resurgere: sed in ceno delicia
rum inferius semꝑ esse. Exo. xv. Descenderūt in profundū
quasi lapis. nisi forte quando sunt putrefacti. i. senes ⁊ inue
terati in vitijs ⁊ corrupti. Uel potest dici de dānatis/ q̇ mor
tui latent inferius in inferno/ ⁊ putrefacti finalr̄ resurgēt in
iudicio. Uel dici pōt generalr̄ de mortuis vniuersis/ q̇ mor
tui iacent inferius in sepulchro: vnde per resurrectionem
non supernatabunt nec resurgent/ nisi in die iudicij quādo
ex toto corrupti fuerint ⁊ cōsumpti. Uñ illud predictū Iob
4 xj. Cum te consumptū ⁊c̄. ¶ Scd̄m Pli. plus viuit anguil
la sine aqua flante aquilone ꝗ̄ austro. Sic vere plus viui
mus vita gratie/ et melius in aquilone aduersitatis/ ꝗ̄ in
austro prosperitatis. Eze. xxvij. Uentus auster cōtriuit te.
5 ¶ Anguilla nūꝗ̄ hyemat in aqua parua: sed potiꝰ in pro
funda: timet em̄ forte ꝙ si gelaretur/ moreretur. Sic vere in
hyeme tentationis nō debemꝰ esse contenti modica aqua
gratie/ deuotionis vel lachrymarū: sed potius recurrere ad
profundam: qꝛ al̄as gelu obstinationis ⁊ indeuotionis nos
posset gelare/ ⁊ vita gratie spoliare. Eccli. xliij. Frigidꝰ ven
tus aquilo flauit/ ⁊ gelauit crystalus.

Capitulum. iiij. de abide.

1 Abides ſm Alber. aīal est marinū/ qḋ primo est
aquosum/ ⁊ nutrimētū eius est aqua: deinde ve
ro mutat eius forma cōditio ⁊ nomē: ⁊ vocatur
astoys: ⁊ efficit aīal terrestre/ in terra habitans
nō in aqua: ⁊ hoc mirū ꝙ mutata forma ⁊ dispo
sitione mēbrorum/ morꝫ etiam conditio cōmutetur. Tales
procul dubio sunt apostate / qui scꝫ in principio sunt aīalia
marina/ ⁊ in mari religionis ⁊ fidei natantia/ aqua diuine
gratie viuentia: sed pro certo ꝓcessu temporis ipsi de pisce
mutātur in bestiam: qꝛ scꝫ mare religionis dimittētes/ ⁊ ad
terram. i. ad mūdum se ꝑ apostasiam cōuertentes/ mutant
sibi formam/ scꝫ in habitu ne cognoscātur: cōditionem scilꝫ
in moribus: vt secularibꝰ cōformentur: et etiam aliquotiēs
mutant nomen/ vt scꝫ alij esse credantur. ps̄. Mutauerunt
gloriam suā in similitudinē vituli comedētis fenū. Et bre
uiter isti ex toto fiunt terrei/ terrene ⁊ temporaliter viuētes
et mare religionis pre ceteris abhorrētes. Uel potest dici
de religiosis/ qui postmodū fiunt prelati/ ⁊ qui de cōtēpla
tiua veniunt ad actiuam: qꝛ scꝫ quandoꝗ̄ ex toto vident cō
ditiones mutare. Mutāt enim nomen ratione dignitatis
et sic iuxta cōmune prouerbiū/ cū mutatione nōis mutant
mores. Qḋ apparet qꝛ primo erant aquei/ deuoti/ marini/
penitentes ⁊ auari/ qui tn̄ quādoꝗ̄ fiunt terrei ⁊ amari: ita
ꝙ in forma ⁊ conditione sicut in nōie inueniūtur varij ⁊ di
uersi. Esaie. viij. Uoca nomen eius/ accelera/ spolia detra
he/ festina predari. Uel potest dici de religiosis/ qui in prin
cipio qn̄ sunt nouitij/ sunt pisces. i. deuoti/ flebiles ⁊ aquei:
tandem vero mutata cōditione fiunt bestie ⁊ crudi/ indeuo
ti ⁊ terrei. Sapiē. xix. Quecūꝗ̄ natātia in terrā transibant.
Quod potissime apparet de religiosis mendicātibus / qui
terreis negotijs se occupant indiscrete. Uel potest dici in
bono de illis qui ad dignitates nominā̄t et eligunt/ vtpote
qui iā nō clerici ſꝫ epī nominant/ ꝙ. s. ipsi cū mutatiōe nōis
etiam cōditiones ⁊ mores in bonū mutare tenent: qꝛ si priꝰ
erant pisces. i. carnales ⁊ aquei/ tn̄ extunc debent esse ani
malia. i. iusti/ aīati/ fortes et terrei. Figurati in Ioseph: quē
Pharao preficiens egypto mutauit nomen eius/ ⁊ vocauit
eum saluatorē: sicut dicit Gen̄. xlj. Uel potest dici de Chri
sto/ q̇ primo ante incarnationē erat animal marinū/ scꝫ deꝰ

per rigorem iustitie amarus/sicut exemplis pluribꝰ cōprobatur. Sed procul dubio iste tādē in incarnatione fuit mirabilr trāsmutatꝰ/qñ de deo hō/⁊ de pisce aīal ē effectꝰ:tūc ei mutauit formā/carnē vestiēdo:mutauit cōditionē/pietatē ⁊ mīam induēdo : mutauit nomē/nomē Jesu ab angelo vēdicando. Mutatꝰ est igit̃ de deo in virū/de iusto in piū/de deo in Jesum. Mutatꝰ est in forma per noui habitus assūptionē.iij.Reg.xxij.Rex israel mutauit habitū/⁊ ingressus est bellū. Itē mutauit se in cōditione per pietatis ostēsionem.Exo.xiij.Primogenitum asini mutabis oue. Mutatus etiam est in nomine/ ꝑ noui nominis impositionē:qz scz sicut dicit̃ Luce.ij.Vocatum est nomen eiꝰ iesus. Esa.lxij.Vocabitur tibi nomen nouū:qđ os dñi nominauit. Et breuiter iste qui a principio in aqua eterne voluptatis/⁊ in profundo maris paradisi habitauerat/terrestre animal est effectus/inquātū in terra cū hoībus fuit personaliter ꝯuersatus.Baruck.iij.Postea in terris visus est/⁊ cū hominibꝰ conuersatus est.

Capitulum.v.de aphora.

Aphoras fm Isidorū piscis est modicꝰ/ et iste sine coitu ex limo aque nascit̃/ cito em̄ dissoluit̃ et parū durat. ꝓdiderūt tñ naute q̃ si piscis iste dissoluatur/ dū tamen remaneant caput ⁊ oculi eius/iterum renascens longo tēpore durabit: sicut dicit Aristo. Talis piscis fuit Christus:iste em̄ nō ex semine virili/ sed diuino spiramine fuit natꝰ: parū durauit in mundo/scz solum triginta duobus annis cum dimidio/ post quos fuit morte terribili dissolutꝰ. In ipso tñ remanserunt caput ⁊ oculi.i.diuinitas ⁊ anima/que mori scz nequiuerunt/⁊ ideo renatus est resurgēdo/ et diu postea durabit et durat eterne ⁊ perpetue permanēdo. ad Ro.vj. Christꝰ resurgens ex mortuis iam non morit̃: mors illi vltra nō dominabitur. Vel potest dici de peccatore/qui q̄uis per peccata videat̃ penitus dissolutus/nō est tñ de eius cōuersiōe propter hoc desperandū:dum tñ caput fidei ⁊ oculi discretionis remanserint in eodē: semper em̄ potest ꝑ gratiam renasci/et per penitētiam ad statū gratie reparari/⁊ post etiā perseuerando diutius ⁊ cautius īmorari. Joan.xj. Qui credit in me/etiā si mortuus fuerit/viuet:⁊ oīs qui viuit et credit in me/non morietur ineternū. Vel pōt dici de vsurarijs et balliuis/ qui quāuis quādoqz ꝑ aliqua infortunia dissoluantur/⁊ ad paupertatē et miseriā deducātur / dum tñ eis remaneat caput.i.corrupta sua intentio/ oculi.i. cautela et circūspectio: semꝑ solēt ad statum pristinum reparari/⁊ ad maiores dignitates ⁊ diuitias eleuari. Hester.x. Fons puꝰ creuit in fluuium magnum.

Capitulum.vj.de albirē.

Albirem vt dicit Aristo. est piscis marinus/habēs cutem fortissimā/adeo spissam ⁊ durā/vt ea milites vtātur pro galea:faciūt em̄ sibi quasi pileū de cute piscis huius/ ⁊ sub galeis ferreis ponunt illud:quadā em̄ occulta virtute ictibus resistit/et si accidit ꝑcussio gladij/in illo dolorem nō inducit. Piscis iste significat Christū ⁊ sanctos ⁊ bonos ecclesiasticos et prelatos. Isti em̄ cutem.i.anime ⁊ corporis cōstantiam durissimā habuerunt / inquantum pro christo tribulationibus restiterūt. Job.vij. Cutis mea aruit/⁊ contracta est. Nos igit̃ si milites christi fuerimꝰ/de cute ista.i.de constātia sctōꝝ ꝑ imitationē ipoꝝ nobis ꝯtra ictꝰ aduersitatū/ patientie galeam facie mꝰ/⁊ ipsa taliter armabimur/q̃ dolores mūdi penarum minime sentiemus. Si em̄ cogitamꝰ quanta christus ⁊ sancti sustinuerūt/⁊ qualem cutē habuerunt/discrimina tolerando/pro certo virtutem patiētie ꝯcipiemus/corū exempla sequendo: et sic galeati nō sentiemꝰ nec reputabimꝰ mundi penas. Prouer.xxiij. Verberauerũt me/⁊ non dolui:traxerunt me/⁊ non sensi. Galeam ergo salutis assumite/et gladium spūs/quod est verbū dei. Vel si vis per galeā istam intellige fidem:que de cute.i.de patientia martyrum roboratur/⁊c̃. sicut supra. Vel dic q̃ milites fuerunt martyres/qui cute.i.cōuersatione et patientia christi se armauerunt : et ideo nulli ictus gladij ipsos vincere potuerunt.

Capitulum.vij.de ariete maris.

Aries maris vt dicit Pli. lib.ix.c.xliiij.est piscis qui grassatur sicut latro. Nā in vmbra magnaꝝ nauium in salo stantiū occultatꝰ/si quē natandi voluntas inuitat/ expectat : erectoqz extra aquā capite/piscātiū cymbas speculat̃/vt occultꝰ adnatans arripiat ⁊ submergat. Tales arietes sunt officiales vel balliui/ qui scz in vmbra magnarū nauium.i. magnorū dñoꝝ/⁊ sub velamēto seruitij ⁊ officij ipsoꝝ in ipa aqua deliciarum manētes/et caput intentionis peruerse ad speculandum quid fiat in partibꝰ erigentes/insidiant̃ natātibus et in subiecta patria manētibus:⁊ si ipsos incaute procedere viderint: vel si contra ipsos quācūqz minimam occasionem inuenire potuerint/solent occulte explorando/ad eos adnatare/⁊ eos iuadere/⁊ ad ꝓfundū tribulationū trahere ⁊ ꝑ exactiōes accusatiōes ⁊ inuasiōes submergere ⁊ opprimere. Prouer.xxiij. Insidiat̃ in vijs q̄si latro/⁊ q̄s icautos viderit/ interficiet. Vel dic q̃ iste est diabolus/q̄ natātibꝰ/ et se in aquis mundane prosperitatis balneātibus/insidiatur:⁊ eos ꝑ diuersa vitia submergere nitit̃ nisi precaueāt ne labant̃.ps. Insidiat̃ vt rapiat pauperem. Vel potest generaliter dici contra latrones ⁊ homicidas: vel etiam contra vsurarios ⁊c̃. sicut supra.

Capitulum.viij.de aureo vellere.

Aureū vellus est piscis qui lanam in similitudinem auri portat. Vnde dicit Ambro. Aureum vellus mare nutrit/⁊ lanam intingendo/ speciē metalli gignit. cuius colorē (vt ait) nullꝰ adhuc fullo potuit imitari. Et de hoc velleris genere creditur fuisse illud propter qđ multe ciuitates in troianorū partibꝰ sunt exuste. Qđ scz Jason in ꝓuincia Colchorū quesiuit:sicut Ouidius in Meta. recitat atqz ponit:⁊ sicut Dictys ī troiana historia asserit. Piscis iste charissimi beatā virginē significat/que in mari huiꝰ mūdi aureū vellus.i. ipsum christū portauit:cuiꝰ colorem ⁊ perfectionē ⁊ virtutē nullus adhuc ꝑfecte potuit imitari: nec aliq̄s fullo vel predicator plene depingere vel describere vel rimari. Esate liij. Generationē eius q̄s enarrabit: Iste est em̄ illud vellꝰ in quo gedeō habuit signū victorie/ dū illđ in area sicca inuentū/rore madifico plenū fuit. Judic.vj. Quia scz ꝑ istud vellus/corpus scz christi/ dū in area sicca sine virili semine vteri virginalis ponit̃/ibiqz rore diuinitatis iplet̃: gedeō.i. humano generi signū salutis ⁊ victorie ministratur. Vñ de isto rore in isto vellere mirabilit̃ descēdēte.i.de dei filio hoc vellus aureū habitante/dr in psal. Descēdet sicut pluuia in vellus/ et sicut stillicidia stillātia suꝑ terrā. Vel dic q̃ istud vellus significat exteriorem cōuersationē christi/virginis/ vel sanctorū/que pro certo ita fuit aurea/preciosa et alta/q̃ nullus est qui possit eam imitari/vel ad eiꝰ similitudinē suū vellus.i.suā cōuersationē tingere/ vel eoꝝ sanctitudini conformare. Eccli.xliiij. Nō est inuentꝰ similis illi/qui conseruaret legē excelsi. quia sicut dicitur in psal. Astitit regina a dextris tuis/in vestitu deaurato.

Capitulum.ix.de acipensere.

Acipenser scđm Pliniū libro.ix.cap̄.xvij.piscis est apud antiquos valde nobilis/ dictus ab aliquibus elops/qui in hoc mirabilis reputat̃:qz contra naturā omniū alioꝝ squame eius ad caput ⁊ ad os ex aduerso tendūt ⁊ ordinātur: contra etiam aquā natando meare fertur/ vt ait idem ibidem. Per squamas istas in corpore piscis/ intelligo malos religiosos vel clericos in corpore ecclesie. Vñ etiam per squamas behemoth intelligunt̃ reprobi / qui diabolo adherent per vitia sicut squame:⁊ qui in corpore diaboli inter se concordes ⁊ cōiuncti sunt contra bonos. Job.xlj. Corpus eius quasi scuta fusilia/cōpactū quasi squamis sese prementibꝰ vna vni cōiūgitur. Quid ergo: procul dubio/isti hodie oēs tendunt et erigūt̃ sursum cōtra caput/os ⁊ oculos.i. contra ꝑlatos/ administratores/et viros bonos ⁊ doctos. Prelatꝰ enim est caput. os quod pascit oīa membra / tēporaliū administratores. oculi vero qui regunt/sunt alij prudentes et discreti rectores. Contra istos ergo vadunt squame corporis religionis vel ecclesie/scz mali subditi/ eis scz contrariādo/de eis murmurando/et de eoꝝ regimine conquerendo. Can.ij. Filij mei pugnauerunt cōtra me. Cū tñ isti ecōuer-

ſo deberēt tēdere/⁊ iſti capiti ſubditi eſſe ⁊ obedire/ ⁊ ſe ſub eo humiliter ordinare. Iſti em̄ retrogradi ſunt/⁊ ſemper in oppoſitum/ſcꝫ contra mandatū ſuperiorum/ ⁊ contra regulam ſuam/⁊ diuina mandata/ ex aduerſo faciunt atqꝫ tendunt. Judicū.ij. Mandata dn̄i audiētes/oīa fecerunt cōtraria. Uel poteſt generaliter dici de malis/qui cōtra deū caput ⁊ creatorem omniū/per obſtinationē tendunt/ ⁊ eidē per vitia contrariant/⁊ contra eū ſe erigunt et contendunt. ps. Fiant cōtra dn̄m ſemp. Uel dic ꝙ piſcis iſte eſt homo/ caput intentio/oculꝰ vero diſcretio/os vero qđ membra paſcit/eſt pietas ⁊ deuotio/que ſcꝫ cibat mentem/ſquame vero ſunt carnaliū deſideriorꝫ machinatio: qꝛ ꝓcul dubio ſemꝑ tendūt ſquame noſtre.i. carnis appetitus contra caput intentionis ⁊ cōſcientie/cōtra oculos diſcretionis ⁊ ſapiētie/ et contra os deuotionis atqꝫ clementie: qꝛ ſcꝫ ſemꝑ erigun tur carnis deſideria cōtra aīam/⁊ motus corporis ꝯtra mē tem. ideo dꝛ.ij. Pet.ij. Obſecro vos abſtinere a carnalibus deſiderijs/q̄ militant aduerſus aīam. Piſcis em̄ iſte ſemꝑ in cōtrariū natat: qꝛ ſcꝫ ſenſualitas ſemꝑ rationi repugnat: qꝛ ſicut dicit ad Galat.v. Caro concupiſcit aduerſus ſpm̄.

Capitulum.x.de amio.

1 AMius ſm̄ Iſidorū piſcis eſt ſaxatilis/qui lapidē portat interiꝰ/qui virgulas hꝫ in lateribꝰ puniceas/⁊ totꝰ ad modū panni ſerici pulcherrimi eſt coloris. Talis eſt iuſtus/qui lapidē viuū chriſtum per deuotionem continet/ ⁊ exterius virtutum coloribus per conuerſationē honeſtā ſplendet. Ezech. xvj. Sumpſiſti veſtimenta tua multicoloria.

Capitulum.xj.de afforo.

1 AFforus ſm̄ Iſidorū piſcis eſt modicus/q̄ ꝓpter exiguitatem in hamo capi nō poteſt. Sic vere viri humiles ita paruificant ⁊ exinaniūt ſemetipſos ꝙ hamo tentationis diabolice nō ledūtur. Cōſtat em̄ ꝙ dū homo humiliter recognoſcit ſuam fragilitatē/ ⁊ ſic recurrit ad diuinā protectionē ⁊ bonitatē: taliter a deo adiuuat/ꝙ nunqꝫ tentationū hamulis ineſcatur. ps. Humiliatꝰ ſum: ⁊ liberauit me. Unde de beato Antonio legit in Uitiſpatrū/ ꝙ videns mundū plenū laqueis dixit. O deꝰ q̄s euadet iſtos: et rn̄dit vox de celo: Hūilitas. Auſtralis. vide ſupra in generali.§.x.

Capitulum.xij.de aranea.

1 ARanea ſm̄ Iſidorū genus eſt piſcis/ qui in auribus ſuis aculeos(al's ſtimulos)habet: et ideo auribꝰ percutit appropinquātes. Aures in ſcriptura deſignant auditū. Tales ergo aranee videntur eſſe quidam q̄ alijs audiendo iniuriantur/ ⁊ qui reſpondere nō dignant: ſed quaſi indignos reſpōſione alios reputātes/tacent ⁊ audiunt: nec loquūtur. Iſti ergo acrius alios ledunt/q̄ſi eis loquerent. Et ideo iſti auribus percutere dicunt/ inquātum ſcꝫ audiendo alijs iniuriari conant. de quibus dicit Prouer.xxix. Seruus verbis nō poteſt erudiri: quia audit que dicis/ ⁊ reſpondere contēnit. Uel pōt dici cōtra illos q̄ oīa volunt audire/et q̄ ſtimulos pruriginis de audiēdis rumoribꝰ in auribꝰ habent: quia ſcꝫ ipſimet ſtimulātur ad audiendū/ ⁊ alios ſtimulāt ad loquendū: ſimiles Atheniēſibꝰ/de quibus dꝛ Act. xvij. ꝙ ad nihil aliud vacabant niſi aut dicere/aut audire aliquid noui. Uel poteſt dici de bonis diſcipulis/qui ſcꝫ aculeos diligētie debēt habere in auribꝰ/quibus ſcꝫ ſtimulent addiſcere ⁊ audire/ ⁊ quibus ſtimulent alios aliquid dicere vel docere. Et ſic iſta eſt auris audiens: de qua dꝛ Job.xxix. Auris audiens beatificabat me. Uel poteſt dici de bonis ſeruitoribus ⁊ religioſis/ qui aculeū timoris in auribꝰ debent habere: quo ſcꝫ ſtimulentur ⁊ ſollicitent audire quid a magiſtris vel a prelatis vel a deo precipit/ vt ſtatim cū dictū fuerit/ ꝑ obediētiā impleat/exemplo Samuelis dicētis.j.

2 Regū. iij. Loquere domine: qꝛ audit ſeruus tuus. ¶ Pli. li.ix.c.xlviij. dicit ꝙ araneus maris habet aliquos aculeos venenoſos: ſicut etiam dicit de radio marino: quia ſi quis ipſos incaute calcauerit/pungit/ et veneni malitiā ſtatim ſentit. Sic ſunt multi/qui ꝓ certo aculeos malorum verborum venenoſos habent/ intantū/ ꝙ ſi q̄s eos calcauerit vel contempſerit/ſtatim venenum ⁊ puncturam/detractionē/ iniuriam ⁊ infamiam cōtra eum mouent. Apocal.ix. Aculeus erat in caudis earum.

Capitulū.xiij.de bochis.q̄ apud Alber. boce dicunt.

1 BOche piſces ſūt fluuiales/lati et tenues/qui cū venātur / ad fundū deſcendūt/aquam turbant/ dorſum oſtendūt: vt nō videant ⁊ euadant. Talis eſt vir humilis / qui piſcatorē diabolū ⁊ rete ſue tentationis timens/debet ad profundū conſcientie deſcendere ꝑ ſuiipſius cōſiderationē: debet ſe proſternere ꝑ humilitatē ⁊ ſubiectionē: debet aquā ⁊ fluorem cordis turbare ꝑ dolorē ⁊ cōtritionē: ⁊ debet dorſum oſtendere/fugiendo omnē malam occaſionem: ⁊ ſic ꝓcul dubio non rapiet ꝑ peccatū: ſed euadet periculū ⁊ dānationē. ps. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi/ et anxiatꝰ eſt ſuper me ſpiritꝰ meus/in me turbatum eſt cor meū. Uel ſi vis dic contra malitioſos ſubditos/quos ſi piſcator.i. prelatus velit capere ⁊ corrigere/ ſtatim per falſitates et cautelas ſolent negotium ita turbare / ꝙ homo non poteſt eos comprehendere vel punire.

Capitulum.xiiij.de barchora.

BArchora(a Germanis ⁊ flandrenſibus miles propter ſcutū et galeā vocata: a Plinio(vt credimus) teſtudo) ſm̄ Ariſto. animal maximū eſt in aqua/ cuius orificiū fortius eſt omni animali: frangit em̄ lapidem quē mordet: cutē habet duriſſimā: ⁊ ideo oportet ꝙ in aqua ſepiſſime immergatur: quia al's cutē eiꝰ ſol taliter induraret/ꝙ ſe flectere non valeret/⁊ etiam propter leuitatem ad voluntatem ſuam in aquam non ſe profundaret: ſed neceſſario ſuperiꝰ enataret. Iſta videt eſſe tortuca marina: ⁊ ideo vide in libro de animalibꝰ.c.de tortuca: ⁊ infra littera.t. Dic tn̄ hic ꝙ nos religioſi ⁊ clerici/⁊ etiam prelati/qui more iſtius aīalis terrā ⁊ aquā habemus habitare/⁊ temporalia et ſpūalia miniſtrare/quando cōtingit nos exire ad terram.i. ad tēporalia miniſtranda/non debemꝰ ibi diu ſtare/quin ad aquam deuotionis/ ⁊ ad mare religionis ꝑ contēplationem redeamus: et quin in aquis lachrymarum cōpunctionis ⁊ deuotionis nos ſepius balneemus: qꝛ al'as ſi nimis extra circa tēporalia manſerimꝰ/cutis voluntatis noſtre calore tentationū ꝑ indeuotionem deſiccabit/⁊ per obſtinationē taliter indurabitur/ꝙ ad bona ſpūalia nos flectere nequibimꝰ/ nec iuxta votum in aquā deuotionis nos profundabimꝰ: immo ſuperius circa temporalia vagabimur / ⁊ ꝑ inanem gloriā ſupernatabimus ⁊ curremꝰ: quia ꝓ certo qui circa temporalia nimis intenderit/ita efficiet indeuotus ⁊ durus/ ꝙ vix ad ſpiritualia plus redibit/ ⁊ ꝙ nunqꝫ in aquā deuotionis ſe amplius profundabit. ad Ro.ij. Scđm duritiam cordis tui/⁊

2 impenitens cor tuū/multiplicas tibi irā. ¶ Barbotha autem aliꝰ eſt piſcis marinꝰ/qui in tanai/danubio/et tiro fluminibus dicit abūdare: cuiꝰ ſola cauda ſeu pars poſterior comedit. pars vero anterior proijcitur. qui reſpectu corporis habet oculos valde paruos / ⁊ maxime qn̄ fit magnus: qꝛ tūc videtur quaſi oculos nō habere: creſcente em̄ corpore oculi ipſius nō creſcūt. Iſtud pōt applicari cōtra magnos homines ⁊ potentes/q̄ reuera oculos vere intelligentie paruos habent: q. ſcꝫ iſti ſunt qui pre ceteris minus ſciunt de pertinentibꝰ ad ſalutem. Joan.xij. Adhuc modicū lumen in vobis eſt. Pars em̄ talium anterior.i. iuuentus vt cōiter parū valet: et ſi quid habent validū ⁊ virtuoſum / hoc cauda ſenectutis tenet. Multi enim ſunt qui in principio ſunt mali/in fine vero ⁊ in ſenio fiunt boni. Caput igit ⁊ principiū vite taliū abijciamꝰ: caudā vero.i. ſue ſenectutis exēpla imitando ſumamus: exemplo moyſi: Exo.iij. qui caudam ſerpentis apprehendit/ ⁊ ſic ſibi nō nocuit: ſed in virgā mutatus fuit: qꝛ ſcꝫ ſi cauda ſenectutis/ ⁊ finis bonorū exēplariter accipit/accipiētibꝰ in virgā vꝛtutis ⁊ directiōis mutat.

Capitulum.xv.de balena.

1 BAlena maxima beluarū ſm̄ Iſidorū/dicitur a balin grece/qđ eſt emittere latine: eo ſcꝫ ꝙ aq̄s more fluminis de ore ſuo eijciat ⁊ emittat: q̄bꝰ naues cōuicinas quandoqꝫ deijcit et ſubmergit. Unde dicit Baſilius magnus ꝙ ipſe vidit ante balenas incedētes ꝑ mare/tātos fluctꝰ emittentes/ꝙ ante eas fluere torrēs maximꝰ videbat. Et ē balena femina/cetus autem eſt maſculꝰ/vt dicūt Jorath ⁊ Amb. in hexame

ron. Tales videnť tyranni: qꝛ pro certo isti fluctus tribula
tionū/iactantiarū ⁊ cōminationū/nō cessant emittere/qui-
bus naues.i.mercatores ⁊ circūstantes vicinos solent sub-
mergere/⁊ ad profundū miserie deducere. ps. Oēs fluctus
tuos induxisti super me. Et sicut balena cū quadam fistu-
la dicitur spirare/⁊ dormiens stertere ⁊ reflare: sic tales spi
rant ad seuitias ⁊ anhelant: ⁊ in delicijs dormiunt atqꝫ cu
bant. ij. Macha.ix. Ignē spirās aio antiochꝰ ⁊c̄. ¶ Quā-
do balena senescit/arena more insule dorso ipsiꝰ aggregať/
quā naute in tēpestate se reperisse gaudētes/ missis ancho
ris desuꝑ falsa quiete quiescūt/ ⁊ ibidē gratia victus ignes
accendūt: quos dū bestia senserit/ subito ad ꝓfundū descē-
dit: ⁊ sic nautas quos prīꝰ portabat/submergit. vt ait Isid.
⁊ Pli. Tales videnť esse vsurarij/qui pro certo arenā diui
tiarum aggregant sibi multam. Naute igiť.i.homines ma
re huiꝰ vite transeūtes/ quādo accidit paupertatis tempe-
stas/ gaudētes se tales insulas inuenisse/sub spe quietis et
salutis accedūt/⁊ arenas diuitiarū suarū mutuāt/ ⁊ ad vsu
ram accipiūt: ⁊ sic ibidem ad tēpus sine molestia quiescūt:
et se portari ⁊ sustētari vidētes/ad futuꝝ ꝑiculū nō attēdūt
Sed ꝓ certo tandē ista balena.i.vsurarius videns ꝙ isti se-
cure stant/⁊ de soluendo nō cogitant/⁊ sentiens ꝙ naues.i.
hereditates eoꝝ cum anchoris bonoꝝ instrumētorum sibi
sunt obligate ⁊ alligate/subito se solet mouere: ⁊ eos per li-
tes impetere/⁊ finaliter in mare.i.in paupertatis amaritu-
dinem submergere/⁊ naues.i. hereditates eorū secum tra-
here ⁊ portare. Figura.ij. Parali.xx. vbi naues que ibāt in
tharsis vt haberent aurū/cōfracte sunt. Ideo diciť Ezech.
xxvj. Stupebūt naues ī die pauoris tui. ¶ Balena postꝗ̄
peperit/si videt fetus suos esse infirmos/ impotentes ⁊ par
uos/⁊ necdū bene formatos/⁊ potissime qn̄ videt tempesta
tem imminere/solet eos in ore recipere: ⁊ sic eos a periculo
saluare: ⁊ tandem cū perfecti fuerint/ ipsos iterū euomere/
et iterū parturire. Istud potest applicari bonis prelatis/q̈
ante clericos.i. subditos suos per ꝓmotiones ad exteriora
bn̄ficia pepererūt. Nā si vidēt eos imbecilles ⁊ infirmos/⁊
in tempestate fluctuū.i.negotiorum seculi se regere nesciē-
tes/debent eos iterū in claustrū recipere/⁊ in ore ꝓprio ver
bis et doctrinis eos instruere ⁊ formare: vt post cū perfecti
fuerint ⁊ moribꝰ cōpleti/ possint eos s̄m merita ad promo-
tiōes ⁊ beneficia iterū parturire. Joan.iij. Nūquid pōt hō
intrare in vterū matris sue/⁊ renasci? Vel dic de predicato
re: qui videns illos quos in fide ⁊ moribꝰ peperit predican
do/esse impꝑfectos/⁊ tempestati tentationū nō sufficere: cō-
traire debet/⁊ ipsos in ore ꝑ loquutionē ⁊ instructionē iteꝝ
recipere/⁊ tādiu ibi eos instruendo tenere/ donec eos in fi-
de ⁊ moribus pfectos eē cognouerit: ⁊ sic dicet cū aplo.ad
Galath.iiij. Filioli mei/ quos iterum parturio/ donec for-
metur in vobis christꝰ. Uide de ceto infra libro eodem/ca-
pitulo.xxj.

Capitulum.xvj.de cancris.

Cancri s̄m Isidorū vocati sunt/quia sunt cōche
cum curribꝰ.et sunt cancri pisces testas haben-
tes/nō directe ante faciem/ sed lateraliter ince
dentes. ostrearū sunt inimici/ carnes earū cum
ipsas apertas inueniūt deuorantes: ⁊ in eis/qn̄
se ad rorem aperiūt/vt deuorari possint/ne claudātur/lapil
lum mittentes: sanguine carentes/⁊ in locis mollibꝰ viuen
tes: ⁊ cū pedibꝰ arenas ⁊ lapides fortiť retinētes: sicut dicit
Pli.li.ix.c.xxviij. vbi tn̄ videť ista dicere d̄ polypis/⁊ nō de
cancris. Ouidius autem Meta.lib.vlti.ponit ꝙ cancer si
demanť sibi brachia/et sub terra sepeliať/in scorpionē mu-
tatur/⁊ de carnibꝰ eius scorpiones creanť. Unde. Concaua
littoreo si demas brachia cancro/ Cetera supponas terre/
de parte sepulta Scorpius exibit: caudaqꝫ minabiť vnca.
Charissimi cancer significat peccatores / et maxime illos
qui in officijs ⁊ dignitatibꝰ alios antecellunt/ balliuos scꝫ
et prepositos ⁊ similes. Tales em̄ nunqꝫ directe sed retro-
grade/nunqꝫ veraciter sed dolose/nunqꝫ iuste sed inique in
suis actibus dicūtur incedere/ ⁊ nunqꝫ ad partē anteriorē/
scꝫ ad bona eterna: sed lateraliter ad bona tēporalia volunt
aliqualiter se transferre. Hiere.vij. Facti sunt retrorsum/et
nō in ante. Cancer em̄ ita currit ad partē dexterā/sicut sini-
stram: nūqꝫ tn̄ ad partē anteriorē vel posteriorem: qꝛ ꝓ cer-
to cautelosi ⁊ falsi ad vtrāqꝫ partē currūt/ ⁊ modo ad dexte
ram iustitie in apparentia/ modo ad sinistrā nequitie in ab
sentia se variāt ⁊ deflectūt: sicut ad litterā de aduocatis vi
demus/qui nunqꝫ volūt directe ad veritatē negotij tēdere:
sed a dextris et a sinistris lateraliter currere. Quādoqꝫ etiā
vtrāqꝫ ripam pascunt/et ab vtraqꝫ parte munera accipiūt/
et sic retrograde ⁊ lateraliter semper vadūt. sicut etiam de
fallacibꝰ et dolosis videť/qui nunqꝫ directe respondent ad
factum: sed semꝑ lateraliter circūeunt ad falsum. de quibꝰ
diciť Prouer.ij. ꝙ ipsi relinquunt iter rectū/ ⁊ ambulant ꝑ
vias tenebrosas. Tales igiť habent testas dure ⁊ obstina-
te volūtatis/ carent sanguine.i.dulcore pietatis ⁊ benigni-
tatis/viuūt in locis mollibꝰ.i.in delicijs carnalitatis ⁊ vo-
luptatis / et arenas diuitiarū cum pedibus.i.cū affectibus
amplectūtur ꝑ vitium auaritie et cupiditatis. Threno.iiij.
Quiescebanť voluptuose/amplexati sunt stercora. Quid
plura? procul dubio isti sunt inimici ostrearū.i. simplicium
subditoꝝ: grossa testa.i.diuitijs vel pānis rudibus indutoꝝ.
Uidētes em̄ iudices ⁊ balliui ꝙ violenter non possunt nec
audent comedere carnes ostrearū.i. simplicium subditorum
nec exigere tallias vel emēdas / solent captare si in aliqua
parte viderint eos apertos esse/⁊ si occasionem poterūt in-
uenire/⁊ sic istis solent insidiari ⁊ obsistere/ ⁊ lapillū alicuiꝰ
impositiōis eis īmittere ⁊ obijcere: vt sic carnes sue substā-
tie tēporalis possint exactionibꝰ deuorare. Eccli.xxij. Mit
tens lapides in volatilia/deijciet illa. Ideo de insidijs il-
lorum diciť in psal. Sedet in insidijs cū diuitibꝰ in occul-
tis/ vt interficiat innocētem. insidiať vt rapiat pauperem.
Isti igiť quādo perdūt brachia.i. virtutes bone operatiōis
et sepeliunť sub terra.i.in amore terrene possessionis/efficiū
tur scorpio fallacis intentionis ⁊ proditionis ⁊ minationis
pūcture ⁊ exactionis: qꝛ pro certo illi qui in amore terreno-
rum ꝑ auaritiam sunt sepulti/ sunt vt cōmuniter sicut scor-
pius fraudulenti. Uel potest dici ꝙ cancer est inobediēs et
rebellis/qui nuqꝫ directe obedit: sed semper ⁊ in factis ⁊ in
dictis lateraľr circuit: qn̄imo etiā semꝑ retrograde incedit
inquātū cōtrariū dictis facit. Judic.ij. Audientes manda
ta dn̄i/omnia fecerunt cōtraria. Uel cancer est diabolus/q̈
videns hoiem apertū per cogitationē ad rorem prosperita
tis mūdane/subito solet lapidem male complacētie et de-
lectationis immittere/⁊ ne claudi possit aut retrahi/impe-
dire: ⁊ sic tandē per malū cōsensum ⁊ opera solet eū deuora
re. Idem dic de cogitantibꝰ in mulieribus/⁊ in quibuscun
qꝫ malis delectabilibus. Uel etiā dic de illis qui quāuis se
aperiant ad rorem.i.ad bona spūalia haurienda: diabolus
tn̄ lapidem.i.vanam gloriā vel ꝓsumptionem īmittit: ⁊ sic
eos ꝑ peccatū consumit. Uel etiā dic ꝙ q̄uis homo credat
se ad rorem.i.ad bonū aperire/ ⁊ q̄uis intendat aliquid ad
bonum finē facere: diabolus tn̄ insidiās/ lapidem male co
gitationis ⁊ obstinate voluntatis immittit / ⁊ eum ne perse
ueret/impedit. Prouer.xxiij. Insidiať in vijs quasi latro/et
quos incautos viderit/interficiet. ¶ Cancri vt dicit idem
ibidē/hyeme leduntť/autumno ⁊ vere impinguantur: sed in
plenilunio magis. Sic vere multi sunt quibꝰ hyems fortis
tribulationis est nociua: sicut sunt simplices: quibus tn̄ au-
tumnus ⁊ ver/que sunt tēperata/proficiunt: qꝛ scꝫ si tēpera-
te tentanť/sustinent: si violenter/succūbunt. Tales igiť de-
bet pleniluniū.i.ꝓsperitas impinguare/⁊ gratijs ⁊ virtuti-
bus dilatare: qꝛ ꝓcul dubio multi sunt qui ꝓsperitate bene
vtētes proficiūt/qui tn̄ hyeme aduersitatis deficiūt. Ideo
dicebat sponsus. Can.ij. Jam hyems trāsijt: imber abijt
et recessit. Surge amica mea ⁊ veni/flores apparuerunt in
terra nr̄a. ¶ Cācer octonos hꝫ pedes. in ꝟe se renouat sicut
anguis. lacte potatꝰ sine aqua diu viuit: longam em̄ habeť
vitā: sicut diciť in libro de natura rerū. Talis debet esse iu
stus. Octo em̄ pedes.i.octo beatitudines/vľ octo pedes.i.
quattuor cardinales virtutes ⁊ quattuor bonas affectiōes
debet habere/ quibus possit ad bona opera circūquaqꝫ ⁊ la
teraliter ambulare. Se etiā debet ꝑ penitētiam renouare/
et pellē male cōsuetudinis dimittere. Diu debet in gratia
per perseuerantiā viuere: qd̄ maxime poterit/si cibis corpo
ralibus et temporalibꝰ abstinēs/ lacte doctrine se voluerit
nutrire. ad Heb.v. Facti estis quibꝰ lacte opus sit: nō soli-
do cibo. ¶ Inter cancros femine habēt primos pedes du

plices: masculi simplices. In quo notaꝶ ꝙ inter cancros.i. inter ipsos malos/femine sunt deteriores viris/subditi p̄latis. duplices em̄ habent pedes maloꝝ affectuū: alij non: q̄ꝛ vt cōiter magis cupiunt nocere q̄ȝ illi/ ⁊ magis sunt raptores/cupidi ⁊ auari. ideo mulieri male dicitꝶ Ezech.xvj. Diuisisti pedes tuos omni transeūti. Uel potest dici de feminabus/que magis vt cōiter sunt misericordes viris/et magis ad pauperes extendunt ⁊ diuidūt pedes suos ⁊ affectꝰ Uel dic in malo cōtra mulieres/quaꝝ pedes anteriores.i. manus diuise sunt et aperte ad accipiendū/ ⁊ ad auare acquirendū pre masculis magis aperte. Uel etiam pōt dici de simplicibꝰ ⁊ subditis/qui etiam viris.i. prelatis ⁊ superio-

5 ribus sunt meliores/⁊ ad diuisionē mīe p̄ōptiores. ¶ Cancer cohabitare vxori sue volēs/ascendit super dorsum: vxor vero abhorrēs huiusmodi coitū/ad eū se vertit/et sic fit copula inter eos. Ista possunt applicari contra concubitū sodomiticū/qui est horribilis/ ⁊ a quocunq̄ȝ fugiendus: quod tn̄ non faciebat ille ip̄udicus Hostius / de quo narrat Se-

6 neca in li. de naturalibꝰ questi.j. vbi agit de speculis. ¶ Teste Solino/ in occidēte sunt cancri qui dorsa habent dura et ossea sicut crocodili: et hi ita fortia habēt brachia/ꝙ homines apprehensos submergūt. Tales sunt duri tyrāni/ in dorso.i. in exteriori apparentia obstinati: q̄ꝛ sc̄ȝ isti solent homines apprehendere/ ⁊ in mari.i. in paupertatis amaritudine submergere/⁊ rapinis ⁊ iiurijs molestare. Ezechi.xix. Leo factus est/⁊ didicit capere predam/hoīesq̄ȝ deuorare.

7 ¶ Cancer intrat cōchas/⁊ alia loca vacua aliqñ/ vt ibi se nutriat: ⁊ cū creuerit/ mutat se ad testam seu conchā maiorem/ꝭm Pli. lib.ix.c.xxxj. Tales sunt vsurarij ⁊ balliui. dū enim parui sunt/sufficit eis intrare aliquā paruā conchā.i. aliquod paruū officiū/seu statum: cū vero conche carnes.i. substātiam totius patrie vel dn̄i sui deuorauerint/⁊ ipsi de bonis alioꝝ in diuitijs creuerint/ solent maiores conchas ⁊ maiora officia/ ⁊ solēniores dn̄os q̄rere: vt ibi possint subintrare/vt carnes eius possint sicut alterius deuorare: et se semp̄ in amplius augmentare. Istud patet de aduocatis et officiarijs principū ⁊ prelatorum/qui primo minoribꝰ seruiunt/⁊ carnes eoꝝ deuorant/inquantū de terris ipsoꝝ totam vtilitatem recipiunt: et cū totum consumpserint/ipsos dimittunt/⁊ seruitia maiorū procurant ⁊ querunt. Quod ⁊ verū est de adulatoribꝰ ⁊ falsis amicis/ qui prioribus amicis ⁊ dn̄is vacuatis ⁊ consumptis/ alios pleniores ⁊ maiores querūt: vt similiter eos vastent. Prouer.xiij. Si habueris/cōuiuet tecū: si nihil habueris/ derelinquet te. ꝯtra illd̄ Eccli.xix. Propter mādatū dei assume pauperem/⁊ p̄pter inopiam ne dimittas eum vacuum.

Capitulum.xvij. de carpa.

1 Carpera seu carpa seu carpea seu carpio piscis ē fluuialis ⁊ stagneus: squamas habēs aureas et latas. huiꝰ mirabilis est cōditio: sicut dicitur in libro de natura reꝝ. sentiens em̄ se esse p̄pinquā partui/ masculū suū adit/ qui lacteū semē in os eius immittit/virtute cuiꝰ carpea statim parit: ⁊ plus etiā in futurū proficit. Charissimi masculꝰ iste significat christū qui est vir ⁊ maritus noster: femina aūt eius est aīa christiana. Si igitꝶ carpa.i. anima christiana ouis variorum p̄positorū bonoꝝ ⁊ desideriorum sit plena/⁊ timeat ne ip̄a nō possit parere/vel ad opus p̄ executionem debitam demandare/adeat christū virū suū per deuotionem / ⁊ partū suorum operū ei cōmittat p̄ fiduciam ⁊ orationē: ⁊ tunc christus semē lacteū sue gratie sibi infundet/virtute cuius bona opera pariet ⁊ emittet. Leuiti.xij. Mulier suscepto semine peperit masculū. Uel potest dici ꝙ iste maritus est prelatus/ vel predicator: femella est subditꝰ vel auditor: q̄ꝛ pro certo dū ab isto mare predicatore semen lacteum dulcis doctrine auditoribus in os cordis immittitꝶ/ partus bonorū operum adiuuatur/⁊ executioni debite demādatꝶ. Esaie.lxvj. Parturiuit syon filios suos. Uel expone de adulatore/qui semen lacteū dulcium verboꝝ infundit in auribus auditorum/⁊ sic facit eos parere/dicere ⁊ reuelare quicq̄d interiꝰ latitabat. Pone si vis figurā de iahele: que syzare offerens vtrē lactis/occidit eū. q̄ꝛ sc̄ȝ tales suis lacteis verbis faciūt alios dicere dāna sua. Unde Prouer.xvj. Uir iniquꝰ lactat amicū suum/⁊ ducit eū per viam nō bonam. Contra quos Prouer.j. Si te lactauerint peccatores: nō acquiescas eis Uel pone ꝙ cōfessor verbis lacteis cōsolatiōis facit peccatorem parere ⁊ dicere culpam suā: qd̄ tamen alias nō volebat. Unde apl's. Facti estis quibus lacte opus sit. Uel pone ꝙ ista carpa est imbecillis prelatꝰ / qui semp̄ habet vnū maritum.i. vnū principalē cōsiliarium/quē/quādo vult parere vel aliq̄d facere/solet adire/ et ꝭm eius lactea consilia mala opera parturire. p̄s. Concepit dolorem/⁊ peperit iniquitatem. Uel p̄ partum intellige promotionē et emissionē ad exteriora bn̄ficia/quā hodie faciūt multi indebite p̄ consilium malignorū. Uel masculus est diabolus/lacteū semē est tentatio parturiēs malū opus. ¶ Carpa sentiens retia piscatoꝝ/multꝭ modis ip̄a nititꝶ euadere ⁊ exire. Primo ergo vt exeat/rete circūiens/foramen querit: qd̄ si nō inuenit supra rete si potest vt retro cadat salit: qd̄ si nō proficit/herbā in ore tenet/vt rete desup̄ transiēs nihil agat. Si v̄o istd̄ nō valet/caput in limū fortiter infigit: vt sic sup̄ caudā rete trāsiēs nihil trahat: sicut dr̄ i eodē li. Sic v̄e debemꝰ facere quotiēs videmꝰ rete piscatoris.i. tentationē diaboli paratā esse. Omnibꝰ enim modis quibꝰ possumus/ vt euadamus capturam mali operis vel cōsensus: debemꝰ cum diligētia laborare. Quattuor igitꝶ sunt nobis necessaria/sc̄ȝ foramen querere/herbā in ore tenere/saltare superius/caput infigere inferius. Foramen querit pro exitu ille qui vitat tētationis occasiones. Herbā in ore gerit ille qui ore suo recurrit ad faciendū deo orationes. Superius ille saltat qui recurrit ad cōtemplandū celi cōsolatiōes. Inferius vero infigit caput ille qui recurrit ad meditandū mortis et inferni turbationes. Ista em̄ sunt quattuor ad euadendū tentationes et peccata/necessaria: sc̄ȝ fuga malaꝝ occasionū/verbū deuotaꝝ orōnū/cōtēplatio celestiū māsionū/⁊ meditatio iferna lium passionū. Si enim homo cogitauerit ꝙ peccatū inducunt occasiones/ꝙ cōtra tentationem adiuuant orationes/ꝙ propter peccatū perdūtur celestes cōsolationes/⁊ ꝙ propter peccatū acquirūtur infernales tribulationes/istud rete poterit euadere/ et a diaboli tentationibus se saluare. Figura Lu.vij. vbi mortuꝰ qui a quattuor portabatꝶ: a christo extitit suscitatꝰ. Quia scilȝ peccator qui predictis quattuor vtitꝶ/a christo sp̄ūaliter suscitatꝶ. Ezech.xxxvij. A quattuor ventis venit sp̄ūs. dicens cū psal. Laqueus cōtritꝰ est et nos liberati sumus. Adiutoriū nostrū in nomine dn̄i.

Capitulum.xviij. de concha.

1 Concha paruulꝰ ē piscis/totaliter inclusus in testa/sicut ostrea/⁊ habȝ similitudinē nauis. Ista igitur hospitiū est cancrorum. Paruuli em̄ cancri testas eius intrant: vbi se nutriūt/⁊ de carnibus seu humoribus eius viuūt: sicut dicit Pli. lib.ix.c.xxx. Sic vere multi sunt q̇ in domibꝰ ⁊ familijs suis libentiꝰ recipiūt extraneos q̄ȝ propinquos/a quibus tn̄ nulla eis vtilitas procuratꝶ: immo humorē sue substantie cōsumunt/deuorant et predantꝶ. p̄s. Diripiāt alieni labores eiꝰ.

Capitulum.xix. de conchylijs.

1 Conchyliū dicitꝶ illa cōcha seu ille piscis marinus qui de rore celi concipit atq̄ȝ parturit margaritas ꝭm Isidoꝝ Pli. ⁊ Soli. Et ista alio nomine Celoe noīatur. Iste conche ꝭm Soli. in mari gregatim incedunt: maior natu ducit gregem: que si capta fuerit/fugiunt alie que sequuntꝶ. Plin. v̄o ait. li.ix.c.xxxv. ꝙ singuli greges cōchaꝝ duces habēt: sicut apes/mire ad cauendū sollertie. si v̄o dux ipsa capta fuerit alie faciliter capiuntur/⁊ in retibꝰ includuntꝶ. Sic vere charissimi viri iusti/maxime religiosi ⁊ clerici/p̄ mare penitentie ambulantes/⁊ gregatim charitatiue ⁊ socialiter habitātes/⁊ margaritas bonoꝝ operum parientes/ ⁊ infra testas humilitatis se clausos ⁊ absconsos tenētes/debent maiorē natu.i. prudentiorē ⁊ in moribꝰ seniorem sibi in prelatū preponere/⁊ ip̄m alios in gradu ⁊ statu facere p̄cedere/et ip̄m obediendo sequi/⁊ sup̄ se regem cōstituere/qui sc̄ȝ ad precauendū p̄icula mire sollertie debȝ esse. Apoc.xiiij. Hi sequūtur agnū quocunq̄ȝ ierit. Eccli.xxxij. Loquere tu maior natu/decet enim te primū verbum. Et si iste qui precedit/sc̄ȝ iudex/p̄ peccatū aliquod captꝰ fuerit/ipsi pro certo eiꝰ exēplo nō debent peccare/nec diaboli retibus se īmittere: sed potius retrocedere ⁊ fugere: ⁊ a consimili abstinere.j. Ma- 6

chab.viij. Judas cecidit:⁊ ceteri fugerūt. Unde dicit Se=
ca in prouerb. ꝙ optimū est maioꝝ sequi vestigia/si recte ꝓ=
cesserint. Ex vitio alteriꝰ sapiens emēdat suū. Uerūtamen
(quod dolendū est) hodie fit cōtrariū: qꝛ pro certo si dux/iu
dex vel prelatus ꝑ peccata capit/alij eius exēplo facile ca=
piuntur:⁊ vitioꝝ retibus inuoluunt: exēplo Saulis: quo se
interficiēte/armiger eiꝰ exemplo ipiꝰ se peremit: sicut dici=
tur.ij. Reg.j. Uel pōt dici ꝙ si nos viderimꝰ precessores no
stros aliquo vitio ⁊ aliqua causa ⁊ modo a diabolo captos
fuisse/vel in aliquo deliquisse/ nō debemus eos ꝑ imitatio
nem sequi: sed ab eoꝝ cōuersatione ex timore casus ipsoꝝ
fugere ⁊ auerti. Peccata enī ꝑcedētium/ scꝫ Dauid/Salo=
monis/Ade/Luciferi ⁊ Sāsonis/debēt nobis eē exēplar ⁊
speculū ne cadamus: qꝛ sicut dicit idē Sene. Ruina prece
2 dentium posteros docet. ¶ Cōche margaritifere dū sunt
in aqua/testam habent flexibilē atqꝫ mollem: extracte vero
durant in lapidem/vt dicit idem. Istō expone sicut exponi
tur de corallio: qḋ dū est in mari/ est radix mollis: extractū
3 ꝟo efficit lapis durꝰ. vide.j.li.xj.c.liij.§.j. ¶ Pisces sūt qdā
in mari ꝭm Pli. (vt sunt cōchylia) qui in testis duris degē
tes/quādiu sunt in aqua maris amara/nūqꝫ aperiūtur: sed
de nocte ad littus exeunt / vbi ad aduentū roris se aperiūt
quo nutriūtur ⁊ impinguātur/⁊ margaritis ꝓciosis impre=
gnantur/⁊ statim in seipsis iterū claudūtur/ nec aperiūtur
quousqꝫ rorem celestem iterū senserint aduenisse. Sic vere
debet facere quelibet ꝑsona diligens custos sui: qꝛ existēs
in mari huiꝰ mūdi/ nō se debet ꝑ desideria aperire ad aq̄s
amaras.i.ad bona delectabilia huiꝰ mundi/q̄ in se realiter
sunt amara: imo pro certo affectꝰ suos infra testam cōsciē=
tie debet recolligere/⁊ ad littꝰ penitētie peruenire: ⁊ ibi ad
rorem celestis gratie vel doctrine aperiri ꝑ amorem/ vt sic
virtutibꝰ impinguet/⁊ margarita/q̄ christꝰ ē/ꝑ grām impre
gnetur: ⁊ tūc iterū debet se claudere ꝑ discretionē / quousqꝫ
rorem gratie vel doctrine iteꝝ senserit aduenisse. Uñ Esa.
xxvj. Popule meꝰ intra in cubicula tua: ⁊ claude ostia tua
super te. Quod est contra religiosos/qui ad mūdi negotia
4 se exponūt/⁊ q̄ indiscrete se aperiūt secularibꝰ ⁊c̄. ¶ Scḋm
Pli. pisces celoe.i.cōchylia/ꝑ noctē ad littus egrediuntur
⁊ ibi aperiuntur/ ⁊ aduenīente ⁊ descēdente in eis rore celi
exinde pascunt ⁊ nutriunt/ ⁊ virtute celi ⁊ rore impregnāt:
et sic sine coitu pariūt ⁊ cōcipiunt / ⁊ in eoꝝ carne margari
ta lapis preciosissimus solidat/⁊ sic ꝭm Soli. plus habent
partus de celo q̄ꝫ de mari. Sic beata virgo de mari huius
mūdi ad littus penitentie se cōuertens/ ⁊ ꝑ cōsensum seip=
sam sancto aperiens/dicens illud Luc.j. Ecce ancilla do=
mini ⁊c̄. rorem verbi eterni infra beata sua viscera habuit
et concepit/ virtute cuius donis ⁊ virtutibus extitit impin
guata/⁊ margarita corporis christi impregnata / et sic sine
virili semine peperit ⁊ cōcepit intacta et imaculata. Can.
v. Aperui ostiū dilecto meo ⁊c̄. Esa.vij. Ecce concipiet et
5 pariet filium. Et sic plus de celo q̄ꝫ de mari.i. plus de dei
gratia q̄ꝫ virtute humana extit fecundata. ¶ Conchylia in
mari ꝑ motum et influentiam lunarē regunt. Unde quāto
in luna plus est de luīe/tāto sunt pleniores/⁊ quāto luna lu
mine suo diminuit/tāto plus cōchylia vacuant. Sic in ma
ri huius mūdi per influentiā lune.i.iudicū ⁊ superioꝝ/con=
chylia.i.subditi gubernātur: ⁊ ideo quāto lux gratie ⁊ sapiē=
tie maioꝛ in luna fuerit.i.in superioribus/tanto in conchy=
lijs.i.in subditis plenitudo gratie ⁊ bonoꝝ temporaliū ma
ioꝛ erit: qꝛ scꝫ sicut dicitur Eccli.x. Scḋm iudicē ciuitatis/
ita ⁊ hi qui habitant in ea. Et econuerso qñ luna.i.superioꝛ
eclipsim.i.defectū ignorātie vel paupertatis patit: tunc cō
chylia.i.subditi ꝑ eorum malū regimē/bonorum suoꝝ ple=
nitudine vacuant: qꝛ scꝫ pauperes principes subditos spo=
liant ⁊ denudant. Prouer.xxviij. Leo rugiens/⁊ vrsus esu=
riens/princeps impius sup populum pauperem. Et etiam
multotiens ignorātia prelatoꝝ est causa vacuationis ⁊ cri=
minum subditoꝝ. Prouer.xxviij. Dux indigens prudētia/
6 multos opprimet. Ber. Causa sunt ruine ppl̄i/sacerdotes
mali. ⁊ vide libro de lapidibꝰ.c.de margaritis. ¶ Conche
certo anni tempore luxuriante cōceptu/rorem velut mari=
tum sitiūt/ quo hausto cōcipiunt/grauideqꝫ fiunt/⁊ de q̄ꝫti
tate roris exhausti margaritas cōcipiūt/⁊ scḋm ꝙ ros fue=
rit paucus vel multus/turbidꝰ vel clarus/ꝭm hoc marga=
rite maiores vel minores/ clariores vel ruffiores excrescūt.
Igitur regula est ꝙ melioꝛ et clarioꝛ margarita generatur
mane q̄ꝫ vespere / et de magno haustu roris / q̄ꝫ de par=
uo/⁊ tempore sereno q̄ꝫ coruscatione vel tonitruo. sicut dicit
Soli.c. de taprobane. Coruscatiōe enī (vt ait) subito clau=
dūtur/⁊ sic haustus roris intercipit/et abortiuū generatur.
Idem etiam dicit Pli.lib.ix.c.xxxv. Sic vere nos debemꝰ
rorem.i.spiritūsanctū vel diuinā gratiā pro marito appete=
re: ipmqꝫ recipere/⁊ ab ipo margaritā/que christus est/vel
etiā bona ⁊ preciosa opera generare. Regula ergo ē ꝙ mar=
garite.i. bona opera q̄ fiunt cū magno haustu roris diuine
gratie/⁊ que fiunt in mane iuuētutis/⁊ que fiunt sine coru=
scatione vane laudis/sunt ceteris meliora / et apud deum
et hoīes pulchriora. Coruscatio enī.i.ꝓpalatio inanis glo=
rie/vane laudis ⁊ iactantie/margaritā boni operis ipedit/
ipsamqꝫ abortiri/⁊ fructu et merito carere facit: sicut dicit
Matth.vj. de illis qui coram populo orabant/⁊ q̄ vt ieiunā
tes apparerent exterminabēt facies suas/⁊ q̄ vt viderētur
ab hoibus/ oīa sua opera faciebant: ⁊ sic corā alijs corusca
bant. de quibꝰ dn̄s ait. Amen dico vobis: receperunt mer=
cedem suam. Sic ergo sua margarita abortiuū peperit/pro
eo ꝙ ibi coruscatio interuenit. Uel dic ꝙ margarita.i.ope=
ratio disponit ꝭm naturam roris.i. verbi vel cogitationis
quo cōcipit/ita ꝙ ꝭm ꝙ ros cōceptus.i.cogitatio vel verbi
seu doctrine receptio/ bonꝰ est vel malus/ ꝭm hoc marga=
rita sequentis operis variatur. ¶ Scḋm Soli. vbi.s. ipsis 7
conchis inest sensus/partusqꝫ suos maculari timēt: et ideo
ne radijs solis lapis eius fuscetur/ in profundum maris in
ipsis diei feruoribꝰ se abscondūt. Sic vere homo qñ perci=
pit se margaritam alicuiꝰ boni ꝓpositi cōcepisse/ debet ti=
mere ne radius solis.i.feruoꝛ cōcupiscentie vel tentationis
vel etiam lux inanis glorie ⁊ mundane propalationis/ ipm
maculet aut corrumpat: ⁊ ꝓpter hoc ipse debet se in ꝓfun
dum humilitatis abscōdere/visus ⁊ aspectus hoīm fugere
occasiōes vitare/⁊ se a tentationibꝰ elongare. ps. Ecce elō
gaui fugiens ⁊c̄. Uel dic ꝙ profundū maris est cōsideratio
mortis/iudicij ⁊ inferni.ij. ad Corinth.xj. Nocte ⁊ die in ꝓ=
fundo maris fui. ¶ Margarita in aqua mollis ē/ maxime 8
dum est in viscere matris: durat autem euiscerata. Nunq̄ꝫ
due simul inueniūtur: ⁊ ideo dicta est vnio ⁊ appellat: sicut
dicunt tā Pli. q̄ꝫ Soli. Tales sunt mali: quia pro certo dū
sunt in aqua tribulationū/molles ⁊ benigni sunt: si ꝟo exin
de extracti fuerint/ ꝑ obstinationem protinus indurescūt.
Job.xxxix. In similitudinē lapidis durant aque. Tales er
go vniones dicunt: qꝛ pro certo nūq̄ꝫ simul ꝑ charitatē ⁊ cō
cordiam inueniūtur: imo singuli ⁊ diuisi/singulares et par=
ticulares ꝑ iram/odiū ⁊ discordiam reperiunt: ⁊ semꝑ abi=
uicē seiūgunt. Geñ.xiij. Diuisi sunt alterutrū a fratre suo.
¶ Concha timet venātium insidias: ⁊ ideo aut inter scopu 9
los habitat/ aut inter canes marinos moratur ꝭm Solinū
vbi supra. Sic ꝟe iusti timentes insidias piscatoꝝ.i. demo
nium/debēt ad scopulos.i.ad asperitatem penitentie fuge=
re/et inter canes maris.i. inter bonos ꝑdicatores manere.
Uel dic ꝙ canes isti sunt pricipes seculares/ad quoꝝ auxi
lium celoe.i.religiosi fugiūt/ quando piscatoꝝ ⁊ mūdi tyrā
norum fraudes et insidias metuūt. Uel dic ꝙ mali quādo
hoīm.i.prelatoꝝ correctiones timēt/ ad societatē canū ma
rinoꝝ.i.principū secularium confugiunt/⁊ ad eorum serui=
tia se transportant.

Capitulum.xx. de glaucio seu claucio seu glani.

Glaucius seu glanius piscis est multū ingenio=
sus/quia cibum in hamo appetens/sed aculeū
timēs/nō morsu: sꝫ suis pinulis hamū cōplecti
tur/nec prius dimittit quousqꝫ circūroserit totā
escam. Charissimi/in mari huius mūdi cibus
delectabilium hamum peccati in se cōtinet: sed discretus
homo cibum appetens/cum ore cordis et amoris non de=
bet ipsum accipere: qꝛ tunc peccati aculeo se necaret: sed
ipsum peccati aculeum debet accipere/ scilicet cum pinu=
lis rationis et discretionis/eius punitionem pre oculis ha
bendo ⁊ euitando: et sic sine periculo corrodere poterit istū
cibum: quia scilicet comedere et acquirere diuitias/nō est
malum/si peccati aculeus caueatur.

Capitulum.xxj. de coruo.

1 Coruus est piscis marinus ſm Isidorum: qui a voce dicit coruus: q2 pectoris voce semper grūnit: maxime dum pullificat: et ideo voce propria ꝓditus capit cū auditur. Sic ꝟe sunt multi serui ⁊ etiam religiosi/ q̇ q̇cq̇d faciūt/ sēp grūniunt/murmurant ⁊ obiurgant: quapropter sepe fit ꝙ magistri eorū dum ipsos murmurantes audierint/ eos capiūt et puniūt: q̇ si patienter obedirent et operarent/ nunq̄ꝫ plus solito grauarent. Uel potest allegari cōtra quosdā rusticos qui videntes se habere pullos diuitiarum et terrenorum/ non possunt abstinere se a grunnitu iactantie/ et a sono superbie: quapropter voce propria proditi/ sepe fit ꝙ a balliuis capiuntur et spoliantur. Uel potest dici contra incaute loquentes/qui ex verbis ⁊ cōfessionibꝰ proprijs capiuntur. Bene ergo dicit sapiens Prouer.xxj. Qui custodit os suum/custodit animam suam. mors eñ et vita in manu lingue. Uel potest dici cōtra querulosos seruitores/qui oīa cum grunnitu ⁊ murmure solent facere: propter q̄d piscatores.i. magistri eoꝝ audientes solent eos plꝰ grauare. His ergo pōt dici Act.ix. Durū est tibi ꝯtra stimulū calcitrare.

Capitulum.xxij.de ceto.

1 Cetus ⁊ balena ſm Iorath sunt idē: sed cetus ē masculus/balena ē femina. Et est cetus piscis maximus/ quādoq̄ꝫ quattuor iugerū latitudinē habens: qui intantū aliquotiens augmentat/ ꝙ magnꝰ mōs ad celū erectꝰ esse videt. Iste tamē vltra modū in cōcentu ⁊ in fistulis delectat: ⁊ ideo sicut dicitur in lib. de natura rerū/taliter solet capi. Piscatores eñ in nauibus iuxta ipm conueniunt: ⁊ vt insequentē alliciāt/ tandiu cantibꝰ ⁊ fistulis citharizāt/ ꝙ ipm attonitū ⁊ sopitū reddūt. Quod videntes/ instrumentū ferreū clam in ipsum infigūt: ⁊ statim fugiūt ⁊ recedūt. Cetꝰ ꝟo euigilās ⁊ se vulneratū sentiēs/ fundū maris petit/ et fricās se dorso ad terrā vt ferrū excutiat/ ipm magis ac magis infigit: ⁊ sic perforata pinguedine/aqua salsa intus ingredit/ ⁊ sic bestia moritur/ ⁊ super aquā fluitās inuenit/ ⁊ ad terram funibꝰ cum gaudio trahitur/ ⁊ multe regiones ex eo in victualibꝰ fecundātur. Charissimi ꝑ istum cetū possum intelligere dei filiū benedictū/qui reuera est in quātitate maximꝰ/ cum sit ⁊ in potētia ⁊ in essentia infinitus. ps. Magnus dñs ⁊ laudabilis nimis/ et magnitudinis eiꝰ nō est finis. Sed quid? ꝓ certo iste cetus arte mirabili fuit captus/ ⁊ de profundo paradisi ad mūdū ꝑ incarnationē attractꝰ. Piscatores eñ.i. antiqui patres veteris testamenti corā ipso pijs orationibꝰ cecinerūt/ ⁊ ipsum modulantibꝰ precibus vocauerūt. Unꝰ eñ de piscatoribꝰ erat dauid/qui dicebat. Ueni ad liberandum nos dñe deꝰ virtutū. Alius fuit Esaias: qui dicebat Utinam disrūperes celos: ⁊ descenderes. Sed aliꝰ fuit Salomon: q̇ dicebat. Ueniat dilectus meꝰ in hortū suū. Cāti. v. Et breuiter/et isti ⁊ alij taliter cecinerūt ꝙ ipm aliqualr sopierunt/ ⁊ ꝙ ipm delectatū eorū amore in carne obdormire fecerūt. ps. Excitatꝰ est tanq̄ꝫ dormiens dñs/ tanq̄ꝫ potēs ⁊ crapulatꝰ a vino. Sed quid? ꝓ certo iste cetꝰ sic dormiēs ab istis nautis vel ab eoꝝ sequacibus/ scꝫ iudeis/ instrumēto ferreo/ scꝫ clauis/ spinis ⁊ lancea/ in cruce vulneratus ⁊ occisus fuit: ⁊ exinde ad fundum maris inferni/ ad liberādū scꝫ sanctos patres descēdit/ ⁊ tādē resurgēs iteꝝ supnatauit ⁊ ascendit: ⁊ sic in visus hominū per fidem conuersus extitit/ ita ꝙ tota regio ecclesie vtilitate ipsiꝰ plena fuit/ ⁊ ꝑ sacramentū altaris corpus eius in cibū hominū venit: ⁊ ad salutem fideliū se diuisit. Unde ipse est qui dicit Ioan. vj. Caro mea vere est cibus. Uel potest dici ꝯtra multos/ qui q̄ꝫuis sint fide ⁊ moribꝰ valde magni: in fistulis tñ/ ludis et solatijs delectant/ ⁊ maxime in cantibꝰ ⁊ choreis mulierū: et ideo diabolus videns eos sopitos ⁊ delectatos/ solet statim gladium tentationis infigere: et sic facit eos ad fundū maris.i. ad executionem operis descendere/ et tandē quasi de peccato nō curantes/ iam in publicū ⁊ in superficie sine verecūdia comparere. Sic igit capiūtur/ ⁊ ad littꝰ inferni deducūtur. Ideo bene cōsulit Eccli.ix. Cum saltatrice ne assiduꝰ sis/ nec audias illā: ne forte pereas in efficacia ipsius. Uel pōt dici ꝙ iste modulatiōes sunt sibili ⁊ tētatiōes demonū/ q̇ ꝓmo applaudūt/ ⁊ hoiem delectāt: ⁊ post gladiū mali ꝓpositi imittūt/ ⁊ sic hoiem morti tradūt. Uel isti modulatores sunt adulatores: in quorum verbis principes et magnates letant: ⁊ sic diuersis peccatis propter eos occasionaliter moriūtur. Isti ergo debēt talibus citharedis dicere illud Amos.v. Aufer a me tumultū carminum tuoꝝ/ cātica lyre tue nō audiam. ¶ Dentes ceti in iuuētute sunt nigri/ i senectute ꝟo albi: sicut dr ibidē. Charissimi ꝑ dētes intelligūt ꝟba/ q̇ in ore debēt eē ordiata. et sic dico ꝙ q̄ꝫuis dentes.i. sermones nostri in iuuentute sint quandoq̄ꝫ nigri/ infames et mali/ ratione insolentie iuuenilis: in senectute tñ debent esse mundi/ honesti ⁊ albi/ ratione maturitatis ⁊ prudētie senilis. Thre.iiij. Cādidi facti sunt nazarei eiꝰ ⁊c. 2

¶ Cetꝰ est piscis ſm Iorath/ in quo materia terrestris dominatur/ plusq̄ꝫ aquea: ⁊ est mire pinguedinis et magnitudinis. Unde in senectute pre magnitudine corporis/ in eiꝰ dorso coadunat puluis/ ⁊ condēsatur arena/ intantū ꝙ herbe ⁊ frutices ibi crescant/ ita ꝙ belua monti similis videatur/ ad quē naute appropinquātes/ sine ꝑiculo vix euadūt: quia aquā eijciens quandoq̄ꝫ nauē obruit ⁊ absorbet. Tante etiam pinguedinis est/ ꝙ qñ telis piscatoꝝ impetitur/ nō sentit: nisi prius pinguedo totaliter perforet. Sed quando caro interior leditur ferro: tunc aque maris salsedinem nō sustinens/ littus petit: vbi capit/ ⁊ ꝓpter eius magnitudinē de captura ipsius tota patria emēdatur. Catulos aūt miro diligit amore/ et eos ꝑ pelagus longo tempore circūducit. Tales recte sunt diuites ⁊ auari: quia scꝫ nō natura aquea mie ⁊ cōpassionis: imo terrea auaritie ⁊ indeuotiōis in eis dñat: et ideo ꝓ certo sunt magni ꝑ potentias ⁊ dignitates/ et pingues ꝑ delicias ⁊ carnalitates. Nā circa eos adunat arena bonoꝝ terrenoꝝ/ ⁊ maxie in senectute/ qñ scꝫ in ipsis ardor auaritie iuuenescit/ ⁊ herbe et frutices.i. diuerse possessiones in eis aggregant/ ita ꝙ quidam mons ꝑ supbiā/ ⁊ quedā insula ꝑ apparentiam esse vident. Quid tu mons magne contra zorobabel? Zacha.iiij. Et ideo quādo naute.i. pauperes fluctuantes/ istis insulis appropinquant/ qñ scꝫ sunt vicini talium diuitū: tunc vere sine periculo scꝫ rapinarum ⁊ exheredationū vix euadunt: q2 propter fluctꝰ tribulationū que sibi ab eis immittūtur/ nauis eoꝝ.i. sua hereditas totaliter absorbet. Esa.xiij. Dissipabo ⁊ absorbebo simul. Quid plura? ꝓcul dubio isti tm̄ habent de diuitiarū pinguedine exterius/ ꝙ vix in tēporalibus vt cōiter possint ledi. Parū enim est si pinguedo suaꝝ diuitiaꝝ aliquo infortunio in aliquo perforet: sed procul dubio quando piscator christus ipsos ꝑ mortem vsq̄ꝫ ad interiora ꝑforauerit/ ⁊ salsedinem mortis eterne imiserit: tunc ad littꝰ inferni venient/ et de pinguedine diuitiaꝝ ⁊ prebendarū quas tenebāt/ saltem tunc alij leti fient: quia breuiter auari vt cōiter nihil valent/ nisi qñ moriūtur: q2 tunc (sicut de behemot dr Iob xl.) concident eū amici/ diuident eū negotiatores. Uel dic ꝙ isti sunt tante pinguedinis.i. tot et tantis delicijs carnalibus impinguati/ ꝙ venatorū.i. predicatorū iacula/ verba scꝫ pungitiua nō sentiūt nec verent: sed quādo tota delicīarum pinguedine perforata interior cōscientia deo inspirante ꝑ compunctionē leditur: tunc aque maris.i. peccatorum suorum amaritudinē ferre nō sustinent: ⁊ ad littus penitentie se cōuertunt: ⁊ tūc ꝓpter magnitudinē sue carnis ⁊ pinguedinis.i. ꝓpter bonorum et diuitiarū suarū multitudinē que vndiq̄ꝫ pauperibus dispergunt/ tota patria emendat: quia cōuersio diuitū vt plurimū vtilis est. Sed sicut captura balene raro accidit/ ita cōuersio diuitū rarissime inuenit. 4

Et isti fetus suos.i. filios valde diligunt/ ⁊ ad natandum ⁊ se gubernādū ꝑ mare mūdi erudiunt ⁊ informāt. ¶ Scđm Iorath cetꝰ miro affectu diligit catulos suos/ ⁊ pro eis contra oīa nociua se opponit/ ⁊ eos longo tpe ꝑ pelagꝰ circūducit/ ⁊ si ipos cumulis arenaꝝ contigerit arrestari/ timēs ne ibi forte a piscatoribꝰ capiant/ vadit ad ꝓfundum maris/ ⁊ sumpta aqua in copia/ ipam tanq̄ꝫ fluuium supra catulum eijcit/ ⁊ sic ipm ad mare retrahit ⁊ reducit: ⁊ a periculo liberat piscatorū. Sic vere christus catulos suos.i. hoies quos creauit/ in ista vita ꝑ mare penitentie ⁊ tribulationū longo tempore circūducit/ ⁊ pro eis oībus aduersitatibꝰ se opponit/ ⁊ maxime in cruce ⁊ passione: q2 dñs pugnabit pro vobis: ⁊ vos tacebitis. Exo.xiiij. Ipsos etiā mirabiliter diligit ⁊ custodit. Sed quādo ipsos ꝓpter arenarū.i. diuitiarū cumulos i mari mūdi ꝑ affectū viderit arrestari/ ⁊ a ꝓcessu

4 ¶ Echinus est piscis semipedalis/cuius est virtus mirabilis ad oĩa retinendũ/ ⁊ a cepto motu retardandum. Nam vt dicit Pli.lib.ix.ca.xxxv. si iste naui adheret/tardius currit: habitus ⁊ portatus iudicia ⁊ lites morari facit: partꝰ in vtero pregnantis continet/⁊ fluxus parientium sistit/⁊ fetum parere non permittit: ⁊ si salsus fuerit/et aurum in profundissimũ puteum ceciderit/iste admotus ⁊ applicatus ipsum aurum secum extrahit atqꝫ rapit. Talis piscis videtur esse vitium negligentie: qr pro certo ista est que cuncta negotia facit fieri magis tarda. Si quis enim istud vitiũ habuerit/cursum ⁊ nauigationem obediẽtie sibi tollit/partũ boni operis impedit/⁊ conceptum boni propositi ꝑ executionẽ ꝑturiri nõ sinit/lites etiã ⁊ iudicia diri mi ab ipsis negligentibus iudicibus nõ permittit. Hoc solum habet ꝙ aurũ ⁊ munera attrahit ⁊ emergit/ ⁊ ꝗuis in omnibus sit lenta/ad aurum tamen hauriendum ⁊ acquirendũ sollicite se extendit. nõ est eñ ita negligens hõ circa virtuosa negotia quin bene sit capax auri/ ⁊ diligẽs in auaritia. Quod etiam potest dici de multis qui sale mundane sapientie conditi/ de ipsis profundis puteis.i. de ipsis iniquis auaris et vsurarijs absconditis et celatis sciunt aurũ extrahere/ et sibiipsis per auaritiam vendicare. p̃s. Viuet et dabitur ei de auro arabie. Vel dic contra munera/que portata solent iudicia retardare/et lites et iustitiam impedire/⁊ omnem fluxum iracũdie mitigare. Idem etiam dic de precibus magnatum/⁊ de affectione carnali/ vl̃ etiã de odio partis aduerse: quia sicut dicitur Deuter.xvj. Munera excecant oculos etiam iustorum.

Capitulum.xxxiiij. de ephemero pisce.

1 Ephemeron scđm Iorath de animalibus/est piscis qui sine coitu nascitur/ et cũ per tres horas vixerit/tunc moritur. Sic christus non ex virili semine generatꝰ/ postqꝫ in cruce per tres horas vixit/ scilicet a sexta vsqꝫ ad horam nonam/clamando emisit spiritũ ⁊c̃. Vel põt contra inconstantes dici qui in vita gratie non perseuerant/ immo eadem die qua ꝑ conuersionem ⁊ cõfessionem nascuntur/ eadem iterum per vitia moriuntur. Sapieñ. v. Sic nos nati continuo desinimus esse.

Capitulum.xxxv. de escaro seu scaro.

Escarus/plinio scarꝰ/ẜm Isidorũ lib.xiij. piscis est ꝗ solꝰ inter pisces dicit̃ ruminare/et ẜm Pli. iste ẽ ingeniosꝰ. Si enĩ piscatoris sportulã intrauerit/nõ ex fronte erũpit/ nec violenter cõtra vimina currit: scit enim ꝙ quanto plus violenter luctaretur/tãto inter vimina sportule se amplius implicaret. Cõsueuit ergo retrocedere/⁊ frequenti caude ictu sportule fores laxare/⁊ sic euadere ⁊ exire. Qꝫ si forte aliꝰ escarus luctantẽ ad exeundũ viderit/caudã eiꝰ dẽtibꝰ arripit/⁊

ipsum ad exeundū adiuuat/⁊ provirıbus extrahit ⁊ educit.
Istud dicit Pli.lib.xxxij.c.ij.allegās Ouidiū in lib.halieu
ticon. Reuera iste piscis videt̃ significare viros prouidos ⁊
discretos/qui scz facta/ dicta ⁊ opera solēt ruminare/ ⁊ ma
tura deliberatiõe premissa de eis ꝓuide cogitare. Seneca
Diu delibera: cito facito. Ingeniosa aūt prudētia summe
dꝫ apparere in exeūdo de peccato: nā si q̇s in sportulā dia-
bolice tentationis ꝑ peccatū intrauerit/nō statim ex abru-
pto nitatur exire/sicut faciūt quidam:qui vidētes se in ali-
quo vitio deliquisse/vtpote in ebrietate vel similibus/iurāt
nō perpetuo se facturos: ⁊ sic indiscrete volunt erūpere de
sportula quā intrarunt: qđ tamen nō faciūt: imo ex ipso iu-
ramento magis tentātur/⁊ citius reincidunt et delinquūt.
ad Rom.vij. Nam peccatū occasione accepta ꝑ mandatū
seducit me/⁊ ꝑ illud occidit me. Quid ergo debꝫ facere ho
mo prudēs:? Pro certo ipse debꝫ paulatim retrocedere/oc
casiones vitando/ ⁊ cum cauda.i.cū memoria finis percu-
tere/de morte/inferno ⁊ iudicio cogitando: ⁊ sic fores obsti
nate volūtatis et diabolice tentationis laxabit/ cōtritionē
habendo: ⁊ tunc exibit faciliter cōfitendo/ ⁊ peccatū totali-
ter dimittendo: vt sic de aīa contrita dicat̃ illud Threno.j.
Ipsa gemens cōuersa est retrorsum. Alius vero escarus/
scz prelatus vel predicator/sacerdos vel peccator/qñ videt
ꝙ homo luctatur ⁊ laborat exire de peccato/ ⁊ ꝙ penitens
facit qđ in se est/debet cū ore suo et verbis ꝑ orationē vel ꝑ
correctionē/inductionē ⁊ monitionē ipm adiuuare: ⁊ ꝓ ipo
de pctō extrahendo verbis et operibꝰ laborare: iuxta illud
Matth.xviij. Si peccauerit frater tuus: corripe cū. si eñ te
audierit: lucratus eris fratrē tuū. Et sicut ſm Pli. escarus
non cedit prede alicuiꝰ piscium dentatoꝝ: sic vere talis sic
discretus non capit̃ tentatione demonū malignorum. Uel
ista possunt dici generaliter de quocūq3 qui facit posse suū
vt de peccato vel de infortunio exeat: quē socius christus
statim adiuuat/ et ipm liberat atq3 saluat. Uel potest etiā
dici ꝙ quādo videmꝰ ꝙ aliquis diligēter ⁊ prudēter lucta-
tur exire de sportula ⁊ de ꝑiculis fortune/ et de aliquo ma-
gno infortunio/procul dubio alij debent moueri ad eū mi-
sericorditer adiuuādum/⁊ ad ipsum de huiusmodi infortu
nijs liberandū. Plus eñ decet iuuare hominē qui diligen
ter ad bonū laborat/⁊ qui facit qđ in se est/ vt fortunā supe-
ret atq3 vincat/q̃3 illū q̇ totaliter in alienū auxilium sperat/
et qui torpens de se nō cogitat neq3 pensat. Figura Matt.
xiiij. vbi dicit̃ ꝙ videns christus apostolos laborātes in re-
migādo (erat eñ ventus cōtrarius illis) statim affuit: ⁊ vē-
tum cōtrarium cessare fecit: q2 pro certo qui cōtra ventum
contrariū tentationum vel tribulationum luctatur/a deo ⁊
a proximo adiuuari meretur. Unde ad Roma.viij. Spiri-
tus adiuuat infirmitatē nostrā.

Capl̃m.xxxvj.de Eso.

1 Esos piscis est maximꝰ in fluuio danubij: intan
tum ꝙ vix vna quadriga ipm potest portare/qui
etiā q2 cibus est delicatus/ ad longinquas por-
tatur partes. Est autem animal benignissimū ⁊
timorosissimū. Nā a pūgitiuo minimo pisciculo
scz clupea siue alosa sepe perurgetur ad fugā: vt dicit Pliñ.
lib.ix.c.xv. vbi ait ꝙ propter venam quandam quā habet in
faucibus/ipm auide appetit ⁊ occidit. Huic libenter affri-
cat se sturio iocandi causa. Cū autē captus fuerit/ vino for
tissimo ⁊ lacte potatur: ⁊ sic inebratus pluribus diebus vi-
uit etiam extra aquam: et sic ad remotas partes portatur.
Bibit tñ quādoq3 quattuor sextaria vini anteq3 inebrietur.
Talis est iustus: q2 licet quandoq3 sit ⁊ temporaliter ⁊ spi-
ritualiter magnus: est tñ ⁊ timorosus ⁊ humilis ⁊ benignꝰ.
Eccli.iij. Quāto magnꝰ es: humilia te. Minimis eñ pisci-
culis cum ipso brigā habentibus debet cedere/ et eisdē lo-
cum dimittere ⁊ abire: ⁊ maxime illis qui pungitiui dicun
tur.i.illis qui verbis pungunt alios/⁊ qui faciliter obloquū
tur. Tales eñ a iustis solent timeri/ et ne pungātur ab eis
precaueri: q2 terribilis in ciuitate sua hō linguosus. Eccli.
ix. Et sic sequitur ꝙ sturiones delectātur cum eo iocari: q2
pro certo sicut videmus/ taliū humiliū personarū societa-
tem cupiūt alij frequentare. ps. Cum sancto sanctus eris.
Isti etiam lacte deuotionis/ ⁊ vino scientie ⁊ lectionis in-
ebriant̃/adeo vt sic diu viuant in statu gratie/ ⁊ lōge lateq3
aduersus fideliū deportet̃. Apparuit h̊ in paulo/qui ꝑ cōuer
sionem captus/lacte ⁊ vino gratie et doctrine a deo fuit in-
ebriatus: ⁊ ideo ꝑ peccatum nō fuit amplius mortuus: sed
late ⁊ longe predicando fideliū vsibus applicatus. Esa.lx.
Filij tui de longe venient. Unde talibꝰ dicit̃ Esa.lv. Pro-
perate/emite absq3 argento vinū et lac. Uel dic ꝙ piscator
diabolꝰ postq̃3 iuuenes ⁊ imbecilles cepit ⁊ inuoluit in ali-
quo peccato/ solet eos inebriare vino/in quo est luxuria/et
lacte dulcedinis temporalis: et sic portat eos vbi vult. Uel
dic litteraliter contra ebrios/q̇ permittūt se parari ⁊ circū-
duci a diabolo ad om̃ia alia peccata. Uel dic ꝙ tales sunt
multi/q̇ magni sunt in apparētia: timorosi tñ et imbecilles
in existētia: q2 etiam a paruulis piscibus.i.ab indignis ho-
minibus ⁊ modicis tribulationibꝰ vincūtur/et ab ipsis fu-
gere compellūtur. ¶ Esos in fluuio fodit sibi foueas/vt se 2
abscondat/cū sit aīal timorosum: ⁊ ideo quādo videt sturio
nem qui vult cū eo ludere/ solet ad foueam pro latitādo fu
gere/⁊ de ipsiꝰ ludis nō curare. Sic vere religiosi qui timo
rosi ⁊ humiles debēt esse/in fluuio religiōis debent foueas
.i.cellas habere/quapropter si sturio.i.secularis ipsos velit
quādoq3 ad ludos.i.ad mundi solatia inuitare/ frati debēt
ad cellam secedere/⁊ ibi ne delinquāt in aliquo/se abscon-
dere/⁊ ie a seculariū vanis lusionibus ⁊ colloquijs elonga-
re. ps. Elongaui fugiens/⁊ mansi in solitudine. Uel pōt di-
ci ꝙ si diabolus vel quilibet homo malꝰ ad ludum maloꝝ
solatioꝝ ⁊ colloquiorum nos inuitauerit/ ad foueā cōscien-
tie vel ad foueam sepulcri vel mortis memorie debemꝰ fu-
gere/⁊ ibi nos a vanis gaudijs absentare. Uel pōt dici cō-
tra partiales/qui de bonoꝝ solatijs et cōsortijs nō curant/
sed ad cauernas ⁊ domos suas soli fugiunt/ vbi in tristitia
soli viuunt. Hiere.xv. Solus sedebā/qm̃ amaritudine reple
sti me. ¶ Sturio in danubio flumīe intātū excitat eson ad 3
ludēdum ꝙ dū simul ludēdo per fluuiū vagātur/ aquā mo-
uent/⁊ sic deprehendūtur ⁊ capiūtur. Sic vere sepe fit ꝙ lu
dus ⁊ solatiū vanitatis est causa ꝙ nō solū vnus sed plures
simul a diabolo capiunt̃/⁊ vnus ꝓpter aliū decipit̃: ⁊ diuer
sis vitijs laqueat̃. Sunt ergo vana solatia fugiēda/⁊ inuti-
lia cōsortia dimittenda: q2 sicut dicit̃ Prouerb.xiiij. Risus
dolori miscebit̃: ⁊ extrema gaudij luctus occupat. Qđ etiā
de latronibꝰ pōt dici/q̇ inter se talia ducunt solatia/ꝙ iudi-
ces ⁊ balliui ipsos deprehendūt/⁊ eos capiūt et suspendūt.

Capitulum.xxxvj.de hericio maris.

1 Hericius maris est piscis ſm Arist. habens os
⁊ caput inferius/anū vero ⁊ superfluitatis exitum
superius: ⁊ hic contra naturā oīm aīaliū spinis
vtit̃ loco pedū. Spinosus eñ est ⁊ hispidꝰ/⁊ oī-
bus alijs piscibꝰ horridꝰ/⁊ carnes hꝫ rubeas vl
tra modū/sicut dicit Pliñ. Scđm Isid. ꝟo lib.xiij. Hericiꝰ
testulas hꝫ more castanee/ex oī ꝑte aculeatas. Charissimi
ꝑ istū piscē possū intelligē detractores/ q̇ ex oī ꝑte pūgētes
sūt/mordaces ⁊ aculeati/ ita ꝙ de spinis faciūt sibi pedes
inq̃3tū pedes.i.affectꝰ eoꝝ ad pungendū ⁊ detrahendū tota
liter ordinant̃. Quid vltra:? ꝓ certo isti anū ⁊ feces habēt su
periꝰ: inq̃3tū scz feces infamiaꝝ etiā superiꝰ cōtra suꝑiores
nō cessant ꝓijcere/⁊ eos suis ꝟbis detractorijs diffamare.
Caput ꝟo et os ꝑ falsam hūilitatē deprimūt inferiꝰ: inq̃3tū
scz hūiliter cū reuerentia vident̃ viuere/ ⁊ ꝟba sua charita-
tiue ꝓferre: q2 ꝓ certo istđ est planū ꝙ detractores ad finē
vt eis meliꝰ credat̃/os deprimūt reuerēter loquēdo/caput
inclinant hūiliter reuerēdo/ ⁊ hoc totū ad finē vt feces sur-
sum eijciāt alios turpiter diffamādo. Et ideo bñ dr̃ Eccli.
xix. Est q̇ neq̃ter se hūiliat/ et interiora eiꝰ plena sunt dolo.
Sed q̇d:? ꝓ certo iste piscis oībꝰ alijs est horridꝰ: q2 scilꝫ de-
tractor ab oībꝰ abhorret̃/⁊ a cūctis vilipēdit̃ ⁊ odit̃. Eccli.
v. Susurratori aūt odia/inimicitia ⁊ cōtumelia. ⁊ Eccli.ix.
Linguosus ⁊ temerariꝰ in ꝟbo odiosus erit. Uel pone ꝙ spi
ne sunt diuitie/sicut etiā xp̃s dicit Luc.viij. Isti ergo sunt ma
li habētes spinas ꝓ pedibꝰ/ inq̃3tū scz ipsis mediātibꝰ mo-
uent̃/⁊ in suis malis opibꝰ sustinent̃/ ⁊ diuersimode in mū-
di negotijs ꝑuagant̃. Istud potissime pꝫ de vsurarijs ⁊ ma
lis diuitibꝰ/q̇ etiā spinis diuitiaꝝ nudati/deo et hoībꝰ sunt
odibiles/⁊ maxime q2 caput.i.aīam deijciūt et cōtemnūt:
dorsum ꝟo et feces.i.carnē preficiūt et ꝓponūt. Dorsum eñ
.i.carnem superius ponunt in honore: caput vero.i. animā
habent inferius in horrore.

Capitulum.xxxviij.de exoceto.

1 Exocetus piscis est in arcadia: vt dicit Plin. lib. ix.c.xix.qui nõ potest viuere sine somno: ꝛ ideo vt dormiat i siccũ exit/ꝛ aquã dimittit: ꝛ sic dormit suauiter et quiescit. Tales sunt viri deuoti.sine somno em̃ contemplationis nequeunt viuere/et ideo aquã mundane prosperitatis solent dimittere/ꝛ mare mundanorum tumultuũ relinquere: et ad siccum religio-nis vel penitẽtie se transferre/vt sic in bonis eternis possint quiescere et dormire: exemplo beati Joannis: qui mũdum dimisit/ꝛ vt ꝑ cõtemplationẽ dormiret/ad siccitatẽ deserti transiuit. Figurati in helia/qui in deserto legiꝰ dormiuisse et sub vmbra pũgentis iuniperi quieuisse: sicut dicitur.iij. Reg.xix.vt sic dicat quilibet talis illud Job.vij.Ecce nũc in puluere dormio. Uel põt dici de malis/q̇ viuere sine sõ-no deliciarũ non possunt/ vel q̇ etiã sine somno peccati esse nolũt/ꝛ ideo mare penitentie vel religiõis ꝛ aquã deuotio-nis dimittunt/ꝛ ad siccũ.i.ad mundũ vt quiescant in vitijs se deflectunt.ps. Abierunt in sicco flumina.

Ca.xxxix.de heracleodibꝰ seu heracleoticis piscibus

1 Heracleodes ꝯm theophrastũ pisces sunt circa heracleam(que scꝫ est ciuitas cãpanie) positi/q̇ in hoc sunt valde mirabiles: qꝛ extremas flumi-num aquas sectari nitũtur: terras em̃ que inter flumina sunt medie cauare solẽt/ꝛ de flumĩe ad fluuiũ se transferre: ꝛ mirũ videtur(vt ait) ꝙ piscis iste tan-tos labores assumat/vt vitet aquas contrarias. Quod sic potest intelligi/vt scꝫ ille piscis abhorreat cõtrarium motũ fluminis/ vel ꝙ ipse piscis aquã fluminis in quo ẽ fastidiat et tanq̃ ꝯtrariã ipsam abhorreat: ꝛ ꝙ proueniẽdo ad aliud flumen/ laborẽ penetrãdi terras intermedias assumat. Di-co ergo ꝙ iste piscis potest significare quosdã qui contrarie-tatem fluminis fortune/et aduersitatem tribulationũ/non possunt sustinere: ĩmo statim ꝙ eam sentiũt/volunt ad locũ alium se mutare: et labores infinitos non verentur ferre/vt possint alibi se transferre. Jstud videmus de multis q̇ cul-pas suas attribuunt locis in quibus sunt: ꝛ ideo de loco ad locum transeunt/ꝛ locum inuenire vbi contrarium non ha-beant/credunt. Cõtra quos dicit Seneca epl'a.xxviij. Ani-mum(inquit) debes mutare: nõ celũ. Sequenꝰ te quocũq̃ perueneris/vitia: nihil tibi peregrinationes prosunt: cũ te circũferas.quasi dicat: meliꝰ ẽ animũ q̃ locũ mutare/ꝛ se cõ-tra fluminis impetũ fortune firmare: ꝛ nõ propter cõtrarie-tates vel culparũ vel penarũ/aliũ locum querere: sed in eo in quo q̇s est/se potiꝰ emẽdare: ꝛ sibi nõ locis defectus suos imputare. Unde Eccl'i.x. Si spiritus hoĩs potestatem ha-bentis super te ascenderit/locũ tuum ne dimiseris. Uel po-test dici cõtra ambitiosos/ qui si sint in aliquo flumine.i.in aliquo beneficio/statim fastidiunt illud/ꝛ statim volunt ad aliud se transferre: ꝛ ideo magnos labores solent recipere/ terras et patrias perfodere/vt possint ad fluuiũ optatum.i. ad optatũ beneficiũ ꝑuenire. Esa.lvij. Jn multitudine vie tue laborasti/ nec dixisti: quiescã. Et sicut ꝯꝫ Theophrastũ iste piscis in aqua facit sibi foueas ad habitandum: sic isti in flumine ecclesie non querunt nisi foueas bonoꝝ tẽpora-lium ad manendũ. Esa.xxxiiij. Jbi habuit foueã hericius. Uel potest dici ad finem ꝙ de fluuio mundane prosperita-tis (qui velut nobis contrarius deuitari debet) ad flumen gratie ꝛ glorie (qui velut vtilis debet ꝯcupisci) nos trãsfer-re possimꝰ/necesse est magnos labores scꝫ penitentie sume-re / ꝛ per foueas humilitatis/ꝑ ipsam terrã bonorum terre-norum/ipsa cõtemnendo transire. Eccl'i.xxiiij. Penetrabo

2 oĩes inferiores partes terre. ¶ Plinius lib.ix.c.lvij.theo-phrastum videtur alio modo intelligere. Dicit em̃ circa he-racleã esse genus pisciũ/qđ extremas aquas fluminũ secta-tur/vbi cauernas in terra sibi facit/ibiq̃ etiã recedente flu-mine/ꝛ cauerna in sicco remanente viuit/ ibidẽq̃ tales pi-sces postmodum effodiuntur/ ꝛ q̃q̃ prima facie videantur mortui/motu tamen corporum viuere comprobantur. Jsta possunt applicari ad religiosos qui nimis volũt in seculari-bus occupari: quia scꝫ quidam sunt qui in flumine deuotio-nis.i.in religione non se ꝓfundant: sed extrema fluminũ.i. ipsa secularia negotia sectantur ꝛ amant/ ibiq̃ foueas ꝛ ca-uernas/domos ꝛ possessiones sibi edificant/ et infra ipsam terram. i. infra ipsum terrenorum amorem/ se per affectio-nem sepeliunt ꝛ inhumant. Sic ergo fit ꝙ fluuius deuotio-nis ab ipsis ex toto recedit/ꝛ ipsi in sicco sine deuotiõis hu-more remanent/ꝛ infra terram ꝛ terrena velut mortui in ip-sis terrenis implicati residẽt/et iam de aqua fluminis que recessit.i.de deuotiõe et gratia que eis defecit/penitꝰ nihil curãt. Hierem̃.ix. Confortati sunt in terra/de malo ad ma-lum egressi sunt. Tales ergo quãdo a prelatis ꝛ predicato-ribus effodiuntur/queruntꝰ ꝛ reprehendũtur: inueniũtur spi-ritualiter mortui. Motu autẽ conscientie vel motu aliquo-rum bonorũ operum deprehendũtur aliquotiens esse viui: quia scꝫ multi sunt qui dato ꝙ ꝓpter implicationẽ in terre-nis/ꝛ propter carentiã fluminis gratie spiritualiter mortui videantur: ipsi tñ habere motum bone conscientie ꝛ execu-tionem bonorum operum comprobãtur. ij. ad Corinth.vj. Quasi morientes: et ecce viuimus.

3 ¶ Scd̃m Pli. ibidem idem theophrastus asserit in paphlagonia effodi de altis scrobibus pisces gratissimos/ꝛ de locis quidẽ vbi nulle re-stagnent aque. Miratur autem et ipse sine coitu pisces gi-gni/et sine aqua viuere subtus terrã. Dicit tamen Pli. illã terram forte habere in hoc aque naturam: vel forte ipos pi-sces habere naturam vermium terrenorum. Dicit etiam ex hoc minus mirabile esse ꝙ talpe possint viuere subtus ter-ram. Adducit etiã ad propositum quomodo nilus post re-cessum suũ mures quasi semiformatos relinquit/qui etiam pro parte sunt mortui/ꝛ pro parte viui. De istis etiam videꝰ recordari Seneca lib.iij.de naturalibꝰ questionibꝰ: vbi ait ꝙ theophrastus affirmat ꝙ pisces de quibusdã locis eruũ-tur. Dic si vis ꝙ locus vbi aque deuotionis ꝛ cõpunctiõis nõ restagnant nec abundant/ est mũdus et mundanorum status: ꝛ tamen constat ꝙ in ipsis fossis ꝛ scrobibus.i. in ip-sis terrenis negotijs pisces. i. aliqui viri deuoti inueniũtur ibiq̃ viuere vita gratie cõprobanꝰ. Jpsi em̃ mures ꝛ talpe .i.ipsi seculares licet visu vere discretionis careant / vitam tamen gratie in se seruant/ita ꝙ deo ꝛ angelis cibi gratissi-mi efficiũtur: qñ per mortem effodiuntur/ et de ipsa terra.i. de ipsis terrenis negotijs q̄ debite administrauerãt/ eruũ-tur. Jsti ergo videntur dicere illud.j.ad Thessa.v. Siue vi-gilemus siue dormiamꝰ: simul cum illo viuamus. Ac si di-cat: siue vigilemus per actiuã/siue dormiamus per contẽ-platiuam/semper debemus per gratiam viuere/ et in statu salutis persistere.

Capitulum.xl.de equo marino.

1 Equus marinꝰ ꝯm Jsidoꝝ monstrũ est sic dictũ eo ꝙ prima parte equꝰ est/postrema vero soluũ-tur in piscem. Tales sunt multi: qui in ꝑcipio scꝫ in iuuẽtute sunt equi.i. viri fortes/spũales ꝛ firmi: postea vero in cauda.i.in fine ꝛ senectute sunt pisces/scꝫ fragiles/ carnales/debiles atq̃ vani. Jsta videmus de multis q̇ in principio cantãt mirabilia: postea vero cãtant defecit. De quibꝰ dicit Aristo.ꝙ acres in prin-cipio/frãgunꝰ in fine. Uel dic etiã de ipsis malis q̇ in capi-te.i.in principio sunt equi/scꝫ sup̄bi ꝛ crudeles: tãdem vero qñ senescunt/ in cauda.i.in fine dierũ efficiũtur pisces/deli-ciosi scꝫ et carnales. Jdeo de talibꝰ equis marinis dicitur Abacuck. iij. Uiã fecisti in mari eq̇s tuis/in luto aquarũ multaꝝ. Quasi dicat/isti primo sunt in mari.i.in amaritu-dine pnĩe: finalr̃ vero sunt in luto carnalitatis et imũditie.

2 ¶ Equꝰ marinꝰ ꝯm Arist. in aqua viuit/ꝛ nihil extra aquã potest: sed statim vt aquaꝝ carebit natura/carebit et vita. Fortissimũ tñ mõstrũ est / dũ est in aqua: comedit em̃ alios pisces: et de eoꝝ viuit carnibus/et in pugna mirabiliter est crudele. Tales sunt tyrãni/q̇ scꝫ eq̇ sunt.i.sup̄bi ꝛ elati. Jsti em̃ in aqua huiꝰ fluxibilis vite possunt/ꝛ multa faciũt ꝛ cõ-mittũt/ ꝛ contra pauperes crudeles sunt: ꝛ de eoꝝ carnibꝰ et tp̄alibꝰ substãtijs pascunꝰ et viuunt. Statim ꝟo ꝙ aquã istã post mortẽ exierint/ nil poterunt: qꝛ cũ vita corpis/vita grẽ ꝛ glorie tũc carebũt: qꝛ scꝫ aĩa cũ corpore spũalr̃ morietꝰ et sic eorũ potestas cũ ipso corpe finieꝰ. ꝛ ideo ad cõsolatio-nẽ pauperũ loquiꝰ scriptura dicẽs in psal. Ne timeas cũ di-ues fuerit hõ/et cũ multiplicata fuerit gloria domꝰ eiꝰ: qm̃ cũ interierit/nõ sumet oĩa secũ/neq̃ trãsibit cũ eo gloria do-mus eiꝰ: qm̃ aĩa ipsiꝰ in vita ipsiꝰ bñdiceꝰ ꝛc̃. Uel dic ꝫ deli-ciosos milites / q̇ dũ sunt in aq̄ deliciaꝝ.s.in cõuiuijs luxu

ignē/multa p̄nt.i.q̄ꝫtū ad iactantiā/ꝛ ad dicta: extra ꝓo penit⁹ nihil valēt. Sap̄.xvj. Ignis in aqua valebat supra suā virtutē. ¶ Equ⁹ marin⁹ est aīal crudele cōtra alios pisces maris: hominē tamē dicit timere: ꝛ cū ipso bella gerere formidat: vt dicit Aristote. Tales autē sunt multi: ꝛ maxime balliui/vsurarij/ꝛ auari: isti eñ contra pisces.i.cōtra debiles/fluxibiles ꝛ pauperes sunt audaces: cōtra hominē vero.i.contra rationales ꝑsonas defendere se potētes/mirabiliter sunt fugaces: qꝛ scꝫ isti tales homines timent/formidant/atqꝫ verenẜ: pisces vero.i.debiles et pauperes depredātur. de quib⁹.j.Reg.xv.potest dici ꝙ pinguioribus amalech pepercerūt: quicq̄d autem vile ꝛ reprobū fuit/demoliti sunt. Uel potest dici de diabolo/qui cōtra pisces.i.ꝯtra deliciosos peccatores est fortis: cōtra hoies vero.i.cōtra iustos ꝛ rationabiles est debilis: qꝛ illos solet vincere faciliter. Istos vero qꝛ vicere nō potest/solet metuere: ꝛ ipsos inuadere nō audere. Jacobi.v. Resistite diabolo/et fugiet a vobis. et Prouerb.xix. Qui timet hominē/cito corruet.

Capitulum.xlj.de equo fluuiali.

Equus fluuialis monstrū est mirabile ẜm Aristote. habens sublimē faciem/crines vt equus/pedes fissos vt vacca/caudam vt porcus/coriū eius valde grossum: ꝛ hinnit vt equus/magnus est vt asin⁹. Sic vere mali sunt sublimis faciei per supbiam: pedum.i.affectuū fissorū vt vacca per incōstātiam et lasciuiā: caudam vero que retro stat.i.absentiā habent vt porcus per immūditiam. Magni sunt vt asin⁹ per imperitiā: hinniūt vero vt equus ꝑ detractionē: coriū vero exterioris ꝯuersatiōis spissum habēt ꝛ ipenetrabile ꝑ obstinationem. Ideo de talibus equis carnalib⁹ et peccatorib⁹ dicit Esa.xxxj. Equi eorum caro/et non spiritus.

Capitulum.xlij.

Nō intellexit auctor Piniū h̄ loco. Tu vide Pli.lib.ix.c.v.

Exposita ẜm Plinīū est belua q̄ in mari Judee inuenit/cui⁹ dētes sunt lōgissimi: piguedo vero maxima: q̄nqꝫ scꝫ q̇nqꝫ cubitoꝝ/sicut narrat idē de quadā tali belua q̄ a Scauro romanorū edile i edilitate sua romā fuit ꝓ spectaculo adlata. Tales sunt detractores: qui precipue in Judea/que interpretatur confitens.i.in religione et ecclesia/in qua est vera cōfessio/inueniunẜ. Isti enim lōgissimos habēt dentes: qꝛ scilꝫ vsqꝫ ad remotas partes mordēt/detrahunt ꝛ diffamāt. Maxime vero sunt pinguedinis: qꝛ vt cōiter tales per carnales delicias pre ceteris se impinguāt: ꝛ ideo tales finali ter in inferno spectaculum mundo fient: quādo scilꝫ in mūdo de flumine deliciarum extracti: romā.i.ad imperatoris Christi presentiā venient ꝛ accedent. ¶ Uel potest dici de raptoribus/qui qꝛ dentes habēt longissimos ꝓpter rapine crudelitatē: ideo vltra modum fiūt pingues ꝑ diuitiarū facultatem: finaliter tamē spectaculū cunctis fient: quādo in iudicio recipient iuxta propriā iniquitatē. vñ.j.ad Corin.x. Spectaculū facti sumus mūdo/ꝛ angelis ꝛ hominibus.

Capitulum.xliij.de elco.

Elcus seu felcus/idem est qđ vitulus marinus. Sed de isto vide ad plenū in libro de animalibus: in titulo de vitulo marino.

Capitulum.xliiij.

¶ Puto mugilem esse de quo hic loquitur. vide Aristo. libro de histo. animalium.viij.cap.ij.

Jme belua est marina/gulosior vniuersis: vnde fit ꝙ propter nimiā comestionē extendiẜ venter eius: ꝛ vltra modū impinguaẜ. Uerūtamen quando timet aliquē insidiatorē/in se contrahit semetipsam/sicut hericius/ꝛ infra seipām se replicat/recolligit/et abscondit: et si insidiator ꝑseuerauerit/ꝛ famescat: solet belua carnes ꝓprias deuorare/malens se in parte cōsumere/q̄ꝫ cum periculo suo se hostibus explicare. vt dicit Aristoteles. Sic vere quando homo videt ꝙ nimis gulose viuens/fuit vltra debitum impinguatus: etiam propter hoc videt diabolum sibi per tentationem luxurie insidiantem/debet sibiipsi timere: et per status sui cōsiderationem seipsum recolligere: et se infra seipsum abscondere ꝛ celare: et per ieiunium ꝛ abstinentiam carnes proprias deuorare et consumere: vt sic possit tentationum hostis malitiam declinare/vt sic dicat illud Job.xix. Pelli mee cōsumptis carnibus adhesit os meum.

Capitulum.xlv.de phoca.

Phoca idē est qđ bos marinus: ꝛ istud est fortissimū aīal: iracūdum/ꝛ animosum/vt dicit ī libro de natura rerum: ꝛ nō solum contra extraneos: verū etiam cōtra illos de suo genere. pugnā eñ habet perpetuā cum femina sua quoadusqꝫ eam iterficiat: interfectam vero eijcit a loco/ꝛ aliam supꝑducit: nec sic cessat eijcere/et supꝑducere feminas/quousqꝫ cōtingat eū propria morte mori: vel a femina interimi: vt dicit idē ꝛ etiam Aristo. Charissimi vxor nr̄a est illa cui cōiūgimur ecclesia vel prebenda. Huic eñ tanq̄ꝫ matrimonialiter copulati debemus fidem seruare: ꝛ vtilitatē ipsius procurare. Sed q̇d? Procul dubio multi sunt sicut phoca: qꝛ vere nō solū extraneis rebus sunt crudeles: immo etiā ipsis ecclesijs ꝓprijs et propinquis. Constat eñ ꝙ multi sunt qui cōtra propriā vxorem scilꝫ cōtra prebēdam vel ecclesiā suā pugnant/dū scilꝫ ad eam hauriendū et depredandū solum vacant: ꝛ de aliqua vtilitate ipsius nunq̄ꝫ curant: quinimo cū ipsam interfecerint.i.destruxerint ꝛ cōsumpserint: de habenda alia statim tractāt. Quā cum habuerint/cōsimili casu grauāt: et sic breuiter non cessant q̄ꝫdiu viuūt beneficia mutare: et cum prima cōsumpserint/alia ꝓcurare/quousqꝫ per mortē propriā de medio tollanẜ: vel nisi per ipām vxorē/capitulū/ecclesiam/vel ꝯuentum ipsi de gradu proprio deponātur ꝛ temporaliter auellātur. Similes ī hoc imperatori Neroni qui et matrem ꝛ vxorem nequiter interfecit. Uel potest dici de malis rectoribus et tyrānis et iudicibus/qui cōtra vxorem propriam.i.cōtra plebem sibi commissam non cessant pugnare/ꝛ ipām per exactiones et rapinas occidere et grauare: quare sepe cōtingit ipos ab ipsis subditis interimi et perire: iuxta illud Eze.v. Patres comedēt filios in medio tui: ꝛ filij comedēt patres suos. Ista eñ vxor/scꝫ plebs subiecta/videns se et precessores suos taliter impugnari/solet cōtra tales insurgere/et eos apud supꝑiores accusare: ꝛ eos quādoqꝫ etiam ad mortem ducere vel tractare. Eze.xxxix. Depredabunẜ eos quib⁹ prede fuerāt. Uel istud potest dici de luxuriosis/qui semꝑ nouas feminas habere volūt/habitas vero quātū ad animā et famā interimunt et occidūt: et primis iam occisis ꝛ diffamatis alias supꝑducunt. Leui.xxvj. Nouis supꝑuenientib⁹ vetera proijcient. et Heb.x. Aufert primū vt sequēs statuat. Uel etiam posset allegari contra vsurarios/q̄ cōtra vxores suas.i.cōtra miseros sibi obligatos pugnāt/ipsosqꝫ tēporaliter interimūt et exheredant: ꝛ sic successiue nunc vnū/nunc aliū grauant. Abac.ij. Ipse quasi mors/ꝛ nō adimpleẜ: et interficere gentes nō cessat. ¶ Phoca/sicut dicit ī libro de natura rerū/nūq̄ꝫ solet locū mutare: sed vbi ipām natura creauit/sēꝑ cōsistere/vel manere/vt dicit experimētator vbi supra. Tales debem⁹ esse: quia in loco nostro/vbi natura sum⁹ conditi.i.vbi a deo per vocationē sumus positi/debemus manere: et sine causa rationabili locū huiusmodi nō mutare: nec ad aliam religionem vel ecclesiā/prebendam vel beneficium nos trāsferre. Eccl'ś.x. Locum tuū nō dimiseris. Cuius tamē faciūt cōtrarium ambitiosi/qui nullo loco gradu vel statu contenti/nō cessant mare ꝛ aridam circuire: ꝛ de loco ad locū/de beneficio ad beneficiū se trāsferre: contra illud.iiij.Regū.xiiij. Content⁹ esto glīa: ꝛ sede in domo tua. Uel dic ꝙ tales debemus esse: ꝛ ꝙ patria nostra ī qua nati sum⁹/debet nobis sufficere: et ꝙ alienas terras/possessiōes et hereditates nō debem⁹ appetere: nec eas per desideriū curare. Exemplo Aglai quē narrat Solinus ꝙ Apollo beatissimū cēsuit: eo ꝙ ꝓpria hereditate cōtentus/solum natiuū nunq̄ꝫ excessit: ipsumqꝫ Apollo illi regi ditissimo qui felicissimū se credebat/ꝛ vtrum aliq̄s esset felicior petierat/pretulit. Allega vt supra. Unde etiā Seneca de moꝝ. ait. Crede mihi non potes esse diues/et felix. Uel potest applicari ad scholares/q̄ non debēt volare de loco ad locū/de studio ad studium: qꝛ sicut dicit Seneca scđa ep̄la: Non cōualescit plāta que sepe transferẜ. quinimo in vno loco ꝛ studio debēt ꝑseuerare/pacifice quiescere/ꝛ manere. Uel dic ꝙ locus in quo natura nos creauit/est patria nostra/q̄ pro certo summe est diligenda: et ceteris paribus pre alijs eligēda. Uel dic contra

illos qui patriã suam in qua nati sunt/nimis diligũt/ ꝛ qui exterius exire nolunt:et qui alibi viuere nesciunt:sed ibidẽ cõtinue stare volũt/ ꝓpter qđ ꝛ tpaliter et spũaliter aliquotiẽs multa perdũt: qꝛ sicut dicit Luce.iiij. Nemo ꝓpheta acceptus est in patria sua. Ideo Seneca epl'a.xxviij.reprehendit illos qui certa loca sibi appropriãt:ꝛ cõmendat eos qui indifferenter animũ suum ad oia loca parant. Magis (inquit) quis veneris ꝙ̃ quo interest:et ideo nulli loco adijcere debem⁹ animũ. Nõ sum vni angulo nat⁹:patria mea totus est mũdus. Sequit. Bene viuere/oi loco positũ est.

Capitulum.xlvj.de fustaleonte.

FUstaleon vt dicit Aristo.animal est marinũ/qđ oino nõ comedit carnes.ꝛc.vide supra in generali vbi ponit.§.xxxvij. ¶ Iorath dicit ꝙ in mari est quidam piscis nomine fasten/in cuius ore aqua dulcescit: cuius causa pisces alij os eius intrant/et sic ab eo deuorantur. Sic in ore aduocatoꝝ dulcescit aqua.i.mundana sapientia per eorum eloquentiam deceptiuã:ꝛ ideo simplices/qui ꝓpter istã aquã ipsos insequũtur cõmittendo eis causam suã/tãdẽ ab eis deuorant: inquãtum scilꝫ plus constat eis salariũ aduocatorũ: ꝙ̃ valeat tota causa. Cãti.ij. Uox enim tua dulcis. Uel dic ꝙ fasten est mala mulier/que dulcia facit verba sua:ꝛ ideo a fatuis diligitur et insequit/ et finaliter ꝑ anime/fame et substantie destructionẽ/ab ea deuorãtur. Unde Prouer.v. Fauus distillãs labia meretricis.ꝛ sequit. Nouissima ei⁹ amara quasi absynthiũ. Uel dic ꝙ fasten in cui⁹ ore aqua dulcescit/propter qđ pisces ipm sequentes ab eo capiunt ꝛ retinẽtur/est Christ⁹:qꝛ pro certo in ore Christi.i.in predicatoribus:vel etiã in ore eius ꝓprio dulcescit aqua doctrine vl' sapiẽtie/vel etiã aqua tribulationũ.ideo debem⁹ eũ seq.ꝛc. Uox em̃ tua dulcis.ꝛc.Canti.ij. Uel dic cõtra adulatores et hereticos/qui ꝑ dulces sermones decipiunt mẽtes innocentiũ/ scđm apostolũ:quia ꝓ certo multi etiã propter dulcedinem oris.i.verborũ hypocritarũ/adulatorũ/ꝛ falsorum amicorũ decepti/ab eis defraudant.psal. Molliti sunt sermones eius sup oleum/ꝛ ipsi sunt iacula.

Capitulum.xlvij.de phyci.

PHycis seu fuca latine est piscis q̃ oi tẽpore est candidus:excepto vere/vbi est varius.colorem enim mutat oi anno ẜm Pli.lib.ix.c.xxvj. Sic sunt multi q̃ ita sunt variabiles ꝛ incõstantes/ ꝙ nunꝙ̃ in codẽ colore.i.in eadẽ conuersatione vel ꝓposito perseuerãt:qꝛ ꝙ̃uis aliquãdo sint candidi atꝙ mundi: in vere tamẽ prosperitatis fiunt varij/atꝙ vani et diuersi. Zacha.vj. Ecce equi varij ꝛ fortes. ¶ Phycis est piscis qui cõtra morẽ oim pisciũ ex alga facit nidũ.ꝛc. Uide supra in generari.§.xliij.circa finem vbi ponitur.

Cap.xlviij.de galaga siue galalca/galga seu galgatha.

GAlaga siue galaliga ẜm Aristo.monstrũ est natura mirabile. Nam cõtra morem oim hoc fetũ sentiens viuere/ de vẽtre extrahit:ꝛ si ipsum ad vitã maturũ viderit/ foras dimittit: si vero insufficiens ad vitã fuerit/ ipm fouẽdum iterũ in matrice reponit. Tales sunt multi prelati/qui pro certo fetus et nepotulos suos statim ꝙ sentiunt eos viuere/ volunt eos parturire: ꝛ exteri⁹ ad bñficia de ventre claustri emittere/et ad beneficia promouere:ꝛ si quidẽ sufficiẽtes fuerint: qđ tamẽ raro accidit/solẽt eos exteri⁹ in suis beneficijs dimittere:si vero insufficiẽtes/solent eos iterum in vtero suo/ hoc est in domo sua reponere:ꝛ ipsos secũ sicut pueros refouere: sicut patet hodie:qꝛ circa multos prelatos inuenies greges puerorũ beneficiatorũ/qui qꝛ nimis cito promouentur:necesse est ꝙ iterũ in ventre.i.in domo prelatoꝝ vt pueri foueãtur. Uel expone sicut supra de balena.§.vltimo:vbi inuenies de balena quasi idem.

Capitulum.xlix.de glauco.

GLaucus ẜm Isidoꝝ piscis est sic dictus a colore albo/quo per totũ est tinctus. Greci em̃ glaucon album dicũt. Hic (vt ait) estate raro apparet/nisi tm̃ in nubilo. Talis est vir castus/cãdidus/innocẽs/atꝙ purus:qꝛ ꝓ certo hic in estate ꝓsperitatis nõ debet apparere/nec in ea ad publica negocia aspirare:sed potius in hyeme aduersitatis ꝛc.se delectare: ꝛ solum in nubilo humilitatis gaudere.ij. Macha.j. Refulsit sol/qui prius erat in nubilo. Prosperitas enim est castitati et innocentie inimica:paupertas vero/tribulatio/ et humilitas est ipsius amica.

Capitulum.l.de glano.

GLanis latine silurus/vt dicit Aristo. mõstrum est in aquis fluuialibus:cuius masculus circa pullos fouẽdos valde est sollicitus:ita ꝙ ꝓpter ipsos fouẽdos facit circa eos ꝙ̃si quoddã opus more domus: et tũc vociferat fortiter/vt aduersarij terreantur:ꝛ timeant inuadere pullos suos:et si illo tẽpore contingat eum in aliquo reti capi/fortificat ꝛ animat amore pullorũ ad euadendũ: ita ꝙ tunc magis ꝙ̃ alias cũ dẽtibus scindit rete. Femina vero sua de catulis nunꝙ̃ curat:sed circũquaꝙ per aquã vagat et ambulat: et de ipsis non cogitat neꝙ tractat. Charissimi generaliter scriptura per parẽtes vult intelligere prelatos:et ideo masculi significant prelatos bonos/virtuosos/et fortes. Femine vero significãt ꝑlatos malos/femineos/atꝙ molles. Quid ergo? Pro certo masculi.i.iusti ꝛ boni ꝑlati sũt solliciti circa pullos et circa subditos gubernãdos: ꝛ circa eos a cũctis aduersantibus tam spũalibus ꝙ̃ tẽporalibus ꝓtegendos. Femine vero.i.prelati feminei de pullis ꝛ de subdit; nõ curãt: et de ipsorũ regimine/ nutrimẽto et fomento tam spirituali ꝙ̃ tẽporali penitus nunꝙ̃ tractãt. Iob.xxxix. Duratur ad filios suos quasi nõ sint sui. Boni em̃ solent subditos associare/et presentialiter defendere et nutrire: et per predicationem ꝛ orationem/pro eorũ tuitione ad terrẽdum aduersarios clamare:et cũ ipsis personalter habitare: ꝛ etiã amore ipsorum ad exeundũ rete tentationum fortius cõualere: et ne dent eis mala exẽpla tentationũ/ rete peccati diligentius precauere/ipmꝙ fortius rumpere et exire. Feminei vero cum pullis ꝑsentialiter nõ morant:sed dimissa cura pullorum/ circũquaꝙ in curijs regum ꝛ ꝑcipum diuagãtur. Ioã.x. Mercenarius et qui nõ est pastor/fugit/ et dimittit oues:quia non est ei cura de ouibus.

Capitulum.lj.de gladio.

GLadius maris est mõstrum marinũ qđ xiphie ẜm Pli.lib.xxxij.c.ij.nomen habet. Habet enim rostrum acutũ vt gladius/ quo naues ꝑforat ꝛ submergit/ꝛ ẜm Aristo.iste est similis scorpioni. Tales sunt detractores/et balliui/accusatores ꝛ oblocutores/ qui scilꝫ retro in absentia pũgendo scorpioni sunt similes et cõformes. Isti em̃ habẽt os ad modũ gladij acutissime pungẽdo ꝛ perforãdo.ps. Lingua eorum gladius acutus. Et ideo quãdo vident aliquã nauem.i.aliquẽ simplicẽ diuitem et bonorũ temporaliũ mercimonijs abundantem/statim cogitant quomodo cũ gladio oris sui ipsum per falsas accusationes ꝛ impositiones ꝑforent atꝙ ledant: ꝛ sic ipsum ad emẽdas indebitas trahunt:et ita cũ ad paupertatẽ deducunt:et quãdoꝙ per mortẽ/pauꝑtatẽ/ vel infamiã ipsum penitus destruũt et subuertunt:ꝛ in profundũ tribulationũ detrahunt et submergunt. Unde breuiter de talib⁹ sic submersis dicit in psal. Tradent in man⁹ gladij:partes vulpiũ erunt. Uel dic ꝙ gladius est diabol⁹: cuius os.i.tentatio et suggestio naues.i.iustos quos ꝑ mare et amaritudinẽ penitentie/et per flatũ sancti spũs videt ad patriã properare/solet quãdoꝙ ꝑforare ꝛ penetrare per tentationem:ꝛ aquã mundi delectabiliũ immittere ꝑ complacẽtiam ꝛ delectationẽ: ꝛ sic solet eos submergere in peccatum per malũ cõsensum et operationẽ: ꝛ in profundũ inferni detrahere ꝑ anime ꝛ corporis damnationẽ.psal. Gladium suum euaginauerũt pctõres. Uel dic ꝙ iste piscis est Christus/qui in iudicio os habebit sicut gladiũ per asperitatẽ sentẽtie fulminationẽ. Unde etiã Apoca.j. ipse dicit habere in ore gladiũ bis acutũ. Nam naues.i.peccatores nũc ꝑ mare hui⁹ mũdi vento vane laudis vagãtes:tunc puniendo perforabit/et eas submerget/destruet ꝛ dãnabit. Unde ipse est qui dicit Deutero.xxxij. Inebriabo sagittas meas sanguine/et gladius me⁹ deuorabit carnes. Uel dic ꝙ iste piscis est mors/ que currens ꝑ mare hui⁹ mũdi ledit ꝛ ꝑforat/mergit ꝛ sepelit vniuersos. Hiere.l. Gladius ad fortes illi⁹/gladius ad equos/gladius ad turres/ gladius ad thesauros.qꝛ scilꝫ iste gladius scilꝫ mors ꝑforat oẽs:qꝛ scilꝫ for

tes ab ipso nequeũt se defendere: equi.i.veloces ab ipso nõ
possunt fugere: turres.i.sublimes ipsius insultũ nequeunt
euadere:thesauri vero.i.diuites ab isto nequeunt se salua-
re.Hiere.xlvj. Deuorabit gladius:et saturabit. Vel dic ꝙ
iste piscis debet esse predicator/vel prelatus: cuius os de-
bet esse gladi⁹/alios seueriter corrigẽdo ⁊ arguendo:⁊ vsq
ad intima pforando:et per contritionẽ immissam penetrã-
do/et in mari lachrymarũ et penitẽtie submergẽdo. Unde
Esaie.xlix. Posuit os meũ quasi gladium acutũ.ad Ephe.
vj.Gladium spiritus:qđ est verbum dei.

Capitulum.lij.de grano seu granio ẽm Alber.

1 Granus est piscis marinus/qui cõtra naturam
omniũ aliorũ vnum habet oculũ sup caput/quo
supintẽdens cauet insidias aduersantũ. Cha-
rissimi/ oculus mẽtis est intellectus/attentio/
vel cõsideratio cordis:et iste debet esse vnus.i.
simplex/⁊ ad vnũ finẽ.s.ad salutẽ aie semp tendẽs: qꝛ sicut
dicit Matth.vj. Lucerna corporis tui est ocul⁹ tu⁹.si ocu-
lus tuus fuerit simplex/totum corpus tuũ lucidũ erit.Sed
procul dubio iste oculus semp debet sursum esse/⁊ supra ca
put intẽtionis imminere:qꝛ scz oculus mentis semp debet
superius intẽdere/⁊ sursum ad deũ ⁊ ad bona celestia affe-
ctanda ⁊ cõtemplãda vacare. Job.xvj. Ad dñm stillat ocu
lus meus. necnon ad preuidendas aduersariorũ tẽporaliũ
et spiritualiũ malitias cogitare:qꝛ sicut dꝛ Prouer.xx. Au-
rem audiẽtem ⁊ oculum vidẽtem deus fecit. Qđ est cõtra
malos/qui nõ habẽt oculos cordis superi⁹/sed inferius/nõ
ad supna:sed ad terrena. Matth.xx. An ocul⁹ tu⁹ neq̃ est:
Vel si vis dic ꝙ granus significat ambitiosos ⁊ superbos/
quorũ oculus semp est sursum elatus ad cõcupiscẽdũ secu
li dignitates. Job.xlj.Omne sublime videt oculus eius.
Hericius maris.vide in littera/e/vbi et aspiratur.

Capitulum.liij.de hippopotamo.

1 Hippopotamus ẽm Isidorũ est equ⁹ fluuialis.
non credo tamẽ ꝙ sit idẽ qđ equus fluuialis si-
cut dictũ est:sed credo ꝙ idẽ est qđ equus nili/
de quo agitur in libro de natura rerũ. Nota er-
go ꝙ Michael dicit equũ nili immanẽ beluã
esse/pedes ⁊ vngues vt crocodilus habentẽ:sed multo ma-
iores. Humanorũ morsuũ est cupidissimũ: nam(vt ait)cum
nauim inuenerit/vnum pedẽ in terra figit/alterũ supra na
uẽ:quo ipsam facillime scĩdit/vel saltẽ inclinatã demergit.
Charissimi per nauẽ que fluctuat: intelligo paupes subdi
tos/in mari hui⁹ seculi laborãtes. Per terrã vero firmã ⁊ fi
xam/intelligo principes ⁊ prelatos in fortitudine et firmita
te seculi pmanentes:quorũ scilz hippopotamos ⁊ fluuiales
equos itelligo esse officiales et balliuos/ flumini deliciarũ
deditos/⁊ humane cedis ⁊ tribulationis cupidos/et subdi
torum pestilentie sitibũdos. Quid igit: Procul dubio isti
hippopotami/scz officiales et balliui:ita sunt hodie crude-
les ⁊ impij ⁊ iniqui/ ꝙ oẽs naues.i.oẽs subditos/quos per
mare.i.per patriã vident incedere/volũt ⁊ appetũt submer-
gere/⁊ p exactiones destruere vel grauare : et ideo vnũ pe-
dẽ fundamenti ⁊ intẽtionis sue ponũt sup terrã.i.sup dños
suos vt eis placeant: alium autẽ ponunt sup nauem.i.sup
ipsos subditos vt ipis noceãt:⁊ vt eos falso accusando mer
gant et vrgeant: ⁊ sic pro certo sepe fit ꝙ ipsos per tribula-
tiones solent ledere/⁊ ad terrã.i.ad magistros suos inclinã
do et trahẽdo per exactiones mergere/ ⁊ ad pauptatẽ ⁊ in-
fortunium destinare. Figurati Apoca.x. in illo angelo/qui
tenens vnum pedẽ supra mare/aliũ supra terrã:iurauit per
viuẽtem in secula:quia tẽpus amplius nõ erit. Talibus er
2 go potest dici illud psal. In spiritu vehementi conteres na
ues tharsis. ¶ Equus nili aĩal est fortissimũ/in tantũ ꝙ in
loco vbi habitat/ hoĩm multitudinẽ magnã pdit:in hoc ta
men prouidit natura saluti mortaliũ ꝙ istud animal rarissi
me inuenit. Iste equus nullis instrumentis capit/nisi reti
ferreo ex cathenis : qđ tñ apud damascenos in hoc opus
fabricatũ est/vt dicit idem Michael. Pellis ei⁹ cubitũ ha
bet in spissitudine prout dicit : que tãte est duritiei vt nullo
iaculo penetret. Captus vero cũ fuerit: necesse est vt cum
malleis ferreis perimat:quia vix aut nunq̃ aliter moreret.
Charissimi istud animal significat tyrannos et mũdi hui⁹
crudeles dños ⁊ magistros/ qui scz multitudinẽ hoĩm ali-

quãdo interimũt vel occidunt/vel saltẽ vastant/depopulã-
tur ⁊ cõsumũt. Eze.xix. Didicit predã capere/⁊ hoĩes come
dere. Rete vero ferreum significat mortẽ/figuratã in crati-
cula que facta erat in modũ retis erei sup altare holocau-
sti/pro aĩalibus comburendis:sicut dicit Exod.xxvij. Ista
mors eñ est rete irrũpibile et ineuasibile/ que cõcludit ge-
neraliter vniuersos. Abac.j. Totũ in hamo suo subleuauit
traxit illud in sagena sua/cõgregauit in rete suũ. Quid er-
go: Procul dubio multi sunt hodie tyrãni in flumine hui⁹
mundi crudeles/⁊ hoĩes deuorãtes: quorũ pellis.i.cõuersa
tio ita est per obstinationẽ solida: ⁊ ita in malo indurata/ꝙ
nullo predicationis/correctiõis vel tribulatiõis iaculo pfo
ratur:et per contritionẽ penetratur: vt ad penitẽtiam con-
uertãtur. Job.xlj. Nõ fugabit eum vir sagittarius/in stipu-
lam versi sunt ei lapides funde. Isti ergo capi non possunt
dum viuũt:nec ab aliquo superari vel cõcludi: et ideo Da
masceni qui interpretant sanguinẽ bibẽtes.i.demones qui
in sanguine nostre mortis et dãnationis delectant/istos in
reti ferreo mortis includunt ⁊ capiũt: et per mortẽ captos
malleis eterne tribulationis ⁊ dãnationis occidũt: qꝛ sicut
dicitur Prouerb. xix. Parata sunt derisoribus iudicia/vel
supplicia:et mallei percutiẽtes stultorũ corporib⁹. Nisi eñ
esset rete ferreũ mortis:quo isti in fine cõcludũtur/null⁹ ab
eorum inuasionib⁹ saluaret:quia sicut dicit Matth.xxiiij.
Nisi abbreuiati fuissent dies illi/non fuisset salua oĩs caro.
3 ¶ Hippopotamus ẽm Plin.lib.viij.c.xxv.in nilo flumine
belua est immanis:que quãdoq̃ quãtitate superat elephã-
tes/dorsum habet hirsutũ sicut equus/ caudam habet tor-
tuosam/rostrum resimũ/ dentes adũcos:qui de nocte sege
tes in terra depascit/de die vero in aquis latet. Et hui⁹ mi
rabilis est astutia:quãdo eñ de nocte vadit ad segetes de-
pascendas/retrogradiens pergit/ vt venatorem retroverso
vestigio deludat:⁊ vt venator ipm reuertẽtem et nõ euntem
estimet atq̃ credat. Tales possunt dici diuites vsurarij vel
auari/qui pre ceteris sunt diuites et magni : iuba diuitia-
rum hirsuti: rostro falsorũ verborum resimi/ dentibus cru-
delitatis ⁊ rapacitatis vnci ⁊ curui:et in cauda malitie tor
tuosi. Isti enim aliorũ segetes ⁊ possessiones vastãtes:⁊ per
vsuras et rapinas oĩa cõsumentes/ mirabilẽ habẽt artem
venatorũ.i.prelatorũ correctionem/capturã/et punitionem
euadendi. Solent enim per fallacias et cautelas/gressus
actus et cõtract⁹ suos malos retrouertere: ⁊ sub specie ali-
cuius cause legitime/omnia mala sua opera trãsuersare:et
sic venator prelatus credit eos ad vnam partem incedere/
q̃uis verũ sit in cõtrarium eos ire. Qđ etiã de proditorib⁹
verum est/qui ita gressus et actus suos puertũt / ꝙ cũ vnũ
faciũt/semp aliud intẽdũt:et vt cõiter nunq̃ faciũt qđ pre-
tendunt:immo semp pretendũt aliqđ qđ nõ agũt. Matth.
xvj. Vade retro sathana:qꝛ nõ sapis ea que dei sunt. Et sic
ne deprehẽdãtur/fugiũt et euadunt. Vel põt dici de diabo
lo/qui quãdo tentat aliquẽ: et quãdo segetes virtutũ suarũ
vult depascere/solet gressus suos vertere:⁊ sub specie boni
multa suggerere / ne forte deprehẽsus/minus possit ad illã
quã intẽdit nequitiam peruenire.psal. Conuertant inimici
mei retrorsum. Vel potest dici de inobedientib⁹ et rebelli-
bus/qui omnia que faciunt/retrogradiẽdo et cõtradicẽdo
agũt. Hiere.vij. Facti sunt retrorsum:⁊ nõ in ante. Iusti ve
ro nõ sic: qꝛ scilz semp in suis actibus vadũt recte:et nunq̃
false/retrograde/vel iniuste.psal. Non recessit retro cor no-
strum.dicẽtes illud Esa.l. Ego autẽ nõ contradico/retror-
sum nõ abij. ¶ Hippopotamus ẽm Pli. cũ nimia satieta-
4 te repletus fuerit/spinas vel arũdines recẽter incisas que-
rit:⁊ tãdiu desup volutat/ quousq̃ vena quedã in crure vul
neretur:et sic defluẽte sanguine maceret. Sic vere charissi
mi cum nimia vitiorũ satietate repleti fuerim⁹: necesse est
ꝙ nos sup spinas pungẽtis cõtritionis / vel sup arũdinem
crucis et passionis diligẽtissime volutemus: ⁊ ꝙ ibi per cõ
siderationem/et cõpunctionẽ/⁊ cõpassionẽ aperiamur/ vt
sic sanguine peccati fluente/ satietas vitiorũ minuat/et sa-
nitas anime reportet.psal. Cõuersus sum in erũna mea dũ
cõfigitur spina. Vel dic ꝙ spine significãt coronã spineam:
arũdines vero baculũ arũdineum ⁊ spongiam: que cõside-
rata peccatorẽ satiatũ peccatis: per cõtritionẽ vel per com
passionem vulnerãt: et sic sanguinẽ substãtie tẽporalis per

elemosynã/ vel sanguinē peccati mortalis per cōfessionem distillant: ⁊ sanitatē anime sic reportant. Diues eñ satiat⁹ tēporalibus/se debet ad istas spinas et arūdines confricare: vel etiam ad spinam eterne pūctionis ⁊ mortis ꝑ timorem et consideratione vrgere: et sic vulneratus cōpassione vel cōtritione/dimittet sanguinē suum. i. diuitias quousq₃ sit pauper et macilentus/ꝑ elemosynas fluere: et sic a morte culpe et pene poterit se saluare. Act. xxvij. Satiati cibo alleuiabāt nauē/proijcientes triticū in mare. i. dantes elemosynas amaris pauperib⁹.

5 ¶ Hippopotamus dorso est impenetrabilis fm Pli. nisi tamē aqua madeat. Sic obstinati penetrari timore vł amore nequeūt/nisi aqua gratie ⁊ cōpūctionis a deo fuerint madefacti. Vel potest dici de diuitibus/vel de quibuslibet obstinatis/ qui nullo modo nec predicatoꝝ sagittis: nec pauperum miserijs penetrātur/vt ad miam moueant̄/nisi forte aqua diuine gratie madidentur. scd̄m eñ Grego. in vanū laborat lingua p̄dicatoris/nisi intus affuerit gratia saluatoris.

6 ¶ Hippopotamus fm Isidorū est equus fluuialis/quē nilus fluui⁹ gignit: ⁊ est piscis in dorso et iuba similis equo: qui de die in aquis latitat: et de nocte terram ꝑambulans/segetes lacerat. Sic vsurarij in die. i. in apparētia hoim/in aquis mie ⁊ elemosynarū se balneant/ac si essent misericordes: sed in nocte. i. in absconditis ⁊ occultis segetes et diuitias pauperū cū vsuris ⁊ ceteris malis cōtractibus depascūtur. ps. Posuisti tenebras et facta est nox: in ipsa pertrāsibūt oēs bestie silue.

7 ¶ Hippopotamus equus fluuialis de nocte per terrā ambulat/et segetes vastat: sed de die recludit̄ infra aquā. Sic diuites dum durat nox presentis vite/vbi propter obscuritatē ignorātie ⁊ erroris/lux veri luminis nō refulget/in terra. i. in mūdo ambulāt: ⁊ ibi segetes aliorū. i. tꝑales substātias vicinorum totis viribus depascuntur: sed cū post mortē dies dñi amara venerit. i. iudicij dei manifestatio luculēta / vbi oēs eorum cautele ⁊ malitie apparebūt: tunc sub aquis inferni perpetuo recludent̄. Job. xxvj. Ecce gigantes gemunt sub aquis: ⁊ qui habitant cū eis. Vel isti sunt hypocrite: qui de die. i. in apparētia sunt in aqua deuotionis ⁊ cōpunctiōis: de nocte vero. i. in occulto ⁊ in absentia faciūt multa mala.

8 ¶ Hippopotamū vnum cū quinq₃ crocodilis/scaurus visibus romanis ostēdit (vt dicit idem Pli.) pro spectaculo.

Capitulum. liiij. de hirūdine pisce.

1 Hirundo maris piscis est/vt dicit Plin. volucri hirūdini similis. Habet eñ alas vt hirūdo: continuas tamē vt vespertilio: quib⁹ subito in aera fertur: et quasi per iactū lapidis volitans: iterū in aquā cadit et imergit̄. Qui quidē pisces circa insulam maioricarū sunt in copia: sicut ab aliquib⁹ insularibus intellexi. Charissimi/pisces isti significare possunt bonos actiuos/qui in mari. i. in mundi fluctuosis negocijs habitātes/in aqua mūdane ꝓsperitatis non semꝑ morant̄: immo cū alis charitatis ⁊ spei aliquādo sursum ad aerē serenitatis eterne mētaliter eleuātur: et celestia relictis tēporalibus cōtemplātur: et ad mare mūdi negociorū/loco ⁊ tēpore iterum reuertētes/sic vicissim sua opera alternāt. Qd̄ potissime pertinet ad p̄latos/qui figurati in Moyse/quandoq₃ ascēdunt in mōtem ad dñm: quādoq₃ vero descendūt in vallem ad populū: et quādoq₃ ascēdūt superius ad paradisum per cōtemplatiuā: quādoq₃ vero descendūt ad mundum ⁊ ad mūdana negocia inferius per actiuā. Et isti possunt dici pisces et volucres/ꝓ eo ꝙ more volucrum volitāt contēplando: more vero pisciū in mari mundi natant/inferius de agibilibus ordinando. psal. Volucres celi ⁊ pisces maris. Vel ista possunt dici de multis/qui de mari mundi ⁊ de aqua amari peccati quādoq₃ nitūtur exurgere/ ⁊ sursū ad altiorem perfectionē volare: quapropter quādoq₃ solent subito volatū alicuius boni operis arripere: ⁊ se sursum ad deum eleuare: verūtamen isti volādo nō perseuerāt: sed statim ad aquā mundane ꝓsperitatis ⁊ ad mare pc̄ti redeunt et declinant. psal. In cōspectu eius cadent oēs qui descendunt in terrā. Vel potest dici de peccatorib⁹ qui per carnalitatem sunt pisces: et per sup̄biam volunt esse aues. Nā in aquis deliciarū vt pisces volunt natare: in aere vero mūdi eminentiarū vt volucres querunt se ꝑ sup̄biam et ambitionem erigere et leuare. psal. Ascendūt vsq₃ ad celos/⁊ descēdunt vsq₃ ad abyssos: aīa eorum in malis tabescebat. Vel pōt dici de quibusdā/qui naturaliter sunt pisces. i. viles ꝑsone ⁊ rustice: in mari. i. in laborū amaritudine manētes/et inferius natātes: qui q̄nq₃ videntes se habere alas diuitiarū/vel sustētamētū amicorū: volūt aues. i. nobiles esse/⁊ sursum cū nobilib⁹ se erigere/⁊ ad statū militie se leuare. Sed quid? Pro certo iste volatus parū durat: quia vel in se/vel in heredibus suis cito a tali volatu cadunt/et ad statū predecessorum suorū reueniunt: et iterū de nobilibus rustici/⁊ de auibus pisces fiunt. Amos. ix. Si ascēderint vsq₃ ad celos inde detraham eos.

Capitulum. lv.

Hoc h₃ Arist. de mugili capitone ⁊ murino. li. viij. c. xix.

cet homo sit venenosus ꝛ periculosus per peccatū: quando tamē per penitentiam decoquitur: ꝛ cum virtutum aromatibus ꝯficitur: tūc deo ꝛ angelis cibus dulcissimus reperitur: quia sicut dicit Lu. xv. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitētiam agente. ¶ 4 Murena ſm Jorath et ſm Ambrosiū/ nunꝙ concipit a suo simili: sed a serpente quē sibilo prouocat et inducit. Licet ergo serpens de se sit venenosus: tamē quia ante huiusmodi coitum venenū euomit: ideo murena fetum cōcipit non venenosum/ serpēti in nullo similē/ sed sibi. Sed serpens cōpleto coitu redit iterū ad venenū. Murena est beata virgo: que nō concepit a suo simili/ scilz ab homine: sed potius ab ipso deo et spiritusancto: qui tunc serpens dici poterat propter venenum iustitie vel rigoris: sed pro certo in ista copula benedicta deposuit iste serpens/ scilz deus/ totum istud venenū. i. omnē iustitiā et rigorem: et sic murena scilz beata virgo fetum nullo modo cōcepit venenosum aut malitiosum: sed potius māsuetissimū et benignū. Iste autem serpens/ scilz deus pater/ finaliter i die iudicij venenū sui rigoris resumet: quādo peccatores eternis ignibus tradet: ita ꝙ ille qui nunc videt veneno iustitie carere vitia dissimulādo: tunc apparebit ipsis venenosus vitia puniendo. Esa. xlij. Tacui/ semp silui/ patiens fui/ quasi parturiēs loquar/ dissipabo/ ꝛ absorbebo simul. Et sicut serpens ſm Pliñ. lib. xxxij. c. ij. murenā sibilo prouocat ad copulā: sic deus pater beatā Mariā ad Christi copulam prouocauit mediante suo sibilo Gabriele / qui illud Aue dulcissimū suis aurib⁹ sibilauit. qđ bene figuratur. iij. Regū. xix. vbi dicit ꝙ post ignem venit sibilus aure tenuis/ et in sibilo dn̄s: qꝛ post ignem rigoris/ venit sibilus Gabriel/ quem aura. i. spiritussanct⁹ sufflauit/ qui nobis dominū apportauit. Uel si vis dic ꝙ murene inter q̄s nō sunt masculi: sed oēs femelle: et q̄ cōcipiunt a serpēte/ significāt quosdā hoies imbecilles/ in quorū collegijs ꝛ cōsortijs nullus inuenitur masculus. i. perfect⁹/ scientificus/ aut virtuosus: quapropter cū non habeāt q̄ ipsos impregnet p doctrinam: solent a serpētibus. i. a diabolo ꝛ hereticis cōceptum querere/ legem ꝛ disciplinā accipere/ et se ipsis subijcere: ꝛ in fide ꝛ moribus cōformare. Naum. iij. Ecce popul⁹ tuus mulieres in medio tui. Ista autē oīa in schismaticis apparent/ qui ꝑpter carētiam bonorum doctorū hereticis crediderunt. Patet etiam in ignorātibus/ femineis/ et insufficiētib⁹ religiosis/ qui ꝑpter defectū ꝛ carētiam boni viri/ quādoqꝫ serpētem. i. aliquem pestiferū/ aliene nature. i. de alieno gremio in maritū. i. in prelatum solent eligere: et se eius imperio subiugare: qui scilz in principio cum assumit/ solet venenum malitie deponere: et se bonū ꝛ mansuetum fingere: loco tamē et tempore solet venenū suum resumere: et erga feminas istas suam malitiā declarare. Job. xxxiiij. Regnare facit hominē hypocritā ꝑpter peccata populi. Uide hoc satis plene infra libro. x. c. vltimo de vipera. ¶ 5 Murena habet vitam in cauda: quia ibi ꝑcussa vel ea abscissa statim moritur. Sic si caudam. i. mortis memoriā ꝑdideris/ diu in statu gratie viuere nō valebis. Figura Leuiti. xxij. vbi aial sine cauda in sacrificijs nō valebat. Esa. ix. Auferet a te dn̄s caput ꝛ caudam. Uel dic ꝙ cauda ista est perfectio: quia scilz vita et perfectio cuiuslibet est in finali ꝑseuerantia/ que ꝑ caudam designat. Quia qui ꝑseuerauerit vsqꝫ in finem: hic saluus erit. Matth. x. et. xxiiij. vnde illud Exitus acta probat. Unde si caput. i. iuuēt⁹ et principiū vite hominis percutiat multis vitijs et peccatis: nō propter hoc moritur/ nec ꝑpter hoc mortu⁹ aut dānatus debet dici: nam Paulus male incepit/ qui tamē bene finiuit. Unde Eccl's. vij. Melior est finis orationis q̄ꝫ principium. Sed si murena i cauda ꝑcutit. i. si homo deliquat i senectute sua/ et in fine vite: vel si cauda spei finalis penitētie et perseuerātie ab eo abscindit: tunc mortuus poterit iudicari. Figura Leuiti. xxij. vbi in sacrificijs votiuis non sufficiebat aial qđ aurem et caudā amiserat. Sic sup altare paradisi dn̄o nunꝙ offeretur/ qui aurem obediētie perdiderit: ꝛ caudam finalis perseuerātie non habuerit. vnde Apoc. ix. Potestas eorum in cauda ipsorū est. ¶ 6 Murena fluuialis. i. lāpreda/ non habet in toto corpore os neqꝫ spinam/ excepto ore. Os enim tantū habet lapideū: totum residuū est carneū. Uerū tamen cū illo ore osseo ita fortiter adheret lapidi seu ligno/ ꝙ vix euellit vel aufertur. Sic etiā multi sunt qui in corpore vel in vita nō habent aliqđ os alicuius firmitatis ꝛ constantie/ vel aliquā spinam. i. aliquem remorsum cōscientie/ ore tamē excepto. os enim ipsorū est forte et osseum: qꝛ verba talium sunt fortia/ notabilia/ ꝛ seuera: sed pro certo totū residuū/ scꝫ facta et mores/ est carneū atqꝫ molle. solo enim ore adherent lapidi. i. Christo: factis vero ab eo sunt disiūcti. ad Titū. j. Cōfitentur quidā se nosse deum: factis autē negant. Et tamē dicit Seneca ꝙ mirum est fortiter aliqđ dici ab homine mollitiē ꝑfesso. ¶ 7 Scđm Pli. lib. ix. c. xxiij. in Gallia septētrionali murenis oibus in dextera maxilla sunt septē macule seu notule/ ad formā septētrionis/ aureo colore fulgētes/ et hoc dūtaxat viuētibus: qꝛ cū aīa pariter extinguūtur. Tales sunt iusti: qꝛ scꝫ in septētrione. i. in frigore tribulationū positi/ septem notis seu stellis. i. septē virtutibus seu donis insigniunt: ꝛ ipis dū vita gr̄e comes fuerit decorantur: figurati in illo filio hois Apoca. j. qui habebat septē stellas in dextera sua. Dextera em̄ iusti est interior cōscientia/ que pro certo septē stellas. i. septē dona seu ꝟtutes cōtinet/ quib⁹ in mūdo rutilat atqꝫ splēdet. Aduerte tamē ꝙ si vita gratie per pctm̄ mortale defecerit/ statim ꝑ certo stellarū. i. donorū seu virtutū septenarius euanescit. ¶ 8 Murene atrociter sugēdo/ solēt hoiem affligere. Unde etiā Uedius Pollio/ dānata mācipia in murenarū viuario posuit/ vt ea faceret miserabiliter interire: sicut dicit Pli. vbi supra. Seneca etiā libro de clemētia ad Neronē/ istū Uediū valde vituperat: eo scilz ꝙ murenas humano sanguine saginabat. Tales sunt balliui ꝛ alij inferiores tyrāni/ qui rapinis ꝛ exactionib⁹ sugunt sanguinē. i. temporalē substantiā aliorum. Istis ergo qui tradit/ acerbe morit/ ꝛ ab eis atrociter lacerat. Uel expone de detractorib⁹: quorū os osseum est ꝛ durū. Uel de demonib⁹ quib⁹ tradunt dānate aīe cruciāde. ¶ 9 Pli. lib. ix. c. lv. dicit. ꝙ. C. Hirrus fuit ille q̄ prim⁹ excogitauit reseruatoria seu viuaria murenarū: ꝛ ideo iste in cenis triūphalib⁹ Julij cesaris obtulit sex milia murenarū: sed de hoc nihil ad presens.

Capitulum. lxxj. de megari.

1 Megaris piscis est vilis in partib⁹ vbi capit/ salsus tamē ꝛ ad lōgiquas partes delat⁹/ dulcis et sapidus ꝑpter raritatē ab incolis reperit: sicut dicit liber rerū. Et istud nō solū de isto: imo etiā de multis alijs piscibus est verū. Per istos pisces qui min⁹ valent recentes q̄ꝫ sicci/ significant quidā qui parū in recētia iuuētutis ꝑficiunt/ multū vero in siccitate. i. in senectutis tēpore boni fiūt. Potest etiā dici de quibusdā qui in loco vbi nati sunt/ scꝫ in patria ꝑpria nihil valent/ vilesqꝫ vel ratione parentū/ vel alias reputātur: qui tamē in alienis ꝛ remotis partibus ꝑficiunt ad maiora/ ꝛ boni atqꝫ vtiles estimātur. Luce. iiij. Non est ꝑpheta sine honore: nisi in patria sua. Utile est igit multis patriā dimittere: maxime cū dicat Sene. ꝙ omne solū p̄ria est viro forti.

Capitulum. lxxij. de murice.

1 Murex est quoddā genus cōchyliorꝫ/ qđ incisum ferro lachrymas emittit purpureas. ꝛc. Color muriceus seu purpureus in sola vena candida est in murice: reliquum vero corporis ei⁹ sterile est. Charissimi vena cādida significat purā/ mūdam ꝛ innocētē cōscientiā: color vero iste purpureus significat verecūdiā. Istud igit est verū/ ꝙ purpureitas ꝛ rubor verecūdie/ a pura ꝛ bona cōsciētia ꝑcedit: qꝛ preter istā venā/ scꝫ cōscientie puritatē/ nō est dare in hoie verecūdie rōseitatē. Qđ bene patet: qꝛ exquo q̄s cōscientiā et innocētiā perdit: eoipso verecūdiā amittit. vnde aīe peccatrici dicit Hiere. iij. Frons mulieris meretricis facta est tibi/ noluisti erubescere. ¶ 2 Murex solūmodo sanguinē purpureū semel emittit: nā in ipsa emissione vitā finit. Sic vere Christ⁹ semel ꝑ pctis nostris mortu⁹ est: ꝛ semel ꝑ hoie sanguinē suū fudit. Qđ tamē de alijs resuscitatis nō sic: q̄ bis mortui reperiūtur. Uel istud etiā potest dici de martyrib⁹/ qui cū sanguine vitā finierūt: ꝛ ideo semel penas soluerūt: qꝛ post mortem nunꝙ ampli⁹ doluerūt. ij. ad Cori. xj. Semel lapidatus sum. Apoc. xxj. Absterget de⁹ oēm lachrymā ab oculis eorum: ꝛ iam nō erit amplius neqꝫ luctus/ neqꝫ clamor. ꝛc.

Capitulum. lxxiij. de musculis.

1 Musculi fm Isidorũ sunt conche: que cũ balena amicitiam dicũtur habere: eo q eius cuti inueniuntur adherere. Que dicuntur musculi quasi masculi: eo q ostree eoꝝ lacte impregnãtur. ꝛ dicũtur gallice moulles: et sunt ille q̃ supra dicte sunt cõche: q̃ ad similitudinẽ nauis sunt facte. Tales sunt iusti/qui cum balena.i.cum Christo amicitiã noscũtur habere: ꝛ ei per charitatẽ iugiter adherere: et ostreas.i.simplices seculares lacte doctrine sue impregnare solent et replere. Canti.iiij. Mel et lac sub lingua tua. Uide supra scz de concha.

Capitulum.lxxiiij.de mure marino.

1 Mus marinus scd̃m librum de natura rerum/ad terram exit: et fouea facta/ibidem oua ponit: sicut etiam dicit Pliñ.lib.ix.c.xix. qui scilicet terra operiens: ꝛ post triginta dies rediens/foueã aperit/ et pullos genitos secũ ad aquã ducit: q̃ aliquãdiu visu carent: sicut generaliter pulli omniũ aquatilium: ꝛ postea visum recipiunt: sicut ponit Pli. ibidem.c.lj.in fine. Mus iste charissimi põt mihi significare religionem/vel etiam predicatorem. Isti enim fetus suos.i.subditos solent primo quando pariũtur.i. quando cõuertuntur: parere in terra.i.in penitentia et asperitate/et ponere in fouea.i.fundare in reuerẽtia ꝛ humilitate/includere infra terram.i.detinere in obedientie ꝛ discipline capacitate: ꝛ per triginta dies qui constant ex denario ter ducto/ipsos ibi dimittere.i.ipsos tenere in obseruantia decalogi cum trinitatis credulitate: et sic pro certo ibidem pulli isti formabuntur per moꝛum et virtutum honestatẽ: ita q ad mare paradisi poterunt duci: nũc per cõtemplationis subtilitatẽ: post moꝛtem vero p presentialis adeptionis felicitatem: et tunc acquirent perfectum visum: quãdo scilicet oculo ad oculũ videbũt diuine essentie claritatem. Ista enim se habẽt per ordinẽ in nouiter cõuersis: q2 scilz primo debent in penitentia ꝛ humilitate fundari/in fidei ꝛ mãdatorum obedientia seruari: ꝛ tãdem recepta vita gratie/in mari deuotiõis balneari: et ad contemplationẽ celestium informari: vt sic eis dicat illud psal. In mari via tua: et semite tue ĩ aquis multis. Uel dic q mus q̃ filios suos in terra parit: sed ipsos ad mare ducit/significat vsurarios/qui filios suos hic in terra huius mundi pariunt: et ipsos per mala opera secũ ad mare inferni ducũt. Osee.ix. Effraim ducet ad interfectorẽ filios suos. Uel potest dici de prelato/qui debet filios ꝛ subditos suos de terra.i.de amore terrenoꝝ tollere: ꝛ ad mare penitentie inuitare. ꝛc̃. Uide de vitulo marino in libro de aialibus: vbi inuenies simile expositum multis modis.

Capitulum.lxxv.de mustella maris.

1 Mustella maris fm Ambro.more delphini/dicitur fetus viuos de vẽtre educere/ ipsos tamen fetus: quãdo videt insidiantiũ periculum: solet iterum in vẽtrem recipere/quousq3 ad resistendum ipos viderit fortes esse. Uide simile supra de balena/ꝛ supra de galaga/et expone sicut ibi.

Capitulum.lxxvj.de Molli seu mullo pisce.

1 Mollis piscis est propter teneritudinem sic vocatus. Dicitur autem iste piscis oculoꝝ aciem hebetare: ꝛ q qui ipo multũ vsi fuerint/ piscem olent. Talis est mollities deliciarũ. Ista enim oculos intellectus hebetat: ꝛ se vltra debitum vtentes olere piscem facit: inquãtũ ipos pisces.i.carnales estimari procurat: ꝛ inquãtum odoꝛem sue fame in infamiã cõmutat. Patet de multis religiosis/qui quia viuunt deliciose/carnales credũtur/ ꝛ olent piscem/inquãtũ moꝛẽ carnaliũ imitãtur. Ideo bñ dicit Seneca epl̃a.xxvij. q debellande sunt ante oĩa voluptates/ que etiã sublimia ingenia rapuerunt. 2 ¶ Mollis piscis comestus dicit luxuriam minuere/fm Isidoꝛum. Sic vere iusti molles sunt/misericordes/ꝛ pij: et si per imitationẽ sumũtur ꝛ comedũtur ꝛ incoꝛporãtur: certum est q eoꝝ exemplo motus luxurie refrenãtur. 3 ¶ Mollis qui ab Isidoꝛo mullus appellat/scd̃m eundem si in vino necatus fuerit/ vinũ illud potatum tediũ vini facit. Sic vere charissimi si vinum in quo submersi sunt impij.i.voluptates ꝓpter q̃s necati sunt/ꝛ tẽpoꝛaliter ꝛ spiritualiter ꝛ eternaliter tribulati/per aures biberimus ꝛ audierimus: pro certo timoꝛe moꝛtis et dãnationis territi/vinum deliciarum et voluptatũ tempoꝛaliũ odiemus/ipmq3 tanq3 periculosum abhoꝛrebim9/et exẽplo precedẽtiũ fugiemus: q2 sicut dicit Sene. Ruina p̃cedẽtiũ posteros docet.

Capl̃m.lxxvij.de Millagine seu miluagine fm Pli.

1 Miluago fm Isidoꝛum li.xij. piscis est qui si super aquã saltare vel volare visus fuerit/ significat tempestatem. Sic vere charissimi maloꝛum saltus/volatus ꝛ luxus/signa sunt tẽpestatis eterne. Isti enim ante tẽpestatẽ future dãnationis saltant in mundi prosperis ꝛ letãtur: ita q futurũ suum et alioꝛum periculum suis letitijs prosequũtur. Prouer.xvj. Ante ruinam exaltatur spiritus. Et sic loquit Job xxj. vbi dicit: Infantes eoꝛum exultant lusibus/tenẽt tympanum et citharam: et gaudẽt ad sonitum oꝛgani/ducunt in bonis dies suos/et in puncto ad inferna descendũt. Moetiã potest dici ad litterã: q2 vt cõiter nescio quo nature indicio fit q vbi tẽpestuosioꝛ tristitia sequi debeat: eo letioꝛ ꝛ iocũdioꝛ mẽs precedat. Solet enim cõtra tempestatẽ futuri damni/ coꝛ esse solito magis iocũdum/ vt recte sit future tristitie certum signum: iuxta illud Prouer.xiiij. Extrema gaudij luctus occupat.

Capitulum.lxxviij.de monacho marino.

1 Monachus marinus monstrũ est in mari britãnico/quod in p̃ma parte coꝛpis figurã mẽtitur humanam/hoc excepto q nasum non habet ab oꝛe distinctum/ sed contiguũ: pars vero extrema similis est pisci. Hic igitur pro tanto monachus dicitur/q2 caput eius cũ quadã magna coꝛona ad modũ monachi nouiter rasi figuratur. Tales ꝓcul dubio sunt monachi moderni: et quilibet religiosi mali. Isti enim monachi maris dicũtur/pro eo q in mari seculi/plusq3 in religionis flumine cõuersantur mẽtaliter. psal. In mari via tua. Isti ergo non ex toto sunt homines.i.ratione vtẽtes: immo pro certo ꝑ magna parte sunt pisces.i.molles/fluxibiles ꝛ carnales: quia pro certo licet in prima parte/scilz ĩ coꝛpoꝛe/qd̃ homini primo apparet: isti videãtur homines esse/ꝛ coꝛonã monachalẽ in signũ religionis gerere/in parte tamẽ posterioꝛi/scilz in moꝛibus et in vita/ que ab eis postponit/ipos poteris pisces.i.carnales inuenire. Abac.j. Facies hominis sicut pisces maris. Nam nasum et os habent cõtigua: quia scilz nasus sue discretiõis videtur ex toto esse circa os sue gule et comestionis: quia scilicet quasi totus ipsoꝝ appetitus et sensus videtur ad gulam oꝛdinari: et ad carnis delicias terminari. de quo ad Roma.viij. Sapiẽtia carnis inimica est deo. Uel potest dici de multis/ q̃ in p̃cipio scz in iuuẽtute sunt religiosi ꝛ monachi: ĩ fine tñ ꝛ in cauda senectut; pisces sunt.i.carnales deliciosi ꝛ mali. Et sicut monachus marinus solet in mari ludere/et ludẽdo intuentes ad periculum trahere: sic mali moderni monachi solent saltibus et lusibus choꝛeare/et suis malis exemplis alios ad interitum inuitare. Cõtra quos Chrysostom9 super epistolam ad Hebreos dicit sic. O monache qui debes lugere/quare rides? dic mihi vbi Christus hoc fecit: bene enim fleuisse legitur/non risisse. Uel si vis dic in bono q boni monachi et religiosi debent esse marini per amaram contritionem/homines per rationem ꝛ discretionẽ/pisces in aquis manẽtes per misericoꝛdiã ꝛ deuotionẽ/ leti ꝛ ludentes per spiritualem consolationem: et per diuine laudis exultationem. Esaie.lxj. Gaudẽs gaudebo in domino. ꝛc̃. 2 ¶ Monachus marinus mõstrum est/ quod super aquã solet saltare et ludere: et cum videt hominẽ in littoꝛe se suis lusibus delectãtem/ꝛ in eum intẽdentem/solet amplius ludere ꝛ saltare. q si homo appropinquat ad eum/appropiquat ꝛ ipse: et si datur facultas/hominẽ rapit et trahit in profundum ꝛ comedit. Sic vere charissimi facit diabolus in hoc mũdo: volens enim homines in profundum peccatoꝝ et toꝛmentoꝝ deducere/solet primo ante eũ p tentationes ludere: et multos falsos applausus et delectationes suggerere: ꝛ per multas vias de vno ad aliud se trãsferre: vt sic possit hominem ad complacẽtiam inducere. si vero videt q homo ad eum appropinquet/ in malis suggestionibus se delectãdo: et in malis cogitationibus immoꝛando: tunc foꝛtius insistit/ꝛ dulcioꝛes saltus mentitur et fingit. Sic ergo fit q vbi non aduertit/ subito homo ad malum consensum rapitur/

ad malum opus trahitur:⁊ tandem in pꝛofundum peccati
per obstinationē submergitur: ⁊ sic tādem in inferno crude
liter deuoꝛat. Ideo de diabolo pōt dici illud Prouer.xxiij.
Ingreditur blāde / nouissime autem moꝛdebit vt coluber.
Uel ista possunt dici de iuuenibus saltantibus et ludenti-
bus/tā viris q̄ꝫ mulieribꝰ/qui aspicientes attrahūt ad pec-
catū: ⁊ qui quāto vidēt ꝙ ab alijs aspiciunt/ tāto vt magis
placeāt/ ludere ⁊ saltare nitunt:⁊ sic sepe fit ꝙ dato ꝙ inspi
ciētes in pꝛincipio nullā malā habuerint volūtatē: ex post-
facto tñ ad appꝛopinquādū pctō inducūtur : et finaliter in
vitijs submergūtur. Bene ergo ꝯsulit q̇ dicit Eccli.ix. Cū
saltatrice ne assiduus sis/ne foꝛte pereas in efficacia illiꝰ.

Capitulum.lxxix.de monocerote marino.

Monoceros maris/monstrū est marinum/ qđ in
frōte coꝛnu habet maximū/quo scilꝫ naues me-
dias penetrat atq̄ꝫ scindit/ ⁊ hoim multitudinē
destruit atq̄ꝫ ꝑdit. In hoc tamē humano gene-
ri pꝛouidit natura: qꝛ cum tardū aīal creatū sit/
naues eo viso possūt fugere/⁊ a periculo se saluare:sicut di-
citur in libꝛo de natura rerū. Charissimi monoceros qui di
cit a monos qđ est vnū/et ceras qđ est coꝛnu/ quasi habēs
vnicū coꝛnu/pōt mihi significare Chꝛistū/q̇ scilꝫ habet coꝛ-
nu potētie singularis. Coꝛnu enī sue potētie vnū dicit/pꝛo
eo ꝙ in genere suo singularis et vnica reperit. Istud enim
ita magnū est ꝙ naues.i.peccatoꝛes in mari huius seculi
fluctuātes/solet rigoꝛe iustitie scindere/⁊ hoies scilꝫ pecca
toꝛes et tēpoꝛalit ⁊ eternaliter ꝑdere vel dānare. Qđ vtiq̄ꝫ
in iudicio potissime apparebit: qñ rigoꝛe sue iustitie pecca-
toꝛū multitudo peribit. Job.xxxiiij. Perdet multos ⁊ innu
merabiles:⁊ regnare faciet alios ꝑ eis.⁊ in psal. In spiritu
vehemēti cōteret naues tharsis. Et si vis dic quare pecca
toꝛ dicit nauis. Sed quid? Pꝛo certo in hoc ꝓuidit huma-
no generi natura naturans deus: voluit enim ꝙ istud aīal
esset tardū: qꝛ scꝫ Chꝛistus quātū ad executionē sue iustitie
valde est tardus/patiēs/et benignꝰ: qꝛ sicut dicit.ij. Pe.iij.
Patienter agit deꝰ:nolens aliquē perire. qꝛ sicut dicit Job
xxxv. Nunc autē non infert furoꝛē suum/nec vlciscit scelus
valde. Nunc enim habet miam cū iustitia:et ideo si istum
monocerotem Chꝛistū viderimꝰ: fugiēdi coꝛnu iustitie sue
per penitentiā tēpus habemus: et si voluerimꝰ ipm ꝑ peni
tentiā euademus:⁊ ꝙ ad nos veniat/non expectabimꝰ:sed
dū durat mie ⁊ dilationis sue tarditas/fugiemus. Iste est
enim q̇ habet coꝛnu cū tarditate.i.q̇ habet seueritatē iusti-
tie cum mie pietate. psal. Exaltabit sicut vnicoꝛnis coꝛnu
meū:⁊ senectus mea in mia vberi. Uel ista possunt dici cō
tra modernos iudices/qui dato ꝙ habeāt coꝛnu iudiciarie
potestatis/quo possint naues.i. male operātes scidere/coꝛ-
rigere/et punire:ita tamē sunt hodie pꝛolixi et tardi/ꝙ na-
ues.i.malefactoꝛes bene possunt fugere ⁊ euadere: ⁊ ī ma-
lo etiā gloꝛiari. Uel potest dici de bonis iudicibꝰ/qui dato
ꝙ sint armati coꝛnu.i.foꝛtitudine et zelo iustitie (iuxta illud
psal. Exaltabuntur coꝛnua iusti)ita ꝙ naues.i.peccatoꝛes
per mare seculi vagātes/ possint iustitia mediante scinde-
re/coꝛrigere/⁊ punire: non debent tamē vltra debitū pꝛeci-
pites esse:sed tarde/deliberate/pōderose et mature ꝓcede-
re cōtra partes. vnde Seneca.iij. Pꝛouerb. Deliberare vti
lia moꝛa est tutissima. oīs moꝛa odio est:sed facit sapientiā.

Capitulum.lxxx.de narce siue toꝛpedine.

Narce ſm Aristo. est piscis qui tangentibus stu-
poꝛem immittit/⁊ mēbꝛa etiam tangētia stupe-
facit/intantū ꝙ quādo piscatur: etiā mediāte li-
nea ⁊ calamo stupoꝛ ⁊ insensibilitas pꝛimo bꝛa-
chio: deīde toti coꝛpoꝛi accedit: ita ꝙ necesse sit
ꝙ piscatoꝛ calamū eijciat et dimittat. Et ide est ꝙ medici-
ne stupoꝛifere narcotice dicātur. Talis ē mulier. ista eñ est
stupoꝛifera: quia ꝓcul dubio omnē hominē ipsam tangen-
tem/ et societatē ipsius frequētantem/et sibi incaute appꝛo
pinquātem/solet stupefacere/ ⁊ per mala desideria stupidū
⁊ insensibilem reddere: ita ꝙ necesse est lineam.i.affinitatē
qua media se cōtingunt/scilꝫ verba/colloquia/ioca/solatia
⁊ alia similia dimittere: alias ab isto stupoꝛe ⁊ ab isto īepto
amoꝛe non poterit se saluare . Et sic talis mala mulier po-
test dicere illud Zacha.xij. Percutiam omnē equū in stu-
poꝛē. Equū inquit.i.luxurioſum . Uel dic idem de quacūq̄ꝫ
mala societate. Uel dic de moꝛte sicut infra de toꝛpedine.

Capitulum.lxxxj.de nereidibus.

Nereides ſm Pliniū belue sunt marine/que to-
to coꝛpoꝛe sunt hirsute/ et aliquā similitudinem
habēt cum homine. harum cū aliqua emoꝛi de-
beret/vt imitatricis cōditiōis humane/ gemitꝰ
eius ⁊ planctus longe ab incolis auditus est:et
ꝯfessa est tristitia (sicut dicit) moꝛtis necessitatē amarā esse
moꝛtalibus. Ista belua potest significare malos diuites/q̇
pꝛocul dubio hirsuti sunt diuitijs atq̄ꝫ pleni/⁊ rerum tēpo-
ralium vellere pꝛemuniti. Isti enim cū homine habent ali
qualem imaginē/⁊ non plenam: qꝛ scilꝫ non ex toto sunt ho
mines.i.personε rationabiles: immo pꝛo parte sūt bestie.i.
sensu ⁊ ratione carētes. psal. Homo cum in honoꝛe esset/nō
intellexit/comparatus est iumentis insipientibus/et simi-
lis factus est illis. Quid igitur? Pꝛo certo tales quādo ve
niunt ad moꝛtem/valde tristātur/et pꝛe desperatione plan-
ctus ⁊ gemitus emittentes/moꝛtis nō solum coꝛpoꝛis/ im-
mo etiā anime/ amaritudinē pꝛotestātur. Impij enim qui
desperant de paradisi soꝛte/pꝛe ceteris tristantur in moꝛte:
et vltra modū timent moꝛituri: quādo vident ꝙ post moꝛtē
non sunt requiē habituri. Ideo bñ dicit Eccli.xlj. O moꝛs
q̄ꝫ amara est memoꝛia tua homini iniusto/⁊ pacē habēti in
diuitijs suis. Que tamē viri boni nō faciūt. in moꝛte enim
non timent:sed ipsam gaudēter expectant ⁊ recipiunt. Un-
de Seneca. Moꝛtē nunq̄ꝫ timeas/semper vero cogita. Uel
ista possūnt dici de anima damnata/que moꝛti eterne se vi
dens adiudicatā/merito tristatur ⁊ gemit. Sap.v. Intra se
penitētiam agentes/et pꝛe angustia spiritus gementes.⁊c.
Uidentes turbabūtur. ⁊c. Uide infra libꝛo quartodecimo
capitulo.lxiij.§.viij.

Capitulum.lxxxij.de nautilis.

Nautilus seu nautilos/⁊ ſm alios pompilos/ſm
Plinium lib.ix.c.xxix. est monstrum marinum/
inter pꝛecipua miracula: qđ scilꝫ Pli. ibidem di
cit esse de genere polypoꝛū. Ubi enim alicubi ꝑ
equoꝛa nauigare voluerit/ totā aquā per fistulas
de coꝛpoꝛe euomit: ⁊ cū vacuatꝰ fuerit/ duo pꝛima bꝛachia
sursum retoꝛquens/ mēbꝛanam mire tenuitatis / quā inter
alas habet/loco veli sursum ad auras extendit: cū alijs au
tem pedibus per mare natat: cum cauda vero media loco
gubernaculi sese regit:et sic per mare velificat atq̄ꝫ transit.
Si vero causam timēdi inueniat/statim hausta aq̄ vt ma-
gis ponderet/vela sua deponit/⁊ in equoꝛa se īmergit. Sic
vere quando homo de nullo dubitat neq̄ꝫ timet : tunc solet
ire per mūdum/appetere ⁊ velle ad mundi negocia ⁊ dele-
ctabilia nauigare: et ideo tunc solet aquā deuotionis/gra-
tie et compassionis euomere:et bꝛachia laboꝛum suoꝛū sur
sum ad auras mundani fauoꝛis extendere: ⁊ velum coꝛdis
sursum per inanem gloꝛiam erigere: ⁊ se ad omnē flatū dia
bolice tentationis exponere: et sic dimisso pondere timoꝛis
diuini/solet per seculum remigare:et tūc de negocio ad ne
gocium/de officio ad officium/de vitio ad vitium diuaga-
ri:sicut ad litteram videmus de superbis et vanigloꝛiosis:
de quibus Ezechiel.xxviij. Eleuatum est coꝛ tuum in roboꝛ
re tuo. Sed quid? Pꝛo certo cōtrarium est quando homo
est in aduersitate: ⁊ quādo est in tristitia ⁊ timoꝛe. tūc enim
solet velum superbie deponere / bꝛachia et amplexus affe-
ctuum suoꝛum ad seipsum recolligere/aquā deuotionis et
compūctionis bibere: et iterum in mare.i.in penitētie ama
ritudinem se mergere: ⁊ ad pꝛofundum humilitatis redire:
et sic se a periculo liberare. Et sic istud est verum ꝙ magis
(vt cōmuniter) pꝛoficit aduersitas q̄ꝫ pꝛosperitas: quia ho-
mo in aduersitate per timoꝛē retrahitur ⁊ saluat/qui in pꝛo
speritate per vanitatē erigitur et laxatur. Ideo bene dicit
Pꝛouerb.xv. Per timoꝛē dñi declinat oīs a malo. Uel ista
possunt dici econuerso de bonis. Isti enim volētes velifica
re per contēplationē ad eterna: debēt pꝛimo aquā mūdane
ꝓsperitatis ⁊ pctī de coꝛde ⁊ de affectiōe eijcere ꝑ cōtēptū
et abominationē: debēt bꝛachia amoꝛis ⁊ amplexꝰ sursum
ad deū ⁊ bona paradisi extendere ꝑ desideriū ⁊ affectionē:
debent velum coꝛdis ad flatū spiritussancti erigere ꝑ supe-
rioꝛum contēplationē: et sic pꝛocul dubio poterunt per ma-
re huius mūdi discurrere per bonam operationē: ⁊ ad poꝛ-

tum paradisi pertīgere p finalis glorie assecutionē. Eze.xj.
Eleuauerūt cherubin alas suas. Si vero tunc aliqs timor
peccati/vtpote inanis glorie sibi accidat/aquā amarā con=
tritionis bibat: ⁊ inferius in profundū mortis ⁊ maris infer
ni p cōsiderationē ⁊ timorē se deflectat/quousqꝫ tentatione
sedata: iterū ad cōtēplāda celestia reascēdat. psal. Si sūpse
ro pēnas meas diluculo: et habitauero in extremis maris.

Capitulum.lxxxiij.de orca.

Orca fm Plin. monstrū est maris: cuius imago nulla repsītatione exprimi potest: nisi ꝙ est quedā moles carnis immense magnitudinis. He belue balenas graui odio persequūtur: ⁊ dentibus truculētis irrūpunt in secreta earum/inuadūtqꝫ et fetātes grauidas/et fetus earum. Ille vero ꝓprio pondere presse/ad flexum inhabiles/et ad repugnandum inertes: nullū refugiū nouerunt/nisi in altū mare refugere: et se toto oceano defendere. Quib⁹ malitiose belue obuiantes/nituntur incautas occidere/aut in vada ꝯcludere/aut saxis illidere: sicut dicit idem naturalis historie. lib.ix.c.vj vbi dicit se vidisse orcam in portu hostiensi/ibiqꝫ a claudio principe cum militibus ⁊ nauigijs oppugnatā/⁊ captā. vbi etiā ait vnum e nauigijs a flatu belue submersum/et aqua oppletum. Ista possunt historialiter allegari/ꝙ nō est dare aliquē ita magnū/nec ita felicem/aut diuitē/quin aliquē habeat inimicū: qꝛ sicut dicit idem Pli. Rerū nature nihil esse placuit sine pari. Balena enim beluarū maxima orcā in mari inimicā inuenit/a cuius impetu vix euadit. ad denotādum ꝙ fortes solēt inimicos inuenire fortissimos/⁊ ꝙ sicut dicit Eccli.v. Excelso excelsior ali⁹ est. Et ꝙ fm Senecā: Miserrima est fortuna que inimico caret. Uel potest dici ꝙ natura naturās deus: etiā ipsis balenis maximis.i. mundi huius regibus/diuitib⁹ ⁊ tyrannis/orcam beluam crudelem scilꝫ mortē inimicū creauit. Cuius procul dubio imago est dissimilis omni rei et in potētia ⁊ i modo: qꝛ sicut dicit Job.xlj. Nō est potestas sup terram que comparetur ei. Ista enim istas beluas ⁊ magnas ⁊ paruulas/⁊ pauperes et diuitijs grauidas/et iuuenes ⁊ antiquas solet inuadere: et cōtra eas secrete ⁊ subito irrūpere: ⁊ eas in vada.i. in angustias seculi includere: ⁊ ipsas ibidē saxis sepulchri illidere ⁊ tenere: ⁊ qd plus est/ipsas facere vsqꝫ ad ꝓfunda maris inferni descēdere/ipasqꝫ ibidē occidere eternaliter ⁊ mordere. De istis ergo dr illud psal. ꝙ sicut oues in inferno positi sūt: mors depascet eos. Esa.xxvij. Uisitabit dn̄s sup leuiathan serpētē tortuosum/⁊ occidet cetū qui est in mari. Uel balena potest significare simplices/diuites/pigues diuitijs et pgnātes: nulla tamē mūdi malitia sagaces. Orca ꝓo significat malos balliuos/aduocatos ⁊ officiales/⁊ malitiosos tyrānos et pricipes/q scꝫ ꝓpter execrabilē vitā suā alijs sūt dissimiles ⁊ deformes: ⁊ more masse carnee viles/et insensibiles/⁊ carnales. Sap.ij. Grauis est nobis etiam ad vidēdū/qm̄ dissimilis est alijs vita ei⁹. Quid ergo? Isti mali graui odio persequūtur balenas.i. bonos simplices et inertes: et maxime quādo vidēt ad defendendū debiles et imbecilles: ⁊ ad fugam et timorē faciles ⁊ veloces. Tales enim solēt inuadere: ⁊ ipos in angustijs tribulationū et falsarum impositionū includere. Job.vij. Nūquid mare sum ego/aut cetus: qꝛ cōclusisti me carcere? Et carnes sue tēporalis substātie rapinis ⁊ exactionib⁹ deuorare: ⁊ eos ad mare pauptatis ⁊ miserie effugare. vnde Prouer.xxix. Uiri sanguinū oderūt simplicē. Sequit. Abominātur impij eos q in recta sunt via. Uel potest dici de diabolo/q simplices de nouo ad religionē vel ad penitētiā cōuersos solet tentationibus impetere: et nunc in angustias pauptatis: nūc in vada luxurie: nūc in saxa.i. in duritiā cordis ipsos impellere: ita ꝙ ipsi miserie inexptes/qui ad alta refugia orōnis ⁊ cōtēplatiōis nesciūt recurrere/qn̄qꝫ despatiōe fracti/ad ꝓfundū maris īferni seu peccati solēt recedere: vbi orca diabol⁹ eis finaliter obuians/solet eos in inferno deuorare crudeliter. Talibus ergo dicit illud Sopho.ij. Ue q habitatis funiculū maris/gens pditorū. Ut sic quilibet talis dicat diabolo illud Jone.ij. Proiecisti me in profundū in corde maris. Uel dic ꝙ simplices debent diabolū et pctm̄ ⁊ occasionē fugere: et ad ꝓfundū mar.i. ad amaritudinē ꝯsciētie secedere: ⁊ sic se toto oceano defendere. ⁊c̄. Uel dic ꝙ ocean⁹ est infernus/quē per cōsiderationem debemus intrare. ⁊c̄.

Capitulum.lxxxiiij.de ostreis.

Ostrea de genere conchyliorū sunt. sed supra de conchylijs ⁊ de cancris satis est dictū. Hoc solum attendēdū est qd Seneca dicit/ꝙ vt cōiter pisces testa inclusi nullū habēt sensum: etiā vt ait/ostrea nullos habent oculos. Sic vere illi q in testa dure obstinatiōis inclusi sunt: vt cōiter ocl'is discretionis: sensu etiā deuotiōis ⁊ cōpassionis priuant: ⁊ in oib⁹ que ad salutem ptinent hebetant. Uel si vis per testā intellige exterioris substantie tēporalis velamētum: ⁊ diuitiarū rude ⁊ improbū vestimētū/que q habēt/sunt insensibiles/⁊ ad bonū inhabiles ⁊ inertes. vn̄ isti sūt q dicūt illd Sap.v. Nos insensati vitā illoꝝ.i. bonoꝝ/estimabam⁹ insaniam.

Phagrus fm Isidoꝝ idem est qd dentex: qui fortissimos dētes habet: quib⁹ quassat ostreas/⁊ pisces innocuos. Uide supra de dentrice: ⁊ vide supra in generali.

Perca seu percis piscis est fluuialis/varij coloris/cursu velocissimus/spinis dorso armatus/quib⁹ horrens ab alijs piscib⁹ se defendit. ⁊c̄. Uide supra de lucio.

Capitulum.lxxxv.de pectine.

Pecten fm Pli.lib.ix.c.xxxiij. piscis est q in mari recondit/⁊ in magnis frigorib⁹/et in magnis feruorib⁹: aerē em̄ vult tēperatū piscis iste. Tales sunt multe simplices ⁊ fragiles psone/q indigent statu tēperato/q scilꝫ nō excedat nec in frigore aduersitatis/nec in feruore ꝓsperitatis: cito em̄ in aduersitate pereūt p impatientiā/⁊ in ꝓsperitate p supbiā et luxuriā. Utile est ergo talibus impfectis/ꝙ talib⁹ excessiuis tēporibus abscōdant/⁊ ꝙ occasiones fugiāt/vt saluentur. Bene ergo dicebat Salomon Prouerb.xxx. Nec diuitias nec mēdicitatē dederis mihi: ſꝫ victui necessaria. ⁊c̄.

¶ Pectines fm Pli. lib.ix.c.xxxiij. sunt pisces de genere cancroꝝ/qui p summa equora velificāt/saliūtqꝫ/⁊ extra volitant. Isti igit tam hyeme qꝫ estate profundis maribus se abscondūt: ⁊ magnos estus ⁊ frigora fugiūt ⁊ dimittūt. Tales vident esse supbi: qꝛ scilꝫ isti solent discurrere/volare/et saltare: ⁊ se in mūdi lusibus delectare. Isti ergo nō volunt estus aut frigora sustinere: sed in tepore ⁊ refrigerio viuere et manere. Isti ergo videntur esse illi de quibus Job.xxj. Gaudent ad sonitum organi/ducunt in bonis dies suos: ⁊ in puncto ad inferna descendunt.

Capitulum.lxxxvj.de pinna.

Pinna piscis est de genere concharū/corpus rotūdum habet. Mas ⁊ femina socialiter ambulant. Hec ad lunam se aperiens/paruis piscib⁹ quasi mortuā se exponit/qui ꝓtinus assultātes cōculas eius intrāt/que vbi se plenā pisciculis senserit/subito se claudit: ⁊ apprehēsum quicqd intrauerat retinet ⁊ cōsumit/cōiugiqꝫ suo diuidit ⁊ exponit: sicut dicit in libro de natura rerū: sicut etiā dicit Pli.lib.ix.c.xlij. Ista possunt allegari de bono cōiugali. Constat em̄ ꝙ cōiuges socialiter debēt viuere: ⁊ illud qd vnus acqrit/debet alij cōdiuidere: et oīa alter alteri cōicare et distribuere. Qd etiā de bonis religiosis ⁊ de bonis socijs debet esse verū. Exēplo Dauid: q predā amalechitaꝝ socijs suis equaliter distribuit: ⁊ eā eque psentib⁹ et remanētib⁹ ad sarcinas dispēsauit: sicut dicit.j. Reg.xxx. vnde Act.iij. Erant eis oīa cōmunia: ⁊ diuidebat vnicuiqꝫ ꝓut op⁹ erat. Uel ista possunt dici cōtra fallaces ⁊ ꝓditores/qui scilꝫ simplicib⁹ sub specie boni solēt se ⁊ secreta sua aperire/se eis offerre ⁊ exponere: et p falsas ꝓmissiones/familiares adiutores et amicos se supficialiter exhibere. Qd totū faciūt/vt alij cōcepta in ipsis fiducia/possint societatē et familiaritatē eoꝝ intrare: vt p obligatiōes ⁊ falsos cōtractus/istos possint retinere/⁊ carnes sue hereditatis ⁊ substātie deuorare: sicut ad litterā videmus de vsurarijs/⁊ aduocatis/⁊ alijs fallacib⁹ adulatoribus et amicis. Qd etiam de malis mulieribus videmus/que ad hoc se fauorabiles ostendūt: et se ⁊ sua in principio exponūt/vt fatuos attrahant/et spiritualiter occidāt. Exēplo Dalile: que Sansoni se exposuit et aperuit/⁊ sic eū pdidit et decepit. Nā breuiter hoc est verū ꝙ si qs ad tales deceptores ⁊ deceptrices itrauerit/⁊ se eis ꝯmiserit/ita ab ipsis illiciet ⁊ irretiet ꝙ cū voluerit non exibit. Prouerb.ij.

Omnes qui ingrediũtur ad eam/non reuertentur/nec ap-
prehendent semitas vite. Usurarij etiam postq̃ pauperes
incluserint: et in suis contractibus inuoluerint/ claudunt
se/eis nihil amplius dando: ⁊ deuorant eos exheredando:
dicentes scilicet illud Matthei.v. Amen dico tibi: nõ exi-
bis inde/donec reddas nouissimum quadrantem. Uel ge-
neraliter ista possunt dici de diabolica tentatione. Diabo-
lus enim in principio late se aperit et exponit/et viam la-
tam diuersorũ delectabilium vniuersis ostẽdit. Cum vero
quis intrauerit/ipsum per mẽtis obstinationẽ/et per malã
cõsuetudinem taliter retinet ⁊ includit/ꝙ viam exeundi ꝑ
penitẽtiam sibi tollit: ⁊ ipm tãdem in inferno deuorat ⁊ cõ
sumit. Figura de Jahele Judicũ.iiij. que Sisare ostiũ ape
ruit: et cũ ad intrãdum inuitauit: ⁊ ei lac vt dormiret propi
nauit/quẽ sibi retinuit et occidit. Sic diabolus/mala mu-
lier/vel vsurarius.⁊c̃. Allega vt supra: ⁊ vide figurã de Ja
hele expositam libro de animalibus titu. de aranea.

Capitulum.lxxxvij. de porco marino.

1 PORcus marinus seu suillus/sicut dicit liber re
rũ/est piscis in magna parte porco similis: ha
bet enim carnes pingues/⁊ linguã absolutã/ vt
porcus: sed voce differũt. Hic etiam more por-
ci in fundo maris fodiendo arenam/cibũ que-
rit. Sic vere carnales ⁊ deliciosi porco sunt similes per vili
tatem: sicut porcus sunt pingues per carnalitatẽ. Linguã
habẽt vt porcus per immũdam loquacitatẽ/et in terre are
na.i. bonis terrenis querunt cibum diuitiarũ vt porcus per
auaritiã et cupiditatẽ: et hoc in ꝓfundo maris peccati per
omnimodã iniquitatẽ. Matth.xxv. Abiens fodit in terrã/
2 et abscondit talentum. ¶ Porcus marinus ẽm Pli. habet
spinas venenosas in dorso/quarũ punctura valde cruciat:
sed fel illius remediũ est. Sic vere contra puncturas detra
ctorum ⁊ iniuriantiũ iracũdorum/ remedium est ad patiẽ-
tiam fel tristitie/quã in corde primo sustinent ipsi mali: pa-
tientius enĩ fertur huiusmodi punctura/quãdo homo cogi
tat ꝙ ipsi primo dolore felleo cruciant̃. vñ et Seneca dicit
ꝙ huiusmodi dolori remedium est patientia.

Capitulum.lxxxviij. de pungitiuo.

1 PUngitiuus est omniũ pisciũ minimus/habens
pungentes pinnulas/ ꝓpter quas dicit̃ pungi-
tiuus. Est enĩ piscis quibusdã maculis varia-
tus. Istũ piscem vulgus sine coitu nasci dicit:
⁊ qđ plus est/ matrẽ aliorum piscium ipsum vo
cat. Dicũt em̃ ꝙ si stagnum nouiter fiat/ vbi nulli ponãtur
pisces/ꝙ primo anno ibi pũgitiui inueniẽtur: ⁊ secũdo an-
no multorũ piscium genera ex ipsis propagabunt̃. Charis
simi piscis iste significat Christũ/qui ꝓcul dubio minim⁹
fuit in incarnatione per humilitatẽ/dicens illud psal. Ego
autẽ sum vermis/⁊ nõ homo: opprobrium hoĩm/ ⁊ abiectio
plebis. Pungitiuus vero erit in iudicio ꝑ seueritatẽ: quãdo
scilꝫ sicut dicit̃ Apoca.j. In ore habebit gladiũ bis acutũ.
Quid ergo? Iste sine coitu virilis seminis fuit cõceptus:
et in stagno nouo vteri virginalis vel noue sponse ecclesie
fuit nat⁹. Et qđ plus est/ iste mater alioꝝ dicit̃/pro eo ꝙ ce-
tus fidelium ab ipso fuit in ecclesia propagat⁹. Cõstat em̃
ꝙ Christ⁹ sine semine natus fuit: et ꝙ in stagno nouo eccle
sie fideles genuit ⁊ cõcepit: dicens illud Esa.lxvj. Nunq̇d
ego qui alios parere facio/ipse nõ pariam? dicit dñs. quasi
dicat/sic. Uel dic ꝙ pungitiuus est vir humilis/qui in reli-
gione proprio motu sine coitu laboris alterius nascit̃ ⁊ cõ-
uertitur/ a quo postmodum multi alij in fide ⁊ moribus ge
nerantur. vnde apostol⁹. Filioli mei quos iterum parturio/
donec formetur in vobis Christus.

Capitulum.lxxxix. de purpuris.

1 PUrpure sicut dicit̃ in libro de natura rerũ/ con
che sunt/ que colorẽ purpureũ ⁊ roseum saliuã-
do emittũt. Iste autẽ infra annum totã magni
tudinem suã cõplent: et si amplius creuerint:
nihil ad colorem emittendũ amplius valent: ⁊
ideo teste eis frangũtur/ne plus debito crescãt. Charissimi
iste cõche possunt significare predicatores et doctores/qui
de ore solent saliuare illum preciosum liquorẽ sapientie et
doctrine/quo peccator per verecũdiam purpurat̃: ⁊ quo iu-
stus per honestam apparentiã colorat̃. Sed quid? Procul
dubio ad hoc vnum est necessariũ: ne. s. nimis crescãt i diui
tijs ⁊ delicijs et honoribus huius mũdi. Sicut enim vide-
mus ad oculum/ quãdo aliquis in tẽporalibus augmenta
tur: in saliuãdo ⁊ purpurãdo.i. docẽdo ⁊ predicãdo impedi-
tur. Et ideo dñs aplis ⁊ sanctis predicatorib⁹/testã corpo-
ris ⁊ tẽporalis substantie per tribulationes fregit/⁊ eos ab
huiusmodi cremento impediuit: ⁊ sic ipsos ad predictũ offi
cium habiles reddidit ⁊ effecit. Uidemus em̃ ad litterã de
istis mẽdicantibus/ꝙ dũ sunt in suo debito cõplemẽto/do
cent/predicant/et per deuotionẽ ⁊ orationẽ saliuant. Si ve
ro per diuitias et prelaturas creuerint/ statim hec oĩa sibi
cessant. Igitur vtile est ꝙ deus hoĩes ⁊ deuotos ⁊ doctos a
talibus cremẽtis impediat: et ꝙ per tribulationes ipos ali
quotiens frangat: vt sic eos per orationẽ et per doctrinam
saliuare doceat ⁊ instruat. vnde Eccli.xxxiij. Operatur in
disciplina/⁊ querit requiescere: laxa manus illi/⁊ querit li-
2 bertatem. ¶ Purpure cõche marine si in aqua dulci ponã
tur/necãtur: semineces vero mari reddite reuiuiscũt: vt di-
cit Pli. lib.ix. c.xxxvij. Sic vere est de multis religiosis/te-
steis/duris et grossis ⁊ vilibus pannis more cõcharum in-
dutis/qui scilꝫ in mari religionis et penitẽtie viuũt per gra
tiam et deuotionẽ: inde vero ad aquas dulces consolatio-
nis mũdane extracti: et mũdi negocijs implicati/faciliter
moriunt̃ ꝑ gratie amissionẽ: qui dato tñ ꝙ sint semineces.i.
dato ꝙ aĩa sit iam mortua ꝑ peccatũ: ⁊ nõ restet nisi ꝙ cor-
pus moriat̃: hoc est dictu ꝙ sint in peccato: dum tamẽ ad-
huc viuant in humanis/si mari penitẽtie restituant̃/semꝑ
viuificãtur per gratiã et sanantur. Sap.xiiij. Transeuntes
mare per ratem liberati sunt. psal. In via tua viuifica me.
3 ¶ Secundũ Pli. ibidẽ/purpure cõche capte possunt extra
mare quinquaginta diebus viuere sola sua propria saliua.
Iste autẽ malis odoribus faciliter solẽt mori. Charissimi
saliua que de ore emittitur/significat orationẽ. Uel saliua
ista que est lachryma purpurea/significat verecũdiam/cõ-
punctionẽ/et lachrymationẽ. Justi igitur sunt iste purpure
quibus sua propria lachrymatio/saliuatio ⁊ oratio/est spi-
ritualis vita: iuxta illđ psal. Fuerũt mihi lachryme mee pa
nes die ac nocte. Justi em̃ in vita/sua tali saliua/dũ sũt ca
pti in corpore/possunt diu spũaliter viuere: ⁊ vsq̃ ad q̇nqua
gesimũ diem.i. vsq̃ ad iubileũ eterne requiei perseuerare:
4 dum tamẽ a fetore peccati/qui iustos occidit/sciant legiti-
me precauere. ¶ Purpura ẽm Pli. vbi supra/linguã habet
magnitudine digitali: ita acutam ⁊ durã/ꝙ reliqua cõchy-
lia ꝑforando pascitur. sub lingua autẽ est illa vena vnde li-
quor preciosus euomitur. Talis est predicator: q̃ scilꝫ lin-
gua eius et loquutio debet esse seuera ⁊ dura/ ⁊ ad penetrã
dum duros ⁊ obstinatos acuta. Uena autem saliue.i. bone
doctrine ibi debet latere/qua scilꝫ predicando possit ꝑ vir-
tutes alios purpurare. Canti.v. Mel ⁊ lac sub lingua tua.
Uel dic ꝙ talis est detractor: cuius lingua est acuta et du-
ra/et eius saliua.i. eius locutio carnalis ⁊ rubea. psal. Lin-
gua eius gladius acutus.

Capitulum.xc. de pauo marino.

1 PAuus piscis ẽ ẽm Isidoꝝ a pauone aue sic di-
ctus: eo ꝙ ei sit similis in colore: dorso em̃ ⁊ col-
lo simili colore pictus est. Tales sunt sancti: qui
Christo pauoni volucri celesti fuerũt in morib⁹
cõformati: iuxta illud Matth.v. Estote ꝑfecti
sicut et pater vester perfect⁹ est. In collo em̃ eorum.i. in spe
sursum erecta: in dorso etiam illorũ.i. in patientia omnibus
obiecta/colores virtutum et perfectionũ apparuerunt/qui-
bus ipsi sancti coram deo et hominib⁹ reluxerunt. Eze.xvj.
Sumpsisti vestimenta tua multicoloria.

Capitulum.xcj. de perna generis cõcharum.

1 PErna ẽm Andelinũ est qđ inter cõchas nasci-
tur/ostreorum more/ et inter conchas vescitur/
vellere nobilissimo/ fuluo nimis et rutilo: vnde
conficiuntur preciose vestes/ scilꝫ pepla et orna
menta tam virorum q̃ꝫ mulierũ. Charissimi cõ-
che/quarũ vestis est testa dura/deformis et hispida/potest
significare religiosos/q̇ in colore habit⁹ debẽt eẽ humiles
et deformes. Perne ṽo possunt significare q̇sdã dissolutos
⁊ curiosos/q̇ scꝫ ĩter cõchas.i. ĩter alios religiosos de bonis
ecclesie viuẽtes: nõ eisdẽ in habitu conformãtur: sed precio

sis vestibus: et in colore et precio statũ suũ dedecentibus/ ab ipsis diuersificãtur: et lana fului coloris multotiens induũtur: ita ꝙ iam nõ pisces/ sed bestie: iam nõ religiosi/ sed milites esse videtur. Unde Ber. in psona talium dicebat. Habitus noster (qđ dolens dico) nõ est hodie humilitatis/ sed vanitatis. Miles eñ ꝛ monachus sibi de eodem pãno chlamydem ꝛ cucullam partiunť. Uel dic ꝙ inter cõchas .i. inter duros ꝛ testeos peccatores inueniũtur quãdoqꝫ alii qui seculares singulariter boni/ qui velleribus virtutũ interius: et velleribus diuitiarũ exterius sunt induti: et fulgore honeste apparentie variati. Psal. Astitit regina a dextris tuis/ in vestitu deaurato. Uel si vis vide supra in littera. A. de vellere aureo pisce/ et expone sicut ibi.

Capitulum. xcij. de physetere.

1 Piscis ingens est quẽ ẽm Solinũ indi nominãt physeterẽ: et vt dicit Pli. est in illa parte oceani/ que galliã respicit. Et est piscis tãte altitudinis: vt extollens se sup fluctus/ ingentis colũne similitudinẽ proferat/ altiorqꝫ nautũ velis diluuium aquarũ euomit et eructat: ita vt stupefaciat fluctuantes. Pli. autẽ lib. ix. ipm vocat physetera. Istud vidi applicatum ad beatum Augustinũ ꝛ alios excellẽtes doctores. Isti eñ ecclesie colũne et fortissime fuerũt/ intm̃ ꝙ vela in mari fluctuãtiũ nauium. i. alta ingenia philosophoꝝ ꝛ mũdi sapiẽtium precelluerũt: et ideo fluctus doctrine ꝛ sciẽtie tantos ad irrigãdum ecclesiam emiserũt/ ꝙ fluctuãtes philosophos paganos ꝛ hereticos i stuporẽ ꝛ miraculũ cõuerterũt. psal. Eleuauerũt flumina vocẽ suam: eleuauerũt flumina fluctus suos. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dñs. Uel si vis ista possunt dici de altis mũdi diuitibus/ officialibus/ ꝛ presidibus/ qui q̃muis a natura sint pisces. i. de humili plebe: ita ꝙ in mari amaritudinis et laboris naturaliter in basso statu debeãt currere: ipsi tamen hodie per supbiam erigũtur: et fauente fortuna intantũ extolluntur: ꝙ etiam ipsis altis velis. i. ipsis nobilibus et pricipibus in honorib⁹ adequanť: ita ꝙ iam isti esse colũne patrie videnť. Numeri. xvj. Multũ erigimini filij Leui. Et quod plus est/ ab istis tot fluctus tribulationũ/ cominationũ ꝛ iniuriarum/ pomparũ et iactantiarũ/ sup alios emittuntur/ ꝙ non mirum si isti a cunctis nauigãtibus. i. a cunctis simpliciter viuẽtibus timeãtur. Matth. xiiij. Nauicula in medio mari iactabať magnis fluctibus. Uel dic ꝙ iste piscis significat diabolũ/ qui cõtra naues. i. contra iustos per supbiam erigitur: et sicut columna contra ipsos taliter confirmať: ꝙ fluctibus tribulationũ ꝛ tentationum ipsos submergere in profundum peccatorũ molitur: propter qđ iusti non immerito cõturbãtur. Uel iste significat quẽlibet virum iustum/ qui per cõtemplationẽ sursum erigitur: et sicut colũna per constãtiam firmatur: ꝛ fluctus orationis predicatiõis ꝛ deuotionis de ore eructat/ quib⁹ ipsos mũdi nauigatores demones stupefacit ꝛ turbat. Esa. xlj. Aperiã in sup̃mis montib⁹ flumina. ꝛ Ioã. vij. Flumina de vẽtre ei⁹ fluẽt aq̃ viue.

Caplm. xciij. de platanistis ꝛ quibusdã vermib⁹ quos alij stachios/ alij stacias/ Albert⁹ autẽ facias appellat: q̃uis Pli. quẽ allegat/ nullũ eis nomẽ tribuat.

1 Platanistę ẽm Pli. li. ix. c. xv. belue sunt in Gange fluuio Indie/ rostrũ habẽtes vt delphini: et caudam habẽtes quindecim cubitorũ. His socie sunt belue quas stachios vocãt/ brachijs binis: quib⁹ tantas vires esse dicũt/ vt elephãtes ad potum veniẽtes/ morsibus infestẽt: ꝛ eorũ promuscidas abstrahant atqꝫ rumpãt. Sic vere in flumine deliciarũ huius mũdi latẽt platanistę. i. diaboli ꝛ stachij. i. mali tyranni eorum socij/ a quibus pcul dubio elephantes. i. iusti diuersimode grauãtur: ꝛ per tentationes ꝛ tribulatiões multipliciter infestãtur. Prouer. xxviij. Uiri sanguinũ oderunt simplicem. Uel potest dici de auaris/ qui in flumine deliciarũ et diuitiarũ manẽtes/ q̃uis ad supfluitatem habeãt: tamẽ dolent quãdo alij eis cõmunicant et participãt: et quando aliqđ de aqua sui fluminis elephãtes. i. pauperes secũ portant/ q̃uis sue diuitie pluribus sufficerẽt et valerent. Quod etiam de inuidis videmus/ qui flumina. i. bona cõmunia sibi volunt appropriare: et alios solẽt inuadere et molestare/ si ipsos viderint approximare: vt sic soli tãqꝫ dñi possint gloriari in cõmunib⁹ ꝛ gaudere. Ista maxime patẽt in monasterijs ꝛ collegijs: et etiam in cõmunitatibus villarum/ in quib⁹ semp est inuenire aliquas magnas beluas que se reputant dños. Et ideo intrare volẽtes in eorũ collegiũ et cõgregationem: vel de aquis suorum beneficiorũ auctoritate aplica/ vel alias/ iuste aliqd assumere volẽtes/ mordẽt atrociter et impugnãt. Contra quos dicit Eze. xxix. Ecce ego ad te draco magne/ qui cubas in medio fluminũ tuorum/ ꝛ dicis: meus est fluuius/ ꝛ ego feci meipsum.

Capitulum. xciiij. de polypo. i. pulpo.

1 Polypus ẽm Isidorũ lib. xiij. idem est qđ multipes. Et est piscis quasi de similitudine sepiarũ: habet eñ multos pedes/ scilꝫ octo/ quos habet squamosos et porosos: et inde est ꝙ scopulis et lapidibus/ supinus et auersus fortiter adheret: ita ꝙ exinde vix amoueť/ nisi cũ aliquis fetidus odor ipsi⁹ naribus applicať: sicut etiam dicit Pli. lib. ix. c. xxix. Tales sunt mundi diuites: q2 pro certo isti pedes affectuũ et desideriorum multiplices habent/ quibus pro certo lapidib⁹ ꝛ scopulis. i. reb⁹ insensibilib⁹ nimis herẽt. Et ideo isti auersi dicũtur herere: quia pro certo cõuertendo se ad diligẽdum mundi bona/ necessario a deo se auertũt. Nullus enim ad vnum extremũ cõuertitur/ quin a reliquo se auertat. ꝛ istud est totum peccatũ qđ est in adhesione et dilectiõe terrenorum: quia scilicet ibi auertiť mens a bono incõmutabili/ et cõuertitur ad bonum cõmutabile. Prouer. j. Auersio paruulorũ interficiet eos. Sola eñ ista auersio peccatũ est. iij. Reg. xj. Irat⁹ est dñs Salomoni: eo ꝙ auersa esset mẽs ei⁹ a dño. Quid vltra? Procul dubio planum est ꝙ isti ab ista adhesione et a terrenorũ dilectione nequeunt separari. Et ideo piscator deus odorem fetidum/ scilꝫ mortẽ eorum naribus applicabit: et sic istos ab istis scopulis separabit. Uel per lapides intellige nepotes insensibiles ꝛ ignorãtes prelatorum: quibus per nimiũ affectum adherent: intãtum ꝙ a deo propter hos se auertũt. Allega sicut supra. c. lviij. de kylione. Uel dic ꝙ dato ꝙ aliq̃s sit a deo auersus: ꝛ scopulis bonorum terrenorũ ꝛ honorum adherens ꝛ conuersus: ita ꝙ per aliquẽ predicatorẽ nequeat separari: si tamẽ appliceť ei res fetida/ scilꝫ mors et corruptibilis carnis ꝛ mortis cõsideratio/ separabitur/ ꝛ ad deum cõuertetur. Amos iiij. Ascẽdere feci putredinem castrorũ vestrorum in nares vestras. ¶ Polypus quicquid pedibus apprehẽdit/ faciliter voluit: ꝛ habet brachia fortissima: intãtum ꝙ si hominẽ incaute sup nauem stantem viderit: si brachijs ad collum eius iactis apprehendit/ ipsum faciliter detrahit/ ꝛ submergit: nec ipsum dimittit donec velut gladio brachia sibi sciderit. Unde etiã Pli. lib. ix. c. xxx. ait ꝙ negant vllum atrocius esse animal ad cõficiẽdum hominẽ in aqua. Talis est diabolus: quia pro certo iste tante est potestatis/ ꝙ faciliter voluit ad malũ/ ꝛ de bono proposito diuellit omnẽ hominẽ cui se applicauerit ad tentãdum: nisi sit dñs qui defendat. Non est enim potestas sup terrã que cõpareť ei: sicut dicit Job. xlj. Iste eñ fortissima habet brachia/ quib⁹ scꝫ hoies amplexať. Et ista pcul dubio nihil aliud sunt q̃ʒ male suggestiones/ blãde delectationes/ fallaces inductiones/ ꝛ fortes tẽtationes. Si quis eñ incaute de naui ecclesie vel religionis/ vel de statu gratie ad mare mũdi ꝛ ad bona tẽporalia descẽdens/ brachijs istis ab isto insidiatore amplexatus fuerit: nisi cito ipsa a se absciderit/ cito p malum cõsensum ad peccatũ traheť: et p mala opera in pfundũ vitiorũ trãsibit/ ꝛ tandẽ ab eo in inferno deuorabiť/ ꝛ peribit. psal. Insidiať vt rapiat pauperẽ/ rapere pauperẽ dũ attrahit eũ. Uel dic ꝙ polypus est mala mulier/ que ad votum ducit ꝛ voluit hoiem cui adhesit. Illũ eni quẽ predictis brachijs vel etiam corporalib⁹ amplexib⁹ et applausib⁹ amplexata fuerit/ solet taliter detinere/ ꝙ a statu diuine gr̃e et mũdani honoris ipsum solet detrahere ꝛ mouere/ et in mari peccati vel etiã in amaritudine pauptatis ipm submergere vel necare: ꝛ carnes sue tẽporalis substãtie totaliter deuorare: nisi forte a principio homo prompt⁹ fuerit ipsam a se reijcere/ et truncare. et sic dicitur Eccl's. vij. Inueni mulierem morte amariorẽ/ que laqueus venatorum est: et sagena cor eius/ vincula sunt manus eius. Et ideo bene consuliť Eccli. xxv. vbi de mala muliere diciť. A carnib⁹ tuis abscide

3 illam/ne te abutatur. ¶ Polypus quādo natat/semꝑ obli-
quus incedit/ et habet caudā bifurcatam/cū quadā fistula
in dorso/ quā quandoq; ad dexterā/ quādoq; ad sinistrā mo
uet/ quādo natat. Sic sunt fallaces ⁊ ꝓditores: obliq̄ enim
et nō recte incedūt in actibus suis: cauda em̄ sue intentio-
nis ⁊ finis bifurcata est: quia scilz vnum ꝑtēdūt apparen
ter/ ⁊ aliud intendūt latēter. Fistulā etiā habent: quia scʒ fi-
stula dulciū verborum et attrahentiū in talib⁹ semꝑ viget.
Fistulā ergo blandorū verborum et attrahētium solent di-
uersimode vertere ⁊ flectere/ et nūc ad partē dexterā appa-
renter/ nunc ad sinistrā latēter mutare: vt sic nunc vnū/ nūc
aliud fingēdo/ possint ad executionē intenti operis trāsna-
tare. vt sic de falso et malitioso hoīe intelligat̄ illḋ Eccli.j.
Girat ad meridiē/ ⁊ flectit̄ ad aquilonē/ lustrans vniuersa/
4 in circuitu pergit. ¶ Polypus caput habet durissimū/ ꝺm
Pli.lib.ix.c.xxix. Inq̄t em̄ q̄ polypi natant obliqui ī caput
qḋ ꝑdurū est. Carnes etiā cum senuerit habet duras: ita
q̄ quādo comeditur/ necesse est q̄ carnes eius vt teneriores
fiant/ fortiter verberētur. Sic vere mali ⁊ obstinati ita sunt
in capite mētis in suis vitijs indurati/ q̄ nunq̄ ad deū pos
sunt dirigi vel cōuerti/ nec ꝑ spiritualē comestionem ⁊ pre-
dicationē in corpus suū mysticū cōmutari/ nisi a deo ꝑ tri-
bulationē/ vł a prelato per correctionē fuerint verberati: q̄ꝛ
5 sicut dicit̄ Esa.xxviij. Vexatio dat intellectū. ¶ Polypus
carnibus cancrorū ⁊ concharum vescitur: ⁊ in cauerna vbi
iacet/ de ipsis aggregat: ⁊ quicq̄d potest/ ad suū cubile cō-
portat: et ideo locus eius per tales cōchas deprehēditur:
quādo earū multitudo mortua alicubi reperit̄. Dicit tamē
Aristo. q̄ quādo quicquid in ipsis idoneū est comederit: te
stas extra cauernā eijcit: et cū ipsis pisciculos venat̄/ ⁊ eos
deuorat ⁊ cōsumit: sicut etiā dicit Pli. vbi supra. Ista pos-
sūt dici ꝯtra auaros/ vsurarios/ ⁊ raptores: q̄ꝛ ꝓ certo isti cā
cros et cōchas.i.paupes ⁊ simplices depdant̄: ⁊ ipsoꝝ car
nibus.i.eorum tēporalibus substātijs satiātur: et cauernas
suas ⁊ domos inde replentes/ sibiipsis de ipsis bonis eorū
lectum.i.quietem ⁊ solatiū operātur. Naū.ij. Leo cepit suf-
ficienter catulis suis/ ⁊ mactauit leenis suis/ et ipleuit pre-
da spelūcas suas/ ⁊ cubile suum rapina. Si igitur vis scire
vbi est cauerna polypi: vide vbi inuenies testas cōchylio-
rum.i.bona ⁊ possessiones pauperū aggregatas: sic em̄ co-
gnosces q̄ illa est domus talium tyrānorū: ita q̄ poteris di
cere illud Job.xviij. Hec sunt ergo tabernacula iniqui: et
iste locus eius qui ignorat deū. Quid ergo? Pro certo illi
illud qḋ sibi melius est/ retinēt: illḋ vero qḋ nihil valet/ scʒ
bladum ⁊ vinū corruptū/ pisciculis.i.pauperib⁹ sub specie
mutui eijciunt: et sic eos sibi obligātes/ ipsos tandem deci
piunt/ capiūt/ ⁊ cōsumunt. Patet ad sensum: q̄ꝛ isti bonū vi
num ⁊ bladū nolūt mutuo dare: sed potius retinere vel vē
dere: illud vero qḋ nihil valet/ mutuo dant/ ⁊ cū illo paupe
res capiūt/ exheredāt/ atq; grauāt. Unde isti sunt qui dicūt
Amos.viij. Possideamus in argēto iustum/ ⁊ pauperē pro
6 calciamētis: et quisquilias frumenti vendamus. ¶ Poly-
pus solus inter pisces molles in siccū exit/ vt dicit liber re-
rum. Est em̄ polypus piscis extra aquā diu viuēs/ et quan-
doq; ꝓ pastu de aqua ad siccum transiens: et multis mali-
tijs et ingenijs cibum querens: sicut de quodā exēplificat
Pli.lib.ix.c.xxx. q̄ ꝑ arborē vltra sepē noctu trāsibat/ ⁊ pisca
torum cibaria comedebat/ qui tandē a canib⁹ deprehēsus/
vix tridētibus est cōfossus: cuius scʒ tāta erat magnitudo/
q̄ caput ad similitudinē dolij habebat: ita q̄ amphoras q̄n
decim capiebat. Ego etiā semel audiui narrari q̄ piscato-
res in mari prouicie in littore suꝑ carbones locustas deco
qui posuerāt: et cum circa ignē dormirent: ecce vnus poly-
pus odore locuste tractus de mari exit: et ad ignē veniens:
et cum pede locustā accipere volēs: sed calorē ignis timēs
ad mare redijt/ ⁊ quādā tunicā quā loco caputij habet suꝑ
caput/ aqua implēs/ totiēs eūdo ⁊ redeūdo suꝑ ignē proie-
cit/ q̄ ip̄m extinxit: ⁊ sic locustā accipiēs secū ad mare detu
lisset/ nisi vnus de piscatorib⁹ qui hoc videbat/ ip̄m accepis
set: et loco locuste suꝑ carbones comedendū posuisset. Ista
possunt allegari de balliuis/ vsurarijs/ et demonib⁹. Balli-
ui em̄ et officiales/ qui naturaliter appetūt locustas.i.pau-
peres deuorare: quādo cōsiderāt q̄ aliqua locusta.i.aliquis
subditus a piscatoribus.i.a maiorib⁹ ꝑncipibus ponit̄ suꝑ
carbones: vt comedat̄.i.impetit̄ et tribulatur suꝑ aliquib⁹
impositis vt ad emēdam trahatur: tunc procul dubio vt et
ipsi deuorent partē suam/ solēt aquā amarā.i.accusationes
cōtra ipsum afferre/ vt sic possint istam locustā miserā.i.istū
pauperē in igne tribulationū positū deuorare. Sed q̄d: pro
certo sepe diuino iudicio fit q̄ ipsi piscatores scʒ prelati vel
principes istorum polyporū vel balliuoꝝ malitias aduertē
tes/ ī ipsos aīaduertūt: ⁊ eos suꝑ carbones desolatorios cū
ipsis quos deuorare voluerāt/ ponūt: ipsosq; reddere ratio-
nem faciētes/ cū non possint/ depauperant ⁊ cōsumūt: ⁊ sic
fit q̄ qui minores deuorare voluerāt/ maiorib⁹ prede cedūt
Esa.xxxiij. Ve qui predaris. nōne ⁊ ip̄e predaberis? Vel dic
q̄ tales balliui quādoq; dum taliū tribulatorū ignē ⁊ mise-
riam ꝑ excusatiōes ⁊ patrocinia extinguere volūt/ vt sic lu-
crum ⁊ emolumentum reportēt/ sepe fit q̄ piscatores.i.eoꝝ
magistri/ dum hoc percipiūt/ in tribulatiōe cū alijs eos po
nunt: et sic dū alios iuuare voluerāt/ se occidūt: ⁊ dū lucra-
ri crediderāt/ magis perdunt. Vel dic q̄ polypus est vsura
rius/ qui vidēs locustas.i.pauperes suꝑ carbones.i.i arcto
pauꝑtatis vel tribulatiōis positos/ solet eis aquā amarā.i.
bona sua tēporalia/ scilz bladū/ vinū/ pecuniā/ de mari.i.de
propria domo tradere: ⁊ quasi miserādo ignem sue pauꝑta
tis et arsurā sue tribulationis ad tēpus extinguere/ vt ip̄os
tādem possit vsuris ⁊ exactionib⁹ deuorare. Piscator vero
deus ista cōsiderās/ istos polypos ꝑ mortē arripit/ et ipsos
coquēdos suꝑ carbones eterne tribulationis ponit: ⁊ sic lo-
custas.i.pauperes de eorū manib⁹ liberat ⁊ educit. tūc em̄
fit illud psal. scilicet q̄ sagitte potentis acute/ cū carbonib⁹
desolatorijs. Vel dic q̄ polypus est diabolus/ q̄ vidēs locu
stas.i.humiles ī igne pauꝑtatis vel charitatis decoqui/ cū
aqua voluptatis vel ꝓsperitatis quā immittit/ istū ignē ni-
7 titur extinguere: vt sic possit ip̄os ī inferis deuorare. ¶ Po
lypus cū sit aīal fallacissimū: ⁊ extra aquā diu viuens/ solet
se quādoq; mortuū fingere/ si forte opportunitate capta pos
sit euadere vel abire. Unde audiui q̄ semel in quadā villa
prouincie/ polypus qui videbat̄ mortuus/ fuit empt⁹ a quo
dam: cuius vxor ip̄m in pelui cū aqua ponēs decoquēdum
cum aliquātulum diuertisset: nō inuenit ī pelui/ que vndiq;
eū querēs nec inueniēs/ tādem sursum respexit: ⁊ suꝑ trabē
domus polypū vidit: qui sentiēs calorē aque/ ꝑ cathenam
qua peluis pēdebat/ sursum ascēderat: vnde ip̄m decoquē-
dum retraxit. Tales sunt in religiōe multi falsi et ficti: qui
pre malitia fingūt se mortuos.i.simplices/ humiles/ ⁊ deuo
tos. Verūtamen quādo vident opportunitatē/ bene sciūt su
per trabes dignitatū ascendere: et calefacti auaritia ꝓmo-
tiones suas ad alta officia ⁊ beneficia procurare. Et sic ve
rificatur illud Eccli.xix. Est qui nequiter se humiliat: ⁊ in-
teriora ei⁹ plena sunt dolo. Vel ista possunt dici de simpli-
cibus/ et de bonis actiuis/ qui vidētur esse mortui: inquātū
nihil videntur scire boni: sed pro certo quādo se vident esse
in calore tentationis/ et in periculo q̄ in perpetuo bullian-
tur solent sibi remediū querere: et alte per cōtēplationem
ascendere: et sic a tentationis periculo se saluare: iuxta illḋ
8 ad Colos.iij. Que sursum sunt sapite: nō que super terram.
¶ Polypus habet inimicitias cum karabo/ qḋ est mari-
num mōstrum/ et ip̄m non per potētiam: sed per malitiam
occidit ⁊ vincit. Et istud ex hoc probatū est: quia vbicunq;
in eodem reti capti inueniuntur/ semꝑ inuenitur karabus
mortuus/ vł letaliter vulneratus. malitiosus em̄ est piscis.
vnde etiam in vmbra saxorū se solet abscondere: et sic con-
tra pisces solet subito prosilire/ sicut dicit liber rerum. Ista
possunt dici de diabolo/ qui contra hominē preualet/ non ꝑ
potētiam/ sed per fraudes. Scit enim diabolus q̄ volūtas
que libera est: per potētiam non vincitur: ⁊ ideo sub vmbra
diuersarum palliationū et fictionum se occultās/ tentatio-
nes suas contra hominē machinatur: et dum nō aduertit/
in ipsum insiliens/ et eum fortiter per aliquā tentationē im
pugnans/ ipsum spiritualiter occidit/ vulnerat/ atq; vincit.
Vel ista possunt dici cōtra malitiosos/ qui multo fortiores
⁊ potētiores solent vincere: et de ipsis non per potentiam/
sed per malitiam triumphare. Vel etiam potest dici in bo-
no: quia iusti qui per potētiam de inimicis suis/ scilz diabo
lo carne ⁊ mundo preualere nequeūt: sepe tamē per sapien
tiam ipsos vincunt. Quod etiam generaliter de omnibus

prudētibus potest dici/qui maiores ꝑ prudētiam solētv in
cere/quos nequirent ꝑ potētiam superare. Sicut em̄ dicit
Eccl'is.ix. Dicebā ego meliorem sapientiā esse ꝙ̄ fortitudi-
9 nem. ¶ Polypi sicut dicit liber de natura reꝝ/vultibꝰ inui
cem cocunt: in hyeme ↄcipiūt/⁊ vere pariunt/⁊ femina vnū
ouum tātū ponit/in quo est innumerabilis multitudo ouo-
rum paruoꝝ/de quibus prolē infinitā deducunt. super oua
autē sua incubātes/ cācellatis inuicē brachijs quasi came
ram faciunt. Ista possunt dici de cōiugibus/q̇ per amorē
mutuum debent alteri altervultū vertere/⁊ se per amorem
amplexādo/oua.i.filios defendere ⁊ fouere. Uel potest dici
de p̄latis bonis/maribꝰ ⁊ femellis.i.superioribus ⁊ inferio-
ribus/q̇ se inuicem debēt amplecti ⁊ diligere/⁊ cōi assensu
oua.i.subditos temporaliter ⁊ spiritualiter gubernare. Uel
dic ꝙ polypus est pctōr/qui in hyeme tētationis/ouū mali
ꝓpositi concipit/ex quo in vere ꝓsperitatis/quando scʒ op-
portunitatē habuerit/ filioꝝ.i.malorum opeꝝ multitudinē
parit. de vno em̄ ouo multa ꝓles producitur/quādo ex vno
ouo.i. ex vno malo ꝓposito multitudo maloꝝ operum pro-
creatur. Esa.liiij. Multi filij deserte magis ꝙ̄ eius q̄ habʒ
virum. Uel dic ꝙ polypꝰ est diabolus/q̇ vnū ouum.i.vnum
hereticum vel peccatorē ꝓducit: qui tādem multū pestiferꝝ
semē gignit/⁊ multos alios pestiferos successores in eccle-
sia derelinq̇t: sicut fuit arrius ⁊ alij similes. Eccl'is.ix. Qui
10 in vno peccauerit/multa bona perdet. ¶ Polypꝰ mutat co
lorem ad similitudinē loci in quo est: sicut dicit Pli. lib. ix.
ca.xxix. Istud expone sicut de tharando vel chameleonte.
11 ¶ Item polypus insidiatur cōchis/quas si apertas vide-
rit/ lapillum inijcit ne claudāt/⁊ sic secure ipsarum carni-
bus satiatur: sicut dicit Pli.lib.ix.c.xxx. Idem autem dici-
tur de cancro/⁊ ideo vide ibi.§.j. vbi exponitur.

Capitulum.xcv. de rana.

1 RAna marina ſm Aristo. piscis est qui hʒ caput
spinosum: habet autem alas/ ⁊ sub oculis que-
dam cornua/quibꝰ turbat aquas: vt non vidē-
tes pisces rapiat: ipsaq; mouens/quasi ad ver-
miculos pisces allicit/ ⁊ accedētes propiꝰ ipsos
rapit/ſm Pliñ.lib.ix.c.xlij. Rana clamosa aduocatos ma
los designat. Isti em̄ caput intētionis habent spinosum ꝑ
intentū punctionū rapine ⁊ exactionis: alas habent scʒ su-
perbie ⁊ elationis: ⁊ sub oculis sue caute malitie ⁊ cauilla-
tionis habent cornua ꝓteruie et dure obstinationis. Quid
ergo: pro certo isti aquā negotioꝝ que habent pre manibꝰ
taliter turbant/⁊ suis malitijs inuoluunt ⁊ ligant/ ꝙ alij pi
sces scʒ simplices nihil ibi vident: et ideo sicut volūt ipsos
capiunt/decipiunt atq; fraudant. Istd̄ etiā de quibusdam
malitiosis potest dici/ qui scʒ ante oīa solent negotia turba
re/ne eoꝝ malitie possint apparere/vt sic possint ↄtra alios
preualere. Hiere.xxxj. Turbat mare: ⁊ consonāt fluctꝰ eius.
2 ¶ Teste Pli.lib.ix.c.lj. diuersa genera pisciū simul nō co-
eunt/preter squatinā ⁊ ranā: ex quibꝰ nascitur piscis parte
priori rane similis/qui Rhinobatus appellat/qui habens
duo cornua prominentia/turbat aquā vt pisciculos rapiat.
Sic vere licet nullū genus hoīm debeat alteri speciei.i.al-
teri mulieri se cōiungere: istud tñ fallit in rana ⁊ squatina.i.
in adulteris ⁊ luxuriosis/ qui scʒ fidē alter alteri non seruāt:
īmo cū alienis cohabitant/⁊ inde spurios ⁊ adulterinos fi-
lios generant/qui cū cornibꝰ superbie patriam totā turbāt/
ita ꝙ pisciculos.i.pauperes depopulant ⁊ deuastāt. Istud
patʒ de brodis seu spurijs qui in Gasconia et alijs multis
terris faciūt cuncta mala/quibꝰ indignanter loquitur scri-
ptura Esaie. lvij. Accedite huc filij auguratricis / semen
adultere ⁊ fornicarie. Uel dic ꝙ qñ mediante symonia ma-
lus prelatꝰ coniūgitur cū ecclesia vxore / que sua scʒ nō de-
beret esse vxor: sed potius aliena: tunc ibidē generant ⁊ ꝓ-
mouent ab eo multi mali/q̇ piscatores vocant per auaritiā:
alas habent ꝑ superbiam/cornua habent ꝑ proteruiam et
duritiam/⁊ sic turbant totū mare.i. totam patriā vel eccle-
siam per crudelitatem ⁊ discordiā/⁊ pisciculos.i.pauperes
decipiunt ꝑ fallacitatē ⁊ malitiā. Ezechiel.xxxiiij. Cū lym
3 pidissimā aquam biberetis/reliquā pedibꝰ vestris turbaba
tis. ¶ Oēs pisces pullos suos nutriūt preter ranā. vide
lib.de aīalibꝰ.c.de rana. Scd̄m Pli.li.ix.c.lvij. Theophra
stus dicit esse in babylonis irriguis quosdā pisces in capi-
te similes ranis marinis: q̇ cauernas sibi fodiūt/ ita scʒ pro
fūdas/ꝙ etiā desiccato flumine/ aque in illis cauernis ꝑsi-
stunt. Exinde ergo cauda ⁊ pinnulis se mouentes/ad siccū
ꝓ pastu exeunt/⁊ tādē reuertunt ad cauernas: vbi obuersi
persistūt. Sic vere debet bonꝰ actiuus cauernam.i.memo
riam mortis in ipo mūdi flumine sibi fodere/ibiq; in aqua
deuotionis ⁊ lachrymationis viuere/⁊ si pro necessitate vi-
te ipm cōtingat ad terrā.i.ad terrena negotia trāsire/ semꝑ
debet ad cauernam suā.i. ad mortis memoriam reuenire/
vbi scʒ obuersus.i.contra diabolum ⁊ tentationes versus ⁊
obuius debet persistere et manere. Esaie.xxvj. Ingredere
in cubicula tua: abscondere ⁊c̄.

Capitulum.xcvj. de raijs.

1 RAie seu rays gallice pisces sunt lati/et quasi ro-
tundi: nam in lōgitudine ⁊ latitudine quasi sunt
equales. Isti ergo oculos habent horribiles. os
habēt nō in loco vbi sunt caput et oculi: sed infe-
rius circa ventrē. caudam habent longā ⁊ gracilem more
colubri: sed aculeis plenā. Et isti ſm Aristo. omnes sunt pi-
sces lati. Si vis talis piscis est ecclesia. Nam dato ꝙ ista
in longitudine ꝑseuerantie / ⁊ in latitudine charitatis xp̄o
fuerit in suis mēbris ꝑ iustitiā adequata(iuxta illd̄ Apoc.
xxj. Latera ciuitatis erāt equalia: quāta latitudo eiꝰ: tan-
ta et longitudo) nihilominus ista est multipliciter variata:
oculos em̄.i.iudices habet horribiles per crudelitatem/ca
put.i.p̄latos habet sine ore.i.sine pastu mīe per tenacitatē:
quia scʒ isti nō vident habere os/quo corpꝰ ecclesie nutria-
tur.s.per clemētiam ⁊ pietatē. os etiam qd̄ spiritualiter cor-
pus cibat.i.p̄dicatores sunt iuxta ventrem ꝑ gulam et car-
nalitatē. Cauda.i.balliui ⁊ officiales pleni sunt aculeis per
exactionem ⁊ rapacitatē. Hec oīa possunt dici de malo pre
lato/cuius scʒ oīa membra.i.oēs familiares pleni sunt acu
leis rapinarū/⁊ maxime caude.i.balliui. sed solum dicas ꝙ
caput.i.intentio caret ore/⁊c̄. sicut.s. Apoc. ix. Aculei erāt
2 in caudis ipsaꝝ. ¶ Rabas seu rabis ſm Iorath hʒ virtutē
stupefactiuā. Stupefacit em̄ pisces q̇ eū vident/ita ꝙ se mo
uere nō possunt: ⁊ stupefactos capit. Pli. etiam lib.ix.c.xlij.
quasi videt idem sentire: sed de torpedine. Sic diabolꝰ pro-
curat facere hoīes stupidos.i.imobiles et insensibiles/hoc
est dictu ꝙ primo curat eos facere indeuotos/qui dolorem
proximi per cōpassionem nō sentiāt/et qui per bona opera
se nō moueant/⁊ tunc ꝓcul dubio ipsos ad votū per diuer-
sa peccata rapit/et ineternū deuorat atq; capit. Hiere.xxv.
Interficiam eos/⁊ ponam eos in stuporem et sibilum.

Capitulum.xcvij. de rhombo.

1 RHombus est piscis fortis et magnus ⁊ astutus:
sed tardus. hic latus est sicut pecten: ⁊ in limo la
tēs turbat aquas ne videat/quapropter in Frā-
cia dicit turboth. Quicq̇d vero de piscibus tūc
ad eū appropinquat/rapit ⁊ corripit: et hmōi sollertie argu
mentum est ꝙ mugil piscis velocissimꝰ in ventre ipsius qui
tardus est inuenit: sicut dicūt Phisologus ⁊ etiam Pli.lib.
ix.c.xlij. Istud potest allegari cōtra multos/qui vident tar
di/simplices ⁊ boni/⁊ ꝙ nullo modo scirent malitiosum ali
quid cogitare/ ita etiā ꝙ in ꝓuerbio de eis dicitur ꝙ nesci-
rent aquā turbare/ qui tñ per falsa sua cōsilia omnia solent
turbare/ et insidias suas sub limo diuersarū palliationum
solent celare/⁊ ita solent alios decipere/ꝙ mugiles.i.quos-
cunq; subtiles ⁊ agiles inueniūtur suis fallacijs deuorare.
Istud videmꝰ quotidie ꝙ tales tardi qui vident hebetes ⁊
ignaui/etiam subtiles ⁊ agiles decipiunt/ ipsosq; superant
atq; vincūt. Uel istud pōt dici de christo/qui tardus est ad
vindictā sumendā/ ⁊ ad diu cōuersionem nostrā expectan-
dum. nūc enim abscōditus videt: sed pro certo nō est aliq̇s
ita agilis/quin ab ipso (nisi ↄuersus fuerit) deuoret/ potissi
me in iudicio vel in morte/qñ scʒ iste turbabit oīa elemē-
ta: iuxta illud Esaie.xlij. Turbabo celum: ⁊ mouebit de lo-
co suo terra. Et de hoc dicit Hiere.xlvj. Terror vndiq; ait
dñs: nō fugiet velox/nec se saluari putet fortis. Ad aquilo
nem iuxta fluuiū euphratem victi sunt ⁊ ruerūt. Terror em̄
iste est dies iudicij/vbi pro certo est aquilo.i.frigus ⁊ asperi
tas quātū ad malos/⁊ euphrates qd̄ interpretat frugifer.i.
fecunditas glorie ⁊ felicitas quantū ad bonos. Ad aquilo-
nem ergo iuxta euphratē.i.ad sinistrā iuxta dexterā/ad pe-

nam iuxta gloriam ponētur fortes.i. illi qui pre ceteris cau
telis ⁊ malitijs more mugilū sunt veloces. Amos.ij. Peri-
bit fuga a veloce/ ⁊ fortis nō obtinebit virtutem.

Capitulum.xcviij.de salmone.

Salmo piscis est q̄ a barbaris lastos dr. Et ē sal
mo dictus a saliēdo. Iste eñ in arcto posit⁹ solet
caudā in aure ponere/ et vt euadat/ in altissima
saltare: qd nō facit corporis leuitate: sed magis
ex fortitudine ⁊ virtute. Iste eñ contra fluuium
currere ⁊ ascendere delectat/ ⁊ a cursu tali nō desistit/ quo-
usq; pascatur ⁊ reficiatur/ ⁊ cū refectus fuerit/ ad vada ⁊ do
micilia sua reuertit: ibiq; residet ⁊ moratur. fit tñ q̄nq; q̄ qñ
sic cōtra fluuiū ascendit/ sclusam seu aggerē in aqua factū
pro piscando vel pro molēdinis vel aliud obstaculū in flu-
mine inuenit/ ⁊ q̄ i interuallis seu aperturis illis scluse est
aque transit⁹ violentus: ideo vt transeat/ cauda aure impo
sita/ vt dictum est/ fortissime vltra transilit/ ita q̄ aliquādo
inuētū est q̄ in aliquo palo scluse acuto super calciatam se
infigit: ⁊ sic vbi credit fortiter agere/ magis perit. Violentia
etiam aque ipm quādoq; inferius repercutiendo retrahit/
et in sportulā ibi preparatā includit. Ista possent historice
allegari cōtra presumptuosos/ qui in fortitudine cōfidētes
contra impetū ⁊ cursum fluminis nature/ ⁊ cōtra dei ordi-
nationem/ vl' contra potentiorū iurisdictionem/ ⁊ sup vires
suas multa facere conantur/ ⁊ saltare/ ⁊ alios excessus exer
cere gloriantur: vnde sepe fit q̄ inopinate mortis dispen-
dio moriūtur. Talibus igitur potest dici illud Exod. xviij.
Stulto labore consumeris/ vltra vires tuas est negotium.
Fatuum est eñ cursui fluminis/ ⁊ ordini rerū/ impulsui for-
tune/ ⁊ dispositioni dei se opponere/ et superiorū motibus p
supbiam cōtraire: multa eñ mala exinde sequūtur/ ⁊ mors
et infortunia incurrūtur. Ideo bene cōsulit Sapiēs Eccli
iiij. Noli resistere cōtra faciem potētis/ nec coneris contra
ictum fluuij. Istud etiā videm⁹ in moribus/ vbi aliqui non
formidant aggredi fortiora se/ ⁊ incōsulte nitūtur act⁹ per-
fectos facere/ ⁊ contra ⁊ supra naturā conari/ quos pro cer
to sepe cōtingit ab incepto deficere/ ⁊ in diaboli sportulam
ruere: sicut de multis nouitijs videm⁹/ qui in principio ar-
dua aggrediūtur: sed finaliter cadere ⁊ deficere cōproban-
tur. Bene ergo dicit Eccli.iij. Altiora te ne quesieris. Vel
si vis expone de christo/ qui proprium vadū/ scilz domiciliū
paradisi exiuit/ ⁊ vt pasceret animab⁹/ ⁊ eas per predicatio
nem ⁊ saluationem et de inferno liberationē piscaret/ con-
tra cursum fluuij.i. contra cursum nature in mundum per
incarnationem venit/ ⁊ calciatā peccati ⁊ tentationum ta-
liter trāsilijt/ q̄ in palo crucis corporaliter se infixit. ad Ga
lath.ij. Cōfixus sum cruci. Et iterū p resurrectionē ⁊ ascen
sionem ad pprium domicilium remeauit. Reuertar in do-
mū meam vnde exiui. Luce.xj. ⁊ Matth.xij. et Numeri.x.
Vel dic q̄ salmo est perfectus/ qui procul dubio pro pastu
virtutū acqrendo/ debet domū parentes ⁊ patriā relinque-
re. Geñ.xij. Egredere de terra tua/ ⁊ de cognatione tua. Et
cursui fluminis huius mūdi/ scz impetui fortune/ siue q̄ztū
ad fluxum secūdarū rerū/ siue quantū ad fluctus aduersa-
rum/ cū mentis constantia cōtraire/ ⁊ cū animi fortitudine
tentationū ⁊ tribulationū violentiam transilire. Et hoc est
qd dicit Seneca de naturalibus q̄st.li.iij. vbi dicit q̄ preci
puus est anim⁹ cōtra calamitates fortis ⁊ contumax/ luxu
rie nō aduersus tñ/ sed ⁊ infestus/ nec cupid⁹ periculi/ nec
fugax. Et si forte tantus sit impet⁹ ⁊ obstaculū huius con-
trarietatis ⁊ tentationis/ vt libere transire nō possit/ ponat
caudam in aure.i. memoriā mortis et finis i corde.i. cogitet
in cauda ⁊ in fine rerū/ scz morte/ iudicio/ inferno et paradi-
so: tunc eñ in seipso reuertet ⁊ cōplicabit/ ⁊ ad trāsiliendū
difficilia aiabitur/ ⁊ ad preterenndū tam aduersa q̄z pspe-
ra muniet: ⁊ sic iste dicet salmo/ quasi saliēs mōtes.i. qua-
si transiliens passus difficiles atq; graues. Canti.ij. Ecce
iste venit saliens in montibus/ et transiliens colles/ similis
est dilectus meus capree hinnuloq; ceruorū. ¶ Salmo flu-
uialis sm Pliñ. libro. ix. in aquitania oibus marinis pisci-
bus pfertur. Habz eñ carnes rubeas atq; dulces. Verūta-
men sup oēs cibos isti sunt qui citius satietatē adducunt.
Iste est christus: qui pro certo oibus antefertur in dulcedi
ne ⁊ sapore ⁊ in saltando. ps. Q̄ magna multitudo dulce-
dinis tue dñe/ quam abscōdisti timentib⁹ te. Et potissime
in gloria: vbi ipse omnes gustātes ⁊ fruentes perfectissime
satiabit. ps. Satiabor cū appuerit gloria tua. Vel dic q̄ car
nes salmonis significant delicias hui⁹ mundi/ q̄ pro certo
nō habentibus sunt dulces/ habentibus vero sunt satiati-
ue/ fastidiose ⁊ graues: q̄ sm Greg. in homilijs. delicie mū
di cū non habent: sunt in desiderio: cū vero habent/ sunt in
fastidio. ¶ Salmo sicut dr in libro de rerū natura/ non be-
ne viuit in stagno: vult eñ esse in loco vbi ad aquas viuas
et fluuiales eidē liber sit egressus. ⁊ sicut dicunt quidā/ iste
parum valet tam in colore q̄z in sapore quousq; de salsedine
aque maris gustauerit. Talis est iustus: quia p certo sine
aqua viua fluminis deuotionis/ scientie ⁊ gratie/ spūaliter
non viuit: ⁊ si de aq̄ maris.i. de amaritudine mūdi tribula-
tionū nō gustauerit/ parū pcul dubio pficiet aut valebit. ho
mo eñ qui mūdi amaritudines non est expertus/ sed sem-
per in aquis dulcibus mundane psperitatis nutritus/ pa-
rū potest valere/ et de vtilibus modicum cogitare. Eccli.
xxxiiij. Vir in multis expertus cogitabit multa/ qui autem
nō ē expt⁹/ pauca recognoscit. Ideo Señ. dicit: Miserū te
puto/ quia nunq; fuisti miser/ transiuisti vitam/ ⁊ nō inueni-
sti aduersariū. Miseri sunt qui nimia felicitate torpescunt.

Capitulum.xcix.de sturione siue thyrsione.

Sturio/ vel sm Pli. torsio/ sicut dicit liber rerū
a barbaris dicit storam. Est aūt piscis in lacis
et magnis fluminib⁹ habitās/ et sine aqs fluuia
libus diu viuere nō valens. ⁊ sicut dicit liber re
rum/ et etiam vincenti⁹/ iste piscis respectu cor-
poris modicū habet vētrē/ ⁊ valde modica intestina: nihil
enim aut parū cibi admittit in corpe. Sola enim aeris se-
rena tranquillitas sufficit sibi pro cibo/ et inde est q̄ iste ore
caret. illa eñ pars capitis clausa est/ quam os occupare so
let: foramen tñ habet sub gutture clausum/ et cum voluerit
apertū ad aeris serenitatē. ⁊ hic in lacte dicitur diu viuere
sicut in aqua. Austro aūt flante contra naturā piscium lon
gorū dicit pinguescere/ et flante aquilone in aquarū profun-
dis latere. Per sturionem charissimi possunt intelligi viri
sancti/ ⁊ maxime confessores. Isti eñ non aquas lacuales
mundi diuitiarū/ sed aquas fluuiales xpi sciētiarū sūmope
dilexerūt/ cibū modicū sumpserunt/ ⁊ in abstinentia viuen-
tes/ ventrē et intestina.i. carnis ⁊ ventris ingluuiē modicā
habuerūt. Isti etiam ore qd loquitur ⁊ comedit caruerunt
inquantū scz a cibis abstinuerūt/ ⁊ inquantū inaniū verbo-
rum silentiū habuerūt. Quid plura: pcul dubio quasi pro
maiori parte cibi sui aerem.i. spiritūsanctū et cōtemplatio-
nem ⁊ deuotionem habuerūt/ ⁊ isto spūali cibo cōtenti/ pa-
rū de reliquo curauerūt. j. ad Corinth.x. Bibebant autē de
spiritali/ consequente eos petra/ petra autem erat christus.
Ista eñ omnia debent esse in religiosis: q̄ pro certo isti de-
bent carere ore per taciturnitatē. Eccli.v. Sit digitus tu⁹
sup os tuū: ne capiaris in verbo indisciplinato. Isti debēt
vti paucis cibis per abstinētie parcitatē. Matth.xj. Venit
Joannes nō manducans neq; bibens. Item debent habe-
re modicū vētrem.i. deliciarū carnalium paucitatē/ ⁊ p ca-
stimonie restringentē puritatē. Cant.v. Venter eius ebur-
neus/ distinctus sapphiris. Itē debēt diligere aquā flumi-
nis.i. sacre scripture sciētiam ⁊ veritatē. ps. Flumen dei re-
pletum est aquis/ parasti cibū illorū. Et pre omni cibo de-
bent habere serenitatē aeris.i. diuine gratie sinceritatem/
et celestis patrie tranquillitatē: q̄ scz isti debent viuere con
templando/ post mortē vero adipiscendo p mentis plenam
satietatē. ad Rom. viij. Si spiritu viuim⁹: et spiritu ambu-
lemus. ¶ Sturio habet hepar magnū/ et ventrem paruū.
Sic vere iusti debent habere parū de ventre.i. de carnis vo-
luptate/ multū vero de hepate/ vbi est sanguinis locus.i. de
charitate ⁊ pietate. E sicut sturio sm librū rerum cōtra na-
turam piscīū longorū austro pinguescit/ ⁊ aquilone in pfun-
do languescit: sic talibus pficit auster prosperitatis: q̄ scilz
ipa virtutibus pinguescūt/ ea bene vtendo: ipsos aūt turbat
aquilo tentationis fortis et aduersitatis: quia scz ipsos per
timorem deijcit a bonis operib⁹ retardādo. ¶ Sturio dul-
cissimū habet hepar/ ⁊ ideo pre dulcedine ō posset fastidiū
facere comedenti/ vtile est q̄ ipsum hepar felle qd ei adia-
cet inungat/ vt nimia eius dulcedo fellis amaritudine tē-

peretur. Sturio est christus/qui scz omnes conditiones ha
buit supradictas. Hepar eius significat eiꝰ miam/que est
dulcissima. fel vero ipsius significat eius iustitiam / que est
amarissima. Quid ergo? pro certo hepar diuine mie ita est
dulce/ꝙ ipsam comedētibus.i. in ea cōfidentibus ⁊ eā co-
gitantibꝰ/posset forte abominationē virtutū ⁊ cōtemptum
dei generare: qꝛ ſm Innocētium: Nimia familiaritas pa-
rit cōtemptū: ⁊ facilitas venie incentiuū tribuit delinquen
di. Et propter hoc necesse est vt fel sue iustitie sibi adiūgat/
et ꝙ cū hepate sui dulcoris etiā fel sui amari rigoris pona-
tur/ vt sic de ambobus tēperamentū debitum cōponatur/
vt sic iuxta psal. Mia ⁊ veritas obuient sibi/iustitia et pax
osculentur se. Vel dic ꝙ sturio est bonus ꝑlatus/qui hepar
cum felle debet habere. i. clementiā cum iustitia exercere/
vt sic hepar pietatis felle rigoris acuatur/ ⁊ amaritudo iu-
stitie dulcedine clemētie temperet. Unde Greg.xx.moral.
Regat rigor iustitie mansuetudinē presidentis/ ⁊ alter ab
altero cōmendetur/vt nec vigor sit rigidus/nec clementia
4 dissoluta. ¶ Sturio diu ī lacte pōt viuere ⁊c. Expone sicut
supra de eso: de quo dicitur simile.

Capitulum.c.de salpa.

1 SAlpa ſm Isidorū piscis est obscenꝰ ⁊ vilis. Hic
contra naturam natatiliū/sui miraculum ꝓbet:
hic enim nunꝙ̄ decoqui potest/ nisi prius fuste
vel ferula fortiter verberet/quod etiā dicit Pli.
lib.ix.c.xviij. Tales sunt multi/qui pro certo ita
sunt in pcti vilitatibus inuoluti / ⁊ in malo tam fortiter in-
durati/ꝙ igne sancti spiritus/vel diuine charitatis amore
decoqui nequeūt/vel cōuerti: nisi prius ꝑ fortes tribulatio-
nes/infirmitates/vel afflictiōes verberati fuerint vel attri-
ti. sicut eñ dicit Eccl'is.j. Peruersi difficile corrigunt. Vel
istud dic contra naturam seruorum/qui non nisi suppliciis
emendātur. Qđ etiam de obstinatis dicit ⁊ proteruis. Un
de Prouer.xxix. Seruus verbis nō potest erudiri. Et ideo
dicitur Eccli.xxxiiij. ꝙ iugum ⁊ lorū curuant collū durum
et seruum inclinant operationes assidue.
Scarus idem est qđ escarus. vide supra in littera. E.

Capitulum.cj.de scorpione maris.

1 SCorpio maris dicit eo ꝙ manum tenētis ledit/
et sicut dicit liber de natura rerū/a philosophis
tradit ꝙ si decem cancri cū manipulo ocymi.i.
basiliconis in vno loco maris ponant/ oēs scor-
piones maris circūuicini ibidem cōgregantur.
Per istos charissimi possum intelligere quosdam subditos
dyscolos ⁊ proteruos. Isti enim illos qui eos manu tenent
scz prelatos ⁊ superiores/quādo eos volunt palpare/visita-
re ⁊ corrigere/solent ledere/ ⁊ appellationibus/infamiis/et
iniuriis infestare: qꝛ sicut dicitur Prouerb. ix. Qui erudit
derisorem/ ipse sibi iniuriam facit/scz derisor. et qui arguit
impiū/generat maculā sibi/supple ipe impius. Et ratio: qꝛ
sicut dicit Prouerb.xv. Nō amat pestilens eū qui se corri-
pit. Et tales ꝓcul dubio vbi retrogrados.i. alios malos vi
derint cōgregatos/solent cōuenire/⁊ vna cum aliis malis
cōgregationes ⁊ cōspirationes facere/ ⁊ alter alterū in sua
malitia cōfouere. ꝑs. Congregati sunt/cōuenerunt in vnū
aduersus dñm ⁊ aduersus christū eius. Sicut ad litterā vi
demus de cōspirātibꝰ cōtra abbates ⁊ ep̄os ⁊ ꝑlatos: q̇ cō
2 gregāt sibi conuenticula de sanguinibꝰ. Unde Esa.xxxiiij.
Ibi congregati sunt milui alter ad alterū. ¶ Scorpio ma
ris ſm Diosco. fel habz medicinale/ ⁊ p̄ ceteris aīalibꝰ va-
let eius fel cōtra albuginem oculorum. Scorpio est diabo-
lus/fel vero eius significat amaritudinē infernalē/ vel etiā
malitiam vel tribulationem tēporalem. Tale enim fel scz
presens tribulatio sentita/ vel futura damnatio ꝯsiderata/
solet oculum cordis clarificare/ ⁊ ad precauendum nociua
clarius illustrare: quia scilicet sicut dicitur Esaie. xxviij.
Vexatio dat intellectum.

Capitulum.cij.de sepia.

1 SEpia vt ait Isidorus/ dicit sic: ꝓ eo ꝙ interclu
sa sepibus capit. habet autem atramētū nigrū/
quod ei pro sanguine est: qđ ſm quosdā lucerne
intermixtū/amoto priori lumie/ ethiopes videri
facit. Laruas eñ facies representat/et sensum
visus decipit atqꝫ turbat. Per sepiam intelligo diabolum/
per ventrem eius intelligo mūdum. Sanguis vero ⁊ atra-
mentū significat delicias ⁊ diuitias/que fedant ⁊ inficiunt
cor humanū: quia procul dubio si istud atramentū lucerne
cordis ꝑ nimiū affectum cōiungitur/ tota imaginatio hoīs
perturbatur/intātum ꝙ quādo prior lucerna presentis vite
amota fuerit/ethiopes.i. tortores demones in inferno sen-
tiūtur et vident. Sapieñ.xvij. Persone tristes apparentes
timorē incutiebant. Vel dic ꝙ istud nigrū atramentū signi
ficat infamias et diffamatiōes/opinionē hoīs denigrātes
Si ergo sepie.i. detractores atramētū falsaꝝ diffamationū
lucerne.i. cōsiderationi alicuiꝰ adiunxerint/ ipsum ꝓ certo
taliter corrūpent ⁊ fedabunt: ⁊ ipsum cōtra alios taliter in-
formabūt/ꝙ illi q̇ sunt hoīes albi/sibi ethiopes apparebūt:
Hō eñ taliter infectꝰ bonos esse malos iudicat/ ⁊ illos qui
sunt homīes albi.i. iusti et ratiōabiles/nigros/infames/vt
ethiopes esse putat/dicens illud Hiere.xiij. Si mutare po
test ethiops pellem suam / sic ⁊ vos poteritis bonum face-
re: cū didiceritis malū. ¶ Sepia multos habz pedes/mol 2
les/sine ossibus ⁊ carnosos/quibus scz in mari natat/ ⁊ qui
bus palis se colligat/ita ꝙ piscator extracto palo sepiā ad-
herentem secū leuat. Sic vere mali multos habent pedes
affectuū/qui tñ sunt sine aliqua firmitate. Prouer.xxj. De-
sideria occidunt pigrum/tota die concupiscit et desiderat.
Isti eñ cum talibus mollibus pedibꝰ ⁊ affectiōibus suis/
palis ex industria in mari fixis.i. mundi bonis/q̄ sunt simi-
lia baculis arundineis egypti/per auaritiā ⁊ ineptam ami
citiā adherent: vnde fit ꝙ ipsis mediantibꝰ piscatores de-
mones/ip̄os ad culpā ⁊ miseriā secū leuāt. Amos.iiij. Ele
uabunt vos in contis / et reliquias vestras in ollis feruen-
tibus. Vel dic ꝙ isti pali significāt malos/ quos primo dia
bolꝰ in terra ⁊ in mari.i. in diuitiis ⁊ deliciis/vel in amari-
tudine heresis vel peccati stabiliter ⁊ fortiter infigit. Istis
eñ dum sepie.i. simplices per amicitiā ⁊ societatem incau
te colligant/cum eis/ ⁊ ipsis mediantibus ab istis piscato
ribus capiunt/⁊ mox ad diuersa vitia/deinde ad supplicia
rapiūtur. Malū est ergo malis socialiter adherere/ ⁊ bonū
est ab eorū consortiis abstinere: iuxta illud Prouerb.xxiiij.
Ne emuleris viros malos/nec desideres esse cū eis. ¶ Se 3
pie cū se capiēdas timuerint/ solēt atramentū suum nigrū
in aquā effundere/et sic aqua obscurata et turbata/solēt se
abscondere/⁊ ne videant ab aduersariis se celare. Sic ma
li subditi cū se a prelatis capiendos et puniendos metuūt/
atramentū infamiarū cōtra ipsos proiiciunt/⁊ per lites/ap
pellationes/⁊ cōspirationes negotiū ita turbant ⁊ inficiūt/
ꝙ ipsi velut absconditi/ impuniti transeūt ⁊ recedunt. Vel
per istud atramentū intellige fictiones/ palliationes/⁊ al-
legatiōes malorū/⁊ maxime vsurariorū et similium. Istis
enim solent taliter se munire/et sic mala facta sua abscon-
dere ⁊ celare/ꝙ oculos iudicii aliorū solent decipere ⁊ falle
re/⁊ illesi a correctoribus recedere ⁊ abire. Tales eñ semꝑ
diligunt obscuritatē/ nolentes ꝙ alii videant iniquitatem
suam/quia sicut dicit Joan.iij. Omis q̇ male agit/odit lu-
cem/⁊ non venit ad lucē/vt nō arguant opera eius. ¶ In- 4
ter sepias mas iuuat feminā cū parturit: tridēte vero per-
cusso mare/femina fugit: ipmqꝫ iuuare nō curat: sed insur-
git potius ꝯtra eum. Vide lib. de aīalibus.c. de femina vbi
exponit. Sepia inter alios/duos habet lōgos pedes/qui-
bus cibū ad os trāsmittit/et quibus in fluctibus velut qui
busdam anchoris se stabilit atqꝫ figit. Sic vere cū nos ha-
beamus multos pedes.i. multos affectus et desideria/iter
ceteros tñ debent esse duo magni/ scz affectus et amor dei
et proximi/ q̇ scz ꝑ perseuerātiam longi debent esse/ vt istis
mediantibꝰ cibum diuine gratie et glorie possimus acqui-
rere ⁊ habere/ ⁊ nos in fluctibus huius mūdi contra motꝰ
tentationū fortiter stabilire. Amor eñ dei ⁊ proximi ancho
re sunt/ que hoīem cōtra fluctus tentationū ⁊ tribulationū
confirmant ⁊ stabiliūt: qꝛ pro certo nullus firmus in fide ⁊
moribꝰ efficitur/nisi in amore dei et proximi solidet. Eccli.
v. Esto firmus ī via dñi. ¶ Scđm platearīū/os sepie valet 5
ad dentes dealbādos/si cum subtili pāno lineo cū eo defri
centur. Dentes sunt verba/qui tunc nigri efficiūtur/quādo
per detractionē mala de aliis obloquūt. Osse ergo sepie.i.
christo in pāno vteri virginalis vel humane carnis/vel ad
litteram/ pannis in presepio inuoluto/qui scz fuit os de ossi

bus nostris/ ⁊ caro de carne nostra: sicut dicit Gen̄.ij. sunt per imitationē isti dentes fricandi/ ⁊ sic eius exemplo albi esse poterūt atq̄ꝫ mundi. ¶ Ad odorem vste sepie pisces cōueniunt: ⁊ ideo in vase ponit piscatoꝝ. Sepia vsta igne luxurie est mala mulier: q̄ꝛ scꝫ pisces. i. deliciosi ad eiꝰ odorē et infamiā cōueniunt/ ⁊ ipsa mediante in demonū retibꝰ se īmittūt: dicētes Can.j. In odore vnguētoꝝ tuoꝝ curremꝰ supple ad perditionē. Sepia ore cōcipit sicut vipera/ ⁊c̄. Expone sicut de vipera.

Capitulum.ciij. de siluro.

Silurus piscis est sicut dicit liber rerū/ cui circa fetus mira ē sollicitudo / postq̄ꝫ em̄ femina oua peperit/ masculꝰ quinquaginta diebꝰ ipa custodit/ ⁊ ab aduersarijs defendit. Talis est bonus prelatus/ qui oua. i. subditos quos femina sua. s. ecclesia sibi peperit ⁊ dedit/ debet fouere/ ⁊ cōtra aduersarios spirituales et temporales defendere et iuuare/ ⁊ vt ad quinquagesimū diem. i. ad iubileū eterne requiei illesi perueniāt/ totis debet viribꝰ laborare. ¶ Pli.lib.ix.c.xv. dicit ꝙ silurus est piscis qui grassatur vbicūq̄ꝫ est/ oīe animal appetens. Unde ait ꝙ in meno germanie flumine appetens equos innatantes sepe demergit. ⁊ est piscis ita magnus/ ꝙ captus ⁊ exanimatus/ iugis boū trahatur ad littus. Sic vere mors ⁊ diabolꝰ in flumine mūdi ꝓsperitatis natātes equos. i. luxuriosos appetunt/ ipsosq̄ꝫ dū non aduertunt/ capiunt ⁊ subuertunt. Uel etiā dic ꝙ equi sunt superbi/ ⁊ cetera sicut supra. Un̄ Gen̄.xlix. Mordens vngulas equi ⁊c̄.

Capitulum.ciiij. de solari pisce.

Solaris est piscis qui alio noīe dicit barbotha qui pro eo solaris dicit/ quia libēter in ripis ad solem manere perhibetur. Hic em̄ āguillis est similis/ ⁊ hepar habet dulcissimū/ ⁊ pcipue esibilitatis. Per istū possunt significari illi qui soli iustitie christo per affectum ⁊ desiderium se exponunt/ et hepar interioris voluntatis dulce ⁊ beniuolū semꝑ gerunt.

Capitulum.cv. de squatina.

Squatina seu squatus ꝟm Isidoꝝ li.xij. est ille piscis marinꝰ / cum cuiꝰ cute aspera ligna q̄ꝫq̄ꝫ durissima poliunt. Ista autem cutis vocat gallice pellis rustici. Et ꝟm Plin̄. iste est piscis longitudinis quinq̄ꝫ pedū/ caudam ꝟo habet semipedalē/ qui in limo abscōditus/ pisces subito corripit. Cutis ergo eius est ita aspera/ ꝙ exinde rodūtur ⁊ poliūtur ligna. et totus iste piscis ita durus est/ ꝙ vix aliquo ferri vel calybis acumine potest scindi. Per istū piscē possunt significari illi qui in limo fallaciarū absconditi/ alijs insidiant/ vt eos inuadant et rapiant: sicut sunt tyranni/ causidici et balliui/ qui sub abscōdita palliatione insidiant simplicibꝰ vt inuenta occasione/ ipos penis afficiāt atrocibus. Cutis ergo istoꝝ. i. exterior conuersatio est crudelis ⁊ aspera/ ⁊ ad polimētū bonorum/ ⁊ exercitiū virtutis eoꝝ / ⁊ ad corrosionem ⁊ cōpsumptionē superfluitatis illoꝝ valde apta: quia sicut dicit Greg. Utilitati bonoꝝ militat vita reproborum. Isti autē ꝓcul dubio ita sunt duri ⁊ obstinati/ ꝙ nullo gladio verbi dei per cōtritionem penetrātur/ nullo etiā tribulationis vel correctionis tormēto scinduntur aut emendant. Eccl'es.j. Peruersi difficile corrigūtur. Tales enim tyrāni qui alios fricant/ rodūt/ poliunt ⁊ affligunt/ pre sue mentis obstinate duritia vix aut nunq̄ꝫ scindi/ penetrari/ aut corrigi possunt. Et hoc est quod de obstinato dicit Job.xlj. Cor eius indurabit quasi lapis/ et stringetur velut malleatoris incus. Sequit. Quasi stipulā estimabit malleū/ et deridebit vibrātem hastā. Uel potest dici de detractoribꝰ ⁊ obstinatis et insolentibꝰ in ecclesia vel religione/ qui alios verbis detractorijs fricāt ⁊ rodūt/ qui ita indurati sunt/ ꝙ nulla scissura correctiōis corrigi possunt. Allega vt supra.

Capitulum.cvj. de scolopendris.

Scolopēdre ꝟm Pli. pisces sunt similes terrestribus qui cētipedes vocant. Hi hamo deuorato/ oīa interanea euomūt/ donec etiā reijciant ipm hamū/ ⁊ tādem preter ipm hamū quicq̄d reiecerant/ iterato recipiūt ⁊ resorbent. Sic debent facere iusti: quia sentiētes se cibos cū hamo comedisse. i. diuitias cū peccato acq̄siuisse/ totum reijciūt/ restituūt ⁊ dimittunt. Ubi vero vidēt hamū peccati nō esse in cibis/ hoc est dictu/ vbi vident ꝙ cibus diuitiaꝝ sine peccato ⁊ sine conscientie stimulo māducari potest: tunc ipm libenter sorbēt et acquirunt: ⁊ pro necessitate sui ⁊ alioꝝ ipsum libenter ꝓcurāt ⁊ assumūt. Sicut em̄ cibus nō est malus/ sed hamꝰ: sic tēporalis substātia nō est mala/ sed vitiū. Eccli.xiij. Bona est substātia cui nō est peccatū in cōscientia. Unde Seneca lib. de pauptate dicit ꝙ nō est in rebus vitium: sed in aīo. Uel dici pōt de malis diuitibus/ qui sentiētes aculeū et hamū tribulationis vel infirmitatis habere/ ⁊ timentes periculū mortis/ cibos quos comederant. i. diuitias quas iniuste acq̄siuerant/ q̄nq̄ꝫ euomere ⁊ restituere curant/ vt sic vomendo ⁊ restituēdo/ etiam hamū infirmitatis et mortis euadant: tandem vero q̄n vident ꝙ hamū reiecerunt/ tunc sepe fit ꝙ iterū diuitias ⁊ cibos recipiūt ⁊ resorbēt/ quas antea vomuerāt. Uel etiā generaliter ista possent dici de malis religiosis/ qui ꝓfitendo religionem/ ad finē ꝙ hamū peccati euadant/ solent cibos bonoꝝ temporalium abdicare ⁊ eijcere. Job.xx. Diuitias quas deuorauit euomet. Tādem tn̄ arctati auaritia/ ꝓprietarij fiunt/ ⁊ diuitias quas reiecerant/ resumūt: et si possunt/ diuites rursum fiūt: sicut patet de multis mendicātibus: qui vbi mūdi negotia reiecerant/ pre ceteris volunt resumere/ ⁊ diuitias nitūtur acquirere ⁊ habere. ij. Petri.ij. Canis reuersus ad vomitum/ et sus lota in volutabro luti.

Capitulum.cvij. de spongijs.

Spongie ab Isidoro lib.xij. dicunt fungie. et ꝟm Pli. iste in mari nascunt in locis abruptis ⁊ petrosis/ quibꝰ quasi incorporate adherent: ⁊ alūtur conchis vel pisce vel limo. Sicut em̄ dicit idem Isidorꝰ: Spongia docet esse animal/ pro eo ꝙ abrasa de lapidibꝰ sanguinē emittit. Scd̄m etiā Pli. lib.ix.ca.xlv. spongia habere intellectū videtur. q̄d apparet q̄ꝛ vbi auelli se senserit/ cōtracta i se/ multo difficiliꝰ abstrahit. Quod q̄dē (vt ait) fluctu impulse faciunt/ ⁊ euulse e radicibus iterū crescūt. Putrescūt in apertis locis: sed in gurgite bene viuunt. sicut em̄ dicit Isidorus ibidē: viuentium in aquis/ alia discurrūt/ vt pisces ⁊ belue: alia vero stāt fixa vt ostree/ icini/ et spongie: et dicuntur fungie prout dicit/ a fingo fingis: q̄d idē ē q̄d abstergo abstergis. Charissimi ꝑ spongias intelligo hūiles/ pauperes ⁊ depressos/ qui q̄uis nō ꝯputētur inter pisces. i. q̄uis ratiōe deformitatis/ squaloris ⁊ pauꝑtatis/ in numero hoīm et estimatiōe mūdanorum nō habeant (iuxta illud Esa.liij. Uidemꝰ eū ⁊ nō erat aspectus: virū doloꝝ ⁊ sciētem infirmitatē) et sic a multis estimetur ꝓpter simplicitatē eoꝝ/ ꝙ ipi careant vita tā gratie q̄ꝫ fortune: isti tn̄ realiter viuere dinoscuntur/ ⁊ in mari. i. in amaritudine paupertatis ⁊ in gurgite humilitatis viuere ꝑ gratiam cōprobantur. Isti em̄ scopulis ⁊ petris. i. christo ⁊ sanctis ꝑ fiduciam imobiliter adherent. ⁊ si diabolus ipsos ꝑ pctm̄ auellere voluerit/ statim se cōtrahūt ad seipsos/ ⁊ cū deo se fortius cōiungūt ⁊ tenent: dicētes illud ps. Mihi adherere deo bonū est/ ⁊ ponere in dn̄o deo spē meā. Et sic pro certo isti probant habere sanguinē. i. humorē deuotionis ⁊ pietatis/ intellectū. i. sensum discretionis/ fidei ⁊ sagacitatis/ et crementū profectus virtuosi operis et bonitatis. Isti etiā/ ⁊ maxime religiosi/ in aperto positi. i. in mūdo ⁊ aspectibus hoīm ⁊ mūdi negotijs expositi/ cito moriūtur ꝑ culpam: in gurgite tn̄ religionis et claustri sepositi viuere possunt per gratiā. Quod etiā de gurgite tribulatiōis dici potest/ vbi scꝫ melius viuit homo vita scilꝫ gratie/ q̄ꝫ si extra aquā miserie exteriꝰ in mūdi ꝓsperis exponat: q̄ꝛ scꝫ tunc solet sanguis deuotionis siccari/ ⁊ ipe vita grē spoliari. Ezech.xvj. Dixi tibi cū esses in sanguine tuo: viue. Uel si vis dic cōtra mūdi dilectores/ qui q̄uis sint aīalia. i. hoies sensu ⁊ intellectu dotati/ ipsi tn̄ lapidibus. i. rebus insensibilibus ⁊ terrenis per affectum adherent/ ita ꝙ recte videt ꝙ sensu ⁊ intellectu carent/ inquātū per bona opera nō se mouent. Exo.xv. Fiant immobiles quasi lapis. ¶ Spōgia rare ⁊ porose ⁊ bibule ē nature: ⁊ ideo aquā attrahit/ et eā sibi incorporat atq̄ꝫ bibit/ ipsamq̄ꝫ cū plena fuerit/ nisi p̄ssa fuerit/ nō euomit vel emittit. Uerūtamen si aliquātulū premitur/ tota aqua ab ipsa sic exprimit/ et spongia inanis remanet/ ⁊ penitus vacuatur. Talis est auarus. est em̄ rarus per incōstantie debilitatē: porosus ꝑ malorum affectuū multi-

plicitatē: bibulꝰ per bonorū terrenoꝝ appetitū ⁊ cupidita-
tem. Isti enim aquā bonorū mūdi/que sunt fluxibilia sicut
aqua/nō cessant attrahere/⁊ in cōcauitatibus suis.i. in ar-
cis et abditis aggregare: ipsam vero/cū ea pleni ⁊ diuites
fuerit/nolunt amplius largiri vel euomere: sed per parcita
tem oia retinere: iuxta illud Prouer.v. vbi de aquis dicit.
Habeto eas solꝰ: ⁊ nō sint alieni participes tui. Sed quid:
ꝑ certo deꝰ videns ꝙ isti nolūt aliqd de istis aqs absorptis
et auare acquisitis ꝑ largitatē dimittere / solet eos vel per
tribulationes vel ꝑ mortē premere: et sic ꝑ certo quicqd bi-
berant de diuitijs euomere ⁊ dimittere cōpelluntur/et ipsi
nudi ⁊ vacui de isto seculo emittūt. Job.xx. Diuitias quas
deuorauit euomet/et de ventre eiꝰ extrahet eas deus. Vel
dic ꝙ spōgia est peccator/qui sicut dicitur Job.xv. Bibit
quasi aquā iniquitatē, quam scz cum plenꝰ fuerit/nō liben-
ter dimittit: qꝛ sicut dicit Prouer.xviij. Impiꝰ cū in ꝓfun
dum peccatoꝝ venerit/cōtemnit. In fine tñ aquam istam
scz peccata ꝑ confessionē euomit/ qñ deus morte vel tribu-
lationibus ipm premit. sepe tñ fit ꝙ per recidiuū iterū hāc
resumit. obstinati enim nūqꝫ volunt peccata dimittere/nisi
pressi. Vel dic ꝙ mali qui actus peccatoꝝ modo dimittere
nolunt/ sed cōtinue ea bibunt/in fine morte compulsi/ipsa
dimittendo euomunt.

Capitulum.cviij.de sparo ⁊ solea.

1 Sparus sm Isido.lib.xij.est piscis sic dictus/eo
ꝙ sparo.i.lancee missili assimilat/sicut solea pi-
scis est/pro eo ꝙ solee sotulariū aliqualiter con-
formatur. In qbꝰ notare possumꝰ ꝙ illoꝝ quibꝰ
nos assimilamꝰ/⁊ quoꝝ nos moribꝰ cōformamꝰ
nomen ⁊ famā acquirimꝰ ⁊ habemꝰ. Qđ tam in bono signi
ficato verū est qꝫ in malo.j.Regū.xxv. Recte vocatū est no
men eius nabal.

Capitulum.cix.de stella.

1 Stella sm Pli.lib.ix.c.lx. piscis est in mari ocea
no/ factus ad similitudinē stelle/ carnē interius
habens mollem/callū vero exterius valde durū
et sm Aristo.et Pliñ. iste piscis igneū dicit ha-
bere calorē / ita vt oia in mari contacta adurat:
et omne aial qđ comederit/ in vētre durissimū quasi panis
bis coctꝰ inuenit. Per istam stellā intelligo mulieres/que
ratione ornatus superflui lucent ⁊ rutilant sicut stelle. Iste
em̄ habent virtutem vstiuam ⁊ igneā. Quicqd em̄ tangunt
flāmefaciunt ⁊ incēdūt/et per ardorem luxurie igne malo-
rum desideriorꝝ comburunt: qꝛ pro certo et tactus ⁊ nutus
et aspectus ⁊ verba et facta earū inflāmant ad libidinē cor
hūanū. Vñ Eccli.ix. Propter speciē mulieris multi pierūt
et ex hoc cōcupiscentia quasi ignis ardescit. Et sic bene se
quitur ꝙ illa que iste piscis comedit/indurant: quia ꝑ cer-
to quicūqꝫ male mulieri per amorē incorporati fuerint/ per
obstinationē in mentis duritiā cōmutantur: ⁊ ideo proprie
pani bis cocto cōparant: qꝛ scz hic ꝑ luxuriā/in inferno ꝓ
per miseriā decoquūtur. Et istđ patz de luxuriosis/qui pre
ceteris indurati et obstinati vident/quod scz ex hoc ptz: qꝛ
etiā in senectute nolūt penitere/ ⁊ dato ꝙ ꝑdāt famā/aiam
⁊ substantiā/nesciūt erubescere vel dolere: qꝛ sicut đr Eccli
xxiij. Homini fornicario ois panis dulcis/nō fatigabitur
transgrediens vsqꝫ in finem. Et pone si vis figurā Apoca.
viij. de stella ardente sicut facula/ que cecidit in tertiā par
tem aquarū/⁊ amare facte sunt: ⁊ multi hoies mortui sunt
ex aquis/⁊ nomen stelle absynthiū. Aque fluxibiles signifi
cāt bona mundi/quorū tertia ps sunt delicie. Stella ǧ q̄ ar
dens đr et amara velut absynthiū/est mala mulier. Eccles
vij. Inueni mulierē morte amariorē. Ista em̄ deducit ho-
minē ad amaritudinē paupertatis/infamie/peccati et tor-
menti. Ista igit in tertiā partē aquarū.i.in delicias mundi
vult semp cadere/⁊ ibi viuere ⁊ manere: quapropter hoies
aquas deliciarū suarū bibentes/ꝑ diuersa pctā moriunt/⁊
istā esse absynthiū expiunt: qꝛ sicut de muliere đr Prouer.
v. Nouissima eiꝰ amara velut absynthiū/ ⁊ acuta velut gla
diꝰ biceps.

Capitulum.cx.de serra maris.

1 Serra sm Isidoꝝ est mōstrum maris a re nomē
habens. Habet em̄ serratam cristā/qua subna-
tās occulte nauibꝰ/eas occulte secat/⁊ sic aqua
subintrante/de submersorū carnibꝰ se satiat atqꝫ
cibat. Talis est mors: qꝛ pro certo ista tam serra
dicit qꝫ serratrix. Nihil em̄ est quin ab ipsa serret/ secet aut
penetretur. nauibus enim.i.corporibus in mari huius vite
fluctuantibꝰ subnatat occulte/ ipsaqꝫ omi die paulatim se-
cat inuisibiliter ⁊ secrete.j.ad Corith.xv. Quotidie morior
Sic igit naue corporis ꝑforata/hoies moriūtur/⁊ in morta
litatis flumine submergunt/⁊ ab ista serra in sepulchro co-
meduntur ⁊ cōsumūtur. ps. Mors depascet eos. Vel serra
est diabolus/ qui occulte tentationem ⁊ delectationē sug-
gerendo/ nos secat: ⁊ sic aqua male cōplacentie vel cōsen-
sus nauem volūtatis intrante/nos ꝑ peccatum submergit
et necat: ⁊ tandē in inferno deuorat atqꝫ grauat. Esa.xliiij.
Artifex lignariꝰ extendit normā/formauit illud in rūcina.i.
in serra. ¶ Serra sicut dicit liber rerū/ est mōstrū in mari/ 2
habens alas imanes/⁊ pinnulas latissimas/ q̄ cōtra nauē
velificantē in mari/ in cōtrarium erectis alis velificare cō
tendit. Quod cū stadijs.xl. aliquādo fecerit/ labore victa/
alas deponit/⁊ ad sese retrahens lassa subsistit: ipsam vero
fluctꝰ in profundū ad locū suū reportare tūc tpis cōsueuit.
Nauis quā spūssanctus ducit ad portū/⁊ quā gubernaculū
prouidētie regit ꝑ fretū/est ecclesia. serra vero cū pinnulis
excoriationis ⁊ rapine/ et cū alis ꝓ̄sumptionis/elationis ⁊
suꝑbie/est tyrannus. Quid igit: pro certo sepe fit vt serra.i.
aliquis crudelis princeps ⁊ secularis impator vel tyrannꝰ
inuideat naui ecclesie ꝑ mare huius seculi velificāti: ⁊ quia
displicet sibi ꝙ tot ⁊ tantis vtit libertatibus/ et ꝙ ita libere
et autentice tendit ad portū / in cōtrarium nitit velificare/
et ecclesie libertatibꝰ obuiare: ⁊ sic solet alas superbie eri-
gere/pinulas acute crudelitatis extēdere/⁊ se isti naui op-
ponere: ⁊ eā in cursu sui regiminis impedire. Sed qđ: ꝓcul
dubio pro nihilo tentat hoc facere: qꝛ necesse est nauē eccle
sie preualere. teste em̄ scriptura Eccli. xlvj. Pugnare ꝯtra
dñm non est facile. qꝛ etiam sicut dicit Luc. xxij. Christus
pro petro dicit rogasse/vt nō deficiat fides sua. Et etiā ipa
nauicula petri fluctuasse legit/ nō perisse. Quid plura: pro
certo finaliter necesse est ꝙ talis tyrannus alas suꝑbie de-
ponat/⁊ ꝙ lassus ⁊ fatigatꝰ se ad se contrahat/ quousqꝫ las-
sum ⁊ fatigatū fluctus mortis ad ꝓfundum inferni pertra-
hat ⁊ deducat. Esa.xxxiij. Cum fatigatꝰ desieris cōtemne-
re/ contēneris. Vel ista possunt dici de tyrānis paganis/q̄
fidē ⁊ ecclesiā extinguere voluerunt/qui fatigati ⁊ victi ni-
hil contra dñm potuerunt: sed in ꝓfundum inferni descen-
derunt. Esai.xiiij. Detracta est ad inferos suꝑbia tua. Vel
generaliter potest dici de ꝓ̄sumptuosis et crudelibꝰ/qui ni-
tuntur ꝯtra fortiores et suꝑiores/qui finaliter lassi remanēt
atqꝫ victi. Vel potest dici de tyrānis ⁊ balliuis/qui in prin-
cipio faciūt contra naues.i. contra iustos quicquid possunt
ipsisqꝫ malitijs ⁊ iniurijs obuiāt ⁊ resistunt/qui finaliter las
si in morte subsistūt/et fluctus mortis ipsos in profundū in-
ferni deducūt. Ezechi.xxxij. Dederunt timorē suum in ter-
ra viuentiū/⁊ portauerūt ignominiā suā cū his qui descen-
derunt in lacū. ¶ Si alio modo accipias textum istū/scz ꝙ
ista serra nō contra nauē/ sed potius cū naue velificare cō- 3
tendat/⁊ cū ea per mare se posse currere credat/donec tan-
dem labore victa ⁊ fatigata subsistat/pōt cōtra ꝓ̄sumptuo-
sos allegari/ qui se maioribꝰ ⁊ melioribꝰ nitūtur equipara-
re/⁊ ex equo cū eis cōtendunt currere/ ⁊ se eis in gloria con
formare. qđ quia continuare nequeūt/ necesse habent lassi
subsistere ⁊ cessare. Istud videmus in multis tēporaliter/q̄
in expēsis et strenuitatibꝰ/supra vires patrimoniorū suorū/
magnis nobilibꝰ ⁊ diuitibꝰ se cōformare nitūtur: ⁊ festa cō-
tinua ⁊ arma incaute sectant: qui cū seipsos cōsumpserint/
desistere cōpellunt. Contra quos Esa.xvj. Audiuimus su-
perbiam moab/suꝑbus est valde. Superbia eius ⁊ arrogā
tia eius plusqꝫ fortitudo eius. Videmꝰ etiam ista spūaliter
in religione/vbi multi nouitij viriū suarum ignari/supra vi
res nitūtur quādoqꝫ opera perfectiōis facere/ ⁊ nauibus.i.
sanctis se credūt eqparare/qui tñ victi solēt finaliter defice
re/⁊ a cepto ꝓposito vacillare. Vñ ǧ đr Eccli.iij. Altiora te
ne quesieris.

Capitulum.cxj.de syrenibus.

Syrenes sm Phisologū et Andelinū sunt quedā
mōstra marina/que faciē muliebrē / brachia et 1
mamillas habētia/procere magnitudinis ⁊ fa-
ciei sunt horrēde: in reliquo corpe aquilis sunt
similes/cū alis ⁊ vnguibus ad laniandū aptis.

In fine v° corporis squamosas pisciū caudas habent/ q̄b⁹ natando in fluctibus se gubernant. Uise autē sunt pueros inter brachia portare/ quibus visis solent naute q̄plurimū formidare/ ⁊ ideo eis lagenam vacuam solent proijcere vt dum cum illa luserint/ possint se ab eis elongare. Et sicut dicit liber rerū/ hec narrauerunt illi qui se vidisse asserebāt. Tale monstrū videtur esse mala mulier. Ista em̄ habet mā mas blādiētis delectationis/ quib⁹ scʒ catulos ⁊ sequaces suos lactat/ delectat ⁊ nutrit. Threno. iiij. Lamie nudauerunt māmas/ ⁊ lactauerunt catulos suos. Ista ergo licet videatur esse femina in prima parte. i. in principio/ scʒ dulcis amicabilis ⁊ benigna: est tñ aq̄la in sequēti: habet em̄ alas et vngues. ale em̄ significant suā volatilem volūtatem/ vngues vero suā auaram cupiditatem et suam rapacē tenacitatē. Mulier em̄ per varia desideria dicit̄ volare: ⁊ illos quos decipit/ solet bōis fortune/ nature/ ⁊ gratie rapaciter spoliare. Dan̄. vij. Ungues habebat ferreos ⁊c̄. Ista tñ dicitur habere caudam pisceā: quia pro certo cauda. i. finis ⁊ intentio istarū principaliter querit aquam deliciarū/ ⁊ fluxum luxurie corpalis. Uel dic q̄ iste syrenes possunt significare iudices precipites ⁊ crudeles/ qui volare dicunt̄ ⁊ pūgere/ eo q̄ sine deliberatione solēt rapinas ⁊ pūcturas p̄cipitāter ⁊ celeriter exercere. muliebrem tñ. i. dulcem faciē ⁊ apparentiā dicunt̄ habere/ ⁊ mamillis dulciū verboꝝ ⁊ fallacium in principio dicūtur lactare/ vt sic possint deceptos melius deuorare/ ⁊ de spolijs aliorū se et catulos. i. filios et nepotulos enutrire. Esa. xxxiiij. Ibi habuit foueā herici⁹: ⁊ enutriuit catulos. Quid igit̄? procul dubio naute. i. simplices tales solēt valde timere/ et ne ab eis obruant̄/ precipue formidare. Necesse est ergo q̄ aliq̄d ad ludēdū ipis p̄ijciāt. i. q̄ aliq̄d munus vl̄ encenū eis offerant/ vt sic locū fugiēdi habeant ⁊ euadant: al's em̄ si se muneribus nō redimūt/ submersionē/ rapinam et exheredationē timere possunt: q̄ sicut dicit̄ Michee. iij. Si quis nō dederit in ore coꝝ quippiā/ sanctificant sup eum preliū. ¶ Syrenes saltantes ⁊ ludentes significant tēpestatem ſm Philolo. tunc em̄ maiorem faciūt letitiā/ qn̄ sentiūt tempestatē in proximo futurā. Sic vere multi sunt qui tūc summe letant̄ ⁊ gaudent/ quando tēpestatem tribulationū alijs venire vident: cōtra illud Prouer. xxiiij. Cū ceciderit inimicus tuus/ ne gaudeas: q̄ sicut dicit̄ Prouerb. xvij. Qui in ruina letat̄ alteri⁹/ nō erit impunit⁹. Uel potest dici contra predones/ quoꝝ saltus/ festa ⁊ cōuiuia/ signa sunt tēpestatis ⁊ rapine subditoꝝ. Constat em̄ q̄ cum multa expenderint festiuādo/ magis ⁊ acri⁹ solent rapere/ suā paupertatē supplendo: dicūt em̄. faciam⁹ bonum festū: q̄ rustici totū soluēt. Naute ergo. i. simplices debent sibi de futura tēpestate et rapina timere/ qn̄ vident tales syrenas festa ⁊ cōuiuia ⁊ alias letitias celebrare. Prouer. xiiij. Extrema gaudij luctus occupat. Uel istud potes exponere sicut supra de auib⁹ tit. de fulica. §. ij. ¶ Syrenes dulcissime dicuntur cantare ⁊c̄. Uide libro de animalibus c. de syrenibus/ et dic per omnia sicut ibi.

Capitulum. cxij. de scylla pisce.

Scylla sicut dicit lib. de natu. rerū/ allegās Andelinū/ monstrū est ſm rei v̄itatē habitās in illo mari q̄d Italiā ⁊ Siciliā secludit/ ⁊ habet pect⁹ et caput vt virgo/ sicut syrenes: rictus vero ⁊ hiatum oris ⁊ dentes habet horribiles. Istud vero nautis ⁊ omni generi hoīm inimicū est/ ⁊ in eius sanguine delectatur. in aqua difficiliter vincitur: in terra vero quasi penitus est ībelle. Uocem aūt habet quasi musicā: ⁊ in melodia delectat̄. Tale monstrū charissimi vident̄ esse multi/ qui scʒ simul sunt crudeles ⁊ falsi: quia videlicet ipsi faciē. i. apparentiā habent virgineā et benignam: vocē vero dulcē melodiosam ⁊ suauem/ ⁊ tñ humani generis sunt inimici/ ⁊ ad deuorandū/ rapiendum/ ⁊ tribulandū nautas. i. simplices semper prompti. Nam cū sua simplicitate virginea/ et cum sua voce ⁊ locutione mellea quas ipsi pretendūt exterius/ ipsi p certo pleni sunt crudelitate fellea/ quā sub falsitate palliata sibi seruāt interi⁹. dētes em̄ crudelitatis ⁊ voracitatis noscūtur habere/ quib⁹ non cessant alios tēporaliter ⁊ verbaliter rodere ⁊ mordere. Ista patent de diabolo ⁊ heretico/ qui sub specie alicui⁹ blandimenti quā preferūt/ hoīem ad damnationē pertrahunt atq̄ ferunt. Ista patent de vsurarijs/ ⁊ alijs falsis iudicib⁹/ officialibus ⁊ balliuis/ qui vt decipiant/ in principio virgines esse vident̄/ ⁊ tamen cōstat q̄ mordere semp ⁊ rapere machinant̄. Istud ptʒ de hypocritis/ qui sunt virgines in apparētia/ qui tñ sunt aīarum inimici in existētia. Istud etiā patet de detractorib⁹/ q̄ scʒ in prima parte/ scʒ in hoīm apparentia/ sunt virgines: posterius vero in eorū absentia sunt pessimi. Isti ergo dum sunt in aqua mūdane fluxibilis prosperitatis ⁊ vite/ vix possunt ab hoīe superari: cū vero ad terrā. i. ad mortē venerint/ tunc nullius sunt valoris: q̄ tunc vel in se quātū ad animā vel in filijs quantū ad mundū superantur/ ⁊ eorū fortitudo ad nihilū deducit̄. Ezech. xxxij. Dederūt fortitudinē suam in terra viuentiū/ ⁊ nō dormierūt cum fortibus/ qui descenderunt in infernū. Isti igitur potuerūt in locustis figurari/ que (sicut dicit̄ Apoc. ix.) facies hoīm/ capillos mulierū/ et tñ dentes leonū/ ⁊ caudas scorpionū habuerūt: q̄ scʒ tales sunt hoīes ⁊ mulieres in facie. i. in apparentia blandiendo: sunt tñ leones in existentia deuastando/ ⁊ scorpiones posterius in absentia detrahendo ⁊ pungendo mordaciter ⁊ vrgendo. Prouer. xxiij. Ingredit̄ blande: nouissime autē mordebit vt coluber. ¶ Et nota q̄ scylla periculū est marinū/ ⁊ ſm poetas/ scylla etiā dea ē maris. Sed de hoc vide alibi scʒ li. viij. c. xj. §. xviij. ⁊. j. lib. xv. vbi agit̄ de fabulis poetarū.

Capitulum. cxiij. de scincis.

Scinci ſm Isido. circa nilū frequentissime sunt belue/ que crocodilis sunt similes/ sed minores: et horū carnes medicinales esse vident̄: q̄ si q̄s in poculo suo carnes huius belue posuerit/ inde veneni potētiam expellit. Isti scinci possunt mihi significare aliquos tam seculares q̄ʒ religiosos/ q̄ recte in apparentia vident̄ esse similes crocodilis: ratione. s. alicui⁹ familiaris vel leuis vite quā pretendunt: veruntamen isti sunt valde minores in malitia vel errore. Dato em̄ q̄ esse videantur mali exteri⁹ in conuersatione/ sunt tñ boni ⁊ medicinales interius in intentione. et istud patet: q̄ etiam vinū doctrine q̄d per eos transit. i. illa documenta dicta vel verba que ipsi alijs dicūt ⁊ emittunt/ pcul dubio contra venenum peccati remediū sunt: q̄ q̄uis multis insolenter et leuiter videant̄ viuere/ sciunt tñ vtiliter ⁊ facere ⁊ docere. Nō oportet ergo de talibus iudicare ſm faciem/ sed ſm peccata: iuxta illud Joan. vij. Nolite iudicare ſm faciē/ sʒ rectū iudiciū iudicate. ¶ Sicut dicit liber rerū/ scinci belue sunt que p̄uident tēpestates ⁊ vētos: cauda em̄ sua villosa obturant foramen cauerne/ a qua parte debet flare ventus: oppositum vero apertū dimittunt ⁊c̄. Expone sicut lib. sequēti de aīalibus titu. de taxo. §. ij. vbi inuenies simile.

Capitulum. cxiiij. de tencha.

Tencha piscis est lacualis/ q̄ luto nutrit̄/ ⁊ aliquā pelle nigra/ q̄n̄q̄ vero aurea colorat̄. Piscis est exteri⁹ valde viscosus recte quasi anguilla/ dulcis est cibus: sed dure digestionis/ ⁊ ſm opinionem vulgi/ iste coire dicit̄ cum bufone. Talis ē peccator/ q̄ luteus est p auaritiam/ viscosus per luxuriā/ niger p infamiam/ aureus tñ per curiosam vestit⁹ apparētiā/ male digestionis ⁊ cōuersionis per obstinationē ⁊ malitiā/ et cum bufone diabolo coiens p malam amicitiam/ et ab ipso concipiens peccatū ⁊ nequitiam. ps. Concepit dolorē et peperit iniquitatem.

Capitulum. cxv. de trutha.

Trutha ſm librū reꝝ/ ⁊ etiam sicut sensu ptʒ/ est piscis q̄ in fluminib⁹ inuenit̄ que de altis montibus oriūtur et que lapideū littus habent. Est autē salmoni similis in colore cutis/ etiā in rubore/ et partim in sapore carnis: sed hoc solū in estate: q̄ scʒ in hyeme carnes habet albas: sicut alij pisces dulcedinis q̄ minoris. Tales sunt boni religiosi: q̄ pro certo isti in flumie religiōis inueniūt̄/ q̄. s. fundū ⁊ fundamentū hʒ lapideū/ scilʒ ipm christum/ qui lapis et petra dicitur in scriptura/ ⁊ ab altis mōtib⁹. i. a sanctis et perfectis patrib⁹ noscitur deriuata. Isti em̄ salmoni. i. christo pro virib⁹ assimilantur/ ⁊ quātū ad cutem honeste cōuersationis/ quantū etiā ad carnē interioris affectionis/ ipm pro viribus imitātur: quod tñ solum fit in estate. i. in tēpore gratie/ qn̄ scʒ abūdant calor charitatis ⁊ splendor veritatis et fructus boni

tatis. Nam in hyeme.i.in statu peccati/vbi frigus indeuotionis ⁊ sterilitas virtutis ⁊ p erfectionis abūdāt/ista similitudo deficere cōprobatur:q2 scʒ sapore charitatis et colore honestatis cessantib⁹/isti non christo/sed alijs piscib⁹ scʒ peccatoribus ⁊ malis etiā secularibus conformanť. Tunc eñi potest de ipsis dici illud ps. Non est similis tui in dijs domine/⁊ nō est ƀm opera tua.

Capitulum.cxvj.de thymalo.

1 Thymalus ƀm Isidorū li.xij.ex flore qui thym⁹ dicitur/nomen habet. Nam (vt ait) cū sit colore gratus/⁊ sapore iocūdus:tñ sicut iste flos fragrat/⁊ corpe odores aspirat. Tales sunt sancti/ qui exēplo floris fragrantissimi Jesu christi colorem grate cōuersationis induūt/ et odorem iocūde fame in aliorum naribus diffundunt. Canti.iiij. Odor vestimentorum tuorum super omnia aromata.

Capitulum.cxvij.de testudinibus.

1 Testudines ƀm Pli.li.ix.c.x.mare Indicū habʒ ita magnas/ꝙ de testis earū hoies sibi faciunt lata domicilia/atqʒ inter īsulas maris rubri de singulis testis singla fiūt nauigia. Istō mōstrū caret dentibus/acutum tñ habet rostrū ⁊ durū: nam tanta est sibi oris duritia ꝙ lapides cōminuat atqʒ frāgat:⁊ istud oua parit vsqʒ ad cētena/que in terra fossa ⁊ pectore pauita incubat noctib⁹: fetus ꝟo educat annuo spatio sicut ait. Charissimi per testudines possunt intelligi prelati/qui cutem exterioris apparentie debent p constantie ⁊ patientie firmitatē pre ceteris habere solidā/ testeam atqʒ duram. Ezech.iij. Dedi frontē tuam duriorem frontib⁹ eorum/et faciem tuā valentiorem dentib⁹ eorum/quasi silicē et adamātem dedi faciem tuā. Quid ergo? p certo isti debent esse tales ⁊ tāti/ ꝙ ipsi possint esse domus ad alios cōtinendū charitatiue/ ⁊ naues ad alios deferendū sustentatiue:q2 scʒ isti sicut dom⁹ subditos debent contra frigora tribulationum/ cōtra pluuiam tētationum/ cōtra latrones.i. cōtra impios mūdiales/⁊ cōtra feras.i.cōtra demones infernales defendere:⁊ sicut naues ipsos in mari.i. in amaritudine paupertatis misericorditer sustinere:⁊ pro ipsis spiritualiter ⁊ tēporaliter nutriendis/merces virtutum/exemplorum/documētorū cōtinere. Prouer.xxxj. Facta est quasi nauis institoris/de longe portans panem suū. Quia pcul dubio isti oua ⁊ fetus.i. subditos suos debent in gratiā spiritualiter parere/⁊ in terra.i.in sue mortis memoria per humilitatē infossare/ipsosqʒ pectoraliter pauitos fouere/⁊ psonaliter exemplis/ doctrinis et elemosynis educare. Esaie xxxiiij. Ibi habuit foueā herici⁹/⁊ enutriuit catulos. Quid ergo? p certo isti dentib⁹ crudelitatis rapacis/⁊ detractionis mordacis/debēt carere:q2 scʒ nullū debent iniuste affligere vel mordere. Verūtamen quātum ad impios puniendos/rostrū oris debent p seueram locutionē ita forte et durum habere/ꝙ lapides.i. lapideos peccatores possint confringere vel domare/⁊ rigore iustitie castigare: vt sic de ipsis dicatur illud.iij. Regū.xix. Ecce dñs transit/⁊ spūs grādis ⁊ fortis/subuertens mōtes/⁊ cōterens petras ante dominum. Vel p dentes possunt intelligi verba mordacia:q2 p certo sepe fit ꝙ dato ꝙ hō prelatus vel iudex careat huiusmodi dētibus/scʒ iniuriosis sermonibus/non eo minus solet pteruos corrigere ⁊ frāgere/⁊ lapideos hoīes castigare. Vel potest allegari ꝙ plus pficit quādoqʒ rostrū durū.i. dura ⁊ seuera reprehēsio ꝗʒ dentes acuti.i.ꝗʒ mordax ⁊ crudelis punitio:q2 sicut dicitʼ Prouer.xvij. Plus pficit correctio apud prudētes/ꝗʒ cētum plage apud stultū. Et hoc q2 prudens verboꝝ correctionib⁹ emēdatur/stultus vero plagarū ictibus induratʼ. Vel istud potest allegari de diuitib⁹ qui recte apud mundanos domus ⁊ naues.i.magni ⁊ notabiles reputanť/ qui pro certo fetus ⁊ filios suos solēt in terra.i.in amore terrenoꝝ sepelire/ ⁊ ipsos vltra debitū diligere et fouere. 2 ¶ Testudo cū vxore sua cohabitat carnaliter pecoꝝ more. Verūtamen vxor sua nō libenter patitur copulam/ quousqʒ masculus ea auersa ori eius festucā imponit. Istud potest intelligi de bonis mulierib⁹/ que copulā carnis etiam cū proprijs viris debēt difficiliter et cū quadam displicētia sustinere/ maxime quādo vident eos bestiarū ⁊ pecudum more effrenari/et carnaliter motos esse:et solum propter festucā quā habent.i ore.i. pꝑter frenum legis diuine que hoc precepit/se debent bone mulieres in talib⁹ exercere/ vt scʒ non ex libidine/sed ex iustitia moueanť:iuxta illud.j.ad Corinth.vij. Vxori vir debitum reddat/similiter ⁊ vxor viro. Aduertentes ad illa q̄ dixit angel⁹ thobie: Thobie.vj.ꝙ scʒ in illis qui cōiugium ita suscipiūt/ꝙ a se deū excludant/⁊ sue libidini ita vacēt sicut equus ⁊ mul⁹/ potestatē hʒ demoniū sup illos. Vel potest dici ꝯ malas mulieres/ que nō patiūtur libidinē a procis suis/ nisi etiā festucā donorū et munerū recipiāt ab eisdem. 3 ¶ Testudines marine intātū diligūt libere respirare/ ꝙ sursum in aque superficie volunt quasi cōtinue supernatare/ ⁊ sic fit ꝙ dū testudo nō aduertit/⁊ respirando aerē delectatur/ testa eius a sole taliter siccať ⁊ induratur/ꝙ se submergere vel in aquam pfundare impediť/⁊ inuita supernatare cōpelliť: ⁊ sic piscatorū manibus exponiť depredāda:sicut dicit Pli.lib.ix.c.x. Re uera sic videtur hodie de multis ecclesiasticis ⁊ religiosis: constat eñi ꝙ isti sunt positi in mari penitentie/ vt in aquis deuotiōis ⁊ gratie balneenť / et per humilitatē inferius pfundenť. Sʒ quid? Pro certo hodie ita appetūt fatue testudines.i.fatui religiosi ⁊ clerici libere respirare/⁊ ita gloriantur sursum ad auras mūdani fauoris ascendere/et se mūdi negotijs īplicare/ ⁊ ita abhorrēt in statu religiōis manere/ et in pfundo statu humilitatis iacere : ꝙ procul dubio sursum in patulo in statu alicui⁹ eminentie gloriātur ascendere/⁊ in officijs et dignitatib⁹ vel in mundi fauoribus vel in curijs principū vel in executionibus mortuorū vel in alijs administrationib⁹ terrenorū delectanť ⁊ appetunt preside re:sicut ad litterā patet etiā de mendicātibus/qui quasi videntur mare religionis dimittere/et extra quasi ex toto ad seculi negotia se trāsferre. Esa.xxiij. Exi terram tuam filia maris:nō ē cingulū vltra tibi. Ac si diceret:isti cīgulū obediētie dimittūt ⁊ rūpūt/⁊ de mari religiōis ad mūdū exeūt et accedunt. Quid plura? Procul dubio ibi suiipsi⁹ taliter obliuiscūtur/ꝙ a sole mūdane prosperitatis/⁊ ardore cōcupiscētiarū ibi ab hūore deuotiōis siccanť et p obstinationē et malam cōsuetudinem taliter indurātur/ꝙ se in mari religionis pfundare amplius īpediuntur:imo quasi seculares effecti/etiam ꝯtra volūtatem rationis sursum super mūdana supernatare ⁊ euagari ⁊ mentaliter ⁊ personaliter dinoscuntur:et sic per cōsequens ipsis piscatoribus infernalib⁹ exponūtur. Quod potissime ptʒ de apostatis/q̄ libere aspirare volentes/libertatem plus debito diligentes/mare religionis abhorrentes/ exterius sicut seculares vagātur:ita indurati in malo/ꝙ ampli⁹ redire dedignantur. Mar.xiij. Qui supra tectū est:nō descendat in domū.iiij. Reg.j. De lectulo super quē ascendisti nō descendes/sed morte morieris. ¶ Testudo maris faciliter capitur/qñ primitus inuer 4 satur: ratione eñi dure ⁊ late teste nō se potest faciliter releuare/seu iteꝝ reuersare.sicut igiť dicit liber rerū:testudies de nocte exeūdo ad terrā depascuntur ⁊ satianť/ ⁊ tandem redeūtes ad aquā/sup aquam dormiūt fluctuando. Tunc ergo duo piscatores natando seu nauigādo accedunt / qui ipsam inuersant/⁊ qui etiā pedē suum firme ligant:et sic eā inuersam et supinā ad littus trahūt. Charissimi tūc homo spiritualiter inuersatur quando errans in fide/ contra deū supinatur/et fidei eius repugnat/ et sibi mentaliter aduersatur: vel quādo per desperationem a statu spei retrouertiť et p obstinationem contra dñm voluntarie aduersatur. ps. Auertātur retrorsum ⁊ cōfundanť. Ex quo eñi homo a statu fidei per heresim auersus fuerit ⁊ euulsus: vix aut nunꝗʒ pōt resurgere/nec se a sua pfidia releuare. Hiere.viij. Qui auersus est:nō reuerteť. Quid igitur? Procul dubio qñ homo in terra diuitijs satiatus fuerit/et in aqua deliciaꝝ supernatando dormierit ⁊ quieuerit: tunc adsunt piscatores/ qui ip̄m per heresim vel p desperationem inuersant/⁊ ip̄m contra deum ⁊ paradisum p obstinationem supinant/⁊ vinculo male cōsuetudinis ip̄m alligant:⁊ sic cum propter duritiem cutis.i.mentis resurgere nō valeat/ad littus inferni pro libito ipsum portāt/exemplo mortui:qui auersus ad tumulū trahitur/⁊ supinus in tumulo sepelitur. Unde de talibus potest dici illud Danieľ. xiij. Euerterunt sensum suū et declinauerūt oculos suos vt nō viderent celum/neqʒ recordarentur iudiciorū iustorū. Vel dic ꝙ inuersatio ista est

mors: q etiam mortui inuersi sepeliuntur: q pro certo mali qui modo vinci nequeũt / tunc saltẽ superabunt / quando p duos nautas scz per dei occultam ordinationẽ vitam limitantem / ⁊ p casum vel infirmitatẽ corpus affligentẽ / p mortem inuersabunt / ⁊ per aliũ nautam / scz diabolum ligabuntur / et ad littus inferni trahent / ⁊ de mari fluctuose vite et prosperitatis extrahent. Ezech. xxix. Extrahã te de medio fluminũ tuoꝝ. Uide ad hoc figurã supra de luligine.

Capitulum. cxviij. de testeo pisce.

1 Testeũ fm Aristo. animal est in mari arabico / qd propter duritiã teste sue / pro eo q fumi euaporare nõ possunt / aliquotiens infirmatur / ⁊ calore intrinseco inflãmatur. Uadit igit ad aquã dulcem ⁊ potat / ⁊ in ipsa aliquãdiu habitat / et sic cutis eius subtiliat / ⁊ sudore exeunte sanatur. Sic vere si propter duritiã mẽtis nostre / corporis / cordis ⁊ oris clausi / mali vapores vitiorũ a nobis p confessionẽ non exiuerũt cõpetenter / propter quod calore cõcupiscẽtie generato moraliter fuerimus infirmati / restat q aquã dulcem deuotionis ⁊ cõpassionis bibamus / ⁊ q in aqua lachrymose cõfessiõis et cõpunctionis nos corporaliter balneemus / vt sic dura cute volũtatis nostre obstinate madefacta / sanitatem anime reportemus. iiij. Regũ. v. Uade lauare septies in Jordane / et recipiet sanitatem caro tua.

Capitulum. cxix. de tortuca maris.

1 Tortuca maris / barcora / testudo / ⁊ testeũ animal / videntur supponere pro eodem / et etiam magister de ppietatibus rerum de predictis non facit speciales titulos. Uerũtamen quia liber de natura rerũ ponit diuersos titulos de eisdẽ: ideo ego posui sub diuersis. Dicit ergo q tortuca marina est belua ingens similis tortuce terrestri: sed eius quãtitatẽ in infinitum excedẽs. Octo em̃ cubitos habet in longitudine / latitudo vero eius quattuor ẽ cubitoꝝ. scutũ habet testeũ / triangulare / quinq cubitoꝝ. Crura habet longa / digitos magnos sicut leo / fortitudine ⁊ audacia ẽ mirabilis tres enim hoĩes inuadere nõ formidat. Ista possunt exponi in bono / ⁊ sic per tortucã intelligam virũ iustũ / mari penitentie deditũ / ⁊ ad tolerandũ aduersa om̃ia induratũ. Iste enim debz habere octo cubitos. i. octo beatitudines: scutũ etiam testeũ constãtie ⁊ fortitudinis debet habere: qd tres virtutes theologice / scz fides / spes / charitas / debent triangulare: ⁊ qd quinq cubitorũ debet esse / inquãtũ debet contra quinq sensuũ illecebras preualere. ⁊ sic igit armatus vnguibus iuste correctionis / ⁊ scuto fortitudinis ⁊ perfectionis / tres viros. s. superbos / auaros / ⁊ luxuriosos: vel tres viros / scz mũdum / diabolũ et corpus ppium nõ timebit inuadere / ipsosq poterit superare. ps. Scuto circũdabit te veritas eius / nõ timebis a timore nocturno. ⁊ ad Ephe. vj. Sumẽtes scutũ fidei / in quo possitis oĩa tela nequissimi ignea extinguere / et galeam salutis assumite / ⁊ gladium spũs qd est verbũ dei. Uel ista possunt dici de fatuis ⁊ proteruis / q quando scuto ⁊ armis alijs sunt circũcincti / ad mala om̃ia sunt audaces. Uel p scutum intelligo obstinationẽ mentis et duritiam voluntatis / qd scz triangulare dicit / pro eo q a tribus pessimis vitijs fabricat / que sunt falsitas / crudelitas / cupiditas. Ex istis em̃ tribus ↄstat scutum iniquitatis malorum. isti em̃ habent falsitatẽ vt decipiãt / crudelitatem vt diripiant / cupiditatem vt accipiãt. Tali ergo scuto sic triãgulato armati solent audacter tres viros. i. vniuersitatẽ bonorum (qui per tres viros / Noe / Daniel / Job / intelligũtur. Ezech. xiiij.) prelatos scz / cõtinẽtes / ⁊ cõiugatos solent inuadere / ⁊ eos multipliciter infestare. Unde de talibus dicitur Job. xlj. in persona behemoth / q corpus eius quasi scuta fusilia ⁊c. Uel p istam beluam intelligo incorrigibiles ⁊ obstinatos / q ita duri sunt ↄtra veritatẽ / ⁊ contra iustitiam scutati / q nulla correctionis sagitta possunt penetrari / qui primo alios verbis ⁊ iniurijs nõ timent inuadere / ⁊ eis temerarie cõtraire. Esaie. xlviij. Scio em̃ quia durus es tu /
2 et neruus ferreus ceruix tua / et frons tua erea. ¶ Tortuca maris si inuersatur / vires perdit: se enim vix potest releuare. Sic tales cũ mors eos inuersauerit / nil valebunt / cũ amplius a vitijs nõ resurgant. Uel expone sicut supra de testudine: vbi est simile. Uide lib. de aĩalibus. c. de tortuca.

Capitulum. cxx. de thynno.

1 Thynnus mõstrum est marinũ caudam habens latitudinis duorũ cubitorum: qd in mari fetificat / ⁊ non alibi: ⁊ istud taliter impinguat vt dehiscat: ⁊ vltra biẽniũ raro viuit / vt dicit Pli. lib. ix. c. xv. Scd'o Alber. bestie sũt in Ethiopia q colore fusco binas habent mamillas / quibus lactãt catulos Pli. vero lib. ix. c. iij. ait thynnorũ tãtam multitudinẽ in mari indico classi Alexãdri magni obuiã fuisse / vt classis ecõtra aciem direxerit / cũ alias nõ esset sparsis euadere: thynnorum multitudine obuiante. Tales sunt multi qui caudã. i. spem future vite habent latã / ⁊ hoc binorum cubitorũ: q scz bis credũt viuere / diu scz in hoc seculo: ⁊ futuro: ⁊ inde ẽ q duas mãmas habere dicũtur / inquãtum spe psperitatis presentis ⁊ future lactant ⁊ delectantur: ⁊ ideo p certo fetus suos. i. desideria sua / volũtatem ⁊ ppositũ / solent in mari. i. in mũdo ⁊ mundiali amore parere ⁊ nutrire / ⁊ se ibi taliter diuitijs ⁊ delicijs impinguare / q vitã gratie cõtinuare nequeũt aut seruare. Qd etiam de tpali vita verũ est: q p certo qui vltra modũ corporaliter delicijs impinguant / ⁊ quorum mentes carnalitatibus cumulant / ⁊ quorũ status psperitatibus augmentat / vita tam tẽporali q̃z spũali et eterna faciliter spoliantur: figurati in Agag pinguissimo / qui a samuele est occisus. j. Regũ. xv. Quia p certo illi q predictis pinguedinibus impinguãt / mortẽ reportare sepius pmerent. Ideo dicitur. j. ad Timothe. v. Uidua in delicijs viuens / mortua est. Isti etiã contra classem alexandri. i. cõtra statũ bonorũ se cõgregant / ⁊ eis obuiant ⁊ repugnant: quare etiã necesse est vt ecõtra ipsi boni cõtra eos se colligant / confederent atq iũgant / vt eoꝝ impetum securius fugiãt ⁊ euadant. j. Macha. v. Congregate sunt gentes vt dimicent cõ-
2 tra nos. ¶ Thynnus pcedens ad terrã vt pascatur / dextera solet ripa intrare / et leua exire. Quod accidit fm Pli. lib. ix. c. xv. q dextero oculo melius credit videre q̃z sinistro: natura tamẽ vtroq oculo hebete. Et sic ergo supponitur q semp vult oculũ imponere versus partẽ illam ad quã tendit. Sic mali modo pcedentes ad pastus bonorũ tẽporalium acquirendos / dextera psperitatis solent ad terram. i. ad terrena intrare: sz pcul dubio sinistra aduersitatis exinde p mortem solẽt recedere ⁊ exire: q pro certo illi qui nũc ad terrena intrant prospere et quiete / finaliter inde sinistre exient ⁊ moleste. qd bene figuratur Ezech. xlvj. vbi dicit q ille q per portã meridionalem in solẽnitatem ingrediebat / per portam aquilonarẽ egredi iubebatur. Meridies enim prosperitatẽ / aquilo frigidus aduersitatẽ designat: ad denotandũ q illi qui ad mũdana prosperũ habẽt ingressum / scz diuites / in fine sinistrũ aquilonarem et aduersum habebũt egressum: q sicut dicit Prouer. xiiij. Extrema gaudij luctus
3 occupat. ¶ Thynnus fm Pli. belua est marina / que curiositate videndi vela nauium agitari vento / naues psequit / et in tãtũ stupore afficit / vt tridẽte percutiat absq eo q moueat. Simile videmus multis accidere / et maxime curiosis et religiosis / ⁊ iuuenculis mulieribus. Isti enim valde appetunt videre vela nauiũ volare. i. mundi ludos / solatia / ludibria / põpas / choreas / ⁊ similia celebrari. Sed quid? p certo dato q in principio nõ intendant aliquid mali / ita tñ stupore / delectatione et admiratione ⁊ cõplacentia afficiunt et tenent / q vbi non aduertunt / a nauta diabolo tridente tentationis triplicis cõcupiscentie / scz superbie / luxurie / et auaritie / percutiũtur: ⁊ sic per pctm̃ spiritualiter occidunt. Cuius figurã habemus in Dina virgine / q volẽs videre mulieres regiõis sichimoꝝ egressa ẽ / vbi a sichem filio emor ẽ corrupta. q hec mlier iuuenis curiosa facta / ⁊ mores aliorũ videre sollicita / corruptionẽ peccati solet faciliter reportare. ideo bene ↄsulitur Eccli. iij. vbi dicit. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter / ⁊ in pluribus operibus eius nõ eris curiosus. Sequit. Multos enim supplãtauit suspi-
4 tio illoꝝ / ⁊ in vanitate detinuit sensus eorũ. ¶ Scd'm Soli. thynni sunt belue que in põto solũ (qd est mare ceteris dulcius) inueniuntur / qui flumina intrant dextera / ⁊ ea exeunt leua. Sic tales qui in dulcedine deliciarum volunt viuere / flumina statuum ⁊ beneficiorum ⁊ diuitiaꝝ mundialium / que dicũtur flumina / q fluũt / dextera prosperitatis adipiscũtur: sed sinistra aduersitatis per mortem exinde egredi

cōpelluntur ꝛc̄.dic vt supra.eo.§.ij.

Capitulum.cxxj.de tomo seu tonio.

1 Tomus seu tonius piscis est magnus/sicut por
cus marinus/q̄ circa massiliam in abundantia
reperitur. Iste super omēs pisces magis iners
et timidus fertur esse:nō potest enim ita modi-
cum obicem inuenire/quin cōtinuo retrocedat
et inde est ꝙ in reti captus/nullā prorsus adhibet diligētiā
exeundi/ solum obstaculū retis timēs. Unde quandoqꝫ in-
uoluūtur centum in vno reti/ ꝛ ibi quādiu piscatori placue-
rit/sine alio vinculo detinētur/ꝛ in aqua existentes sicut in
armento emptoribꝰ distinguūtur. Uerūtamen quādo del-
phinus aliquādo cū talibꝰ in eodem reti capiꝉ/tunc statim
ipse rete rūpit/et alij post sequūtur : et sic illi q̄ multi imbe-
cilles exitū aggredi nō audebant/ vniꝰ delphini fortitudīe
ꝛ audacia liberātur. Ista nō inueni in libris:sed audiui ab
illis qui mare massilicū frequentauerant. Ista possunt al-
legari narratiue/ quomodo vna bona ꝑsona ꝓficit in cōita
te vna: sepe eñ fit ꝙ vbi vna magna ꝯgregatio exire aliqḋ
periculū nesciebat/vnus bonus ꝛ sapiens exit/ꝛ dat exem-
plum ꝛ viam alijs exeundi. ꝛ ista in temporalibus et poli-
ticis ꝛ moralibus ꝛ theologicis quotidie videmus/qꝛ sicut
dicit Eccli.xvj. Ab vno sensato habitabiꝉ ciuitas:ꝛ a mul
tis fatuis derelinqueꝉ. Ista potissime apparent in morali-
bus/vbi multi sunt ita imbecilles/ꝙ omnem obicem tēta-
tionis vel tribulationis solent timere/ꝛ statim a via virtutū
retrocedere/ꝛ infra rete diaboli se ligare/ ꝛ sine quocūqꝫ co
natu penitentie in piscatorꝝ infernalium dominio totaliter
remanere/nisi forte sit ibi aliquis delphinus.i. aliquis pru
dens homo/qui rupto reti diaboli exeat/ vt eius exemplis
ꝛ monitis possint alij se saluare. Eccl'is.ix. Rex magnꝰ val
lauit ciuitatē/et munitiones extruxit per girū/ꝛ inuentꝰ est
in ea vir pauper ꝛ sapiens/qui liberauit vrbem per sapien-
tiam suā. Uel ista possunt dici de bonis/qui in reti religio-
nis ꝛ dei mādatorum/ꝛ in dominio prelatorum manent pa
cifice ꝛ quiete/ꝛ timent impingere in obicem peccatorum.
Uerūtamen quando est ibi vnus malus delphinꝰ qui rete
rumpit/mandata frangit/vel religionē exit:tunc malo exē
plo suo aliorꝝ multitudinem secū trahit. Figuratus in dra-
cone Apoca.xij.cuius cauda.i.cuius exemplum ꝛ sequela
trahebat post se tertiam partem stellarum. quia breuiter ꝑ
vnum malum quandoqꝫ damnātur multi/ et ecōuerso/per
vnum bonum saluantur aliquotiens multi mali. Unde ad
Roma.v. Sicut per inobedientiam vnius hominis pecca-
tores constituti multi / ita et per vnius obedientiam iusti
constituentur multi. Uel ista possunt dici de sanctis patri-
bus/qui in reti inferni detenti/ꝛ a morte omnes ligati/ nul
lam habebant potentiam euadendi: verūtamen delphinꝰ
christus/qui cum eisdem fuit mortuus ꝛ captus/rete mor-
tis et inferni resurgendo rupit / et sic alios miseros secum
duxit:quia breuiter sicut omnes per vnum/ scilicet Adam
facti fuerunt transgressores/ita omnes per vnū scilicet chri
stum facti sunt peccati ꝛ inferni egressores. vnde ad Rom.
v. Si eñ vnius hominis peccato multi mortui sunt/multo
magis vnius hominis christi gratia in plures abundauit.

2 ¶ Tonij ita sunt simplices pisces/ ꝙ vbi piscator eorū cō-
gregationem inuenerit/ statim pisciculos qui sarde dicun
tur/pro pabulo eis proijcit/ qui statim more porcorum qui
cum glādibus trahuntur post pastorem/ ipsum piscatorem
sequūtur/ꝛ eis sequētibus etiā alij adiūguntur/ et sic quan
doqꝫ per duas dietas vsqꝫ ad portꝰ supercilia ducūtur/vbi
cū reti tenui de ripa ad ripam vel de rupe ad oppositū ꝓtē-
so capti/ineuasibiliter retinētur/ibiqꝫ sicut in carcere quan
diu piscatoribus placuerit reseruantur. Tales sunt mali/q̄
sardella mundi delectabilium tracti / diabolum piscatorē
sequūtur/et eorum exemplis etiam alij aggregantur/quo-
usqꝫ in gurgitem inferni ab eis cōcludātur / vbi necessario
et perpetuo per rete mortis ineuasibiliter detinentur. Pro
uerb.vij. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victi-
mam/et nescit ꝙ ad vincula stultus trahatur. Uel dic ꝙ fa
tui tracti delectabilibus sequuntur diabolum vel mūdi lu
dibria/ et non cauent ꝙ gurgitem peccati intrent/et ꝙ reti
male consuetudinis se inuoluant/ et ꝙ necessario ibi restēt
Allega vt supra.

Capl'm.cxxij.de torpedine.

Torpedo ꝓm Isidorum lib.xij. et Pliñ.lib.ix.c.
xlij.piscis est sic dictus/eo ꝙ quicquid tāgit fa-
cit obstupescere ꝛ torpere:ꝛ in sensu ꝛ motu de-
ficere ꝛ languere/ et hoc non solum cum tangiꝉ
immo etiam cum ei appropinquatur. Nam da
to ꝙ in luto lateat/ pisces tamen desuper secure natātes so
let stupefacere/ꝛ subito corripere ꝛ mordere. Si q̄s etiā me
diante virga vel hasta torpedinē tetigerit/brachia tangen-
tis q̄ꝫq̄ꝫ fortissima subito obstupescūt ꝛ torpēt. Quid plura:
tanta est vis torpedinis (vt aiunt) vt etiam aura desuper
eam trāsiens/torpore inficiat cor humanum:nec est ita ve-
lox animal(vt dicūt)quin pedes eius subito tactu torpedi-
nis alligentur/sicut dicit idem Pliñ.libro.xxxij. c.j. Quod
etiā a quodā abbate/qui se asserebat vidisse in pictauia/au
diui. Charissimi pro certo talis torpedo videtur esse mors:
ipsa eñ torpedo dici potest/ pro eo ꝙ torpide ꝛ tarde videa
tur venire. Uerūtamen ista est tante fortitudinis ꝛ virtutis
ꝙ omnem creaturam quam tangit facit obstupescere ꝛ tor
pere/et motu et sensu deficere et carere. Non valent enim
mundi delicie natantibus:non valet virga presidibus:non
valet hasta militibus : non valet cursus velocibus: omnis
enim tactus ab ista imobilis efficitur/ꝛ insensibilis ꝛ stupi
dus cōgelatur:ꝛ sua omnis velocitas alligatur. Amos.ij.
Peribit fuga a veloce. Nec mirum:quia etiā ipsa aura ab
ipsa flans et veniens.i. ipsa fama ipsius mortis cū bene cō
sideratur et profunde/solet hominem turbare/ ꝛ pre stupo-
re ꝛ extasi cōgelare. Deuter.xxviij. Stupebis ad terrorem
eorum que videbunt oculi tui. Uel si vis pone de muliere/
cuius tactus ꝛ habitatio/fama auditus et consideratio fa-
cit hominem stupidum/insensibilem/ inaduertentem ꝛ fa-
tuum:sicut supra de narce:et sicut ꝓm Plinium libro.ix.ca.
xlij.vbi supra. Iecori torpedinis teneritas nulla prefertur.
Sic vere iecori et affectioni mulieris nulla dulcedo vel te-
pitudo coequatur/quando scilicet fatuus animꝰ ab ea de-
cipitur ꝛ fraudatur. Quod bene ptꝫ in luxuriosis/qui amo
ri mulierum nihil preferunt. Unde Prouer.v. Fauus distil
lans labia meretricis ꝛc̄.

Capl'm.cxxiij.de trebio.

Uide Pli.li.ix.c.xxv.nō enim intellexit auctor.

1 Trebius ꝓm Pliñ. piscis est pedalis longitudi
nis/q̄ tñ inueniꝉ pinguedis q̄nqꝫ digitorꝝ(vt ait)
Et istius tanta est virtus ꝓm ipsum/ ꝙ pars eiꝰ
assata/ꝛ certo sale salita/quicquid in altissimos
puteos ceciderit/fluctuare facit:et extrahit ap-
plicata. Tales sunt viri humiles/benigni/pingues/ꝛ dul-
ces: q̄ maxime sunt virtutis. Nam q̄ñ applicātur alicui pu
teo ꝓfundo.i.alicui obstinato peccatori/ quicquid ꝓcul du
bio.i.q̄ḋcunqꝫ peccatū in profundū sue cōscientie ꝑ obstina
tionē intrauerit/sciūt facere enatare/ ꝛ ꝑ confessionē caute
extrahere/ et facere confitendo exterius fluctuare. Quod
quidē faciūt dū ipm sciūt dulciter tractare/et sagaciter in-
ducere et monere. Figura de Helisco.iiij. Reg.vj.vbi fer-
rum qḋ in fundo aque iacebat/ligno apposito supnatare fe
cit:ꝛ exterius extraxit et eiecit.qꝛ ꝑ certo Heliseꝰ.i.prudēs
ꝑdicator confessor vel corrector/scit lignū.i.exēpla de ligno
crucis ꝛ de passiōis mēoria apponere/ꝛ sic facit ferrū.i.pec
cati duritiā a ꝓfundis cordibꝰ ꝑ confessionē supgredi ꝛ exi
re. Uel dic ꝙ iste piscis pinguis ꝛ assatꝰ est xp̄s/dulcis ꝛ be
nignus/ꝛ tñ in veru crucis positꝰ ꝛ exustꝰ. Iste ergo cōside
ratus deuote/ꝛ mēti obstinate applicatꝰ discrete facit ꝑ cō
fessionē supnatare pctā/ꝛ ipsa emittere ꝑpetrata. Figuratꝰ
in Heliseo cū ligno ꝛc̄.sicut supra: qꝛ scilꝫ heliseꝰ cū ligno.i.
xp̄s in cruce cōsideratus/facit natare de cordibꝰ ferrū cul-
pe. Uel dic ꝙ iste applicatꝰ ꝓfundo puteo inferni exinde fe
cit exire/enatare ꝛ egredi sanctos patres/q̄ ibi a mūdi ori-
gine latitabāt. Qḋ petēs Dauid dicebat in p̄s. Nō me de
mergat tēpestas aq̄/neqꝫ absorbeat me ꝓfundū/ꝛ nō vrgeat
sup me puteꝰ os suū.

2 ¶ Trebiꝰ piscis est q̄ in estate est ni-
ger/in hyeme ꝟo candidꝰ. Sic vere fit ꝙ hō in estate mun-
dane ꝓspitatis habitās/fit ꝑ pctā niger ꝛ vilis/q̄ tñ in hye-
me aduersitatis ꝛ paupertatis fit mūdus/candidꝰ/ipollutꝰ.
Threnorum.iiij. Candidi facti sunt nazarei eius.

3 ¶ Solus trebius ꝓm Pli.ex alga nidū facit ꝛc̄. Uideꝉ iste piscis esse
phycis quantū ad hoc/ꝛ quātū ad coloris mutationem.vi-
de supra in littera. F.

4 ¶ Trebius dicitur a terendo.habet

em̄ rostrum durissimum/cū quo naues terebrat ⁊ perforat/
quod bene videtur innuere Plinꝰ lib.xxxij.c.ij.⁊ est piscis
in oceano/ ⁊c̄. Uide simile supra in littera.G. de gladio et
expone sicut ibi.

Capitulum.cxxiiij.de tritone.

TRiton dicit̃ esse piscis qui in ore habet fistulam
quasi tubam/ ita ꝙ ꝑ maria tubicinando naui-
gat/propter quod populus maris tubicinem ip
sum vocat. Iste igit̃ antiquitus inter deos ma-
ris fuit computatus/⁊ pictus cum tuba a genti
bus veneratus.Unde etiam poete finxerūt misenū tubici-
nem qui in mari submersus est/a tritone fuisse submersum
pro eo ꝙ dum tubicinabat/ ipsius tritonis officium exerce
bat.Ad omnia autem ista alludit Pli.lib. naturalis histo
rie mundi.ix.c.v.vbi dicit ꝙ olypponensium legatio ꝓpter
hoc ex certa scientia sibi missa/nūciauit tiberio principi in
quodam specu auditum visumqꝫ tritonem/ concha canen
tem/qua noscitur forma.i.in illa figura qua antiquitus pin
gebatur. Tales debēt esse prelati et predicatores:quia pro
certo isti debent in ore tubam predicationis habere/et per
mare huius seculi predicationis tubicinium exercere . Fi-
gurati in angelis habentibus tubas.Apoc.ix.⁊c̄. Isti etiā
per vite sanctitatem et excellentiā in isto mari debent esse
dij.p̄s. Ego dixi:dij estis.Et illos qui suum vsurpant offi-
cium/scꝫ hereticos ⁊ falsos predicatores et hypocritas de
bent submergere.i.deponere ⁊ deprimere/⁊ predicationis
officium denegare.Istis ergo dicitur Osee.viij. In guttu
re tuo sit tuba sicut aquila super domum dn̄i. Uel dic ꝙ ta
lis est christus/qui maris huius seculi predicando fuit tu-
bicen: ⁊ est deus.Tubam em̄ predicationis in ore habuit/
qua peccatores devitijs excitauit.Igitur istevidens alios
tubicines/scꝫ falsos ⁊ malos predicatores/suū officiū vsur-
pare/⁊ turpis questus vel vane laudis gratia p̄dicare/ con
tra ipsos indignat̃ : ⁊ in profundum inferni eos demergit/
et per damnationē eternam ipsos destruit et cōfundit.De
istis ergo dicit̃ illud p̄s.Peccatori autē dicit deus:Quare
tu enarras iustitias meas/ ⁊ assumis testamentū meum ꝑ
os tuum:Tu vero odisti disciplinam: ⁊ ꝓiecisti sermones
meos retrorsum:sividebas furē/currebas cū eo ⁊c̄.Ul̃ dic
ꝙ maris huius seculi tubicines sunt magniloqui et adula-
tores/qui ꝓ certo dij maris dicūtur: qꝛ scꝫ in huius mundi
pelago a prelatis ⁊ principibus tales sicut dij adorātur/ et
tāqꝫ dij in hoc seculo dominant̃. Isti etiam alijs tubicini-
bus.i.alijs suis imitatoribus adulatoribus solent inuidere
et eorum submersionem ⁊ casum pro viribꝰ procurare.Uel
dic ꝙ tales sunt ioculatores diuitum et regū/ qui cū instru
mentis musicis vel cū verbis exclamatorijs solent in auri-
bus diuitū tubicinare/facta eorum cōmendare/⁊ sic solent
eos diuites et fatui nobiles sicut deos adorare / et deos et
consolatores seculi reputare:dicētes eis illud p̄s . Ego di-
xi:dij estis/ ⁊ filij excelsi omnes.

Capitulum.cxxv.de venth pisce vulgariter sic dicto seu
Uerich ẜm Alber.Uenth aūt Uincentio:siue de arista.

VEnith piscis est q̄ aliter dicit̃ aristosus/ eo ꝙ ari
stis innūerabilibꝰ sit repletꝰ/q̄ꝑꝑ paupeꝝ cibꝰ ē
⁊ īter alios pisces vilis reputat̃ ⁊ aristosus. Iste
vo sic capit̃.Sup rete em̄ arcꝰ ligneꝰ aq̄ supemi
nens ponit̃/vbi nola seu campanella suspendit̃/
cuius sonū audiētes isti pisces / in magna quātitate solent
illuc cōuenire/⁊ in magna multitudine in retibus insilire.
Tali modo videt̃ capi a diabolo multi peccatores.Pisca-
tor em̄ diabolus volens capere et in reti vitiorū inuoluere
viles ⁊ abominabiles peccatores/plenos aristis.i.consciē-
tie remorsibus ⁊ peccatis / adhibet suarum sonū ⁊ sibilum
cāpanarū/⁊ iste sonꝰ nihil aliud est q̄ꝫ mūdi gaudioꝝ ludꝰ/
risus/cantꝰ ⁊ consolationes mulieꝝ:sibili ⁊ incantationes
mundanorum/ad superbiam/pompam/et auaritiam inci
tationes/ et ipsius hostis occulte suggestiones et tentatio-
nes. Isti enim pisces scilicet peccatores in talibꝰ delectan
tur/et dum incaute ad talia appropinquant/ dūqꝫ in instru
mentis musicis/choreis ⁊ adulatoribus/ ⁊ mulierum sibi-
lis se delectant/in reti diaboli.i. in peccato inuoluuntur et
intrant/et in inferno capiuntur et dolent.Abacuch.j. Tra
xit illud in sagena sua/et congregauit in rete suum. Fatuū
est igitur in talibꝰ nolis et sonulis delectari:immo vtile est
dicere illud Amos.v.Aufer a me tumultum carminū tuo
rum/cantica lire tue non audiam . Uel potest dici illud in
bono de illis qui delectantur in sonitu.i.in auditu predica-
tionis: qꝛ vix est quin aliquando cadant in rete diuine gra
tie et conuersionis.Ezechi.xij. Extendā super te rete meū/
et capieris in sagena mea.

Capitulum.cxxvj.de vipera.

VIpera maris piscis est quasi cubiti vnius / qui
in capite super oculos cornu acutum habet/qđ
venenosum et mortiferum est. Quicquid enim
ex eo vulnerat/ex eo inficitur:quod cauentes pi
scatores/capto pisce amputant ei caput/⁊ reli-
quū quod valde est esibile/vsibus cedit humanis. Iste pi-
scis q̄ bonꝰ est ⁊ esibilis preter caput/ significat mihi quos-
dam in religione et ecclesia/qui vt in pluribus/bonis sunt
esibiles/imitabiles atqꝫ iusti.Uerūtamen habent quādoqꝫ
caput cornu fatuitatis et presumptionis ita armatum / ꝙ
inter oculos.i.publice et patenter habere et pretendere/ et
cum eo alios impetere/molestare ⁊ verbis detractorijs ve-
nenare/frontose/ dure et procaciter nō verentur: et ideo pi
scatores.i.boni prelati talibus debent caput.i. capitositatē
cum cornu proteruie per iustitiā amputare/et capitis eorū
impetum refrenare:⁊ sic cum sine tali capite fuerint/pote-
runt omnibꝰ boni esse . Istud patet de multis in omni ho-
minum gradu et sexu/qui in oībus boni inueniūtur / exce-
pto ꝙ capitosi ⁊ cornupeti/ frōtosi/et cholerici plus debito
in alios efferuntur. Figurati in boue cornupeta. Exod.xxj.
qui debebat recludi / et ne noceret alijs coerceri/al̃s eius
dominus tenebatur . Sic tales cornupeti/proterui et iniu-
riosi necesse est ꝙ a dominis suis.i.a prelatis et superioribꝰ
arceātur/et ꝙ eorum caput et capitositas auferatur/al̃s ꝙ
ipsi domini et superiores de eorum fatuitatibus teneātur:
et sic de talibus correctis/ humiliatis/decapitatis ⁊ subiu
gatis/poterit dici illđ Judith. xiiij. Ecce holefernes iacet
in terra/⁊ caput eius nō est in eo.Uel potest de multis dici
qui ratione cornu sui.i. potentie et iurisdictiōis ⁊ capitis.i.
capitaneorum/dominorum ⁊ parentum quos habent/sunt
alijs nociui et venenosi / et occasione predictorum faciunt
multa mala. Et ideo piscator deꝰ(qꝛ isti alias essent boni)
solet eis vel per mortē vel per infortunia caput.i. ista omnia
auferre: vt sic possint spiritualiter boni esse.Esa.ix. Disper-
det dominus ab israel caput ⁊ caudam.

Capitulum.cxxvij.de vergilialibus piscibus.

VErgiliales pisces dicti sunt / eo ꝙ ī ortu stellaꝝ
que vergilie nominantur/apparent/reliquo ve-
ro tempore abscōduntur/;et sicut Plinius dicit
libro.ix.c.xviij. in duobus lacubus Italie/ qui
larius et verbanus dicuntur/ inueniuntur/ qui
squamis crebris conspicui sed preacutis inueniūtur. Uer-
gilie que sunt stelle lucentes / diuitias et eminentias desi-
gnant:isti vero pisces mundi parentes/cognatos/amicos
significant:quia pro certo quando ille stelle circa nos inci-
piunt lucere/⁊ quando mundi prosperis incipimus preful
gere: tunc procul dubio amici nostri circa nos incipiūt ap-
parere / et se familiares et obsequiosos erga nos exhibere.
Cum autem iste stelle.i.mundi prospera aliquo casu dispa
ruerint et cessauerint:tūc ⁊ illi pariter cessabunt/et ab istis
frequentijs et obsequijs recedentes/vna cum eis dispare-
bunt.Eccl̃i.vj. Est amicus socius mense/et non compare-
bit in die tribulationis.Et sic vis dic ꝙ isti falsi amici con-
spicui sunt ad applicandum / acuti tamen ad rapiendum/
et ad acquirendum/et vtilitatem propriam faciēdum/qui
scilicet in principio/ quando scilicet homo non est pauper/
parati sunt ad obsequendum/ ⁊ ad suum cōmunicandum:
tandē vero scꝫ quando vident hoīem occidere ⁊ depaupe-
rari ⁊ cadere/parati sunt ad disparendum/⁊ ad eum dimit
tendum.Allega vt supra.

Capl̃m.cxxviij.de vulpibus marinis.

VUlpes maris ẜm Pli.lib.ix.c.xliij.pisces sunt
qui hamum glutiūt:attractūqꝫ vsqꝫ ad infirma
linee facile perrodunt / significantes illos qui
cum esca delectationis hauriunt et glutiunt
hamum peccati / et conscientie remorsionis.

Ecclis.iiij. Pisces capiuntur hamo. Non intelligo bene textum: et ideo transeo.

Capitulum.cxxix. de vacca maris.

Vacca maris sm Aristo. monstrum est magnũ et iracundũ/⁊ pronum ad iniurias. Quod non oua/ sed fetũ facit: quem tenere diligens/ ducit vbicũq; vadit: decem mẽsibus impregnat/⁊ viuit hoc aĩal.c.xxx.ãnis sicut ait. Quod probatũ est caudis eoꝝ ãputatis: sicut de delphinis dictũ est q̃ viuũt annis.xxx. sm Soli. Istud põt allegari cõtra nimis diligẽtes filios/⁊ eos secũ habere volentes/ cõtra illud Eccli.xxx. Lacta filium tuum/⁊ pauentem te faciet: lude cũ illo/⁊ cõtristabit te. Uel põt allegari cõtra malos/ q̃ sunt iracũdi/⁊ ad iniurias proni/⁊ filiorũ carnaliter dilectiui/⁊ decẽ mẽsibus.i. decẽ defectibus scz per transgressionẽ decẽ mãdatoꝝ dicũtur parere/ supple mala opera. Mẽsis aũt dicit a mene/ qd est defectus/ pro eo q̃ lune defectio menses facere solebat. multum vero dicũtur viuere/⁊ caudas.i. mortis memoriam dicũtur amputatã habere/ ⁊ ea deficere et carere. Ecclis.vij. Impius longo viuit tempore super terrã.

Capitulum.cxxx. de vitulo marino.

Vitulus marin⁹ qui alio modo dicit elcus/ qui etiam idem videt esse quod kola (q: per omnia eedem sunt cõditiones posite de kola in lib. de natura rerũ / sicut de vitulo marino in libro de proprietatibus rerũ) monstrũ est marinũ/⁊ forte idem est quod vacca marina. Uide igitur de vitulo marino. libro de animalibus titulo suo vbi ponitur. Credo etiã q̃ idem est quod phoca.

Capitulum.cxxxj. de vrtica maris.

Vrtica maris est quasi de natura spongiarũ. dicit em̃ Pli.lib.ix.c.xlv. q̃ vrtice ⁊ spõgie nõ vidẽtur esse nec frutex nec aĩal: sed quedam media inter vtrãq; naturã. Sũt ergo vrtice maris qdã pisces similitudinem fruticũ preferẽtes/ quib⁹ eadẽ est vis pruritu mordax/ que vrticis terrestrib⁹. Noctu vagantur/ contrahuntq; se q̃ maxime rigentes. Iste ergo prenatantibus pisciculis frondem suã porrigunt/ attractosq; deuorant ⁊ cõsumũt. Iste pectines ⁊ echinos noctu perquirunt/⁊ attritu suo quicquid tangunt/ vredine et pruritu ledunt. Si quis vero ipsos manu capere voluerit/ colorem mutant ⁊ contrahuntur: ⁊ si tempus habuerint / abscõduntur. Tales videntur esse quidam mali simplices/ tam in seculo q̃ in claustro: quia scz nõ vidẽtur esse aliquid/ nec anĩmal nec herba / inquantum scz nihil de mundi malitia videntur sapere vel sentire. Uerũtamen isti habent virtutem vstiuam: quia scilz alios qui eos tangunt.i. suos socios ⁊ vicinos solent verbis detractorijs vrere/⁊ pruritũ ire ⁊ displicentie in eis generare: pisciculos etiam.i. pauperes solent inuoluere ⁊ rapere/ ⁊ eos vsuris et exactionibus deuorare: et sic per mordacitatem suam tam verbalem q̃ realem/ solent aliud q̃ credebant se ostendere/ ⁊ suam malitiam que latuerat declarare. Ista videntur ad litterã de rusticis vsurarijs in hoc seculo/⁊ de q̃busdã rudib⁹ malitiosis in claustro: qui nihil vident scire/⁊ tñ solẽt alios vrere et mordere. ps. Sicut ignis q̃ cõburit silũã/⁊ sicut flãma cõburẽs mõtes

Capitulum.cxxxij. de vngue pisce.

Vnguis est piscis marinus/ de genere cõcharũ/ qui alio modo dicitur dactylus/ q̃ ad humanorum vnguiũ similitudinem sic vocat. Iste ergo quandã lucem innatã habere videt/ q: scz relucere etiã inter ora manducantiũ cõprobat. In tenebris enim/ siue in manibus/ siue in veste/ siue in ore resdet: sicut dicit Pli.li.ix.c.penul. Tales videnĩ esse viri sciẽtifici ⁊ pfecti: q: scz lumie clare ⁊ honeste vite/ splẽdore etiã sapientie ⁊ doctrine mirabiliter sunt dotati. Lucent enim in tenebris huius vite/⁊ alios illuminant ⁊ dirigunt exemplis pariter et doctrinis. Matthei.v. Uos estis lux mũdi. Et hoc potissime verum est de sanctis/ qui etiam adhuc in ore manducantium.i. in verbis ⁊ locutione predicantium/ et eosdem laudantium/ relucere videntur/ inquantum eoꝝ verba et exempla nobis pro lumine offeruntur. Istis ergo ⁊ alijs similib⁹ dicitur ad Philip.ij. Inter quos lucetis sicut luminaria in mũdo/ verbum vite continentes. Uel dic de hypocritis/ qui q̃uis regulariter nõ sint nisi quidam pisces.i. carnales et deliciosi: ipsi tamen per honestã apparẽtiam lucent/⁊ in ore manducantium.i. in verbis laudantiũ lucere desiderant/ inquantum famam et laudem cupiunt et affectant. Job.xlj. Post eum lucebit semita.

Capitulum.cxxxiij. de zedrosis seu gedrosis.

Zedrosi scdm Pliniũ belue marine sunt in arabia/ que tante sunt magnitudinis/ q̃ ossa earum quãdoq; quadraginta cubitorum inueniuntur: et ideo de istis ossibus paratis et sectis/ dom⁹ ⁊ alia edificia cõmode construunt. Talis est christus/ qui maximus fuit in gloria ⁊ virtute. Ossa enim eius .i. apostoli/ martyres atq; sancti/ qui more ossium fortissimi ad toleranda tormenta fuerunt/ quadraginta cubitos habuerunt/ qui scilicet cõstant ex denario quater ducto.i. decem mandata legis in fide quattuor euangeliorum tenuerunt: ⁊ ideo secti martyrijs ⁊ tormentis/ facti sunt trabes p ecclia construenda/⁊ pro salutis nostre fabrica sustinenda/ Figurati in ossibus helisei: de quib⁹ dicitur.iiij. Regũ.xiij. q̃ ad eorum tactum reuixit homo mortuus. Quia scilicet cum isti/ ossa christi/ peccatores scz mortuos predicando tetigerunt/ eos a peccato resurgere fecerũt/ ecclesiam etiam mortuam ⁊ depressam ad vitam gratie reduxerunt. Isti ergo christo potuerunt dicere illud.j. Parali.j. Os tuum sumus ⁊ caro tua. Uel dic q̃ ista ossa fuerunt fundatores religionum/⁊c. sicut supra. Uel dic q̃ isti pisces sunt viri perfecti ⁊ sancti/ quorũ ossa sunt virtutes ⁊ scientie/⁊ fortes act⁹ anime. vel etiam constantie et virtutes/ maxime in martyribus. de istis enim est anima vel ecclesia fundata / ⁊ fidei nostre machina fabricata / et salutis nostre fabrica roborata. Prouer.xvj. Dulcedo anime sanitas ossium.

Capitulum.cxxxiiij. de zidrach.

Zydrach scdm librum rerum/ monstrum est marinum/ quod licet videatur terribile in figura/ est tamen innocuum. habet enim caput vt equus: sed valde minus/ totum corpus vt draco/ cũ cauda longa/ gracili/ serpentina. Corpus em̃ diuersis est maculatum coloribus/ et pĩnas habet vt piscis/ quibus natat. Sic vere plerisq; inueniunt qui licet ipsorum caput.i. cor sit equinum.i. elatum per superbiam: corpus vero et caro sint draconina.i. inflãmata per luxuriam: cauda vero.i. finis et intentio sit serpentina et tortuosa per malitiã/ et longa per diuturnam in malo perseuerantiam: cutis vero conuersationis sit colorata per curiosam apparentiam: habeant etiã pinnulas pungentes.i. diuitiarum abundantiam/ et natent cum piscibus.i. cum deliciosis per deliciarum affluentiã/⁊ per consequens tales prima facie videantur alijs terribiles et nociui/ ipsi tamẽ nulli hominum sunt infesti. Multi enim sunt qui q̃uis mali sint in se/ alicui tamen alij nunq̃ nocent: imo erga alios socialiter ⁊ benigniter se habent. Esaie.xj. Super foramen aspidis/ et in cauerna reguli qui ablactatus fuerit/ manũ suam mittet/ non nocebunt: ⁊ non occident in vniuerso monte sancto meo.

Capitulum.cxxxv. de zistri.

Zistris vt dicit magn⁹ Basili⁹ i hexameron/ marina est belua / que excedens estimationem hominum/ tãta est/ vt prouida mater rerum natura in isto mõstro lusisse videatur. Ista em̃ belua nulli rerum/ nec piscibus maris/ nec bestijs terre/ nec volatilib⁹ celi assimilatur/ sed in sola et in singulari figura ipsa belua gloriatur/ vt recte valde mirandũ spectaculum cunctis videntibus videatur/ vt ex hoc laus et potẽtia creatoris in omnibus extollatur. Si enim inquit caput videris mõstruosum/ omnino velut abyssum fugies: si oculos/ horrebis: si reliqua corporis/ te nihil simile vidisse fateberis. Tales possunt dici multi/ q̃ recte in nullo volũt alijs conformari: immo gloriãtur soli et singulares videri / et in nullo alios imitari. Istud patet de quibusdam/ qui ita gloriant in malitia/⁊ potẽtes sũt in iniqtate/ ⁊ ita sũt mõstruosi p vitiorũ enormitatẽ/ q̃ nec inter volucres celi scz supbos nec inter bestias terre.s. auaros/ nec inter pisces maris.s. luxuriosos ẽ facile eis aliquẽ silez repire. Et ideo mores eoꝝ sũt ita mõstruosi/⁊ dispares vniuersis/ q̃ merito oĩbus sunt

horribiles ad videndum. Sapieñ.ij. Grauis est nobis etiã
ad videndũ: quoniã dissimilis est alijs vita eius. Uel istud
potest allegari de singularibus in religione/ qui vitam cõ-
munem nolũt tenere: imo vitã habere singularem et alijs
dissimilem gloriantur. Gaudent eñ alijs dispares appare
re/ ⁊ alijs per hypocrisim prepollere. Potest etiam allegari
de fatuis iuuenibus/ qui ita in habitu ⁊ gestu transforman
tur/ ꝙ nulli assimilari gloriant: quia scȝ isti gaudent quãdo
dicitur illis illud ps̃. Non est similis tui in dijs domine/ et
non est secundum opera tua.

Capitulum.cxxxvj. de zytiro

Ytiron.i. miles marinus/ monstrum est marinũ
sicut dicit liber de natura rex/ ingens ⁊ fortissi-
mum/ cuius dispositio talis dicitur esse. In par
te enim prima formã militis armati prefert/ ha
bens caput quasi casside galeatum/ ex cute ru-
gosa/ dura/ ⁊ valde firma: a collo eius dependet scutum la
tum/ magnum/ concauum atqȝ durũ/ vt pugnãtium more
possit mõstrum contra ictus defendi. Uene autem et nerui
fortissimi de collo ⁊ spondylibus eius protenduntur in hu-
merum/ quibus suspenditur dictum scutũ. Forme triangu
laris ipsum scutum est/ ita forte ⁊ solidũ/ ꝙ vix vllo iaculo p-
foratur. Brachia habet fortissima/ manum bifurcam/ cum
qua durissime percutit/ fortissime ẽ vite/ ita ꝙ vix potest in-
terimi cũ capit/ nisi malleis ferreis occidat. Et istud mõ-
strum humanas discordias dicitur imitari: inter se eñ bel
la et turbationẽ maris tantam cõmouẽt in pugnãdo/ vt in
loco certaminis tẽpestas quedam exurgere videatur. In
mari autem britãnico hoc monstrum dicitur reperiri. Hic
libet mihi iserere qđ a religioso viro ꝑposito sancti michae
lis in eremo/ in solo pictauico vnde oriundus ego sum/ su-
pra littꝰ oceani aquitanici situato/ me recolo audiuisse/ vi-
disse scȝ in mari iuxta monasterium capi piscem cum facie
⁊ manibus humanis/ squamis armato capite/ ad modum
loricati: ab vmbilico vero ad modũ lati pectinis termina-
tum/ qui vix a nautis capi potuit/ in quodã rupis maris re
cessu se retinens/ ⁊ manibus proijciendo lapides se defen-
dens. Ab altero vero audiui semel in eodem mari ꝓpe in-
sulam colcam paruulũ piscem captum ad formam arma-
ti militis/ figuratum casside ⁊ scuto/ ⁊ lorica armatum. Cu
ius simile audiui a venerabili viro magistro Philippo de
vitriaco/ asserẽte in normania similem militẽ vidisse. Ego
etiam scutum vnum semel vidi/ latum ⁊ forte/ quod cõsta-
bat de squama piscis esse/ ⁊ dicebatur a nonnullis marini
militis fuisse. Tale vero scutũ a quodam maximo monstro
seu milite marino extortũ apud boloniã in gallijs fert esse.
Istud potest allegari ⁊ applicari/ ꝙ militia a deo est inuen
ta/ qđ patet: qꝛ ab ipso in natura extitit presignata. Et ideo
milites nostri debent in domino gloriari/ ⁊ militiã iuste ⁊ li
cite exercere/ ⁊ militares actꝰ sancte ⁊ vtiliter operari. Ha-
bent enim a natura exẽplar sui status ⁊ gradus: ⁊ ideo non
ad destruendum/ sed ad defendendum naturã debent exer
cere ⁊ facere suos actus. sicut eñ dicitur Job.vij. Militia
est vita hois super terrã. Et propter hoc cuilibet potest di-
ci illud.ij. ad Timoth.ij. Labora sicut bonꝰ miles christi.
Uel ista possunt exponi de bonis ⁊ iustis/ qui sunt spiritua-
les milites iesu christi. Isti enim debent in mari ⁊ in ama
ritudinibus huius vite milites christi esse/ et contra inimi-
cos anime/ mundum scilicet/ carnem/ ⁊ hostem viriliter di
micare/ ⁊ contra tentationes et tribulationes more huma-
ne discordie spiritualia litigia excitare. Habeãt igitur scu-
tum bone voluntatis / quod per tres virtutes theologicas
trianguletur/ ⁊ qđ per contemplationem cum laqueis spei
et considerationis/ sursum ad caput et collum / scilicet ad
deum suspendatur: quod etiam interius per humilitatẽ cõ
cauetur/ ⁊ quod per patientiam et cõstantiam taliter in fir
mitate boni propositi solidetur/ ꝙ nullo tentationis vel tri-
bulationis iaculo vulneretur. ps̃. Scuto bone voluntatis
coronasti eum domine/ et volũtate labiorum eius non frau
dasti eum. Uoluntas enim si per spem/ fidem et charitatẽ/
fuerit triangulata: si per contemplationem ad collum.i. ad
deum fuerit suspensa/ ligata ⁊ eleuata: si insuper per humi-
litatem fuerit concauata: si nihilominus per constantiam
et fortitudinem fuerit solidata: et ad sustinendũ omnia ad-
uersa per patientiam confirmata/ scutum procul dubio tu-
tum erit/ quo armatus homo nõ facile penetrabit aut peri-
bit. Sapieñ.v. Sumet scutum inexpugnabile equitatem.
Item habeat talis miles galeam super caput/ ⁊ ista ꝑ cer
to est timor dei/ qui super omnia debet esse: iuxta illud Ec-
clesiastici.xxv. Timor dei super omnia se superposuit. Iste
enim caput mentis debet tegere/ ⁊ ipsam ne superbiat vel
in vana deuiet continere: et ideo ista galea de pelle rugosa
hoc est dictu de nostre mortis et fragilitatis ⁊ future rugo-
sitatis memoria debet esse: quia scilicet homo debet caput
intentionis et mentis timore dei/ qui ex cõsideratione mor
tis et fragilitatis concipitur/ galeare. ad Ephes.vj. Galeã
salutis assumite. Item habeat iste miles manum.i. opera-
tionem bifurcatam/ vt scilicet omnis operatio ad laudem
dei/ ⁊ vtilitatem proximi ordinetur/ vt sic spiritualis hostis
quilibet bonorum operum ictibus vulneretur. ps̃. Manus
tua gentes disperdidit. Sic igitur armatꝰ miles christi au
dacter contra vitia procedat/ et bella spiritualia excitet/ fa
ciat ⁊ ostẽdat/ dicens illud.ij. ad Corinth.x. Non secundũ
carnem militamus /sed secũdum spiritum: arma enim no-
stre militie nõ sunt carnalia. Uel ista possunt exponi in ma
lo/ contra malos milites/ ⁊ nobiles et proteruos/ impios ⁊
crudeles / qui scilicet galeati ⁊ scutati in mari huius mũdi
tempestatem et brigas suscitant atqȝ causant/ et manibus
suis bifidis.i. a dextris et a sinistris/ hoc est dictu bonos et
malos dure percutiunt atqȝ grauant/ et totum mare.i. totã
patriam molestant atqȝ turbant. vt sic cuilibet tribulato ꝑ
eos et afflicto dicatur illud Ezech.xxiij. Lorica et clypeo
et galea armabũtur contra te. Uel ista possunt dici contra
studentes/ vel etiam contra monachos insolẽtes/ quia pro
certo multi sunt qui dato ꝙ pisces.i. deuoti/ studentes/ hu-
miles/ ⁊ diligentes esse debeant: ipsi tamen milites maris
esse volentes/ scutum et galeam accipiunt/ ⁊ mundi.i. mun
danorum discordias imitantes / inter se bella faciunt atqȝ
gerunt/ ita ꝙ totum mare.i. totum studium vel totam reli-
gionem turbant/ destituunt ⁊ confundunt. Quod generali
ter contra omnes ecclesiasticos arma portantes potest di-
ci. Matthe.viij. Factus est motus magnus in mari/ ita vt
nauicula operiretur fluctibus. Uel potest dici cõtra diui-
tes rusticos / qui quãuis a natura habeant esse pisces.i. infi-
mi/ subditi atqȝ viles/ vtpote de ĩfima plebe nati: ipsi tamẽ
milites volũt esse/ ⁊ galeã ⁊ scutũ habere/ ⁊ mũdane discor
die actꝰ militares cupiũt exercere/ ⁊ contra naturã propriã
gloriant guerras ⁊ torneamẽta facere/ ⁊ mouere ⁊ habere.
Uel potest dici de litigiosis et detractoribꝰ religiosis/ qui
quãuis naturaliter debeãt esse pisces/ scilicet benigni/ deuo-
ti/ humiles atqȝ mites: ⁊ in mari.i. in statu amaritudinis et
penitentie cõmorantes/ ipsi nihilominꝰ mundi discordias
volũt in mari religionis ⁊ ecclesie imitari: ⁊ cũ scuto obsti-
nationis/ ⁊ galea peruerse intentionis/ tribulationes ⁊ liti
gia in ecclesia machinari/ et contra naturam sui status in
brigis ⁊ litigijs occupari. De quibus dicit.ij. Mach.xiiij.
Bella nutriũt/ seditiones mouent / nec patiũtur regnũ esse
quietũ. Uel si vis ista dic cõtra fatuos scholares/ qui cũ de-
beãt esse pisces.i. vigiles ⁊ studiosi: ipsi tñ more militũ sunt
in studio litigiosi ⁊ brigosi/ ⁊ quãuis sint de piscibus.i. de ru-
stica plebe nati / in studijs tamen discordias suscitant vt
milites bellicosi.

Incipit liber decimus redu

ctorij moralis tractãs de animalibus/ vermibus/ ⁊ serpen-
tibus. Capitulum Primum.

Animal dicit quicqđ vitali spũ
viuificat. Et sunt ania
liũ tria principalia genera/ scȝ aerea.i.
volatilia: aq̃a.i. natatilia: terrea.i. gres
sibilia. Sic ꝓe in mũdo sunt hoim tria
genera: scȝ religiosi/ clerici ⁊ seculares.
Primi debent esse aerei ꝑ puram vitã
et cõuersationẽ/ ⁊ volatiles ꝑ cõtẽpla-
tionem. Secũdi scȝ clerici debent esse
aquei ꝑ mollitiem pietatis/ ⁊ natatiles ꝑ exercitiũ scientifi
ce facultatis. Tertij aũt.s. seculares ⁊ actiui dñt eẽ terrei.s.
quãtũ ad bonoꝝ operũ fecunditatẽ/ ⁊ gressibiles quãtũ ad peni

tentie laborem et mobilitatem. Sed hodie pro certo non sic: quia primi/scilicet religiosi/sunt volatiles ꝑ ambitionē/ aerei per vanam gloriationem. Clerici autem sunt aquei per luxuriam et voluptatem/natatiles quantum ad vagabilitatē et instabilem leuitatē. Seculares autem sunt terrei quantum ad indeuotionem ⁊ auaritiam: gressibiles autem quātum ad mundani laboris occupationē. Ideo Ezechiel.xxxviij.

2 Cōmouebuntur a facie mea volucres celi et pisces maris ⁊ bestie agri. ¶ In terra sunt quattuor aīaliū genera/scilicet homines/reptilia/bestie/et iumenta. Sic vere in religione/mūdo ⁊ ecclesia/sunt diuerse species psonarum: quia quidam sunt homines.i.ratiōales/iusti et pij. Alij sunt iumenta in auxilium aliorum data.i. simplices/laboribus expositi. Alij autem sunt reptiles quantum ad auaritiam et cupiditatem: quia circa terras.i. terrena repūt. Alij sunt bestie.i.sensuales et brutales homines quantum ad luxuriā et carnalitatem/mordaces per detractionem/crudeles etiam et voraces: quia scdm apostolum.ij. ad Timoth.ij. in magna domo nō tantū sunt vasa aurea ⁊

3 argentea: sed etiam lignea et fictilia. ¶ Secundum Basilium in hexameron/quedam animalia dicuntur iumenta scilicet illa que in adiutorium huius vite hominibus sunt concessa/scilicet boues ad arandum/oues ad vestiendum/ sues ad manducandum. Sic vere ad adiutorium vite spiritualis nobis proficiunt et adiuuant/si volumus/omnes nostri socij et vicini/scilicet boues.i. viri perfecti ad nobiscum laborandum per penitentiam: oues.i. simplices ad nos vestiendum per innocētiam: porci.i. voluptuosi peccatores/vel etiam viles et pauperes/ad eos mādducandum/ et nobis incorporandum per compassionem et clementiā. Et sic patet ꝙ diligētibus deū omnia cooperātur in bonū

4 ad Roma.viij. ¶ In terra sunt tria genera reptilium: scilicet quedam que dicuntur se trahentia/que ore se trahūt in anterius: sicut vermes. Alia sunt serpentia/que vi costarū/ de loco ad locum se transferunt/sicut colubri et huiusmodi Alia sunt reptilia/que pedibꝰ se rapiunt/sicut lacerte/botraces/⁊ huiusmodi. Sic vere in terra nostra scilicet in mūdo/sunt tria genera reptilium.i.peccatorum ad partem anteriorem.i. ad statum dignitatis et excellentie/diuersimode promotorum: quia quidam se trahunt ad anterius.i.ad statum potiorem et altiorem cum ore.i.cum verbis suis/vt sunt vermes/scilicet adulatores et causidici. Alij cū vi costarum lateralium.i.amicorum: et isti sunt colubri/qui colunt vmbras deliciarum/scilicet religiosi et clerici: qui hodie ab amicis carnalibus promouentur. Alij cum pedibꝰ proprijs.i.per proprios labores/eundo scilicet et discurrendo: sicut sūt vsurarij/mercatores/et alij laici. Unumquodꝗ ante faciem suam ambulabat. Ezechiel.j. Vel dic in bono/ꝙ in terra.i.ecclesia/sunt qui diuersimode se transferūt ad anterius.i.ad eterna bona/vel etiam ad promotiones ⁊ spiritualia. Quidam scilicet ore per orationē dominū orando. Quidā costis/que sunt circa cor.i.per bonam affectionem deum diligendo. Quidam pedibus.i.per bonam oc-

5 cupationem seruiendo impetrando et laborando. ¶ Bestie dicuntur omnia animalia non mitia potestati hominū subiecta. Et dicuntur bestie quasi vastie/a vastando et seuiendo: qꝛ nunc seuiunt dente/vt aper: nunc vngue/vt leones: nunc cornu/vt cerui ⁊ rhinocerotes et similia/vt dicit Isidorꝰ. Tales sunt recte mundi tyranni/qui alijs nocent diuersimode/scilicet cum cornibus sue potestatis ⁊ iurisdictionis: cum dētibus minarum ⁊ sue locutionis: cū vngulibus rapine et excoriationis: vel cum cornibus superbie et elationis: cum dentibus detractionis ⁊ false infamie/ ipositionis ⁊ accusationis/cū vnguibꝰ rapacis ⁊ manualis inuasionis/sicut patet in balliuis ⁊ officialibus/qui alios accusant/⁊ sub nomine iurisdictionalis potestatis rapiunt et

6 predātur. Ideo dicitur Deuter.xxxij. Dētes bestiarum immittam ī eos. ¶ Inter bestias siluestres/sunt quedā alijs mitiores/scilicet cerui/onagri ⁊ huiusmodi/ꝗ licet sint domesticis animalibꝰ seuiores: tamē sunt feris alijs/scilicet leonibus ⁊ huiusmodi/mitiores. Sic vere inter bestias siluestres.i.inter peccatores/et etiam infideles/semper est reperire aliquos qui naturaliter sunt alijs mitiores/ ⁊ ad misericordiam promptiores. Barbari autem non modicā humanitatem impendebant nobis: dicit apostolus Actuum xxviij. Sūt etiam inter seculares aliqui alijs mitiores/scilicet boni et iusti/ꝗ licet non sint ita mites et boni sicut domestici.i.sicut religiosi: tamen alijs feris.i. mundi raptoribus sunt mitiores/⁊ ad misericordiam prōptiores. ¶ Se-

7 cundum Basilium in hexameron/et Aristote. de animalibus/secundum ꝙ complexio est in aliquibus purior et melior/secundum hoc viuacioris sunt sensus ⁊ ingenij et estimationis/et pluris sagacitatis: ⁊ hinc est ꝙ bos est tardus et stabilis/asinus stolidus/vulpes dolosa/lupus indomitꝰ equꝰ feruēs ad feminas/canis gratificus/et amicitie memor. Nam vt dicunt isti/omnis ista diuersitas venit ex diuersitate virtutis agentis diuersimode in diuersis. Sic vere charissimi/secūdum predominiū interioris sanguinis.i. interioris affectionis ⁊ naturalis dispositiōis/⁊ diuine gratie occulte inspirationis vel subtractionis/mores animalium.i.hominum variantur: quia pro certo quidam sunt tardi per pigritiam sicut bos: quidam sunt stolidi per ignorātiam sicut asinus: quidam sunt dolosi ꝑ malitiam sicut vulpes: quidam sunt indomiti per obstinationem et duritiam sicut lupus: quidam sunt feruētes ad feminas per luxuriā sicut equus: quidam autē sunt gratifici et amicitie memores per bonitatem et iustitiam sicut canis. Quia secundū naturalem interiorem dispositionem/et moralem assuefactionem/⁊ diuine gratie inspirationem/morum ⁊ actuum varietas generatur/siue in malo siue in bono. Ideo Eccli xiij. Cor hominis immutat faciem eius/siue in bono siue in malo. Nam secundum ꝙ virtus.i.deus agit diuersimode per suam occultam prouidentiam in diuersis/secundū hoc morum et gratiarum diuersitas variatur. Quia vnicuiqꝫ data est gratia secundum mensuram doni christi. ad Ephes.iiij. et.j.ad Corinth.xij. ¶ Secundum quod dicit

8 Aristote.lib.j. quedam animalia habent sanguinem/quedam non: sed illa que habent sanguinem/sunt maioris corporis et virtutis potioris: illa tamen que nō habent sanguinem/habent alium humorem loco eius/sicut patet in apibus/⁊ ceteris anulosis. Sic vere quidam hominum habēt sanguinem.i.memoriam passionis christi/alij non. sed pro certo illi qui habent secū huiusmodi sanguinem/sunt alijs meliores et perfectiores quantum ad gratias et virtutes/ alijs dico indeuotis/qui nō habent istum sanguinem/sed loco eius habent in corde suo alium humorem/scilicet carnalitatem et affectionem/et voluptatem mundi et carnis. Sanguis enim iste est vita anime spiritualis. Leuiti.xvij. Anima om̄is carnis in sanguine est. ¶ Item vt dicit idē

9 Quedam animalia societatem diligunt et sectātur/vt cerui/onagri/boues et oues. Quedam autem fugiūt/vt aues et bestie que de carnibus viuere consueuerunt. Unde dicit Auicēna libro.j. ꝙ quedam sunt vrbana/quedam agrestia: sed inter cetera homo non posset viuere solus. Formice autem et apes in hoc cōmunicant: quia scilicet non sole/sed in consortijs et societatibus esse volunt. Sic vere inter homines est differentia talis: quia quidam volunt viuere simul et in societate/sicut boni. Quia volatilia ad sibi similia conueniunt. Ecclesiastici.xxvij. Nam illi qui sunt homines quantum ad sagacitatem discretionis/cerui quo ad velocitatem bone operationis/apes quantum ad mellificationem deuotionis/onagri quantum ad clamorem predicationis/formice quantum ad laborem cōtinue occupationis/non possunt viuere soli per discordiam ⁊ partialitatem: immo cupiunt inuicem esse per concordiam et vnitatem: quia: Ecce ꝗꝫ bonum et ꝗꝫ iocundum habitare fratres in vnum. Sed pro certo quidam sunt qui societatē suorum similium non amant/scilicet illi qui viuunt de sanguine.i.de crudelitate et rapina: quia tales volunt esse soli per partialitates: et societatem alter alterius non affectant. Patet in causidicis vsurarijs/⁊ falsis mercatoribus ⁊ ceteris raptoribus/quorum alter nollet ꝙ in sua patria esset alius sibi compar/ne scilicet per eum sibi rapine vel vsure vel lucri portio minoretur: vnde non sunt vniti per concordiam/sed per discordiam et inuidiam separati. Inter superbos semper iurgia sunt. Prouerbiorum.xiij. ¶ Item

10 animalia variantur quantum ad nutrimentum: quia quedam nutriuntur carnibus tm̄/vt leo ⁊ lupus. Quedam tm̄

graminibꝰ/ vt bos ⁊ ceruus. Quedam omnibus/ vt canis et vrsus. Quedam suis gustabilibus liquoribus/ vt apes melle: aranee humore muscarum/ vt dicit Aristote. libro. j. Sic vere spiritualiter inter homines sunt quidam qui carnibus. i. rapinis et extorsionibus viuunt/ sicut leones ⁊ lupi. i. crudeles principes et tyranni. Alij vescuntur humoribus. i. delicijs et carnalitatibꝰ. Alij graminibus. i. diuitijs et terrenis facultatibus/ sicut boues. i. mercatores/ ⁊ laboribus mundanis occupati/ et cupidi scꝫ ⁊ auari. Alij autē oībus: qui scꝫ nutriūtur carnibus ꝑ crudelitatē/ humoribꝰ per carnalitatem: ⁊ graminibus ꝑ cupiditatem: ⁊ isti sunt canes. i. aduocati/ vrsi. i. clerici ambitiosi/ q̇ arbores dignitatum scandunt. Unde Eccli. xxxvj. Omnem escam manducabit venter. Uel dic in bono/ ꝙ quedam mentes nutriūtur carnibus. i. exemplis martyrum et aliorum sanctorum mortuorum. Alie graminibus. i. sancte scripture pascuis ⁊ auctoritatibus. Alie liquoribus. i. gustu deuotiōis ⁊ huiusmodi. Alie autem omnibus: quia scꝫ sunt deuote ⁊ sciētes: et huiusmodi sunt canes. i. predicatores/ vrsi. i. hirsuti religiosi. Alius autē credit se manducare omnia. ad Roma. xiiij.

11 ¶ Scđm Arist. lib. j. aliqua sunt animalia que carnibus aliorum vescūtur/ et suū nō accumulant nutrimentū/ vt leo ⁊ aquila. Alia que suum accumulant nutrimētum/ vt hericius/ ⁊ mus ⁊ formica. Sic vere inter malos quidā nō reponunt nec prouident in futurum/ sicut sunt leones ⁊ aquile. i. fatui nobiles principes et tyranni/ qui propter nimias expensas ⁊ improuidentiā/ fiunt pauperes/ ita ꝙ ad quotidianū victū vtuntur carnibus. i. extorsionibus/ rapinis/ ⁊ exactionibus subditorum. Rege sene ⁊ stulto qui nescit prouidere ⁊c̄. Eccl'is. iiij. Alij autem sunt qui sua accumulant nutrimenta/ scꝫ inuidi/ cupidi et auari/ qui cū magnis laboribꝰ cauernas suas. i. arcas ⁊ cellaria replent victualibus. i. diuitijs huius mundi. Uel per istas formicas intelligo sapiētes ⁊ ꝓuidos/ ꝑ alia stultos ⁊ improuidos ⁊ ꝓdigos. Uade ergo ad formicā o piger. Prouer. vj.

12 ¶ Secundū Auicēnam: omne animal indiget nutrimento. Nā quia humor naturalis semper et continue per actionem calidi consumitur: ideo necesse est ꝙ per nutrimētum restauretur. Sic vere charissimi/ quia in anima humor. i. gratia ⁊ deuotio ⁊ compassio continue consumitur et diminuitur a calore. i. a feruore ⁊ cōcupiscentia carnali ⁊ mundiali: vel a calore tribulationis ⁊ tentationis: ideo necesse est ꝙ continue recipiat spiritualium nutrimenta/ scilicet doctrinā sacre scripture ⁊ predicationem/ bona exempla/ bonam informationem: vt sic humiditas deuotionis ⁊ gratie restituatur: ⁊ ne per peccatum depereat/ continue vegetetur. Comede ergo et bibe/ grandis enim tibi restat via. iij. Regum. xix.

13 ¶ Item quedam animalia querunt victum de die/ sicut oues et huiusmodi. Quedam de nocte/ sicut lupi ⁊ aues lucifuge et huiusmodi. Sic vere inter homines quidā vadūt ad cibum. i. ad opera ⁊ negotia de die. i. patenter ⁊ manifeste/ scilicꝫ oues. i. persone simplices ⁊ benigne/ que sunt plane in actibus et operibus. Sed vere quidam de nocte incedunt. i. in obscuritate cauillationum ⁊ cautelarum/ qui fugiunt lucē veritatis/ ⁊ suos actus abscondunt/ scilicet vsurarij ⁊ aduocati/ qui suos contractus semper faciunt in occulto/ ⁊ ita de luxuriosis ⁊ huiusmodi: quia Qui male agit odit lucem. Joan. iij.

14 ¶ Secundum Aristo. ⁊ Auicēnam/ quedam sunt animalia semper domestica/ vt ouis ⁊ capra et huiusmodi. Alia semper siluestria/ vt leo ⁊ lupus et huiusmodi. Alia autem que licet sint naturaliter siluestria/ tamen cito domesticantur/ vt elephas et similia. Alia que licet sint naturaliter domestica: tamē quādoqꝫ siluestria efficiuntur/ vt patet in catis/ et huiusmodi. Sic vere inter homines quidam sunt oīm tempore domestici. i. domui ecclesie assueti/ et in statu gratie perseuerantes/ scilicet boni et perfecti. Alij autem oīm tempore sunt siluestres per vitia et peccata/ et a domo ecclesie separati/ scilicet tyrāni ⁊ crudeles/ vel etiam infideles. Alij autem qui licet sint aliquo tempore siluestres. i. indomiti et peccatores: tamen per predicationem ⁊ correctionem faciliter conuertuntur/ ⁊ ꝑ gratiam domesticantur: sicut sunt multi seculares ⁊ alij. Alij autem sunt qui licet sint domestici per gratiam/ ⁊ in domo ecclesie vel religionis conuersantes: tamen aliquando efficiuntur siluestres per apostasiam vel peccatum/ et a statu ecclesie segregati. Non enim omnia omnibus expediunt/ et non omni anime omne genus placet. Eccl'iastici. xxxvij.

15 ¶ Secundum Aristotelem/ de omnibus animalibus domesticis inueniuntur aliqua siluestria/ sicut siluestris bos/ homo siluestris/ equus et asinus/ ⁊c̄. Sic vere de omnibus statibus animalium. i. hominum inueniuntur aliqui apostate et siluestres/ mali pariter et peruersi/ qui spreta societate bonorum/ siluam incolunt huius mundi. Quod in societate christi apparuit/ vbi iudas siluester et nepharïꝰ est inuentus. Apostata vir inutilis. Prouerbiorꝝ. vj.

16 ¶ Quedam animalia sunt magne ire et impetuositatis/ et maxime tempore coitus: quia tunc pugnant pro mulieribus et vxoribus/ et certant: sicut patet de apris. Et in cūctis animalibus scđm Auicēnam/ est appetitꝰ delectatiōis. Animalia ergo sunt hoīes/ et maxime clerici. Uxores sue sunt beneficia/ dignitates/ officia/ vel prebende. In cūctis ergo animalibus est appetitus delectationis. i. promotionis: q̇a scilicet omnes ⁊ boni ⁊ mali cupiunt promoueri/ et cum dictis vxoribus copulari: quia secundū August. nemo est qui se gaudeat alijs dominari. Et ideo multi sunt magne ire et impetuositatis per ambitionem: quia scilicet se ingerūt non vocati/ et maxime tempore coitus. i. quādo vident vxorem paratam/ quando scilicet aliquod officium vel beneficium vacat: quia tunc vnus solet pugnare contra alium ꝑ lites et discordias/ vt vxorem obtineat quam affectat. Collidebantur pueri in ventre matris. Geneſ. xxv. idest in claustro: quia scilicet quilibet volebat primus exire/ et ad exteriora beneficia ꝓmoueri.

17 ¶ Item animalia quedam sunt magne ire et furoris/ sicut leo. Quedam autem magne benignitatis/ sicut ouis: ⁊ quedam magne refrenatiōis/ sicut elephas. Sic vere ad litteram quidam sunt multū iracūdi: alij benigni/ alij aūt sciūt per discretionem suā cholerā refrenare/ et maxime elephātes/ qui inter omnia bruta plus vtuntur ratione/ secundum Plinium. i. viri iusti ⁊ perfecti.

18 ¶ Quedam animalia sunt tenacis memorie/ sicut canis/ q̇ est memor amicitie/ et optime recolit beneficia sibi facta. Asinus etiam ⁊ camelus. Quedā autem magne sunt obliuionis: sicut struthio et colūba. Solus autem homo secundum Auicēnā memorat oblita/ vt etiā dicit Aristo. libro. j. Nam secundum Augustinum/ In solo homine est memoria/ inquantū subiacet rationi. Sic vere inter homines quidam sunt qui sunt magne obliuionis: quia vere beneficia ab alijs sibi facta/ et maxime christi beneficia statim obliuiscuntur/ nec ea per vicissitudinem recordantur. Populꝰ meus oblitus est mei. Hieremie. ij. Peccata etiam preterita non recordantur/ scilicet ad confitendum: et ideo dicuntur struthio: de qua dicitur Job. xxxix. ꝙ cum in arena posuerit oua sua/ obliuiscitur vbi posuerit ea. Mala etiam preterita non recordantur/ ad precauendum ea: ideo dicuntur columba/ que scilicet ibi pullificat vbi pullos suos semper se percipit amisisse. Sic isti licet in mundo per multos casus perdant diuitias: tamen ibi pullificare/ ⁊ eas ibi acquirere nūqꝫ cessant. ideo Esaie. xlvj. Redite preuaricatores ad cor: recordamini prioris seculi. Nō recolūt etiā bn̄ficia aliorū/ significati in illo pincerna q̇ succedentibꝰ ꝓsperis oblitꝰ est interpretis sui. Gen̄. xl. Exemplifica cōtra ingratos. Sed ꝓ certo illi q̇ sunt hoīes. i. ratiōe vtētes: q̇ sunt canes. i. gratifici et fideles: qui sunt asini. i. fortes et constantes: cameli. i. humiles et obedientes: tales dico bone sunt memorie et retentionis: quia scilicet aliorum beneficia bene recolunt et habent in memoria: et ipsa vice reciproca recompensant: contra illos qui non fuerunt memores beneficiorum suorū/ que ostendit eis. ps. lxxvij.

19 ¶ Scđm Auicē. solus hō memorat oblita: bruta ei illa q̄ obliuiscūtur/ nūqꝫ amplius recordātur. Sic vere illi qui sunt pecudes et carnales pctōres/ nō recolunt oblita. i. peccata seu bn̄ficia seu mandata dei/ que postponunt ⁊ obliuiscuntur. Sed illi qui sunt homines. i. iusti et rationales/ licet aliquando videantur obliuisci illa que viderunt/ scilicet peccata que cōmiserunt/ beneficia que perceperunt/ mandata que audiuerūt/ tn̄ loco ⁊ tēpore reminiscunt/ scꝫ peccata ad cōfitendū/ bn̄ficia ad remunerandū/ diuina mādata ad iplendū. Memor esto igitur vnde excideris/ ⁊ prima opera fac. Apocalyp. ij.

20 ¶ Scd̄m Augustinum/ admirāda est in brutis et animalibus prudentia seu sagacitas/ et quedam similitudo rationis/ que euidentē habent sollertiam in educatione filiorꝫ/ in edificatione māsionū ⁊ latibulorum/ in medicatione vulnerum/ in fuga nociuorum/ in presagio mutationis temporum futurorum/ in cognitione ⁊ dilectione cōparium sociorum: quia vxores proprias/ filios ⁊ socios recognoscunt/ vt dicit Augustiñ. xj. de ciuitate dei. Recte tales debent esse boni ⁊ discreti ⁊ perfecti viri/ ⁊ maxime prelati ⁊ predicatores: quia vere isti debent filios et alios sibi subditos vel se minores educare per bonam eruditionem et instructionē: māsiones/ scilicet celi/ sibi et suis parare per bonam vitā ⁊ operationem: vulnera.i.peccata medicari per penitētiam et confessionem: nociua.i. mala exempla et consortia fugere per prudentiam et discretionem: mutationem presentis temporis preuidere/ per mortis ⁊ inferni et aliorum futurorum recordationem. Cepisti cogitare quid futurꝫ esset post hec. Daniel.ij. Nouit preterita/ ⁊ de futuris cogitat. Sapieñ.viij. Suos autem cōpares ⁊ filios.i.suos socios/ amicos ⁊ subditos/ debēt diligere per charitatem: recognoscere per subuentionem ⁊ pietatem/ ⁊ cum eis pacifice cōuersari per concordem amicitiam et vnitatem: quia qui suorū domesticorum curam non habet/ fidem negauit/ ⁊ est infideli deterior.j.ad Timo.v.

21 ¶ Scd̄m Aristo. In om̄i aīali est vnū radicale ⁊ originale membrū/ quod est principium omnium virtutum naturalium / et per quod infunditur in membris alijs vita ⁊ virtus/ scilicet cor: et istud primo formatur et perficiꝫ in corpore animalis. Sic vere in anima est vnum membrum.i.vna virtus principalis et prima respectu omnium aliarum/ scilicet fides/ que est origo ⁊ principium omnis virtutis moralis. Per hanc enī habēt virtutem et efficaciam omnia opera nostra: quia scd̄m apostolū ad Roma.xiiij. Omne quod nō est ex fide / peccatum est. Et ideo ista debet primo ⁊ principaliter construi ⁊ componi/ ⁊ summopere custodiri: quia sine fide impossibile est placere deo.ad Hebre.xj. Uel dic ꝙ in corpore ecclesie iste est christus/ qui est primus et primogenitꝰ aliorum/ a quo oīs virtus ⁊ gratia deriuatur: qꝛ ipse est primogenitus in multis fratribus.ad Roma.viij. Uel expone si vis de charitate ꝑ omnia sicut supra/ vel de prelato.

22 ¶ Omne animal habet vultum naturaliter inclinatum ad suum originale principium/ scilicet ad terram/ excepto homine/ cui soli tanꝙ nobilioris nature/ est stature erectio reseruata/ ad denotandum scilicet ſm Basiliū ꝙ homo nō debet terrena/ sed celestia contemplari/ et non de infimis cogitare. Sic vere inter animalia.i.inter peccatores homines omnes naturaliter inclinantur ad terram.i. ad amorem terrenorum bonorum: illi tamen qui sunt homines.i.iusti/ rationales ⁊ perfecti/ habent faciem.i.intentionē erectam per spem/ affectionem ⁊ contemplationem/ superius ad eterna/ non inferius ad terrena: vt sic videātur ceteris bestijs.i. peccatoribꝰ nobilioris esse nature. Job.xl. Circunda tibi decorē: ⁊ in sublimi erigere. Et.ij.ad Corinth.iiij. Contemplātibus nobis non que videntur/ sed que non videntur.

23 ¶ Scd̄m Aristo. Omne animal habēs semen/ generat sibi simile: et ideo qꝛ non potest seruare speciem suam ꝑ se: dedit sibi natura per generationem speciem ꝓpriam conseruare. Sic vere boni cupiūt alios facere ⁊ generare sibi similes in moribꝰ et natura: sicut patet de religiosis/ qui alios generant per predicationem/ ⁊ hoc vt sic sua species/ ordo scilicet seu statꝰ eorum post se maneat/ ⁊ per successionem ⁊ generationē aliorum seruetur. Isti in locum surrexere patrū suorꝫ. Josue.v. et Act.xxvj. Opto oēs q̄ me audiūt/ fieri tales qualis ego sum.

24 ¶ Ad ḡnationē aīaliū necessario requirunꝫ vt cōiter masculꝰ ⁊ femella/ scꝫ masculꝰ q̄ semē emittat/ femella q̄ in matrice semē recipiat: et sic ibi fetus ḡnatur/ qui postmodū emittiꝫ/ ꝑficiꝫ ⁊ nutriꝫ: ⁊ hoc diuersimode ī diuersis: qꝛ aliꝫ in ouantibꝰ: aliter in parientibus. Masculus ei se habet ꝑ modū forme: femina ꝑ modū materie: ⁊ ideo om̄e femininū habet matricē/ vbi fetū recipiat/ vel aliquid loco eius. Sic vere in generatione bonorꝫ operꝫ/ hec omnia requirunꝫ/ scꝫ masculus.i.christꝰ: semen.i.gratia vel bona ipsius inspiratio: femina.i.aīa: matrix.i.volūtas ⁊ subiectio: qꝛ vere oportet ꝙ primo masculꝰ.i.christus imittat semen.i. bonā inspirationē ⁊ gratiā preuenietē / et ꝙ femina.i.aīa istud semen recipiat in matrice/ scilꝫ volūtatis: ⁊ sic ꝙ fetū boni ꝓpositi cōcipiat ꝑ bonū cōsensum / ⁊ eū foueat ꝑ bonā dilectionē: emittat ⁊ pariat ꝑ bonā opationē: ⁊ eū nutriat ꝯtinuā frequētationē. Uel dic econtra de ḡnatiōe malorꝫ operū: quia mas.i.diabolus emittit semen male suggestionis et tentationis in matricem femine.i.in volūtatem anime/ ⁊ sic concipit per malū propositum/ parit ꝑ malam operationē/ nutrit ꝑ consuetudinem ⁊ iterationē. Exijt qui seminat seminare semen suum. Matthei.xiiij. quia que seminauerit homo: hec ⁊ metet.ad Galath.vj. Uel per masculū intelligo bonos vel malos predicatores: per semen/ bonam vel malam doctrinam: per feminam/ subditos auditores: ⁊ expone de quolibet sicut supra.

25 ¶ Omnia animalia ſm Auicē nam/ in aliquo differūt/ ⁊ in aliquo cōueniunt: qꝛ omnia cōueniunt in carne ⁊ neruo: differūt tamen in multis: qꝛ differunt in qualitate ⁊ habitudine membrorꝫ/ tam simplicium q̄ cōpositorum: quia testudo habet testas / hericꝰ spinas/ equus caudā: ⁊ tamē hō nō. Sic vere inter hoīes ⁊ bruta.i. inter iustos ⁊ iniustos/ bonos ⁊ malos/ est aliqua ꝯuentētia: ⁊ aliqua differētia: qꝛ ꝓ certo oēs cōueniūt ī neruis.i.in naturali sensu ⁊ discretione/ ⁊ in carne.i.in naturali mollitie ⁊ cōpassione: quia omnis homo naturaliter est rationalis/ et animal māsuetum. Uerūtamen in aliquibus differunt: qꝛ vere inter bruta.i.inter peccatores/ quidam sunt qui habēt spinas.i.diuitias ⁊ temporalem possessionem sicut hericꝰ: quia ipsi peccatores in seculo abundauerunt diuitijs. Alij habent testas.i.duritiam et obstinationem: quia nolūt corrigi/ nec audiūt predicationem. Scio qꝛ durus es tu. Esa. xlviij. Alij habēt caudam.i.spem longe vite ⁊ durationis/ que ꝑ caudam designatur. Sed vere homo non: quia ꝓ certo qui sunt homines.i.ratione et perfectione vtentes/ carēt omnibus istis: quia non habent testam obstinationis / spinas.i.sollicitudinem temporalis possessionis/ caudam longe spei ⁊ durationis: quia homo natus de muliere/ breui viuens tempore. Job.xiij.

26 ¶ Differunt etiā animalia in quātitate oculorum. vnde noctua habet oculos multū apertos aquila autē multū paruos. ⁊ hoc est necessarium: qꝛ noctua obscure videt/ ⁊ de nocte vadit: ⁊ ideo sibi est necessariū habere oculos apertos. Ecōtra autē in aquila: quia acute videt/ ⁊ de die predaꝫ: ideo bonū fuit ꝙ oculus eiꝰ esset strictꝰ non apertus. Sic vere differētia est inter mūdi sapientes ⁊ simplices: qꝛ simplices sunt sicut noctua/ scꝫ obscuri et nocturni ꝑ ignorātiā: et ideo pro certo talibus est necessariū ꝙ oculus intellectus apertus sit ꝑ vigiliā/ vt possint scꝫ videre quicquid eis precipiꝫ vel docetur. Sint oculi tui aperti. Neem.j. Sed vere aq̄le.i.sapiētes ⁊ doctores/ cum habeāt oculos intellectꝰ claros ⁊ acutos ꝑ scientiā ⁊ cognitionem/ vtile ē ꝙ sint cooperti et parum aperti.i. parum expositi ad vanas questiones ⁊ opiniones/ ne forte per nimiam subtilitatem in heresim dilabātur. Amictu ora velabis/ vt oculo non videas terram. Ezechiel.xij. Uel dic ꝙ noctue.i.seculares/ habent oculos apertos ⁊ vagantes: aquile autem.i. viri spirituales tenent eos clausos: quia oculi sapientis in capite eiꝰ: stultꝰ aūt ābulat in tenebris. Eccl'is.ij. Dicūt ei sapiētes/ Auerte oc'los meos ne videāt vanitatē.

27 ¶ Differunt etiam aīalia ſm Auiceñ. in numero pedū: quia quedam bipedia/ quedā quadrupedia/ quedā multipedia sūt sicut patet in araneis et erucis. Sic vere differūt homines in quātitate pedum.i.affectionum: quia quidam sunt bipedes per duplicem charitatem/ scilicet dei ⁊ proximi: quidā quadrupedes quantū ad quattuor virtutes / vel quattuor affectiones: quidam multipedes per multiuolas affectiones: sicut sunt instabiles atqꝫ leues: quia multe cogitationes versantur in corde viri. Prouerb.xix.

28 ¶ Differunt etiā animalia in qualitate pedum: quia quidam habēt eos valde teneros ⁊ molles/ sicut homo et camelus: quedam valde duros: sicut equus et bos. Sic vere quidam sunt qui habent pedes.i. affectiones multum teneras ⁊ molles per benignitatem ⁊ compassionem: ⁊ hoc illi qui sunt homines ꝑ mansuetudinē ⁊ rationē: qꝛ homo est aīal rationale ⁊ mansuetū. ⁊ illi q̄ sunt cameli ꝑ patiam ⁊ humilitatē: qꝛ camelꝰ se īclinat dū oneraꝫ. Sꝫ ꝓ certo alij hn̄t eos multū duros ꝑ duritiā crudelitatꝭ ⁊ obstiatiōis: ⁊ hꝫ illi q̄ sūt boues q̄ntū ad

labores terrenos/scz auari: equi quantū ad sup̄biā/scz p̄nci pes ⁊ tyranni: q̃ planta pedis eoꝝ sicut planta pedis vitu li. Ezechie.j. Uel dic ꝙ pes ē finis vite ⁊ senectꝰ/qui i aliis est mollis p̄ miām ⁊ pietatem/vt sit sene ctus sua in miseri cordia vberi: in aliis durus per partialitatem ⁊ auaritiam: quia vespere decidit/indurat ⁊ arescit. Uel dic ꝙ quidā ha bent pedes.i. affectus molles p̄ delicias/quidam duros p̄

29 cōstantiam ⁊ virtutem ⁊c̄. ¶ Differūt aīalia in situ mamil larum: quia quedam habent eas in pectore/sicut elephas: quedam in ventre/sicut sues: quedam inter crura/sicut vac ce. Sic vere predicatores differunt: quia vere quidam ha bent mām̄as.i. predicationem et doctrinam in pectoribus scz illi qui predicant ex corde ⁊ ex charitate. Alij in ventre qui scz predicāt causa ventris. Alij inter crura/qui scilicet predicant causa luxurie. Alij em̄ aliud clamabant. Actu. xix. ⁊ ptz ad Philip.j. de diuersitate annūciantiū christum. Uel dic ꝙ vbera sunt verba/q̃ pro certo quidam habent in pectore/ scz illi qui semper volunt loqui de suis pectoralibꝰ et amicis/quos habent prope cor. Alij in vētre/sicut gulo si/qui nolunt nisi de ventre ⁊ de bonis cibis loqui. Alij in ter crura/sicut luxuriosi: q̊ semp̄ volūt loqui de mēbris ⁊ ope ribus impudicis. Isti ergo loquūtur variis linguis magna

30 lia diaboli. Actu.j. ¶ Item differūt aīalia in actione: quia diuersimode cū aliis pugnant/et ab aliis se defendūt. q̄dā enī cū naribꝰ ⁊ auribꝰ/vt elephas: quedā cū naribꝰ vt sus: q̄dā cū cornibꝰ/vt ceruꝰ: quedā cū dētibꝰ/vt serpentes: q̄dā cum vnguibus/vt leones: quedā cum pedibus fugiēdo/vt lepores: q̃ s̄m Pliniū ⁊ Auicēnā: Ingeniosa natura dedit cunctis animalibus contra nociua munimentū. Sic vere charissimi boni pugnant cōtra hostes spirituales/diabolū scz/carnem/⁊ mūdum/diuersimode: quia quidam cum au ribus audiendo p̄ obediētiam ⁊ subiectionem: quidam cū naribus/olfaciēdo scz futuram suauitatem per deuotionē: quidam cū dentibus. i. cum verbis p̄ orationem/ gratiarū actionē ⁊ cōfessionem: quidam cum cornibus.i. cum virtu tibus p̄ constantiam et perfectionem: quidam cum pedibꝰ fugiendo omnem malam occasionem: alij vnguibus.i. ma nibꝰ bene operando/vel elemosynā largiēdo per cōpassio nem. Unde de elemosyna dicitur Eccli. xxix. Super scutū

31 et lanceam propugnabit pro te. ¶ Item differunt oculoꝝ virtute: q̃ quedā habēt oculos valde debiles/sicut vesper tilio: quedā multū fortes/ sicut hirūdo. Sic vere quidā ha bent oculos intellectus valde debiles/scilꝫ per ignorantiā et incredulitatē: quia scz oculos anime.i. fidem habent val de debilem: quia scilꝫ faciliter titubant. Ideo talibus dicit Ioan. xij. Adhuc modicum lumen in vobis est. Alij autē habent huiusmodi oculos multū fortes: quia scz discrete vi dent ea que sunt fidei ⁊ doctrine: de quibus Apoc.j. Ocu

32 li eius sicut sol. ¶ Differunt animalia in appetitu coeūdi: quia quedam sunt multum prona ad coitum/sicut colūba et porcus: quedam magne refrenationis/ sicut elephas et turtur: quedā autem perpetuo continent a coitu: sicut apes Sic vere inter hoīes/quidam sunt faciles et proni ad actꝰ luxurie/scz soluti ⁊ luxuriosi: alij autem se debent refrenare scz boni actiui ⁊ cōiugati. Alij autem perpetuo debent cō tinere/scz clerici ⁊ religiosi. Unusquisqꝫ enim proprium ha

33 bet donum/alius sic ⁊ alius sic.j. ad Corinth. vij. ¶ Que dam sunt animalia que appetunt coire cum omni specie: alia tātum cū sua: alia cum nulla. Primum patet de par do cum leena. Secundū de elephantibus/ inter quos sunt coniugia s̄m Pliniū. Tertiū de apibus. Sic vere in mun do isto sunt quidam qui appetunt coire cū omni specie/ scz cum solutis et coniugatis / scilicet luxuriosi. Alij seruant cōiugia: sicut boni coniugati. Alij autem perpetuo cōtinēt sicut casti clerici ⁊ religiosi: q̃ non omnis caro eadem caro

34 sed alia volucrum ⁊ alia bestiarū.j. ad Corinth. xv. ¶ Diffe runt autem animalia in comedēdo: quia quedam sunt ma gne voracitatis/sicut lupus/canis ⁊ leo. Alia autem parci victus: sicut serpētes. Sic multi sunt voraces p̄ gastrimar giam: alij autem modici per abstinentiam. Uel dic ꝙ qui dam sunt voraces per auaritiam ⁊ rapinam: quia cibos di uitiarum indiscrete deuorant ⁊ acquirunt. Alius credit se manducare omnia. Alij autem sunt abstinentes ab huius modi cibis per paupertatem. Primi sunt similes lupis ⁊c̄.

Uide ibi. Sed qui abstinens est / adiiciet vitam. Eccli.

35 xxxvij. ¶ Differunt etiam bestie in tempore venandi: quia quedam semper de nocte venātur/ vt lupus qui dicitur ha la: quedam semper de die: vt aquila ⁊ accipiter. Alia autē ⁊ die ⁊ nocte: sicut catus. Charissimi nox significat bona tē poralia: dies bona spiritualia. Quidā ergo boni sūt ⁊ iusti/ qui in die.i. bonis spiritualibus vel in statu gratie predan tur/scilicet merita ⁊ virtutes/de quibus viuunt. Alij autē in nocte.i. in bonis ⁊ negotiis mūdi acquirūt predas suas/ scilicet bona tēporalia ⁊ diuitias. Alij autē partim vtroqꝫ vtuntur: quia scilicet volunt temporalia simul ⁊ spiritualia exercere/⁊ vtrāqꝫ ripam pascere/⁊ christi et mundi negotia ministrare. Sed pro certo Nemo potest duobus dominis

36 seruire. Matth. vj. ¶ In corpore humano necessaria sunt diuersa membra/propter eius diuersas operatiōes. Unde ibi sunt ossa necessaria ad totius corpis sustētamentū: car tilagines ad defensionem ab ossium lesione. Sic in corpo re ecclesie vel religionis/necessaria sunt plura ⁊ diuersa mē bra/homines scilicet ⁊ p̄sone. Unde necesse est ibi esse ossa .i. viros iustos cōstantes rigidos atqꝫ fortes/ ⁊ maxime pre latos: vt sic corpus ecclesie sustentetur per iustitiam/ne sci licet defluat ad peccata: quia iustitia eleuat gentem. Pro uerb. xiiij. Sed quia ossa ista nimis consueuerunt esse dura per rigorem / et carnem.i. viros carnales ledere per asperā correctionē: ideo necesse est ibi esse cartilagines/ que sunt molles ⁊ flexibiles.i. viros pios/ compatientes ⁊ misericor des/ vt sic per eos ossium istorum durities temperetur/ ne caro.i. carnales totaliter dissipētur. Exēplū de moyse pio: qui se opponebat deo per orationem/ ne carnalis populus

37 necaretur. Numeri. xvj. ¶ Nerui i corpore sunt necessarij ad membrorum coniunctionem/et sensus ⁊ motus admini strationem: et ideo sunt molles et flexibiles/concaui/et spi ritu aereo pleni. Sic in corpore ecclesie sunt necessarij ner ui.i. viri spirituales et perfecti/qui sunt molles per benigni tatem/ flexibiles per pietatem/concaui per humilitatem/ spiritusancto pleni per virtutum ⁊ gratiarum abundantissi mam vbertatem: et ideo isti per sua bona opera: exempla ⁊ verba/alia mēbra copulant et coniungunt/scilicet per cha ritatē/et per fidei et amicitie vnitatem/⁊ in eis sensum dis cretionis/deuotionis et compassionis/ et motū bone ope

38 rationis causant/efficiunt et procurant. ¶ Caro in corpore est necessaria propter vacui repletionem/et vitalis caloris conseruationem. Cor autem necessarium est propter spiri tuum vitalium generationem/⁊ vite conseruationem. Sic vere in anima debet esse caro.i. mollis ⁊ fluida compassio/ que vacuum.i. pauperes per elemosynas repleat/et calorē vitalem.i. amorem ⁊ charitatem custodiat ⁊ conseruet. vbi enim cessat pietas/cito deficit charitas: quia vbi non sunt ligna/extinguetur ignis. Prouerb. xxvj. Cor autem.i. fides est necessaria / vt exinde vita spiritualis.i. gratia et chari tas deriuetur. Uel dic ꝙ in corpore ecclesie oportet esse car nem.i. pios et cōpatientes/et cor.i. calidos et charitatiuos

39 spiritu feruentes domino seruientes. ad Roma. xij. ¶ Pul mo fuit necessarius propter frigidi aeris attractionē/ad ca loris cordis mitigationē. Sic vere charissimi in anima est necessarius pulmo.i. deuotio seu oratio: q̃ circa cor.i. circa cogitationes nostras / calor carnalis cōcupiscentie estuat: et ideo necesse est ꝙ cū pulmone deuotiōis aspiremus per orationem/ et aerem.i. diuinam gratiam attrahamꝰ/vt sic scz tēperemꝰ calorē cordis.i. carnalē inflāmationē ⁊ diabo licā tētationē et suggestionē. Os meū aperui: ⁊ attraxi spi

40 ritum. ¶ Stomachus est necessariꝰ propter primam dige stionem: quia cibos in se recipit/ et puram substantiam ad corporis nutrimentum retinet: impurā autem et superfluā per secessum emittit. Sic vere in anima oportet esse stoma chum.i. discretionem/que receptis cibis.i. rerum exterioꝝ notitia p̄ os.i. per cogitationē recepta/debet quicq̇d ibi de ponitur de bono/ retinere ad anime educationē: alia autē tanq̄ superflua refutare. Uel stomachus est auditus / qui debet bonos cibos.i. bona verba retinere: alia autē preter mittere. Nonne auris verba diiudicat? Iob. xij. Uel dic ꝙ stomachus est homo pius: qui sibi et corpori et domui reti net tātūmodo necessaria: superflua autem exterius paupe ribus emittit. Uel dic ꝙ iste est auarus: qui oīa pura ⁊ bo

na sibi ꝛ mēbris suis.i.vxori ꝛ filijs retinet ꝛ reseruat: illud
autem quod est impurū/et quod penitus nihil valet / exte-
rius ad pauperes per elemosynas emittit: sicut est vinū et
[41] bladū corruptū. ¶ Hepar in corpore est necessariū ad san-
guinis generationē/pro corporis nutrimento: vene autem
sunt necessarie ad istius sanguinis per corpus deportatio-
nem/vt corpus debite nutriatur. Sic vere in corpore eccle-
sie necessarij sunt doctores/qui vicē hepatis portāt: qꝛ san-
guinē.i.doctrinā generāt per sue scientie actionē: vene au-
tem.i.predicatores istum sanguinē deferūt per predicatio-
nem: ꝛ sic alia mēbra/scilꝫ seculares ꝛ alij mediāte diuina
sapiētia vegetanꝛ: ꝛ in esse gratie conseruantur. Uel hepar
sunt seculares: sanguis est substantia tēporalis. Pulli eius
[42] lābūt sanguinē. Job.xxxix. ¶ In corꝑe necessaria sunt in-
testina/ad supfluoꝝ depurationē ꝛ euacuationē: fel ad di-
[29] surgēt incorrupti: ⁊ nos imutabimur. j. ad Corin. xv. ¶ Itē fm Isido. libro. xij. ca. iij. Pythagoras et Ouidius asserebāt de medulla spine hominis mortui nasci anguem. Uñ Pliñ. lib. x. ca. lxvj. Anguem inquit de medulla spine hoīs nasci accepimus. Et hoc q̄ (vt dicit Isidorus) rationale est vt sicut per anguē moritur homo/ ita per mortem hoīs viuat anguis. Anguis significat humanū genus/ quod ad modū anguis de sui natura est tortuosum et defectuosum. Homo mortuus est Christus passus. Medulla autem eiꝰ est mīa/ vel etiā gratia. Anguis ergo. i. humanū genus/ de Christi mortui clementia et gratie medulla est genitꝰ: scilȝ per regenerationē spiritualē: q̄ mors Christi est causa regenerationis humane. Nā quia per anguē. i. per ipsum genus humanū/ homini Christo mors extitit ꝓpinata: ideo deo disponēte factū est ꝙ per mortē huiꝰ hoīs anguis. i. humana natura a morte fuit suscitata: q̄ breuiter loquendo/ sicut anguis occidit hominē/ et de homine occiso nascitur anguis: sic humanum genus fuit causa occisionis Christi/ qui occisus fuit causa natiuitatis ⁊ viuificationis humani generis. Ideo dicitur. j. ad Corin. xv. Sicut per hominem

[30] mors/ ita ⁊ p̱ hoīem resurrectio mortuoꝝ. ¶ Scd̄m Isido. lib. xij. Serpens timet hominē nudū/ nec eū audet contingere/ q̄muis insiliat in vestitum. ꝭm Pli. autē ieiuni hominis sputū serpentibus est venenū: si de eo gustauerit. tactū etiā eius sicut aquā feruentē fugiunt/ sicut ait idē libro. vij. c. ij. Sic vere serpens diabolus timet hominē nudū. i. voluntarie pauperem/ ⁊ a vestibus diuitiarū ⁊ negocioꝝ temporalium q̄tum ad affectū totaliter denudatū. et licet ipsos vestitos. i. diuites inuadat per diuersas tentatiōes: tamē nudos ⁊ pauperes nō potest nec audet taliter infestare. Nudi ergo cū nudo luctari debemus: dicit Grego. Sputū etiam quod ab ore exit. i. orationem/ laudē/ et cōfessionē hominis ieiuni ⁊ abstinentis timet diabolus ⁊ horret: quia pro certo quādo homo est ieiunus per abstinentiā corporalē/ ⁊ ipse spurcitiam peccatorū spuit per confessionem/ ⁊ maxime ieiunꝰ a vitijs ⁊ peccatis: tunc in tantū displicet diabolo/ ac si venenū et suppliciū sibi daret. Simus ergo spuentes et nudi. Job. j. Nudus egressus sum de ventre matris mee/

[31] nudus reuertar illuc. ¶ Dicit Diosco. ꝙ serpentes in hyeme latitant in cauernis. Unde propter diuturnitatē obscuritatis ⁊ tenebrarū/ hebetatur visus eoꝝ: ⁊ ideo vernali tp̄e quādo de cauernis exeūt/ comedūt feniculum/ vt eius virtute visus recipiant claritatē. Sic vere peccator qui tēpore hyemis. i. pc̄ti mortalis latitat in cauerna. i. ī amore terrenorū/ tempore veris. i. tempore gratie debet inde exire per mundi cōtemptū/ et cōtra obscuritatē visus. i. contra ignorantiā intellectus/ vel etiam contra peccatum debet comedere feniculum/ hoc est dictu/ sacrā scripturā vel penitētiā: et sic virtute eius/ scientie et gratie recipiet claritatē. Figura. j. Regū. xiiij. de Jonatha qui comedit mel: ⁊ illuminati sunt oculi eius. Sic vere si mel sacre scripture comederis/ lumē ⁊ visum intellectus recuperabis. Ideo psal. De-

[32] claratio sermonū tuoꝝ illūinat ⁊c. ¶ Scd̄m Pli. Diosco. ⁊ Auicē. Anguis aliquādo mordet tortucā: sed quando ipsa sentit venenū serpere/ querit cunilā: ⁊ eā comedens/ remediū inuenit cōtra anguē. Sic vere si anguis diabolus nos momorderit per tentatiōes/ statim ꝙ sentimꝰ venenū peccati mortalis: debemus querere cunilā. i. penitentie medicinā/ ⁊ eam nobis incorporare/ ⁊ sic mortis eterne periculū euademꝰ. Nisi penitentiā egeritis/ omnes simul peribitis.

[33] Luce. xiij. ¶ Auicenna lib. ij. sic ait ꝙ serpens odit rutam et odorem eius: et ideo mustellam fugit quādo sentit eam ruta pastā. Comedit autem serpens libenter carnem/ ⁊ sugit eius humiditatem/ ⁊ transglutit oua auiū/ et pullos viuos: ⁊ quādo transglutit/ expellit ea per posteriora/ ⁊ nō permittit ꝙ in ventre eius morentur. Serpens est diabolus/ venter eius mundus/ vbi igne luxurie ⁊ cupiditatis coquit cibaria sua: scȝ peccatores. Iste ergo serpēs diabolus odit rutā. i. amarā penitentiā/ ⁊ mustellam ea pastā. i. bonos et iustos viros in penitentie amaritudine cōuersantes fugit/ nec eos audet tentare/ vel appropinquare. Jaco. iiij. Resistite diabolo: ⁊ fugiet a vobis. Sed pro certo carnē ⁊ pullos auiū/ hoc est dictu/ carnales ⁊ deliciosos inuadit per tentationes/ ⁊ eos sibi incorporat per peccatū: ⁊ in ventrē suum/ hoc est dictu/ in amorem mūdanum eos traijcit ⁊ inducit. Sed pro certo ibi non sinit eos morari: quia vt cōiter magni peccatores non dimidiant dies suos: immo statim expellit eos per posteriora. i. per mortē: ⁊ in cloacā deijcit infernalē. Ideo de eis dicit Deut. xxviij. Ibi quoq̄ nō quiesces/ nec erit requies vestigio tuo. Nam postq̄ suxerit eorū humiditatē. i. gratias ⁊ virtutes/ de eis nō amplius curat: sed q̄ citius pōt p̱ mortē eos eijcit et expellit. Heri venisti ⁊ hodie cōpelleris exire. ij. Regū. xv. Uel pone ꝙ serpēs est mulier q̄ attrahit carnales et luxuriosos: sed postq̄ suxerit eoꝝ hūiditatē. i. substantiam tēporalē: nō curat āplius de eisdē: sed eos refugit ⁊ expellit. Exēplū de Dalila/ q̄ postq̄ totōdit Sansonē: expulit eum ⁊c. Eccli. xiij. Si habueris

[34] cōuiuet tecū: ⁊ si nihil habuerꝭ/ derelinquet te. ¶ Itē Auicen. dicit ꝙ interiora intestina serpētū sunt similia interioribus auiū ouantiū/ ⁊ habent matrices longas scd̄m longitudinem corporis sui/ ⁊ habent vias ad modū piscīū interius dispositas. Per aues superius volantes intelligo naturā angelicā. Per serpētes in terra versantes ītelligo humanā naturā. Per pisces aūt naturam brutam. Interiora ergo serpētū/ hoc est dictu/ ratio ⁊ intellectus/ qui interius latet in hoīe/ similis est interioribus auiū. i. angelorū: quia eiusdem speciei est angeloꝝ ratio ⁊ intellectus hominū: in exterioribus autē. i. q̄tum ad corpus piscibus. i. brutis be-

[35] stijs similatur. et ideo potest dici Dañ. vij. Erat inquit q̄si pardus/ et alas habebat quasi auis. ¶ Lingua serpentū fm Auicē. lib. ij. est longa et nigra/ tenuis et in duo diuisa/ leuis ⁊ facilis ad mouendū: et habet cor paruū iuxta collū prope linguā. Recte sic est de vaniloquis huius mūdi/ qui habent linguā longā/ intantū ꝙ se extendit ad oīa verboꝝ genera ꝓferenda: ⁊ ideo furcatam habent linguā: q̄ profecto verba eoꝝ sunt in duo diuisa: q̄ vnū dicūt ante/ ⁊ aliud retro. Ex eodē ore ꝓcedit benedictio et maledictio. Jaco. iij. Diuisum est cor eoꝝ: nūc interibūt. Osee. x. Et ideo lingua eorū est nigra ⁊ leuis: quia pro certo verba sua sunt nigra. i. difformia ⁊ turpia p̱ insolentie leuitatē: ⁊ ideo facilis est ad mouēdū: q̄ tales de vna materia ad aliam sine discretione leuiter se conuertunt. In multiloquio non deerit peccatum. Prouer. x. Et ideo bene sequit̄ ꝙ cor habent prope guttur: quia quicquid in corde suo versatur/ totū statim ad guttur trāsmittūt/ vt dicatur illud Eccli. xxj. In ore fatuorū cor ipsorū: sed in corde sapientū os ipsoꝝ. Acute etiā sunt lingue serpentū prout dicit: quia pro certo verba eorū sunt dura/ pungitiua ⁊ acuta. psal. Lingua eorum gladius

[36] acutus. ¶ Idem Auicē. dicit ꝙ serpētes habent ventrē longa ⁊ iecur ⁊ intestina longa/ ⁊ sup̱ iecur est fel. Sic vere peccatores habent ventrem. i. conscientiam ⁊ cognitionē: intestina. i. affectionē: iecur. i. peccati amorē ⁊ delectationē longa ⁊ extensa: sed pro certo super iecur est fel: quia fel eterne amaritudinis/ vel etiā laboris exterioris/ vel remorsus conscientie iecur suū. i. peccati complacētiā comitatur. Hier. ix. Cibabo eos absynthio: et potū dabo eis aquam fellis.

[37] ¶ Dentes serpentū fm Auicē. sunt multi ⁊ acuti: recurui aliquātulū ⁊ coniuncti: distincti tamen sunt et diuisi. Serpens est diabolꝰ: cuiꝰ dentes sunt pctōres/ ⁊ maxime causidici/ ⁊ raptores/ mediātibus quibus diabolus deuorat/ ledit ⁊ lacerat innocētes. Isti ergo sunt multi: quia stultorum infinitus est numerꝰ. Eccls. j. Sunt recurui per cautelam ⁊ falsitatē: sunt acuti per rapinā ⁊ crudelitatem: sunt

cōiuncti per multā defensionē ꝛ societatē: q2 isti vnus aliū sustinet. Job. xlj. Una vni cōiungitur. Sunt tamen inter se diuisi ꝛ distincti per iram/inuidiā/ꝛ partialitatē. Et de his dētibus diaboli dicit Job. xlj. In circuitu dentiū eius terror. Isti eñ dicūtur dentes/quasi demētes: quia isti demunt de substantijs alioꝝ. Dañ. vij. Dentes ferreos habebat: comedens atqꝫ cōminuens. Uel per istū serpentē intellige falsos principes. Figura de bestia q̄ habebat tres ordines dētiū. i. tria genera maloꝝ seruorum/scilicet causidicos/prepositos/et balliuos/ꝛc. vel consiliarios/scutiferos/ꝛ seruientes.

38 ¶ Serpentes habēt triginta costas scd̄m numerū dierū mensis. et si quis eorū oculos cecauerit/ad visum dicūtur iterū reuenire: sicut pulli hirūdinū. Per nūerꝫ triginta qui causat ex numero ter ducto/intelligo obseruātiam decalogi in fide trinitatis: qm̄ si qs penitens habuerit visum discretiōis ꝛ gratie/quē per peccatū perdiderat/ rehabebit. Restitutus est vt videret clare oīa. Marci. viij.

39 ¶ Secūdū eūdē/cauda serpētis abscissa iterū crescit/sicut ꝛ cauda lacerti. Sic vere licet cauda. i. perseuerātia abscidatur aliquādo per peccatū: tamē dicit iterū crescere per virtutē/quādo scꝫ homo p penitentiā reuertitur. Quod est contra desperatos/qui si semel ceciderint/nolunt amplius crescere/nec conuerti/de quibus d2 Hester. x. Fons paru⁹ creuit in fluuiū magnū. Uel per caudā q̄ est retro/intelligo retroacta peccata/que aliquando crescunt/quādo scilicet hō ad ea reuertitur iterādo. Canis reuersus ad vomitū ꝛc. Prouer. xxvj.

40 ¶ Serpentes ꝑm Aristo. nō generāt animal intus/sed oua: q̄ cū emissa sunt/in animal transformantur: sicut aues: excepto tamē tyro ꝛ vipera/qui interius faciūt oua/ꝛ ex illis pullus interius generatur. sed habet serpens matricē in duo diuisam/habens quasi parietē intermediū ꝛ ibi sunt oua p acies ordinata: ꝛ quādo ouat/nō emittit ea simul/sed potius successiue. Serpens est peccator: matrix est cor seu voluntas/quod diuisum est p diuersas affectiones. Osee. x. Diuisum est cor eorū. Oua sunt male affectiones ꝛ cogitatiōes/pulli sunt mali actus ꝛ opatiōes/ scꝫ vitia ꝛ peccata. In matrice ergo serpētis. i. ī corde sunt oua per acies. i. male affectiones ꝛ cogitatiōes. Sed isti pariūtur per consensum/ꝛ sic generatur pullus. i. pctm̄ mortale p operationē. Unde ex ouis interius nō fit pullus: q2 p certo cogitatio dū tñ nō exeat fines suos/pullus. i. pctm̄ mortale non efficitur.

41 Ista etiā oua successiue emittūtur: q2 scilicet due cogitationes nō possunt esse simul: immo veniunt successiue: quia ꝑm Job. xx. Uarie cogitationes succedūt sibi. ꝛ ab vna mala volūtate ad aliam hō trāsit. ¶ Scd̄m Aristo. lib. v. ca. iiij. tempore coitus ita se applicant ꝛ inuoluūt ꝙ videtur esse vnū corpus/habens duo capita. quod etiam dicit Pli. x. c. lxij. Serpens etiam ꝑm Aristo. libro. viij. de aīalibus capite. iiij. et maxime quādo transglutit auē/prio se erigit/deinde se stringit/ꝛ hoc facit ꝑpter stomachi paruitatē. Sic vere mali ita in mūdo isto se vniūt et coniūgūt per malā cōcordiā ꝛ societatem/ꝙ videntur esse vnū/ita ꝙ qui ledit vnū/ledit oēs: sicut patet in aduocatis ꝛ balliuis: quia Qui adheret meretrici/vnū corpus efficitur cum illa. j. ad Corin. vj. Ad transglutiendū autē aues. i. ad deuorādū pauperes: vel ad aues. i. ad diuitias acq̄rēdas ipsi se erigunt per superbiā ꝛ elationem: ꝛ quādo eas transglutierunt: scꝫ per rapinas: ipsi se stringunt per auaritiā ꝛ parcitatem. Job. xx. Cū satiatus fuerit/arctabit: ꝛ oīs dolor irruet in eū. Et hoc eis accidit ꝑpter stomachi paruitatē. i. ꝑpt cordis cupidi parcitatem. Uel pone si vis de bonis/quomodo debent vnū fieri per amorem. Sint vnū sicut ꝛ nos. Joan. xvij. Ad quod. j. ad Corin. xij. Multa cum sint: vnū est corpus. Uñ de fideli amico dicit Seneca ꝙ ipe est quasi alter idē. Uel pone de coniugio: vbi vir ꝛ mulier debent effici quasi idem/ꝛ duo capita in vno corpore/vt sint duo in carne vna. Geñ. ij. Ita ꝙ iam non sint duo: sed vna caro. Matth. xix.

42 ¶ Scd̄m Aristo. de aīalibus lib. ix. capite. vj. Mustella pugnat ꝯtra serpētes: maxime comedētes mures: ꝛ hoc quia mures comedit: et ideo ei displicet quando inuenit alios comestores. Sic vere ꝑpositi et balliui venātur. i. rapiūt ꝛ excoriant mures. i. pauperes ꝛ innocentes: et ideo pugnant cōtra serpentes muriū inuasores. i. cōtra vsurarios ꝛ latrones/et cōtra ꝓcuratores ꝛ clericos/nō amore muriū. i. subditoꝝ suorū: sed vt soli valeant eos deuorare. Eccli. xj. Nūc manducabo de bonis meis solus. Uel pone ꝙ mustella est predicator/qui comedit et sibi incorporat p amorē mures. i. miseros peccatores: ꝛ ideo serpentes. i. demones quādo volūt eos comedere/ꝛ sibi īcorporare p peccatū/debet repugnare p̄dicando/ꝛ rutam amarā penitentie comedendo.

43 ¶ Serpens inueniens os hoīs apertū/illud ingreditur/vt in calore quē diligit foueatur/ꝛ sugendo humorē ipsius nutriatur. Serpens tamē naturaliter diligit lac: ꝛ ideo ad odorē lactis exterius exit qñ ipm̄ sentit/ꝛ de corpore egredit quod intrauit. Serpens est homo peccator: homo dormiens est Christ⁹/qui nūc dormire dicit p patientiā ꝛ dulcorē. Istū autē serpēs peccator ingredit/qñ per fidem ꝛ charitatem de eius corpore mystico efficit. Nā cū sit frigidus per indeuotionē: ideo calorē diuine dilectionis ꝛ humorem cōpassionis diligens/debet ad eū se transferre: vt sic p virtutes ꝛ gr̄as foueat. Sed ꝓ certo diabolus volens ipm̄ extrahere/ostēdit ei lac. i. voluptates ꝛ delicias huius mūdi: ꝛ sic exit peccator de corpore christi/ꝛ ī lac delectationū ingreditur p affectū/ꝛ sic a diabolo capit ꝛ occiditur spiritualiter/corporaliter ꝛ eternaliter. Figura si vis de iahele: qui ostendit Sisare vtrem lactis/ꝛc. sicut infra de aspide. ideo Judic. v. Aquā petenti lac dedit. Uel pone ꝙ qñ serpens. i. pctōr intrauit corpus diaboli p pctm̄/debet ei ostēdi lac diuīe mīe/quod eū extrahat a peccato. vel lac etiā sacre scripture/cui⁹ odore homo attrahitur ad virtutē. ideo ad Hebreos. v. Facti estis qb⁹ lacte opus sit.

44 ¶ Secūdū Aristo. lib. iiij. de partibus aīalium. ca. xj. Hoc habet serpens propriū/ꝙ potest respicere retro: ꝛ hoc quia spōdyles dorsi ei⁹ sint cartilaginose et bone inflexiōis/et hoc necesse fuit vt respiceret caudam/vt corpus suū longū posset regere/ꝛ contra pericula toti corpori p̄cauere. Serpens est homo: caput eius intellectus vel intentio: cauda est finis ꝛ mors: vel pars retro est vita preterita. Debet igit homo caput intētionis ad partem retro. i. ad vitam preteritā flectere/ꝛ ad caudā. i. ad finē operis/vt scilꝫ consideret principiū atqꝫ finem in omni tempore: et maxime in vita/vt sic possit corpus. i. vitā ꝛ personā suā feliciter gubernare/et ꝯtra peccatorū pericula precauere. Nā si fuerit bone flexionis. i. debite diligentie ꝛ discretionis: tūc se regere poterit vel tueri. Eccli. xxxvj. Festina tēpus/ꝛ memento finis. Ecōtra de incircūspectis d2 Threno. j. Sordes eius in pedibus eius/ nec recordata est finis sui. ꝛ Esaie. xlvij. Nec recordata est nouissimi sui.

45 ¶ Serpentes natāt in aqua per corporis flexionem/sicut repūt in terra: carent eñ alis vt volent sicut aues: ꝛ nō habent pinnulas sicut pisces: ꝛ ideo qd̄ aues faciunt alis/pisces pinnulis/hoc faciunt serpentes corporis flexione: vt dicit idē. li. j. ca. v. Sic vere mali in aqua. i. in delicijs/in terra. i. in diuitijs vndiqꝫ se deflectūt/ꝛ licet careant alis ꝛ pinnulis. i. bonis affectiōibus: tamen per flexiones corporis. i. per carnales cordis sui affectiones motum suoꝝ prauorū operū exequūtur. Nam se vndiqꝫ circūflectēdo. i. per cautelas ꝛ malitias ꝛ carnales affectiones se voluendo/se regunt suis huiusmodi flexionibus ad mala opa: sicut iusti alis ꝛ pedibus. i. sanis affectionib⁹ ad bona opa perpetranda.

46 ¶ Serpentes nō habent pedes vel alas ꝓpter corporis longitudinē: quia si haberēt multas/propter pluralitatem essent tardi motus: si haberēt paucas/corp⁹ longū recte regere non valerent. ꝛc. Sunt in aqua quidam pisces similes serpentibus in corporis longitudine: ꝛ ideo natant in aqua corporis flexione/adiutorio duarū pinnularū quas habent. In terra etiā aliquādiu viuūt sine aqua sicut serpentes sine cibo ꝑm Aristo. li. viij. ca. iiij. Sic vere in mūdo isto sunt quidā similes serpentibus/hoc est dictu boni actiui: qui q̄tū ad labores exteriores similes sunt serpentibus. i. peccatoribus ꝛ cupidis. Nam in aquis fluxibilitatis humane flexuose ꝛ tortuose: scilꝫ de vno negocio ad aliud/de vna re ad aliā se cōuertunt. In hoc tamen differunt a serpentibus ꝛ malis: quia scilicet habent duas pinnulas. i. duo precepta charitatis: scꝫ dei ꝛ ꝓximi/a quib⁹ sustinent ꝛ regūtur/ne scꝫ in aqua mūdane prosperitatis per vitia submergāt.

47 ¶ Quidā pisces similes serpētib⁹ aliqñ ad terrā translati sine aqua aliquādiu viuūt/sicut murene vel anguille: sed tñ diu ꝑpter defectū aque viuere nequeūt

sine aqua. Serpentes etiã diu possunt viuere sine cibo: tamen oporteret ꝙ ꝓpter defectum cibi finaliter morerẽtur scd̃m eundem ibidẽ. Sic vere homo qui est in terra. i. in religione vel etiã in vita ista / nõ potest diu viuere spiritualiter per gratiã sine aqua gratie / ꝯpassionis vel deuotionis / ⁊ sine cibo doctrine ⁊ eruditionis. Et licet homo aliquãdiu viuere et perseuerare in statu gratie sine istis posset / tamen oporteret ꝙ finaliter moreretur nisi tali aqua ⁊ tali cibo aliquotiens nutriretur. Esa. l. Putrescent pisces sine aqua / et morientur in siti. ideo Job. viij. Nunqd viuere põt scyrpus sine aqua? ¶ Scd̃m Aristo. libr. de gñatione aialiũ. iiij. ca. iiij. Gñationi serpentũ raro accidit error vel mõstruositas / ⁊ hoc fit ꝓpter matricẽ que est longa ⁊ recta / ⁊ stricta / et in duo diuisa ⁊ distincta. Unde ⁊ oua serpentũ sunt oblonga. Sic vere in generatione nr̃a. i. in productione operũ nr̃oꝝ / non debet esse monstruositas per peccatũ / et hoc pro certo quia matrix vñ ꝓueniunt ista opera / hoc est cõscientia nostra: debet esse longa per fortitudinem: scʒ in perseuerãdo / recta per iustitiã / stricta per temperantiã / distincta ꝑ prudentiã: ⁊ ideo in ouis ⁊ pullis. i. in operibus exinde ꝓcedẽtibus non debet esse superfluitas prauitatis: qꝛ bonus homo de thesauro suo profert bona. Matth. xij. ¶ Cerastes ſm Jsido. est serpens astutissimus: quia cũ habeat cornua sicut aries / abscondit totũ corpus sub arena / exceptis cornibus / q̃ tantũmodo exteriꝰ apparent. Ad que dũ volucris vel animal accesserit / nõ arietem sed anguem nequissimũ comperit. Nam dum aues credentes de suis cornibus ꝙ sint vermes / descendũt ad eũ / ab eo capiuntur. Uias obsidet et semitas: ⁊ tã equos q̃ʒ hoĩes sibi indiscrete appropiquãtes inficit subito et occidit. Cerastes est antichristus / cuius duo cornua sunt duplex potestas: quã se finget habere: scʒ tẽporalis ⁊ spũalis: qꝛ finget se regẽ ⁊ sacerdotẽ: ⁊ sic in vijs publice se ostẽdens / et arena penitẽtie se cooperiẽs et occultãs / ⁊ cornua arietina. i. fictã mãsuetudinẽ pre se ferens / ⁊ potestatẽ duplicẽ vsurpans / ⁊ se esse verũ arietem. i. christũ fingẽs / aues. i. hoĩes ad se attrahet / ⁊ eos ꝑ errores inficiet et occidet. Jnsidiatur in via quasi latro / et quos viderit incautos interficiet. Prouer. xxiij. Uel ꝑ istũ serpẽtẽ intelligo hypocritã in religione / qui corpus suũ. i. interiorẽ malitiã occultat sub arena. i. sub aspitate penitẽtie / qua velaꝫ. Cornua autẽ duo / hoc est dictu / ꝯuersationẽ honestã / ⁊ eloquẽtiã rectã exteriꝰ tãtũ mõstrat / que ariet; dicũꝫ: qꝛ ad modũ arietis se fingit humilẽ et benignũ. Sed ꝓ certo qñ ad eũ accediꝫ / ⁊ ĩ aliquo officio vel dignitate eligiꝫ ⁊ poniꝫ: tunc per crudelitatẽ aues. i. subditos innocentes deuorat ⁊ occidit. Unde tunc ipsum percipiunt nõ arietem sed cerastem. Exemplũ de saule / qui primo fuit humilis / deinde factus est rex crudelissimus. Est eñ qui nequiter se humiliat. Eccli. xix. Figura de bestia que habebat cornua sicut agnus. Apoca. xiij. que totũ mũdũ decepit: ⁊ ideo finaliter missa est in stagnũ ignis. Sic vere tales qui pretextu arietine humilitatis decipiunt mundum / finaliter in igne inferni cremabuntur. ¶ Cerastes ſm glosam Geñ. xlix. tante est venenositatis ꝙ mordens vngulã ⁊ pedem equi / ipm equũ ⁊ equitẽ simul necat. Sic diabolꝰ per morsum peccati in solo pede. i. in affectione / equũ. i. corpus ⁊ equitẽ. i. animã occidit. Per pedem ĩtelligo finẽ vite / in quo si diabolꝰ momorderit equũ. i. aĩam / ipsam enecabit. Geñ. xlix. Fiat Dan coluber ĩ via / cerastes ĩ semita / mordẽs vngulas eq̇ / vt cadat ascensor eius retro. ¶ Behemoth ſm Jorath est serpens qui aĩalibus se innectens / ipa circuit atqʒ ligat / et cũ fortiter ligauerit / ipsa mordet / vulnerat atqʒ necat. Tales sunt vsurarij: qui primo ligant hoĩem per contractus ⁊ obligationes: deinde mordent et occidũt eos ꝑ exheredationes ⁊ exactiões. Prouer. xj. Jllaqueatus es verbis oris tui / et captus es ꝓprijs sermonibꝰ. ¶ Leuiathã ſm Hieronymũ hebraice dicitur draco. Unde ſm Grego. draco in terra serpit / in aqua natat / ⁊ in aere volat. Unde Esaias in spũ loquens de diabolo / vocat eũ serpentẽ / cetũ / leuiathã. Esa. xxvij. Uisitabit dñs super leuiathan serpentem vectẽ: et occidet cetum qui est in mari. Jstũ autẽ serpentem vocat Jorath leui. vel leuiathã: sed de hoc vide supra libr. ix. c. de ceto. §. vltimo. ¶ Sicut ponit vincentius in suo speculo naturali (sed nõ ĩueni allegatũ vnde accipit) Dracocopedes est serpens qui habet faciẽ virgineã / corpus tñ eius terminatur in draconẽ. Et forte (vt ait) talis erat serpẽs q̇ decepit euã: quia faciẽ virgineã diciꝫ habuisse. Tales sunt deceptores: quia scilicet isti faciem. i. principiũ ⁊ ingressum habent virgineũ atqʒ blandum: verũtamẽ corpus ⁊ cauda eorũ. i. ꝓcessus ⁊ finis taliũ in draconẽ finitur / inquãtũ draconinã malitiã exercere finaliter ꝯprobãtur. Jsta apparẽt de proditoribus ⁊ vsurarijs: qui primo blandiuntur / postea nocent ⁊ predanꝫ. Uñ Prouer. xxiij. Jngrediꝫ blãde: nouissime aũt mordebit vt coluber / ⁊ sicut regulus venena diffundet. Jstud ptʒ de hypocritis luxuriosis / q̃ in facie. i. in apparẽtia apparẽt virginei ⁊ casti / q̃ tamẽ in cauda. i. in occulto inueniũtur bestiales ⁊ serpentini. Uel dic ꝙ talis serpẽs significat vetulam ruffianã / q̃ sub specie boni loquiꝫ / ita ꝙ in principio virgineam faciẽ habere videtur: tandẽ vero incipit loqui de materia / ⁊ sic apparet esse draco / inquãtũ agit de venenosa malitia. Allega vt. s̃. Uel dic ꝙ iste est diabolus / vel peccatũ / quorũ pricipiũ: scilʒ cogitatio ⁊ suggestio est virginea et delectabilis: finis vero draconinus ⁊ dãnabilis. Uel dic ꝙ talis est mala mulier / q̃ in principio blanditur: in fine vero draco oĩa deuorãs / et vitam / famã ⁊ substantiã adnihilans inueniꝫ. Prouer. v. Fauus distillãs labia meretricis ⁊c̃. Uel dic ꝙ tales sunt multi / quoꝝ facies. i. ingressus in eccl̃iam / religionẽ vel p̃laturã / est virgineꝰ / humilis scilicet ⁊ benignꝰ: corpus aũt ⁊ cauda. i. processus vite eorũ et finis est venenosus et draconinꝰ: sicut patet de multis prelatis: qui in principio sunt optimi: tandẽ vero fiunt raptores ⁊ pessimi. Exemplũ de saule ⁊ abimelech: qui primo benignissime / tãdẽ crudelissime regnauerũt. Judic. ix. ⁊ j. Regũ. x. ⁊ xxij. ¶ Padera serpens est germanie grossus ⁊ curtus / cuius est tantũ venenũ / ꝙ gladiũ flatu denigrat et inficit: virgã vero virentẽ vesicis et pustulis replet / si ori ipsius applicetur. Jgnee eñ est nature: ⁊ ideo venenũ eius semꝑ tendit sursum. Uñ si in pede morsus hõ fuerit / nõ cessabit quousqʒ occupauerit corpꝰ totũ. Est ergo remedium ꝙ eleuatis pedibus illico suspendaꝫ / vt vis ignea veneni sursum ascendens ad pedũ extremitates eleueꝫ: ⁊ sic illa extremitas vbi est venenũ / debet abscindi / ⁊ sic põt homo curari. Serpens iste significat superbos: qꝛ scʒ venenũ ipsoꝝ / quod est superbia / semꝑ sursum ascendit / ⁊ dũ more ignis per ambitionẽ accendiꝫ / semꝑ loca / officia / gradus ⁊ status superiores querit. Jgitur istud venenũ sup̃bie nõ sanatur / nisi homo ꝑ cõtemplationẽ celestiũ suspendatur / et nisi pedes. i. finis ⁊ mors proponãꝫ / et ꝑ considerationẽ pre oculis habeantur: ita ꝙ ipm venenũ superbie ad pedes. i. ad considerationẽ mortis retrocedere compellaꝫ / ⁊ sic cõcepta humilitate / sanetꝫ immensa superbie vanitas / ⁊ pars in qua venenũ resederit. i. mens per cõtritionẽ ⁊ ferro lingue per cõfessionẽ scindatur. ¶ Spuens ſm Auicẽ. dꝛ quidam serpẽs inter genera aspidũ / ptyas a Galeno dictꝰ: q̇ sputũ mittit: quod illum sup quẽ ceciderit occidit: odor etiã sputi necat: quẽ vero momorderit / sine sensu ⁊ motu ⁊ sine dolore interiorũ deficit atqʒ perit. Talis est ꝑsona luxuriosa: qꝛ scilʒ sputũ. i. mala verba ⁊ venenosa solet emittere / quibus solet alios inuenenare per delectationes / ⁊ occidere ꝑ cõsensus. Sic ergo fit ꝙ tales sine dolore moriũtur: inquantũ vitia eorũ eis placent: ⁊ sic cũ peccati cõplacẽtia ad mortem inferni deducũtur. Uel dic ꝙ tales sũt heretici / quorũ sputum. i. quorũ venenosa doctrina inficit: et cũ eorũ sequaces bene credant facere / ipsos sine dolore ad inferos deducunt. Prouer. xxiij. Uerberauerũt me / sed nõ dolui: vulnerauerũt me: ⁊ non sensi. ¶ Lacerta ſm Pliñ. li. x. ca. lxv. oua nũqʒ parit. sed Arist. negat. Jstud tamẽ verũ est ꝙ lacerta nũqʒ incubat: oblita statim vbi ipsa enixa fuerit. Huic eñ aĩali nulla est memoria. Jtaqʒ inquit ꝑ se catuli erũpunt. ⁊c̃. Expone ista sicut titulo de struthione. §. xj. vbi ĩuenies simile. ¶ Scd̃m pli. lib. x. c. lxxij. Animalia venenosa sine potu et cibo diutissime viuũt / sicut patet inquit in serpentibꝰ / q̇ inclusi seruãtur: corpa eni eoꝝ nec sudore nec sanguine resoluunꝫ. Et ide est (vt ait) ꝙ nũqʒ interit fame aĩal venenatũ. Per aĩalia venenosa ĩtelligo pctõres / ⁊ maxime enormes impios ⁊ tyrãnos: qꝛ pro certo tales qui veneno iniquitatũ pleni sũt / nũqʒ fame aut siti. i. quocũqʒ mũdi tribulamine pereunt aut succũbũt: imo vt cõiter tales sine infirmitate

sudore ⁊ labore viuunt/⁊ pre ceteris diuitijs ⁊ prosperitate leti sunt. Hiere.xij. Impij prosperant/bene est omnibꝰ qui preuaricātur/et inique agūt. Uel dic ꝙ serpentes sunt viri prudentes/frigore diuini timoris algētes/quos licet ieiunium ⁊ abstinētia affligant/fames tamē ⁊ extrema inopia ipsos vt cōiter nūq̄ interimūt atq̄ grauāt. Prouer.x. Nō affliget dn̄s fame aīam iusti. Uel dic de venenatis dānatis qui inclusi in inferno nunq̄ comedunt/⁊ tn̄ mori nequeūt: immo in ipso famis lāguore sine morte ꝑsistunt. psal. Laborabit ineternū/⁊ viuet adhuc in finem. ¶ Lacerte quādoq̄ inueniūtur habere duas linguas/⁊ etiā duas caudas ꝭm Pli.lib.xj.c.xxxvij.et.l. Sic vere multi sunt ita varij et duplices/ꝙ cauda.i.ipsorū finis ⁊ intentio et lingua.i.eorū verbū ⁊ loquutio semꝑ inueniuntur gemina et bifurca. In fine em̄ apparet in eis fuisse duplicitas ⁊ ꝓditio: in lingua vero varietas ⁊ deceptio: vnū em̄ intendunt/ ⁊ aliud pretēdunt: vnū loquūtur publice ⁊ in presentia/aliud aūt occulte ⁊ in absentia: cōtra illud Eccli.v. Non vētiles te in oēm ventū/neq̄ eas in omni via. sic enim peccator cognoscitur in duplici lingua.

Capitulum.v.de apro.

1 Aper apud grecos dicit syagros ꝓpter suā summam respectu parui corporis feritatē/apud latinos dicit verres/eo ꝙ magnas habeat vires. Est em̄ animal seuissimū/⁊ indomabile: q̄ etiā amotis testiculis/vix aut nunq̄ se exhibet māsuetum: cum tamē alia aīalia ablatis testibus māsuescāt. Culmis duobꝰ magnis vtit ꝓ gladio ad pugnandū. Est etiā tante feritatis ꝙ contra venatoris venabulum intrepide se infigit/⁊ ardore vindicte/mortis periculum nō timescit/vt dt Pli.li.viij.⁊ Auicen. Recte talis erit antichristꝰ: q̄ summe erit seuitie ⁊ crudelitatis. Uerres etiam dicetur ꝓpter magnas vires: q̄ nō erit potestas super terrā que cōparetur ei. Job.xl. Quia licet sit castratus.i.licet se castū ⁊ pudicum esse fingat: tamen mansuetudinem nō acquiret: immo cōtra sanctos impie et crudeliter militabit. Figura Dan̄.vij. vbi dicit ꝙ illi cornu modico datū est os loquens grandia/⁊ ꝙ bellum faceret cōtra sanctos vsq̄ ad tempus et tēpora ⁊ dimidiū temporis. Sic vere iste habebit os loquens grādia: scz deū blasphemando/bonos terrendo/mala indicendo. bellum etiam faciet contra sanctos: quia per cōminatiōes ⁊ iactātias/oēs audiētes impie deterrebit: ⁊ ideo ad modū apri dentes.i.ꝟba habebit fortia et cōminatoria: ⁊ eos q̄ obedire noluerint/īpie cruciabit/q̄ ꝭm Dan̄.vij. Dentes habebat ferreos/ ⁊ deuorabat et cōminuebat/⁊ reliqua pedibus cōculcabat. Et ideo dicitur aper duos culmos habere: q̄ iste duplicia verba habebit: scz iactantiam ⁊ cōminationē. Jactantiā dico/q̄ dicet se esse deū et promissum in lege messiam. Cōminationē: quia quos non poterit habere blanditijs/cōminationibus deterrebit. Uel duo culmi sunt duplex potestas/quā se finget habere: q̄ dicet se regem et sacerdotem. Itē aper venatorū iacula vilipendit: quia pro certo licet ipse antichristus sciat sibi mortis eterne iaculum p̄paratū: tamen quasi mortem vilipendens/contra deum et sanctos pugnabit: et sic ī dei iaculū ⁊ mortis eterne sententiā se infiget/q̄ testāte Chrysostomo: Obstinata malitia īpossibilia aggredi nō formidat. Uel pone si vis de diabolo/qui cum sit crudelissimꝰ: cum duobus culmis.i.duplici tentatione/aperta ⁊ priuata/non cessat contra sanctos pugnare/ licet mortis eterne iaculo se inde nouerit vulnerādum. Uel dic ꝙ aper significat aliquos p̄latos/qui q̄uis sint castrati per votū castitatis / vel per continētiā carnis: feritatē tamen detractionis/rapinarum/inuidie/⁊ fallaciarū nō amittunt. Similes demonibꝰ qui sunt castissimi/⁊ tamē nequissimi. Uel dic de quibusdā malis/qui licet castrētur/puniantur/⁊ depauperent/nunq̄ tamen ꝓpter hoc domātur/vel a feritate crudelitate et rapina tēperant: sicut patet de vsurarijs et balliuis.

2 ¶ Aper culmos habet fortissimos: quibus vtitur pro gladio ad pugnandū. Et si hebetati fuerint/cōtra arborē vt acui valeāt eos fricat. Nascūtur autē apri dentati: vt dicit Nigidiꝰ ꝭm Pli.lib.viij.c.lj. Sic detractores habent maximā potestatem in dētibꝰ suis.i.in verbis detractorijs: ⁊ eis pro gladio vtuntur ad alios deuorandum/occidendum ⁊ mortificādū. Prouer.xxx. Ista est generatio que pro dētibꝰ gladios habet. Isti etiā quādoq̄ iracundi a furibundi facti/contra arborem: hoc est dictu/ contra crucem dentes suos acuunt/ inquātum ipsam ꝑ blasphemias ⁊ detractiones persequūtur. Tales vident dentati nasci: quia scilz ab ipsa natiuitate ⁊ iuuentute dentibus detractionis vtūtur. Uel pone de predicatoribus/qui debent dentes.i. verba acuere per feruorem ad memoriā dn̄ice passionis. Uel pone de antichristo: qui verbis malignis vtetur/⁊ contra crucē dn̄i impie ꝓloquet. Esa.xxxvj. Lignū saltus eius ego succidi.

3 ¶ Aper in latere dextro habet vnū os durissimū et fortissimū quod semꝑ opponit venabulo persequētis/⁊ ipo osse vtitur ꝓ clypeo cōtra impetū venatoris ꝭm eundē Pli. Per dexteram intelligitur statꝰ ꝓsperitatis/et in isto latere summe est necessariū ꝙ habeamꝰ os durissimū.i.virtutē cōstantie/fidei/fortitudinis ⁊ perseuerātie: ⁊ ideo si venator diabolꝰ iacula tentationū nobis ingerat/pro certo statim debemus sibi opponere scutū istud/⁊ eidē per firmitatē ⁊ fortitudinē resistere/⁊ tentationū iaculis obuiare. ad Ephe.vj. Sumētes scutū fidei/in quo possitis oīa tela inimici ignea extinguere. Uel dic ꝙ os istud est patiētia ⁊ etiā fortitudo/quā in aduersitatibus ⁊ tribulatiōibus debemus semꝑ opponere ferienti. Job.xlj. Ossa eius quasi scuta fusilia.

4 ¶ Aper est ita ferū aīal/ꝙ venatoris gladium vilipendens/intrepide contra eū prorūpit: ⁊ sic in eius gladium se infigit. Habet etiā vnū os ita durum in latere ꝙ vix potest gladio penetrari: ⁊ ideo istud solet semper opponere iaculis venatoꝝ/vt dicit Pli. ⁊ Auicē. Tales sunt obstinati: qui gladiū.i.correctionē venatoris.i.superioris: vel etiā gladiū diuine sententie cōtemnūt per obstinationē: immo cōtra eum ⁊ eiꝰ mandata prorūpunt. Os etiam quod habent in latere.i. cor suum qd̓ est durū ⁊ obstinatum/ei obijciunt: ⁊ sic q̄si ex certa scientia in gladiū hmōi se infigunt/⁊ sic per tēporalē ⁊ eternā damnationē seipsos vulnerant et occidunt. Ideo de talibꝰ obstinatis dicit Job.xv. Cucurrit aduersus eū extento collo. Et Job.xlj. Cor eius indurabitur quasi lapis.

5 ¶ Aper intantū grauatur ex vrina sua/ ꝙ nisi eā egerat/fugere nō valebit. Nam ꝭm Pli. ex vrina cōburitur nō egesta. Ista aūt vrina medicinalis est. Nam cū egesta fuerit/multarum est egritudinum curatiua. Per vrinā quod est supfluū alimēti/ intelligo superfluū diuitiarū: quod nisi ab apro.i.a diuitibus expellatur ⁊ egeratur/pauperibus largiendo/a diabolo ⁊ a morte eterna fugere non valebunt: q̄ ab huiusmodi vrina per auaritiā cōburūtur: soli em̄ nudi possunt fugere dum fugant. Amos.ij. Inter fortes nudus effugiet. Si tamē ista vrina egeratur.i.si diuitie huiusmodi ꝑ elemosynas dispergant: tunc infirmitates pauperū: scilicet eorum miserie releuantur: iuxta illud: Dispersit dedit paueribꝰ. Infirmitates peccatorū ab istis diuitibꝰ abstergunt. Pctā ergo tua elemosynis redime/⁊ iniquitates tuas misericordijs pauperum: dictū est Nabuchodonosor: Dan̄.iiij. qui recte fuerat sicut aper: quia ad litterā ꝭm aliquos ipse fuerat ille de quo dicit dauid: Singularis ferus depastꝰ est eā.

6 ¶ Aper vt dicit Pli.lib.x.c.lxxiij. Radices comedit/ et vt eas inueniat terrā fodit. Et est aper femella debilior q̄ masculus: ⁊ ledit femina fodiēdo ⁊ mordendo / et masculꝰ sursum erigendo: ⁊ ideo nec masculus potest ledere iacentē / nec femina stantem. Sic recte diabolus multum appetit radices.i.sanctos ⁊ humiles/qui sunt radix ⁊ fundamentū oīm operum ⁊ virtutū. Et differunt demones sicut masculus ⁊ femella/quia quidā sunt alijs fortiores ⁊ peiores: verūtamē nec masculus.i.q̄tūcūq̄ fortis demon potest ledere eum qui iacet per humilitatē: q̄ scz nō potest eū erigere per superbiam vel leuare. nec etiā femella: hoc est dictu debilior diabolus potest nocere ei qui stat per constantie firmitatem. ideo: State succincti lumbos vestros. ad Ephe.vj. Diabolus em̄ ꝭm Chrysostomum suggerere pōt: cogere non potest. Bene igitur cōsulitur Eccli.ij. Sta in iustitia ⁊ timore: ⁊ prepara aīam tuā ad tētationē.

7 ¶ Duo modi sunt quibus potest apri seuitia deuitari: scilicet ꝙ homo prosternat se ad terram/vel ad arborē ascendat. Sic si demonis tentationes vis euadere/necesse est vt te ꝓsternas per humilitatē: vel vt ascēdas crucis arborem / per passionis memoriā ⁊ pietatē. Ascendit in arborem sycomoꝝ. Luc.xix. Sycomorus aūt est ficus fatua/ ⁊ significat crucē: q̄

8 verbū crucis pereūtibus stultitia est. j. ad Cori. j. ¶ Aper impiguatꝫ qñ ꝑ septē dies quiescit/ ⁊ maxie qñ par ū potat: sicut dicit Pli. lib. viij. ca. lj. Sic vere homo qñ quiescit per septē dies. i. a septē pctis mortalibus/ vel quādo quiescit ꝑ septē dies. i. qñ se exercitat in septē operibꝰ mie: vel in septē donis spūssancti: tūc dico impiguatur per grās ⁊ virtutes/ ⁊ maxime si parū potat: hoc est dictu/ si a potu deliciarū et ꝓsperitatis abstineat huiꝰ mūdi. In pace in idipsum dormiam ⁊ requiescā.

9 ¶ Pugna est inter lupū ⁊ aprum: qꝛ lupus insidiatur paruulis eius: ⁊ ideo aper cōtra eū pugnat. Dicit etiam Pli. li. viij. ꝙ contra venatorū insultus aper ꝓ filijs se opponit/ ⁊ quādo non est ei locus fugere/ mortis ꝓ eis periculo se exponit. Nam vt dicit idem libro. xvij. Natura dedit culmos apro/ vt feminas ⁊ filios suos qui debiliores sunt/ defenderet ⁊ iuuaret. Sic recte inter prelatū et lupum infernalē debet esse pugna: quia cū lupus diabolus filijs suis. i. subditis insidiatur/ prelatus debet se opponere pro eisdem/ compatiendo/ orando/ ⁊ eos monēdo et instruendo: contra etiā venatores alios/ hoc est dictu/ ꝯtra mundi principes ⁊ tyrannos/ ꝓ femina. i. ꝓ ecclesia/ ⁊ ꝓ filijs. i. pro salute subditoꝝ debet se exponere/ ⁊ mortis periculū ꝓ ouibus non timere: quia bonus pastor aiam suam ponit ꝓ ouibus suis. Ioā. x. Vel pone ꝙ christus ꝯtra diabolum se opponit/ et pro vxore et filijs. i. pro fide ecclesie et fidelibus christianis venatoꝝ. i. diaboli ⁊ iudeoꝝ se opposuit iaculis ⁊ tormentis. Esa. liij. Vere lāguores nostros ipse portauit. Et sicut scđm librū de natura rerū: oia aialia precedit auditu: sic prelatus vel iustus debet audire verbum dei/ ⁊ superioꝝ obedire mādatis. Seneca in puer. Magis audias ꝙ̄ loquaris.

10 ¶ Inest fm Pliñ. apris maxima feritas quādo sunt in amore: quia tunc setas erigūt/ culmos vibrant/ terrā fodiunt/ atrociter pugnant/ parū comedunt/ attenuāntur ⁊ macrescunt/ ⁊ horrendo gemitu furiā pectoris ostendunt/ ⁊ in locis ⁊ vallibus horrendis cōmorantꝫ/ vbi de radicibus arboꝝ victum querūt. Sic vere quādo sancti ⁊ sancte in principio ecclie/ vbi summe fuerāt incēsi amore feruide charitatis/ facti sūt ꝑ zelū fidei spūaliter furibūdi: tūc certe setas. i. affectus erexerūt ad eternorū desideriū ⁊ ꝯtēplationē: culmos. i. verba vibrauerūt ꝑ orationē ⁊ predicationem: terrā. i. temporalia foderunt ⁊ eiecerunt ꝑ mundanorū cōtemptū ⁊ abominationē: parū comederunt ꝑ abstinentiā ⁊ macerationē: atrociter pugnauerūt per martyriorum tolerationē: et contra etiā diaboli tētationē: Vbis suis ⁊ gemitibus ardorē pectoris ostenderūt per predicationē: in locis vmbrosis ⁊ horrendis habitauerūt/ sicut patet de eremitis per solitudinē ⁊ elongationē/ vbi de radicibus arborum vixerūt ad litterā: vel per sanctoꝝ exemplū ⁊ imitationē: sicut per oia patet ad Hebre. xj. Circuierūt in melotis/ ⁊c. tentati sunt/ secti sunt/ in occisiōe gladij mortui sunt. Expone si vis in malū contra luxuriosos/ qui tēpore amoris ⁊ ardoris/ pectoris sui malitiā ⁊ voluntatē horrendo gemitu. i. verbis ⁊ suggestionibus manifestant: setas. i. capillos erigunt/ pectinant/ ⁊ ꝯponūt/ ⁊ ad litterā post feminas discurrūt: parū comedunt ⁊ attenuātur: et in locis vmbrosis ⁊ occultis diligunt facere actus suos: quia oculꝰ adulteri obseruat caliginem. Iob. xxiiij. Attenuantꝫ dico: exemplo Ammō. ij. Regū. xiij. Quare sic attenuaris fili regis: sequitur: Amo Thamar sororē meā.

11 ¶ Aper tempore pugne ⁊ coitus spumat. Sic homo qui est in pugna iracūdie ⁊ detractionis/ in coitu luxurie ⁊ infectionis/ tunc maxime saniem malorū verborū emittit. Nam iracundi ⁊ iniuriosi/ carnales etiā ⁊ luxuriosi spumā maloꝝ verboꝝ ex ore ꝓprio sepe promūt: quia malus homo de malo thesauro suo profert mala. Matth. xij.

12 ¶ Aper vt dicit Aristo. li. vj. c. xviij. contra venatoꝝ insultus vtitur hac cautela: qꝛ costas suas fricando ad aliquā arborē indurat/ ⁊ luto se inuoluit/ ⁊ tandem calori solis exponit/ ⁊ sic siccatꝰ ⁊ luto sicco taliter induratus/ venatoꝝ iacula minus timet. Sic vere quādo tu sentis insultū diaboli per tentationem/ debes ad arborem crucis te fricare ꝑ passionis memoriā et cōpassionē/ debes te in luto inuoluere per mortis tue recordationē/ ⁊ per hūilitatem ⁊ subiectionē: deinde te debes soli christo exponere per feruentē orationē: et eius calore te siccare ꝑ ardentē dilectionem: ⁊ sic iacula ⁊ tentationes diaboli nō timebis. His eñ modis oibus induratur ⁊ stabilitatur et firmatur latus. i. conscientia nostra/ et sic tentatio deuitatur/ scꝫ per mortis christi cōpassionē/ per mortis ꝓprie recordationē/ per dei dilectionē/ ⁊ ꝑ feruentē orationē: homo eñ si ista faciat/ taliter per constantiā induratur/ ꝙ diaboli iaculo non perforatur. Ideo de talibus constātibus ⁊ duratis dicitur Eccli. v. Esto firmus in via dñi. ideo Iob. xlj. Nō fugabit eum vir sagittarius/ in stipulam versi sunt et lapides funde.

13 ¶ Femine aproꝝ fm Aristo. lib. vj. post partū sunt crudeles ⁊ aspere: ⁊ amore filioꝝ/ crudeli morsu ipctunt filioꝝ inuasores. Apri etiā quando vident venatores vt dt Arist. filios precedunt/ vt sic eos a venatore tutius tueantꝫ. Sic rigorosi prelati amore filiorum ⁊ subditorū quos per christi euāgeliū genuerūt/ debēt contra inuasores diabolū ⁊ principes scꝫ seculares pugnare/ ⁊ ipos per bonū exemplū precedere/ vt eos possint melius defendere vel tueri.

14 ¶ Scđm Isaac in dietis/ caro apri est durior ⁊ purior et delicatior ad edendū ꝙ̄ porci domestici/ ⁊ magis est frigida: qꝛ ꝓpt motus cōtinuitatē/ victus sui siccitatem/ aeris cui exponitꝫ caliditatem/ melioratur/ ⁊ sup̄flua pinguedo ⁊ viscositas cōsumitur: ⁊ ideo verres domestici vehementer agitantur et verberantꝫ/ anteꝙ̄ occidantꝫ/ vt caro tenerior ⁊ delicatior habeatur. Sic vere illi qui per bonū exercitiū mouentur: et ꝑ laborem discipline continue agitantur/ aeri calido. i. bone societati exponūtur/ cibo sicco. i. sobrietate nutriūtur/ tales dico sunt puriores per innocentiā/ duriores per cōstantiā/ ⁊ ipi deo ⁊ angelis delicatiores ⁊ amabiliores: qꝛ oia mala docuit ociositas. Eccli. xxxiij. Sic econuerso labor ⁊ occupatio docuit oē bonum. ideo taliter exercitati et tribulati sūt sicci per sobrietatē/ ⁊ frigidi per castitatē: qꝛ Reddebat castas hūilis fortuna sabinas. dicit poeta. Et ideo qñ deus vult aliquē verrem domesticū/ hoc est dictu/ aliquem peccatorem ab eterno electum ⁊ predestinatū cōuertere et comedere. i. sibi incorporare/ ⁊ in carnario paradisi reponere/ solet ipsum primo in hoc mūdo agitare per tribulatōes ⁊ canibus. i. mundi principibus vel etiā demonibꝰ ad mordendū ⁊ occidendū vel alias afficiendū exponere: vt sic tenerior fiat per cōpassionē/ discens ex seipso alioꝝ fragilitatem. Eccli. xxxj. Disce ex teipo que sunt ꝓximi tui. ⁊ sic deo est delicatior ⁊ acceptior: sicut oia patent i Paulo/ q̄ primo fuit verres crudelissimꝰ cōtra xpi discipulos: ⁊ ideo tribulationibus expositus/ tener ⁊ cōpatiens est effectꝰ. Act. ix. quia Vbi abundauit delictū: ibi supabūdauit ⁊ gratia. ad Rom. vj. Didicit eñ ex his que passus est/ obedientiam. ad Heb. v. Vel expone ꝙ qñ aliqs verres nimis est seuꝰ ꝑ zelū immoderatū iustitie/ dimittit eū dñs i manu canū infernalium ⁊ tentationū/ vt sic ex cōsideratione proprie fragilitatis discat alijs condolere: sicut patuit in beato petro.

15 ¶ Fimus apri desiccatus valet summe eijcientibus sanguinē/ si cū vino vel aqua bibitus fuerit: dolores lateris sanat cū aceto: fracta ossa cōsolidat ⁊ cōfirmat. Expone si vis vt dicit Diosc. li. ij.

Capitulū sextū de apibus.

Apes fm Isido. dicte sunt eo ꝙ sine pedibꝰ nascantur/ vel pedibus se ligent inuicem et cōnectāt. Sollertes sūt in gñandi mellis officio: q̄ miro artificio ex floribꝰ ꝯficiūt/ ⁊ ad hoc ꝓprias incolunt mansiones. Tales debēt esse religiosi: quia pro certo sine pedibus. i. sine ꝓprijs affectionibus debent esse: quia ipsos debent ꝑ obedientiā resecare. Vel quia etiā seipsos inuicē debent cōnectere ⁊ cōiungere ꝑ amorē/ ⁊ cū affectionū pedibus colligare/ ⁊ in ꝓprijs suis sedibus: hoc est dictu/ in collegijs ⁊ ꝯuentibus/ mel deuotiōis ⁊ cōpassionis debēt ꝯficere/ ⁊ ipm de floribus. i. de sanctoꝝ exemplis ⁊ moribus accipere ⁊ cōgregare. Eccli. xj. Breuis in volatilibus apis/ ⁊ initiū dulcoris fructus eiꝰ. ¶ Apes fm Isido. in proprijs domicilijs habitant/ et quelibet est in loco suo/ ⁊ aliena domicilia non inuadit. Sic viri ecclesie etiā seculares debent esse cōtenti locis suis/ hoc est dictu statibus suis/ officijs et prebendis/ nec debent ꝑ ambitionem inuadere aliena. iiij. Regū. xiij. Contentus esto gloria tua/ ⁊ sede i loco tuo. Itē Ioelis. ij. Viri i vijs suis gradientur/ vnusquisq; in semitꝭ suis ambulabit. Eccli. xvj. Unusquisq; proximū suū nō angustiabit. Quod est cōtra ambitiosos ⁊ clericos ⁊ auaros/ inquietantes loca pauperū p

3 ꝛimoꝝ/quibꝰ nõ sufficit quicquid habent. ¶ Apes castra sua nimia ꝓle replent/exercitum ⁊ regimẽ habent/bella mouent/fumũ ⁊ ventũ fugiũt ⁊ tumultũ. Sic predicatores castra.i.ecclesiã replent ꝓle nimia/hoc est dictu/ fidelibꝰ quos conuertunt.ij.Parali.xj. Filios multos dedit mihi dñs. Isti dicũtur habere regimen: quia regũt alios per doctrinã: dicũtur exercitũ ⁊ bella mouere: qꝛ ꝯtra demones ⁊ vitia cõtinue preliantur/ ⁊ exercitũ fidelium docent ⁊ incitant preliari: et ideo isti debent fugere fumũ infamie denigrantẽ/ventũ suꝑbie cõmouentẽ/tumultũ litis ⁊ discordie ꝯcitantẽ: iuxta illud: Stultas ⁊ sine disciplina q̃stiones de-4 uita/sciens ꝙ generant lites.ij.ad Ti.ij. ¶ Itẽ ſm Isido. multi experti sunt apes nasci de cadaueribus boũ. Unñ vitulorꝝ occisorum carnes optime verberãtur/ ⁊ sic de putrefacto sanguine generantur vermes/qui alis receptis apes efficiũtur. Sic deus volens in aluearí ecclie apes.i.fideles generare ⁊ producere: primo occidit tauros suos: scilꝫ sanctos martyres/qui fuerũt verberati/laniati ⁊ occisi: ⁊ sic ex eorũ sanguine ⁊ passione prouenerunt apes.i.fideles: qꝛ dũ videmus ꝙ martyres ꝓ fide christi mortui sunt/ in fide solidamur ⁊ firmamur. Unde istud est primũ fundamentum ecclesie: scilicet sanguis christi et martyrũ. Et ideo põt dici illud zacha.ix. Tu autẽ in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Christus eñ emisit in sanguĩe martyrũ vinctos.i.infideles de lacu peccati ⁊ infidelitatis/in quo non erat aqua gr̃e et charitatis. Figura Matthei.xxij. vbi christus dicit: Tauri mei ⁊ altilia occisa sunt/dicite inuitatis/venite ad nuptias. Qꝛ ve-5 re post occisionem christi ⁊ martyrũ/fuit facta maxima cõuocatio fideliũ ad cõuiuiũ fidei christiane. ¶ Scd̃m Ambro.in hexameron: Mirabiles sunt proprietates apũ. Nã apes cõmunẽ habent sobolẽ/vnã incolunt mansionẽ/vniꝰ porte claudũtur limine. Omnibꝰ cõmunis est labor/ cõis cibus/cõis vsus / cõis operatio/cõis fructus/cõis volatꝰ/ cõmunis corporis integritas virginalis/ ⁊ cõmunis generatio. Nullius eñ concubitu miscenꝶ/nulla libidine resoluuntur/⁊ tamẽ maximũ examen generant filiorꝝ. Sic vere debet esse de religiosis: quia eãdem mansionẽ/conuentũ et habitationẽ debent incolere/⁊ eadem porta claudi: qꝛ non debent in diuersis cauernis iacere/ sed in vno dormitorio quietari. Isti debẽt habere omnia cõia: quia labor penitẽtie ⁊ operationis/cibus doctrine ⁊ deuotionis/vsus diligẽtie ⁊ exercitationis/fructus perfectionis/volatus contemplationis/debent esse cõmunes oĩbus. Act.ij. Habebant omnia cõmunia: et diuidebatur vnicuiqꝫ prout opus erat/ nec quisqꝫ illud quod habebat/suũ esse dicebat. Isti etiã ꝑ castitatem ⁊ virginitatem debent ab omni carnali copula abstinere: steriles tamẽ ꝓpter hoc nõ dicẽtur: qꝛ filiorꝝ spiritualiũ maximã generant quãtitatẽ: scilicet illos quos ad religionem attrahũt: vel per predicationẽ/vel per bona exempla ad penitentiã ꝯuertunt/vel ad fidem per euãgeliũ.
6 Ego vos genui.j.ad Corin.iiij.j.Regũ.ij. Sterilis peperit plurimos ⁊c. ¶ Apes ſm Auicẽ.licet sint sine libidine ⁊ virgines perpetuo ꝑseuerent / tamen pre alijs auibꝰ sunt fecunde: quia nõ solũ vnũ fetum: immo gemellos generãt omni anno. Sic licet beata virgo libidinẽ nesciuerit corporalem: tamẽ partũ peperit duplicẽ/hoc est dictu/illũ qui duplicẽ naturam cõtinet in seipso/diuinã scꝫ ⁊ humanam. vel duplicẽ habet partum/hoc est dictu/populũ iudaicũ ⁊ gentilem. vel etiã bonos ⁊ malos/qui ab ipsa tanqꝫ partus propriꝰ diligũtur / defendũtur ⁊ ꝓtegũtur. Et ideo sibi põt
7 dici illud Esa.liiij. Letare sterilis que nõ paris: quia multi filij deserte ⁊c. ¶ Apes ſm eundẽ ꝓ defensione regis sui certant ⁊ pugnant: ⁊ ꝓ eo perire pulchrũ putant. Sic martyres pro rege suo christo/et eius fide et noĩe defendendo/ certauerunt vsqꝫ ad mortem/ et pro eo mori gloriam putauerunt. et ideo de eis potest dici illud.iij.Esdre.iiij. Iugulantur ⁊ iugulant/ ⁊ regis verbum non pretereunt. Uel po-
8 ne hic si vis de fidelibus vassallis/qui moriũtur pro dominis suis: qꝛ fidelis homo nõ debet timere mortẽ pro illo cui se videt obligatum. ¶ Apes ſm Ambrosiũ tantã reuerentiam exhibent regi suo / ꝙ de domibus suis exire non audẽt/ nec ad quoscũqꝫ pastus ꝓdire/donec ipse exierit p̃mꝰ/ ⁊ sibi volatus vendicauerit principatũ. Sic vere boni ⁊ iusti tantam reuerentiam debent regi Christo/ꝙ ad aliquem pastũ/hoc est dictu/ad aliqua delectabilia nõ debent egredi vel exire/nisi ad illa ad q̃ viderint ip̃m primitus exiuisse scꝫ ad oĩa illa opera perfectionis ad que ipse dũ viueret est egressus. Ubicũqꝫ declinabat q̃ prĩa erat/sequebãꝶ ⁊ cete. Eze.j. Uel pone si vis ꝙ religiosi se debent suis regibꝰ prelatis ⁊ maioribus conformare/et eos preficere et preferre.
¶ Apes ſm eũdem/regẽ sibi eligunt magnitudine et spe- 9 cie insigniorẽ/ et mansuetudine animi clariorẽ: qꝛ si habet aculeũ/eo nõ vtitur ad vindictam. Sic vere p̃latus maior virtute ⁊ perfectione/et speciosior honestate ⁊ cõuersatiõe benignior mãsuetudine ⁊ cõpassiõe pre ceteris debet esse: quia aculeo vindicatiue potestatis non debet vti ad vindictã: sed tm̃ ad correctionẽ. ideo ad Titũ.j. Oportet episcopum esse sine crimine/nõ vinolentũ/iracundũ ⁊c. ¶ Apes 10 generaliter q̃zto sunt corpore maiores / tãto sunt aĩo mitiores. Sic hõ q̃zto est maior dignitate/nobilitate/officio vel fortuna/tanto benignior debet esse. Eccli.iij. Quanto maior es: humilia te ⁊c. ¶ Apes ſm Ambro.ĩ hexamerõ/obe- 11 diunt regi suo/ et siqua inobediens fuerit/ seipsam puniẽs proprio aculeo se occidit. Sic subditi debent obedire prelatis suis/alioquin inobedientie sue iaculo mortẽ propriã incurrũt. Uel pone si vis ꝙ ip̃a aĩa que nõ obedit regi christo/et mandatis eius/proprio suo aculeo/hoc est dictu/remorsu cõscientie vulneratur.j.Regũ vltimo. Irruit super gladiũ suũ/⁊ mortuus est. Uel dic ꝙ homo qui videt ꝙ regi suo christo vel prelatis/aut eorũ mandatis/ vt debet nõ obedit/debet seip̃m punire/iaculari ⁊ penitẽtia castigare.j. ad Corin.ix. Castigo corpus meũ: et in seruitutem redigo.
¶ Scd̃m eũdem/in apiũ examine nulla est ociosa. Nã alie 12 certant quasi in bello campestri cõtra alias apes/alie vigilant circa victum /alie futuros explorant imbres/ ⁊ speculantur cõcursus/alie ceras floribus et mella cõponũt: alie cellulas/nunc rotundas/nunc quadras mira cõnexione faciunt/⁊ tamen inter tam diuersa opera/nulla alienis laboribus insidiatur/nulla raptu victũ querit: sed ꝓprio volatu et labore inter herbas ⁊ flores congrua cibaria recolligit ⁊ requirit. Recte sic debet esse in examine apũ spiritualiũ: hoc est dictu in collegio ecclesie. Nullus eñ debet vacare ocio vel torpori: sed oẽs scd̃m exigentiã status proprij laborare. Ibi enim alij debent certare. Isti sunt milites et principes/qui cõtra alias apes.i.ꝯtra malos christianos/ vel etiã infideles/debent totis viscéribꝰ dimicare/ de malis iustitiam faciendo/et pro fide contra incredulos propugnãdo.ij.ad Ti.ij. Labora sicut bones miles christi. Item alij circa victũ inuigilãt: ⁊ isti sunt agricole ⁊ mercatores per quos cunctis fidelibus de victualibꝰ ꝓuidetur. Eccli. xxxviij. Est qui tenet aratrũ / et qui gloriaꝶ in iaculo. Itẽ alij futuros explorant imbres et concursus: et isti sunt doctores ⁊ predicatores et speculatiui / qui futurum imbrem venture felicitatis quo ad bonos/ et concursum future aduersitatis quo ad damnatos/continue meditantur/⁊ ip̃am preuidẽtes/ alijs ip̃am suis sermonibus manifestant. Uel per istas apes intellige dispẽsatores ⁊ officiales/ qui debẽt de futuris preuidere/⁊ ea ꝓuidere. Sapieñ.viij. Nouit preterita/et de futuris estimat. Alij mel ⁊ cerã componũt: isti sunt religiosi vel alij perfecti viri qui mel deuotionis/⁊ ceram cõpassionis/ a qua nutritur ignis dilectionis cordiũ vel cõuẽtuũ suorꝝ/ cõficiũt ⁊ cõponũt. Cãti.iiij. Mel et lac sub lingua tua. Item alij cellulas rotundas vel quadras faciunt. Isti sunt predicatores: qui alios edificant suis doctrinis/⁊ ipsos faciũt domos dei/nũc rotundas per velocitatem ⁊ obedientiã/ nunc quadras per firmitatẽ ⁊ cõstãtiã. Esa.ix. Quadris lapidibus edificabimus. Item nullꝰ alij inuidet: qꝛ pro certo nullus debet in ecclesia alij inuidere/ nec victũ querere per rapinã/sed labore et exercitio necessaria procurare/nec alter alterius debet laboribus insidiari. Quod est cõtra ambitiosos ⁊ auaros/qui aliorũ laboribus ⁊ diuitijs insidiantur/nec sunt contenti quilibet loco suo: immo alter alteri ĩsidiatur/vt suũ officiũ vel beneficiũ fraude vel violentia sibi tollat. Geñ.iij. Et tu insidiaberis calcaneo eius. Uel pone si vis ꝙ clerici non debẽt vsurpare officiũ militũ/vel ecõuerso ⁊c. sicut fecit iosias rex: qui sacerdotꝫ officiũ vsurpauit/⁊ ideo factꝰ est leprosus. ¶ Apes 13

habent ſpicula ſua/quib⁹ ſe defendũt/et morti ſe exponũt pro domiciliorum ſuoꝝ defenſione/⁊ licet ſint infirme corpore/non tamẽ ſapientia vel vigore: vt dicit idem Ambro. in hexamerõ. Sic boni religioſi vel etiam prelati debẽt habere ſpicula zeli iuſtitie correctionis ⁊ rigoris: vt domũ ſuã ſcilicet religionem vel eccleſiam ab alijs ſcilicet detractoribus et inuaſoribus tueantur/et pro tuitione ⁊ defenſione huiuſmodi domus vel cõitatis debet ꝗlibet vſq̃ ad mortẽ certare. Eccli. iiij. Vſq̃ ad mortẽ certa ꝓ iuſtitia. Et licet ſit homo infirm⁹ corpore ad litterã/vel potentia/debet tamen ſapiẽtia prepollere. ij. ad Corin. xj. Si imperitus ſum ſermone/non tñ ſciẽtia. Hucuſq̃ Ambroſius in hexamerõ.

14 ¶ Scd̃m Ariſtotele lib. ix. ca. xl. Apes adducũt ex herbis et floribus in ſuis aluearibus illa quibus indigent ad preparatiõe mellis/ et precipue in quibus eſt glutinoſitas: ꝗbus illinũt ſuperficiẽ aluearis / ne intrent aialia venenoſa: ⁊ ſi nimis ampl⁹ fuerit introitus/ſtrictificant eum. Sic vere boni debent aggregare in alueari cordis ſui flores ⁊ herbas. i. exempla ſanctorũ/vel dicta ſacre ſcripture/ad faciẽdum ⁊ generandum mel deuotionis ⁊ gratie: et ſuperficiẽ ſui cordis debent illis exemplis illinere/ne ſubintrẽt aialia venenata. i. tentationes diaboli et peccata: et ſi introitus. i. ſenſus exteriores/vel cogitatio/vel etiã conſcientia/fuerint nimis ampli/aperti ⁊ expoſiti: ſcilicet ad delectabilia hui⁹ mundi/debent ipſa ſtrictificare per arctitudinẽ cõſcientie/ ⁊ diligentie clauſurã: ne ſcilicet aliquod delectabile ſubintret. Eſai e. xxvj. Claude oſtia tua ſuper te et. j. Macha. v. Obſtruxerunt portas lapidibus. Nã ſicut dicit Matthei vij. Arcta eſt via ad vitam. Vel dic ꝙ apes/que ſunt alijs animalibus ſapientiores/ſignificant bonos predicatores/ qui ſcilicet mel ſuauis eloquentie ſecum portant/ quod bene dicit Pli. lib. xj. c. xvij. vbi ait ꝙ examẽ apũ ſuꝑ os Platonis/dum erat infans/ſedit/in ſignũ eloquentie et ſapientie future: quod etiam de beato Ambroſio audiui. Tales ergo de floribus. i. de ſanctorum auctoritatibus debent cõficere mel doctrine/vt ſic poſſint alios predicãdo ſuauiter enutrire/et ſic eis dicatur illud Canti. j. Fauus diſtillans labia tua/mel ⁊ lac ſub lingua tua. Et ſicut apes prio edificant domos regum ſuorũ/deinde aliorum qui cuſtodiunt alueare ſm Ariſto. ibidem: ſic in alueari eccleſie predicator primo debet certare de edificanda domo regi Chriſto in cordib⁹ auditorũ/deinde alijs: ſcilicet angelis atq̃ ſanctis. Vel dic ꝙ reges/hoc eſt dictu/prelati ⁊ epiſcopi debẽt eſſe primi: ⁊ deinde illi qui ad cuſtodiam alueoꝝ deputantur/hoc eſt dictu/milites ⁊ barones/qui habent eccleſiã defendere vel tueri. j. ad Theſa. iiij. Qui in Chriſto ſunt: reſurgent primi. Geñ. xlix. Prior in donis: maior in imperio. Vel pone ꝙ illi qui ſunt reges/ſe et alios bene regẽdo/ habebunt in paradiſo primã ſedem. Figura de Joſeph ⁊ fratribus ſuis ſedentibus ordinate. Geñ. xliij. quia ſcilicet ipſe fecit eos ſedere ſcd̃m ꝙ erant priores etate / in priori loco. Sic chriſtus ſeniores. i. meliores in priori dignitate per aliquid promouet atq̃ locat. Vel pone ꝙ prelati debent regibus. i. melioribus qui ſe ſciunt debite regere/dare primam ſedem. i. meliorẽ prebendã. Vel dic ꝙ in alueari cordis noſtri nos debemus primo ⁊ principaliter facere ſedem chriſto regi noſtro/et deinde ſuis familiaribus et propinquis/ ſcilicet angelis atq̃ ſanctis/ipſoſq̃ per iugem memoriam eorũ debemus collocare in aula cordis noſtri.

15 ¶ Apes primo recolligunt mel in pedibus anteriorib⁹/deinde ad medios pedes tranſmittunt/deinde ad poſteriores / et ſic volant ad alueare: et tunc manifeſtatur in eis ponderoſitas. Sic fideles debent mel gratie et deuotionis recolligere in primis pedibus/hoc eſt dictu/in prima etate ⁊ pueritia: et ipſum remittere ad medios pedes/hoc eſt dictu/ad mediũ vite ad iuuentutem/⁊ deinde ad poſteriores: ſcilicet ad ſenectutem: vt ſcilicet ab ipſis annis puerilibus incipiẽtes/ vſq̃ ad mortem in gratia perſeuerent/⁊ ſic erunt ponderoſi. i. maturi et honeſti/ et volare poterunt ad aluearia paradiſi. Contra multos qui in iuuentute non incipiũt/ vel ibidem deficiunt. Contra quos Eccl's. xj. Mane ſemina ſemen tuũ/et veſpere ne ceſſet manus tua.

16 ¶ Apis ſm Ariſto. Propter paſtũ et mel acquirendũ: aliquando dimittit alueare/vadens ad campos pro floribus inueniendis: verũtamen de vno flore ad alium nõ diſcurrit: imo florẽ primum nõ dimittit/ ꝗ̃diu ibi iuenerit neceſſariũ nutrimẽtũ/ ⁊ poſt cũ onerata fuerit/ ad locũ reuertitur vnde venit. Talis debet eſſe clericus/qui ſi alueare ſuũ. i. eccleſiã vel officium aliquãdo dimittat/vt ad cãpos/hoc eſt dictu/ad ſtudium vadat ꝓ melle doctrine ⁊ ſcientie acquirendo/nõ debet de vno flore/hoc eſt dictu/de vna facultate ⁊ ſciẽtia ad aliã euagari: vtpote de theologia ad ſciẽtiam ſecularẽ: ſed cum oneratus fuerit. i. ſufficientẽ ſcientiã acquiſierit/debet ad alueare proprium/hoc eſt dictu/ad ſuam eccleſiam reuenire/vt ibi deo ſeruiat/⁊ ſubditos ſuos doceat/vt teneť: vt dicat illud Luce. xij. Reuertar ĩ domũ meã vnde exiui. Et ꝓuerbio. xxv. Mel inueniſti: comede quod tibi ſufficit.

17 ¶ Apes ſm eũdem libenter frequẽtant folia et flores oliue: et manent ſuper ipam longo tẽpore /et ibi accipiunt materiam vnde tandẽ conficiunt mella ſua. Sic debent boni chriſtiani iugiter cõmorari ſuper oliuã, hoc eſt dictu/ſuper opera miſericordie: que per oliuã (cuius oleũ recreat feſſa membra) deſignãtur/⁊ exinde colligere materiam/ hoc eſt dictu/merita et virtutem: vnde mel eterne dulcedinis cõficiant ⁊ acquirant. Beati eñ miſericordes: qm̃ ipſi miſericordiam cõſequẽtur. Matthei. v.

18 ¶ Quando rex apũ non poteſt volare/ferunt eum turba apũ: ⁊ ſi rector fuerit viuus/ tunc mares ſunt in vna parte/et femine in alia. Si autem mortuus: tunc femine cũ marib⁹ cõuerſantur. Sic vere qñ prelatus eſt defectuoſus/nec poteſt volare ad opera actiue vel cõtemplatiue/apes alie: videlicet ſubditi/debent ipm totis affectionib⁹ ſupportare. ad Gala. vj. Alter alterius onera portate. ad Roma. xv. Debemus nos firmiores. ⁊c. Et ſi rector fuerit viuus/hoc eſt dictu/ſi prelatus ſit bonus diligens ⁊ circũſpect⁹/tunc facit mares a feminis ſeparari: q2 bene cauet ꝙ ſacerdotes nõ habeãt cõcubinas. Sed ſi rector iſte fuerit mortuus/hoc eſt dictu/ſi fuerit prelatus negligens ⁊ vitioſus/ tunc mares habitant cũ femellis: q2 tunc quilibet ſacerdos et clericus habet ſuam / vt ſit ſicut popul⁹ ſic ſacerdos. Eſa. xxiiij. ⁊ Oſee. iiij. Figura. j. Eſdre ix. vbi populus iſraeliticus. i. ſacerdotes in abſentia eſdre . i. boni prelati/duxerunt alienigenas. i. cõcubinas/quas fecit poſtmodũ ſeparari. Vel pone ꝙ prelat⁹ bonus dicit diſtinguere inter mares. i. inter virtuoſos/et feminas. i. viles et vitioſos/ vt ſcilicet illos promoueat: hos repellat. Sed ecõtra prelatus mortuus non diſcernit: ⁊ ideo femine ſunt in domibus maſculorũ/hoc eſt dictu ꝙ pueri ⁊ pctõres ſũt in dignitatibus: ⁊ officijs/ꝗ̃ tantũ maribus. i. bonis hoĩbus debebantur. Vel pone ꝙ rector eſt chriſtus: ante cui⁹ mortem mares ⁊ femine ſcilicet fideles ⁊ infideles iudei ⁊ pagani diſtinguebantur: ſed poſt mortem ipſius inuicem ſunt vniti/et facti ſunt vnũ ouile/et vnus paſtor. Joan. x. Ideo Eſa. xj. Habitabit lupus cũ agno/⁊ pardus cũ hedo accubabit. ⁊ Eſa. lxv. Leo ⁊ bos paſcẽtur ſimul.

19 ¶ Inter apes femine habent acutiorẽ aculeũ / ꝗ̃ maſculi. Et multi mariũ carent aculeo: ⁊ femina rectoris eſt dupla. Sic vere inter homines/femine habent acutiorẽ aculeũ. i. aſtutiorem malitiã/ꝗ̃ maſculi: q2 breuis omnis malitia ſuper malitiã mulieris. Eccli. xxv. Acutius eñ pungunt per verba ⁊ improperia ꝗ̃ mares. Multi etiã mariũ carent aculeo detractionis ⁊ huiuſmodi. Vel pone ꝙ mares ſunt boni prelati: femine ſunt mali/tepidi ⁊ imbecilles. Sed pro certo femine acutius pungunt ꝗ̃ maſculi: quia mali prelati aculeo ſeuitie ⁊ rapine acri⁹ corrigunt/excoriãt ⁊ puniũt/ ꝗ̃ benigni. Aculei erant in caudis earum. Apoca. ix. ¶ Scd̃m eundẽ femina rectoris eſt dupla reſpectu aliarũ apum. Sic vere chariſſimi femine. i. prebende rectorũ. i. maiorum et prelatorũ ſunt duple: quia ſcilicet iſti pro parte ſua accipiunt nõ ſolum duplũ: immo totũ. ¶ Alique apes carent aculeo: et volunt quaſi pũgere ⁊ non poſſunt. Et ſunt rectores apum duorum modorum: quia quidam ſunt rubri/⁊ hi ſũt meliores/alij ſunt nigri: qui ſunt deteriores. Sic inter prelatos aliqui ſunt imbecilles/ſine aculeo debite correctionis/iuſtitie ⁊ punitionis/qui libenter punirent et pungerent: ſed non audent. Et ſunt duo genera prelatorum: boni ſcilicet ⁊ mali. Primi qui ſũt rubri per charitatẽ. Alij nigri ꝑ pctõꝝ deformitatẽ. Denigrata ẽ facies eoꝝ ſuꝑ carbones. Threnorũ. iiij. Quod etiam poteſt dici de malis pauperibus/

qui scilicet libenter pungerent et nocerent/si aculeum potestatis haberent. Eccli.xiij. Nequissima paupertas in ore impij. ¶ Conditio bone apis est ꝙ sit parua/ rotūda/ in se constricta/ in medio curua/ mediocriter villosa. Talis esse debet vir recte perfectus: quia debet esse paruus per humilitatem/ constrictus per conscientie arctitudinem/ villosus per apparentie sanctitudinem. Villus enim exterius paret/ et significat honestatem: quia in isto debet esse villositas et hirsuties per habitus humilitatem: ⁊ debet esse rotundus per obedientiam/ et boni exercitij velocitatem: curuus in medio.i. in corde per compassionis et clemētie pietatem. Esa.lj. Incuruare vt transeamus. ¶ Alique apes pascuntur floribus montanis/ ⁊ alique hortulanis. Sed prime sunt minores et fortiores: et magis patientes laboris/ et fm Plinū libro.x.c.xviij. horribilioris aspectus: et in cōcauitatibus arborum/ vel in specu commorantur. Per primas intelligo religiosos/ qui in montibus contēplationis et perfectionis accipiunt victum suum/ scilꝫ gratias et virtutes: et isti debent esse horribilis aspectus per habitus vilitatem/ ⁊ abstinentie squaliditatē: et in cōcauitate arboris crucis Christi: et in specu sepulchri sui debent commorari per cōsiderationis sagacitatē: iuxta illud Apostoli: Abscōderunt se in speluncis. Per alios intelligo seculares/ qui in hortis et ciuitatibus cōmorantur et cōuersantur. Sed primi sunt minores per humilitatem: et fortiores per patientiam et firmitatē: et maiorem laborem penitentie sustinentes: quia qui veraciter penitet/ laborem penitentie non abhorret/ dicit Augustin⁹. Vel si vis expone de angelis et hominibus: qꝛ angeli in montib⁹ paradisi morātur: homines autem in hortis ⁊ specubus huius mundi. ¶ Apes sedent super aluearia sua: et sugunt qđ superfluum est in fauis: ⁊ dicit ꝙ si hoc nō facerēt/ exinde nascerent aranee/ ⁊ apes morerentur. Sic vere homo debet sedere super alueare proprium.i. super consciētiam suam per eius iugem discussionem: et si viderit ibi aliquid esse superfluum vel nociuū/ debet illud sugere/ hoc est dictu/ extrahere vel expellere per cōfessionem/ vel alias: alioquin ibi generabitur aranea.i. peccatū mortale: ⁊ sic apis.i. anima spiritualiter moritur. Vel pone ꝙ diuites debent superflua fauorum.i. diuitiarū suarum expellere/ pauperibus erogando: alioquin vermes ibi ad litterā generātur: vt patet in blado et vino vsurariorum: et sic homo moritur per peccatum. Figura de manna quod seruatū cōputruit. Exodi.xvj. Ideo Jaco.v. Diuitie vestre putrefacte sunt. ¶ Apes quādo parum est de melle in domibus earum/ deserunt eas: ⁊ pugnant cum illis que volūt extrahere mel: ⁊ ideo sepe videntur sedere sup aluearia quasi parate ad resistēdum. Sic vere quando in domibus conscientiarū nostrarū parum est de melle deuotionis/ debemus eas deserere.i. desertas reputare/ et desuper debemus sedere per earum discussionē cōtinuam: ⁊ contra eos qui mel deuotionis nobis volunt auferre.i. cōtra demones et eorum insultus ⁊ tentationes/ debemus per perseuerantiam et per virtutū militiam fortiter dimicare: et semp esse parati eorum malitijs contraire. ad Ephe.vj. Induite armaturam dei/ vt possitis resistere. Vel pone ꝙ quādo mundani vident ꝙ in domo sua.i. in mūdo deficit mel gratie et deuotionis/ debent eam relinquere quantum ad desideriū et affectum/ et ad paradisum/ que est terra lacte et melle fluens/ euolare. Hiere.xij. Reliqui domū meā/ et dimisi hereditatem meā. Vel dic quomodo iuuenes debēt relinquere mundum/ et ad religionē volare. Exi de terra tua et de cognatione tua/ et veni in terrā.⁊c. Geñ.xij. ¶ Inter apes sunt quedam longiores/ que nimis comedūt de melle: nec tamen mellificant/ nec laborāt: et ideo alie apes breuiores pugnant cōtra eas pugna forti: et nitūtur eas expellere de alueari. Sic vere in religione vel conuētu vel etiam in ecclesia seculari aliquando sunt aliqui longitudine.i. statu et eminentia alios precellentes/ qui tamē mel deuotionis et gratie: etiam mel tēporalis subuentionis nō conficiūt vel acquirunt: vnde non faciunt nisi comedere labores aliorū: quia labores spirituales comedūt per detractionē: temporales autē comedunt per iniustā promotionē: qꝛ volunt habere primas cathedras in synagogis/ et primos recubitus in mēsis. Matth.xxiij. Ut cōmuniter eni tales qui de nullo seruiunt in ecclesia/ habent beneficia pinguiora: et ideo alie apes breuiores/ hoc est dictu/ fratres ⁊ clerici boni ⁊ religiosi et humiliores: debent ad eorum expulsionē prout poterunt laborare: quia scđm Aposto.ij. ad Thes.ij. Qui non laborat/ nō māducet. ¶ Rex apum fm Aristo. nō apparet extra alueare/ nisi sit magno apum strepitu circūseptus. et quādo rex vnus apum volat cū agmine suo/ aliquādo apes alterius examinis associant eū/ et dimittunt primū regem: et illi qui plures habet/ alie se adiungūt. Et si rex suus velit eas sequi/ vt ipsas ad imperium suum retrahat/ occidūt eum/ ⁊ sequūtur de nouo electum. Talis est Christus/ quia quādo alueare paradisi exiuit/ ipsuꝫ cōcomitata fuit apū.i. angelorum celestiū multitudo. Lu.ij. Facta est cum angelo multitudo celestis exercit⁹. In mūdo etiā habuit alias apes secum/ scilꝫ apostolos ⁊ discipulos/ in quorum medio semp fuit. Joan.xx. Et quando iste rex cum examine suo.i. cum captiuis quos redemerat volauit/ scilicet ad celum in ascensione: tūc apes alterius examinis/ videlicet peccatores/ ⁊ maxime gentiles/ qui erāt de examine diaboli p infidelitatem/ reliquerūt ipsum diabolū regem suum: ⁊ istū regem Christū per fidem et dilectionem sunt secuti. Et ideo si prim⁹ rex tuus diabolus/ cui obedisti in statu peccati/ te insequitur per tentationes/ vt suo imperio iterū te supponat/ tu debes ipsum occidere.i. contra eum inquātū poteris repugnare: et cū rege Christo electo fortiter te tenere. Leuiti.xxvj. Nouis superuenientibus vetera proijcietis. Geñ.xxix. Amorē sequētis priori pretulit. Heb.x. Aufert primū vt sequens statuat. Iste eni habet plures ex parte sua: quia scilꝫ angelos ⁊ homines: ⁊ ideo magis est eligēdus. Figura.iij. Reg.xij. vbi separate sunt decem tribus a Roboam/ et sequute sunt Hieroboam/ ⁊ principem tributorū a Roboam missum pro eorū reuocatione/ lapidauerūt. Roboam dissipans plurimos/ significat diabolū: Hieroboam superi⁹ iudicans/ significat Christū. Iste ergo eligitur/ alius repellitur: prīceps etiam tributorū suorum/ scilꝫ superbia/ a nobis penitus destruatur. Vel pone si vis figuram de arbore Dañ.iiij. qua incisa fugerūt bestie de sub ea. Vel pone figurā de cōtrouersia domus Isboseth/ ⁊ domus Dauid.ij. Reg.iij. finaliter autem domus Dauid obtinuit.⁊c. Vel pone ꝙ rex primus est Christus/ qui examē generis humani perdiderat/ et maxime populū iudeorū: qui alium scilꝫ diabolū sequebātur: et ideo ad eos reducendos presentialiter venit/ ⁊ ab eis est occisus. Figura de Hieroboam.i. de patre ꝗ principem suum Christū misit pro populo suo reducēdo/ qui ab eis occisus est. Thob.j. Occiderūt regē filij eius. ¶ Apes fm Aristo. per diuersas partes se diuidunt: et vna pars sequitur vnum regē/ alia alium: et quādo sunt diuise: tūc faciliter sequūtur illum regem qui plures habet. Sic in alueari religionis vel ecclesie fit sepe dissensio/ diuisio ⁊ partialitas/ et maxime in electione noui prelati: qꝛ tūc vna pars se tenet cum vno/ alia cum alio: ⁊ faciliter ad illum qui habet plures fautores ⁊ adiutores/ alie se conuertunt. Figura.iij. Reg.xvj. vbi vna pars sequebatur ambri: altera antē secuta est zambri. ¶ Inter apes accidit ꝙ quādo apes vni⁹ regis/ alteri se cōiungūt: et iste primus vult eas sequi/ ⁊ reducere/ occidunt eum apes. Sic vere quando aliqui coniungunt se diabolo per peccatū/ ⁊ ipsum faciunt regem suum: tunc si rex proprius.i. prelatus vel predicator vult ipsos reducere per correctionē/ ipsum sepe occidunt per infamiā ⁊ detractionem. Mali enim suos predicatores ⁊ correctores occidunt et diffamant/ quādo predicāt veritatē/ vt eos reducāt ad statū salutis. Figura vt supra de Hieroboā ⁊ Roboam: qꝛ sicut dicitur Prouerb.ix. Qui erudit derisorē/ ipse sibi iniuriam facit/ scilꝫ derisor. ¶ Apes fm Aristo. quādo pungunt/ cito moriūtur/ si totum infixerunt aculeū: qꝛ tunc exit cū aculeo intestinū. Rectores etiā apum raro pūgunt etiā incitati. Sic vere illi qui totū aculeū correctiōis volūt infigere sine aliqua pietate per immoderatū zelū vindicte/ cito moriūtur p crudelitatē: qꝛ ipsi sic se euiscerāt/ ꝙ [illegible] intestinū.i. cōscientia vulneratur: qꝛ testante Seneca: culpa est/ totam culpā persequi. Rectores etiam.i. prelati raro et inuiti debēt pūgere per excōicationē. Ideo dicit Seneca ⁊ Hugo: Alteri semp ignoscito: tibi autē nunꝗ. Qđ est contra multos: qui nimis sunt seui ad puniēdū/ ⁊ nimis prōpti ad

31 excõmunicãdum. ¶ Quando in aluearí apum est aliqua
mortua/alie apes festinant eã expellere: sunt enim anima-
lia munda: et ideo res fetide grauant eas. Sic vere quãdo
in aluearí ecclesie vł religionis est aliqua persona mortua
per heresim vł per obstinationem: alie apes/scilicet boni ⁊
fideles debent eam expellere: nec debent cum ea cõuersa-
ri: ne forte per eam corrũpãtur: quia qui titigerit picem/in-
quinabitur ab ea. Eccłi. xiij. Ideo Prouer. xxij. Eijce deri
sorem. ⁊c̃. Numeri. xvj. Separate vos de tabernaculis ho-
minum peccatorũ. Figura de leproso qui expellebatur ex-
32 tra castra. Leui. xiij. ¶ Fetor vt dicit Aristo. grauat apes:
⁊ ideo volando eijciunt stercus suum anteq̃ in alueare in-
trent. Uentus etiam eis nocet: ⁊ ideo tẽpore ventoso debet
tegi alueare: et ex fetore sepius infirmãtur. Sic religiosi an
teq̃ intrent alueare religionis / debent relinquere stercus
suum. i. diuitias tẽporales/saltem quãtum ad affectũ/⁊ de-
bent fugere fetorem luxurie/alioquin infirmari poterunt ꝑ
delectationem/cõsensum/⁊ cogitationem. Uentum etiam
inanis glorie debent fugere: ⁊ contra eũ discretionis oper-
culo se velare: ⁊ per humilitatẽ se ab hominibus occultare.
33 Seneca. Esto occultator virtutũ/sicut alij vitioꝝ. ¶ Apes
infirmãtur quando nimis quiescunt: ⁊ ideo non amãt otiũ
vel quietem: immo otiosas a se eijciunt et expellũt. Sic ve
re quãdo homines et maxime religiosi quiescũt in delicijs
et otio/nec se exercitant per penitẽtiam et laborem: tũc fa-
ciliter infirmãtur per delectationem: ⁊ tandem moriuntur
per cõsensum et operationem: et ideo non debẽt esse otiosi:
sed otiosos de suis cõsortijs effugare. Eijce ancillã. i. otiosi
tatem: et filium eius. i. otiosum. Geñ. xxj. Ideo. j. ad Timo.
34 iiij. Exerce teipsum ad pietatem. ¶ Apibus in estate con-
uenit locus frigidus: in hyeme autem locus calidus. Sic
vere in estate prosperitatis mũdane necesse est ꝙ in loco fri
gido/hoc est dictu/in timore domini/qui ad modum frigo
ris cõprimit et constringit/habitemus. In hyeme autem
aduersitatis debemus calorem spei et charitatis querere/
vt scilꝫ speremus ꝙ sicut abũdant passiones Christi in no-
bis: ita ⁊ per ip̃m abũdabit consolatio. ij. ad Corin. j. Ideo
Job. xxiiij. Ad calorem nimium trãsiet ab aquis niuium.
35 ¶ Si homo dimiserit apibus nimis de melle/parum post
modum operabuntur: et si nimis parum dimiserit: tunc se-
gnescẽt ad operãdum: et ideo secũdum quãtitatem apum
debet eis mel relinqui. ꝙ si mel non habuerint: ficubus et
alijs dulcibus nutriãtur. Sic vere si homines ⁊ maxime re
ligiosi habeant multum de melle/hoc est dictu/ de sciẽtia
et doctrina: tũc parum operãtur ꝑ penitẽtiam et laborem:
sicut patet in mundanis: quia scientia ad modũ mellis in-
flat: charitas autem edificat. j. ad Cori. viij. In multa enĩ
sapientia multa est indignatio. Ecclꝭ. j. Si autem nimis
parum habuerint de hoc melle: tunc similiter nesciũt labo
rare: ⁊ ideo custos aluearis. i. prelatus debet ad sufficientiã
in aluearí ecclesie relinquere et introducere mel doctrine.
ꝙ si mel scientie ⁊ doctrine eis deficiat: debet apes. i. subdi
tos suos ficubus dulcibus: hoc est dictu/sanctorũ patrum
exemplis et imitationibus enutrire. Michee. vij. Preco-
quas ficus dilexit anima mea. Uel dic ꝙ abundãtia mel-
lis. i. bonorum temporaliũ facit homines inhabiles ad la-
borem. Ideo Prouerb. xxv. Qui mel multum comedit: nõ
est ei bonum. Nimia etiã paupertas et indigentia aliquan
do impedit bonum opus: sed mediocritas in omnibꝰ pro-
dest. Ideo Prouer. xxx. Nec diuitias nec paupertates de-
36 deris mihi dñe/tribue tm̃ victui meo necessaria. ¶ Quan
do apes contendũt in aluearí/signum est ꝙ volunt illud re
linquere: et ideo custos earum debet irrorare vino dulci: et
sic manebunt. Sic vere quando in aluearí ecclesie vel reli
gionis contendunt ipse apes. i. clerici vel religiosi per con-
spirationes ac discordias atq̃ lites: tunc ne forte dimittãt
alueare suum per appellatiões vel apostasias/custos suus
prelatus debet eis infundere vinũ dulce: hoc est dictu/ dul
cem et benignam consolationẽ ⁊ monitionem: et sic sedari
poterit briga sua: et in aluearí proprio remanebunt. Exem
plum de Gedeone qui sedauit Effraim. Judi. viij. Respõ-
sio enim mollis frangit iram. Prouer. xv. supra dicta dicit
37 Aristoteles lib. viij. ⁊. ix. ¶ Apes non faciũt strepitum nisi
volando. Sic nec homo facit strepitum iactãtie vel detra-
ctionis/nisi quãdo volat per sup̃biam et vanitatem. Stre-
pitus alarum ipsarũ. ⁊c̃. Apoca. ix. ¶ Dicit Aristo. lib. iiij.
et etiã sensui patet/ ꝙ pedes apũ posteriores sunt anterio-
bus lõgiores: ⁊ hoc ꝓpter ambulationẽ: et vt a terra facilꝰ
eleuẽtur. Primi pedes sunt affectiones ad tẽporalia: poste
riores affectus ad spiritualia. j. ad Corin. xv. Prius qđ ani
male est: deinde qđ spirituale est. Quia pro certo affectus
spirituales debent in nobis esse lõgiores per longanimita
tem: altiores per contemplationẽ/q̃ ipsa pars anterior. i. q̃
affectꝰ carnales: vt semper proficiamꝰ de bono in melius.
Ideo Apoca. ij. Posteriora tua plura prioribus. Job. viij.
Priora tua fuerint parua/ et nouissima tua multiplicentur
nimis. Job. xlij. Dñs autem benedixit nouissimis Job. Et
hoc vt a terra. i. ab amore terrenorum citius valeãt nos le-
uare per desiderium eternorum. Figura Leui. xj. Nam ani
mal volatile quadrupes erat immũdũ/ nisi haberet pedes
posteriores anterioribus longiores. Sic illi qui non habẽt
affectꝰ spirituales maiores et longiores. i. durabiliores car
nalibus/immũdi quo ad deum iudicãtur. Uel si vis pars
anterior est iuuentus/ posterior est senectus: que pro certo
debet habere pedes longiores. i. virtutes durabiliores/⁊ af
fectiones permanentiores: et a terra. i. a temporalibus per
contemptũ eleuatiores. Qđ est cõtra multos senes: qui iu-
uenibus sunt peiores ⁊ auariores. ¶ Scđm Aristo. lib. ix.
quando in aluearí corrumpit̃ mel: tunc exinde generantur
vermes/qui faciunt texturam sicut aranea: et sic infirman
tur apes vel moriũtur. Sic vere quando in aluearí ecclesie
corrũpitur mel. i. doctrina ecclesiastica per heresim et erro
res: tunc multi vermes diuersorum peccatorũ exinde gene
rãtur: et sic apes. i. fideles aut infirmãtur in fide titubãdo:
aut totaliter moriũtur per heresim et errorẽ: et ideo Amos
viij. Multi morient̃/in omni loco proijciet̃ silentiũ. ¶ Ari
stote. lib. iij. de generatione aĩalium dicit ꝙ apes multipli-
cantur tẽpore pluuioso/propter humiditatem: econtra au-
tem tempore sicco minuũtur propter defectum humoris.
Sic pro certo amici mũdani tempore pluuie: hoc est dictu
tempore prosperitatis ⁊ cõsolationis tẽporalis multiplicã-
tur: sed vere quando humiditas temporalis prosperitatis
et consolationis deficit: et siccitas aduersitatis et pauper-
tatis abũdat/etiam carnales amici minuũtur. Ideo Pro-
uer. xiiij. Etiam proximo suo pauper odiosus erit: amici ve
ro diuitum multi. Prouer. xix. Diuitie addunt amicos plu
rimos. ¶ Scđm Isaac in dietis particul. duplex inueni-
tur mel. apes enim pascentes iuxta flores amygdalarũ fa-
ciunt mel magis temperatũ ⁊ saporosum: ⁊ mẽbrorum spi-
ritualium maxime mundificatiuũ. Apes autẽ que pascun
tur sup̃ herbas amaras/ vt est absynthiũ/ faciũt mel ama-
rum. i. minus dulce: est tamẽ summe mundificatiuũ/opila
tionis hepatis apertiuũ / hydropicorum iuuatiuũ/ morsus
canis rabidi curatiuũ. Recte talis est scriptura sacra/que
a floribus tam dulcibus q̃ amaris. i. ex auctoribus et ver-
bis tã dulcibus ꝑ promissiões/ q̃ amaris ꝑ cõminationes
est cõfecta: ⁊ ab ipsis apibꝰ. i. ab ip̃is patriarchis/ꝓphetis
⁊ apostolis est ꝯscripta: ⁊ ideo istud mel est ꝯsciẽtie mũdifi
catiuũ/opilatiõis verecũdie ꝑ cõfessionẽ apertiuũ/hydro-
pisis insatiabilis auaritie curatiuũ/ꝯtra morsum canis ra-
bidi. i. detractionis iuuatiuũ. Ista enĩ oĩa ꝑ mel sacre scri-
pture sanãtur/inquãtũ ibi dant̃ remedia cõtra cũcta. Uer-
bum tuum dulce: qđ sanat omnia. Sap̃. xvj. ¶ Scđm Pli.
libro. xj. c. vj. Apes in hyeme latent et absconduntur: q̃ vi-
res non habent vt resistant niuibus et pruinis/et flatibus
aquilonis. In vere autẽ faba florente exeũt ad labores. vn
de tunc nulli licet inter eas vacare otio vel quieti: ⁊ primo
faciunt de cera cellas suas: deinde vacant soboli / postea
mella parant. Hyems est tempus ante incarnationem/
vbi abundabat frigus infidelitatis: apes sunt sancti et san
cte: ver tempus gratie: faba virgo: flos est Christus. In tẽ-
pore ergo hyemis: hoc est dictu/ante Christi incarnatio-
nem vbi abundabat frigus infidelitatis/ pluuia carnalita
tis/ gelu incompassionis/ venti et turbines tribulationis/
apes. i. sancti ⁊ sancte/latitabant/scilicet in cauernis mun
dialis amoris et temporalis prosperitatis: quia tunc nul-
lus erat ita sanctus/ qui in temporali substantia non gau-
deret abũdare: sicut patet de Abraam/et Job et alijs/qui

fuerunt ditissimi: et ratio est: quia non poterant resistere fla
tibus aquilonis / hec est dictu / tentationibus luciferi / qui
tunc flabat in persona propria: quia ab aquilone pandetur
omne malum super faciem terre. Hiere. j. At vbi venit ple
nitudo temporis / videlicet tempus gratie: quando faba. i.
beata virgo Maria florem suum dei filiū nobis emisit: tūc
exierūt apes. i. sancti de alueari suo. i. de amore tēporaliū p
voluntariā pauptatē: dicētes. Matth. xix. Ecce nos reliqui
mus omnia. Tunc ceperūt laborare per penitētiam ⁊ sedu
litatem / vacare soboli per predicationē / domos suas in ce
lo facere per meritorum acquisitionē / ceram mollem cōpo
nere. i. elemosynam ⁊ compassionē: mella construere. i. eter
ne dulcedinis contemplationē et deuotionem. Et ideo po
tuerūt dicere. Cāti. vij. Mane surgamus ad vineā / videa
mus si floruit vinea / si flores fructus parturiunt. Vel pone
ꝙ boni tēpore hyemis. i. tribulatiōis latitāt / ne succūbant:
tempore autem veris ⁊ prosperitatis exeunt ad laborem / si
cut patet in martyribus / qui sepe in tribulatione latebāt: et
in cōfessoribus: qui tandē data pace ecclesie / labori penitē
tie se dederunt / vt eis diceretur. Canticor. ij. Jam hyems
43 trāsijt. ⁊c̄. ¶ Apes triplici munimine muniūt fauos suos:
quia primo faciunt vnam crustulam amarā: secūdo aliam
dulciorem: tertio aliam grossiorē / que fauorū est fundamen
tum ⁊ initium / vt dicit Pli. lib. xj. c. vij. Sic boni et penitē
tes ad munimentum fauorum suorum. i. bonorū operum et
virtutum / debent habere tres crustulas / primā amarā / hec
est dolor cōtritionis: secūdam dulcem / hec est clamor con
fessionis: tertiam duram ⁊ grossam / hec est labor satisfactio
nis. Ista enim tria sunt fauorum. i. virtutū et gratiarum et
mellee deuotionis primariū fundamētum: ⁊ cōtra bestias
venenosas. i. cōtra demones et vitia ne subintrent presidiū
et munimen. Funiculus enim triplex difficile rumpit. Ec
cle. iiij. Consideratio etiā mortis peccatorū / iudicij et pas
sionis Christi: est fundamētum perfectionis / ex quibus sur
git dulcis crustula spei ⁊ deuotionis et consolationis: ⁊ tan
dem alia durior. i. virtus cōstantie et longanimitatis. Me
44 mor esto ergo paupertatis mee / absynthij ⁊ fellis. ¶ Apes
lachrymis et guttis gūmosis liniunt alueare / vt contra be
stiolarum auiditates succis huiusmodi muniant: sm Pli.
ibidē. c. vj. Charissimi isti succi significant liquorem pieta
tis / qua pro certo alueare cordis debemus vngere: si bestio
larum. i. demonū morsus ⁊ tentationes volumus euitare. j.
ad Timo. iiij. Exerce teipsum ad pietatē: pietas enim ad
45 omnia valet. ¶ Apes sm Pliniū. ibidem. c. viij. non insi
dent super flores marcidos / sed recentes: et inde accipiunt
materiā ad faciēdum mel. Et quando flores proximi con
sumpti sunt: mittūt speculatores ad vberiora pabula requi
renda. Charissimi flores marcidi sunt peccatores / estu cō
cupiscētie macerati: flores recentes sunt boni / humore gra
tie reuirentes. Apes igitur. i. boni nō debēt sedere per imi
tationem meditationē ⁊ exempli acceptionē et associatio
nem / super flores marcidos. i. peccatores: sed sup recētes. i.
super bonos virtutibus reuirentes: vt per eorum imitatio
nem et exemplū ex ipsis accipiant mellis ⁊ deuotionis ma
teriam. Sed si prope se nō inueniant flores tales / scilz per
fectos viros / certe ipsi debēt speculatores suos. i. intellectū
et volūtatem vsqꝫ in paradisum per contēplationē mittere:
vt ibi vbera pascua requirant / scilz cōsiderando quales flo
res ibi sunt: et qualē vitam duxerūt illi qui in illis pascuis
nunc morantur: vt eorum exemplo dirigat quilibet vitam
suam. Figura Numeri. xiij. vbi existētes in deserto / miserūt
exploraturos qualis erat terra promissionis. Sic de deser
to huius mundi debemus mittere exploratorē nostrum / sci
licet contēplationem et cōsiderationem / vsqꝫ ad terrā pro
missionis paradisi pro floribus qui ibi sunt / contēplandis:
vt sic speculatores renūcient: dicentes. Canti. ij. Flores ap
paruerūt in terra nostra. Vel si vis per flores marcidos in
46 tellige bona temporalia: per recentes bona eterna. ⁊c̄. Per
omnia sicut supra. ¶ Apes dum sunt in expeditione / si nox
eas apprehēderit anteqꝫ ad alueare proprium reuertātur /
excubant supine / versa facie versus celum: vt sic alas suas
a rore ⁊ pluuia custodiant: et vt alas habētes siccas volent
liberius in crastino ad opus suū: sm Pli. ibidē. ca. viij. Sic
vere dum nos sumus in expeditione / in guerra / ⁊ in labore
huius mūdi: si nox alicuius tribulatiōis huius mundi nos
apprehendat anteqꝫ ad alueare paradisi veniamus / debe
mus supini iacere per spem et eternorum contemplationē:
quia faciem cordis. i. intellectū et volūtatem debemus eri
gere versus celum: exinde cōtra tribulatiōis impetum au
xilium implorādo. Et nunc clamemus in celum: et misere
bitur nostri deus noster. j. Macha. iiij. Et per tribulatiōes
et patientiam premiū sperādo. Ideo psal. In noctibus ex
tollite manus vestras in sancta / ⁊ benedicite dn̄m. Et hoc
ne ale nostre. i. intellectus et affectus / quibus debemus vo
lare per cōtēplationē / rore presentis prosperitatis / vel plu
uia carnalis voluptatis madefiant: sed vt in siccitate ⁊ pu
ritate conscientie pure ⁊ munde altius ⁊ liberius ad actus
exeant operādi: quia Beati mūdo corde: quoniā ipsi deum
videbunt. Matth. v. Contra multos qui dormiūt versa fa
cie. i. mente versus terram / ⁊ dorsum ad celū et celestia ver
tunt / quasi ipsa cōtemptui habentes / vilipendentes: et de
eis non curātes. Hiere. ij. Dorsum ⁊ non faciem verterunt
mihi. ij. Parali. xxix. Auerterunt faciē / ⁊ prebuerunt dorsa.
Vel pone ꝙ licet dormiamus in delicijs huius mundi: ta
men semp debemus habere faciem cordis ad celum ⁊ ce
lestia appetenda. Ideo dicit Christus. Canti. ij. Ostende
mihi faciem tuam. Vel pone quomodo boni quādo adue
nit eis nox alicuius tribulationis / debent supersedere vsqꝫ
ad tempus: ⁊ tandem inuenta opportunitate ad volatū bo
norū operū remeare: qꝛ Vsqꝫ ad tēpus expectabit patiens /
⁊ postea redditio iocunditatis. Eccli. j. ¶ Apes dum sunt 47
in expeditione: si aliquādo nox eas apprehendat / ordinant
excubias suas: ⁊ in mane vna earum eas excitat ad volan
dum triplici sonitu seu bombo: et tūc ad vocem ipsius alie
surgūt ⁊ volant: sm Pli. ibidem. c. x. Sic vere si nox pecca
ti mortalis apprehēdat apes. i. homines dum sunt in expe
ditione. i. in labore et militia vite huius: ita ꝙ tunc incipiāt
dormire in delicijs mundi huius: facto tamē mane. i. orien
te sole iustitie in cordibus eorū per gratiā et amorē / vna ea
rum / videlicet bonus predicator / prelat⁹ / vel ductor / ipsos
debet excitare ad volādum: et ad surgendum de peccato: ⁊
ad volādum ad eterna per affectum: ⁊ hoc triplici sonitu. i.
suppliciorū cōminatione / terrenorū cōtemptu et vilipēsio
ne / eternorum promissione ⁊ declaratione: ⁊ sic alij debent
surgere: et ad volatum penitentie et cōtemplationis celeri
ter se parare. Iste enim triplex sonitus predicatoris / signi
ficat tres lanceas quibus Joab Absalon occidit. ij. Re
gū. xviij. Tres sagittas quas precepit Helise⁹ iaci ad Sy
riam destruēdam. iiij. Regū. xiij. Tria sata farine mulieris
euangelice. Matthei. xiij. ⁊c̄. Applica si vis figuras. Ideo
Prouerb. xxx. Per tria mouetur terra. ⁊c̄. ¶ Apes predivi 48
nant imbres et ventos: quia si dies serenus sit futurus / ad
opera sua exeūt: si autem esse debeat turbulētus / de aluea
ri proprio non exibunt / sm Pli. ibidē. c. x. Sic vere quando
dies prosperitatis est turbulentus per vitia ⁊ peccata / nos
nō debemus de alueari nostro. i. de secreto conscientie / vel
de conuentu / vel de religione / vel de diuinorum mandato
rum clausura exire / res mundanas scilz appetendo: ⁊ mun
di negotia ministrando / ne forte vēto superbie / aut pluuia
luxurie / aut turbine auaritie subruamur: qꝛ Dies illa dies
ire / dies tribulationis et angustie. Sopho. j. Sed in die cla
ra / hoc est dictu / in bonis spiritualibus / que sunt clara et se
rena / debemus volare ad laborem penitētie ⁊ contempla
tionis: quia In illa die stillabunt montes dulcedinem. ⁊c̄.
Johelis. j. Sed ecōtra multi exeunt in die psperitatis mū
dane: et ideo diuersis vitijs moriuntur. Figura de Esau
exeunte ad venationem / et benedictionē perdēte: ⁊ Jacob
in domo manente / et eā acquirēte: qꝛ vere multi dū exeunt
ad mundi delectabilia et negotia / benedictionem dei per
dūt. Alij autem qui in domo claustri / vel in secreto cordis
sui per humilitatem se abscondunt / benedictionem eternā
reportant. De alio autem exitu dicit psal. Exibit homo ad
opus suum. ⁊c̄. Vel pone ꝙ in tempore tribulatiōis / tutius
est vsqꝫ ad tempus latere / qꝫ se periculis exponere: et teme
re apparere. ad Ephe. v. Redimentes tempus / quia dies
mali sunt. ¶ Item inter apes est ordo: quia iuuenes exeūt 49
ad opera ⁊ laborem: senes autem intus remanent / vbi mel
et cibos et domos parant: sm Pliniū ibidem. Sic vere in

aluearí ecclesie/illi qui sunt iuniores: hoc est dictu/imper-
fectiores/debēt onera seculi et tēporalia negocia ministra-
re.j.ad Corin.vj. Si habetis contēptibiles in ecclesia:eos
constituite ad iudicandū: seniores autē.i.sapiētiores ꝛ per-
fectiores(qꝛ cani sunt sensus hoīs. Sap.iiij.)debent in do-
mo remanere.i.ad regimē dom⁹ eccl'ie institui/vt sunt pre-
lati et predicatores/qui mel deuotionis/et cibū lectionis ꝛ
predicationis debēt componere tam pro se q̄ȝ pro laborāti-
bus. Uel pone melius ꝙ iuuenes.i.seculares qui exeūt ad
exteriora negocia/debēt prouidere de tēporalibus/ religio
sis et clericis senib⁹.i.perfectis et sapientibus et maturis/
qui in aluearí ecclesie remanēt.i.qui melle doctrine et gra
tie/lectionis ꝛ predicationis/eos cibant: qꝛ si spūalia semi
nauim⁹ vobis/non magnū est si vr̄a carnalia metam⁹.j.ad
50 Corin.ix. ¶ Quādo ad alueare apum veniūt alique apes
de foris/florib⁹ onerate: statim adsunt tres vel quattuor se-
niorum altarū/que ad eas recipiendū et exonerādum sunt
parate/ſm Pli.lib.xj.c.x. Sic vere apes seniores.i.religiosi
perfecti/qui mel cōficiunt.i.qui solis spūalibus habent va-
care/licet nō videātur curare de tēporalibus: tamē quādo
ad alueare suum.i.ad cōuentum vel religionē venit aliqua
persona bene onerata/scilȝ diuitijs ꝛ temporalitate:statim
sunt parati plures ad ipsum recipiēdū/alliciendū/ꝛ exone
randum: sicut patet in mēdicantibus/qui summe gaudēt
quādo aliquis diues ingreditur statū suū : vel quādo apud
eos eligit sepulturā. Uel pone ꝙ quādo aliqui vidēt alium
oneratum diuersis curis/ laboribus ꝛ negocijs/debent eū
supportare/ꝛ in suis oneribus adiuuare.ad Gala.vj. Alter
alteri⁹ onera portate.ad Roma.xv. Nos qui superiores su
mus.ꝛc̄. Uel allega de iuuētute ad litterā/ꝙ in omni eccle
sia vel cōuentu/iuniores debēt in exterioribus laborare:se-
nes autē in domo quiescere:et mellificationi deuotiōis va
51 care. ¶ In examine apum faui ordinatissime sunt locati:
sed vt cōmuniter in superiorib⁹ fauis parum est de melle:
in inferioribus autē multum:ſm Pli.lib.xj.c.x. Sic vere in
ecclesia dignitates ꝛ officia optime sunt ordinata:qꝛ alius
est episcopus/alius est archiepiscopus.ꝛc̄. Ibāt caute ꝛ or
dinate.j.Macha.vj. Sed istud est regulare/ꝙ in superiori
bus ꝛ prelatis minus est de melle deuotionis ꝛ compassio
nis/q̄ȝ in minoribus ꝛ subditis. Uel pone ꝙ apes.i.deus et
angeli magis implent melle gratie et deuotionis illos qui
sunt inferius per humilitatem / q̄ȝ illos qui sunt superi⁹ per
presumptionis et superbie vanitatem. Esa.xl. Omnis val
lis implebitur/et omnis mons et collis humiliabitur. Uel
pone ꝙ illi qui sunt superiores in gradu et in ecclesiastica
dignitate / debent minus habere de melle carnalis volu-
ptatis. vnde Leuitici.ij. precipitur in altari dei mel non
offerri. Uel dic ꝙ superiores sunt ecclesiastici et clerici : in-
feriores autē simplices ꝛ laici:qꝛ vere tales inferiores plus
habent hodie de melle gratie ꝛ deuotionis/q̄ȝ illi qui in di-
gnitate et scientia sunt maiores. Uel pone ꝙ pars superior
est aīa : inferior autē est corpus : qꝛ vere plus debemus de
melle cōsolatiōis dare parti superiori/scilȝ anime et ratio-
52 ni/q̄ȝ inferiori.i. q̄ȝ corpori/ seu carni. ¶ Apes fauos suos
suspēdunt/ꝛ cadentes fulciūt. ibidē. Sic vere bonus prela
tus debet fauos.i.subditos suos suspēdere per contēplatio
nem/et eternorū desideriū ꝛ amorē:ꝛ ad hoc eos incitare/
et cadētes per peccatū vel desperationē vel tribulationē/
debet fulcire per predicationē/et monitionē/et consolatio-
nē. Ideo de bono prelato dicit Eccl'i.l. In vita sua sufful-
53 sit domū. ¶ Item dicit idē ibidē ꝙ apes gerule secundos
flatus captant/timētqȝ asperū venti flatum/ne forte ab eo
deijciant/ꝛ mel qđ portant desiccet:ꝛ ideo volant circa ter
ram. Ille autē que nihil portāt / solēt se lapillis onerare/vt
eorum onere sint contra venti impetū magis fixe. Sic vere
charissimi illi qui portant mel deuotionis et gratie/scilȝ bo
ni et virtuosi/ debent timere ventum inanis glorie/presum
ptionis et superbie:quia ſm Gregoriū/Ualde timendū est
vitium qđ ex victoria nascitur vitiorum. Et ideo debēt vo-
lare circa terram.i.circa mortis memoriā:et circa conside-
rationem proprie vilitatis per humilitatē: qꝛ superbia non
faciliter eleuat hominē/q̄ȝq̄ȝ bonum/si circa mortis memo
riam occupetur. Illi autē qui vacui sunt melle gratie ꝛ de-
uotionis/vt sunt penitentes ꝛ incipientes ꝛ imperfecti: isti
ne flatu superbie euellātur: debent accipere lapillū.i.Chri
stum(qui est lapis angularis) per desideriū et affectum/in
eius misericordia cōfidēdo. Uel per lapillū intelligo timo-
rem diuinum/qui aggrauat ꝛ ponderat ꝛ deprimit mētem
nostrā. vel etiam lapidem Christi sepulchri. que oīa si iugi-
ter meditētur/nunq̄ȝ ventus superbie te mouebit. Si enim
ventus tribulationis vel tentationis timetur/duplex est re
medium: basse volare per humilitatē: et lapidem Christū
accipere per spem et deuotionem: vel etiam lapidem timo
ris portare per mortis ꝛ damnationis cōsideratam aduer-
sitatem. Figura de Petro. Matth.xiiij. qui videns vētum
validum veniētem timuit:et ideo apprehendit Christum/
qui est lapis angularis/qui scilȝ debet apprehendi per fidē 54
deuotionem et charitatē. ¶ Item dicit idem ibidē ꝙ mira
est inter apes obseruantia discipline. Nam nullas inter se
otiosas permittūt:immo otiosas puniunt/vel occidūt. Mi
ra etiam inter eas est mūditia: quia nullam spurcitiā in al
ueari suo permittūt:immo stercora omniū in vno loco con-
gregant:postea eijciunt. Sic vere debet esse inter fideles:
qꝛ nullus debet esse otiosus ab exercitio discipline: immo
otiosi sunt puniēdi:et per correctiones spiritualiter occidē-
di. Uacatis otio: ꝛ idcirco dicitis.ꝛc̄. Exo.v. Mundi etiam
debent esse per conscientie puritatem: quia omnē spurcitiā
peccatorū suorum debēt in vnum recolligere per discussio-
nem/et expellere per cōfessionem: et sic alueare cordis pu-
rificare spiritualiter et mūdare. Iaco.iiij. Purificate cor- 55
da duplices animo. ¶ Quādo aduesperascit/intrāt apes
in domibus suis/et strepunt: donec vna earum/illa.s.eadē
que eas excitauit:eodem bombo vel sonitu eas inuicē mo-
neat ad quiescēdum:et tūc omnes subito conticescunt:ſm
Pli.ibidē. Sic vere charissimi quādo aduesperascit.i.quā-
do dies vite nostre iam declinat/scilȝ in senectute:tunc de-
bemus intrare cameras nostras.i.ↄsciētias/ ad eas exami
nādum et discutiendum: et tunc ad sonitum monitionis ꝛ
predicationis illius qui nos excitauit ad labores ꝛ opera/
scilicet prelati vel predicatoris/debemus omnes tacere et
quiescere per contēplationem/scilȝ a strepitu mūdanorum
negotiorum: ꝛ in sola cōscientie camera mūdanda scilicet
et purificanda de cetero cogitare : qꝛ in vespere senectutis
maxime debemus cogitare spiritualia/et tēporalia litigia
contemnere. Ideo Iudicū.xix. Uespera est: iam declinauit
dies/oro te quiesce vsqȝ in mane. Sed ecōtra multi magis
vacant ad labores mundanos et ad auaritiā in tēpore se-
nectutis/q̄ȝ iuuentutis: similes vulturi: qui post meridiē ve
natur. Ideo Hiere.vj. Ue nobis/qꝛ declinauit dies:et fa-
cte sunt lōgiores vmbre vesperi. Lōgiores inquit vmbre.i.
maiora peccata.ꝛc̄. Uel si vis expone de silentio/qđ in sero 56
debēt religiosi seruare/quādo a superiore inuitātur. ¶ Itē
Pli.lib.xj.c.xvj. dicit ꝙ inter apes maxima est equitas:qꝛ
feriunt omnes pacem suam dissoluere cupiētes/vel mella
sua comedere cōtendentes. et scđm eūdem ibidem.c.xvij.
Regem habent apes non armatū aculeo/sed potius maie
state: quia etsi habeat aculeum/non eo vtitur. Unde reges
apum habere aculeum incertum est: ipsos tamē aculeo nō
vti certum est. Sic recte debet esse inter prelatos: qꝛ detra-
ctores qui mel virtutū et meritorū suorum verbis suis inui
diosis adnihilant et cōsumūt:et sic pacem inter alios dissi-
pant et subuertunt/debent acriter castigare: et eos fortiter
impugnare. Reges autem.i.prelati eorum debent plus ar
mari maiestate ꝛ auctoritate/q̄ȝ aculei vel correctiōis aspe
ritate. Mitissimi enī debent esse: ꝛ ideo q̄ȝuis habeant acu
leum.i.potestatem iudiciariam: nō propter hoc punire de-
bent/ vel in iram exasperari/ nec ad vnguem punire : sed
quāto plus possunt/saluo rigore iustitie/ex benignitate pro 57
cedere. Benignitas enim regis in suos/ gladius est in ho-
stes: vt dicit Seneca libro de clementia ad Neronē. ¶ Quā
do apes sunt in labore: tūc reges sunt intus: vbi circūeunt
vndequaqȝ:et circūstant eos quedam apes habentes acu-
leum/quasi lictores regem defendere parate : ſm Pli.lib.
xj.c.xvij. Sic vero quando apes.i.sancti patres erant in la
bore et erumna/scilicet ante aduentum Christi : tunc rex
Christus erat intra alueare.i.in celo/vbi a quibusdā apib⁹
aculeatis/ scilicet ab angelis aculeum diuini rigoris defe-
rētibus/cingebat: qui parati erant tanq̄ȝ diuini lictores re-

gis dei iniurias vīdicare: ⁊ ad huius regis imperium suas acres sententias executioni debite demādare. Exemplum de angelo cū gladio Josue.v.⁊.ij. Regū.xxiiij.psal. Qui facit angelos suos spiritꝰ: et ministros suos flāmā ignis. Uel pone ꝙ boni prelati debent habere circa se in societate sua illos qui habēt aculeū conscientie stricte/ vt eorū cōsilio et auxilio alios bene regāt. Rex em̄ apum.i.prelatꝰ nō debet sine taliū apum multitudine esse. Exemplū de Salomone cui assistebant sapiētes ⁊ senes: ⁊ ideo bene rexit populum. Ecōtra de Roboam: qui vsus iuuenū consilio/populū dissipauit. Ideo Eccli.ix. Uiri iusti sint tibi conuiue. et Eccli. xxvij. In medio cogitantiū legē dei assiduus esto. ¶ Rex apum raro exit extra alueare/nisi quādo apes exeūt cū eo: semꝑ enim vult habere secū exercitū circūstātem: vt dicitꝛ ibidē. Sic vere nec Christus apparebit publice extra paradisum/nisi in iudicio/quando cū eo oēs apes sue.s.sancti ⁊ angeli exibunt: quorū exercitu circūstatꝰ orbem iudicabit. ¶ Scdm eūdem Pliniū ibidē.c.xvij. in aluearī longe ante per tres dies nunciatꝛ per strepitū et clamorē ⁊ pronosticatꝛ huiusmodi exitꝰ regis/⁊ exercitus sui: ita ꝙ quelibet se tūc parat ad exitum. Sic vere exitus Christi ad iudiciū fuit a principio ꝑ sanctos et prophetas in aluearī ecclesie nūciatus: ⁊ hoc per tres dies.i.tēpore nature/tēpore legis/⁊ tēpore grē: ⁊ maxime ī fine scietur: ⁊ hoc pre strepitu buccinarū toto apum exercitu murmurāte.i.omni creatura turbata: ⁊ ideo quilibet se debet parare ꝑ ꝟtutes ⁊ grās ad eiusmodi exitū ⁊ aduentū. Esa.iij. Ecce dn̄s veniet: ⁊ oēs sancti eiꝰ cū eo. Et Luce.xij. Sic ⁊ vos estote parati: qꝛ qua hora nō putatis filius hoīs veniet. ¶ Apes videntes imminere exitū de aluearī/strepūt quasi ad exitū se parantes. ibidē. Sic qꝛ de aluearī corporis debemus exire/⁊ nescimꝰ diē neqꝫ horam: ideo debemꝰ strepere per timorē/ ⁊ cōsciētie discussionē: et ad mortis exitū nos parare: vt quādo rex noster Christus nos vocauerit/exeamus ad eū extra castra. ad Hebr. xiij. vnde Seneca: Nō me pigebit desinere vel trāsire: hac enim cōditione intraui: vt exirem. ¶ Scdm Pliniū ibidē/ quādo murmurāt ⁊ volūt exire/qui regi prescinderet alam/ nō exirēt. Sic quādo regi.i.prelato aufertur ala.i.virtꝰ contēplationis et affectiōis: tūc apes.i.subditi de aluearī.i.de nido carnalitatꝫ exire nō curāt/nec de claustro diaboli euolare: qꝛ cū caput infirmū/ cetera mēbra dolēt. ¶ Regē suū volātem extra alueare apes sequūtur/ ⁊ eidem mirabiliter obsequūtur: qꝛ quelibet eius obsequio se offert/et ei ꝓxima cupit esse. et si qua earū defecerit vel errauerit ab acie/odorisse. vbicūqꝫ etiā rex precesserit/ibi cetere castra figunt. Regem etiā fatigatū portāt/ipmqꝫ a labore immunē solū reddunt. Rege viso totus exercitus aīatur: ⁊ eo ꝑdito totus dilabitur/⁊ ad aliū regem fugit: qꝛ sine rege esse non possunt ꝺm Pli.lib.xj.c.xvij. Christus est rex: alueare ecclesia militans: apes autē sunt subditi christiani/qui regē suum Christum debent sequi per imitationem: ⁊ ei obsequi per deuotionem: ⁊ ei esse proximi per dilectionē: qꝛ dilectio facit esse proximū deo. Ideo Luce.xxij. Sequimini eum quocunqꝫ ierit. Quilibet enim christianꝰ debet se eius obsequio ⁊ seruitio offerre. Gloria eni magna est sequi dn̄m. Eccli.xxiij. Et si aliqua apis.i.christianus/ab acie fidelium ceciderit per pctm̄/⁊ deuiauerit per errorē/ debet sequi regē ⁊ exercitum per odorē: hoc est dictu/ꝑ spem sue misericordie et benignitatis: ⁊ eidē iterum per charitatē ⁊ per gratiā reuniri. Canti.j. In odorem vnguētorū tuorum curremus. Et vbicūqꝫ rex precesserit.i.vbicūqꝫ Christus se inclinauerit: ⁊ ad quecūqꝫ opa ⁊ virtutes se apposuerit/ibi debēt alie apes.i. alij christiani castra figere: ⁊ ad eadem loca ⁊ opera ipsum sequi: vt scilicet exemplo eius pietatem et paupertatem et alias virtutes ⁊ opera complectantꝛ. Figura de rotis volubilibus que erāt altera intra alterā: quarū vbicūqꝫ declinabat que prima erat/sequebantꝛ et cetere. Eze.j. Sic ꝟe nos qui debemus esse rote per perfectionē/volubiles per motū ⁊ bonam operationē: alter intra alterū per mutuā charitatem et compassionem: vbicūqꝫ declinauerit ille qui est primus inter nos/ scilꝫ Christus (qui est primogenitꝰ in multis fratribꝰ. ad Ro.viij. Et omnis creature dei. ad Colo.j. et mortuorū. ibidē) debemus per imitationē similiter eū sequi/ vt quilibet dicat illud Job.xxiij. Uestigia eius secutꝰ est pes meus. Uel expone ꝑ oīa de angelis quomodo deo obediunt et iungūtur. Istum etiā regē Christū si sit lassus ⁊ fessus in mēbris suis/ scilꝫ pauperibus ⁊ egenis/debemꝰ eos supportare/subueniēdo: qꝛ sicut dicitꝛ Esaie.xxviij. Reficite lassum: ⁊ hoc est refrigeriū meū. Uiso etiam isto rege Christo/ ⁊ cōsiderato per contēplationē qualiter natus est ⁊ passus pro peccatoribꝰ ⁊ cōuersatus: totus exercitus fidelium debet aīari/scilꝫ ad laborem bonorū operum exequēdum. Si autē istum regem perdiderimus ꝑ pctm̄: tūc deficit amor ⁊ vnitas/ ⁊ exercitus fidelium laniatꝛ: et alius rex scꝫ diabolus ⁊ mūdus eligitur/cui de cetero obeditꝛ. Ideo monetur Canti.iij. Egredimini filie syon: ⁊ videte regē.⁊c. Sine em̄ rege vel bono vel malo non potest aliquis ꝑmanere: qꝛ a quo quis superatꝰ est: eius seruus efficitꝛ.ij. Pe.ij. Uel pone ꝙ religiosi et alij sequūtur per imitationē reges et prelatos suos/⁊ eos debēt supportare/eis obsequi ⁊ obedire/eis coniungi/⁊ eos amare/⁊ eis visis letari/et ad eorū obsequia presentari. Uel pone de adulatoribꝰ/⁊ falsis accusatoribus/et detractoribus/qui semꝑ cupiunt esse proximi principibus et prelatis. Figura de rotis sicut supra: que sequebātur aīalia oculata.i.prelatos circūspectos/ante ⁊ retro/ad ꝑterita et futura. Seqbantꝛ ducē. Judi.ix. ¶ Apes non possunt esse sine rege: ⁊ ideo si regē suū perdiderint/statim alteri se coniūgūt. vbi supra. Sic vere anime que regē suum per peccatū perdūt/alteri regi/scilꝫ mundo/carni vel diabolo se coniungūt. Uel dic ꝙ si contingat ꝙ regē nostrū scilicet prelatū per mortē perdamus: necesse est vt aliū per electionē queramus. Cōstituerūt eum regē pro Dauid patre suo. ¶ Rege viso apes consolantꝛ/aggregātur/⁊ animātur: eo autē perdito / apum exercitꝰ dilabitꝛ. vbi supra. Sic vere presentia boni prelati letificat subditos suos/siue sint in aduersitate/siue in ꝓsperitate. Si autem bonus prelatꝰ eis per mortē corporis subtrahatꝛ: vel etiam si rex vel prelatus huiusmodi per diuersa peccata moriatꝛ: tunc subditorū exercitus et cōmunitas corporaliter ⁊ spūaliter dissipatur. Zacha.xiij. Percutiā pastorē: ⁊ dispergētur oues gregis. Uel expone de Christo/quo mortuo/discipuli sunt turbati et dispersi: Eo autē viso/scilꝫ in resurrectione/ gauisi sunt ⁊ animati. Gauisi sunt discipuli viso dn̄o. Uel dic cōtra absentiam prelatorum ⁊ curatorum: qꝛ pro certo ista est causa lapsus ⁊ criminū subditorū: presentia vero est gaudiū et letitia ipsorum: et causa status ⁊ perseuerātie eorūdē. Et breuiter presentia boni prelati ⁊ curati letificat: absentia autē tristificat. Allega vt supra. ¶ Ad apes intrant quedā false apes/que nuncupātur fuci ⁊ fures: habētes magnum ventrem/que mella furtiue comedūt: sed quādo apprehenduntur/ab apibus occidūtur/ꝺm Pli.lib.xj.c.xvij. Sic vere in aluearī ecclesie subintrant aliquādo symoniace vel alias false apes.i.hypocrite/vel heretici/et ambitiosi/qui comedunt mella apum.i.acquirunt beneficia ⁊ dignitates ecclesiasticas/que apibus.i.bonis personis debentꝛ. Tales ergo debēt de aluearī ecclesie eijci vel expelli: qꝛ periculū in falsis fratribus.ij. Corin.xj. Ideo dicitꝛ Gala.ij. Subintrauerunt quidā falsi fratres.⁊c. Isti dicuntꝛ habere magnū ventrem: qꝛ pro certo falsi clerici ita habēt magnū ventrē.i.magnū appetitū/ꝙ nō possunt satiari/scilꝫ officijs/beneficijs/ ⁊ prebēdis: īmo ab vno loca pluriū occupantꝛ. Eccli.xxxvj. Omnē escā mānducabit vēter. et ad Titū.j. Cretēses semꝑ mēdaces: male bestie: vētris pigri. Uel si vis dic ꝙ tā in seculo ꝙꝫ in claustro sunt semꝑ aliqui otiosi/q̇ non faciūt nisi comedere ⁊ vastare labores alioꝝ/sicut sunt deliciosi ⁊ carnales. Contra quos Prouer.xxxj. Panem otiosa nō comedit. Uel si vis expone de detractoribus/q̇ mella.i.alioꝝ bona opa deuorare nō cessant/q̇ tn̄ nullū mel boni opis operantꝛ. ¶ Qn̄ ver est humidū/multiplicantꝛ filij apū: sꝫ mella depauperantꝛ. Quādo aūt est siccū/tūc minuuntꝛ filij apū/ ⁊ mella plꝰ abūdāt ꝺm Pli.li.xj.c.xvij. Uer humidū est tēpus ꝓsperitatis/vbi humor diuitiarū et deliciarū abūdat. Uer autē siccū tēpus est pauꝑtatis/vbi humor consolationis deficit. Filij sunt parētes ⁊ amici carnales: mella autē sunt bona spūalia.s.gratie ⁊ ꝟtutes. Quādo ergo ver est humidū.i.qn̄ tēporalis ꝓsperitas abūdat: tunc vere multiplicantꝛ filij apū: hoc est dictu/familiares ⁊ amici mūdani. Di

uitie addunt amicos plurimos/a paupere autē ⁊ ij q̄s habuerat/ separant̄. Prouer.xix. Sed ꝓ certo tūc depauperātur: ⁊ minuunt̄ mella.i.bona spūalia/grā/⁊ virtutes: q2 mūdana ꝓsperitas suggerit facere multa mala: vtpote gulā ⁊ luxuriā: q2 prodijt q̄si ex adipe iniq̄tas eorū. Ideo Eze.xvj. Hec fuit iniq̄tas sodome sororis tue/saturitas panis/⁊ superbia vite. Et Deutero.xxxij. Impinguatꝰ est dilectꝰ: ⁊ recalcitrauit. Quādo aūt ver p̄sentis vite est siccū ꝑ paupꝑtatē: tunc vere deficiūt ⁊ cessant filij apum.s.amici carnales: mella aūt.i.bona spūalia tunc tēporis plus abundāt. Ideo Ecclí.xiij. Si habueris/ꝯuiuet tecū: si aūt nihil habueris derelinquet te. Exēplū.ij.Reg.xv. vbi tēpore aduersitatis separatꝰ est oīs israel a Dauid. Ideo dicit Seneca ⁊ Hieronymꝰ: Ob hoc solū amāda est paupꝑtas: q2 a q̄bꝰ ameris ostendit. ¶ In aluearibꝰ si cibus defecerit/impetū faciūt in apes ꝓximas/ꝓposito rapiendi: ⁊ cōtra eas alie aciē dirigunt si regē habent: ⁊ q̄n inueniūt alias apes sibi fauētes parcūt eis/nec eas inuadūt: sed eas sibi associāt: ⁊ ꝓ eis pugnant: sicut dicit̄ vbi supra. Sic vere est de malis p̄ricipibꝰ huius mūdi: q2 quādo deficit eis cibus ī aluearibꝰ ⁊ domibus suis: ipsi inuadūt alios.i.suos subditos ꝑ rapinas/tallias et excoriationes: sed ꝓ certo illos q̄ eis fauēt/non inuadūt: q2 suos balliuos et seneschallos et causidicos/q̄ eis in suis rapinis fauēt et obsequunt̄/nō inuadunt: sed ab oībus protegūt ⁊ defendūt: ⁊ ipsos sibi associāt ad predādū. Exēplifica bn̄. Judith.xij. Ego nunq̄ʒ nocui virū q̄ vellet obedire Nabuchodonosor. Alios autē exceptis fautoribus expoliant ⁊ denudāt: vt cibos et alia necessaria sibi parēt: q2 leo rugiēs/et vrsus esuriēs/ p̄rinceps impius sup̄ populū pauperē. Prouer.xxviij. Nudos em̄ dimittūt hoīes: vestimēta tollētes. Job.xxiiij. ¶ Itē idē dicit ibidē/ꝙ ex pluribꝰ causis pugnāt sepe et certāt apum impatores: sed eorū briga modico iactu pulueris vel lapidis dissipat̄. Sic vere in mūdo reges ⁊ p̄ricipes ex causis varijs alter ꝯtra alterū ꝯcitant̄: ⁊ etiā alij inferiores/lites ⁊ discordias inuicē nutriētes. Sʒ quādo sup̄ eos lapis vel puluis iaciet̄.s.in morte/q̄n sub terra ⁊ sub tumulo locabunt̄: tūc corꝫ rixe ⁊ discordie dissoluētur. Memento ergo nouissimorꝫ: ⁊ desine inimicari. Ecclí. xxviij. Uel ꝑ puluerē intellige cōsideratione ꝓprie fragilitatis ⁊ vilitatꝭ/ q̄ si in alueari cordis recipiat̄/cessare faciet oēʒ brigā. Facile em̄ ꝯtēnit oīa q̄ se semꝑ cogitat moriturū. ¶ Apes ꝑdētes aculeū nō diu viuūt: ⁊ mellificare nō possūt: ⁊ velut castrate viribꝰ/nocere nō possunt nec ꝓdesse: fm̄ Pli.lib.xj.c.xviij. Aculeꝰ pūgitiuꝰ significat remorsum cōsciētie/vł dei timorē: ⁊ etiā stimulū discipline/q̄ si homo dimiserit/iustitiā ⁊ cōscientiā ꝓpriā relaxādo/mellificare cessabit ꝑ bona opera: ⁊ ꝑ ꝑseuerantiā vita grē diutius viuere nō valebit: īmo tūc totaliter cessabit nocere ⁊ ꝓdesse: nocere.s.demonibꝰ/⁊ prodesse sibi: q2 nisi in timore dn̄i tenueris te instāter/cito subuertet̄ domus tua. Ecclí.xxvij. ¶ Fetor malꝰ occidit apes fm̄ Pli.lib.eodē ibidē. Unde si cācer coquat̄ iuxta aluearia/ex eiꝰ odore moriunt̄/fm̄ Pli. Sic vere religiosi sepe ex fetore aliorꝫ.i.ex īfamia malorꝫ secularium ꝑ eorū imitationē moriunt̄ spūaliter. Nā si iuxta alueare.i.aliquē cōuētū vel collegiū bonorꝫ coquat̄ aliq̄s cancer.i.si aliqua ꝑsona luxuriosa et retrograda igne luxurie decoquat̄: tūc apes ꝓpinque.i.religiosi vel alij boni ab eo corrūpunt̄. Figura.ij. Macha.ix.de Antiocho/cuiꝰ fetor grauabat exercitū. Sic ⁊c. Fetet em̄ pctm̄ luxurie: et ideo fetoribꝰ cōparat̄. Esa.xxxiiij. De cadaueribus eorū ascēdet fetor. ¶ Itē idē lib.xj.c.xviij. quādo rex apū morit̄: tristitia torpent: funerantiūq̄ʒ more/dolore maximo cōglomerant̄: cibos tūc non cōuehūt/ad pascua nō procedūt: sed rege peste cōsūpto/luctu se cōficiūt: ⁊ nisi de medio mortuus tollat̄/fame pereūt et dolore. Hilaritas ergo apum/sui regis denotat sanitatē. Sic vere in alueari ecclíe vel religiōis/q̄n rex.i.prelatꝰ est mortuꝰ ꝑ vitia ⁊ pctā: tūc apes.i.boni subditi debēt eū condolēdo ⁊ cōsolādo lugere. Hilaritas ergo spūalis subditorū sanitatē prelatorꝫ denotat ⁊ ꝟtutū. Qādiu aūt p̄latꝰ taliter mortuꝰ est in medio ⁊ in officio/ nō pōt esse in collegio letitia spūalis: ⁊ ideo necesse est ꝙ talis mortuꝰ de medio tollatur ꝑ depositionē: alioquin apes alie.s.subditi moriunt̄.s.eū imitādo/vel ꝓpter eius negligentiā delinquēdo: caput em̄ mortuū nō pōt habere sub se mēbra viua. Exēplū de Saule mortuo/et se occidēte/ad cuiꝰ exēplū statim armiger eiꝰ occidit se.j.Reg.vlt. Figura.iiij.Reg.xxiij. vbi Josias occisus est a necatiōe regis egypti/⁊ luxit eū israel: et post statim deliquerūt cōtra deū: ⁊ tandē captiuati sunt a Nabuchodonosor. Sic mortuo principe ꝑ pctm̄/delinquūt subditi/et a diabolo captiuant̄. Uel pone si vis ista ꝑ modū exēpli/q̄uo filij debēt esse prōpti ad exequēdas exequias mortuorꝫ parentū. Exēplū de Joseph ⁊ filijs Jacob. Gen̄.l. Ideo dicit̄ Ecclí.xxxviij. Fili sup̄ mortuū ꝓduc lachrymas. et Ecclí. vij. Nō desis merētibꝰ in cōsolatiōe. Uel pone si vis ꝑ modū exēpli quomodo debemꝰ ꝯpati morti regis vel p̄ricipis Jesu Christi/signūq̄ʒ doloris ostēdere/et famē ⁊ ieiuniū in die sui obitꝰ celebrare. ¶ Item dicit idē Pli.lib.xj.c.xix.ꝙ multas incurrūt passiōes: egrotāt em̄ ꝓpter otiū/q̄n nō faciūt fetū suū: similiter ipsis inimicat̄ subitꝰ ⁊ īmoderatꝰ sonitꝰ echo/terrēs eas. Itē aranee q̄ aluearia subītrāt/q̄ eas corrūpūt. Itē papiliones q̄dā q̄ mel earū deuorant. Itē corrupta nebula/q̄ corrūpit flores q̄s pascūt̄. Itē auiditas pastꝰ/q̄n immoderate comedere appetūt. Itē oleū q̄d eas necat: sed acetū supinfusum viuificat. Itē nocet eis vētꝰ/fumꝰ/⁊ fetor/⁊ pluuia. Uere oīa ista incōmoda incurrūt religiosi: ⁊ etiā quilibet viri ꝑfecti. Primū ḡ incōmodū est pigritia: q2 vere q̄n cessant ab opere discipline/⁊ vacāt otio et desidie: tunc ꝑ multa vitia infirmant̄: q2 oīa mala docuit otiositas. Ecclí.xxxiij. Et hoc est primū incōmodū.s.pigritia. Scdm̄ est terror ⁊ sonitꝰ: ⁊ significat duritiā et crudelitatē p̄latorꝫ/qui subito ⁊ sine deliberatiōe subditos puniūt/ verberāt et conturbāt: vnde etiā ꝓueniūt diuersa vitia.s.apostasie/dissensiones/⁊ hmōi. Deutero.j. Nūcij terruerūt nos. Tertiū incōmodū est aranea: ⁊ significat prauos socios/q̄ sunt inter alios in religiōe/q̄ suis prauis nutibꝰ/ verbis ⁊ suggestionibus alios incitāt ad pctā: et sic eos inficiūt ⁊ corrūpunt: q2 vnꝰ malus vellet ꝙ oēs alij essent sibi similes. Uolo oēs esse sicut meipm̄.j.ad Cori.vij. Quartū incōmodū est papilio/et iste significat detractores ⁊ susurratores/ qui mella aliorū.i.bona opera cōtēnendo ⁊ cōtrahendo adnihilāt ⁊ cōsumunt: q2 ꝟba susurratoris q̄si supplicia. Prouer.xxvj. Quintum incōmodū est corrupta nebula: et significat prauitatē in maioribꝰ.s.senioribꝰ ⁊ p̄latis/qui debēt esse q̄si flores vbi alij debēt depasci ꝑ imitationē/⁊ boni exēpli acceptionē: ⁊ ideo q̄n sunt corrupti per luxuriā vel aliud pctm̄/malū suis imitatoribꝰ tribuūt nutrimentū: q2 hodie exsiccatū est fenū ⁊ cecidit flos. Esa.xl. Sextū incōmodū est auiditas pastꝰ/hoc est dictu/nimius appetitꝰ sciētie: q2 q̄n immoderate appetūt scire: ita ꝙ ꝓpter hoc horas canonicas vel alia moralia dimittūt: tūc infirmant̄ ꝑ inflationē supbie ⁊ p̄sumptionis: q2 sciētia inflat: charitas autē edificat.j.ad Corin.viij. Ideo nō plꝰ sapere q̄ʒ oportet sapere. ad Ro.xij. sicut pʒ de multis monachis/q̄ dimittūt habitū/vt audiāt leges. Itē nocet eis oleū supfusuʒ: ⁊ significat tēporalē ꝓsperitatē/q̄ recte facit eos exanimes.s.luxuriosos/cupidos/et supbos: q2 fm̄ Senecā: Fortuna quē nimiū fouet/stultū facit. Acetū tamē correctiōis/si a p̄latis supfundat̄/ipsos viuificat per grām et cōseruat: q2 mandatū lucerna est/⁊ lex lux/⁊ via vite increpatio discipline. Prouer.vj. Itē nocet eis vētꝰ superbie/fumꝰ infamie/fetor luxurie/⁊ īmoderata pluuia deliciarū ⁊ gule ⁊ gastrimargie. Ab his em̄ nocumentis debet custos apum.i.prelatus ipsas sollicite custodire.iij.Regū.xx. Custodi virum istum.⁊c. Et hoc vsq̄ʒ huc dicit Plinius. ¶ Auicēna autem dicit lib.ix.c.iiij.ꝙ apes comedunt mel quādo sunt infirme/et non exeūt domus suas: sed ibi melle pascunt̄. Sic vere clerici et religiosi debent comedere mel doctrine/⁊ scientie/⁊ deuotiouis. Illi autem qui sunt infirmi/fragiles et imperfecti/qui de facili cadunt in peccatū/debent remanere in domo sua.i.in conuentu suo: et a mundi negocijs abstinere/et in proprijs conuentibus residere. Non enim debēt circuire vndequaq̄ʒ per mundum: sed vitare occasiones pctī: ⁊ melle doctrine ⁊ maxime sacre scripture iugiter enutriri: vt sic sanent̄ et fortificētur per grās et virtutes. Deutero.xxxij. Cōstituit eum sup̄ excelsam terram: vt sugeret mel de petra. ¶ Apis quando inuenit vas mundū/libēter ibi mellificat: et facit ibi domos fertiles: et si os aluearis sit nimis amplū/strictificabit cū succis amaris ⁊ nigris: vt dicit idē Auicēna ibidē. Sic vere q̄n Chri-

ſtus vas mundū.i.conſciētiam purā et innocētem et caſtā inuenit/libenter habitat ibi: et ibidē mellificat ꝑ gratiā: qꝛ ſcilꝫ ibi mel deuotionis et gratie introducit. Qꝛ qui diligit cordis munditiā: ꝓpter grām labioꝝ habebit amicū regē. Prouer.xxij. Et ideo os aluearis.i.ipſa volūtas debet ſtrictificari per conſcientiā et timorem: et maxime cū ſucco nigro ⁊ amaro.i.cū mortis memoria: que corpus amarificat ⁊ denigrat. Ad quē enim reſpiciet ſpūs meꝰ niſi ad humilem ⁊ cōtritū corde? Eſa.lxvj. Et in huiuſmodi domo mūda ⁊ corde puro facit apis Chriſtus domū ſextilē.i.habitaculum ſuum/ſex angulis quadratum. Iſti ſex anguli ſunt ſpes/fides/charitas/humilitas/patientia/timor. Uel dic ꝙ homo valde debet attēdere ꝙ in vaſe mūdo.i.in religiōe vel ſocietate pura ⁊ ſancta eligat ſibi locū. Eccli.xxiiij. In

75 habitatiōe ſancta corā ipſo miniſtraui. ¶ Apes primo edificāt domos: deinde mella. Apes autem maſculi domos edificant ſoli: alie autē occupanꝫ exterius i labore. Sic vere nos primo debemꝰ edificare domos noſtras/ ſcꝫ eterna habitacula in paradiſo: qꝛ in domo patris mei manſiones multe ſunt. Ioā.xiiij. Et deinde ad mella cōponenda.i.ad tēporalia poterimus vacare. Qꝛ querite primū regnū dei ⁊ iuſtitiā eiꝰ: ⁊ hec oīa adijcienꝫ vobis. Mat.vj. Et ita faciūt maſculi.i.viri ꝑfecti ⁊ iuſti. Femine autē/hoc eſt dictu/peccatores molles et delicioſi: exteriꝰ circa labores mūdanos ſe occupāt: ⁊ de eternis domibus parū curant. Uel maſculi ſunt contēplatiui/femine ſunt actiui.⁊ cetera ſicut ſupra.

76 ¶ Apes ſm Auicē. morātur in fauis ſuis: et quādo eſt tēpus exeundi: exeunt in altū ad modum pyramidis/⁊ comedunt mel. Sic pro certo boni in mūdo hoc cōuerſanꝫ in fauis ſuis.i.in ſuis bonis operibꝰ/vbi melle gratie impiguātur: ſed quādo erit tempus exeundi/ſcilꝫ de mūdo per mortem: tunc volabunt pyramidaliter vſqꝫ ad altitudinē paradiſi/vbi mel eterne dulcedinis ꝑpetuo guſtabūt: et ſic mel gratie in mel glorie conuerteꝫ: qꝛ gloria nihil eſt niſi gratia cōſummata. Aperti ſunt theſauri: ⁊ euolauerūt nebule q̄ſi aues. Eccliaſti.xliij. Maſculi apum nō habent aculeum/ niſi pauci: et cum nitūtur pungere/non poſſunt. Sic multi licet nō habeant aculeum.i.poteſtatē nocendi: tamē quia malam habēt volūtatem/ hoc nitūtur facere: ⁊ nō poſſunt. Qđ patet in malis pauperibus/qui ſe ſi poſſent crudeliter vindicarēt. Ideo Eſa.xvj. Supbia eius ⁊ arrogantia eius pluſqꝫ fortitudo eius. Et ideo Eccli.xix. Si ab imbecillitate viriū vetetur peccare: ſi inuenerit tempus/ malefaciet.

77 ¶ Rex apum in duplo maior eſt qꝫ alie: ⁊ vtūtur apes aculeo duplici cauſa/ ad humiditatis.ſ.ſuꝑflue cōſumptionē: et ad mellis ſui defenſionē. Uis enim ignea eſt in aculeo: et ideo operaꝫ valde ad ſuperflui conſumptionē/et mellis depurationem et conſeruationē ſm Auicē.ibidē. Sic vere prelati debent eſſe maiores quātum ad merita/⁊ meliores qꝫ ſubditi. Aculeo autē.i.iudiciaria poteſtate debēt vti ad duo/ſcilꝫ ad ſuꝑfluorum.i.malorum ⁊ vitiorū deſtructionē et cōſumptionē: et mellis.i.bonorum ſubditorū defenſionē ⁊ tuitionē. Uis enim ignea charitatis debet eſſe in aculeo correctionis: vt ſcꝫ ex charitate corrigāt delinquētes. Oia oꝑa veſtra ex charitate fiāt.j.ad Corinth.xv. Et ideo debēt ſuꝑflua reſecare: bona autē et proficua cōſeruare. Nō ergo fruſtra gladiū portat: dei em̄ miniſter eſt/videx in iram.⁊c.

78 ¶ Item idem. Alueare ſubintrāt quedā muſce male: que generant ibi alias muſcas/⁊ alas perforāt aliarū. Sed vere apes pungunt ipſas/ nec permittūt ſecum morari. Sic vere quādo in alueari apum.i.in ſocietate bonoꝝ ſubintrat mala muſca.i.aliqua mala pſona/ debet pungi et corrigi ⁊ puniri/et ab alijs eijci ⁊ expelli: alioquin alas apum.i.virtutes ⁊ affectus bonorū perforaret et corrūperet per malas ſuggeſtiōes et exēpla: ⁊ ſic muſcas alias ſibi ſimiles generaret: qꝛ alios ſibi ſimiles faceret ꝑ peccatū. Genuit Adā

79 filium ad imaginē et ſimilitudinē ſuam. Geñ.iiij. ¶ Apes mellificantes ſcđm eundem Auicē.interficiunt maſculos quādo ſunt ſibi nocētes: reges etiam earū qui eas non bene regunt interficiunt: et qꝛ nimis comedunt de melle.pugnāt etiā contra apes longas/⁊ eas eijciunt: qꝛ non mellificant/ſed comedunt: et per talem eiectionē melioraꝫ mel et augeꝫ. Sic ꝓ certo boni ſubditi/q̇ mel deuotiōis ⁊ grē: mel etiam tēporalis ſuſtētationis conficiunt: ⁊ ad hoc ꝓ ſe et alijs laborant: interficiunt maſculos nocentes.i.prauos et peruerſos: et eis in via morum obſiſtētes: ſicut ſunt heretici/et pricipes pctōres. vtile eſt enim tales occidere: qꝛ ſm Senecā: Genus clemētie eſt malos cito occidere. Reges autē ſuos/ſcilꝫ malos prelatos/qui eos male regūt/debēt impugnare/eos deponēdo: ⁊ apes lōgas.i.carnales ⁊ ocioſos/q̇ nō faciunt niſi comedere labores alioꝝ/nec laborare curant/debēt a ſe expellere ⁊ fugare. Quia qui non laborat non manducet.ij.ad Theſ.iij. Nam per eorum expulſionē de cōuentu vel collegio/melioratur mel.i.tēporalis ⁊ ſpiritualis proſperitas aliorū. Eijce eam: ⁊ claude oſtiū poſt eā ij.Regū.xiij.

80 ¶ Eſt quoddā genus apum qđ dicitꝫ labion/ qđ interficit apes mellificātes/ ⁊ earū domos deſtruit: odit enim eas: qꝛ ſunt vigiles ⁊ bone cuſtodie. Sic vere in eccleſia dei ſunt ꝑuerſi canonici vel religioſi/qui odiunt mellificantes.i.bonas perſonas/⁊ maxie prelatos ſuos/eo ꝙ ſunt vigiles ſuꝑ gregem dñicum/et bone cuſtodie: qꝛ ſcilꝫ ipſos cuſtodiūt ne delinquāt/ ꝑ correctiōes ⁊ documēta. Amos v. Oderūt in porta corripientē. et ideo eos occidūt per infamias/ſi poſſunt: ⁊ eorū domos deſtruūt.i.dignitates et officia: inquantū nitūtur eos deponere: qꝛ nō amat peſtilēs eū qui ſe corripit. Prouer.xv. Mali em̄ vt cōmuniter non diligunt bonos nec ſubditos nec prelatos: imo eos ꝑſequūtur et odiunt: et eorum ſpiritualē vigiliā per detractionē deſtituunt ⁊ cōtēnūt. Unde Prouer.xxix. Deteſtātur impij eos qui in recta ſunt via.

81 ¶ Labion eſt quedā apes/ſic dicta: q̄ intrat aluearia ad comedēdū mella: ⁊ quādo ibi intrat/ ita auide ſe infigit in mel vt deuoret/ꝙ nō poteſt exire: imo ibi inueniꝫ: et a veris apibus enecaꝫ. Sic vere in alueari huiꝰ mundi ſunt cupidi ⁊ auari/qui tāto ardore appetunt mel.i. mūdi diuitias/delicias ⁊ honores/ꝙ ibi taliter ſe infigūt ꝑ deſideriū ⁊ affectū/ꝙ nō poſſunt exire/nec eas dimittere ꝑ contēptū: imo ibi infixi toto vite ſue tēpore ꝑ malas cōſuetudines ꝑſeuerant: ita ꝙ in morte inueniunꝫ ab apibus veris.i.a deo ⁊ ſanctis angelis: et ꝑ mortis eterne ſupplicium occidunꝫ. Numeri.xxxv. Statim ꝙ apprehēderit eū: interficiet.

82 ¶ Quilibet rex apum habet vnā cateruā: ⁊ illa caterua nō vult habere aliū/niſi illū quē p̊mo elegit: imo ſi aliꝰ vult eſſe rex illius caterue/cōtra eū pugnāt/ ⁊ eū occidunt/ nec eū admittūt ſm Auicē. Sic vere eſt in eccleſia dei: qꝛ quilibet prelatꝰ habet ſuā cateruā/ſcꝫ ſubditos: et quilibet abbas monachos ſuos: ⁊ ideo ꝑ certo illi q̇ primo elegerūt vnū regē.i.vnū prelatū/ſtatū/vel religionē/debēt eo eſſe cōtēti toto tēpore vite ſue: nec debēt currere ad regē aliū.i.ad alium ſtatū vł ordinē declinare. Sufficiat tibi lac caprarū in cibos tuos. Prouer.xxvij. Uel pone ſi vis ꝙ ſcholares vł ſubditi/ex quo primo eligūt vnū bonū magiſtrū vel ꝓlatū/ non debēt illū immutare: ⁊ tanqꝫ inſtabiles de vno ad aliū ſe trāſferre: qꝛ ſm Senecā: Nō cōualeſcit plāta q̄ ſepe trāſfertur. Uel pone ꝙ rex quem primo eligimꝰ in baptiſmo/eſt Chriſtꝰ/qui eſt rex ⁊ pꝛiceps caterue chriſtiane: et ideo pro certo nō debemꝰ eū dimittere ꝑ pctm̄: nec alij regi ſcꝫ diabolo(q̇ eſt rex ſuꝑ oēs filios ſuꝑbie. Job.xlj.)nos vnire: immo ſi ſuꝑ nos regnare voluerit / et nos poteſtati ſue ꝑ vitia ſubiugare: debemꝰ cōtra eū pugnare/ſuis tentationibꝰ fortiter reſiſtēdo: ⁊ eū occidere.i.occiſum vł mortuū dicere/vł putare. Reſiſtite ergo diabolo: et fugiet a vobis. Jaco.iiij. Figura de Roboam et Jeroboā/ſicut habes ſupra.

83 ¶ Qñ apes volūt volare ſi fuerit pauce/expectāt ſocietatē alteriꝰ examinis: vt ſic ſecuriꝰ pariter proficiſcanꝫ. Sic vere nos q̇ habemꝰ de hoc mūdo volare ad patrē/debemꝰ bonā ſocietatē ꝑquirere/⁊ eidē nos adiungere ⁊ vnire: vt ſic alter alterius auxilio ꝑ vite huiꝰ pericula ſecurius trāſeamus: qꝛ frater qui adiuuaꝫ a fratre/tanqꝫ ciuitas firma. Prouer.xviij.

84 ¶ Nulla creatura eſt ardētior ad vindictam/qꝫ ſint apes. Unde ſepes magnas proſternit ſui exercitꝰ magnitudo/qñ ad iracundiā concitanꝫ: quādo ſcilꝫ cōtra diripiētes mella reſiſtere cōpelluntur. Sic vere boni prelati ⁊ ſubditi/qui ꝑ zelum iuſtitie ad iracūdiam concitanꝫ: contra inuadentes iniuſte iura ⁊ poſſeſſiones ſuas et eccleſiarū ſuarum/debēt eſſe iracūdiſſimi ⁊ rigidiſſimi: vt ea ſcilꝫ a cunctis inuaſoribus tueantur: et ſepes etiam fortes.i.mundi principes et potentes debent proſternere et corrigere exercitus apum: hoc eſt dictu/prelati eccleſie et collegia cōſtituta. Pugne-

mus pro aīabus nostris et ꝑ sanctis nostris.j.Macha.iij.
85 ¶ Apes iuuenes ⁊ virgines melius operanꝶ mel ꝙ̄ senes: ⁊ melius mel faciūt/⁊ non tm̄ percutiūt:nec tm̄ nocet earū percussio sicut senū. Sic vere charissimi mel qđ fit in iuuentute.i.bona opera meliora sunt et magis deo accepta/ ꝙ̄ illud qđ fit in senectute:et maxie si apes huiusmodi sint virgines.i.si seruant pudicitiā corporalē. Iuuenes etiā nō debent ita pungere vel ꝑcutere/sicut senes.i.corrigere/vel arguere. Seniorē ne increpaueris.j.ad Timo.v. Ictus etiā eorū non tantū ledit/scʒ verbum ⁊ increpatio/audientes ꝑ cōpūctionē/ sicut ictus ⁊ correctio senū:qꝛ senū auctoritas sermonibus dat valorē: qꝛ ꝙ̄ pulchrū est seniorib⁹ iudiciū. Eccli.xxv. Uel dic ꝙ percussio vel iniuria facta/peccatum etiā vel delictū factū a iuuenibus/ non tātum debet nos ledere:nec ita grauis debet reputari: non etiam ita offendit deum sicut senū/qui scilʒ maiori maturitate ⁊ prudētia debēt vti.ideo dicebat Dauid: Delicta iuuētutis mee;⁊ igno-
86 rātias meas ne memineris. ¶ Mellificāt etiam apes ꝑm Auicē.in vere/et in autūno. Illud tamē mel qđ fit in vere: melius est propter florum puritatē et nouitatem. Sic vere charissimi in vere.i.in tēpore iuuentutis qđ est principium anni.i.vite nostre:et in autūno.i.in fine vite/scilʒ in senectute debet quilibet mellificare bona opera et virtutes:⁊ mel deuotionis ⁊ gratie:mel etiam lectionis et sciētie procurare. Fili a iuuentute excipe doctrinam:⁊ vsqꝫ ad canos inuenies eam. Eccli.vj.⁊ Eccl's.xj. Mane semina semē tuum: et vespere nō cesset manus tua. Mel tamē factū in vere.i. bona opera facta in iuuētute:melius placent deo/⁊ meliora sunt:et hoc qꝛ flores.i.ipsi iuuenes sunt magis puri ꝑ innocētiam: sunt magis noui per gratie pulchritudinē et decorem:quia nō sunt antiquati dierum malorū. Ideo Can-
87 tico.vij. Oia poma mea seruaui tibi noua et vetera. ¶ Itē sicut dicit idem Auicēna:apes potant:sed tantū aquā claram/nec bibunt aquā vbi proiecerūt feces suas. Sic ꝑ certo christiani ⁊ maxime religiosi/debēt bibere/addiscere scilicet ⁊ haurire aquā claram:hoc est dictu/scientiā theologicā/vbi est claritas veritatis sine turbulētia:falsitatis aquā autem turbidā.i.ipsas scientias seculares/vbi oīa sunt confusa et obscura: et cautelarū velamine obūbrata:nō debēt bibere vel audire. Ideo Hiere.ij. Quid tibi vis suꝑ viam egypti:vt bibas aquā turbidam? Aquā etiam vbi proiecerunt feces:hoc est dictu mundi delicias et carnalitates:et hui⁹ mūdi prosperitatē/ in quibus proiecerūt feces suas.i. vbi cōmiserunt peccata diuersa et vitia dum essent in mūdo/vel quas contempserūt/⁊ coinquinatas ostenderūt / nō debent iterum bibere vel gustare. Numeri.xx. Nō bibem⁹
88 de cisternis tuis. ¶ Item idem ibidē dicit/et etiā Pli.lib. xj.c.xx.ꝙ apes diligūt harmoniā/sonitū atqꝫ plausum. Unde quando sunt extra alueare/ ad vocem tinnitus et sonit⁹ reuocātur. Sic vere boni diligunt sonitum predicationis/ tinnitū eruditionis et monitiōis/cātū laudis diuine ⁊ grārū actionis:et ideo si de alueari suo.i.de statu gratie recesserint per peccatū: tunc ad sonitum predicationis et instructionis ibidē iterum reuocātur: ⁊ iterum per penitentiā reuertūtur.ij.Regū.ij. Joab cecinit buccina. et etiā.j.ad Corin.xv. Clangent enim tuba: ⁊ mortui resurgent incorrupti. Hec Auicenna:qui in multis alijs concordat cū Aristotele/Plinio/⁊ Ambrosio: quorū dicta superius sunt expressa. Uel dic ꝯtra hypocritas:q̇ plausum iactantie ⁊ laudis vane diligūt:⁊ in locovbi laudanꝶ/libēter remanēt atqꝫ sistūt. Unde versus. Delectant castas etiam preconia forme.

Capitulum.vij.de aranea.

1 Aranea ꝑm Isidorū lib.xij. vermis est ab aeris nutrimento dicta/ que exiguo tēpore longa fila deducit:et semꝑ tele intēta/nunqꝫ cessat a labore: perpetuūqꝫ sustinet in suo opere dispēdium: quia qđ multo tēpore conficit/ modico vēto vel stilla rumpiꝶ: et sic labor eius cassus efficitur ⁊ inanis. Tales sunt seculū diligētes/diuites scilʒ mūdani: quia nunqꝫ quiescūt ab angustia vel labore: vt patet generaliter in oībus statib⁹. Esa.lvij. In multitudine vie tue laborasti/nō dixisti:quiescam. Et licet modico tēpore faciant telam magnam/hoc est dictu/ acquirant multas diuitias ⁊ possessiones: tamē modico vēto tribulationis totum eis subripitur quicquid habēt:vt patet in morte/vel etiā a vēto.i.ab ipsis raptoribus et mūdi principibus quicq̇d de diuitijs aggregauerant/eis subito aufertur:vt patet de cupidis ⁊ mercatoribus/qui a principibus ⁊ balliuis spolianꝶ: ⁊ sic efficitur cassus labor suus. Sap.iij. Labores eorū sine fructu. Esa.
2 lix. Telas aranee texuerūt. ¶ Aranea teste Auicē.multos habet pedes/impares semꝑ et inequales. qđ necessarium est ei propter multiplices eius operationes: quia cum quibusdam fila nectit:cum alijs ipsa subtiliat ⁊ prolongat: cū alijs repit: ⁊ quādo vult/in tele suꝑficie īmobiliter se suspēdit.suꝑ omnia aīalia anulosa viget in ea sensus tactus: qꝛ statim sentit quādo musca aliqua in tela sua fuerit inuoluta: quā statim aggreditur/ipsam inuoluens fortius ne euadat: deinde humiditatē euis bibit: interiora eius euacuat ab humore:et sic eam interficit et occidit. Ipsam autē primo inuadit a parte capitis/vt dicit idem. Ista aranea est vsurarius/vel causidicus/vel auarus. Fila sua ⁊ laquei sui sunt cautele/fallacie/⁊ cōtractus. Pedes eius qui corpus sequūtur/⁊ ipsum portant/sunt praua familia/filij/famuli/ et vxores. Musce autē quas rapit/ sunt circūiacentes pauperes et egeni. Aranea ergo habet multos pedes: qꝛ tales cupidi habēt multos subministrantes/vxorē/filios/pronetas/quibus mediantibus telam cautelarū conficiunt ⁊ cōnectunt: ⁊ ad actus suos vndiqꝫ se deferūt. Cōstat enim ꝙ vxor eos incitat acquirere: famuli cōtractus perquirūt: et ad dn̄os suos pauperes adducunt:et sic sibi subseruiunt vniuersi. Prouer.j. Pedes eoꝝ ad malū currunt. Item isti habent optimū sensum tactus:hoc est dictu/ optimā sapiētiam de terrenis/que sunt tangibilia ⁊ visibilia: dicunt enī illud Geñ.xxvij. Accede ad me fili: vt tangam te. Et ideo quādo musce.i.quādo pauꝑes capti sunt ⁊ inuoluti in tela sua.i.suis falsis cōtractibus ⁊ cautelis/optime sentiunt: qꝛ optime vident modū:et ideo statim ipsos inuadunt per citationes et exactiones: et tunc eos ne euadāt/fortius inuoluunt. Ipsi enim considerāt tempus caristie/vbi pauperes non possunt reddere qđ debent:et tunc ipsos molestāt ⁊ infestant. Et qꝛ miseri nō possunt reddere:ideo per nouos cōtractus inuolui forti⁹ se permittūt. Irretiuit eū multis sermonibus. Prouerb.vij.et Job.xviij. Immisit in rete pedē suum/tenebiꝶ planta eius laqueo. Et tuuc quādo vident ꝙ bene sunt ligati ⁊ inuoluti per litteras ⁊ cōtractus: ⁊ ꝙ nullo modo possunt euadere manus suas/occidūt eos: qꝛ vitā suam.i.possessionē tēporalē de qua viuebāt/ eis auferunt: ⁊ humiditatē suā.i.bona sua tēporalia sibi sugunt: ⁊ sic ipsos dimittunt vacuos ⁊ inanes. Eze.xxxij. Extendā suꝑ te rete meū.⁊c.⁊ Josue.x. Nō reliq̇t i eo vllas reliquias: sʒ vniuersa vsqꝫ ad cōsumptionē deuastauit. Et de taliū muscarū venatione viuūt. Uel aranee sunt pīcipes et prelati: q̇ habēt multos pedes.i.mltos officiales ⁊ balliuos/diuersos ⁊ impares quātū ad officia sibi data/q̇b⁹ mediātib⁹ muscas.i. pauꝑes occidūt: ⁊ eorū substantiā totā ⁊ humiditatē bibūt. Deutero.xxxij. Occisorū sanguinē bibetis. Uel aranea est diabolus: pedes sui diuersi multa sunt genera ⁊ diuersa tētationū: tela sua est peccatū: que ex multis filis.i.ex multis cōditionibus aggregaꝶ/scʒ suggestione/cogitatiōe/cōsensu/operatiōe/cōplacētia/cōsuetudine/obstinatione/ defensione/gloriatiōe/desperatione:et tūc sugit diabol⁹ humorē grē ⁊ deuotionis: et sic homo moriꝶ ineternū. Et ideo dicitꝰ beelzebub.i.deus muscarū. Ipsam autē muscā peccatorē a parte capitis.i.quātū ad fidē: que caput est aīe/sūme nititur infestare. Figura de ancilla q̄ ꝑcussit Abimeleth in ca-
3 pite. Judicū.ix. ¶ Teste Aristo. Aranea sugit humiditatē muscarū:et ibi delectaꝶ: sicut apes sugendo mella. Musce sunt demones: delicie mūdi sunt humiditas sua/ in quib⁹ delectanꝶ aranee.i.pctōres et mali. Sicut igiꝶ apes.i.boni sugendo mel.i.deuotionis dulcedinē gustando delectātur: sic aranee.i.pctōres in humore muscarum.i.in delicijs car-
4 nalibus ⁊ bonis tēporalib⁹ cōsolanꝶ. Job.xxiiij. Dulcedo illius vermes. ¶ Dicit Aristo. ꝙ īter araneas est diuersitas sexus: ⁊ est femina maioris corporis ꝙ̄ mascul⁹/pedes habet longiores et flexibiliores et mobiliores ⁊ habiliores ad texturā. telā facit ꝑ muscis capiēdis: quarū humiditatē sugit/⁊ eas vacuas derelinq̇t/⁊ residuū eijcit ⁊ expellit/reuertēs alibi vt veneꝶ. Sic recte ī gn̄e hoim femine sunt maio-

ris corporis.i.maioris cupiditatis ꝛ voluptatis ꝙ̄ masculi:
pedes etiā.i.affectus habent longiores: qꝛ plura et maiora
desiderant ꝛ affectāt: ꝛ ideo sunt habiles ad texturā.i.ad te-
lam cautelarū ꝛ malitie ꝑpetrandā/ ꝛ ad muscas.i.ad luxu
riosos capiēdos et inuoluēdos ꝛ attrahēdos: vt sic sua hu-
miditate.i.sua temporali substantia satiētur: quia sicut vi-
demus/ luxuriosos inuolutos vacuant bonis suis/ et ipsos
interficiunt per fame/ gratie et scientie detrimētū. Habēt
etiā flexibiliores pedes ꝛ molliores.i.affectus: quia affectꝰ
ꝛ voluntas mulieris de facili flectitur ad peccatū/ ꝛ ad va-
na ꝛ vaga desideria mobiliter circunfertur. Ideo Prouer.
vij. de mala muliere dicit: Garrula ꝛ vaga/ quietis impa-
tiens. Et puer.v. Vagi sunt gressus eius/ ꝛ inuestigabiles.
5 ¶ Scdm Arist.li.v.c.vij. Aranea femina attrahit mascu-
lum per fila tele sue/ ꝛ masculus feminā: ꝛ nō cessabit attra
ctio donec inuicē cōiungant ꝛ carnaliter copulent. Quod
maxime accidit in fine veris/ ꝛ principio estatis/ et quādo-
ꝙ̄ in fine autumni/ et in principio hyemis: et tunc maxime
sunt nociue/ ꝛ earū puncture venenose. Sic vere luxuriosi
ꝛ luxuriose attrahūt se inuicē per telas suas.i.ꝑ mutuas sol
licitationes ꝛ verba/ ad cōiunctionē ꝛ copulā carnalē. Qd
maxime accidit in vere ꝛ estate/ hoc est dictu/ in tēpore in-
fantie et iuuentutis: quia tunc libidinis desideriū fortius
inardescit. Accidit etiā aliquando in hyeme vel in autūno
q̄ sunt finis anni/ hoc est dictu/ in tempore senectutis: quia
multi sunt qui etiam tempore senectutis nolunt dimittere
actus illos: ꝛ ideo tunc temporis sunt aranee magis vene-
nose: quia vere peccatū luxurie magis nocet ꝛ spiritualiter
ꝛ temporaliter in tēpore senectutis. Deus em̄ summe odit
6 senem fatuū et insensatum.i.luxuriosum/ diuitem menda-
cem/ pauperem superbū. Eccli.xxv. ¶ Scdm Aristo.li.ix.
ca.xxix. Diuersa sunt genera araneaꝝ: quia quedam sunt
parue et maculis resperse: alie autem sunt magne ꝛ nigre:
sed prime magis sunt acute ꝙ̄ alie que sunt magne et ni-
gre cum pedibus longis: quia tales vt cōiter sunt minoris
motus/ nisi quādo coitu stimulant. Sic vere in genere vsu
rariorū ꝛ balliuorum/ qui sunt parui.i.pauperes ꝛ ex humi
li plebe nati/ sūt velociores per sollicitudinē/ ꝛ acutiores ꝑ
7 rapinā/ ꝙ̄ illi qui sūt maiores ad diuitias/ ꝛ ad generis di-
gnitatem. ¶ Aranea nigra circa terrā laqueos suos facit/
vbi cū aliquā muscā ceperit/ ipsam defert et reponit ad lo-
cum suum/ ꝛ ibi sugit humiditatē vnde viuit/ ꝛ consumpta
tota musce humiditate eā expellit/ ꝛ iterū reuertitur ad ve
nandū. Talis est mulier mala: quia cū aliquē infra laque-
os suos inuoluerit/ sugit q̄cquid potest attrahere de humi-
ditate temporalis substantie/ ꝛ cum videt ꝙ musca non ha
bet amplius de humore diuitiarū/ statim pro certo dimit-
tit eum/ et de eo amplius nihil curat. Figura de dalila/ q̄
postꝙ̄ totondit Sansonem/ qui supra genua dormierat/ et
postꝙ̄ fortitudo recessit/ expulit eum/ ꝛ tradidit philisteis.
Dalila interpretatur situla/ q̄ tandiu vertit faciē ad aquā
ꝙ̄diu hauriat et impleat: ꝛ tunc vertit ei dorsum: ꝛ signifi-
cat malā mulierē/ q̄ primo faciem.i.fauorem ꝛ fictū amorē
et apparentiā vertit ad hominem/ vt impleatur venter eiꝰ
diuitijs atꝫ lucris: quod cū factū fuerit/ nihil amplius de
eo curat: immo vertit ei dorsum/ ꝛ nō faciē. Dū igitur San-
son.i.aliquis homo dormit ꝛ delectatur super genua Dali
le.i. in carnali amore alicuius male mulieris/ ipsa ꝓ certo
statim conuertitur ad tondendū/ et vellus diuitiarū ab eo
exuendū. Sed pro certo statim ꝙ istud vellus.i.sua tꝑalis
substantia fuerit auulsa/ fatuusꝫ homo fortitudinē prospe-
ritatis amiserit/ et venerit ad infortuniū paupertatis/ ipm̄
procul dubio derelinquit. Vn̄ Judith.j. Remiserūt eos va
cuos/ et sine honore abiecerunt. Tales aūt luxuriosi a phi
listeis.i.a demonibus capiūtur/ per ignorantiā excecātur/
per malas consuetudines alligantur: tandem vna cum eis
in templo inferni occidūtur ꝛ extinguūt. Vel dic ꝙ aranea
est diabolus/ qui in laqueis suggestionū/ delectationū ꝛ tē-
tationū/ et in amore mūdane prosperitatis ligat ꝛ inuoluit
muscā.i.peccatorem/ ipsumꝫ per complacentias fortius ꝛ
fortius quotidie semꝑ stringit: et cum viderit ꝙ ita est liga
tus/ inclinatꝰ et deditus mūdo ꝛ mundanis/ ꝙ non cōten-
dit resilire: tunc diabolus paulatim sugit/ euacuat et euel-
lit ab ista musca q̄cquid hꝫ de humore.i.de dei gr̄a/ ꝛ de de

uotiōe ꝛ cōpassiōe. Et cū bn̄ ꝑ diuersa pctā fuerit vacuatꝰ:
tūc ipm̄ aranea.i.diabolꝰ/ de cauerna sua.i.de mūdo eijcit
et expellit/ per mortē.s.temporalē. Unde de hoc potest dici
illud.ij. Regū.xiij. Eijce eam ꝛ claude ostiū post eā. Homo
em̄ per mortem eijcitur/ et post ipm̄ ostium clauditur/ quā-
do sibi redeūdi potentia denegatur. Figura de dalila sicut
supra. Dalida em̄ est diabolus/ genua eius sunt mūdi pro-
speritas/ que.s.sunt duo: qꝛ.s.mūdi ꝓsperitas in duobꝰ cōsi-
stit.s.in diuitijs ꝛ delicijs. Qn̄ ḡ Sanson.i.hō dormit ꝛ q̇e-
scit suꝑ genua dalile.i. super mūdanā ꝓsperitatē: tunc vere
Dalila q̄ interpretatur situla.i.diabolꝰ/ qui semꝑ sitit dā-
nationem nostrā/ ꝛ haurire cupit q̄cquid habemꝰ de aqua
gratie et virtutꝫ/ statim cōuertitur ad eū tondendū/ et capil
lis gratiarū et virtutum/ vellereꝫ bone cōuersationis exu-
endū ꝛ spoliandū: quod cū factū fuerit/ ꝛ miserū peccatorē
in mūdi prosperitatibꝰ bene consopiuerit/ ꝛ ab oībus bonis
spiritualibus exuerit: tunc vere ipm̄ expellere consueuit/ et
philisteis tradere.i.mundi ꝛ inferni tribulationibꝰ ꝛ tormē
tis/ vbi alligatur per eternā dānationē: ꝛ vbi etiā excecatur
per vtriusꝫ lucis priuationē. Matthei.xxv. Eijcite eum in
tenebras exteriores. Vel dic ꝙ aranea est vsurariꝰ vel aua-
rus/ qui cū laqueis suis.i.cū multis inductiōibꝰ ꝛ cautelis
ligat et inuoluit muscas.i.pauperes ꝛ vicinos. Quādo aūt
videt eos contractibus/ obligatiōibus ꝛ pactionibꝰ irreti-
tos/ ita ꝙ non possunt soluere/ nec a suis laq̄s resilire: tunc
vere fraudulenta aranea.i.vsurarius solet istā muscā.i.pau
perē inuadere per citationes/ mordere ꝛ ledere ꝑ diuersas
impugnationes/ et eos humore temporalis substantie va-
cuare per exheredationes. Et quando videt eos vacuos et
inanes/ solet eos expellere/ ꝛ a sua domo societate ꝛ amici-
tia penitus abdicare: quia reuera tales primo fraudulēter
pauperes attrahūt/ deinde eos in suis ꝯtractibꝰ inuoluūt:
tandē eos exheredant/ post expellūt. Ideo de talibꝰ dicit
Eccli.xiij. Si habueris/ ꝯuiuet tecū: si autem nihil habue
ris/ derelinquet te. Isti ergo sunt figurati in dalila que in-
terpretatur situla: qꝛ sitiunt ꝛ cupiunt diuitias vicinorū: qꝛ
vere illos qui dormiunt super genua sua.i.illos qui in suis
adiutorijs ꝛ mutuis ꝛ auxilijs ꝯfidunt/ ꝛ qui eis innitunt/
ipsi tondūt: spoliant: depauperāt ꝛ cōfundūt: eosꝫ philiste-
is.i.balliuis partiūtur: ꝛ exactoribꝰ tradunt multotiēs cru-
ciādos/ de eis amplius non curātes postꝙ̄ eos totōderūt:
sed eos sine spe alicuius iuuaminis expellētes. Vel dic ꝙ
aranea est falsus amicꝰ/ qui amicū suū laqueis adulatio-
num alligat/ vt humorē.i. lucrū temporale ab eo attrahat
atꝫ sugat: sed si ipm̄ vacuatū viderit/ ipsum ꝓ certo ꝙ̄ci-
to derelinquit. Figuratus in dalila: que tandiu sansonem
secū dormire permisit/ quousꝫ capillos sibi rasit: sed eum
statim expulit ꝛ dimisit. Diuitie enim addunt amicos plu-
rimos: a paupere autem et hi quos habuerat/ recesserunt.
8 Prouer.xix. ¶ Aranea postꝙ̄ cepit muscam/ ipam reponit
ꝛ donec iterū esuriat seruat/ ꝛ illud quod residuū est ꝛ nihil
valet ad bibendū/ eijcit de cauerna/ et iterū reuertit ad ve
nādū. Sic auarus muscas.i. diuitias recolligit ꝑ sue aua-
ritie fame ꝛ esurie temperanda/ et illud quod nihil valet.s.
bladum vel vinū corruptū eijcit/ quādo scilicet ampliꝰ ser-
uari nō potest/ ꝛ ad venationē auaritie/ vsure/ fraudis ꝛ ra
pine/ iterū reuertitur. ¶ Aranea non venatur ꝙ̄diu habet
muscā qua nutriat. Sic vere nos nō debemus esse solliciti
de acquisitione temporaliū/ q̄ ad modū muscarū pungunt
ꝛ sollicitant cor humanū/ ꝙ̄diu de eis ad victus sufficiētiā
habemus.j.ad Timo.vj. Habentes alimenta/ et quibꝰ te-
10 gamur/ his contenti sumus. ¶ Teste Aristotele libro.ix.c.
xxviij. quādo tela aranee est rupta/ nō vacat venatiōi/ do-
nec iterū reparet/ et ipsam summe reparat circa solis ortū
et occasum. Et ꝑm Pli. in reparatione huius semꝑ incipit
a medio: quia nihil iudicat in corpore tele esse integrū/ ꝙ̄-
diu mediū non est firmū. Aranea est homo: tela sua est cō-
geries virtutū ꝛ morum: musce sunt bona temporalia: que
infestant ꝛ sollicitant cor humanū. Si ergo tela tua.i.cōge
ries virtutū et morū ꝛ velamē fuerint aliquo casu diruta ꝑ
aliquod peccatū mortale/ pro certo non debes vacare ve-
nationi muscarū.i.acquisitioni bonoꝝ tēporaliū/ nisi prius
per penitentiā tela ista fuerit integrata. Et hec reparatio
marie habet fieri circa solis ortū ꝛ occasum/ hoc est dictū/

per considerationes ortus ⁊ natiuitatis/occasus et mortis ipsius solis iustitie iesu christi: quia circa natiuitatē ⁊ mortem christi inuenies doctrinā et exemplū oīm virtutum: et ad eorum regulā reparare poteris telam tuā. A solis ortu ⁊ occasu: ex syon species decoris eius. Uel etiam in solis ortu. i. in ipso statu iuuētutis/⁊ etiam in occasu senectutis: qꝛ scilꝫ ⁊ iuuētus ⁊ senectus sunt tēpora bonis operibꝰ opportuna. ideo dicit̃ Eccl's. xi. Mane semina semē tuū/⁊ vespere nō cesset manꝰ tua. Et in hac reparatione tu debes incipere a medio. i. a corde/⁊ a cōscientie puritate/qꝛ nihil pōt esse integrū in moribus vel securum/nisi cor sit tutum ⁊ firmū per conscientie puritatem/et per constantie firmitatē. ideo Omni custodia serua cor tuū / qm̄ ab ipso vita procedit. Prouer. iiij.

11 ¶ Scd̃m Aristo. femina aranea parit ⁊ venatur/⁊ masculꝰ iuuat eam. Sic est de vsurarijs ⁊ auaris: qꝛ pro certo femine vacant venationi. i. vsure ⁊ lucro/sicut ⁊ ipsi: ⁊ mares earū/ ipsas adiuuant ad lucrandū: quia sicut videmus ad oculum/ femine auarorū magis sunt ardētes et cupide q̄ꝫ auari: quia breuis omnis malitia super malitiam mulieris. Eccli. xxv.

12 ¶ Scd̃m Aristo. Aranea quando vult capere muscas/abscondit se in foramine/vel sub tela/ne a bestiolis videatur. Sic vere vsurarij abscondūt se sub tela sua/hoc est dictu / sub pallio cautelarū suarum: qꝛ contractꝰ suos palliant aliquo bono/vtpote mutuo vel vēdito ⁊c. Et hoc faciunt ne videantur. i. ne eorū malitia cognoscat̃. Dicunt eñ: Non me videbit oculꝰ. Job. xxiiij. Nā sub specie mutui vsuras cōtrahūt ⁊ rapinas. Figura Gen̄. xxxviij. de Thamar: q̄ volēs decipere iudā/inuoluit se pallio/⁊ cū ab eo persequeretur/ ostendit sibi arrabonē quē ceperat/et liberata est. Sic quando vsurarij volunt euadere persequutionē iude. i. iudicū ⁊ principum ⁊ prelatorum/inuoluunt se pallio cautelarū/⁊ ostendunt arrabonem. i. chartas ⁊ litteras simulatas ⁊ fictas: ⁊ sic liberantur: ita ꝙ iudas. i. prelatus ꝯpellit̃ dicere: Justior me es. Ideo eis potest dici illud. iij. Regū. xiiij. Cōmuta habitū/ne cognoscaris.

13 ¶ Paruule aranee statim ꝙ nate sunt/incipiunt telas facere/⁊ venatiōi vacare/ ⁊ ac si i materno vtero essent edocte/statim incipiunt facere instrumenta competētia prede sue. Sic pro certo filij vsurariorum statim ꝙ possunt ire/ab eis informātur ⁊ docentur ad telas cautelarū faciendas/ et ad venationē vsurariā exercendā. Et ideo sicut videmꝰ statim ꝙ possunt loqui/incipiunt vsurare/⁊ ad parentū officia se donare/et telam cautelarū ordiri / vt muscas capiāt ⁊ diuitias/⁊ vt fraudes exerceant ⁊ vsuras. Istud enim est regulare ꝙ in omni statu parentes volūt filios ad propria opera erudire et informare/ vt patet de mercatoribus / et causidicis/et operarijs vniuersis. Ideo Hiere. vij. Patres colligunt ligna/filij succendūt ignem/mulieres cōspergūt adipem ad faciendū placentas regine celi. Quia breuiter inter vsurarios/⁊ pater/⁊ mater/⁊ filij/ibidem aliquid operantur.

14 ¶ Est quedā species aranearū q̄ venatur paruum lacertū: quia filis suis circūligat os/ et tunc saltat sup ipm̄ et ipm̄ interficit et occidit. Ista autē dicit Pli. non solū de lacerto: immo etiā de serpente/libro. x. c. lxxiiij. circa finem Lacertulus est paup hō ⁊ simplex: aranea est causidicꝰ/q̄ filis suis. i. fallacijs et cautelis ita circunligat os et verba pauperis/ꝙ non potest aliquid dicere quin capiatur: et ita claudit ei os/ꝙ non audet nec potest suis fallacijs respondere/et sic eū interficit/temporalem substantiā subtrahendo. Irretiuit eū suis sermonibus ⁊c̄. Prouer. vij. Ceperūt cōculcare os eius ⁊c̄. Luce. xi. Uel pone quomodo vsurarij et causidici ligant alios p os. i. per verba ⁊ obligatiōes: deinde inuadunt per citationes/⁊ occidunt p exactiones.

15 ¶ Item dicit Aristo. ꝙ aranea aliqñ inuenitur in examine apum/que corrūpit mel / et sugit liquorē/et facit texturam circa fauos: ⁊ corrūpit eos. Sic vere in examine bonorum virorum/clericoꝝ ⁊ religiosoꝝ/aliquando est aranea. i. aliquis malus ambitiosus ⁊ cupidus/qui a conuentu suo fugit ⁊ attrahit sibi mel temporalis beneficij ⁊ subuentiōis/ ⁊ circa fauos. i. circa ipsos bonos viros (qui cerā ꝯpassiōis melqꝫ deuotionis cōtinent) facit ⁊ inducit telam auaritie/ fraudis ⁊ deceptionis: ⁊ sic per eius exemplū alij corrūpūtur. Per araneā eñ corrūpitur apis/ quando p societatem male persone corrumpitur bona: quia qui tetigerit picē: inquinabitur ab ea. Eccli. xiij. Ideo nūeri. xix. Quicquid tetigerit immūdus: immundū faciet.

16 ¶ Sicut dicit Pliñ. et Auicē. Tria sunt genera aranearū. quoddā dictū phalangiū: cuiꝰ corpꝰ exiguū/variū ⁊ velox/noxiū habēs morsum: aliud quod nigri est corporis/cruris lōgioris/ cauernas sibi texēs ⁊ faciēs circa terrā: aliud qđ in altis locis mirabiles facit telas. Sic recte tria genera sunt malorum. Primi sunt mali balliui/qui dicūtur parui corporis per primariā paupertatē/vel per fictā humilitatem: varij sunt p cautelas et falsitatem: veloces sunt per irā ⁊ asperitatem. Noxij morsus per rapinā ⁊ crudelitatem. ideo Eccli. xiij. Nequissima pauptas in ore impij. Alie aranee sunt mali agricole vel mercatores: qui circa terram. i. circa terre culturam exercent vires suas/⁊ ibi suas faciunt mansiones: et isti sunt magni corporis per temporaliū quantitatem/coloris nigri p laborem ⁊ asperitatem/cruris longioris per maloꝝ affectuum pluralitatem: qꝛ crura. i. affectiones habent ita longas/ꝙ vellent omnia bona diuitum/si tñ eis impune cederet/furasse. Desideria occidūt pigrū. Prouer. xxi. Alie autē superiores sunt prelati et principes/qui in altis locis eminentiarū dignitatū et honorū domos ⁊ habitacula sibi parant. ideo dicit̃ Job. xxxiiij. In altis manet. ⁊ psal. Ascendunt enim vsqꝫ ad celos: et descendunt vsqꝫ ad abyssum.

17 ¶ Sicut dicit Pli. ⁊ ad sensum patet: quod admirandum est: nunqꝫ potest corpꝰ aranee tantū vacuari/quin semper sufficientem materiā habeat ad telam exterius ordinādā. Unde q̄to exterius crescit tela/tanto interius crescit eius materia venenosa. Sic pro certo in corde auaroꝝ nūqꝫ deficit cupiditas/que recte est quasi fundamentū/origo/materia ⁊ causa exterioris auaritie/ ⁊ exterioris substātie temporalis. Unde q̄to magis crescit tela sua. i. temporalis possessio/tanto interior materia. i. ardor habendi et cupiditas magꝭ crescit: qꝛ ꝰm ligna silue/sic exardescet ignis. Eccli. xxviij. Uel expone de elemosyna/sicut ĩfra. li. xi. de enidro.

septēniū non discernit̄ in eis etas per cornua: sed tm̄ per dē
tes/vt dicit Solinus ⁊ etiam Plinius vbi supra. Sic vere
bonꝰ homo semper debet cornua.i.virtutes/ spirituales.s.
armaturas mutare/ semꝑ in melius renouando. Ista etiā
cornua singulis annis.i.continue debent crescere ⁊ rame-
scere quousqꝫ ad septenariū.i.ad perfectionem omnimodā
attingamus. psal. Exaltabūtur cornua iusti. Debet etiam
crescere in cornibus virtutū nostrarū ramus vnꝰ quolibet
anno vsqꝫ ad septē: qꝛ semꝑ debēt esse plures ⁊ plēs vsqꝫ ad
perfectionē completam. Uniuersitas enim perfectiōis per
septenarium designatur/ ꝫm Grego. in homil̄. Et tunc in
septenario huiusmodi debemꝰ cornua nostra/scꝫ mūdi ne-
gocia pertractādo ⁊ frequētādo/sine mutatione/per virtu-
tem perseuerātie in statu debito conseruare. ¶ Senectus

14 ceruorum cognoscit̄ per dentes: vt dicit Pli. Sic vere sene
ctus nostra spūalis.i.maturitas ⁊ honestas ad dentes.i.ad
verba debet maxime apparere. Uel pone de illis quorum
cornua ⁊ dignitates et officia semꝑ crescunt/sicut sunt cle-
rici ambitiosi/⁊ qui nō possunt beneficijs satiari. ¶ Quan

15 do ceruus sentit pruritum in cornibus / ipsa fricat ad ar-
borem: sed aliquādo ꝓpter hederā que ibi est: ita illaquea-
tur/ꝙ nō potest se eximere: ⁊ sic aliquotiēs eū venator inue
nit ⁊ occidit. Sic vere quādo homo sentiens pruritum ma-
lorum desideriorū/fricat cornua superbie sue ⁊ presumptio
nis ad arborem.i.ad status et eminētias mundiales/tunc
inuenit ibi laqueos auaritie et malarū voluptatū/ a quibꝰ
non potest se eximere: sed ibi vsqꝫ ad mortē remanet impli-
catus: et sic a venatore diabolo capitur/⁊ mortis eterne ia
culis vulneratur. Figura de ariete herente cornibus: ⁊ vel-
lere gedeonis. Gen̄.xxij. sicut alibi. Prouer.v. Iniquitates
sue capiunt impiū: ⁊ funibus peccatoꝝ suorum constringi-
tur. ¶ Cerui si fuerint castrati anteq̄ꝫ habeāt cornua/nūq̄ꝫ

16 eis nascūtur: et si postea castrati fuerint/nunq̄ꝫ eis cadunt
ꝫm Pli. vbi supra. Cornua significāt suꝑbiam: castratio au
tē significat ingressum religionis/ vel emissionē voti casti-
tatis. Qꝛ ꝓ certo si iuuenis aliqs fuerit castratꝰ ꝑ votū ca-
stitatis/⁊ abdicationē oīs carnalis voluptatis: tunc ei cor-
nua suꝑbie nō nascunt̄: sꝫ si post adeptā suꝑbiā castratꝰ fue
rit.i.ingressus religionē/ vix aut nunq̄ꝫ statū suꝑbie derelin
quit: qꝛ adolescēs iuxta viā suā.⁊c̄. Prouer.xxij. Istud patꝫ
de istis mēdicātibꝰ religiosis/ qui qꝛ de castitate (quā mlti
eoꝝ violēter seruāt) gloriātur: iō cornua suꝑbie ⁊ ꝑsumptio-
nis ita seruant / ꝙ oēs alios vilipendunt: et ideo tales pre-
sumptuosos sepe deꝰ dimittit cadere/ vt ex fragilitate pro-
pria discant alios non horrere/ nec de virtute propria sup-
bire. psal. Cornua peccatoꝝ cōfringam. ¶ Ceruus serpen-

17 tes odit/diutissime viuit/febres non sentit: quia sibi medet̄
hoc animal. Sic bonꝰ homo debet odire serpentes.i.detra
ctores/ qui dentibus suis.i.verbis mordacibus inuenenāt
quicq̄d tangunt. Susurro ⁊ bilinguis coinquinabit animā
suam/et ab omnibꝰ odietur. Eccl̄i.ij. Febres autē.i.carna
lem concupiscētiam non patitur: quia sibi per penitētiam
medicatur. Hora sexta dimisit eū febris. Joan.iiij. Uiuere
autē debet in statu gratie ⁊ permanere diutissime/ scilꝫ per
perseuerātiam et constātie firmitatem: quia scilꝫ nunq̄ꝫ de-
bet mortem alicuius peccati mortalis incurrere vel senti-
re. Et ideo videtur ꝙ sic debet esse de quolibet christiano/
sicut de ceruis quibusdam quos Alexander fecit capi / et
torquibus aureis circa collum ligari / qui post mortē eius
post cētum annos viui sunt inuenti: vt dicit Pli.lib.viij.c.
xxxij. Sic vere Alexander rex regum Christus fecit capi ꝑ
predicationem apostolorū ⁊ suā/ceruos.i.homines christia
nos: iuxta illud. Mittam vobis venatores multos. Hiere.
xvj. Istos etiā ligauit torque aurea/scilꝫ fide catholica et
statutis ecclesiastice discipline: et ideo per cētum annos.i.
perpetuo sine fine debent viuere / scilicet per gratiā in pre-
senti: et per gloriam in futuro. Rex ineternum viue. nā per
centenarium qui est perfectus numerus/vite perpetuitas
designat̄. ¶ Ceruus ꝫm Arist. ⁊ Auicē. nō habet fel nisi in

18 intestinis: et ideo eiꝰ intestina sunt fetida: et ideo nō come-
dunt ea canes. Et scd̄m eos/illi mentiuntur qui dicunt cer
uos in auribus fel habere: sed habet ibi quandā humidita
tem similem humiditati splenis. Ceruus est homo sanctꝰ
cuius fel est odium vel displicentia seu ira. Isti ergo sancti
non habent fel/iram scilicet vel displicētiam/nisi in intesti
nis.i.nisi in vitijs et peccatis: qꝛ nihil eis displicet nisi pec-

catum. In auribus autem .i. in auditu verbi dei non habēt fel .i. displicētiam aliqualem: quia scilȝ boni viri in eo plurimū delectantur. Et qꝛ canes .i. ceteri homines vidēt ꝙ ceruus .i. vir iustus habet fel in intestinis .i. ꝙ fetorem peccatorum odit et fugit: ideo ipsa intestina .i. vitia et peccata debent deserere et horrere: et exēplo ipsius ipsa nō comedere nec amare: iuxta illud Eccli. xxj. Quasi a facie colubri fuge peccata.

19 ❡ Sanguis cerui / sicut ꝛ leporis / nunq̄ȝ coagulatur: cōtra naturam omniū bestiarū: sed semper liquidus manet. Nullum animal abijcit cornua nisi ceruꝰ: sed quia nimis sunt ponderosa: ideo anno quolibet mutat ea: et habet quattuor dentes in mādibula: et masculus maiores q̄ȝ femella. Ceruus est vir pfectus / cuiꝰ sanguis .i. benignitas et affectio nunq̄ȝ coagulatur ꝛ induratur per auaritiā et crudelitatem: immo semp liquidus manet et benignus: et isti soli / scilicet viri perfecti / cornua / dignitatū scilȝ et honorū mūdanorum / iudicaturas et officia secularium potestatū / eo scilȝ ꝙ nimis sunt ponderosa .i. periculosa et difficilia ad regendum / ea abijciunt et contemnūt. Soli enim viri perfecti refugiūt dignitates: quia ſm August. Vix aliquis inuenitur: quin alijs preficī glorietur: ꝛ quin illi placeat dñari. Dentes autem eius .i. discretio debent esse quattuor per virtutum cardinaliū numerū quaternalē. In masculis autem .i. in prelatis requirūtur maiores dentes .i. vna maior discretio / q̄ȝ in femellis .i. impfectis.

20 ❡ Aristo. lib. ix. c. v. dicit ꝙ inter omnia aīalia ceruus est sapientissimus: qꝛ iuxta vias hoīm parit / timens feras: lumē solis cum filijs fugit: timet autē super oīa vocem vulpis. Per ceruū cornutū et simplicem et placidū / ītelligo prelatos / episcopos et abbates cornutos ꝛ mitratos / qui simplices debent esse et benigni / et sine plica alicuius falsitatis / qui vias hominū .i. societatem virorum rationabiliū debent diligere: ꝛ vias ferarum .i. peruersorū peccatorū declinare. Prouerb. viij. Delicie mee esse cum filijs hominū. Lumē autem solis .i. psperitatem mūdanam debent fugere / et filios suos .i. subditos ad contēptum huius luminis per exempla ꝛ doctrinā inuitare. Vocem autē vulpis .i. predicationē et doctrinā hereticorum semp debent summopere declinare. Et vox eiꝰ horribilis. Apoca. xiiij. Vel pone ꝙ christianus debet horrere et fugere vocem vulpis .i. suggestionē diabolicam / vel predicationem hereticam. Unde figura Deutero. xiij. vbi falsus ppheta non erat audiendus / sed cōtinuo repellendus. Expone. Non audies inquit vocē illius prophete aut somniatoris. Mō etiā potest applicari ꝙ iuuenes mulieres vocem vulpiū .i. falsorum luxuriosorū ꝛ vetularum debent fugere et non audire / dicētes. Amos. v. Cantica lire tue non audiam.

21 ❡ Ceruus ſm Aristo. cauernas dēsas ꝛ strictas querit / vbi tutius maneat: et que vnū solum habeāt introitum / vt cum feris melius prelietur. Quando autē insecutꝰ a venatoribus inuenit fluuium / si potest trāsnatare / p aque frigiditatē resumptis viribus / euadit venatorē. Ceruus est bonus christianus / qui ad illū finē vt possit melius pugnare cum bestijs et cum feris .i. cū demonibꝰ ꝛ tentationibꝰ ꝛ pctis / debet eligere cauernas fortes et dēsas .i. perfectionē et asperitatē penitentie et discipline. Et quādo a venatore diabolo et canibus suis .i. tentationibus insequitur ꝛ fugatur / vt scilȝ per peccata mortalia capiatur: tunc dico ꝙ debet currere vsq̄ȝ ad fluuiū deuotiōis vel cōpassionis / vel sacre scripture: et ibidē p feruorē ꝛ studiū se īmergere: vel etiā vsq̄ȝ ad fontem paradisi per considerationē et affectionē: et sic a feruore tentationū refrigerabitur: et ad fugā resumptis viribus ꝛ virtutibꝰ fortificabitur: ꝛ sic per istū fluuiū virtutes pprias reparabit / ꝛ mortis eterne periculū deuitabit. psal. Quēadmodū desiderat ceruꝰ ad fontes aquarum. ꝛc.

22 ❡ Ceruus quādo inuenit duas vias / et a venatore insequitur: solet nūc vnā / nūc aliā eligere / vt p varias ꝛ ambiguas vias canes possint eius odorem pdere: vt sic possit eorū malitiā euitare: scd̄m Aristote. lib. viij. Sic vere cum in silua mundi huius sint due vie / scȝ contēplatiua ꝛ actiua / lectio ꝛ deuotio / non debemus vnā tantū eligere / sed de vna ad aliā nos transferre / vt nunc aggrediamur opus actiue predicādo et legendo / et opera mīe faciendo: nunc opera contemplatiue / scilȝ nostram fragilitatē / inferni acerbitatē / celorū et beatorum felicitatem deuotius attendēdo: vt nunc simꝰ Enoch / nūc Helias / nūc Effraim / nūc Manasses: nūc habeamus Lyan / nūc Rachelem: nunc simus Marthe hospites / nūc Marie: ꝛ sic inultus canū ꝛ demonū non timebimꝰ: qꝛ cū in nobis nō senserint aliquē odorē vitij vel peccati / sequi ꝛ psequi nostra vestigia nō valebūt. Vñ breuiter si psequuti sumus in vna semita seu via / ad aliā fugiamus. Matth. x. Cum persequētur vos in vna ciuitate: fugite ad aliam. Vel pone ioculatorie ꝙ si in semita vniꝰ religionis canes .i. detractores vel mali prelati nos persequuntur / fugiamus ad aliā semitā .i. ad aliā religionē / vt sic possimus tranquillitatem animi reperire. Allega vt supra.

23 ❡ Ceruꝰ fugiēs canes ꝛ calefactus intrat aliquādo in fluuium / vbi ita rigescit ꝛ frigescit / ꝙ postmodū non pōt fugere: sed a canibus capitur ꝛ necatur. Sic homo calefactus tentatiōibꝰ qñq̄ȝ currit ad fluuiū deliciarum mūdi / et ibi intantū frigescit p indeuotionē ꝛ rigescit p obstinationē / ꝙ nō potest currere vel fugere / vel per bona opera amplius ambulare: sed adueniente venatore .i. morte / a canibus .i. a demonibꝰ occiditur ꝛ necatur. Fluuius subuertit fundamēta eorū. Job xxij.

24 ❡ Scd̄m Arist. li. ix. c. v. ꝛ Auicē. Venatio cerui sic habet fieri / qꝛ duo venatores vadunt ad siluā: vnus autē eorū incipit sibilare ꝛ canere: alius autē se abscōdit: ceruꝰ autē ad cantū delectatus / venit ad venatorē / ꝛ dū vacat ad cātum ꝛ delectatur / alius occultus iacit venabulū / ꝛ eū occidit. Ceruus iste est homo: qui in silua huiꝰ mundi recte taliter capitur ꝛ venatur. Venator cantās est mundꝰ / qui p fallas suggestiōes amicorum carnaliū / fallaces promissiones / multa promittendo cantat ꝛ sibilat: que nō reddit. In pmissionibus humiliat vocē. Eccli. xxix. Venator occultꝰ est diabolus: qui nō videtur: sagitta autem est mors. Qñ ergo ceruus .i. miser homo audit ī silua ista sibilum venatoris / hoc est dictu / verba ꝛ incitamēta ꝛ oblectamēta amicorū et secularū mundanorū: tunc vadit ad ipsum venatorē / scȝ ad mundū / vtpote quia implicat se in actibus et negocijs mūdanis: et dum delectatur in sibilo .i. in fauore ꝛ laude mūdi / venator occultus diabolꝰ mittit ei sagittam mortis / et sic occiditur tpaliter et eternaliter. Sibilū aure lenis audiuit auris mea. Job. iiij. Ideo debemꝰ dicere: Amos. v. Aufer a me tumultū ꝛc. Vel dic ꝙ ceruus est christus: q̄ qñ venit ad sibilū .i. ad orōnem sanctorum patrū / venator aliꝰ .i. populus iudaicus ipsum interfecit.

25 ❡ Licet ceruus ī nemore saltet ꝛ currat / tamen quando a venatoribus capitur / lachrymatur ꝛ mugit: ſm Aristo. Sic licet superbi ꝛ cornuti modo gaudeant ꝛ letentur: capti tamē a demōibus perpetuo mugient ꝛ plorabūt. Agite nunc diuites / plorate ꝛc. Jaco. v. ❡ Cerua difficiliter parit / quod patet per incuruationem ꝛ mugitū: ꝛ ideo comedit dracūtium / vt a partu facilius liberetur. Sic vere quia difficile est parere .i. bonum opus facere vel mereri: ideo dracūtium debemus edere .i. memoriā passiōis xp̄i assumere / vt facilius pariamꝰ: ꝛ incuruari p humilitatē: ꝛ mugitū emittere p orōnē. Esa. ij. Incuruabitur hō. ꝛ Job. xxxix. Incuruantur ad partum: ꝛ partum scd̄m aliq̄s loquitur de ceruabꝰ. ❡ Cerua secundinā suam q̄ est venenū / comedit anteq̄ȝ ad terrā perueniat ꝛ descēdat. Ista secūdina significat carnalē affectionē et cogitationē / que quia venenosa est / anteq̄ȝ ad opus emissa fuerit / debemꝰ eā deuorare .i. restrigere / cōsumere ꝛ adnihilare. ❡ Cerua sentiēs grauiditatē / lapidē preciosum deuorat / cuiꝰ beneficio adiuuatur / q̄ multū valere dicitur mulieribus parturientibus. Sic si sumus grauidati et impregnati per vitia ꝛ peccata / debemꝰ incorporare nobis lapidem pciosum christum vel lapidem preciosum .i. duritiā ꝯtritionis / et pondꝰ eternorum tormentorum vel laborē penitentie: vel lapidem nostri futuri sepulchri: vel lapidē ꝛ pondus diuini timoris: ꝛ ipsum in ventre conscientie per cōsiderationē transglutire: quia ista est q̄ fetum peccati facit per cōfessionē parere et expellere / et per confessionem exterius effugare. Timor enim dñi expellit peccatū. Eccli. j. ❡ In corde cerui ſm Cōstan. et Diosc. inuenitur os vnū / quod valere creditur ad partū accelerandū / ꝛ contra multiplices passiones: ideo in cunctis nobilibus confectionibus admiscetur. Istud os est christus / vel timor dei / qui in corde cerui .i. viri iusti inuenitur p amorem et dilectionem: qui facit mulieres .i. simplices parere bonum opus: et contra infirmitates subuenit peccatorum.

30 Hoc nūc os ex ossibꝰ meis. Geñ.ij. ¶ Scdm Pli. Auicē. ⁊ Aristo. Coagulum cerui vel eius cornua vsta/ valent contra serpentes ⁊ venena. Sic vere coagulum .i. pietas et benignitas cerui christi/ eius etiā cornua .i. timor/ rigor et austeritas quādo considerantur/ liberant hominē a peccato.
31 Ipse est eīm mons coagulatus/ mons pinguis. ¶ Ceruus odit serpētes: ideo eos a cauernis extrahit/ ⁊ quādo se sentit infirmum/ ipsos deuorat ⁊ cōsumit: et sic ab infirmitate pristina cōualescit: sicut dicit Isido. Sic vere homo debet odire ⁊ abominari serpentes .i. peccata: que in cōsciētia nostra serpunt: quia sicut dicitur Prouer.v. Qui odit peccata: viuet. Quādo ergo homo se sentit infirmū spiritualiter et ad bona opera difficilem atqꝫ grauē/ ipse pro certo debet serpentes .i. peccata de cauernis cordis sui extrahere ꝑ cōfessionē/ ⁊ ea deuorare ⁊ deglutire per satisfactionē: ⁊ sic recuperabit sanitatē moralē et ꝑfectionē. Vñ ipse debet dicere de istis serpentibꝰ .i. peccatis illud Amos.ix. Si absconditi fuerint in vertice carmeli/ inde scrutans auferam eos.
32 ¶ Lachryma cerui recollecta iuuat cardiacos .i. illos qui habent cor tremulosum: ꝭm Pliñ. Sic vere lachryma pro peccatis emissa iuuat peccatorē/ ⁊ tremorē cordis .i. stimulum conscentie et titubationem desperationis pacificat et
33 quietat. Esa.xvj. Inebriabo te lachryma mea. ¶ Cerui filios suos adhuc teneros occultāt. si autem latere noluerit/ ipsos pedū verbere ad latēdū castigāt: vt dicit Solinꝰ. Sic vere religiosi debent iuuenes suos in claustris abscondere et a mūdo abstrahere/ ⁊ ad hoc ipsos verbo vel verbere cōpellere et vrgere. Quod bene faciunt mendicantes/ qui paruulos filios diuitū quousqꝫ professi sint/ abscōdūt. Esa.
34 xvj. Absconde fugiētes: et vagos ne prodas. ¶ Ceruus vt dicit in libro de natura rerū/ ⁊ omne animal/ et etiā homo vermem habet sub lingua. Sic vere multi sunt qui sub lingua vermem videntur .i. pruritū ⁊ appetitum loquēdi habere/ et hoc quia vix possunt tacere: et semper appetunt loqui: cōtra illud Jaco.j. Sit omnis homo velox ad audien-
35 dum/ tardus autē ad loquendū. ¶ Ceruus delectatur ī sonitu et cantu fistularum: fugit tamen ⁊ timet latratū. Sic vere nos debemus sonū diuine laudis et bona bonoꝝ verba diligere: latratus autem canum .i. verba detractorum
36 fugere et horrere. ¶ Cerui audito canum latratu/ scdm vētum ambulant et fugiunt/ vt scilꝫ odor cum vento recedat/ ne sequētes canes ipsos possint inuenire. Sic ergo ⁊ tu nō curras contra ventum .i. contra flatum et inspirationē spiritussancti: sed potius ipsum sequere/ et scdm ipsum ordina vias tuas/ et sic canes inferni minus te poterunt inuenire. Vel dic ꝙ ventus est diabolica tentatio/ ante cuius ꝯspectum tu debes fugere/ te non sibi ꝓterue opponere/ vel de viribꝰ tuis presumere: ⁊ sic poteris canes inferi nō timere. Vel dic ꝙ ventus qui portat odorē infamie alioꝝ/ sunt mali relatores/ balliui et accusatores: qui scꝫ canibus .i. malis prelatis principibus et iudicibus portant infamias alioꝝ. Istos igit̃ debet hō fugere/ vel scdm vētū currere .i. volūtatem eorum facere/ vt odor sue infamie nō possit ad iudices peruenire. Matth.v. Esto ꝯsentiens aduersario tuo/ dum es in via cū eo/ ne aduersarius tradat te iudici ⁊c̄. Vel dic ꝙ vētus qui portat odorem virtutum nostrarū ad alios/ est fama vel inanis gloria/ quā scilicet debes fugere/ si tentationes et morsus canū .i. demonū et malorum volueris vi-
37 tare. ¶ Ceruus inueteratus haurit venenū/ quo calescens currit ad fontem: ibiqꝫ satiatus cornua mutat: ⁊ resumptis viribus iuuenescit: visum quoqꝫ senescētē resumit: vt dicit glo. sup cantica et sup psal.xlj. Sic si senectꝰ male cōsuetudinis te turbet/ ⁊ obscuritas ignorātie te cecet ⁊ pōdus. ⁊c̄.

Capitulum.xxvij. de cornu.

1 Cornu ꝭm Aristo. lib.iij. ca.ix. est de natura ossis sed osse mollius/ vngue ⁊ carne durius/ ⁊ oīa talia possunt mollificari ad ignē: vt dicit idē. Plinius etiam libro.xj. c.xxxvij. dicit ꝙ si cera calida cornibus infundatur/ ita mollificantur ꝙ incidi faciliter possunt/ ⁊ in diuersas partes torquētur: ita ꝙ animal quaterna vel sena cornua habere videbitur. Et est cornu talis coloris sicut solea/ scꝫ .s. colorē pilorū corporis animalis. Unde scdm colorē cornuū variat̃ color corij vel pilorum. Per cornua q̄ sunt corporis munimenta/ intelligo prelatos/ qui corpus ecclesie habēt protegere vel munire. Isti debent esse ossei per conscientie firmitatem: duri ꝑ rigorem et austeritatem: molliores tamen per pietatē et benignitatem q̄ꝫ ossa .i. q̄ꝫ mundi duri principes et tyranni: et duriores q̄ꝫ caro .i. rigidiores per correctionem/ fortiores ⁊ perfectiores/ q̄ꝫ pctōres fluidi ⁊ carnales/ vel q̄ꝫ sclares imperfecti et imbecilles. Michee.iiij. Cornu tuū ponā ferreū et vngues tuos ponā ereos. Quādo autē ista cornua .i. isti prelati nimis sunt duri per crudelitatem/ tūc artifex deus ponit eos in igne infirmitatis vel tribulatiōis/ vel adhibet cerā liquefacte contritionis/ vel ignē concupiscētie carnalis ⁊ cupiditatis: quia scilicet permittit eos cadere/ vt scꝫ per cōsiderationem fragilitatis proprie mollificent̃ ꝑ pietatem et benignitatem/ ⁊ discāt alijs misereri. et ista ratione ꝭm Grego. dimisit dñs cadere beatū Petrū: vt scilicet disceret per seipsum que sunt proximi sui. Eccli.xxxj. Intellige q̄ sunt ꝓximi tui ex teipso. Et sic quādo per sue cōsiderationis et vilitatis consideratiōnē fuerit bene resoluti/ melius in vsus ⁊ vtilitates hominū cōuertūtur. Secundū autem colorē cornuū .i. scdm honestatem virtutē ⁊ pulchritudinem prelatoꝝ/ color totius corporis eccl'ie variatur: qꝛ virtutes vel vitia prelatoꝝ faciliter ad alios deferunt̃. ideo Eccli.x. Scdm iudicē ciuitatis: sic et hi qui habitāt in ea. ⁊ Esa.xxiiij. ⁊ osee.iiij. Sicut ppl's: sic ⁊ sacerdos. ¶ Aliqui-
2 bus aīalibus dantur cornua ad sui defensionē: ⁊ ideo in capite ponuntur: vt ad resistendū promptius sint parata. Et sunt cornua vt cōmuniter rotunda ⁊ concaua: preter cerui et vnicornis/ que sunt solida et dura. Sic vere ad defensionem spūalem ab hostibus spūalibus .i. a demonibus ⁊ peccatis/ dedit deus homini cornua .i. grās ⁊ virtutes/ quibus mediantibus hostis diabolus per bona opera impugnat̃/ et anima ꝓtegitur ⁊ tuetur: ⁊ ideo homo debet habere ista cornua in capite/ hoc est dictu/ in principio ⁊ iuuentute: qꝛ ab ipsa iuuenili etate debet virtutibus premuniri. Danielis.vij. Habebat cornu insigne īter oculos. Ista tamē cornua dicūtur cōcaua: qꝛ scilicet virtutes nostre sunt concaue .i. fragiles atqꝫ casse/ et de facili deficiunt ⁊ franguntur. Hiere.xlviij. Abscissum est cornu Moab/ ⁊ brachium eius contritū est. Nisi forte fuerimus cerui vel vnicornes .i. viri facti/ stabiles ⁊ perfecti/ quorū virtutes sunt solide/ durabiles/ atqꝫ fortes. ¶ Aliqua aīalia abscōdūt cornua sua. Vñ
3 dicit Auicē. ꝙ cerꝰ est animal inuidū: quia quādo mutat cornua/ dextrū ita abscondit ꝙ vix inuenit̃/ ⁊ hoc ꝭm Auicen. ne exinde aliquis accipiat medicinā. Sic vere multi sunt qui bene habent aliqꝺ bonū/ nolunt tamen ipm alijs reuelare vel cōicare: sed celant ⁊ abscōdūt/ ne scilꝫ sua sciētia alijs sit medela. Hoc patet de multis doctoribus/ q̇ nolunt publicare opera sua: sicut de diuitibus/ qui diuitias suas non cōmunicant sed abscondūt/ quasi inuidentes saluti animarū/ ⁊ vtilitatibus aliorū. ¶ Cornua ꝭm Aristo.
4 lib.iij. c.ix. maiorem habent continuationē cū cute/ q̄ꝫ cum osse: quia quedam sunt aīalia que mouēt cornua sicut auriculas: sicut in terra que dicitur Phrygia: ꝭm Aristo. et Auicen. et talia habent eale et tauri indici. Vide in titulis suis. Charissimi per ossa interius intelligo animā/ que habet substantiā durabilem atqꝫ fortē: per cutē autem que est exteriꝰ/ intelligo carnē fluxibilem atqꝫ mobilē: per cornua autem q̄ de capite exeunt/ intelligo desideria ⁊ affectus/ q̄ de corde exeunt ⁊ emanāt. Dico igitur ꝙ cornua ⁊ affectiones cordis humani magis participant cū cute/ q̄ꝫ cū osse .i. magis naturaliter inclinant̃ ad carnē q̄ꝫ ad spiritum: ⁊ potissime in multis/ q̇ ita sūt fragiles ꝙ cornua sui capit̃ .i. desideria cordis sui cōtinue sunt in motu: qꝛ ꝑcordia fatui q̄si rota plaustri. Eccli.xxxiij. ¶ Scdm Arist. li.iij. c.ix. ⁊ Aui.
5 eadem est materia cornuū/ vnguiū/ dētium/ ⁊ solearum/ scꝫ fumus a corde resolutus: et hinc est ꝙ quāto animal est fortioris et calidioris nature interiꝰ: tāto plures fumi resoluūtur a corde: et sic habet fortiora ⁊ maiora/ dētes/ soleas/ cornua/ et vngues. Charissimi fumꝰ iste est mala cogitatio/ q̄ de corde exit: q̄ reuera causat ī hoīe multa vitia ⁊ peccata. Est enim materia ⁊ causa cornuum superbie et vanitatis: vnguiū seuitie et crudelitatis: dentium iactantie et detractionis: solearū (que terrā tāgunt) .i. auaritie ⁊ ambitionis/ plumarū vanitat̃ ⁊ elatiōis/ ⁊ pilorū inhoneste cōuersatio-

nis:quia breuiter quicq̄d est de malo exterius in apparen-
tia/venit ab interiori fumo.i.ab affectione ꝛ conſciētia.vn-
de Marci.vij. De corde exeunt furta/homicidia/adulte-
6 ria.ꝛc. ¶ Scdm Aristo.ibidē. Nullum animal habēs cul-
mos.i.dentes magnos/habet cornua:vt patet in elephāti-
bus ꝛ in apris. Sic pro certo illi qui habēt culmos.i.verba
que sunt dētes ſpūales/magnos per iactantiā et magnilo-
quium:tales dico carent cornibus/hoc est dictu/potestate
ꝛ virtute: qꝛ vbi verba sunt plurima:ibi frequenter egestas.
Prouerb.xiiij. Ut cōmuniter eñ illi qui plꝰ loquūtur/minꝰ
possunt. Uel dic q̄ illi qui habēt dētes acutos ꝛ magnos.i.
verba detractoria et pungitiua/carent cornibus virtutū et
gratiarum/que sunt anime munimēta ꝛ ornatꝰ. Uir enim
linguosus non dirigetur.

Capitulum.xxviij.de crocodilo.

1 Crocodilus ſm Iſidorū lib.xij. est aīal quadru
pes:a crocco colore dictū/in aquis et terris va-
lens:qꝛ de die in terra/de nocte aūt in aqua ha-
bitat ꝛ quiescit. Longitudinis est fere vigiti cu
bitorum/dentiū ꝛ vnguiū immanitate armatū:
cutem habet ita duram/q̄ de percuſſionibꝰ et ictibus lapi
dum nihil curat:oua in terra fouet:que masculus et femi-
na viciſſim fouēt/ſicut etiā dicit Pli.ꝛ Solinꝰ. Chariſſimi
istud potest exponi de mūdi auaris/vſurarijs et pctōribꝰ:
quia vere isti sunt hodie ruffi per malitiā/in aquis delicia-
rum de nocte per luxuriā/in terris diuitiarū de die per aua
ritiam cōmorātes:quia de die.i.in publico ꝛ in aperto cir-
cūeunt nūdinas/ꝛ mercantur:de nocte vero.i.in secreto et
occulto in actibus luxurie,delectantur. Aīa eoꝝ in abomi-
natiōibꝰ suis delectata est. Eſa.vltimo. Isti habent arma
dentiū.i.cautelarū ꝛ male loquacitatis:vnguiū.i.rapine et
crudelitatis. Patet in aduocatis ꝛ balliuis/qui verbis et
rapinis alios infestant. Item longitudinē habent magnā/
quātū ad suā reputationem:qꝛ scꝫ in longū ꝛ diu semꝑ cre-
dūt viuere et durare. Ibi fuit vir longiſſimus.ij.Regū.xxj.
Duram habent cutē.i.faciem ꝛ volūtatem ꝑ obstinationē/
intantū q̄ nō poſſunt molliri/ꝯuerti vel penetrari ꝑ predi-
cationē. Hiere.v. Indurauerūt facies suas supra petrā/et
noluerunt reuerti. In terra etiā nutriunt oua sua: quia scilꝫ
mundi peccatores in terra.i.in amore terrenoꝝ/ꝛ in bonis
tēporalibus nutriūt ꝛ educāt oua sua.i.filios ꝛ filias: ꝛ eos
exēplo suo docent esse vſurarios ꝛ auaros/ꝛ hoc tā mascu-
lus q̄ꝫ femina opantur:quia scilicet ꝛ vir et vxor summe ni-
tuntur q̄ filij sui ꝛ filie ad terrena lucra ꝛ opa doceanẜ. In
2 vmbra eiꝰ enutriuit catulos. Eſa.xxxiiij. ¶ Quidā pisces
habentes pinnā serratā/et cū ea vētris mollitiem secātes/
interimūt crocodilos/scilicet delphini:ſm Pli.lib.viij.ca.
xxv.quod etiam ſm Senecā in naturali.q̄st. Babillus pre
fectus egypti se semel in ostio Nili vidiſſe aſſerit/pugnam
scꝫ crocodiloꝝ ꝛ delphinoꝝ/et crocodilos victos et sectos
fugiſſe. Sic vere sancti qui habent pinnas serratas.i.ope-
ra penitētie aſpa/q̄bꝰ mollitiē ventris.i.actus luxurie ꝛ gu-
lositatis impugnāt/crocodilū.i.carnē interimūt ꝛ occidūt:
et per huiuſmodi spinas ꝛ pinnulas contra carnē preualēt
et triūphant. Eſa.lj. Nunq̄d non percuſſisti superbū/vulne
3 rasti draconē? ¶ Scdm Aristo.et Pli.li.viij.c.xxv. Nullū
animal ex tam paruo principio venit ad tantam magnitu-
dinē sicut crocodilus: quia ex ouo quasi anserino crescit in
longitudinē.xx.cubitorū. Per istum crocodilū ītelligo bal-
liuos/causidicos et vſurarios: quia vere vt cōmuniter ta-
les veniūt de paruo genere/hoc est dictu/de paupere ꝛ hu-
mili statu:tamen per suas exactiones/fraudes ꝛ rapinas/
ad maximā magnitudinē.i.ad magnū statum diuitiarum
et honorū crescunt. Istud patet ad sensum.ideo isti sunt fi-
gurati per granū sinapis/quod minus omnibus seminibꝰ
crescit in arborem magnam/ꝛ fit maius oībus oleribus/si-
cut dicitur Marci.iiij. Sic vere isti sunt sicut sinapis:qꝛ fa
ciūt rusticos flere ꝑ excoriatiōes/qui cū sint naturaliter mi
nimi.i.de viliſſima plebe/tamē crescūt ꝛ fiunt maiores cū-
ctis oleribus.i.cunctis vicinis circunstātibus/ita q̄ quan-
doq̄ꝫ sub vmbra eoꝝ.i.sub eminētia sui statꝰ habitāt aues.i.
nobiles vel potentes/inquātū scꝫ dominia ꝛ iuriſdictiones
4 acquirunt. Poſſeſſio eoꝝ creuit in terra. Iob.j. ¶ Crocodi
li habent quatuor pedes/et voce carēt/dentes habēt hor-
ribiles sicut pectē: culmos habent etiā sicut aper/vt dicit
idē. Sic vere peccatores habēt quattuor pedes.i.quadru-
plices affectiōes. Lingua etiā et voce laudis diuine carēt:
quia ꝓ certo nec deū laudāt/nec regratianẜ de beneficijs
sibi datis. Precepit abſcindi linguā eius.ij. Macha.vij.
Dentes eñ eorum.i.crudelitas ꝛ rapina cum quibꝰ deuo-
rant circūstātes/magni sunt ꝛ horribiles:quia vere horribi
le est videre crudelitatem talium ꝛ rapinas.ideo Dañ.vij.
Ecce inquit bestia quarta horribilis et mirabilis/dentes
5 habebat/et reliqua pedibus conculcabat. ¶ Scdm Plin.
Crocodilus multū comedit/et tandē incipit dormire: ꝛ cū
dormit/venit quedā auicula dicta ibi trochilos/i italia rex
auiū/que habet pēnas scindentes/que in ventrē eius illa-
bitur/et ipsum sicut telum perforat et corrodit. Aduerte tū
hic q̄ magister de ꝓprietatibus rerum non videtur Pliniū
intellexiſſe: qꝛ scꝫ Pli.ipse dicit q̄ illa auis scalpendo facit
crocodilū dormire:quod videns bestia dicta ichneumō in
ventrē eius illabitur/ꝛ ꝑforat ventrē eius:quod etiā Soli-
nus dicere cōprobatur. Sic vere in mūdo sunt aliqui q̄ vl-
tra mensurā volūt comedere ꝛ bibere. Uel isti multum co-
medunt:qꝛ vere multos cibos.i.multas diuitias accipiūt
et acquirunt:quia oēm escam manducabit venter. Eccli.
xxxvj. Uerūtamen qñ sūt bene saturati/ꝛ pleni diuitijs/of-
ficijs ꝛ ꝓbēdis:tūc dico icipiūt dormire ꝛ requiescere iuxta
fluuiū scꝫ deliciarū:quia tunc efficiūtur gulosi ꝛ luxuriosi:ꝛ
ad modū dormiētis nō cogitāt de futuris:et dū taliter de-
lectantur/auicula venit/scꝫ mors/que subito in fauces co-
rum illabitur/et eos deuorat et corrodit. Uel auicula.i.dia-
bolus/qui ipos per mortē corporalē interimit ꝛ eternā. Fi-
gura de iahele sicut.ca.de aspide. Tales eñ dum credunt
dormire ꝛ delectari in delicijs acquiſitis/subito moriūtur.
Qui cum habuerit qđ cupierat/poſſidere nō poterit. Iob
xx. Uel dic per alium modū q̄ scilicet vbi auis scalpēdo.i.
diabolus male suggerendo/vel adulator dulciter blādien-
do/diuitē in delicijs ꝛ vitijs dormire fecerit/venit ichneu-
mon.i.mors/que in ipm illabitur/ꝛ occidit. Iudi.iiij. So-
porē morti socians defecit ꝛc. ¶ Crocodilꝰ solus inter aīa-
lia maxillā superiorem mouet/inferiori immobili remanē-
te:ſm Isido.lib.xij. Sic vere multi a parte superiori.i.q̄tū
ad deū ꝛ celestia mouent maxillā.i.verba: qꝛ de deo et di-
uinis alte predicant et loquuntur:maxillā autē inferiorē.i.
bonā opationem hic inferius exercendo nō mouent: qꝛ scꝫ
ipsi habent verba/et non opera. Dicunt eñ ꝛ non faciunt.
Matthei.xxiij. ¶ Quando crocodilus satiatꝰ iacet iuxta
fluuiū nili/quedam auicula que dicitur latine rex auium/
grece autem ſm Pli.dicitur trochilos/ſm Soli.volat ante
os eius/quā aliquādiu a se repellēs/tandē fauces ipsi ape-
rit/que in os eius illapsa/eum primo dulciter et delectabi-
liter vnguibus scalpit/ita q̄ mox obdormit:et tunc auicu-
la ventrem eius ingreditur/et eum vt telum perforat ꝛ cor-
rodit:ventrē eñ habet mollē/et ideo de facili vulneratur.
Crocodilus est homo diues satiatus diuitijs et prebēdis:
fluuius egypti significat delicias huiꝰ mūdi/qui more egy-
pti ardore concupiſcentie est adustus. Auicula est diabolꝰ
vel peccatū. Quādo igitur crocodilꝰ diues iacet/quiescit
et delectatur iuxta fluuiū egypti.i.iuxta delicias ꝛ ꝓspera
huius mūdi:tunc auis ista/scꝫ peccatum ꝛ diabolꝰ volitat
ante eū per cogitationem/quā aliquādiu a se repellit:qꝛ scꝫ
statim non consentit peccato: sed tandem aperit ei os cor-
dis/scꝫ affectionem:ꝛ in deliberatiōe cogitat ꝛ delectatur:
et tunc ista auicula delectabiliter eū scalpit:quia scilꝫ dia-
bolus per falsas suggestiōes proponit ei delectabilia que
sunt in peccato/et statim miser crocodilꝰ homo obdormit
scilicet per consensum: ꝛ sic intrat auis diabolus in ventrē
eius.i.conscientiā/per mali operis complementū/ita q̄ eū
finaliter perpetuo deuorat ꝛ corrodit: quia etiam in dāna-
tis remanet corrosio ꝛ remorsus cōsciētie. Quia eñ homo
habet mollē ventrē.i.mollē et tenerā voluntatem/ꝛ fragilē
ad resistendum:ideo de facili moritur per peccatū. Figurā
pone de sisare et iahele et lacte: vt supra de aspide:qꝛ dum
miser peccator dormit/delectatur et quietatur in peccato:
tempaliter ꝛ eternaliter laniaẜ. Cū eñ dixerint homines/
pax ꝛ securitas/tūc repētinus eis superueniet interitꝰ/ꝛ erit
dolor quasi in vtero habētis.j.ad Theſſa.v. Uel dic q̄ cro-

codilus est princeps: auis est adulator/ qui scilicet suauiter
scalpit ⁊ loquitur/ vt in ventrē.i.hospitium eius introduca
tur: vbi tandē introductus oīa intestina.i.omnē possessionē
rodit/ surripit ⁊ furaꝛ: ⁊ sic fit ꝙ isti diuites exeunt: ipsi vero
principes corrosi ⁊ depauperati remanēt ⁊ succūbunt. Uel
sivis dic ꝙ intestina familiā interiorē significant/ quam scꝫ
tales solent infestando corrodere/ quando se vident in do-
mo vel in curia ingressos/ ⁊ pacifice introductos fuisse. fiūt
eñ accusatores ⁊ detractores: et sic fiunt domꝰ totius tur-
batores. Uel dic de ambitiosis: qui primo vētrē ecclesie.i.
bñficiū ⁊ officiū blāde ⁊ adulatorie ītrāt: ⁊ scalpēdo supiorē
gradū in ecclesia obtinēt: quo cū se receptos ⁊ introductos
viderint/ statim totum ventrē.i.totum collegiū tribulant ⁊
conturbant: ipsumqꝫ receptorē suū.i.ipsum promotorē quē
primo dormire fecerant/ exasperant aliquotiens ⁊ molestāt.
Unde Prouer.xxiij. Ingreditur blande/ nouissime autem
mordebit vt coluber/ ⁊ tāqꝫ regulus venena diffundet. Uel
per crocodilū intelligo infernū/ qui satiatus fuit ⁊ repletus
multis cibis.i.sanctis patribus ⁊ prophetis/ quos a princi
pio mundi vorauerat: quia dilatauit infernus aīam suam:
et aperuit os suū absqꝫ termino/ ⁊ descendent fortes et sub-
limes gloriosiqꝫ ad eum. Esa.v. Sed pro certo rex auiū.i.
angelorum/ scilicet christus/ in ipsum fuit illapsus post paf
sionem/ et ipsum perforauit/ ⁊ dirupit intestina eius: qꝛ scꝫ
sanctos patres extraxit de eius vtero/ scilicet de limbo/ vel
de purgatorio: ⁊ ibi reliquit aperturā ⁊ fracturam.i.introitū
ad purgatoriū ⁊ egressum.ideo Osee.xiij. Ero mors tua o
8 mors/ morsus tuus ero inferne. ¶ Scđm Pli. ⁊ Solinū ista
belua persequitur fugientes: fugax tamē est ꝯtra insequē-
tes. In hyeme absconditur: in vere apparet. ⁊ ꝗꝫdiu viuit/
semp crescit. in aqua positꝰ oculos habet hebetes: in terra
autem acute videt scđm eosdē. Recte talis est diabolus: qꝛ
vere illos qui eum fugiūt et declināt/ eius scilicet potentiā
timentes magis persequitur: illos tamē qui ei resistūt sibi
non consentiēdo: fugit: quia sicut dicitꝛ Jaco.iiij. Resistite
diabolo: ⁊ fugiet a vobis. Iste in hyeme.i.in tēpore tribula-
tionis latet/ scꝫ a tentationibus cessando: quia bene scit ꝙ
nihil faceret. Sed in vere.i.in tempore ꝓsperitatis/ tūc ap-
paret: scꝫ tentando de luxuria/ gula ⁊c̄. Et hic ꝗꝫdiu viuit.i.
vsqꝫ ad diem iudicij semp crescit: quia scꝫ corpꝰ mysticū.i.
9 collegiū reproborū vsqꝫ ad diē iudicij augmentatꝛ. ¶ Cro-
codilꝰ in vere apparet/ ⁊ in hyeme nō videtur/ ⁊ scđm Pli.
in hyeme semp ieiunat. Per crocodilū intelligo hoīes di-
uites et mūdanos/ qui ī vere.i.in tēpore ꝓsperitatis appa-
rent ⁊ videntꝛ esse amici/ promittentes magna ⁊ mirabilia.
Sed vere quādo venit hyems.i.tēpus tribulatiōis et pau-
pertatis/ tunc pro certo non inueniūtur: quia falsi amici et
mūdani apparent ⁊ blandiūtur hominibus in eoꝝ prospe-
ritate/ et fugiunt in aduersitate. ideo Eccli.vj. Est amicus
scđm tempus/ et non permanebit in tempore aduersitatis.
Uel dic ꝙ diuites ī vere presentis vite apparent: in hyeme
10 vero futura mortis non videbūtꝛ: qꝛ tunc in inferno latebūt
vbi perpetuo ieiunabūt. ¶ Crocodilus ꝗꝫdiu viuit/ semp
crescit ꝭm Pliñ. Non eñ habet limitatū augmentū. ⁊ iste
in aquis habet visum hebetatū/ in terra autē acute videt.
Sic vere isti mundani vsurarij et auari ꝗꝫdiu viuūt/ semp
crescunt/ scꝫ ꝗꝫtum ad diuitias ⁊ honores/ que semp eis ad
dūtur. Nō eñ ponūt terminū/ finem / vel limitē in diuitijs
⁊ in statu suo: quia semp vellēt magis ac magis vsqꝫ in in-
finitū crescere. In aqua autē.i.in bonis spiritualibus parū
vident per discretionem: sed in terra.i.in diuitijs acute vi-
dent per mundanā sapientiam et considerationē: quia filij
huius seculi sapientiores filijs lucis. Luce.xvj. Uel in vita
presenti sunt videntes et sapientes/ vt patet in causidicis:
quando autem in aqua erunt.i.in miseria infernali/ tūc ob-
scurabitur per ignorantiā intellectus sui claritas. Mor-
tui eñ nihil nouerūt amplius. Ecclis.ix. Uel pone ꝙ boni
semp debēt crescre ꝗꝫdiu viuūt: scđm.s.ꝓcessum ⁊ cumulū
meritorū. Fons paruꝰ creuit ī fluuiū magnū. Hester.x. Uel
pone etiā ꝙ mali semp crescūt in malitia: quia mali hoīes
proficiunt in peius.ij. Timo.iij. Uel pone si vis ꝙ croco-
dilus in aqua obscure videt/ in terra clare: quia scilꝫ illi qui
sunt in aqua.i.in delicijs/ non clare vident per discretionē:
sed quando sunt in terra.i.in asperitate et penitentia/ tunc

bene vident clare/ quid fugiendum scꝫ et agendū: quia ꝭm
Grego. Aduersitas oculos aperit/ quos prosperitas clau-
dit. ¶ Crocodilus fugit insequentes: ⁊ persequitur fugien- 11
tes ꝭm Pli. Senecā ⁊ Soli. Sic vere mundus fugit inse-
quentes/ scilicet diuites fieri cupiētes: quia si sequutꝰ fue-
ris/ non apprehendes. Eccli.xj. Fugientes autem eū ⁊ cō-
tēnētes insequitur/ eis dignitates offerendo ⁊ officia. Pre-
occupat enim querentes se. Sapien.vj. Hucusqꝫ Plinius.
12 ¶ Scđm Phisologū Crocodilus si iuxta fluuiū inuenerit
hoīem/ occidit eū si potest: cū occiderit: plorat ipm/ ⁊ finali-
ter ipm deuorat post ploratum. Si vsurarij et causidici qui
per cautelas ⁊ malitias pugnant ꝯtra hoīes.i.contra pau-
peres iuxta fluuiū mundi huiꝰ: qñ preualent ꝯtra eos/ scꝫ ꝑ
fallacias ⁊ verba sua/ tūc occidūt eos scꝫ ligādo et inuoluē-
do eos ī suis ꝯtractibꝰ: ⁊ tunc plorāt ꝑ fictā ꝯpassionē: vt.s.
eos magis extrahāt ⁊ īuoluāt. Sed ꝓ certo finalitꝛ eos de-
uorant per exheredationē. Figura de ismaele Hierꝰ.xlj. qui
egressus in occursum virorū / incedens et plorans ibat/ et
duxit eos in ciuitatem/ et occidit eos. Sic vere tales vidē-
tur esse flentes per cōpassionē/ sed per ficta verba sua occi-
dunt et exheredant ⁊ defraudant. Est enim qui nequiter se
humiliat. Eccli.xix. Uel pone ꝙ crocodilus est populꝰ iu-
deorum: qui occidit hominem.i.christū/ sꝫ in fine temporū
flebit eum per contritionē/ et vorabit ipm ⁊ sibi incorpora-
bit ꝑ sue fidei susceptionē: qꝛ in fine iudei salui fiēt: sicut di-
citꝛ Leui.xxvj. Deute.xxx. Eze.xvj. Esa.x. et xj. ꝑ totū: ⁊ ꝭm
Apostolū ad Roñ.xj. Cum subintrauerit plenitudo gen-
tium/ tūc omnis israel saluus fiet. Uel crocodilus est dia-
bolus/ qui in fine habebit luere de hoc ꝙ homines deuo-
rat et seducit. Uel dic ꝙ quando homo occidit animā suā
per peccatū/ debet eam lugere per contritionem/ et deuora
re et sibi incorporare per peccatoꝝ iugē recordationē. De-
uora librū: et amaricabitur venter tuus. Apoca.x. ¶ Dicit 13
idem Phisologus ꝙ de fimo crocodili fit vnguentum quo
mulierū senum facies sophisticatur/ vt ad tēpus iuuenes ⁊
pulchre videantur/ et eaꝝ rugositas pallietur. Crocodilus
est diabolus/ qui fimū suū.i. hypocrisim ⁊ fictionē emittit:
et ideo mulieres rugose ⁊ senes/ hoc est dictu / persone fra-
giles et viles in peccatis ⁊ vitijs antiquate/ isto fimo.i.hy-
pocrisi et fictione illinūt vultus suos.i.apparentiā exterio-
rem/ ita ꝙ propter pulchritudinē morū et cōuersatiōis ipse
videntur esse iuuenes.i.fortes ad bona opa exequenda: sed
hoc est tantū vsqꝫ ad tempus: quia vere fictio hypocrita-
rum de facili percipitur/ ⁊ eorū rugositas declaratur. Gau
dium enim hypocrite ad instar puncti. Job.xx. quia scđm
Senecā: Nihil qđ simulatū ⁊ fictū est: potest esse diuturnū.
¶ Dicit idem Phisologus ꝙ entydros in herbis q̄s croco 14
dilus comedit: se inuoluit. ⁊c̄. Uide de fluuio Nili.c. de flu-
mine/ vel de egypto. Entydros est quidam serpēs/ qui duo
bus modis intrat in crocodilū: scilꝫ īuoluendo se in herbis
quas crocodilꝰ comedit: ꝭm Phisologū. vel in luto/ ⁊ ꝑ den
tes collabēdo/ ꝭm Isido.lib.xij. Et forte iste est ichneumō
de quo dicunt Pliñ. ⁊ Solinus ꝙ tunc in ventrē crocodili
illabitur/ quādo ipm dormire per scalptionē auicule videt.
Sic vere duobus modis intrat diabolus cor humanū/ scꝫ
cū herbis quas hō comedit.i. cū diuitijs ꝑ pctm̄ auaritie.
Item cum luto.i.cū carnis delicijs per luxuriā: et sic occi-
dit hominē quē subintrat ⁊c̄. Uide de nilo. ¶ Scđm Pli. 15
et Soli. crocodilus quādo videt vermibus ventrē suū ple-
num/ et exinde infirmatur/ aperit os quibusdā auiculis q̄
in nili littoribus habitant/ que in tempore estiuo subintrāt
eius ventrem/ et vermes ibi existentes comedunt: et sic a
vermibus belua liberatur. Iste crocodilus magnus/ horri
bilis ⁊ crudelis significat crudeles tyrānos ⁊ ꝑncipes huiꝰ
mundi: qui ꝓpter mala sua opera multos habēt vermes.i.
multos remorsus in conscientia. Per istas auiculas intel-
ligo adulatores et histriones/ qui in flumine mūdi huiꝰ in
estiuo tempore.i.in tempore prosperitatis volitāt ⁊ discur-
runt. Quādo igitur crocodilus.i.princeps et tyrānus vult
extrahere vermes ⁊ remorsus de ventre conscientie/ scꝫ qñ
vult ꝙ conscientia sua nō remordeat eū/ tunc vere admit-
tit ⁊ alloquitur auiculas istas/ scilꝫ histriōes ⁊ adulatores/
qui cū rostris suis.i.cū ꝟbis adulatorijs extrahūt vermes
de ꝯscientia eius: qꝛ eiꝰ actꝰ iustificāt/ ⁊ sic faciunt ꝙ prin-

cipes non faciant conscientiā in illis de quibus primitus faciebāt: quia breuiter principes hodie largas habent cōscietias/ ppter verba adulatorū/ qui sunt iuxta ipsos. Esa. xxx. Loquimini nobis placentia ⁊c. Ideo Esa. ix. Erunt q̄ beatificāt/ seducentes: ⁊ qui btificant/ precipitati. Uel dic q̄ nos debemus aperire os per cōfessionē sacerdotib⁹ auribus christi/ vt inde extrahant vermes conscientie/ scilz peccata. 16 ¶ Crocodilus, fm Solinū nō habet linguā ad vociferādū: sed habet linguā modicā/ sicut pisces/ scz tantūmodo ad gustandū. Sic pro certo multi sunt qui non habēt linguam ad vociferandū per dei laudem et gratiarum actionem: sed bene habent linguā ad gustandū ⁊ ad comedēdū per gulam ⁊ carnalē delectationē. Adherere faciā liguam 17 tuā palato tuo: ⁊ eris mut⁹. Eze. iij. ¶ Crocodilus fm Solinū in aqua habitans retinet radios solis/ ⁊ agitat se: ⁊ sic fit aqua calida. Sic diabolus qui in aquis. i. in viris deliciosis habitat ⁊c. non intelligo quid est hoc dictu: ideo non 18 exposui. Job. xlj. Sub ipso erunt radij solis. ¶ Crocodil⁹ scdm Pli. ⁊ Solinū ibi/ facit nidū suū circa nilū/ et ibi oua sua parit/ vbi quodā nature presagio cognoscit nilū anno illo nullatenus ascensurū: ⁊ sic vt ait Plin. vbi supra/ nidus crocodili p̄sagiū est vsq̄ ad quem locū sit ascēsurus nilus anno illo. Sic vere viri iusti ⁊ sancti nūq̄ stabiliuerūt sibi mā sionem aut nidū in loco vel statu vbi aque fluxibilis pspe ritatis mūdane attingere potuissent. Qua em̄ affectuum suorū nunq̄ posuerūt/ nisi in statu penitentie/ vbi fluui⁹ pro 19 speritatis fluxibilis nō attingit. ¶ Sicut ponitur in lib. de natura rerum/ crocodil⁹ etiā corde sublato aliquādiu viuit: qd in animalibus q̄ a corde vitā habent/ rarissimum inuenitur. Sic vere si cor. i. propriam voluntatem amiserimus/ vitam gratie propter hoc nullatenus amittemus. Uel dic q̄ mali qui cor suū perdiderunt/ inquātū ipm per mūdi volutabra distraxerūt/ nihilomin⁹ viuunt/ vita scz temporali. psal. Cor meū dereliquit me. Uel dic q̄ cor significat constantiā ⁊c. sicut supra. Uide in tractatu de piscibus: vbi inuenies alia. Etiā vide in titulo de ouis. ca. vltimo: vbi similiter inuenies quedam dicta/ scz infra lib. xiij. ca. v.

Capitulum. xxix. de colubro.

1 Coluber dicitur quasi colens vmbras/ vel quasi collabens: quia labitur dum mouetur/ vt ait papias. Coluber rutam odit/ pellem deponit/ lac diligentissime bibit/ carnes fugit/ muscas comedit/ puluerem lingit. Tales recte sunt peccatores mundi: q2 vmbras. i. loca obscura diligunt ⁊ frequentant: quia vsurarius falsum contractum/ luxuriosus carnis actum in tenebris operātur. i. in locis secretis: quia qui male agit/ odit lucē. Joan. iij. Isti etiam collabūtur p diuersa vitia ⁊ pctā: rutā. i. pniam amarā odiūt: pellē. i. bonā cōuersationem deponunt: lac. i. mundi delicias diligētissime bibunt: et carnes. i. voluptates carnales: muscas ⁊ puluerē. i. mundi bona ⁊ diuitias nihil valentia fugunt/ lingunt/ dili- 2 gūt ⁊ sectant. psal. Inimici ei⁹ terrā lingēt. ¶ Coluber ceruū fugit: leonē interimit: arbores ⁊ cauernas inhītat: rutā odit: lac etiā diligentissime bibit. Sic diabol⁹ ceruos. i. simplices ⁊ perfectos cornua virtutū deferentes/ ⁊ cursum bonorum operū exercētes/ odit ⁊ fugit. Sed vere leones. i. superbos ⁊ crudeles īterimit ⁊ occidit: arbores ⁊ cauernas. i. homines concauos p fraudem et malitiā inhabitat: rutā. i. homines amaros p contritionē odit: lac aūt. i. hoies deliciosos bibit/ fugit et attrahit in infernum. Mel et lac sub 3 lingua tua. Can. iiij. ¶ Pinguedo colubri aquatici valet contra morsum crocodili: et si quis secum habuerit fel colubri/ a crocodilo non ledetur/ contra ipm belua nil audente. Iste coluber est christus/ qui in aqua deuotiōis vel etiā tribulationis fuit nutritus. pinguedo eius est pietas ⁊ dulcedo: fel autē est eius austeritas seu rigor. Pinguedo igit colubri aquatici. i. pietas iesu christi valet contra morsum crocodili. i. contra tentationem diaboli: quia per christi pietatem a tētationū ⁊ vitiorū morsibus liberamur: quia pietas ad omnia valet. j. ad Timo. iiij. Si autē fel eius. i. suū rigorem ⁊ austeritatē nobiscū habuerimus per suorū iudiciorū iugem consideratione/ tunc a crocodilo diabolo per peccata et vitia non ledemur: quia sic per dei timorem qui exinde concipietur/ vitia declinabimus et peccata. Bene ergo cōsulitur Threno. iij. Memor esto paupertatis mee: absynthij ⁊ fellis. Uel per pinguedinem intellige sanguinem christi/ et per eius fel intellige fel quod in cruce potauit: que oīa sunt cōtra peccata medicine. Figura de serpēte eneo suspenso ⁊c. Nūeri. xxj. Applica de christi passiōe.

Damula. vide supra de caprea: quod idē est.

Dipsas. vide supra. c. de aspide ⁊ angue.

Capitulū. xxx. de dromedario genere cameli. 1

Dromedari⁹ est quoddā gen⁹ cameli: fm Isid. li. xij. Minoris tn̄ est stature q̄ camel⁹: lōge autem velocioris motus ⁊ cursus. Unde dromos grece idem est qd cursus velox latine: centū em̄ miliaria pgit vna die in madia ⁊ effa: q̄ sunt regiōes trans arabiā/ vbi abundāt. Et castrātur in iuuentute/ vt velociores ad cursum fiant/ et ne propter feminarū ardorē a cursu sui itineris retardentur. Sic vere duo sunt genera camelorum. i. hominū/ scz cameli cōmunes. i. seculares: ⁊ dromedarij. i. religiosi. Et isti sunt vel debēt esse minores alijs p humilitatem/ velocioris cursus per bonoꝝ operum multiplicitatem: ⁊ ideo in iuuentute debent castrari per votum castitatis/ ne scz pre ardore feminarū moueantur per luxuriā/ et a cursu bonorū operū retardentur: ⁊ vt sicut castrati et castificati cursum bonoꝝ operū exequantur. Cursor le- 2 uis explicās vias ⁊c. Hier. ij. ¶ Dromedari⁹ est aial leue/ velox ⁊ mobile supra modū: sed huiusmodi velocitatis plures sūt cause fm Pli. Una est latitudo passus/ quia tibias habet lōgas. Alia est dispositio membrorum/ quia tibias habēt graciles ⁊ neruosas. Alia est parcitas victus/ quia parci sunt cibi: q2 feno vel cortice vel dactyloꝝ ossib⁹ post longissimos terre circuitus sunt contēti: ⁊ sic q2 nō impinguant/ sūt leues ad motū ⁊ cursū. Alia ē magnitudo caloris: q2 cū sit aial calidissimū natura: ideo calor ꝯsumit i eo ventositatem et pinguedinē: et non sinit eos mole carnea onerari. Alia est quia castrantur in iuuentute: et sic ppter libidinis absentiā min⁹ impediūtur a cursu. Sic vere charissimi sancti et perfecti viri fuerunt ⁊ sunt veloces ad cursum bonoꝝ operum exercendū: et nos similiter debemus esse: sed ad hoc debēt concurrere plures cause. Prima est latitudo passus. i. amoris: q2 vere tibias. i. affectus longos debemus habere/ vt scz nō tātū tangam⁹ p dilectionē illa q̄ sunt pp̄e nos/ scz parentes et amicos: immo etiam illa que sunt longe/ scz inimicos: et etiā non tantū illa q̄ tāgunt tpalia/ sed etiam celestia. Attingit a fine vsq̄ ad finē. Sapien. viij. Usq̄ ad celos attingebat stans in terra. Sapiē. xviij. Secunda causa est mēbrorū habitudo: q2 vere crura nostra. i. affectiones debent esse graciles p humilitatem/ et neruose per sensum cōpassionis ⁊ per pietatem. Itē parcitas victus: quia vere nos nō debemus querere delicias in deserto mundi huius: sed post circuitus ⁊ labores penitētie debemus comedere cibaria sacre doctrine/ scilicet corticem sensus historialis/ fenum sensus moralis/ ⁊ ossa dactylorum. i. sensus mysticos ⁊ spūales: quia qui bene vult currere et laborare p penitētiā/ nō debet impinguari delicijs/ sed scientijs. ideo. ij. Timo. iiij. Ministeriū tuū imple/ sobrius esto. Alia causa est calor. i. feruor charitatis: q2 si fuerimus feruentes per charitatē/ tunc cōsumetur ventositas superbie/ ⁊ superflua pinguedo gule ⁊ luxurie: ⁊ sic ponderositas auaritie nō impediet cursum nostrū. Alia aūt ratio est castratura. i. emissio voti castitatis: q2 breuiter loquēdo si fuerimus castrati per castitatē/ erimus feruētes p charitatem/ parci per cibi abstinētiā/ lati passus p amicitiam: ⁊ neruosi fuerim⁹ p deuotionē ⁊ cōpassionē/ tunc laborē nostrū ꝯtinuabim⁹ p perseuerātiā et durationē. ij. Timo. iiij. Bonū certamen certaui/ cursum ꝯsummaui/ fidē seruaui.

Capitulum. xxxj. de dracone.

1 Draco scdm Isido. libro. xij. rex et maximus est serpentum. Hic in ethiopia in ipsis incendijs iugis estus habitat: de cauernis suis aliquādo exit/ et in aerem fertur/ ⁊ aer propter eius impetum excitatur/ et mare propter eius venenū intumescit. Dētes habet magnos ⁊ serratos: morsu ⁊ ictu interficit/ quia cauda sua durissime pcutit atq̄ ligat. Unde nec ab illo est tutus elephas corporis magnitudine: quia

semitas obsidet per quas elephas ambulat/⁊ ligando pedes eius cum cauda sua:ipsum compellit cadere: sed hoc non impune facit:quia dum detrahit elephantem/sup eũ elephas cadit/et suo pondere ipsum necat. Recte talis est diabolus:qꝛ in ethiopia.i.in inferno vbi sunt incẽdia iugis estus/habitat ⁊ moraꝉ. Sed pro certo de cauernis illis aliquãdo exit/ scilicet ad bonos tentãdos: et ideo in aere et in mari.i.in ecclesia et in mũdo sicut leo circuit et discurrit:et ibi tempestatẽ superbie/⁊ feruorẽ iracũdie/ luxurie et auaritie introducit. Job.xlj. Feruescere faciet quasi ollam pro fundũ maris. Et iste ꝓ certo elephantem fortissimũ.i.ipos sanctos ⁊ perfectos iuadere presumit:sicut patuit de Dauid/Sansone/⁊ Salomone. Uiri eñ sancti ⁊ ꝑfecti ab eo non sunt tuti:quia semitas religionis et penitentie et perfectionis circuit/et eorum pedes.i.affectiones inuoluit/scꝫ per malas suggestiones : et sic ad terrã.i.ad amorẽ temporalũ eos detrahit:⁊ a statu perfectionis eos cadere facit:⁊ sic per peccata mortalia eos occidit. Sed hoc nõ impune: quia dum eos tentat/seipsum occidit: quia scilicet de hoc finaliter acerbiter punieꝉ. Esaie.lj. Percussisti supbũ/ vulnerasti draconem. Uel dic ꝙ draco est caro ⁊c̃. sicut supra.

2 ¶ Draco ꝭm Pliñ.lib.viij.ca.xiij.cũ sit maxime magnitudinis/tamẽ per flumina ⁊ mare velificat/ et transfretat ad pabula meliora. Isti etiã aliquãdo decẽ vel vndeci ꝑ caudas se mutuo complectũtur/vt sic tutiꝰ ꝑ mare circũeant ⁊ transnatent. Sunt autẽ dracones ꝭm Isido. cristati quibusdã fistulis/quibus ventũ attrahũt. Linguã habent venenosam: et ideo morsu et ictu vulnerant quos inuadunt. Tales sunt recte vsurarij et auari et balliui/et generaliter omnes mali:quia isti ad modũ draconis sunt sitibundi ꝑ auaritiã:cristati seu mitrati per dignitates ⁊ eminentiã:qꝛ scilꝫ multi mali occupant hodie mitras.i.officia ⁊ dignitates. Tolle cydari/ ⁊ pone coronã. Eze.xxj. Et sic attrahunt ventũ.s.vane laudis ꝑ supbiã. Hierꝰ.xiiij. Attraxerũt ventũ quasi dracones. Isti habẽt linguã venenosam:qꝛ vere eoꝝ lingua et verba per palliationes ⁊ blanditias inuenenant pauperes ⁊ defraudãt:qꝛ eis multa promittunt/vt eos attrahant ad cõtractus:sicut patet in aduocatis/quoꝝ ligue alijs sunt venena: ⁊ ideo morsu suggestiõis ⁊ ictu inuasionis pauperes ab eis infestanꝉ.psal. Uenenũ aspidũ sub labijs eoꝝ. Isti etiã per caudas mutuo se cõiungunt:qꝛ vere tales peruersi hodie sunt coniuncti/cõfederati et cõglobati:quia vnus alium sustinet/et tuetur. Istud patet in causidicis ⁊ balliuis/qui videntur omnes esse vnũ/⁊ in vnum ꝑ malam societatem et cõcordiam contra oẽs alios sunt cõiuncti. Congregati sunt/conuenerunt in vnum. Ideo Job xlj. Una vni coniũgitur. Et ad hoc isti auari ⁊ tyranni sunt coniuncti/vt sic per mare diuitiarũ/et per fluuiũ deliciarũ transeant ad pabula meliora.i.ad bona temporalia et beneficia ⁊ officia pinguiora. Unde videnꝉ dicere illud Prouer.j. Marsupiũ sit vnũ omnium nostrũ.ideo de tali cõnexione maloꝝ possunt dicere pauperes. Cõgregate sunt aduersum nos gẽtes/vt auferãt nos. Uel pone de demonibꝰ qui in mari huius mũdi contra bonos inuicem sunt cõiuncti.

3 ¶ Scd̃m Pli.ibidem/inter elephantẽ et draconẽ ꝑpetua est dimicatio. Nam draco cum cauda sua ligat pedes elephantis/et facit eum cadere/et occidit. Sic vere inter dracones sitibũdos/superbos scilꝫ et auaros/ vsurarios et aduocatos/et elephantẽ hirsutũ ⁊ villosum.i.diuites agricolas qui habent magnũ vellus diuitiarum/ est perpetua pugna:nam istos per falsitates suas et per fraudes ⁊ cautelas in suis malis contractibus alligant et inuoluũt: ⁊ sic eos ad terram.i.ad paupertatẽ deprimũt/ detrahũt et deducunt. Nã cũ cauda malitiose calliditatis tales inuoluũt pauperes vicinos. Sed sicut draco interficiꝉ ꝓpter casum elephantis:sic propter casum et depressionem pauperum pereunt spiritualiter oppressores. Allega vt supra. Figura Apoca.xij.vbi draco insidiabatur mulieri in partu eiꝰ ⁊c̃.

4 ¶ Causa quare draco inuadit elephantem/est ꝭm Pliñ.⁊ Isido.quia draco habet maximũ calorem innatũ: et ideo cũ sanguis elephãtis sit frigidus/cupit draco eũ bibere ad ardorem suũ temperandum:et ideo contra eũ pugnat. Uñ dicit Pli.lib.eodem ca.xij.ꝙ aliquando draco ascendit super magnam arborẽ/et subito salit super elephantẽ/ ⁊ ipm mordet/ ⁊ sanguinem eius sugit:et sic debilitatus elephas propter defectum sanguinis cadit/⁊ draconẽ sub se opprimit:et sic dum a dracone occiditur/suum interficit occisorem. Per draconem qui scd̃m Isidoꝝ est maximus serpẽtum:intelligo prelatos:per elephantem autem qḋ est aĩal simplex et benignum/intelligo subditos eorũdem.sed vere inter istos est perpetua pugna:quia dracones.i. superiores per rapinas et exactiones pugnant contra subditos/ ⁊ elephantes.i. subditi pugnant similiter contra eos murmurando/conquerendo/et maledicendo. Manasses vorabit effraim:⁊ effraim manassen. Esa.ix.et Esa.xix. Concurrere faciam egyptios aduersus egyptios. Scd̃z eñ Senecam Ista duo simul deus posuit/odiũ et regnum. Sed ꝓ certo causa quare isti dracones impetũt elephantẽ/est: qꝛ cũ ipi sint feruẽtissimi per auaritiam et crudelitatẽ:ideo sanguinem elephantis.i.substantias temporales pauperũ subditorum cupiunt.ideo Numeri.xxiij. Non accubabit leo donec rapuerit predã/⁊ occisoꝝ sanguinẽ bibat. Et ideo quãdo isti dracones sunt in aliqua arbore alta.i.in eminẽtia dignitatis/officio et iudicatura vel prelatione/tunc insiliunt in elephantem.i.in subditos/mordent eos crudeliter impetendo/⁊ sugunt sanguinem eorum.i.substantiam temporalem/que data est eis ad subsidium vite et necessitatis/scilꝫ per exactiones ⁊ rapinas/emendas et vexationes:⁊ sic debilitantur per paupertatẽ/⁊ cadunt/scilicet a statu suo vsqꝫ ad terram.i.ad status vilitatem/et moriũtur per fame ⁊ honoris perditionem. Esaie.iij. Populum meum exactores sui spoliauerunt.et Esa.lix. Qui recessit a malo / prede patuit. Uerũtamen dũ isti dracones subditos suos opprimũt depauperãdo et excoriando/ ipsi similiter opprimũtur etiã temporaliter : quia non possunt esse diuites / si subditi sint pauperes: ⁊ spiritualiter:quia exinde perdũt gratias ⁊ virtutes:et eternaliter:quia exinde mortem accipiunt sempiternam.ideo Eze.xxv. Interficiam interfectores tuos.et Hiere.xxx. Omnes predatores tuos dabo in predam. Et sicut draco habitat in fluminibꝰ/⁊ ab ethiopibꝰ mãducaꝉ: sic isti in fluuio diuitiaꝝ ⁊ deliciarũ habitãt/et a demonibꝰ comedentur. Et ideo tales dracones bene fuerunt figurati Eze.xxxviij.vbi diciꝉ. Draco inqt magne ꝙ̃ cubas in medio fluminum/ecce ego ponã frenũ in maxillis tuis:et adherere faciã oẽs pisces tuos squamis tuis/et extrahã te de fluminibus tuis/⁊ proijciam te in desertum bestijs terre/⁊ auibus celi/et dabo te ad deuorandum / ⁊ pisces tuos qui tecum sunt. Sic vere isti qui in fluminibus deliciarũ habitant/et pisces eorũ.i.balliui ⁊ officiales in desertum inferni ꝓijcienꝉ: ⁊ a bestijs ⁊ auibꝰ.i.demonibꝰ vorabũtur.vide de nilo vbi ponitur hec figura. Uel dic ꝙ causa quare demon impetit hominẽ/est vt auferat sibi sanguinem.i.deuotionem et cõpassionẽ christi. Uel dic ꝙ draco qui occidens elephantẽ occidit seipsum/est demon:qui dũ occidit.i. occidi procurauit elephantem.i.christum/et eius sanguinem extrahi per passionẽ/ab eo cadẽte per mortem fuit oppressus:quia christus mortuus draconẽ diabolũ interfecit. Figura.j.Macha.vj.vbi Eleazar occidens elephantem vbi erat rex/casu eiꝰ occisus est. Sic demon occidendo humanitatem vbi erat rex.i.filius dei/ occisus est introrsus casu eius ⁊c̃.⁊ de hoc Eccli.xxvij. Faciẽti nequissimum cõsiliũ super eum deuoluetur/et nesciet vnde adueniet ei. Tales etiam fuerunt iudei/qui dum christum fecerunt cadere ꝑ mortem ne regnum perderent/exinde fuerũt perditi et destructi. Ideo de lapide reprobato dicitur Matth.xxj. Super quẽ vero ceciderit/cõteret eũ.

5 ¶ Scd̃m Hiero. in glo. Hiere.xiiij. Draco propter maximum calorem est animal sitibũdum/intantũ ꝙ vix potest aqua satiari:et ideo aperit os vento/vt sic extiguat ardorẽ sitis. Unde cum videt naues in mari/volat ad velum nauis/vt sic ardor suus ꝑ vẽtum qui ibi flat/temperetur/ita ꝙ propter impetum suum et propter eius pondus nauem quandoqꝫ detrahit et subuertit:quod videntes naute/et hoc ex tumore aque cognoscentes/deponunt velum:et sic periculum euadunt. Charissimi per nauẽ in mari intelligo religionẽ vel ecclesiam in mundo fluctuantẽ:ꝑ velum altũ intelligo officiũ dignitatis/vbi ventus vane laudis et superbie solet flare.ꝑ draconem intelligo religiosum vel clericum ambitiosum : qui

caloꝛe cupiditatis estuans/sitim auaritie patitur ⁊ ardoꝛē. Draco igiť.i.clericus ambitiosus/cuius est tāta sitis auaritie/ꝙ aquis.i.diuitijs ⁊ delicijs nō potest refrigerari vel satiari/os scilicet coꝛdis sui aperit vento.i. vane gloꝛie/ vt scꝫ per eā recreetur/ eā scꝫ appetendo ⁊ desiderādo. Unde dicitur illď Hieř.xxij. Omnes pastoꝛes tuos pascet vētus. Et ideo in naui eccľie positꝰ vel religionis/volat ad velū/ambit sciꝫ ad pꝛincipatum ⁊ dignitatem/ appetit ⁊ querit esse episcopus / abbas et pꝛelatus/ et hoc non vt pꝛoficiat ecclesie/sed vt vento inanis gloꝛie satietur:quia sicut videmus/ clerici ⁊ religiosi non possunt satiari aquis.i.diuitijs officijs/beneficijs ⁊ pꝛebendis/nisi etiam velū obtinuerit pꝛelature/vt ventū attrahant vane laudis.ideo Hieř.xiiij. Onagri steterunt in ruptibus / attraxerunt ventum quasi dꝛacones. Et ideo pꝛo certo sepe accidit ꝙ impetu sue superbie nauē ecclesie vel religionis destruūt et subuertunt: quia sicut videmus/per malū pꝛelatum tota ecclesia ⁊ ꝗ̄tū ad tempoꝛalia et ꝗ̄tum ad spiritualia dissipatur : quia regnantibus impijs ruine hominū. Pꝛouer.xxviij. Uel pone ꝙ velum significat malum pꝛelatū/qui super malū.i. in altitudine dignitatis in naui ecclesie positus/flatu ventoꝛū/ scilicet iactantie et superbie fatigatur : contra illud Eccľi v. Non te extollas in oēm ventum. Quando ergo dꝛaco.i. diabolus videt huiusmodi velum ventilatū et elatum/volat ad eum per malas suggestiones/sciꝫ incitando ad rapinas/pompas/et crudelitates:et sic malus subuertitur ⁊ tempoꝛaliter et spiritualiter/nisi tale velum.i.talis pꝛelatꝰ ab his qui in naui sunt deponatur/ et a malo.i. a statu dignitatis inferius depꝛimatur. Quomodo erigitur/ita ⁊ de-
6 ponetur. Numeri.ij. ¶ Scđm Solinū Ethiopes vtuntur sanguine dꝛaconis contra feruoꝛem estus:ipsum autē dꝛaconem manducant:quia cum nō habeat venenum nisi in felle et in lingua/fel et linguam ei amputant/⁊ sic separato veneno/coꝛpoꝛe reliquo vtunť in cibo ⁊ medicina. Dꝛaco est pctō2:sanguis eiꝰ moꝛs ⁊ vindicta facta de eo:fel eiꝰ est peccatum occultum:lingua eiꝰ significat pctā aperta/⁊ maxime in loquutiōe. Ethiopes ergo.i.viri iusti feruoꝛe tribulationū denigrati/contra feruoꝛē concupiscētie ⁊ auaritie debent vti sanguine dꝛaconis.i.moꝛte diuitum pctoꝝ: considerando eoꝛum moꝛtē:q̄ cōmuniter mala est.ps̄. Manus suas lauabit iustus in sanguie pctōꝛis. Ipos aūt dꝛacones debent comedere et sibi incoꝛpoꝛare per dilectionē: felle tamen et lingua venenosis amotis.i.eoꝛum culpis et vitijs pꝛetermissis:qꝛ naturam debemus diligere/nō peccata:et odire vitia non naturā.⁊ hoc est ꝑfectū odiū/de quo dicit Dauid: Perfecto odio oderam illos. vbi Cassiodoꝛꝰ. Perfectū odium est odire vitium / nō personā. Uel pone ꝙ ethiopes.i.demones comedunt dꝛacones.i.peccatoꝛes.ps̄
7 Contribulasti capita dꝛaconis:dedisti eū escā.⁊c̄. ¶ Dꝛaco scđm Solinū et Pli.habet tantū fel et linguā venenosam: et ideo dicit Pli.ꝙ lingua eius semꝑ erigitur invenenum/ ita ꝙ quādoqꝫ venenū ex caloꝛe inflāmat aerem/ intantum ꝙ videtur spirare ignem:spirando aūt quādoqꝫ flatum cōtagiosum emittit/ex quo aer coꝛrumpitur/ et moꝛbus inde pestilens generatur. Sic vere sunt multi qui sunt venenosi in felle.i.ꝗ̄tū ad iracūdiā/ in lingua ꝗ̄tū ad detractionē et adulationē.vnde ꝓpter venenū malitie sue ligua eoꝝ semper erigitur et mouetur/scilicet loquendo/ detrahendo/infamādo/cōminādo et iniuriādo:⁊ ideo sepe accidit ꝙ aer.i. bona societas ꝓpter venenū huiusmodi male lingue inflāmatur per iram/cōtētionē et discoꝛdiam et furoꝛē. Lingua eñ tertia multos cōmouit. Eccľi.xxviij.ideo Hiere.xj. Ad vocē loquele grandis exarsit ignis. Eccľi.xx. Aptio oꝛis eiꝰ inflāmatio. Tales eñ ab oꝛe suo emittūt flatū venenosum .i.ꝟba detractiōis ⁊ murmuratiōis/q̄ alijs sunt venena/scꝫ illis de quibus loquūtur: ⁊ sic exinde coꝛrūpiť aer.i.tota vicinia/et tota societas/scilicet credendo verbis istis:⁊ inde moꝛbus pestilens.i.ira et odium / diuisio et dissensio generātur. Iaco.iij. Lingua ignis est/et vniuersitas iniquitatꝫ: constituitur in membꝛis vestris. Uel per dꝛaconē intellige luxuriosos/⁊ maxime vetulas macquerellas/quoꝛum ꝟba et suggestiones tanqꝫ flāmea ⁊ venenosa aerem.i.bonas ꝑsonas per suggestionem luxurie inuenenāt et inflammant. Eloquium eius quasi ignis exardescit. Figura Apoca.xij. de dꝛacone qui emisit fluuiū vt extraheret mulierem. Sic tales emittūt fluuiū.i.dulcia verba/ vt mulieres attrahāt ad pctm̄. Uel dꝛaco est diabolus/ cuius flatꝰ ⁊ lingua.i.fallax suggestio aerem.i. bonas personas inflāmāt per tentationes/inuenenant per ꝯsensum/⁊ occidūt ꝑ opationem:⁊ inde moꝛbus pestilens.i.peccatoꝛū multiplicitas generať. Figura Apoca.ix. vbi apertus est puteus abyssi/et exiuit fumꝰ sicut foꝛnacis magne/et obscuratꝰ est sol ⁊ aer de fumo putei. Sic vere quando os talis putei vel dꝛaconis/scꝫ luxuriosi/detractoꝛis vel lenonis aperitur per loquutionē/ exit inde fumꝰ infamie/ luxurie ⁊ suggestionis/sicut foꝛnacis:et sic obscuratur.i.inflāmatur ipse sol.i.bona persona:⁊ aer.i.tota audiens societas depꝛauatur / scꝫ de eo male iudicando ⁊ estimando.ideo Iaco.iij. Lingua modicū mēbꝛum est/⁊ magna cōmouet. Nigre fiunt facies eoꝝ de fumo qui in domo fit. Baruch.vj. ¶ Dꝛaco est aīal sitibūdū/ ita ꝙ ꝓpter maximū feruoꝛē/aerem dicitur inflāmare. In mari:in fluminibus:in terra.i.in spelūcis habitat ⁊ antris: raro doꝛmit:immo fere semꝑ vigilat:aues ⁊ bestias comedit:acutissimū habet visum:qꝛ a remotissimis rupibꝰ videt predā:moꝛsu et ictu pugnat. Reuera charissimi talis dꝛaco est raptoꝛ/vsurarius vel auarus:quia vere tales sunt hodie ita feruidi per auaritiam ⁊ rapinā ⁊ seuitiā/ꝙ totꝰ aer.i. tota circūiacens patria ab eis inflāmatur/conturbať ⁊ depauperatur. Isti igitur habitāt in mari.i.in diuitijs:⁊ ī fluminibus.i.in delicijs:acute vident in malitijs: semꝑ vigilant in astutijs:aues et bestias.i.bonos ⁊ malos deuoꝛant per crudelitates:a longe contēplanť predam ꝑ fallas subtilitates. Dico igitur ꝙ isti habitant in flumine deliciarū. Unde Eze.xxix. Dꝛaco magne qui cubas in medio fluminum. Item dico ꝙ isti raro doꝛmiūt / scꝫ pꝛopter nimiā sollicitudinē. Eccľi.v. Saturitas diuitis non sinit eū doꝛmire. Item videre acute dicūtur:quia scꝫ optime sciūt cognoscere lucrū ⁊ cōmodū suum.psal. Oculi eius in pauperem respiciunt.insidiatur in abscōdito/quasi leo in spelūca sua. ¶ Dꝛaco in mari et in fluminibus habitat et in antris: et iste etiā moꝛsu et ictu ledit:et qđ momoꝛderit/occidit: oculis:auribꝰ ⁊ naribꝰ aīaliū summe cupit nocere. Aures eñ sole ab elephāte cū pꝛomuscide defendi nō possunt. Unde dicit Pli.ꝙ ita ledit elephantem in oculis et in oꝛe/ꝙ qñqꝫ inueniūtur elephantes ceci/et non possunt manducare:et ideo moꝛiuntur. Sicut etiā dicit Pliñ.lib.viij.dꝛacones in ponto existētes supuolātes aues ꝗuis alte ⁊ celeriter/haustu detrahunt/et detractas absoꝛbent et cōsumunt. Recte charissimi iste dꝛaco est diabolꝰ: qui in mari tumultuoso.i. in superbis:in fluminibus.i.in luxuriosis vel deliciosis: in terris.i.in cupidis et auaris habitat ⁊ quiescit. Dꝛaco magne qui cubas ⁊c̄.vt supꝛa.ideo Iob .xl. Sub vmbꝛa doꝛmit in secreto calami/in locis humētibꝰ. Iste etiā moꝛsu.i. inuasione et tentatione ⁊ suggestione:ictu/hoc est dictu/ tribulatione pugnat/scilicet contra homines/⁊ summe cupit ledere oculum.i.fidem:et nares.i.deuotionem/per que videmus ⁊ odoꝛamꝰ spiritualia et eterna. Et ideo multi sunt hodie elephātes.i.diuites peccatoꝛes/qui ceci sunt ⁊ oculis carentes.i.debita fide ⁊ discretione:lesi sunt etiā in aure.i.in auditu/ita ꝙ cibum anime.s.verbū dei nolunt recipere vel audire: et ideo ꝓpter defectum cibi moꝛiūtur spiritualiter. Istud patet:quia ceci sunt in spiritualibus/⁊ nolunt audire sermones. Hiere.xxij. Dixisti/nō audiam.⁊.vi.c. Incircūcise sunt aures tue ⁊c̄. Pisces etiam.i. hoies deliciosi qui a dꝛacone diabolo ꝑ tētationē moꝛdenť/ꝑ pctā et vitia moꝛiūtur. Aues vero.i.superbi ab ipso finaliter in mare inferni detrahuntur/et ab eo deuoꝛantur. Esaie.xiiij. Detracta est ad inferos superbia tua . Uel dic ꝙ dꝛaco est diabolus siue caro:qꝛ ꝑ certo nullus est hodie ita auis volans.i.ita vir ꝯtemplatiuus vel scientificus/quin haustu.i. suggestiōe huiꝰ dꝛaconis possit ad peccatū detrahi / et ad amoꝛē mūdi/⁊ ad negocia secularia ⁊ etiā ad infernū finaliter inclinari. Esa.xiiij. Quomodi cecidisti lucifer:⁊c̄. Detracta est ad inferos superbia tua. Uide ibi. ¶ Scđꝫ Arist. li.viij.c.xxix. Illi dꝛacones sunt maxime venenosi/q̄ cibos comedūt venenosos:vtpote scoꝛpiōes:qꝛ ꝯtra eoꝝ venena vix remediū īueniť. Sic vere detractoꝛes q̄ comedūt cibos venenosos.i.qui in alioꝝ vitijs ⁊ pctīs delectātur/inquātū

ea ꝑ detractionē sibi incorporant et manducāt: tales dico pessimi sunt ⁊ venenosi: qꝛ cōtra eoꝝ ꝑcussiōes.i.detractiones ⁊ infamatiōes vix remediū inueniť: qꝛ vix aut nūq̄ potest fama alioꝝ quā auferūt/integrari. Insanabilis fractura tua/pessima plaga tua. Hier.xxx.⁊. Hiere.xlvj. Frustra multiplicabis medicinā: sanitas nō erit tibi.⁊c. ¶ Quis draco sit venenosus/habet tn̄ i se multa vtilia. Unde dicit Pli. q adeps draconis valet ꝯtra venenosa: ⁊ cū melle sūptus vel appositus curat caliginem oculoꝝ. Sic vere non est aliq̄s draco.i.aliquis pctōr ita venenosus quin in se habeat aliquid boni: qꝛ multi habent adipē pietatis et benignitatis/qui venenis obuiat pctōꝝ. Fel etiam eoꝝ.i.ira et inuasio valet iustis qn̄ eis infertur: qꝛ scz oculū mentis sue abstergit et clarificat/inquātum albuginē carnalitatis ab eis abstrahit ⁊ corrodit. Utilitati em̄ bonoꝝ militat prauitas reproboꝝ: ꝭm Grego. ¶ Scdꝫ Solinū.c. de Ethiopia veris draconib⁹ ora sunt parua/⁊ ad morsum nō dehiscentia: quippe (inquit) nō in dentib⁹ habēt vim/sed in caudis: ⁊ ictu poti⁹ q̄ rictu nocent. Per caudā intelligo malitiā: et per dentes detractionē: ⁊ ꝑ os loquutionē: qꝛ pro certo veri dracones.i.illi qui sunt ꝓprie malitiosi ⁊ iniqui/ora habent parua: qꝛ scz parū loquūtur ⁊ parū mordēt: qꝛ scz parum de alijs ꝑ detractionē obloquūtur: caudas tamē habent magnas/inquātum magnas malitias exequunť. Tales ergo magis nocēt ictu q̄ rictu / vbere q̄ verbo/ope q̄ sermone/ cauda q̄ ligua/finali seuitia ⁊ malitia q̄ vbali detractiōe et iactantia. Un̄ Seneca: Nocere nescit q̄ se nocere iactat.

Capitulum.xxxij. de eale.

EAle dicitur esse quedā fera in Asia/vel in India/q̄ habet cornua mobilia sicut aures. Unde qn̄ pugnat/vnū extendit ⁊ acuit ad pugnā: alid autem vertit retro/quasi ei parcens/vt si aliud hebetatū fuerit in pugnādo/ illo postmodū possit vti: sicut dicit Isido. in libro suo. Pli. autē li. viij. ca. xxj. dicit illi inesse colorē nigrū vel fuluū/ et cornua cubitalia/ vt supra: ⁊ est ad q̄titatē equi fluuialis. Duo cornua in prelato significāt duplicē rigorem ⁊ austeritatē / verbalē scz et realem. Quādo igitur eale.i.prelatus pugnat contra subditos/ipsos corrigendo ⁊ castigādo/ipse ꝓ certo debet primo vti vno cornu tm̄/scz increpatione verbali: et aliud cornu scz punitionē realē debet suspēdere ⁊ flectere: iuxta illd: Producite vbera: suspendite verbera. Sed pro certo si istd non suffecerit/et si hominē ita dyscolum inuenerit/q cornu primum.i.correctio verbalis nihil valeat/debet adhibere aliud cornu/scilꝫ durā correctionē/realem punitionē et tribulationem: vt sic qui verbis nō emendatur/verberib⁹ corrigatur. sicut em̄ dicitur Prouer.xxix. Seruus verbis non potest erudiri. Ideo dicat prelatus talibus obstinatis illd Eze.xx. In brachio extento et furore effuso regnabo super vos. Istud etiā facit deus: quia quando videt q homo non vult corrigi per verba scripture ⁊ predicatoꝝ / ipse ꝓ certo subito adhibet aliud cornu.i.fortem tribulationē / mortem subitā ⁊c. que primit⁹ suspendere videbatur. Vel dic q cornua cū quibus tyrāni pugnāt cōtra paupes/sunt balliui: q alternatim eis vtūtur/et nunc vno/nunc alio ꝓliantur. Idē dic de stipēdiarijs. Idem dic de iniquis / qui sunt cornua diaboli: et ideo ipsis alternatim vtitur contra bonos. Vel dic q cornua diaboli sunt tentationes/quarum nunc vna/ nunc alia preliatur.

Capitulum.xxxiij. de equo.

EQuus ab equatione dicitur/eo q pares equentur ad currus. Caballus etiā dicit a cauo pede: qꝛ cauū habet pedem/qd alia aialia non habēt: ⁊ pressa vngula terrā cauat: scdm Isidorum.lib. xij. Sonipes etiam dicitur/ a sono pedum. Propietas aūt equorum est/quia exultant in campis: odorantur bellū; sono tube excitātur ad ꝓliū: voce accēsi ꝓuocanť ad cursum: dolēt cū victi fuerint: gaudēt cū vicerint. Recte tales debēt esse boni christiani/⁊ maxime religiosi: qꝛ vere inuicē debēt equari ⁊ pacificari ꝑ ꝯcordie vnitatē: nō diuidi ꝑ discordiā ⁊ partialitatē. Un̄.j. Para.xxiiij. Tā maiores q̄ minores oēs sors eq̄liter diuidebat. Pedes etiā.i.affect⁹ debēt habere cauos/hoc est dictu/humiles ⁊ vacuos ꝑ volūtariā pauptatē: qꝛ t'rā.i.bona tpalia debent cauare ⁊ ꝓijcere ꝑ cōtēptū/ ⁊ cum pedib⁹.i.cū affectiōib⁹ debēt facere sonū grarū actionū. Isti etiā in cāpo certaminis hui⁹ mūdi debēt spūalit' exultare. ps. Exultauit vt gigas ad currēdā viā. Et bellū tētationū ⁊ vitioꝝ debēt odorare/sentire ⁊ preuidere ꝑ discretionē: ⁊ sono tube.i.verbis predicationis vel diuine scripture ⁊ spūalis informatiōis ad dimicandū ⁊ resistendū viriliter excitari. Procul odorať bellū. Job.xxxix. Et qn̄ voce.i.dulci monitiōe accendūtur ꝑ dilectionē: tūc ad cursum bonoꝝ operū debēt celeriter ꝓuocari. Hiere.xj. Ad vocē loquele grandis exarsit ignis. Qꝛ boni magis faciūt ꝑ dulcē monitionē/q̄ mali ꝑ durā correctionē. Anima mea liquefacta est vt dilect⁹ me⁹ loquutus est. Cāti.v. Isti etiā gaudent cū vicerint/scz tentatiōes ⁊ tribulationes: qꝛ exultāt victores capta preda. Esa.ix. Si aūt victi fuerint ⁊ a diabolo sepati: tūc dolēt ꝑ cōtritionē: spirāt ꝑ cōfessionē: plorāt ⁊ gemūt ꝑ penitētiā ⁊ satisfactionē. Esa.xxxiij. Angeli pacis amare flebunt. ¶ Equus cognoscit dn̄m suum: et sunt aliqui qui aliū sessorē preter dn̄m ꝓpriū nō admittūt: sicut exēplificat Solinus de equo Julij cesaris/ ⁊ de equo Alexādri: et etiā Plin̄. idē dicit. lib. viij.c.xlij. vbi addit q Bucephalas equus Alexādri nullū aliū admittebat/imo dum in obsidione Thebarū vulnerat⁹ esset dict⁹ equ⁹/non sustinuit tn̄ q Alexander in equū aliū se mutaret. De equo autē Julij dicūt ijdē Plin̄. ⁊ Soli. q pedes anteriores ad silitudinē hoīs hēbat: qd etiā ostēdit ei⁹ effigies an̄ Venerꝭ edē. ¶ Equi de morte dn̄i sui lachrymanť: qꝛ lachrymari/ et affectū doloris sentire more hoīm dicunť: ⁊ viuūt longo tpe/scz quiquaginta ānis: vt dicit Isido. Un̄ etiā tā Plin̄. q̄ Soli. dicūt idē/addētes q repert⁹ est equus ānis. lxxv. vixisse. Recte sic debēt boni ⁊ iusti esse: qꝛ vere dn̄m suum Christū debēt diligere / et eū ꝑ fidē cog̃scere/⁊ aliū sessorē scz mūdū vel diabolū nō admittere ꝑ malā credentiā vel per amorē: qꝛ nihil debet homo diligere vel credere preter deū/nisi forte ad eius amorē ⁊ fidē alia ordinādo. Joan.x. Oues illū sequunť/ qꝛ sciunt vocē ei⁹: alienū aūt nō sequūtur: sed fugiūt ab eo. De morte autē dn̄i sui Christi debent lachrymari ꝑ cōpassionē/⁊ lōgo tpe viuere ꝑ ꝑseuerantiā ⁊ durationē. Longitudo dierū in dextera ei⁹. Prouer.iij. Et maxime ꝑ quiquaginta ānos.i. vsq̄quo apphendāt iubileū eterne redēptiōis ⁊ requiei: qꝛ q̇ viuit ⁊ credit i me/ nō morietur ineternū. Joā.xj. Un̄ Eccli.xxxviij. Dies israel innumerabiles. Vel allega de bonis subditis ⁊ vasallis/ q̇ proprium dn̄m debēt diligere ⁊ recognoscere/ ⁊ de eius morte dolere/et nullū aliū ꝑ ꝓditionem aduocare. Eccli.xxxviij. Fili sup mortuū ꝓduc lachrymas. ¶ Equus est aīal letū/ et eius letitia seu tristitia finē prelij presagit et euentū. Sic vere boni qui gaudēt in dn̄o/per suā spūalē letitiā euentū ⁊ victoriā prelij vitioꝝ/et triūphū perpetuū affuturū significant. Illi autē qui sunt tristes ⁊ turbulenti per iras/discordias et rancores: tales dico significant dān̄ū et casum sibi in inferno finaliter affuturū de certamine mūdi: qꝛ sicut bonorum letitia vitam: sic maloꝝ tristitia significat mortē. ij. Corin. vij. Seculi tristitia mortē opatur. ⁊ Prouer.xvj. In hilaritate vultus regis vita. ¶ In equis ꝭm Isido.lib.xij. attēdūtur quattuor: scz pulchritudo: forma: meritum: color. Forma aūt.i.dispositio boni equi est q habeat corpus validum/musculosum ⁊ robustū/ pect⁹ latū/latera lōga / vētrē substrictū/staturā altā/clunes rotūdos/pedē siccū/vngulā cōcauā ⁊ solidā. Recte talis debet esse dispositio aīe vel ꝑlati: qꝛ debet esse fortis ⁊ robustus ꝑ cōstantiā/lati pectoris per charitatē/substricti ventris per castitatē/stature alte ꝑ cōtemplationis vel ꝑfectionis sublimitatē/cluniū rotūdoꝝ per obediētiā: pedis sicci.i.affectus puri ꝑ cōsciētie mūditiā. Vngulā aūt.i.finē vite debet habere cōcauā ꝑ hūilitatem/solidā ꝑ ꝑseuerātie firmitatē. Vngule equorū eius vt silex. Esa.v. ¶ Pulchritudo equorū ꝭm Isido. ibid. attenditur/vt sit caput exiguū ⁊ siccū: aures parue ⁊ acute: oculi magni: nares patule: erecta ceruix: coma ⁊ cauda depressa ⁊ multis pilis ornata. Sic vere talis debet esse pulchritudo prelati vel viri iusti: qꝛ caput ei⁹.i.principiū ⁊ iuuēt⁹ debet esse exiguū ꝑ hūilitatē: macrū ꝑ abstinētie parcitatem siccū ꝑ cōtinētie puritatē: quia ab ipso principio ⁊ a capite iuuētutis debet esse homo humilis/abstinens et pudicus. Iste debet habere aures.i.auditū/breues scilꝫ q̄tū ad detractores ⁊ vaniloquia audiēda. Aures etiā ei⁹ debent esse

acute.i.diligētes ad audiēdū verbū dei/ꝛ ad inquirēdū ea que sunt necessaria ad salutē/et cogitandū causarū veritatem. Ita paruū audiet/vt magnū. Deut.xj. Audi tacens simul ꝛ qrens. Eccli.xxxij. Item debet habere aīa vel prelatus oclos magnos ꝑ discretionē: nares patulas ꝑ deuotionē: ceruicē.i.intentionē erectā per eternoꝝ cōtēplationē Respicite/scȝ ꝑ discretionē/ leuate capita vra ꝑ etnoꝝ affectionē. Lu.xxj. Debet etiā hr̄e capillos.i.ꝟtutes/ꝛ h in collo.i.i pricipio iuuētut: ꝛ i cauda.i.i fine senectut. Ipe erit i

7 caput ꝛ nō i caudā. Deut.xxviij. ¶ Meritū.i.valor equoꝝ attendit vt sit aīo audax/ꝛ alacer: tremētib⁹ mēbris/qđ est signū fortitudinis: ꝛ ꝙ ex summa quiete facile excitet: excitatus non facile retardet. Sic vere p̄lat⁹ debet esse audax ꝛ alacer. Audax scȝ cōtra malos ꝛ tyrānos: benign⁹ et alacer erga bonos: qꝛ clemētia in suos/gladi⁹ est in hostes ꝑm Senecā. Iste debet esse tremebūdus ꝑ diuinorū iudiciorū ꝯsiderationē: qꝛ timor ꝛ tremor venert sup me. ꝛ hoc ē signū fortitudinis spūalis: qꝛ vere timor facit hoīem fortem ꝛ cōstantem: quia qui timet deum/nihil trepidat. Eccli.xxxiiij. Sed non in timore domini ꝛc. Si etiam dormiat in delicijs ꝛ consolationibus huius mūdi/ad modicū impulsum predicatiōis vel monitiōis debet excitari: ꝛ post a cursu bonorū operū ꝑ tētatiōes diaboli non debet facile retardari. Excitauit eū/dicens: surge velociter. Actu.xij. Et sicut in equis inueniunt multi colores: qꝛ alij sunt rubei/ alij albi/ alij nigri/alij varij: alij ruffi: alij pallidi: sic prelati debent esse rubei ꝑ charitatē/albi ꝑ castitatē/nigri ꝑ penitentiā et austeritatē/varij ꝑ virtutū multiplicitatē/ruffi ꝑ cautelā ꝛ sagacitatē/pallidi ꝑ hōestatē ꝛ maturitatē. Vestiui te multicolorib⁹. Eze.xvj. Oia si vis potes expōere de aīa vel de

8 viro iusto ꝛ pfecto. ¶ Scđm Pli.li.viij.c.xlij. Inter equos scythicos.i.de scythia est qdā cognatio/ q copulā maternā refugiūt. Vn̄ narrat Aristo.li.ix.c.xlvij. ꝙ rex qdā scytharū habuit equā pulchrā/ꝛ filiū eius pulchrū: ꝛ volens habere filiū de vtroqȝ/ cooperuit faciē matr: ꝛ cū fili⁹ saltasset sup eā/tādē discooperta facie eius/cognouit eā: ꝛ pre dolore fugiēs precipitauit se filius eque/eo ꝙ vidit rē se habuisse cū matre sua: ꝛ mortuus est: ꝑm Pliū. Equus etiā in grege libentius cū sorore gradit/ꝗȝ cū matre: ꝑm Pli.li.viij.c.xlij. Si igitur inter equos irrationales est cognatio/ multo magis inter hoīes debet esse / vt a cōsanguineis abstineam⁹. Turpitudinē mr̄is tue nō discooperies. Leui.xviij. Vnusquisqȝ ad ꝓximā sanguinis sui non accedat. ibidē. Vel dic ꝙ mater nr̄a est ꝯcupiscētia: soror nr̄a est charitas vel sapiētia. Illius ergo coitū ꝛ confederationē fugiam⁹: isti⁹ vero cōsortiū eligam⁹. Prouer.vij. Dic sapientie / soror mea es.

9 ¶ Plinius dicit ꝙ equi scythici pugnāt ꝓ dominis suis/ꝛ ꝓ morte eoꝝ plorāt/ꝛ ad vocē symphonie delectati saltant in hostē. Vn̄ etiā ait ꝙ cū Regulus occisus fuisset/ ꝛ hostis ad spoliādū venisset/equus eius interfecit eū. Dicit etiā ꝙ rege Nicomede interfecto/equus eius inedia vitā finiuit. Alia multa exēpla ponit idē Pli. ꝛ etiā Soli. Et sicut dicit Plini⁹: illi equi sūt meliores ad pugnā/qui bibēdo in aquā ꝓfundius mergūt nares. Sic vere boni ꝛ iusti fideles debent ꝓ Christo dn̄o suo pugnare/fidē ei⁹ sustinēdo ꝛ cōtra infideles p̄liādo. Vsqȝ ad mortē certa ꝓ iustitia. Eccli.iiij. Et de ei⁹ morte ꝑ cōpassionē plorare/et se pre cōpassiōe inedia macerare/ꝛ spoliatores ei⁹/scȝ infideles vel tyrannos corrigere ꝛ mordere: ꝛ ad auditū symphonie.i. p̄dicationis in hostē diabolū vel infidelē populū saltare/scilȝ eū aggrediēdo ꝑ bonā opationē vel corpalē impugnationē/vel etiā trāsfretādo contra Sarracenoꝝ ꝯgregationē. Illi etiā qui in aqua sacre scripture vel deuotionis vel cōpassiōis nares aīe.i.affectū ꝛ volūtatē profundius imergūt/meliores sunt ad preliū bonoꝝ operū exercendū: ꝛ ad diabolū ꝛ vitia impugnādū: qꝛ scȝ ꝗ̄to homo in his aquis ꝓfundius se imergit/tanto cōtra hostes facili⁹ preualescit. Et breuiter/sicut equus aliquotiens nullū sessorē preter dn̄m ꝓpriū vult admittere: sic equus.i.christian⁹ nō debet admittere aliū sessorē ꝗȝ Christū: qꝛ nullā fidē ꝛ credētiā nisi suā debet suscipere: ꝛ motus morte ipi⁹/ ꝯtra Sarracenos debet dimicare. Esto vir fortis/ꝛ p̄liemur ꝓ ciuitate nr̄a.ij. Regū.x. Vel si vis dic de bonis subditis ꝛ vassallis/quomodo se debent

10 habere erga ꝓprios dn̄os ꝛ prelatos.ꝛc. ¶ Scđm Pli.lib. xxviij.ca.ix. Fel equi computatur inter venena: et ideo sacrorū flamini.i.sacerdoti paganorū equū tangere non licebat. Sanguis em̄ equi recens ꝛ crudus/perniciosus est sicut taurin⁹. Sic vere charissimi equi quadrige dn̄ice/ scilȝ mali ecclastici ꝛ religiosi/qn̄ in eis est fel iracūdie ꝛ crudelitatis/sanguis luxurie et feditatis/ tunc isti sunt pessimi ꝛ venenosi: qꝛ alij qui eoꝝ malo exemplo ad cōsimilia trahuntur/inuenenantur ꝛ moriūtur: ꝛ ideo ille qui est sacrat⁹ deo.i.vir perfectus/et etiā quilibet christian⁹ nō debet tāgere per imitationem tales equos.i.crudeles ꝛ luxuriosos. Leui.xj. Non tāgetis et nō māducabitis: qꝛ immūda sunt.

11 ¶ Scđm Pliū. spuma equi cū lacte asine vermes in vētre perimit venenosos. Sic vere si nos sumam⁹ ꝑ deuotionē ꝛ compassionē spumam.i.sudorem Christi/ꝛ lac quod ipse suxit.i.si cōsiderem⁹ ei⁹ natiuitatē ꝛ passionē: tūc vermes.i. vitia ꝛ pctā occidūtur/destruūtur ꝛ adnihilant. ¶ Equus ꝑm Auicē. ꝓijcit dentes: ꝛ ꝗ̄to antiquior/ tanto habet dētes albiores: ꝛ a tertio anno vsqȝ ad.xxx. generat: ꝛ qn̄ icipit generare/tūc habet fortiorē vocē. Sic ꝟe charissimi homo iustus ꝛ maxime p̄latus vel religiosus/debet mutare dentes veteres.i.verba inhonesta debet ꝓijcere ꝛ dimittere: et quāto senior et antiquior etate ꝛ dignitate/tāto dētes ei⁹.i. verba debēt esse albiora.i.mūdiora ꝛ honestiora: iuxta illō Eccli.xxiij. Loquele indisciplinate nō assuescat os tuum. Iste etiā per bona opera debet generare.i.pullos virtutum producere vsqȝ ad.xxx. ānos: qui constāt ex denario ter ducto.i.vsqȝ ad perfectionē decalogi in fide trinitatis. Et qn̄ homo generat per bona opera/vocem scȝ gr̄arum actionis vel predicationis debet emittere fortiorē. Esaie.xl. Exalta in fortitudine vocē tuam. ¶ Scđm Auicen. Inter equos illi femine diutius viuunt ꝗȝ masculi. Sic vere inter hoīes illi qui sūt femelli.i.molles ꝑ pietatē/ꝛ fragiles se reputāt/melius vt cōmuniter ꝑseuerant: qꝛ ꝑm Bernar. Magnum est apud dn̄m infirmitatē propriā cogitare. ¶ Scđm Auicē. lib.viij. Equis pascētibus accidit podagra/et eijciūt sotulares/ꝛ veniūt eis noui/cui⁹ signū ē tremor testiculi dextri. Sic vere in eccl'ia dei multis accidit podagra pigritie vel tepiditatis/ita ꝙ sotulares.i.bona exēpla sanctorū ꝓijciūt ꝛ cōtēnūt/ꝛ recipiūt nouos.i.substituūt exempla mala iuuenū ꝛ stultoꝝ. Leui.xxvj. Nouis superuenientibus vetera proijcietis. Contra illud Eccli.ix. Ne derelinquas amicū antiquū. ¶ Equi aliquādo patiūtur dolorē ilioꝝ/ꝛ cōstringūtur ꝑ partes posteriores: sed iuuat eos si minuātur. Accidit etiā eis contractio neruoꝝ/ita ꝙ grauat eos ābulare. Sic vere quidā patiūtur dolorē ilioꝝ ꝛ renū.i. pruritū libidinis ꝛ luxurie: ꝛ ideo cōstringūtur ꝑ ligamētum male consuetudinis/ꝛ maxime in parte posteriori.i.i fine vite: ꝛ ideo talibus ꝓficit minui.i.a carnalibus delicijs ꝑ abstinentiā refrenari. Nerui etiā eoꝝ.i.affectiōes deuotiōis ꝛ bone operationis cōstringunt ꝛ coarctant ꝑ accidiā/ ita ꝙ ambulare ꝛ ꝓcedere per bonoꝝ operū exercitiū multipliciter ipsos grauat. Pedes eoꝝ pigri sunt ad ambulādum. Sapiē.xv. ¶ Nota ꝙ dicit Auicē.lib.v. ꝙ equi sup oīa aīalia feruent ad coitū. Sic luxuriosi non possunt satiari. Hiere.v. Equi amatores in feminas: vnusqsqȝ ad vxorē ꝓximi sui hinniebat. ¶ Equis accidit infirmitas in ore/ꝛ cadit eis palatū ꝛ fit anhelit⁹ calid⁹. Itē accidit eis rabies. Itē cōgregatio veneni. Itē ifirmitas vrine/ꝛ nō possūt mingere. Itē morsus reptilis venenosi/qđ chalcida vocat/ꝑ qđ vlcerātur/et aliqn̄ moriūt. Sic eqs luxuriosis.i.carnalib⁹ pctōrib⁹ accidit infirmitas in ore/scȝ stultiloquij et nugacitatis: rabies furoris ꝛ crudelitat: venenū malitie ꝛ falsitatis. Tales habēt āhelitū calidū ꝑ malā suggestionē: retinēt vrinā.i.pctorū feditatē ꝑ ꝟecūdiā cōfitēdi/ꝛ ꝑ suoꝝ criminū excusationem: morsus etiā reptiliū patiunt.i.detractionē ꝛ diffamationē. Oia em̄ ista accidūt equis.i.pctōrib⁹ ꝛ maxime carnalibus et iniquis: quia sicut dicit Ro.viij. Si ꝑm carnē vixerit/moriemini. ¶ Equus cog̃scit hinnitū illi⁹ q̄ cōtra eū vult preliari: ꝛ delectat stare in pratis/ꝛ natare in aqua: ꝛ potat aquā turbidā: ꝛ si clara fuerit/cū pede turbat eam. Hucusqȝ Aristo.li.viij.c.xxiiij. Sic vere viri iusti cog̃scunt hinnitū.i.suggestiones ꝛ verba illius qui ꝯtra eos pugnat cū tentatiōe/scȝ diaboli. Nō em̄ ignoram⁹ cogitatiōes ei⁹. ij.Cori.ij. ideo.j. Macha.v. Cognouit Timothe⁹ qꝛ Ma-

chabeus est. Boni etiam delectātur esse in pratis.i.in so-
cietatib⁹ honestis: iuxta illud Eccli.xxxvij. Cū viro san-
cto assiduus esto. Uel etiā in aqua sciētiaꝝ et lachryma-
rum/cōpassionis ꝛ deuotionis gloriātur natare: et se in
eis iugiter balneare. Hiere.xxxj. Adducam eos per tor-
9 rentes aquarum in viam rectam. ❡Equus plus diligit
aquam turbidam q̄ claram: et si clara fuerit/aliquotiēs
cū pede turbat eam. Sic vere multi sunt qui plus amāt
aquam turbidam.i.sciētias mundiales/q̄ claram.i.sciē-
tiam theologicam/que clara dicit̄ per veritatem. Ideo
Hiere.ij. Quid tibi vis super viā egypti: vt bibas aquā
turbidā: Multi etiā sunt qui aquā claram.i.ipsam theo-
logiam quam habēt pre manib⁹/turbāt per falsas ꝛ sub-
tiles et sinistras expositiones: qꝛ breuiter hodie dilere-
runt hoies magis tenebras q̄ lucem. Joā.iij. Uel expo-
ne de bonis: qui plus delectātur in aqua turbida tribu-
lationis/q̄ in aqua clara prosperitatis ꝛ mundane con-
solationis. ad Roma.v. Gloriamur in tribulationibus.
Uel dic de aduocatis: qui magis diligunt aquam turbi-
dam fallitatis/q̄ claram.i.q̄ lympitudinem veritatis.

Capitulum.xxxiiij.de Equa.

1 Equa s̄m Aristo.lib.viij.c.xxiiij.si impregna-
ta olfecerit candelam extinctam/facit abor-
tum. Sic vere charissimi/quando candela.i.
persona ecclesiastica/et maxime prelatus vel
religiosus/extinguitur per peccatum: tunc si
fumus infamie sue veniat ad nares.i.ad auditum eque
impregnate.i.alicui⁹ persone simplicis/per bonum pro-
positum fecundate/ipsa pro certo facere cogitur abortū:
qꝛ per malum exēplum alterius/et malam ipsius imita-
tionem/fetus boni ꝓpositi sui moritur: et sic partus mor-
tuus.i.malum opus ꝛ peccatum mortale ab ea parturit̄.
2 ❡Eque s̄m Aristo.lib.vj.ca.xxij.et Pliñ.lib.viij.c.xlij.
stantes pariunt: et super oīa animalia diligunt speciem
suam/et maxime fetus suos. Et ideo si vna equa mortua
fuerit/et puerum suum orphanum reliquerit: altera tanq̄
ꝓprium nutrit ip̄m/et in filium ip̄m recipit et adoptat.
Sic ꝟe charissimi/qꝛ mater nostra Adam veneno serpē-
tis interijt: ideo altera equa/scz secundus Adam Chri-
stus nos tanq̄ orphanos ꝛ pupillos in filios adoptauit:
et vbera grē ꝛ doctrine in presenti/ ꝛ glorie in futuro no-
bis misericorditer elargitur. Misit eīm deus filium suū:
vt adoptionem filioꝝ reciperemus. ad Gala.iiij. Ideo
Hiere.xlix. Relinque pupillos tuos: et vidue tue in me
sperabūt. Uel dic ꝙ predicatores stando/scz in statu gra-
tie: pariūt alios predicādo. Uel dic de prelatis: qui alter
alterius filios ꝛ subditos debēt recipere/et spūaliter re-
fouere: potissime de curatis parochiarum ꝛc̄. Idem ad
Gala.vj. Alter alteri⁹ onera portate. Uel pone ꝙ hoīes
debēt diligere speciem suam.i.alterutrum: qꝛ omne ani-
mal diligit sibi simile. Eccli.xiij. Et ideo si vn⁹ moritur/
alij debēt pupillum eius temporaliter nutrire ꝛ docere.
Pupilli sumus absq̄ patre ꝛc̄. Threñ.v. Homies enim
debēt ad compassionem ꝛ misericordiam pre cūctis ani-
mātibus inclinari. ideo Omnia que vultis vt faciāt vo-
3 bis hoies: ea ꝛ vos facite illis. Matthei.vij. ❡Eque fi-
lius quādo nascitur/habet in fronte quēdam folliculum
nigrum: quem ei mater morsu abcidit: nec cum ad vbera
admittit/quousq̄ folliculus auferatur: ꝛ eū Pliñ.vbi.s.
et Aristo.lib.viij.c.xxiiij. vocant hippomanes: qd est ve-
neficium amoris: qꝛ mulieres incantatrices eo vtuntur
ad stimulandum hoies ad amorem. Pullus vero primo
triduo quo natus est/nunq̄ ore potest terram attingere:
vt dicit Pliñ.lib.viij.c.xlij. Per istum folliculum intel-
ligo peccatum originale/qd nobiscum nascitur ab vtero:
et nos ad amorem.i.ad libidinem incitat et inflammat:
et eo vtuntur demones incantando/et nos ad libidinem
incitando. Sed pro certo mater nostra xp̄s ipsum a no-
bis abstrahit per baptismum: et quousq̄ abscissus fuerit
et amotus/nos ad vbera sua.i.ad eternā beatitudinem
non admittit: qꝛ ꝓpter solum peccatum originale caret
homo beatifica visione. Igitur in illo triduo quo natus
est.i.in illa triplici cōcupiscētia cū qua nascit̄ scz auari-
tie/luxurie ꝛ superbie: terrā.i.ip̄m deū (de quo Ecclis.j.
Terra aūt i eternum stat) nunq̄ potest per gratiam attin-
gere/nisi per baptismum ꝛ penitētiam istud triduum va-
leat ꝑtransire. Uel dic ꝙ triduum malū qd nos impedit
tangere deū/est peccatū cordis/oris ꝛ operis. Uel dic ꝙ
terra est consideratio nostre terreitatis/ quam scz dicta
tridua nobis tollūt. Uel pone ꝙ equa.i.prelatus nō de-
bet admittere ad vbera.i.ad pinguia beneficia/pullum
suum.i.subditum q̄diu habuerit folliculum nigrū et ve-
neficium amoris.i.carnalis libidinis corruptelam/ que
nobiscum ab vtero parturitur. Apoca.xxij. Foris canes
et venefici. Uel pone etiam ꝙ equa parētes significat/
q̄ debēt abscidere a filijs suis veneficia.i.peccata carna-
lia ꝛ alia/eos cū lingua lambēdo.i.faciliter ꝛ benigniter
instruēdo. Erudi filium tuū: et curua ceruicem ei⁹ dum
infans est. Eccli.xxx. ❡Eque s̄m Aristo.lib.vj.c.xviij.
4 gloriātur in iubis suis/ ꝛ dolēt qn̄ sibi abscindūtur: et qn̄
sibi auferūtur/extinguitur libido earum/ac si in eis non
esset vis amoris. Sic recte faciūt mulieres: qꝛ vere in iu-
bis suis.i.in capillis ꝛ crinib⁹ gloriātur/et silr̄ domicelli:
et ideo quādo eis auferūtur.i.quādo a prelatis et predi-
catoribus auferri iubētur ꝛ incitātur/dolent ꝛ tristātur.
Non in capillatura ꝛ crinib⁹ tortis.j.Petri.iij. Et quā-
do talia auferūtur/deficit libido: qꝛ vere talia nihil aliud
sunt q̄ quedam luxurie incitamēta. Ideo Nūe.vj. Ra-
det oēs pilos capitis sui: ꝛ scīus erit. Uel pone ꝙ iuba q̄
est abūdātia capilloꝝ/ significāt abūdātiā diuitiarū: in q̄
diuites gloriātur/et de eaꝝ amissione tristantur: licet ex
hoc ardor sue libidinis ꝛ auaritie tēperetur: iuxta illud
Eccli.x. Qui gloriatur in diuitijs/paupertatem vereat̄.
❡Item s̄m eundem/pugna est inter equas ꝛ quasdam
5 auiculas q̄ dicūtur anthi: et hoc qꝛ vtraq̄ bestia herbis
nutritur: et ideo vna cupit aliā pascuis abdicare/eijcere
vel fugare. Sic ꝟe pugna est ꝛ inuidia ꝛ discordia inter
diuites hui⁹ mūdi. Nam qꝛ q̄libet comedit herbas.i.di-
uitias/ideo vnusq̄sq̄ nitit̄ aliū eijcere a pascuis.i.ab offi-
cijs ꝛ ꝓmotioīb⁹ hui⁹ mūdi. Figura Geñ.xiij. vbi ꝓpter
pascua facta est rixa inter pastores gregum Abraam
et Loth: qꝛ vt dicitur ibi: Erat possessio eoꝝ nimia: et nō
quibant habitare communiter.

Capi.xxxv.de Poledro siue Pullo equino.

1 Poledrus est equi filius / vel pullus equinus:
qui sic dicitur q̄diu matris vberib⁹ est subie-
ctus. Posterior pars etiam pulli est maior an-
teriori. Et quādo crescit ꝛ antiquatur/tūc cre-
scit pars anterior/ꝛ alteratur. Et inde est ꝙ in
iuuētute possunt cū pede anteriori tāgere caput suum:
qd tamen non possunt in senectute. Poledrus est vir iu-
uenis/et maxime nouiti⁹ in religiōe: pars ei⁹ anterior est
affect⁹ carnalis: ꝛ posterior affect⁹ spūalis. Unde Ap.j.ad
Coꝛ.xv. Prius qd animale est: deinde qd spūale est. Isti
igitur pulli qui vberib⁹ matris sue.i.doctrina religionis
pascūtur/et eidem per humilitatem subijciūtur/habent
partem posteriorem.i.actus ꝛ opera spiritualia/maiorē
q̄ anteriorem: qꝛ vere plus abūdāt nouitij in feruore spi-
rituali q̄ carnali: iuxta illd Apoc.ij. Posteriora tua plu-
ra prioribus. Unde cum pedibus posterioribus.i.cū affe-
ctionibus spiritualibus tangūt caput suum.i.christum
per deuotionem ꝛ amorem: sed quādo antiquantur ꝛ se-
nescūt/tūc vere vertitur res in contrarium: qꝛ tunc pars
anterior.i.affectus ꝛ desideria carnalia incipiūt augmē-
tari: pars ꝟo posterior.i.desideria spūalia paulatim inci-
piunt aggrauari. Tales eīm primo sunt feruētes/deinde
deficientes. primo cantant Mirabilia: secūdo Defecit:
tertio Est contrarium/Legem pone. Ideo ad Gala.iij.
Cum spiritu ceperitis/carne cōsummamini. Uel dic ꝙ
anterius est spūale: posterius ꝟo est carnale. ad Phi.iij.
Que retro sunt obliuiscens: ad ea ꝟo que sunt priora/
extendēs meipsum: ad destinatum prosequor brauium.
Et expone de iuuenibus: qui plus abundant in poste-
rioribus.i.in carnalibus et temporalibus/q̄ anteriori-
bus.i.eternis et spiritualib⁹. Et est eorum nouissimum
peius priore.ij.Pet.ij. Pullus etiā q̄diu est cū matre/
ipsam miro affectu diligit / et hinnitu perditam querit/
ipsamq̄ sequitur quocūq̄ vadit. Sic vere boni et iusti

sequuntur per orationem matrem suam.i.xp̄m vel pre-
latum vbicūq₃ ierit/se in omnibus ei conformando. Se-
2 quimini eum quocūq₃ introierit. Luce.xxij. ¶ Pullus
equinus dum est cū matre/ipsam mire diligit/vbera ei⁹
sugit/stramētis non sternit/cingulo nō cingit/phaleris
non ornat/calcarib⁹ non pūgitur/selle nō subijcit/freno
nō domat/matrē libere sequit/vbicūq₃ discurrere ꝑmit-
titur/graminib⁹ pascit/clauis in pedib⁹ non cauat: sed
in fine a matris vberib⁹ abstrahit/et ea sugere non per-
mittit/labori exponit/quadrigis subijcit/capistris coar
ctatur/equestri militie deputat/et sic casib⁹ miseris pau
per equi fili⁹ ꝓpagatur. Charissimi/per istū pullū intel-
ligo virū carnalē/mūdanum ⁊ pctōrem: qui q̄₃diu est cū
matre sua.i.in mūdo ⁊ in vita presenti/mire eam diligit:
vbera eius.i.mūdi delicias ⁊ seculares scientias sugit:
et stramētis penitētie nō sternitur: cingulo obediētie nō
stringit: phaleris.i.virtutib⁹ non ornat: calcarib⁹ diuini
timoris nō pūgitur: selle discipline nō subijcit: freno silē
tij non domat: matrē suā mūdū sequi/et post eā vbicūq₃
voluerit ire libere ꝑmittit: sc₃ ad nundinas/ad mercata
et negotia secularia pertractāda. Quocūq₃ volueris va-
de. Hiere.xl. Gramina etiam mūdi.i.diuitias ⁊ delicias
depascit: et clauis.i.cōsciētie aculeis nō cauat: et sic q̄si
naturali libertate in hoc seculo iocūdat. Ista etiā patēt
de mūdi pctōrib⁹/secularib⁹ et diuitib⁹ iniquis. Explica
et exēplifica q̄ vir vanus in sup̱biam erigit: et tāq₃ pullū
onagri se liberū natum putat. Job.xj. Sed in fine post
miserā vitā istā/a mr̄is vberib⁹.i.a mūdi delicijs abstra
hitur ꝑ mortē tēporalē/et eā ampli⁹ sugere non sinitur:
s₃ labori infernali subijcit: q₂ laborabit ī eternū/et viuet
adhuc in finē. quadrigis.i.onerib⁹ tormētoꝝ exponitur:
chamo indissolubili eterni carceris stringit/q₂ ꝑpetuo
nequit exire: et equestri militie.i.ipsoꝝ demonum infer-
naliū militū vsib⁹ deputat: et sic finiūtur gaudia ⁊ liber-
tates misere mūdanoꝝ. Extrema eñ gaudij luctus oc-
cupat. Prouer.xiiij. Uel expone de religiosis: qui in fine
qñ exeūt de seculo ⁊ cōuertūtur ad religionē/stringūtur
cingulo obediētie/pūgūtur calcarib⁹ diuini timoris ⁊c̄.
sicut.s̄. Labori penitētie exponūtur: quadrigis.i.regule
et religiōis onerib⁹ supponūtur: equestri militie.i.ad bel
lādum ꝯtra vitia disponūtur: et eis onera mādatoꝝ dei
imponūtur. Ideo Abacuck.iij. Uiā fecisti ī mari equis
3 tuis.i.in amaritudine religionis. ¶ Scd̄m Isido. equi
fuerūt quibusdā diuersis deoꝝ ritib⁹ cōsecrati. Nam in
quadriga solis fuerūt q̄ttuor equi consecrati: et hoc pro-
pter ei⁹ in anno multiplicē immutationē: sc₃ veris/hye-
mis/estatis/⁊ autūni. Sic ꝟe soli.i.xp̄o dedicātur equi.i.
viri iusti: et in quadriga ei⁹.i.in sancta eccl̄ia sunt quat-
tuor gn̄a hoīm seu statuū: p̄lati/religiosi/principes/et se
culares. Et isti equi debēt esse iūcti ⁊ vniti per cōcordie
vnitatē. Uel ꝑ quattuor equos intelligo diuersos status
eccl̄ie ⁊ religionis: potissime monachos/canonicos/mē
dicātes/et seculares. Figura Zacha.vj. vbi vidit quat-
tuor quadrigas: et ī prima equi ruffi: in scd̄a equi nigri:
in tertia equi albi: in quarta equi varij ⁊ fortes/q̄ curre-
bāt discurrētes ꝑ oēm terrā: ⁊ isti exibāt de medio duoꝝ
mōtium. Sic ꝟe in eccl̄ia sunt q̄ttuor quadrige.i.q̄ttuor
status: q̄ de medio duoꝝ mōtium.i.duoꝝ ppl̄oꝝ/iudaici
sc₃ et gētilis: primit⁹ ꝓdierūt. S₃ in quibusdā sunt equi
ruffi. Isti sunt monachi Cisterciēses veteris ordinis/et
minores. Alij sunt nigri.s.monachi nigri p̄dicatores ⁊c̄.
alij albi/sc₃ canonici. alij varij/sc₃ seculares: q̄ nō habēt
aliquē colorē determinatū: q̄ dicūtur currere ꝑ oēm ter
ram: q₂ sc₃ istoꝝ alij sunt liberi/alij sunt serui. Quis di-
misit onagrū liberum? Job.xxxix. ¶ Lune dedicabātur
4 duo equi: sc₃ vnus alb⁹/ali⁹ niger: eo q̄ nocte ⁊ die appa
reat ⁊ lucescat. Sic ꝟe beate virgini debēt dedicari albi
et nigri.i.boni ⁊ mali: et hoc q₂ nocte ⁊ die.i.circa pecca
tores ⁊ iustos solet apparere per suoꝝ bn̄ficioꝝ impēsio-
nem: q₂ ꝼm Bern̄. in ea inuenit iust⁹ grām: pctōr veniā:
angel⁹ letitiā. Ideo Esa.xxxiiij. Nocte ⁊ die nō extigue
5 tur. ¶ Equi triiugales etiā dijs inferis consecrabant.
Ultra aūt septem equos de facili non iūgebāt/referētes
ad septē dies ⁊ planetas. Sic vere charissimi dijs infe-
ris.i.demonib⁹ consecrātur tres equi.i.tria gn̄a pctōꝝ/
sc₃ luxuriosi/cupidi ⁊ sup̱bi: planetis aūt.i.sanctis conse
crantur septem.i.septem donis et virtutibus pollentes.
¶ Item ibidem Isido. dicit q̄ antiqui dedicabāt equos 6
rubeos igni: albos aeri: fuscos terre: varios mari. Sic ve
re illi qui sunt rubei per carnalitatem/varij per falsita-
tem: tales dico mari ⁊ igni.i.amaritudini ⁊ igni inferna
li a deo dedicātur. Illi aūt qui sunt albi per castitatem
et pallidi per maturitatem/terre sc₃ viuētium/et aeri.i.
celesti claritati debēt precipue dedicari. ¶ Item ī esta- 7
te equitabāt rubeos/q₂ tūc oīa calescūt: ī hyeme albos/
q₂ ꝓpter niues oīa canescūt: in vere varios/q₂ tūc oīa vi
rescūt: in autūno fuscos ⁊ nigros: q₂ tūc oīa desiccantur
et pallescūt/⁊ a prima pulchritudine deficiūt ⁊ latescūt.
Equi isti significāt diuersa genera pctōꝝ. varij sunt cu-
riosi: rubei luxuriosi: pallidi sunt tristes et seditiosi: albi
sunt hypocrite ⁊ ficti. Istos igitur equitat diabolus ī di
uersis statibus ⁊ etatib⁹ vite sue. Uarij eñ et curiosi dia
bolo famulantur in vere adolescētie: rubei ⁊ luxuriosi in
estate ⁊ in feruore iuuētutis: pallidi.i.tristes ⁊ inuidiosi
in autumno senectutis: albi.i.hypocrite in hyeme senij.
Ideo contra istas equitaturas dicebat Dauid: Usq₃ in
senectam et senium deus ne derelinquas me. ¶ Equi 8
pallidi solebāt dedicari terre/et in autūno equitabātur:
ꝼm Isido. Sic vere auari/qui terre.i.bonis terrenis po-
tissime dedicātur: ī autūno.i.in tēpore senectutis ab aua
ritia potissime equitātur: q₂ sc₃ auari magis famulantur
auaritie ī tēpore senectutis q̄₃ in iuuētute. Figura Apo
ca.vj. vbi Joānes vidit equum pallidum: et qui sedebat
sup̱ eū/nomen illi mors: et infernus sequebatur eū. Sic
sup̱ istos pallidos/terreos ⁊ auaros sedet mors.i.pecca-
tum auaritie/que aīam mortificat atq₃ dānat: et ideo in-
fernus sequit talem equum: q₂ sc₃ hoc est ꝓprium stabu-
lum huius equ'. sicut eñ dr̄.j.ad Coꝝ.vj. Iniqui regnū
dei non videbūt/nec possidebūt: neq₃ fures/neq₃ auari/
neq₃ ebriosi ⁊c̄. ¶ Antiqui dedicabāt eq̄s ruffos Marti 9
deo belli: q₂ Mars sanguine gaudet. Sic vere illi q̄ sunt
rubei ⁊ ruffi per malitiam/marti deo belli: hoc est dictu/
ire/rixe ⁊ discordie (que bella cōcitat/et furore ⁊ sanguie
et occisione hoīm gaudet) specialiter dedicantur: q₂ pro
certo per tales iracūdos oīs discordia ⁊ sanguinis effu-
sio generat. Figura Apoca.vj. vbi Joānes vidit equum
ruffum: et illi qui sedebat sup̱ eum/datus est gladi⁹ ma-
gnus: et datū est ei vt tolleret pacē de terra/et vt hoies
se interficiāt. Sic vere sup̱ tales malitiosos ⁊ iracundos
solet diabolus equitare/et ipsos vbi vult ducit tāq₃ dn̄s
et magister. Et ideo istis datus est gladius.i.lingua sc₃
malitie/que dr̄ gladius acutus: q₂ scindit ⁊ diuidit con-
cordiam vnitatis. Et ideo sessor iste diabolus mediātib⁹
equis suis iracūdis: et gladio suo.i.mala lingua talium
tollit pacē de terra/et facit hoies interfici sp̄ūaliter per
infamias et odium: et etiam qñq₃ tēporaliter per homi-
cidia. Non est pax vniuerse carni: dicit dn̄s. Hiere.xij. 10
¶ Hoies ꝼm Isid. ibidem/equos albos dedicabāt aeri
et eos in hyeme equitabant. Sic vere charissimi homo
christus (qui in hyeme.i.in tempore infidelitatis voluit
equitare per mundum istum) elegit sibi equum album.i.
corpus virginis gloriose/que fuit alba quātum ad conti
nentie castitatem/aeri deputata quātum ad conscientie
puritatem: et ideo in isto sedit per beatam incarnatio-
nem. Uel si vis intellige corpus xp̄i per equum album:
super quem dei filius equitauit. Figura Apoca.vj. vbi
Joannes vidit equum album: et qui sedebat super eum
data est ei corona: et habebat arcum: et exijt vincens vt
vinceret. Sic vere dei filio/qui sedit in equo albo pro-
prij corporis/vel virginis benedicte: data est corona.i.
regia maiestas: quia Data est mihi omnis potestas ⁊c̄.
Ideo Apoca.xix. Habebat diademata multa. Arcum
etiam sacre scripture habuit: vnde sagittas sacrorum
eloquiorum emisit ad feras capiendas.i.ad peccatores
ad penitentiam conuertendos. Et ideo exiuit/scilicet
a patre: et venit in mūdum: vt vinceret/scil₃ demones
et peccata. Ideo Apoca.xix. Ecce equus albus: et qui
sedebat sup̱ eū/vocabatur fidelis. ¶ Antiqui equos va

rios dedicabāt Iridi/eo q ipa sit variis colorib9 distin-
cta. Sic vere illi qui sunt varij per diuersarum virtutum
et perfectionum colorem/dedicantur ipsi arcui celesti.i.
xpo: qui oēs colores virtutum z perfectionum continet
in seipo. oēs enim boni eum sequūtur per imitationem/
et ei9 vsib9 deputātur per suoꝝ mādatoꝝ executionem.
Figura Zacha.j. vbi dicit. Uidi per noctem: et ecce vir
ascendēs sup equum ruffum: et ipe stabat sup myrteta/
que erāt in pfundo; et secuti sunt eū alij equi ruffi/varij
per auaritiā sunt insatiabiles sicut canes. Esa.lvj. Ca-
nes impudentissimi nesciērūt satietatem. Et ideo tales
4 consueuerūt latrare.i. diffamare et detrahere mendaci-
ter et mordere. ¶ Item sunt alij ibi qui vnum tantū ha
bent oculū in fronte. Sic in mūdo sunt quidā qui cū de-
berent habere duos oculos.i.duplicem discretionem:
scʒ in spiritualibus et temporalibus:tamen non habent
nisi vnū/scʒ mundi sapientes/qui tantū sunt sapiētes in
mundo et mūdialibus:sed carent alio/scʒ discretione in
spiritualibus:quia tales sapientes in temporalib⁹/ceci
sunt in spiritualibus:quia sapientia huius mundi:stul-
titia est apud deum.j.ad Coꝝ.iij.et Hiere.iiij. Sapien-
tes sunt vt faciant mala:bene autem facere nescierunt.
5 ¶ Quidam sunt homines siluestres in Ethiopia / ꝭm
Plini.lib.vij.et ꝭm Isidoꝝ/carentes capite:sed oculos
habēt in humeris:⁊ alij planam habent faciem:et sunt
sine naribus:et labiū inferius eoꝝ ita ꝓminet ꝙ exinde
tota facies dum in solis ardorib⁹ dormiunt/operiꝭ. Sic
vere multi sunt qui non habent caput.i.rectam intētio-
nem:faciem.i.cor habent planum per indiscretā sui cor-
dis manifestationem:contra illud Eccli.viij. Non omi
homini cor tuū manifestes. Sine naribus ⁊ sine odora-
tu sunt:quia scʒ non habēt deuotionē. Labium inferius
habent longissimū per ineptam loquutionem/et per ma
lorum verboꝝ multiplicitatem.et ideo diciꝭ labium in-
ferius:q₂ scʒ non de rebus superiorib⁹/sed tantū de infe
rioribus:nō de celestibus/sed de terrestrib⁹ proloquun-
tur. Un̄.j.Ioā.iiij. Ipsi de mūdo sunt:ideo de mūdo lo-
quuntur.quia pro certo multi sunt qui labiū inferi⁹ ha-
bent magnū/labiū autem superius valde paruū:quia.s.
de inferioribus terrenis et carnalibus multū loquūtur/
6 de superioribus aūt ⁊ celestibus valde parū. Quia qui
de terra est/de terra loquiꝭ. Ioā.iij. ¶ Itē in Ethiopia
sunt quidam fauni/satyri vel pilosi/qui habent ora ita
parua et constricta in pectore/ ꝙ calamis auenarū hau
riunt sibi victū:et isti dicunꝭ esse sine linguis et sine vo-
ce:et loco sermonis vtunꝭ nutu:ꝭm Isido. Soli.⁊ Plin̄.
Reuera tales sunt hodie multi/ qui ꝓprie habent os in
pectore:q₂ scʒ nō loquuntur nisi de illis hominib⁹ quos
habent cordi/et qui eis per amorem sunt impectorati.
os eīn habent valde strictum.s.q̄ʒtum ad bonam loqu-
tionem:q₂ de paucis possunt bonū dicere:quia pro cer-
to multi sunt qui videntur carere lingua:quia scʒ nullū
bonū verbū potest de eis exire. Ezech.iij. Adherere fa-
ciam linguā tuam palato tuo/et eris tacens ⁊ quasi nō
loquens. Uel dic ꝙ per istos intelliguntur quidā q̄ sunt
in religione vel in mūdo/qui cōtecta habent ora/et sunt
sine lingua:quia multi pre indignatione nolunt loqui/
ita ꝙ videntur habere os cōtectū:et carere lingua. Est
eīn odibilis qui procax est ad loquendū:et est tacēs/non
habēs sensum loquele. Uel pone de Cisterciensib⁹: qui
vtuntur signis/et nō loquunꝭ:quia Est tacēs qui nouit
tempus apti temporis. Eccli.xx. Uel pone de bonis re-
ligiosis/et etiam de sapientibus hoibus et modestis/q̄
scilicet parum loquunꝭ/ita ꝙ propter silentiū videnꝭ ca-
rere lingua:quia sicut diciꝭ Amos.v. Prudens in tem-
pore illo tacebit:qm̄ tempus malū est. ¶ Item in Scy- 7
thia sunt q̄dā hoies habētes ita prolixas ⁊ protēsas au-
res/ꝙ totū corpus inde cooperiūt/quos phanisios So-
linus vocat. Sic vere in Scythia q̄ est regio frigida et
aquilonaris.i.in religione vbi viget frigus penitentie ⁊
timoris/sunt quidam habētes magnas aures.i.magnū
affectum et habitudinē ad audiendum:rumores scʒ ⁊ fa
bulas/ita ꝙ totum corpus ecclesie contegūt ⁊ inuoluūt
quia scʒ vbiq̄ʒ se diffundunt ad rumusculos audiēdum.
Actuū.xvij. Ad nihil aliud vacabāt/nisi aut dicere aut
audire aliq̄d noui. ¶ In ethiopia ꝭm Isido. sunt homi- 8
nes/qui ad modum quadrupedū vadunt proni et curui
ꝓsus terrā/nunq̄ʒ erigere se valentes/dicti arthabathi-
te:qui etiam ꝭm Solinū sicut fere sine certis sedibus ꝑ
deserta vagantur. Sic ꝓe charissimi/in Ethiopia.i. in
mundo (qui feruore auaritie comburiꝭ) sunt aliqui ho-
mines:scʒ auari/qui semꝑ sunt curui/proni et inclinati
ad terram.i.ad temporalia per amorem.p̄s. Et dorsum
eorum semꝑ incurua. Dan̄.x. Uultus meus herebat ter-
re. Et isti etiam non sunt contēti vna sede.i.certa posses-
sione:imo semꝑ per inquieta desideria de vna ad aliam
vagantur. Qđ etiam de ambitiosis clericis cernimus/
quorum nunq̄ʒ in vno beneficio quiescit anim⁹. Uel dic
ꝙ tales fuerunt apostoli:quia scʒ nullam sedem tempo-
ralis possessionis sibi appropriauerunt. Sic etiam boni
religiosi nō debent sibi claustrū vel locum appropriare/
sed ad mandatū prelati in certis sedibus/ vbi placuerit
superioribus/se transferre. Ad Heb.xiij. Non habem⁹
hic manētem ciuitatem. ¶ Sunt alij in Ethiopia qui 9
sciopodes dicunꝭ/qui vnū tantū habent pedem/ita ma
gnum/ꝙ eo adumbrantur contra estum:qui ita veloces
sunt/ꝙ canibus comparenꝭ. Sic vere charissimi/illi qui
sunt in Ethiopia.i.in religione/non debent habere nisi
vnum pedem.i.vnū affectum.s.amorem xp̄i ⁊ eternorū:
q₂ ad nihil debent vacare/nisi ad sp̄ualia:et sic poterūt
esse velocissimi:scʒ ad cursum bonoꝝ operū exequendū.
Ad Heb.xij. Curram⁹ ad propositum nobis certamen.
Uel dic ꝙ isti sunt auari/qui cū deberent habere duos
pedes.i.duos affectus:scʒ ad temporalia et celestia:ipsi
tamen non habent nisi vnū:scʒ affectum ad temporalia
qui ita magnus est/ꝙ contra estum.s.auaritie/eo se ob-
umbrent. Isti etiam sunt celeres more canū:scʒ ad mala
opera/et actus auaritie exequendos. Pedes eīn eorum
ad malū currunt. Prouerb.j. ¶ Item in desertis libye 10
sunt q̄dam hoies q̄ plantas hn̄t auersas:et isti senos di-
gitos in pedibus dicunꝭ habere. Tales autē dicit Pli.
i Scythia eē: sicut infra de mirabilib⁹ exposui. Sic ꝓe
in exusta libya mūdi huius sunt multi homines fictitij/
scʒ peccatores/quorū pedes.i.affectus sunt auersi:q₂ cū
deberēt esse a parte ante.s.ad bona spiritualia ⁊ eterna:
ipsi tm̄ a parte retro sunt/scʒ ad bona temporalia ⁊ terre-
na/q̄ retro nos necessario remanebūt. Facti sunt quasi
retrorsum/et nō in ante. Hiere.vij. Pedes autem affe-
ctuum suoꝝ i sex digitos diuidunꝭ/⁊ in sex particulas.
Unus digitus est amor et affectio sui:secund⁹ amor ami
corum:tertius amor deliciarum:quartus amor diuitia-
rum:quintus amor bonoꝝ:sextus amor potentie tempo
ralis. Ezec.xvj. Diuisisti pedes tuos. ¶ Scđm Pasca- 11
sium/super terrā sunt quedam monstra in Scythia que
Lamie nuncupanꝭ/formā humanam mentiētia/que pe
des habēt equinos/ qđ etiam dicit Solinus.sed de hoc
vide de Scythia.c.vlt. Plinius autem lib.xj.c.xlj.dicit
Lamias esse aialia cū mamillis/dicens ꝙ quedam ani
malia habent in ventre medio quaternas mamillas/vt
panthere:alia autē duas/ vt lamie.et ad hoc alludit scri
ptura Threno.iiij.vbi diciꝭ ꝙ Lamie nudauerunt mā-
mas/lactauerūt catulos suos. Sic in hoc mūdo sunt q̄-
dam peccatores / qui licet habeant formā humanam.i.
apparentiam exteriorem rationabilē sicut homo:tm̄ pe-
des eorum.i.affectus ⁊ volūtates sunt equini per super-
biam ⁊ luxuriam:sicut ptʒ in hypocritis/qui videnꝭ esse
homines.i.rationabiles:tm̄ sunt superbi ⁊ luxuriosi. Hie
re.v. Equi amatores in feminas:vnusquisq̄ʒ ad vxorem

primi sui hinniebat. Hucusqȝ Isidorus lib.xij. vbi multa alia ponit monstra/que oia accipit a Plinio lib.vij.et etiam a Solino. Uel dic q̄ isti sunt adulatores/q̄ duplici mãma deceptionum: scȝ gestib⁹ et verbis solent alios lactare/et ipsos decipere et fraudare. Ideo Prouerb.j. Fili ne te lactauerint peccatores.

Capitulum.xl. De Femina.

1 FEmina sm Isidoꝝ est sic dicta a phos/qđ est ignis: eo q̄ habeat vim igneam/vehementer concupiscendo. Et sm Aristo.lib.ix.ca.j. Femina gñaliter est maioris sollicitudinis circa fetus/et maioris pietatis q̄ȝ mascul⁹. Sic ꝟe boni simplices plus valẽt hodie q̄ȝ masculi siue religiosi/ ecclesiastici/clerici vel prelati. Nam hodie maiorem habẽt vim igneã charitatis/ maioris sunt pietatis ꝛ benignitatis/ꝛ mag: sunt solliciti circa fetum bonoꝝ operum producendũ. Uel pone de beata virgine/ que cum sit pijssima et benignissima/fetus suos peccatores feruenter diligit atqȝ nutrit. Esa.xlix. Nunquid obliuisci

2 potest mater filij vteri sui? ¶ Femina sm Aristo.est generaliter masculo infirmior/debilior/ꝛ ad infirmiora pnior: qđ accidit ex paucitate caloris/et abundantia humoris. Uñ femina inter homines est aial mõstruosum. Sic vere charissimi/femine.i.subditi: quia calor charitatis ĩ eis deficit/et humor carnalitatis abũdat: ideo sunt cõmuniter masculis.i.prelatis vel viris perfectis debiliores ad bene operandum/et infirmiores et proniores ad cadendum. Uñ aplus. Infirmi facti estis in hac par

3 te. ¶ Licet generaliter inter oĩa aialia masculi habeant esse feminis fortiores: hoc tñ fallit inter vrsos ꝛ leopardos/vbi femine sunt masculis fortiores. Sic ꝟe licȝ in omni cõitate/et maxime inter sanctos ꝛ angelos/illi qui sunt masculi ad litteram/sint fortiores ꝛ perfectiores/et in oĩ bono constantiores: fallit tñ inter vrsos.i. inter diuites hirsutos/et inter leopardos.i.inter principes et raptores: quia reuera in talibus mulieres preualent viris: quia scȝ minus sunt crudeles/et magis pie/ꝛ vt cõmuniter plus deuote/ ꝛ ad oĩa bona opera magis fortes. Mulierem fortem quis inueniet? Prouer.xxxj.

4 ¶ Femina generaliter est iracũdioris nature q̄ȝ masculus. Nam faciliter pugnat cũ masculo. Unde dicit Aristo.lib.ix.c.j. q̄ inter phocas per rixam continuam aliqñ femina virũ perimit et occidit. Sic vere inter homines ad litteram femine leuius irascunt/et rixando et cõtradicendo pugnant cum masculis suis: ipsos etiam qñqȝ perimũt atqȝ necant/ quia mulier si primatũ habuerit/ contraria est viro suo. Eccli.xxv. Uel dic q̄ illi qui sunt femine.i.luxuriosi et cupidi/ad bene agendum debiles et imperfecti/leuius irascunt ꝛ superbiunt q̄ȝ masculi.i. q̄ȝ boni viri et perfecti: et ideo pugnant contra eos/ volentes scilȝ eis dñari ꝛ prefici: et eos qñqȝ per infamias perimunt et occidunt detrahendo ꝛ murmurando/ꝛ eis prefici cupiendo. Istud ptȝ in religione/vbi illi qui minus valent/alios plus infestant/ꝛ plus cupiũt exaltari.

5 Esa.iij. Mulieres dñate sunt eis. ¶ Femina minoris est constantie et virtutis ꝛ minoris fidelitatis q̄ȝ masculus. Unde recitat Aristo.ibi de sepia q̄ mascul⁹ pugnat pro femina qñ videt eam percuti vel inuadi: ipsa tñ non pugnat pro eo: imo contra eũ/et ipm persequitur ꝛ infestat. Sic vere licet Christus/vir/prelatus et mascul⁹ noster pugnauerit pro nobis/scȝ contra vitia et demones: nos tñ non pro ipso/sed contra ipm insurgim⁹/iurando/ blasphemando/et vitia cõmittendo. Rursum crucifigẽtes filiũ dei. Ad Heb.vj. Uel dic contra rusticos/q̄ licȝ masculus suus.i.prelatus/princeps vel curatus bonus pro eis pugnet tẽpore necessitatis sue/si tñ veniat ei aliqua tribulatio/vtpote q̄ a suis maiorib⁹ ĩpetat/ipsi rustici pugnant contra eũ/accusando ꝛ litigando. Eccli.xij. Oculis suis lachrymat ꝛc. Et Eccli.xxix. Reddet ei p honore contumeliam. Geñ.xliiij. Quare malũ p bono redditis? Uel pone historialiter de mulieribus malis ꝛ infidelibus/que produnt dños suos: quia nõ est malitia super malitiam mulieris. Eccli.xxv. Uel potest dici de

6 infidelibus vassallis. ¶ Femina sm Aristo.in generatione se habet per modum materie: masculus autem p modum forme: ita q̄ ex cõmixtione duorũ seminũ fetus in vtero generat. Sic vere Christus se habet per modũ forme ꝛ cause efficientis: anima autem per modum materie in generatione spirituali.i.in pductione bonorum operum: et ex istorum coniunctione et vnione gratifica/ fetus bonoꝝ operum procreantur.

Capitulum.xlj. De Fetante.

1 FEtans est pariens ꝛ generans in quolibet genere: et sic dicit a fecunditate. Et habet oĩs fetans membrũ propriũ aptum ad conceptionem.ꝛ ad hãc cooperatur sm Arist.li.viij. reuolutio et influentia orbiũ et stellarũ. Sed de hoc quere lib.vj. cap.iij. de muliere pariente. Sic vere talis est omnis bonus homo: q2 fetũ bonorum operum primo in loco apto et debita matrice concipit: videlicet in volũtate/et deinde eũ per bonam operationem emittit. Uerũtamen ad hoc operatur ꝛ iuuat reuolutio ꝛ influentia stellarum.i. intercessio/exempla/doctrina ꝛ oratio orbium et stellarũ spiritualium.i. sanctorum ꝛ bonorum operũ/et angeloꝝ. Ad bona eñ opera procreanda a sanctorum exemplis ꝛ orationib⁹ adiuuamur. Stelle eñ manẽtes in ordine suo ꝛc. Judicũ.v.

Capitulum.xlij. De Fetu.

Quod hic secundinam vocat/alij secundas plurali tantum numero/seu inuolucrum dicunt.

1 FEtus est partus animalis: sic dictus dum in ventre fouetur. Pellis autem q̄ fetum continet/dicit secũdina: quia cum fetu nascitur: et nisi cum fetu expellatur/mater exinde morit et necatur. Dum autẽ fetus a matre parturitur/ necesse est vt a secundina illa primitus spolietur. Sic vere charissimi cũ homo in vtero matris.i.in amore et statu mundi sit inuolutus secundina.i.carnalibus voluptatibus et peccatis/qñ tandem de ventre mundi eijcitur/necesse est vt voluptatum deserat secundinam: vtpote qñ intrat religionem/vel ad dignitatem ecclesie pmouet. Similiter qñ ecclesia emittit aliquẽ ad dignitatẽ/necesse est q̄ carnali tunica exuatur. Ideo dicat talis illud.ij.ad Coꝛ.x. In carne ambulãtes nõ sm carnẽ militamus.arma eñ militie nr̄e nõ sũt carnalia. Uel expone si vis de pctõ originali/vel de ꝯplacentia peccati/ que post partũ fetus.i.post cõfessionem pcti remanẽs in matrice.i.in volũtate/ipam ĩterficit p pctm̃. Allega ꝛc.

2 ¶ De fetib⁹ aialiũ aliqui sint masculi/aliqui femine/alij qui hermaphroditi: qui vtrũqȝ habent sexũ: sed tñ semp impfectũ sm Isido.lib.xj. Quere reliqua lib.vj. de creatione hominis. Sic inter hoies quidã sunt masculi.i. boni: alij femine.i. mali: alij hermaphroditi.i. mediocres: q2 scȝ volunt deo seruire ꝛ mũdo/ ꝛ vtroqȝ sexu gaudere. Sed vere necessario oportet q̄ vterqȝ sit imperfectus: q2 nemo põt duobus dñis seruire: q2 aut vnum diliget ꝛc. Mat.vj. Non eñ potestis bibere calicẽ dñi/ꝛ demoniorum.j.ad Corinth.x. Exemplifica de religiosis seculum sectantibus ꝛc.

Capitulum.xliij. de Fatuis ficarijs.

1 FIcarius fatuus dr homo siluestris/ficub⁹ viuens: ꝛ sic sumitur Hiere.l. Dracones inquit cũ fatuis ficarijs. Glosa.i. cũ hominib⁹ siluanis. Unde male dicunt qui dicũt sicarius: q2 sicari⁹ est latro vtens sica.i.gladio breui: sicut Aioth Judic.iij. Ficarius etiã põt dici custos ꝛ vẽditor ficuũ ꝛc. vide supra de faunis.

Capitulum.xliiij. de Formica.

1 FOrmica dr quasi ferens micas: q2 micas ꝛ farris grana congregat in estate/ vnde viuat in hyeme. extrema aũt grani sui pscindit/ ne valeat germinare: vt dicit Isido. lib.xij. Recte talis est diabolus: q2 micas.i.aias fert ꝛ portat per vitia/ ꝛ pctã ad suã formicariã.i.in infernũ: q2 in estate psperitatis congregat ꝛ adunat aias peccatorũ: vnde viuat in hyeme aduersitatis.i.inferius in inferno: vbi ipas deuorat ꝛ mãducat: q2 ꝯgregat ĩ estate messem sibi. Prouerbi.vj. Quãdo aũt formica.i. diabolus cepit

aliquod granū.i.aliquem peccatorē ꝑ tētationem ⁊ delectationem: tūc vere ne germinet ꝑ bona opera ⁊ ꝑ penitentiam/ p̄scindit sibi extrema.i.memoriā natiuitatis et mortis/ p̄ncipij ⁊ finis: q̄ non vult ꝙ cogitemus natiuitatis vilitatē: vel mortis acerbitatē/ ne forte ad penitentiam conuersi/ ꝑ bona opera germinemus. Auferet a te caput et caudā. Esa.ix. Uel dic ꝙ boni ⁊ iusti in estate.i. in vita p̄senti acquirunt ⁊ accumulāt grana.i.gr̄as ⁊ virtutes: de quib⁹ viuūt scȝ ꝑpetuo in hyeme.i.in statu post mortem. Cōgregat em̄ i messe q̄d comedat. Prouer. vj.

2 ¶ Secūdum solinū formice inter cetera aīalia sollicite sunt discipline. Nam sibi in posterū ꝓuident vnde viuāt. Gregatim viuūt: de granis suis cortices auferūt/ ⁊ in secretis domorū suarū latibulis ea abscōdunt/ ne a vento dispergātur/ vel ab auibus comedant. occultas vias faciunt rectas/ ꝑ quas incedant: ⁊ sapientiores sunt semꝑ in vijs illis/ ne stulte deuient aut aberrent. cumulos autem faciunt in quib⁹ habitāt ⁊ morant/ ⁊ in quib⁹ cōmuniter vitam ducūt. Recte charissimi tales sunt iusti ⁊ religiosi: q̄ īter alios homines sunt sollicite discipline: q̄ sibi prouident ꝑ discretionē in posterū/ scȝ cōtra futuras tētationes ⁊ tribulationes: q̄ sapiens reseruat in posterum. Prouer.xxix. ⁊ Seneca dicit. Futura preuide/ p̄sentia ordina/ p̄terita meditare. Isti habent gregatim viuere ꝑ cōcordiā ⁊ amorē. Luce.xj. Pueri mei mecum sunt in cubili. De granis.i. de operib⁹ suis cortices.i. supfluitates auferūt ꝑ penitētiam et dolorē. Ficum meā decorticauit. Johe.j. Grana etiā sua.i. opera ⁊ virtutes debēt abscondere ⁊ celare ꝑ humilitatē/ ⁊ nō ea exponere ꝑ iactantiam ⁊ vanitatē: ⁊ hoc ne a vento supbie dissipētur/ vel ab auibus.i. malis cogitationib⁹ ⁊ tētationib⁹ vel a demonib⁹ rapiant. Figura Mat.xiij. vbi granum quod positū erat iuxta viā.i. in aperto ⁊ publico/ a celi volucrib⁹ ē voratū: q̄ volucres celi comederūt illud. Et iō talia grana bonorū operum sunt ab alijs visibus occultāda. Mat.vj. Attēdite ne iustitiam vestrā faciatis coram hominib⁹. Uia aūt istorum qua tēdunt ad patriam.i. eorum vita p̄sens (q̄ scȝ modo sunt viatores) debet esse occulta ꝑ discretionem ⁊ humilitatē/ vt dictū est: munda ꝑ pudicitiam ⁊ castitatē/ recta ꝑ iustitiam et equitatē. Et illi q̄ sunt sapiētiores ⁊ docti: scȝ ꝑfecti ⁊ doctores/ debēt in tali via iugiter ꝑmanere/ vt sint scȝ alijs in exemplū/ ne a via veritatis valeant deuiare: q̄ via iusti recta/ rectus callis iusti. Esa.xxvj. Isti etiā in cumulis.i. in ꝯuētibus ⁊ religionibus habitant ⁊ morant: q̄ boni consueuerunt semꝑ insimul cōmorari ⁊ cōuersari: q̄ omne animal diligit sibi simile. Eccli.xiij. iō Esa.xlviij. Ego vo-

3 cabo eos: ⁊ stabūt simul. ¶ Secūdum solinū formice q̄n arctantur/ infundūt sup manus quādam aquam venenosam: que manus exurit/ q̄ data est eis in armaturā a natura. Sic boni ⁊ iusti aliq̄n zelo iustitie irascūtur contra malos: ⁊ eos ꝑ correctionem ⁊ punitionē exurūt ⁊ corrodunt/ ⁊ maxime prelati: sicut patȝ in Paulo/ qui tradidit fornicarium diabolo in interitum carnis sue/ vt spiritus

4 saluꝰ fieret. j. ad Cor. v. ¶ Scdꝫ Pli.li.xj.c.xxx. formice labores suos ordinant/ ⁊ grana sibi inuicē cōicāt: et maiora onera q̄ȝ ipse sint ferūt. De re sua publica est eis multa cura/ ratio ⁊ memoria/ ⁊ paruitatem corporis virtutis magnitudine recōpensant. Uere tales debent esse boni ⁊ iusti: q̄ per virtutē pietatis ⁊ largitatis omnia grana sua.i. diuitie ⁊ scientie ⁊ alia sua bona debent esse cōmunia: q̄ sine inuidia cōmunico. Sap.vij. Act.ij. Habebant oīa cōmunia. Quod vtiq̄ȝ est cōtra auaros/ qui bona sua nolunt alijs impartiri. Nō sint alieni participes tui. Prouerb.v. Isti etiam debent portare ⁊ supportare onera.i. onus tribulationis ⁊ penitētie/ vel onera.i. viros onerosos/ dato ꝙ sint plus onerosi q̄ȝ ipsi. Supportate infirmos. Gala.vj. Alter alterius onera portate ⁊c̄. Debet etiam eis esse cura de re publica: scȝ de regimine status secularis ⁊ ecclesiastici/ de vtilitate cōmunitatis: quod maxime pertinet ad p̄latos. Nemo quod suū est querat. Contra ꝓprietarios/ qui nō curāt de cōmunitate: q̄ oēs que sua sunt querūt: nō que Jesu Christi. ad Philip.ij. Corporis aūt.i. status et eminentie paruitatē debent ꝑ virtutum ⁊ bonorū operū magnitudinem cōpēsare. Ut virtus de negocijs iudicaret. ij. Macha. vlti.

5 ¶ Idem dicit ꝙ quādo formice habēt aliquid q̄d morsu ⁊ ore nō possunt portare: tunc vertūt se/ ⁊ pedibus posterioribus ante positis post se trahere moliūtur: ⁊ si onus suū sit ita graue/ ꝙ portari ab eis nequeat/ solent illud diuidere vt sic facilius deferatur: ⁊ i cauernā suā leuius inducatur. Formica est prelat⁹: onus suū est subditus: quem debet portare ad paradisum: sed si sit ita grauis ⁊ obstinat⁹/ ꝙ ipsum deferre nequeat ad paradisum nec ore doctrine vel p̄dicationis/ nec morsu punitionis aut correctionis: tunc debet eū precedere ꝑ bonum exemplum: ⁊ sic post se trahet eū per imitationē: iuxta illud Osee.xj. In funiculis adam traham eos/ in vinculis charitatis. Si autē ita fuerit grauis ⁊ obstinat⁹/ ⁊ ꝑ malas ꝯsuetudines aggrauatus/ ꝙ nec ore monitionis vel predicationis/ nec exemplo bone cōuersationis vel operationis trahi possit: tūc debȝ eū diuidere ⁊ scindere ꝑ fortē correctionē vt eū introducat ad gloriā sēpiternā in formicariā p̄adisi/ vt q̄ ꝟbis nō corrigit/ ꝟberib⁹ corrigat. ꝫ Glo. Eccli.xxxiij. Uel dic ꝙ diabolus diuidit grana sua.i. auaros ⁊ reprobos per multa desideria et negocia: vt sic in formicariā suam.i. in infernū eos facilius introducat. Et ideo Osee x. Diuisum est cor eorū/ nunc interibunt. Pone etiam ꝙ grana ista decorticat/ ne germinent: q̄ corticem bone cōuersationis eis aufert. Ficū meam decorticauit. Johelis.j.

6 ¶ Item formice operātur in plenilunio noctib⁹/ interlunio aūt cessant a labore. Nam q̄ de pluribus partibus cibos euehunt: ideo tempus certū datum est eis ad laborem: ꝫm Pli.li.xj.c.xxx. Plenilunium charissimi significat tēpus gratie/ in quo nox presentis ignorātie lumine lune.i. gratia Christi fuit perfectius illustrata. Et ideo pro certo formice.i. boni viri in isto plenilunio.i. in tempore gratie debent bonis laboribus vacare/ ⁊ operibus virtuosis instare/ vt post istud pleniluniū.i. post diē iudicij cessent ⁊ requiescant a laborib⁹ suis/ et opera eorū sequant eos. Apoc.xiiij.s. in paradiso. Ideo Joan.ix. Operamini donec dies est.

7 ¶ Formice ꝫm Pli. li.xj.ca. xxx. in plenilunio operant: gregatim viuūt: grana sua cōmunicant: ⁊ cū sibi obuijs fit colloquutio/ ⁊ diligens ꝑcontatio. Nam altera cū altera morā cōtrahit/ ac si inuicem haberent consilia ⁊ cōtractus. vadunt et redeūt per semitas tritas/ certas ⁊ rectas/ quas sibi etiam super silices elegerūt. Sunt aūt formice paruule/ stricte circa vētrem/ que quādo senescunt/ crescunt eis ale/ ⁊ in aere volitāt sicut aues. Et sicut dicit Pli.lib.vij.c.xv. Formica mēstruum sanguinē sentit/ ⁊ inde tactū gramē proijcit/ ⁊ ipsum postea non resumit. Sic vere religiosi debent gregatim per collegia viuere/ in plenilunio vite huius laborare/ bona sua inuicem cōmunicare/ ⁊ in capitulis suis colloqui et tractare/ ⁊ illos quibus obuiant/ pacifice salutare: et inuicem cōsilia facere ⁊ habere: quia salus erit vbi multa consilia. Prouerb. xj. Per semitas tritas.i. ꝑ viam penitentie/ que multis tribulationibus trita esse debet/ debent incedere/ et rectam viam iustitie iugiter obseruare. Hac via ambulate/ in ea non declinetis ⁊c̄. Debent esse paruuli per humilitatem/ stricti vel cincti per ventrem ⁊ castitatem. Renes vestros accingetis ⁊c̄. Exodi.xij. Et licet isti in iuuētute sint animalia.i. voluptuosi per carnalitatem/ circūeuntes circa terram per auaritiam ⁊ cupiditatem: tamen quādo senescunt ꝑ etatem ⁊ maturitatem/ ⁊ crescunt per gratiam ⁊ virtutem: tunc vere debent fieri volucres.i. viri perfecti ⁊ contemplatiui: q̄ alas duplicis charitatis debent accipere/ et sursum ad celestia per contemplationis studium eleuari/ sanguinem.i. peccatum luxurie debent fugere/ et eos qui inde tacti et infecti sunt dimittere/ et eorum consortium abhorrere. Facient sibi alas/ ⁊ volabunt in celum. Prouerbio.xxiij. Date sunt mulieri ale due/ vt volaret. Uel pone de balliuis et causidicis/ qui primo sunt parui ⁊ depressi ⁊ pauperes/ circa terram in statu infimo ambulantes: sed tandem cū creuerint per diuitias/ ⁊ senuerint per scientiam secularem/ tunc efficiuntur alati per superbiam/ ⁊ volant superius ad officia ⁊ dignitates/ et

inter aues habitant.i. inter nobiles et potentes: vtpote
q₂ efficiũtur milites/licet naturaliter sint rustici: ⁊ sic de
bestia in volucrem transformantur Figura Danie. vij.
vbi vidit bestiam in mari quasi leenam/⁊ habebat alas
quasi aquila: sed tandem auulse sunt ale eius/et sublata
est de terra. Sic vere quando isti sunt in mari.i.in statu
paupertatis ⁊ amaritudinis / ipsi sunt recte sicut leena/
scilicet crudeles ⁊ raptores: sed tandẽ acquirunt alas.i.
diuitias ⁊ prebẽdas ⁊ officia / mediantibus quibus per
superbiam extollũtur: ⁊ sicut aquile ad rapinam vndiq₃
deferuntur: sed tandem per mortem ale sue huiusmodi
auellũtur/⁊ illi a terra.i.a vita presenti pariter auferunt.
Prouer.x. Impij aũt de terra tollent. Job.xxij. Nunq̃d
semitã seculoꝝ custodire cupis quã calcauerũt viri iniq̃:
8 qui sublati sunt ante tempus suũ.¶ Item idem ibidem
ca.xxxj. dicit q̃ i India sunt formice maxime ⁊ cornute/
que mira cupiditate aurum ⁊ arenas aureas ⁊ gemmas
custodiunt/q̃ licet eis non proficiant: tamen exinde acci
pere volentes persequuntur/ vulnerant volando ⁊ occi-
dunt. sed hec Indi furantur estiuo tempore: quando sc₃
pre feruore nimio iste formice in cauernis ⁊ in tumulis
absconduntur. Iste autem formice (vt ait) magne sunt
ad quantitatem luporum egyptiorum. Unde ait q̃ in tẽ
plo herculis Rome fuerũt lõgo tpe duo cornua formice
indice suspensa pro miraculo. Sic vere in mundo sunt
formice.i. diuites/causidici/vsurarij ⁊ auari/qui sunt ma
ximi quãtum ad substantiam temporalem/ cornuti quã-
tum ad potentiam secularem/et quantum ad elationẽ
et superbiam popularem. sed isti sunt cupidissimi: quia
aurum et gemmas.i. diuitias temporales custodiunt/
scilic₃ in suis arcis et abditis: ⁊ licet tanta auaritie par-
citate constringantur/q̃ eis nõ proficiant/nec eis vtan-
tur: (quia sc₃ non audẽt vti/nec etiam comedere ad suf-
ficientiã: sicut dicitur Ecclis.iiij. Unus est/et scd̃m nõ
habet ⁊c.) tamen non sinũt q̃ inde alij accipiãt quoquo
modo: imo rerum suarũ inuasores ⁊ detentores crudeli-
ter persequunt/vt pt₃: quia debitores suos in cariori tẽ-
pore quo possunt per lites impetunt et inuadunt: et sic
eos occidunt ⁊ affligunt: quia vitam suam.i. temporalẽ
substantiã eis tollunt. Esa.lviij. Omnes debitores ve-
stros repetit₃: ⁊ percutitis pugno impie. Uerũtamen qñ
post mortem erunt in tumulis et cauernis/et quando
estas.i. feruor et ardor ignis eterni et etiam pena mort₃
eos afflixerit: tunc vere aurum et gemme.i. diuitie tem-
porales quas nunc custodiunt/ab alijs poterũt occupa-
ri: quia relinquent alienis diuitias suas: ⁊ sepulchra eo-
rum domus illorum in eternũ. Uel dic de bonis q̃ aurũ
et gẽmas.i. virtutes ⁊ gratias debent summe custodire
et demones volentes ea rapere / operibus impugnare.
Uerũtamen qñ in estate prosperitatis/ vel ardore tenta
tionis includuntur in cauernis terre.i. in amore tempo-
ralium: tunc eis a demonibus subtrahũtur ⁊ furant ⁊c.
9 ¶ Item dicit Isido.lib.xij. q̃ in Ethiopia sunt formice
sicut canes/ que custodiũt arenas aureas: sicut dictum
est. Sic sunt auari/ qui more canum habẽt insatiabilem
appetitum. Esa.lvj. Canes impudentissimi nescierunt
10 saturitatem ⁊c. Expone sicut supra: q₂ idem. ¶ Formice
sicut apes ꝟm Aristo.lib.iiij.ca.viij. habent sensum olfa
ctus: q₂ si quis malo odore subfumigauerit domos suas
ipsas fugiunt ⁊ dimittunt. Sic vere boni bono odore bo
ne fame aliorum delectant: ⁊ ideo domos.i. religiones ⁊
collegia in quibus est malus odor luxurie ⁊ infamie/de-
bent dimittere / et ad alia odorifera.i. ad bonas societa-
tes ⁊ famosas pro viribus se transferre. Unde de mun-
do vbi est malus odor infamie ⁊ luxurie/ debent se trans
ferre ad religionis statum/⁊ societates puras et castas.
Unguento ⁊ varijs odoribus delectatur cor. Prouerb.
xxvij. Uel dic q̃ diabolus volens expellere formicam.i.
Christũ de domo sua.i. de corde hominis/ facit ibi odo-
rem fetidum.i. malas ⁊ impudicas affectiones ⁊ cogita
tiones/quibus homo trahitur ad peccatum: ⁊ sic Chri-
stus deserit locum suum. Reliqui domũ meã: dimisi he-
11 reditatẽ ⁊c. Hier.xij. ¶ Item idem lib.viij. Formice flo
res et germina corrodendo violant/ fructus et semina
concauant ⁊ manducant. Et licet hominibus noceant/
vrsos tamen adiuuant atq₃ sanant: q₂ eorum oua vrsis
sunt medicina. Uide infra de vrso et de ouis. Sic vere
praui principes ⁊ prelati ⁊ iudices corrodunt et consu-
munt per crudelitatem ⁊ rapinam/exactionem et exco-
riationem/flores ⁊ fructus arborum.i. diuitias alienas:
et ideo hominibus/qui sunt bestie nude naturaliter/sci-
licet pauperibus/qui non habent vellus diuitiarũ/sunt
infesti/nociui ⁊ molesti: quia nudos dimittunt homines
vestimenta tollentes. Job.xxiiij. Illos tamen qui sunt
vrsi.i. qui sunt pilosi/et vellere diuitiarum vestiti/ adiu-
uant/sustinent atq₃ fouent: quia vere mali iudices ⁊ ra-
ptores sustinent diuites ⁊ potentes/ ⁊ depredantur pau
peres et egentes. Diuitie enim addunt amicos pluri-
mos/a paupere autem et ij quos habuerat recesserunt.
Prouerbio.xix. Applica bene contra acceptores perso-
12 narum. ¶ Secundum Pli.lib.xj.ca.xxx. tanta inest for-
micis naturalis industria / q̃ ad earum diligentiam hu-
mana ratio vix attingit. Est enim his ratio/memoria/cu
ra/cõmunitas/⁊ sapientia. Apparet autem earum sapi-
entia in multis: quia scilicet grana ne germinent/ abro-
dunt: magna vt subintrent diuidunt / madefacta desic-
cant/⁊ super semitas tritas ⁊ certas ambulant/de futu-
ro cogitant/simul viuunt/et grana contra hyemem con-
gregant/certo tempore laborant/ ⁊ certum etiã tempus
ad quiescendum eligunt: et ad recognitionem mutuam
quasi nundinas sibi vendicant/⁊ sole animalium/ preter
hominem/socias mortuas sepeliunt ⁊ tumulant: et cum
sibi obuie sunt / quasi quosdam contractus et consilia si-
mul tractant. Hec Plinius vbi supra. Ista omnia dic de
viris perfectis / qui pro certo debent habere rationem
intelligẽdorum/memoriam beneficiorum susceptorum/
curam ⁊ diligentiam operum agendorum. Isti ergo de-
bent grana.i. corpa sua ne germinent/scilicet peccata/p
penitentiam rodere: corda etiam sua si sint per superbiã
nimis grossa/debent per humilitatem diuidere ⁊ minue
re: ⁊ si sint nimis per carnalitatem humida/ debent ea p
abstinentiam desiccare. Per semitas certas/scilicet per
vias per quas sancti ambulauerũt/debent incedere. De
futuro tempore mortis debent cogitare: ⁊ sibi pro illo tẽ
pore grana.i. virtutes ⁊ merita congregare. Simul con-
corditer ⁊ socialiter debent viuere/ ⁊ certum etiam tem-
pus ad labores tam mentales q̃₃ corporales eligere: et
certum etiam tempus ad quiescendum ⁊ ad recreandũ
accipere: ⁊ de suis negocijs inuicem tractare ⁊ consule-
re. Igitur bene consulit sapiens Prouerbio.vj. dicens.
Uade ad formicã o piger/⁊ considera vias eius/ ⁊ disce
sapiẽtiam. Isti etiam debent mortuos socios sepelire: ⁊
opera pietatis alter alteri exhibere. Uel etiã mortuos.i.
defectuosos debent sepelire ⁊ abscõdere: ⁊ eos in publi-
cum non mittere/ sicut faciunt religiosi. Geñ.xxxv. Se-
peli mortuũ tuũ. Et sicut formice triticum eligunt/hor-
deum vero dimittunt: sic iusti accipiunt triticum sensus
spiritualis/ ⁊ dimittunt hordeum cum cortice littere hi-
storialis. Uel accipiunt frumentum spiritualiũ/⁊ dimit-
tunt hordeum temporalium. dicunt eñ illud Mat.iij.
13 Triticum cõgregate in horreum meũ. ¶ Secũdũ Pli. q₂ sc₃ nul-
formica est fortius animal quod sit in mundo: q₂ sc₃ nul-
lum est quod respectu sui corporis tãtum onus portare
valeat/ vt formica. Sic vere humiles ⁊ simplices solẽt in
supportãdis tribulationum oneribus alijs esse fortiores.
Johelis.iij. Infirmus dicat: q₂ ego fortis sum.

Formicaleõ. vide supra titulo de aranea vbi ponit

Capitulum.xlv. de Fuco.

Fucus est apis magna / carens aculeo/ tanq̃ ⁊
imperfecta: ⁊ dicit a phagein/ quod est come
dere: q₂ licet non mellificet nec laboret: mella
tamen comedit aliarũ: ꝟm Isido.lib.xij. Sic
vere in mũdo sunt diuites ⁊ potentes: qui non
laborant ad mellificãdum.i. ad diuitias acquirẽdum: ⁊
mella aliorũ ⁊ labores.i. diuitias pauperũ agricolarum ⁊
subditorum/quas per extorsiones suas acquirũt/deuorãt
et comedunt. Joã.iiij. Alij laborauerũt/⁊ vos in labores
eorum introistis. Aug. Est qui seminat/ ⁊ alius qui metit. ⁊

psal. In labore hominum non sunt ꝛc. Uel allega contra
malos prelatos vel burgaudos qui sunt in religione/ qui
non faciunt nisi alios infestare/et laute de eorum labori-
bus comedere ꝛ manducare: qꝛ vere multi sunt hodie in
ecclesia qui nihil sciūt mellificare nec aggregare/nec vti-
litatem aliquā procurare: de bonis tamen que sancti pre-
decessores sui sanctis meritis ꝛ laboribus quesierunt/vo
2 lunt viuere valde laute. allega sicut supra. ¶ Fuci ſm
Pli.li.xi.c.xi. cooperātur alijs apibus ad mella preparā-
da/ ꝛ domos edificandas. vnde sunt quasi apes imperfe
cte/serue ꝛ mancipia aliarum: ꝛ ideo alie eis imperant/ꝛ
primos ad opera compellunt / tardantes autē puniunt
atq; pungunt: quādo aūt mella sunt perfecta ꝛ matura/
expellunt eos alie apes/ꝛ q̄uis multos labores sustinue
rint circa mel/tamen exinde comedere non sinūtur/ nisi
quod rapiunt ꝛ furātur: ꝛ ideo in vere ab aluearibus ex-
pellūtur. Tales recte sunt pauperes atq; serui/qui alijs
apibus/scilȝ diuitibus obediunt/ ꝛ eos adiuuant ad mel
diuitiarum preparandum/ ꝛ ad domos etiam fabrican-
das. alie eñi apes/scȝ diuites/consueuerunt talibus im-
perare: qꝛ diues pauperibus imperat. Prouerbio. xxij.
Et ideo ad opera ꝛ labores tales primi compelluntur: ꝛ
si tardauerint.i.nō faciant quod precipitur/ verbis atq;
verberibus affliguntur: qꝛ seruo misera est conditio ser-
uitutis: qꝛ seruus cogitur pati/ ꝛ nemo sinitur compati:
seruus cogitur dolere/et nemo siniť cōdolere. Licet ta-
men fuci.i. pauperes agricole circa mel diuitiarū labo-
rauerint: tamen quādo mella.i.diuitie sunt parate/ quā-
do ver.i.tēpus ꝓsperitatis aduenerit: tunc vere diuites
eos prohibent ne de diuitijs comedant acquisitis: ꝛ eos
a se proijciunt ꝛ expellunt. vnde breuiter de bonis diui-
tum nihil portant / nisi quod possunt rapere vel furari.
Cōtra illud. Dignus est operarius mercede sua. Uel po
ne si vis de falso amore diuitum/qui alios sibi adiungūt
ad laborandum: sed non ad cōuiuādum/ quos licet ha-
beant socios in aduersis: tamen eos deserunt in prospe-
ris. Quia si habueris/conuiuet tecū ꝛc. Eccli. xiij. Uel
pone de malis prelatis / qui pauperes subditos cogunt
ad labores: sed tamen a melle consolationis temporalis
prebendarum ꝛ officiorum eos arcent. Figura de prefe-
ctis operū Pharaonis/qui filios Israel cogebant face-
re lateres/ꝛ tñ paleas non dabant eis. qꝛ vere multi sunt q̇
bene recipiunt beneficia aliorū: sed nihil penitus volunt
3 recompensare: contra illud Eccli. iiij. Non sit porrecta
manus tua ad accipiendū/ꝛ ad dandum collecta. ¶ Fu
ci sunt apes imperfecte/que non mellificāt: sed impera-
toribus apum et alijs apibus mellificantibus edificant
regias mansiones/amplas/magnificas/ separatas/ co-
operculo clausas. Sic vere licet seculares mel deuotio-
nis ꝛ gratie vix producant: apibus tamen mellificanti-
bus.i. religiosis: domos ꝛ habitacula.i. collegia ꝛ conuē
tus edificant ꝛ procurant/ que scȝ sunt ample per chari-
tatem/magnifice per dignitatem: separate scȝ a mūdia-
li statu per perfectionis eminentiam/ꝛ cooperculo clau-
se per votorum ꝛ statutorum custodiam. Sexangule aūt
debent esse per paupertatem/obedientiam/ castitatem/
humilitatem/charitatem/ ꝛ pietatē. Figura. iij. Reg. v.
de tyrijs qui edificauerūt filijs Israel templum. Sic se-
culares templa ꝛ ecclesias edificant viris sanctis.

Capitulum. xlvj. de Gryphibus.

1 Gryphes sunt animalia crudelia/que caput ꝛ
pedes anteriores habēt vt aquile: reliquum
aūt corpus posterius simile est leoni. Isti aūt
maxime infestāt equos / homines etiam de-
uorant ꝛ occidunt/ſm Isido. li. xij. intantum
ſm Hug. ꝙ equū ꝛ equitem rapiunt in sublime. Arenas
aureas custodiunt in montibus hyperboreis/ et omnes
volentes tollere interficiūt ꝛ occidūt. Tales recte sunt
tyranni.i. mali principes ꝛ prelati: qꝛ primo in iuuentute
sunt aquile: qꝛ scȝ clare vident per discretionem/ alte vo-
lant per contēplationem/ acute rapiunt per correctionē
alte clamant per predicationem: iuxta illud Osee. viij.
In gutture tuo sit tuba quasi aquila. Sed vere in parte
posteriori/ hoc est dictu/in senectute ꝛ extremitate vite/
ipsi sunt similes leonib⁹/scȝ crudeles raptores/ excoria-
tores/ꝛ superbi/ꝛ more leonum innocentes bestias.i. iu-
stos ꝛ bonos subditos inuadentes. Et ideo bene diciť ꝙ
equos ꝛ homines.i. bonos ꝛ malos/ luxuriosos ꝛ castos
impetunt excoriationibus ꝛ inuadunt. Eze. xxj. Occidi
2 in te iustum ꝛ impium. ¶ Gryphes qui sunt ſm solinum
alites ferocissime/vel potius fere volantes/in montibus
hyperboreis custodiunt aurum ꝛ gēmas: ꝛ licet eis non
vtātur: illa tamen exinde non sinūt quēpiā sumere quo-
quo modo/ſm Isido. sicut idem diciť supra de formicis
Ethiopie. Sic vere mali prelati in montibus dignitatū
existentes/custodiunt arenas ꝛ gēmas.i. animas pecca-
torū/quarum sunt custodes ꝛ prelati. Nam per mala sua
exempla istas custodiūt in montibus hyperboreis / qui
sunt frigidissimi.i. in statu peccati / vbi est frigiditas in-
deuotionis/ita ꝙ si aliquis hō/scȝ predicator/velit exin-
de eas tollere per ꝑdicationem/ipsi eū impetunt ꝛ inua
dunt/ꝛ ipsum sepe ꝓhibent predicare: contra illud Pro-
uerb. iij. Noli ꝓhibere benefacere eū qui pōt/si potes ꝛ
ipse benefac. Uel pone de diabolo vel de magistris scho
larum / vel de parentib⁹ mundanis/ qui nolunt ꝙ aliq̇s
deferat/scȝ ad statū religionis ꝛ salutis illos iuuenes vel
animas que sue custodie committunť. Ideo Hiere. xij.
Pastores multi demoliti sunt vineam meā. Uel pone de
auaris: qui licet non vtanť auro ꝛ gēmis.i. diuitijs tem-
poralibus quas custodiunt / tñ non sinunt alios eis vti:
3 immo fures ꝛ alios crudeliter persequūtur. ¶ Gryphes
ita sunt magni/ ꝙ de eorū vnguibus in mēsis regum po-
cula propinentur. Sic vere gryphs.i. diabolus habet
maximos vngues.i. maximam crudelitatē/ ita ꝙ in mē-
sa regis eterni.i. in sacra scriptura poculum scȝ doctrine
de huiusmodi vnguibus propinatur: qꝛ scȝ de crudelita-
te ipsius ibi mentio fieri consueuit. Hiere. vj. Crudelis
est/ꝛ non miserebitur ꝛc. Uel dic ꝙ vngues gryphis est
rigor iustitie ipsius Christi/qui sunt in sacra pagina in
reuerentia ꝛ honore. Ungues habebat ferreos. Dañ. vij
4 ¶ Gryphs odit equū/ ipsum vnguibus pungit/ꝛ ipsum
in aera subleuat ꝛ extollit. Sic vere tyrāni sanctos mar
tyres oderunt/ꝛ eos impugnauerūt. Sed vere ex hoc in
altum.i. ad altitudinem perfectionis ꝛ eterne ꝑlationis
ipsos mirabiliter exaltauerunt. vnde Uincentius dice-
bat Daciano. In sublimis agor ꝛc.

Capitulum. xlvij. de Gliribus.

1 Glires sūt bestiole quasi maiores mures: sic
dicte eo ꝙ sōnus faciat eos pingues: glisce-
re eñi idem est quod crescere. Nam tota hye-
me immobiles ꝛ quasi mortui requiescūt: in
vere aūt euigilant/ꝛ iterum reuiuiscūt: vt di-
cit Isido. lib. xij. Sic vere peccatores dum sunt in hye-
me.i. in statu peccati/ipsi pro certo dormiunt in delicijs
et in luxuria/ꝛ in carnalibus requiescūt: ꝛ ideo recte tūc
efficiuntur quasi mortui: qꝛ scȝ ipsi fiunt immobiles ꝛ so
piti quantū ad motum bonorū operum exequendū. Sic
est tñ ꝙ tunc temporis per carnalitates/ diuitias ꝛ deli-
cias mirabiliter impinguanť: qꝛ peccatores magis abū-
dant diuitijs ꝛ delicijs q̄ alij. Et ideo de hoc diciť Hie-
re. xlviij. Fertilis fuit moab ab adolescentia sua/requie-
uit in fecib⁹ suis: nō est trāsfusus de vase in vas. Uerūta
men quādo venit ver.i. tempus gratie ꝛ penitentie: tunc
vere isti debent reuiuiscere per gratiam ꝛ charitatem/et
ad oēm bonam operationem euigilare. Ingressus est in
ea spirit⁹/ꝛ reuixerunt. Eze. xxxvij. j. ad Thessa. v. Non
dormiamus sicut ceteri: sed vigilemus/et sobrij simus.
Uel expone de patrib⁹/ꝛ de tempore legis/ꝛ tēpore gra-
tie: qꝛ illi qui prius dormiebant in peccatis: tādem in ve-
re.i. in aduentu solis iustitie Christi.i. in tempore gratie
reuixerūt. Uel dic de falsis amicis seu adulatorib⁹/ q̇ in
hyeme.i. in tēpore tribulationis ꝛ paupertatis alijs nō
apparent: immo dormiunt atq; latent: sed vere in tēpo-
re ꝓsperitatis tūc euigilant/alijs applaudendo/ ꝛ se dicē
do amicos aliorū: qꝛ sodalis amico conlocūdabiť in oble
ctationē/ꝛ in aduersitate aduersarius erit. Eccli. xxxvij.
2 ¶ Glires in siluis habitant/ socios sibi notos diligunt/
cōtra alios vero pugnāt/insigni pietate parētes suos in

senectute nutriunt/ꝛ eis alimēta cū senuerint / iuuenes administrant:sicut dicit Pli.li.viij.c.lvij.Sic vere illi q̇ in silua religionis habitāt/ socios suos debent diligere ꝛ tueri/ ꝛ cōtra alios/scȝ contra mūdum per p̄dicationem et mundi cōtemptū iugiter dimicare.Diligite alterutrū ad Ro.xiij.Diliges amicū tuū:ꝛ odio habebis inimicū. Mat.v.Jacob dilexi ꝛc.Malachie.j.Et parētes.i.prelatos ꝛ viros antiquos debent pie nutrire ꝛ fouere/ꝛ eis in alimentis ꝛ alijs necessarijs subuenire. Quod est cōtra multos irreuerētes ꝛ obstinatos : de quibus dicitur Threnorū.iiij. Facies senum non erubuerūt. Uel pone de pietate in parentes carnales:quibꝰ debet quilibet in necessarijs subuenire:q2 qui suorū:ꝛ maxime domesticorum curam non habet: fidem negauit:ꝛ est infideli deterior.vel pone de acceptione personarū : q2 mali iudices suos diligunt: alios impugnant:socios sustinent:remotos affligunt.

Capitulum.xlviij.de Grillo.

1 Grillus sicut ꝛ chirogrillus ē animal paruū: rapax:mortiferum:ꝛ spinosum: minus hericio:ꝛ a sono nomē cepit: terram terebrat:noctibꝰ stridet:retro ambulat.Recte sic peccatores ꝛ diuites sunt parui per pusillanimitatem:rapaces per crudelitatē:mortiferi per detractionis venenositatem:spinosi p̄ diuitiarū multiplicitatē.Beniamin lupus rapax. Genes.xlix. Isti in nocte presentis vite strident p̄ detractionem:terram.i. terrena terebrāt per ambitionem: retro ambulāt p̄ fallaciam ꝛ cauillationem.Multi aūt abierunt retro.Joā.vj.

2 ¶ Grillus venatur cū formica. formica em̄ in capillo ligat:ꝛ in cauernā eius mittitur: ꝛ sic formice amplexibꝰ educitur:vt dicit Isido.li.xij.Sic reuera charissimi:peccatores in cauerna bonorū temporalium a principio fuerunt ꝯuersati: ꝛ ideo deus pater volēs eos trahere de cauerna.i.de amore mūdi:in capillo suo.i. in persona filij sui alligauit formicam.i.humanam naturam:ꝛ sic iste grillus:scȝ homo vel humanum genus statim amplexatꝰ est eū per fidem et charitatē:ꝛ ita mediante eo eductꝰ est:scȝ de cauerna ista:ꝛ de statu peccati:ꝛ ad deum patrē superius est eductus.Nūquid capies leuiathā hamo:Job.xl.Uel dic q̄ grillus.i.humanum genus de cauerna inferni est eductum et reductū mediante formica.i. Christo:quādo in istam cauernam ad captiuos in inferis subintrauit.ps. Eduxisti me de lacu miserie/ꝛ de luto fecis.

Capitulum.xlix.De Hichneumone.

1 Ichneumon s̄m Pli.li.viij. ca.xxiiij.est q̄dā bestia in Egypto nascens/q̄ naturaliter odit serpentes. Ūn ista cōtra aspidem preliatur/ et se pluries in luto inuoluens/ et pluries ad solem siccās/aspidē aggreditur/seq̄ sup̄ caudam erigens/ auersa irritos ictus serpentis recipit: et replicato capite/fauces serpētis inuadit. Idem etiam (vt dicit in.c.sequenti)videns crocodilum dormientem in ventrem eius intrat/et eum corrodit et necat.Talis est Christus/qui luto nostre mortalitat; loricatus/aspidem.i.diabolum superauit: crocodilum aūt.i.infernum subintrauit/ ꝛ eum p̄forauit/q̄n intestina eiꝰ:scȝ sanctos patres quos ip̄e absorbuerat: liberauit. Ozee.xiij.Ero mors tua o mors/morsus tuus ero inferne. Uel dic q̄ q̇ de serpente.i.de diabolo vel carne triumphare voluerit/debet se per mortis considerationem in lutum inuoluere/ꝛ se luto contra diabolum loricare.

Capitulum.l. De Hyena.

1 Hyena s̄m Isidorum ab hiando dicitur/eo q̄ patulis naribus inhiat ad predam suam. Est enim similis lupo in gula ꝛ voracitate. Nam mortuos comedit/ ꝛ eos extrahit de tumulis et corrodit.hoīes etiam persequitur ꝛ māducat:s̄m Aristo.lib.viij.c.v. Canes odit et comedit sicut homines/et cauat sepulchra ꝛc.et ideo vocem humanā solet fingere/et domorum ꝛ pastorū stabula circuire: vt sic homines ꝛ canes ad se trahat/ꝛ eos deuoret ꝛ consumat:sicut dicit Pli.ꝛ Isido.Talis ē detractor:q2 ꝯe canibus.i.prelatis ꝛ p̄dicatoribꝰ:hominibꝰ.i. viris iustis ꝛ rationabilibꝰ:mortuis.i.malis ꝛ peccatoribꝰ est nocitus Tales em̄ tam bonos q̄ȝ malos/ tam superiores q̄ȝ inferiores consueuerūt dentibus.i. suis verbis detractorijs infestare.Deum em̄ non timent/ꝛ cunctis hominibꝰ aduersantur.j.ad Thessa.ij. Et ideo in gula ꝛ voracitate.i. in malis suis loquacitatibus/lupo sunt similes/alios.i. diffamando ꝛ deuorando:q2 etiam ipsos intumulatos.i. peccatores qui sunt intumulati per suorū malorū actuū occultationem/detumulant per diffamationem: et cum dentibus.i. cum verbis suis quales sint/ exterius alijs manifestant per suorum actuū predicationē ꝛ reuelationem.Ideo tales possūt dicere illud Eze. xxxvij.Aperiā tumulos vestros/ꝛ educā vos de sepulchris vestris.Aliquando etiam humanam fingunt vocem: q2 aliquando loquūtur vt homines:scȝ pie ꝛ charitatiue: vt scȝ eis melius in alijs verbis credat.sed hoc totū est vt postea possint apertius p̄ detractionem alios deuorare.Tales em̄ sunt subiugale mutū animal/ hominis voce loquens.ij. Pet.ij.Primo em̄ vngunt/ postea pungunt.Prouerbio. xxvj.Uerba susurronis quasi simplicia/ ꝛ ipsa perueniūt ad interiora ventris.Quid ergo faciunt vltra:Pro certo isti circūeunt domos ꝛ tabernacula.i. status ꝛ consuetudines ꝛ collegia aliorū per iugem inquisitionem et explorationem vite ꝛ status aliorū: vt scȝ aliquā inueniant occasionem quomodo possint aliquid de aliquo male loqui/detrahendo scȝ et diffamando. Circūeunt em̄ tanq̄ leo rugiens/querēs quem deuoret.j.Petri.v.ꝛ.j.ad Timot.v.Ociose discūt circūire domos.q2 pro certo tales summe gaudēt quādo aliquid mali possunt dicere de aliquo. Uel expone de diabolo / qui fingit vocē humanam per falsam suggestionem/ ꝛ domos ꝛ latibula/ status scȝ et conuentus circūit/ vt aliquos ibi deuoret per tētationē:nūc scȝ per culpam/in fine p̄ penā:ꝛ ideo mortuos.i.

4 peccatores de tumulis suis.i. de mundo ꝛ diuitijs extrahit:scȝ per mortem : vt eos deuoret ī inferno.Uel dic de fallacibus vsurarijs/vel etiam raptoribus/ qui loquendo voce humili.i.fraudulēter ꝛ applausiue simplices exheredant/ ꝛ de proprijs tumulis ꝛ domibus eos eijciūt et expellunt.

5 ¶ Secundum Isido.lib.xij. hyena mutat sexum:q2 nunc femina nūc masculus reperitur. vnde dicit Pli.lib.viij.ca.xxx. q̄ s̄m vulgus vtrāq̄ȝ habet naturam/ꝛ parere dicitur sine mare:sed Aristo. negat: vt dicit idem.Oculos etiam habet valde in diuersos colores mobiles.Charissimi per statum femine intelligitur status mollitiei ꝛ peccati ꝛ imperfectionis. Quidam sunt ergo sicut hyena: scȝ leues ꝛ instabiles: ꝛ in virtute non perseuerantes:q2 licet sint aliquādo masculi.i.perfecti ꝛ iusti:ipsi tamen ad naturam femineam.i.ad statum peccatorum per inconstantiam leuiter conuertuntur:q2 alio tempore sunt boni / alio mali:contra illud Eccli.v.Esto firmus in via domini. Et ideo oculi talium ad litteram sunt mobiles: q2 scȝ indiscrete circūspiciunt vndequaq̄ȝ ad concupiscentias ꝛ desideria cordis sui. Ideo Eccli. xx. Oculi eius septemplices sunt. Uel oculi.i.propositū ꝛ intentio sunt mobiles : q2 scȝ leuiter de vna questione ad aliam permutantur.Unde vtrāq̄ȝ naturam/scȝ perfectionis ꝛ imperfectionis videntur habere.psal.Mutabis eos:ꝛ mutabunt.Et sine mare.i.sine Christi influentia concipiunt ꝛ faciunt actus suos.Uel dic q̄ hyena est

6 Christus/qui primo/scȝ ante incarnationē/ erat masculus.i.rigorosus/fortis ꝛ austerus:q2 si fortitudo queritur fortissimus et robustissimus est. Job. ix. Sed pro certo tandem factus est femellus/ mollis/benignus ꝛ mansuetus:scȝ post incarnationem.Exemplifica de iudicijs dei ante ꝛ post:scȝ Numeri.xv.de cedente ligna/qui fuit lapidatꝰ in veteri testamento:et Joā.viij. de adultera/ que in nouo testamento fuit liberata. Et ideo modo videtur habere duplicem naturam / diuinam scȝ ꝛ humanam.Oculi tamē eius sunt multum mobiles per discretionem ꝛ circūspectionem: q2 scȝ omnes vias hominum circūspicit vndequaq̄ȝ.Eccli. xiiij. Uel dic q̄ hyena que concipit sine mare(quod Aristot.negat) est beata virgo.i. Ille que concepit christum sine mare/licet Aristoteles.i. Ille dei et mundi sapientes hoc negent. Ecce virgo concipiet

3 piet ꝛ pariet filium ꝛc̃. Esa.vij. ¶ Hyena ꝯm Arist. lib.
viij.ca.v. iubas habet super totum dorsum sicut equus
et porrectas super collum: vocē humanam fingit: vt ca-
nes ꝛ homines quos odit ꝛ comedit/ attrahat et alliciat
et consumat. Unde etiam Pli.lib.viij.ca.xxx. dicit q̄ cir
ca tabernacula pastorū ambulans/ nomen alicuius ad-
discere consueuit/ vt eū tandem euocet ꝛ occidat. ꝛ eius
vmbra canes quos tāgit/ obmutescere facit: vt dicit ibi-
dem Pliñ. Charissimi hyena est vsurarius / causidicus
vel princeps/ raptor vel balliuus: iube eius que sunt cor
poris indumentum / ꝛ de superfluo nature/ sunt diuitie:
vox eius est fallax ꝓmissio ꝛ attractio: canes sunt prela-
ti vel predicatores / qui latrant predicando/ ꝛ mordent
corrigēdo: hoīes aūt sunt simplices ꝛ pauperes vicini:
qꝛ homo est animal māsuetum ꝛ nudum: quod vtiqꝫ sim
plicitatem ꝛ paupertatem significat. Umbra aūt est pos-
sessio sua temporalis / que naturaliter fluit ꝛ refluit sicut
vmbra. Sap̄.v. Transierūt omnia velut vmbra. Dicitur
ergo q̄ hyena habet iubas per totum corpus: qꝛ vere ta
les sunt infra pilos diuitiarū totaliter inuoluti ꝛ affecti.
Esa.xlix. His omnib⁹ velut ornamēto vestieris. Et ideo
isti pro certo vt attrahant ꝛ alliciant homines.i. simpli-
ces vicinos ꝛ huiusmodi/ ipsi se fingunt habere vocē ho-
minis.i. vocem piam ꝛ humanam: scꝫ multa falso repro-
mittendo. Exemplifica bene. Sed vere hoc non faciunt
nisi vt ipsos possint attrahere/ comedere ꝛ deuorare/ obli
gare/ decipere ꝛ exheredare. In ꝓmissionib⁹ humiliant
vocem suam. Eccli.xxix. Isti etiam odiūt canes.i. predi
catores ꝛ prelatos: ꝛ ideo quādo ab huiusmodi canib⁹ ꝑ-
latis scꝫ ꝛ iudicibus persequūtur: ipsi pro certo proponūt
vmbram suam.i. dona substantie tēporalis: ꝛ sic faciunt
eos obmutescere et cessare ab huiusmodi insequutione:
qꝛ hodie dona vsurariorū et diuitum faciunt canes.i. ꝑ-
dicatores/ prelatos ꝛ iudices esse mutos. Obmutui ꝛ si-
4 lui a bonis. psal. ¶ Hyena habet collum immobile/ non
eñ potest illud flectere: nisi totum corpus flectatur. Sic
vere charissimi loquendo spiritualiter/ collum.i. intētio
superborum est inflexibilis: qꝛ vere diuites ꝛ superbi non
possunt flecti per compassionem/ pietatem vel humilita-
tem: nisi forte quādo totum corpus flectitur: scꝫ per mor
5 tem: qꝛ tunc necessario ad inferos deflectuntur. Job.x.
Erecto collo ꝛc̃. ¶ Hyena ꝯm Pli.lib.viij. est de genere
lupi: ꝛ ideo collum habet inflexibile: multorum habet va
rietatem colorꝫ: oculos habet valde mobiles: scꝫ ī diuer
sos colores: qꝛ ꝯm Pli. lib.xj.c.xxxvij. oculi vituli marini
et hyene in mille colores de nocte transeūt: ꝛ omne ani-
mal quod ter lustrauerit/ necessario gradum figit. Sic ve
re charissimi faciunt cautelosi ꝛ malitiosi aduocati/ vsu-
rarij ꝛ auari: qꝛ vere ipsi habent multas colorū varieta-
tes.i. multas fictiones/ cautelas ꝛ falsitates: quia scꝫ de
vna fallacia ad aliam/ de vno verbo ad aliud se conuer-
tunt. Uagi sunt gressus ei⁹ ꝛ inuestigabiles. Prouer.v.
excremētis ꝛ stercoribus a natura recipiūt: et q̄zto pl⁹ abū-
dant in anis/tanto plures introitus faciunt in antris suis/
ꝛ q̄zto plus senuerint/tanto plures introitus faciunt in ca-
uernā. Recte tales sunt boni ꝛ iusti: q2 q̄zto magis in mūdo
viuunt/tanto ad cauernā paradisi plures introitus sibi pa-
rant/et semꝑ nouas vias salutis inueniūt et ꝓcurāt. Esa.

lviij. Viā facite/auferte offendicula: prebete iter. Q̄to etiā sunt etate vel moribus seniores / tanto plures anos habere debent. i. tanto debent esse promptiores ad expellenda stercora. i. vitia remouenda. Vel expone de auaris ꝛ pctōribus/qui q̄zto plus viuūt/tanto per peccata faciūt sibi plures introitus ad cauernā inferni: quia semp noua crimina nouis addunt: cōtra illud Eccli. v. Ne adijcias pctm̄ sup peccatum. Vel dic de auaris: qui q̄zto plus viuunt/ tāto faciunt ꝛ inueniūt plures modos ꝛ vias stercorizandi p luxuriam/et intrandi terrā per auaritiam. i. acquirēdi bona terrena: quia plus sunt cupidi in senectute/q̄z in iuuētute. Et ideo Eccli. ij. Ve homini qui ingreditur terram duplici via.

7 ¶ Scd̄m Pliū. ibidem/lepores ꝛ cuniculi dicūtur habere vtrūq̄z sexū: et ideo dicūtur gigni et gignere sine mare. Expone de Christo: qui duplicē habuit naturā/scilicet masculinā. i. diuinā: femininā. i. hūanā: et hoc q̄ sine mare . i. sine virili semine fuit genit⁹/scz in virgine: et sine mare. i. carnali copula genuit/scz peccatores ad grām ꝛ ad fidem: quia voluntarie genuit nos verbo veritatis. Jaco. j. Vel si vis/allega contra nepharios sodomitas/ qui vicē vtriusq̄z persone in se videnꝛ habere.

8 ¶ Cuniculi ꝛ lepores mirabiliter sunt fecundi: quia quādo vnū pariunt/semp nouo fetu altero vterus grauidatur. Unde dum vnū pariūt/aliū concipiunt: et ideo talia aīalia vtilia sunt ꝛ quo ad esum/ꝛ quo ad vestitū/ꝛ quo ad multiplicē medicinā: vt dicit idē ibid. Recte sic debet esse de bono christiano: q̄ vere ipe debet esse fecūdus per bona opera: q̄ qñ vnū fetum. i. vnum bonū opus producit ꝛ emittit/statim vterus volūtatis sue debet impregnari p bonū ꝑpositū alio bono opere: quia semp debet cōcipere ꝛ proponere noua bona opera parturire: ꝛ sic talis erit vtilis sibi scilicet et alijs et ad cibandū p pietatem/ꝛ ad eos vestiendū p exemplarē honestatē / et ad eos medicandū per doctrinā ꝛ sagacitatē. Eze. xlvij. Erūt fructus eius in cibū/ꝛ folia eius in medicinā gentiū.

9 ¶ Coagulum leporis valet cōtra venenū/ꝛ vētris fluxū restringit. Sanguis etiā leporis dolorē mitigat oclorū/ nec inuenitur aliquod animal qd̄ habeat dentes in vtraq̄z mādibula/ qd̄ habeat coagulū/preter leporē: vt dicit Aristo. Et q̄zto eius coagulū vetustius/tanto melius: ſm Pliū. Sic vere si habuerimus coagulū ꝛ pinguedinē charitatis ꝛ pietatis veri leporis Christi in corde nostro per imitationē ꝛ recordationem/et etiā sanguinem sue dulcissime passionis: tunc vere venenū inuidie siccabitur/fluxus luxurie stringetur/ dolor iracūdie mitigabitur ꝛ cessabit. Tale tamen coagulū/ scilz charitatis et benignitatis/nō habent illi qui habent dentes. i. verba detractoria in vtraq̄z mandibula. i. superius et inferius: superius q̄ztum ad prelatos/inferius q̄ztū ad subditos. tales em̄ talē adipem nō habēt: q̄ vere tales detractores carent vt cōiter pietate/charitate/et mititate. Sed vere charitas ꝛ amor q̄zto vetustior/tanto perfectior ꝛ melior: q̄ vinū nouū/amicus nouus: veterascet/ꝛ cū suauitate bibes illd̄. Eccli. ix. Ideo Luce. v. Dicit em̄: vet⁹ meli⁹ est.

Capitulum. lxj. de lynce.

1 Lynx est animal simile lupo/ꝛ in luporū numero cōputatur/ ſm Jsido. habens dorsum distinctū maculis/sicut pardus. Vrina aūt eius cōuertitur in gēmam/q̄ lyncuriū appellatur. Sed hoc presentit bestia/ꝛ dolens q̄ trāsire debeat in humanos vsus/ vrinā abscōdit sub humo: sed ibi citius in lapidem transmutatur: ꝛ sic bestia vnde nocere crediderat/ magis iuuat/ vt dicit Plinius lib. viij. c. xxxviij. ꝛ Jsido. li. xij. Lynx significat deū patrem/qui prius fuit lupus / scilz q̄ztum ad rigorē et austeritatē. Vrina eius est filius/ qui in ipso fuit eternaliter generatus. Terra est beata virgo. Q̄r pro certo lynx. i. de⁹ pater emisit p eternā generationē vrinam. i. filiū benedictū: sed tādē in beata incarnatione ipm abscondit in terra. i. in beata virgine: sed pro certo ibi fuit mutatus in lapidē preciosum. i. in hoīem/scz in christū. Nā Christus qui recte simlis est lyncurio paleas scz attrahendo. i. peccatores/ex tali vrina extitit procreatus: q̄ homo iacit sementē in terrā/ꝛ germinat. Mar. iiij. Vel dic de inuidis doctoribus: qui nullatenus publicant facta sua/argumēta sua: et scripta sua: quasi inuidētes saluti aīaꝝ. Vel dic q̄ lynx est auarus/rapax et lupinus/versipellis ꝛ vari⁹/ qui reuera in arcis ꝛ abditis suis vrinā. i. bona temporalia habet q̄ abscōdit: nolens q̄ in vsus hominū ꝯuertātur. Vel allega q̄ inuidi vnde magis credunt nocere hoī/inde ei ꝓficiunt: quia sepe accidit q̄ illi qui ab inuidis in terra abscōdūtur. i. ad statum infimitatis ꝛ aduersitatis deducuntur/dei prouidentia operante preciosi lapides efficiuntur. Exemplū de Joseph: quē fratres in foueā posuerūt/ ꝛ egyptijs vendiderunt: ꝛ sic eum perdere se crediderunt/quem tamen occasionaliter ad egypti regimē promouerūt. Ideo sapiens loquens de dei prouidentia Sapien. x. dicit. Hec venditum iustū non dereliquit. Vel dic q̄ viam per quā inuidus credit vtilitatem homini impedire/solet eā meli⁹ ꝓcurare. Homo em̄ proponit/et deus disponit.

Capitulum. lxij. de limace.

1 Limax est vermis/sic dict⁹ eo q̄ de limo nascatur/ſm Jsido. lib. xij. Nam quia ex limo nascitꝛ/ ideo semp est sordidus et immūdus: ꝛ est valde tardi motus/semp gerens conchā duram/intra quā se recludit quando ab aliquo tangitur quoquo modo: loca q̄ tangit/maculat/et post se vestigia derelinquit. Recte talis est luxuriosus: quia vere talis cum de limo. i. de vili materia ꝛ spermate immūdo cōcupiscētiaq̄z carnali nascatur/ideo per gulam ꝛ luxuriam efficitur sordidus et immūdus: et quicquid tangit per verba sua impudica/fedat et maculat et inficit. Quicquid em̄ tetigerit immundus/immūdū faciet. Numeri. xix. Post se etiam vestigia derelinquit: quia sicut dicitur Sapiē. ij. Non sit pratū quod non pertranseat luxuria nostra: vbiq̄z relinquam⁹ signa letitie nostre. Et Job. xlj. Post eū lucebit semita. Isti sunt lenti gradus per pigritiam: quia nō mouentur faciliter per bonam operationem. Pedes eoꝝ pigri sunt ad ambulandū. Sapien. xv. Tales semp volunt esse in delicijs ꝛ quiete: et secum conchā male excusatiōis deferūt atq̄z portant. Nam qñ tāgūtur. i. corrigūtur vel arguūtur de peccato suo/pro certo statim se includunt ꝛ se celant per excusationem/et peccati sui defensionem. Claude ostia tua super te. Esa. xxvj. Et sicut ſm Jsido. tales habēt nasci in imbre ꝛ aere corrupto/sic vere luxuriosi gñantur ī ībre corrupto. i. in ꝓspitate ꝛ delicijs mūdi/et ī aere infecto. i. in mala societate: q̄ vna mala ꝑsona et luxuriosa aliā inficit et corrūpit: q̄ modicum fermēti totā massam corrumpit. j. ad Corin. v.

2 ¶ Limax licet sit vilis conditionis/ de limo genitus/ꝛ ad limum tendat: tamē animal est cornutum: quia quedā habet additamenta cornea/cum quibus sibi viam querit/ q̄ cum obstaculū inuenerint/sed se retrahit / et in cōcham se recludit. Et q̄zuis lenti sit gradus/tamen arborū scādit aliquotiens summitates: ꝛ germina comedit atq̄z flores. Sic vere licet miser hō de limo. i. de terra ꝛ vili spermate nascatur/et licet ad litterā ad limū. i. ad terrā iterū per morē tendat: tamē animal est cornutum per superbiā ꝛ elationem. ꝛ licet sit tardi gradus q̄ztum ad motū bone oꝑatiōis/tamē aliquādo scandit ad summitates. i. ad altarū officia dignitatum/vbi per excoriationes et rapinas vorat et rodit germina ꝛ flores. i. diuitias circūiacentiū vicinoꝝ. Nam sicut ad oculū hodie videtur/tales qui nihil valēt/et sunt de vili plebe nati/aliquādo pre ceteris promouētur: quia insuspicabilis portauit diadema. Eccli. xj. ꝛ Eccles. x. Vidi stultum in dignitate sublimi.

3 ¶ Limax vermis est vilissim⁹/ꝛ tamē est cornut⁹: qñ tamē aliqd̄ obstaculū inuenit/ cornua sua ad se retrahit/et infra suā conchā se recludit. Sic vere homo q̄zuis sit naturaliter vilissim⁹/tñ aliquotiēs p supbiā fit cornutus. Verūtamē qñ iste limax scilz homo inuenit in mūdo aliqua obstacula. i. fortes tribulationes et oppressiones: tūc aliqñ cornua sue supbie retrahit/ꝛ humilis efficitꝛ ꝛ benign⁹/ꝛ in agnitionē sue fragilitatꝭ ꝓprie se recolligit et recludit. ij. Macha. ix. In agnitionē sui duct⁹ est/percussus a domino plaga. Nam ſm Grego. Mala que hic nos premūt/ad deum cibus ire compellunt.

Capitulum. lxiij. de lupo.

1 Lupus dicitur quasi leonis pes: quia ad modū leonis virtutem habet in pedibus: quicquid em̄ pede presserit/nō viuit. Bestia est rapax/ꝛ cruoris appetēs/ que rabie rapacitatis quācūq̄z bestiolā inuenerit trucidat/vt dicit Jsido. lib. xij. Recte tales

sunt raptores huius mundi et principes: quia pedes sui.i. manus ⁊ vngues sunt ad modū leonis/scz acuti ꝑ rapinā/ et curui per parcitatē/scz apti ad aliena attrahēda ꝑ acuitatem/⁊ auare retinenda ꝑ tenacitatē. Cruorē eñ.i.substātiam temporalem bestiarum innocētiū.i.pauperū multum appetunt:et ideo sepe eos per lites et exactiões impetunt et inuadūt/et ad litteram qñq₃ perimūt ⁊ occidūt/ vt cruore.i.temporali eorū substantia satientur:sicut patet in malis latronibus ⁊ principibus ⁊ iudicibus. Ideo Sopho.iij.
2 Principes eiꝰ sicut lupi rapaces. ¶ Lupus ꝭm Isido.(vt dicunt rustici)si hominē preuiderit/tollit ei vocē: quia suo anhelitu aerem inficit/qui infectus hoiem contiguū voce priuat:et ideo subito tacenti dicitur: Lupus est in fabula. Si autē ab hoie primo visus fuerit/tunc quasi totā deserit feritatem/vt dicit Isido.lib.xij.et etiam Pli. Recte sic facit diabolus:quia quādo videt aliquē hoiem bene loquētem ⁊ clamantē per gratā predicationē/vel gratiaꝝ actionem/tunc volens sibi tollere talē vocē/prīo inficit aerē sibi cōtiguū:quia scz aliquā malā ꝑsonā vel societatem quā frequētat/per luxuriā vel alias anhelitu suo.i.suis malis suggestionibus inficit ⁊ corrūpit:et sic ille aer corruptus tāgit hominē/scz iustū sacerdotem/predicatorē/vel aliū/ꝑ mala verba/ tactū ⁊ opera:⁊ cum similiter inficit per malas delectationes/et corrūpit per ꝯsensus et operatiões; qꝛ Corrūpunt bonos mores colloquia praua.j.ad Cori.xv. Et sic talis perdit vocem predicationis vel oronis/vel gratiarū actionis:qꝛ pro certo homo taliter per luxuriā vel alias infectus/statim cessat emittere tales voces. Eris quasi mutus/nec quasi vir obiurgās. Eze.iij. Patet in sacerdotibꝰ luxuriosis/qui alios non audent reprehendere delinquentes/nec contra lupum diabolū clamare. Rauce facte sunt fauces mee. Si autem sua malitia preuisa fuerit ꝑ cautelā tunc si homo voluerit/nō nocebit.ij.ad Corin.ij. Nō ignoramus cogitationes eius.
3 ¶ Lupi ꝭm Isido.ibidē/nō nisi per duodecim dies in anno coeūt/ famem diu sustinēt/sed post lōga ieiunia multū comedūt. Et sūt in Ethiopia lupi iubati/qui ita varij sunt/vt nullus color eis desit. Recte tales sunt cupidi ⁊ auari/causidici ⁊ raptores:quia vere tales raro copulātur.i.raro ꝑ societatē/amorē et concordiā se cōiungūt:quia vnus in patria sua nollet alium sibi similē reperire. Alter alterū nō quesiuit. Esa.xxxiiij. Isti etiā famē auaritie multū sustinēt:quia nūq₃ ab eis discedit. Et tales ꝯuis in principio/scz iuuentutis/ multū ieiunāt:quia scilz cibos diuitiarū ad volūtatem nō acquirūt: tamē finaliter multū de diuitijs deuorāt ⁊ māducant: quia licet prīo sint pauperes/tamen postea diuites cito fiunt. Omē escā māducabit venter. Eccli.xxxvj. Vel dic qꝫ tales debemꝰ esse: promo eñ scz in hac vita debemus parū comedere per abstinentiam:et sic in altera vita satis poterimꝰ comedere in paradisi affluētia. Debemꝰ etiā raro copulari per luxuriā/ vel nunq₃/nisi in coniugio:⁊ tunc raro. Colorati etiā debemus esse per bonā apparentiā.
4 ¶ In Ethiopia sunt lupi q̇ ita varij sunt/qꝫ nullus color eis desit/⁊ isti sunt (sicut credo)quos Pli.lib.viij.c.xx.chaos vocat/quos dicit habere effigiē lupi/et pardorū maculas. Tales sunt curiosi domicelli/ qui iubas ⁊ crines nutriūt/cōtra cōsiliū apostoli.j.ad Corin.xj. Vir si comā nutriat/ignominia est illi. Isti autē oēs colores dicūtur habere:quia scz per curiositatē vestiū varijs coloribus sunt ornati. Vel dic de fraudulentis/q̇ reuera multimodi sunt coloris ꝑ falsitatē/cautelā ⁊ duplicitatem:quia oēs colores.i.omnes fallacie ⁊ apparentie false possūt in eis reperiri. Vestiui te discoloribꝰ. Eze.xvj. Ideo Hiere.xiij. Si mutare potest Ethiops pellē suā/et pardus varietates suas ⁊c. Vel dic de hypocritis:qui ad litteram multum ieiunant/scz in aperto: sed tandē multū comedūt in occulto. Raro coeunt per fictā castitatem. Multoꝝ sunt colorū per bone apparentie venustatē. Sūpsisti vestimēta tua multicoloria. Eze.xvj.
5 ¶ Scd̄z Pli.li. viij.c.xxij. Lupi in aphrica et alijs calidis regionibus sunt parui/tardi et inertes. Illi vero qui in frigidis regionibus gignūtur/corpore sūt maiores/et animo seuiores. Aphrica regio calida significat delicias ⁊ diuitias huius mūdi/⁊ statū ꝓsperitatis:vbi feruor cōcupiscentiarū abundat. Regio frigida est timor dei/penitentia ⁊ tribulatio ⁊ paupertas: quia reuera charissimi illi qui in regione calida ꝓsperitatis morantur/ scilicet diuites ⁊ deliciosi/sunt minores in virtutibus ⁊ meritis/et imperfectiores q₃ illi qui in regiōibus frigidis.i.in statu tribulatiōis et penitentie cōmorātur. Act.xxviij. Reficiebant nos oēs ꝓpter imbrem ⁊ ꝓpter frigus.
6 ¶ Scd̄m Arist.li.ij.ca.j.in India est quidā lupus habens tres ordines dentiū in ore/faciem hominis/pedes leonis/caudam scorpiōis/vocē sicut homo/terribilē vt tuba: velox est sicut ceruus/valde crudelis / et hoies comedit. Vide supra de aialibus in generali: vbi inuenies de manticora vel barrito:qꝛ idē est sicut patet. vide vbi fit mētio de manticora infra.
7 ¶ Lupi ꝭm Aristo.et etiā oia aialia carnē comedētia sunt magis seua quādo habent catulos/q₃ ante/⁊(vt dicit idem)lupi quādo fugiunt/ferunt filios suos secū. Sic vere auari ⁊ raptores mūdi magis sunt seui per rapinā/vsuram ⁊ excoriationē qñ habent catulos.i.filios et filias/q₃ alias: quia scilicet tunc nituntur ꝓ filijs acquirere vel predari:⁊ ideo vtile esset hominibꝰ talibus qꝫ carerent filijs:qꝛ multa mala faciunt patres pro filijs ꝑ desideriū et affectū/ scz de eis iugiter cogitando/⁊ ꝓ eis ditandis sollicitudinē habēdo:quia in fortitudine manus sue preparant panē liberis. Job.xxiiij. Vel dic de p̄latis/qui magis sunt seui ⁊ crudeles quādo filios habent.i.quādo circa se habent suā carnalem parentelā/quā quidē semꝑ ferūt secum/et semꝑ secum habere volūt:sicut patet de multis/qui de suis nepotulis/ parētibus ⁊ cōpatriotis ⁊ familiaribꝰ replent totā ecclīam cui presunt.
8 ¶ Lupus comedit carnes crudas/ et raro comedit herbā nisi infirmetur: quia tunc sentiens se repletū/ querit et comedit quādā herbā/ vt euomat quod comedit: vt dicit Aristo.li.viij.c.v. Sic vere raptores et auari/ q̇ comedūt carnes.i.temporales substantias pauperū vicinoꝝ rarissime comedunt ⁊ sibi incorporāt herbā.i. pabulū sacre scripture:quia nūq₃ volunt audire ꝭmones ⁊ predicationē. Verūtamen aliquotiens quādo infirmātur/et timent mortem:quia vidēt qꝫ cibis malis sunt repleti.i. diuitijs male acquisitis/vel alijs vitijs ⁊ peccatis/tunc sibi incorporant herbā istam/scilicet penitentiā/vel sacrā scripturā:⁊ sic aliquādo euomūt per restitutionē vel per cōfessionē/diuitias et peccata. Diuitias quas deuorauit/euomet:et de ventre eius extrahet eas deus. Job.xx. Qꝛ vere mundani principes/diuites ⁊ raptores nolunt hodie nec aliena restituere/ nec peccata cōfiteri nisi quādo per infirmitates et tribulationes a dn̄o cōpellūtur : quia multiplicate sunt infirmitates eorum:postea accelerauerunt.
9 ¶ Lupus quādo dentes ipiꝰ sunt hebetati/exit de cauerna/⁊ solet masticare origanum/vt acuat dentes suos/vt dicit idem lib.viij. Sic vere predicator qñ fuit in cauerna.i. in administratione bonorum mundi/ita qꝫ dentes eius.i.verba sunt resecata et hebetata per ignorantiā ⁊ ruditatem/⁊ ad carnes.i. carnales scindēdos ꝑ argutionē ⁊ correctionē inhabiles/ debet origanum.i.sacrā scripturā masticare/audire scz et studere/et sic poterūt acui verba sua:quia verba sapiētū tāq₃ stimuli. Eccl̄es.xij.
10 ¶ Itē idē ibidē. Quādo lupus primo esuriēs/ ⁊ q̇escit satis comedit/ita qꝫ nō esurit/tūc est valde malus/ ⁊ quietem multū/et multū appetit ludere post saturitatē et quietem. Recte charissimi tales sunt diuites/et maxime causidici/ vsurarij et balliui:quia ꝓ certo quādo fames ⁊ esuries sue paupertatis cessauit/et quādo multos cibos.i. multas diuitias sibi incorporauerunt et acquisierūt : tunc vere sunt valde mali.i.alijs intolerabiles/scz per rapinā et superbiā: quia illi diuites sunt hodie deteriores/qui de maiori penuria ad diuitias puenerunt. Et ideo tales sic satiati ⁊ ditati volunt quiescere in delicijs ⁊ dormire/⁊ multum etiā appetunt ludere ad litterā per inanē letitiā temporalē. Ista eñ se habent cōsequēter/diuitie/luxuria vel delicie/et deinde letitia temporalis. Exodi.xxxij. Sedit populus māducare et bibere/et surrexerunt ludere.
11 ¶ Lupus ꝭm Isido.multum appetit ludere/⁊ ideo aliquotiēs rapit puerum/ ⁊ primo cum eo diu ludit/sed in fine occidit eum. Et ꝭm Homerū/lupus est valde vigil /et mirabiliter timet ignē. Sic vere charissimi/auari et raptores sunt multum hodie vigiles.i.multum cauti ⁊ malitiosi/scz ad acquirendū et decipiendum:et ideo aliquādo rapiūt ⁊ irretiūt ⁊ īuoluūt puerum.i.aliquā simplicē personā/pauperes scilicet ⁊ vicinos

suos/et quando eũ acceperit per cautelas ⁊ ꝯtractus suos/
tunc ludunt cũ eo/scꝫ et applaudendo/bona ⁊ meliora pro-
mittendo/vt sic eũ magis inuoluant ⁊ obligent in contra-
ctibus suis. Exemplifica bene quomodo vsurarij et causi-
dici primo applaudunt pauperibus: verũtamen postea q̃n
satis luserũt.i.quãdo ipsos bene obligauerũt et inuoluerũt
tunc occidunt eos/ ⁊ subtrahunt sibi vitam.i.bona tempo-
ralia per exheredationẽ/que sunt sibi ad vitam necessaria
⁊ non superflua. et ideo dicitur Prouer.x. Per risum stult⁹
operatur scelus. et.xxvj. Est qui fraudulenter nocet amico
suo/⁊ cũ deprehensus fuerit/dicet: ludens feci. Tales etiã
timent ignẽ.i.asperitatẽ penitẽtie: quia vt cõiter tales no-
lunt pro deo aliquã asperitatem penitentie vel dolorẽ susti
nere. Uel dic de gulosis: qui satiati volunt quiescere ⁊ dor-
mire/et deinde ludere vel letari/⁊ ignem penitentie multũ
timent. Allega vt supra. Uel dic de diabolo: qui multũ est
vigil per cautelas/qui modo cum pueris quos rapuit.i.cũ
peccatoribus mundi ludit/scꝫ eis applaudendo/et mundi
delectabilia offerendo: sed vere ipsos finaliter/scꝫ post mor
tem percutiet ⁊ occidet/scꝫ per mortem eternã. Interficiet
pueros de foris/⁊ iuuenes de plateis. Hier.ix. Uel dic de
falsis amicis/qui frauduletер primo applaudũt/sed in fine
econuerso. Uel allega de mundo ⁊ de mundi prosperitate/
qui primo causat applausum: sed finaliter occisionẽ mortꝭ

12 eterne. ¶ Scđm Homerũ in li. de pugnis ⁊ astutijs bestia-
rum/lupus q̃n lapides ꝯtra eũ iaciũtur/miro modo obser-
uat primũ iacientẽ lapidẽ/et si ille lapis nocuerit/si potest
interficiet iactorẽ/si autem nõ nocuerit/ipm parũ ledet: et
quasi parũ irascẽdo ipm corriget ⁊ dimittet. Sic vere pre-
latus vel q̇cũqꝫ alius non debet alios magis ledere q̃ꝫ sit
lesus: immo scđm ꝙ a lapidibus.i.a ṽbis vel iniurijs alio-
rum lesus fuerit plus vel minus/scđm hoc debet punitio-
nem vindictam ⁊ correctionẽ debite moderari: quia qualẽ
infixerit maculam/talẽ sustinere cogetur. Leui.xxiiij. Mõ
est contra iracũdos ⁊ tyrannos/ qui nesciũt habere modũ
nec in vindicta/nec in correctione aliorum. Uide supra de

13 leone: vbi ponitur idem. ¶ Lupi scđm eũdem/q̃ꝫto sunt se-
niores/tanto sunt deteriores. Nam ꝑpter defectũ virtutis
tunc nõ possunt bestias venari/et ideo tunc hominib⁹ insi-
diantur/vt eos rapiant ⁊ infestẽt: quia eoꝝ culmi iam sunt
debilitati. Et viuũt lupi multo tempore. Recte tales sunt
peccatores/et maxime auari: quia vere q̃ꝫto magis senue-
runt temporaliter/ et etiã spiritualiter ꝑ additionẽ vitioꝝ/
tanto sunt deteriores/scilicet per iniquitatẽ/ crudelitatẽ et
rapinã: q꞉ semꝑ efficiuntur plus auari. Nam q꞉ tunc ꝑpter
defectum virtutis.i.sensus ⁊ discretionis ⁊ secularis pote-
statis nõ possunt inuadere bestias.i.alios diuites ⁊ rapto-
res: ideo insidiãtur hominibus/qui naturaliter sunt aĩalia
nuda.i.simplicibus innocẽtibus et egenis: ⁊ eos ꝑ excoria-
tiones/rapinas ⁊ extorsiones et torsuras ĩpetũt ⁊ inuadũt.
Istud maxime patet in causidicis antiquis: quia cũ culmi
sui.i.verba crudelia/acuta ⁊ fallacia sint resecata: quia scꝫ
illi sunt azotici: ideo quia cõtra diuites nihil possunt/nitũ-
tur pauperes infestare. Didicit capere predam/⁊ homines
deuorare. Eze.xix. Unde Hiere.v. Lupus ad vesperã va-
stauit eos. Quia scꝫ tales advesperã senectutis magis so-
lẽt alios vastare. Et tales multo tempore viuũt: q꞉ scꝫ vita
talium est alijs nimia ⁊ tediosa: q꞉ vt dicit̃ gallice: trop vist
qui namande. Impius em̃ longo viuit tempore in malitia

14 sua. Eccles.vij. ¶ Senectus lupi cognoscitur ad dentes:
quia in senectute stringũtur ꝓm Solinũ. Sic charissimi/ꝑ
certo senectus eorũ/et maxime senectus spiritualis.i.pro-
cessus vitiorũ cognoscitur ad dentes.i.ad verba: quia scilꝫ
sũt nimis cõstricta per auaritiã et parcitatẽ: q꞉ verba senũ
auarorum non sunt laxa per pietatẽ/ sed stricta ꝑ impieta-

15 tem: quia scilicet nullũ verbum piũ potest de ore suo exire.
Strĩgetur velut malleatoris inc⁹. Job.xlj. ¶ Inter lupos
generaliter illi qui sunt pili asperioris/sunt animi audacio
ris et senioris. Sic vere generaliter illi qui sunt pili asperio
ris.i.habitus et conuersationis rudioris/et penitentie ma-
ioris/sunt animi audacioris/scilꝫ contra vitia et peccata/⁊
ad bona aggrediẽda. Uel dic de rusticis/qui subveste rudi
et aspera animũ habent crudelẽ et lupinũ. Uel dic de hy-
pocritis/qui sub asperitate pilorũ.i.vestimentorũ/ crudeli-
tatem malitie semꝑ portant. Unde: Ueniũt ad vos in ve-
stimentis ouiũ/intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces. ¶ In-

16 teriora lupi sunt valde debilia/et cito recipiunt corruptio-
nem: exteriora autem eorũ sunt valde dura: ⁊ sustinẽt mul-
tos ictus. Sic recte est de peccatoribus huius mũdi: quia
sua interiora.i. affectus et conscientia sunt multũ debilia:
quia praua desideria de facili corrũpũtur. Uerũtamen ex-
teriora sua/scꝫ obstinatio/verba et effrenatio / sustinẽt mul-
tos ictus: quia nullus predicator quãtũcũqꝫ feriat arguen-
do ⁊ pungendo/potest eos penetrare: immo semꝑ duri per-
manent ⁊ peruersi/⁊ in vitijs indurati: et multos etiã ict⁹.i.
multos labores sustinent temporales pro diuitijs acquirẽ-
dis. In multitudine vie tue laborasti/ nec dixisti: quiescã.
Esa.lvij. Quia plus patiũtur mali pro mundo q̃ꝫ boni pro

17 christo. ¶ Scđm Auicẽ.li.viij. sunt quidã lupi qui natura-
liter appetunt comedere pisces: et ideo comedũt vilia que
de suis retibus eijciunt piscatores: et quando nihil tale in-
ueniunt/ad comedenda retia se conuertunt. Plin. vero lib.
x.ca.viij. dicit ꝙ lupi circa Menotin lacũ/ a piscatorib⁹ ꝙ
eis aliquid proijciat̃ expectant: quod si non fecerint/expã-
sa retia nocte lacerant. Charissimi/piscatores qui in mari
huius mundi piscantur animas peccatoꝝ/sunt predicato-
res. Matth.iiij. Faciã vos fieri piscatores hominũ. Rete
eorum est predicatio vel doctrina: per quam attrahũtur ad
littus penitẽtie pisces.i.peccatores. Laxate retia in captu
ram. Luce.v. Lupi isti sunt detractores/qui ṽbis suis ma
lis ⁊ iniquis solent pisces.i.homines deuorare/ diffaman-
do et detrahendo: et ideo quando piscatores isti.i.predica-
tores de reti.i. de ṽbis suis eijciunt aliqua suꝑflua/ vtpote
quando dicunt aliqua verba leuia ⁊ ioculatoria: tunc vere
isti lupi ea comedunt/deuorãt et diffamãt: quia multi sunt
qui nihil aliud retinent de sermone/nisi quod reprehensibi
liter audiunt esse dictum. Et quando nõ inueniũt talia su-
perflua que possint detrahere vel diffamare: tunc vere rete
eoꝝ.i. verba vtilia predicatiõis deuorant ⁊ corrodũt: q꞉ q̃n
non inueniunt in ipsis mala/tunc pre furore inuidie detra-
hunt ipsorũ bonis. Ideo bene dicitur Prouer.xxiij. Aurib⁹
insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinã eloquij
tui. Uel dic contra histriones/q̇ q̃n non inueniũt in retibus
piscatorũ.i.in domibus diuitũ aliquid ad comedendum.i.
dona et munera/vtpote quia diuites non eijciũt nec dant
eis aliquid: tũc vere retia sua.i.domos et status coꝝ deuo-
rant diffamãdo ⁊ detrahendo. Esa.viij. Cũ esurierit/irasce
tur: et maledicet regi suo. Et audacter dicam⁹ hoc de no-
stris modernis predicatoribus: qui scꝫ semꝑ habent oculũ
ꝙ eis aliquid detur ab ipsis piscatoribus.i.a malis princi-
pibus et tyrannis: quod si non fiat/solent contra eos predi
care ⁊c. sicut supra. Michee.iij. Si quis non dederit in ore
eorum quippiam/sanctificant super eum prelium. ¶ Se-

18 cundũ phisologum / lupus fortis et virtuosus est in parte
anteriori/in capite scilicet collo et pectore: sed debilis est in
parte posteriori circa dorsum. nullo mense potest collum
flectere/nisi in maio/quando fiunt tonitrua. Sic recte sunt
mali/qui in parte anteriori.i.q̃ꝫtum ad bona mũdana (que
primo veniunt/scilicet in hac vita) sunt multum fortes/sci
licet ad laborandũ/et ea administrandũ: sed q̃ꝫtum ad po-
steriora.i.q̃ꝫtum ad laborandũ pro bonis futuris ⁊ eternis/
pro certo ipsi sunt multum debiles: quia multum possunt
et volunt laborare pro terrenis / nihil vero pro eternis. Ut
inique agerent laborauerũt. Hiere.ix. ¶ Lupus nullo tẽ-

19 pore preterq̃ꝫ in maio flectit collum/quando fiunt tonitrua
vt dicit Phisologus. Sic vere collum.i.superbia/elatio et
duritia vel obstinatio malorum/nunq̃ꝫ flectitur per pieta-
tem vel humilitatem / nisi quando fiunt tonitrua.i.quan-
do audiunt et percipiunt tribulationes et tormẽta sui vel
aliorum: vel quando audiunt tonitrua diuinarum cõmina
tionum et predicationum: quia tunc quãdoqꝫ terrentur et
humiliantur. A facie furoris eius pauebit Assur virga ꝑ-
cussus. Esaie.xxx. Tales enim corrigit nõ prosperitas/ sed
aduersitas. Uel dic ꝙ lupus qui fortior est a parte anterio-
ri q̃ꝫ posteriori/significat multos qui fortes sunt in princi-
pio.i.in iuuentute: debiles autẽ in senectute. Priora tem-
pora meliora sunt. ¶ Lupus ꝓm Phisologum/non preda-

20 tur iuxta locũ vbi catulos nutrit: sed in remotis locis. No-

ctu autem vadit ad predam: ⁊ ne a canibus sentiatur/vadit contra ventum. Oculi eius lucent vt lucerne de nocte. Lapides multum timet. vnde quādo duo lapides collidūtur inuicem/lupus audiens statim fugit/ ⁊ audaciam perdit. Filios generat cecos: terram comedit quando esurit: ⁊ vt capras et oues capiat/sub fruticibus se abscondit: ⁊ sic non potentia sed astutia preualet contra oues: et si dimittitur/totum gregem strangulat ⁊ occidit. Talis est diabolꝰ: quia illos qui sunt prope ipsum/scilicet peccatores et infideles/non inuadit ꝑ tentationes et tribulationes: sed vere eos qui longe sunt ab eo/scilicet bonos et iustos pro posse suo impetit et infestat: quia qui recessit a malo / prede patuit. Esa.lix. Talis etiā in nocte ignorātie vadit ad predā: quia semper vellet inuenire obscuritatem ignorātie/ne sue malitie viderētur vel perciperent. Oculi adulteri ⁊c. Job xxiiij. Oculi eius/scilicet intellectus/sunt lucētes per discretionem: quia ipse est plenus sapientia / et perfectus. Eze.xxviij. Et contra ventum .i. contra inspirationem spiritussancti semper vadit per obstinationē: et lapides.i.viros sanctos valde timet: immo etiā quando duo lapides.i. duo viri iusti inuicem collidūtur per bona colloquia et honesta: tunc lupus iste nō potest sustinere/sed fugit. Iste terrā.i.terrenos comedit/hic scilicet per culpam: in fine vero per penam. Et filios cecos generat.i.peccatores filios suos semper vult esse cecos et ignorātes. Et sub fruticibus.i. sub mūdi delectabilibus se abscondit/vt simplices ⁊ ignorantes capiat et rapiat per peccatum. Totum etiā gregē ecclesie occidit per errores/si a pastoribꝰ ⁊ canibus.i.a prelatis et predicatoribus dimittatur: ⁊ sic contra oues.i.contra simplices preualet astutia non virtute. Uel allega ꝯtra hereticos/qui filios suos.i.sequaces suos generāt cecos: ⁊ in cecitate erroris eos diligunt/nutriūt/ atq; fouēt ⁊c. sicut

21 supra. ¶ Lupus de nocte predatur. iuxta cubile suum non rapit vt cōmuniter secūdum Philologum: sed lōge vadit predari/ne scilicet contra se ⁊ catulos suos excitet odiū vicinorum. Sic vere est de diuitibus ⁊ aduocatis/⁊ de acceptoribus personarum/qui vicinis suis.i.parētibus ⁊ amicis non nocent: sed omnes alios lōginquos infestant: ⁊ de nocte vadūt ad predam: q̄ꝛ vere predas suas .i. falsos suos contractus faciunt de nocte.i.in priuato et occulto loco et tp̄e: q̄ꝛ q̄ in occulto ab eis fiūt/turpe est dicere. ad Ephe.v.

22 ¶ Lupus contra ventū tendit/ne canes odore ꝑcipiāt viā suā: scd̄z Philologū. Sic vere charissimi/q̄ꝛ vsurarij nolūt ꝙ canes.i.prelati et iudices sentiant odorē sue male fame: ideo fictitie ꝓcedunt ꝯsus ventū spūsctī: vtpote q̄ꝛ faciunt fraudes suas sub specie boni/et pauperes decipiūt sub spe

23 cie mutui: vt sic non ꝑcipiant fraudes sue. ¶ Lupus cōtra ventū vadit/ ne scz canes ipsum presentiant venientē. Lapidum collisionem timet: oculos lucentes habet: terrā comedit: filios cecos generat/quos tamen valde diligit. ⁊ vt bestias rapiat/ in fruticibꝰ se abscondit/ scd̄m Philologū. Sic vere charissimi/mundi peccatores/maxime auari/cōtra ventū vadunt: quia vento.i.spirituisancto iugiter ꝑ peccatum se opponunt. Isti etiam timēt lapides.i. verba predicatorū: et ideo quando isti lapides sonant et colliduntur in ecclesia.i.aliquis bonus incipit predicare: tūc lupi.i.tales raptores exeunt/fugiunt ⁊ declināt: quia qui mittit lapidem inter volatilia/deijciet ea. Eccli.xxij. Isti habēt de nocte oculos lucentes: quia vere multum acute vident in nocte negociorum huius mundi/sicut patet in causidicis: q̄ꝛ filij huiꝰ seculi in generatiōe sua prudentiores sunt filijs lucis. Luce.xvj. Sapientes em̄ sunt vt faciant mala. Hiere.iiij. Tales generant filios cecos: qui vere filij istorū ad modum patris per auaritiam excecantur: quia patres eorum faciunt ipsos causidicos ⁊ vsurarios/sicut ipsi: quia sicut patres vestri/ita et vos. Act.vij. et Joan.v. Nō potest filius facere q̄cq̄ nisi quod patrem viderit facientem. Isti etiam terram comedunt: quia vere diuitias que terra ⁊ de terra sunt/comedunt.i.sibi incorporant per affectum. Gen. iij. Terram comedes omnibus diebus vite tue. Et vt capras.i.simplices homines/pauperes et innocentes rapiāt et excorient ⁊ denudent/sub arboribus et fruticibus se abscondunt.i.sub palliationibus ⁊ fictionibus alicuius boni: quia sub specie pietatis accommodant eis blada et vina corrupta/que tandem tempore caristie repetunt: ⁊ cum nō possunt soluere/ipsos exheredant per rapinam: et sic astutia et malitia preualent contra ipos. Ideo Matth.vij. Intrisecus sunt lupi rapaces. ¶ Lupus si dimittatur/totum

28 gregem strangulat et occidit: non enim sufficit ei pro necessitate sua occidere/nisi etiam totum gregem residuum occidat. Sic vere auari et vsurarij totum gregem.i. totam patriam occidunt si preualent/et si a deo viuere permittātur. Nam si deꝰ permitteret malos diu viuere/totum gregem.i.totam terram et patriam dissiparent. Unde Marci.xiij. Nisi abbreuiati fuissent dies illi/non fieret salua ōis caro. Uel allega cōtra hereticos/ qui totum gregem ecclesie occiderent per errores/nisi eis obsisterent pastores ⁊ canes.i.prelati et predicatores. ¶ Lupus quando vadit ad

29 predam/si pes suus strepitum fecerit/mordet eū/ quasi eū puniens pro delicto/vt dicit Philologus. Et scd̄m Solinum / villum amoris excitatiuū in cauda portat/quem cū dentibus euellit/quādo timet propter eum se insequi atq; capi. Sic vere charissimi si pes noster.i. affectus allidat se ꝑ desideriū ⁊ amorem ad res mundi/ita ꝙ in corde nostro faciat strepitum malarum cogitationum et delectationū/ et a preda nostra.i.a bonis operibus nos impediat/statim debemus eum mordere per compunctionem/nosmetipos redarguendo et puniendo. Si etiam in cauda nostra.i.in fine vite sit villus amoris excitatiuus.i.affectus vel pruritus luxurie/cum dentibus.i.cum verbis et orationibꝰ ipm̄ debemus extinguere/ne a demonibus capiamur. Uel dic ꝙ lupus est prelatus/qui debet habere oculos ardentes ꝑ discretionem. Oculi eius sicut sol. Apoca.j. Cauda eius est familia/que eum sequitur: pedes eius sunt subditi qui eum portant. Si igitur pes suus.i.aliquis subditus faciat in ecclesia vel in religione strepitum litium et discordiarū: vel si in cauda.i.in familia sit aliquis villus luxurie excitatiuus.i.aliqua persona luxuriosa: tunc vere tales debet mordere per correctionem/arguere et castigare: ⁊ de familia sua relegare: q̄ꝛ ambulans in via immaculata debet ei ministrare. Uel ad litteram dic de multis sanctis/qui pu-

30 niuerūt ⁊ trūcauerunt membra que ipis erant occasio delinquendi: sicut de illa sancta muliere Anglie patet/q̄ oculos suos regi misit/eo ꝙ rex ipsam ob oculorum pulchritudinem ad luxuriā stimulabat. Sicut etiam de illo summo

31 pōtifice legitur: qui dexteram sibi abscidit/eo ꝙ mulier eā osculans ipsum excitauerat ad peccatum. Membrum enim quod delinquit/ vel quod est occasio delicti/est merito puniēdum: sicut narrat Ualerius de Mutio sceuola ꝙ quia credens occidere porsenā occidit alium/manum suam in igne posuit/et eam ibi diu tenuit ⁊ puniuit. bene ergo dicit Mat.v. Si pes tuꝰ scādalizat te/erue eū ⁊ ꝓijce eū abs te.

¶ Lupus timens capi ⁊ insequi ꝓpter villum amoris quē in cauda portat/dentibus euellit eum: s̄m Solinū. Castor etiam timens capi ꝓpter testiculos / trūcat eos. Elephas

1 etiā timens persequi propter dentes eburneos/ frāgit eos. Et sic ptz ꝙ aīalia non timent minus dānum sustinere/vt maius valeant euitare. Sic vere charissimi nec nos debemus: q̄ꝛ vere si videmus ꝓpter ebur.i.propter diuitias nobis iminere periculū auaritie: item ꝓpter villum amoris.i. propter curiosum vestitū periculū lasciuie: item propter genitalia periculū luxurie/debemus pro certo ista abdicare/ scz diuitias per largitatē: genitalia per castitatē: curiosum vestitū per humilitatē: vt sic venatorū.i.demonū pericula nostris euadamus: q̄ꝛ melius est ꝙ pereat vnū de mēbris nostris q̄z totū corpus mittat in gehennā ignis. Matth.v. ¶ Lu-

2 pus aīal est gulosum: q̄ꝛ illam partē prede quā comedere non preualet/alijs animalibꝰ non diuidit/sed in terrā cam fodit ⁊ abscondit/vbi multotiens putrescit/taliter ꝙ ab eo non comedit/nec ab alio. Sic recte cupidi huius mundi predā suam.i.bona tēporalia alijs aīalibus.s. pauperibus non expādunt per elemosynarū largitionē: immo in cauernis ⁊ arcis ⁊ cellarijs reponunt/vbi ad litterā multotiens putrefiunt: sicut patet de blado ⁊ vino talium/que tantum ab eis auare seruantur/ꝙ necessario computrescunt/ ita q nec ab eis/nec a pauperibꝰ comedūtur. Diuitie vestre putrefacte sunt. Jaco.v. Uel dic de diabolo/qui quando non potest homines deuorare et occidere per mortem corpalē

saltem effodit eos in terra.i.in amore terrenoꝝ/⁊ putresce
re facit eos per luxuriam. Congregauerunt eas per cumu
los/et cōputruit terra. Exod.viij. Vel allega contra gulo-
sos/qui ita sunt voraces ꝙ cibos suos volunt soli comede-
re/et nihil alijs impartiri. Eccli.xj. Nunc manducabo de
bonis meis solus. ¶ Scdm Isid. Si de lana ouis a lupo
occise vestis fiat/vel cū lana alia misceatur/vestis huius-
modi pediculosa efficitur. Sic vere quādo diabolus occi-
dit ouem.i.aliquā personā per heresim ⁊ errorē: tūc lana.i.
doctrina talis ouis si in aliqua veste.i.in aliqua secta vel
patria misceatur/pediculos.i.errores solet ⁊ hereses gene-
rare. Vel dic ꝙ lana.i.persona a lupo diabolo infecta per
aliquod crimen/si cū alijs bonis ponatur/tunc p sua mala
exempla et colloquia pediculos.i.malas affectiones ⁊ de-
sideria inter eos generabit: sicut patet de luxuriosis: q2 cor
rumpunt bonos mores colloquia praua.j. ad Corinth.xv.
¶ Scdm Aristo. Natura luporū nature ouiū totaliter ad-
uersatur. Unde legitur ꝙ si chorda facta de intestinis lupi
chorde facte de intestinis ouium in cithara misceat/ipam
paulatim destruit et corrodit: sicut pluma aquile adiūcta
plume columbe. Sic vere charissimi natura luporū.i.cru-
delium tyrannorum nature ouium.i.simpliciū et pauperū
aduersatur: quia contra bonum malum est/et contra vitā
mors: sic et contra virum iustū peccator. Eccli.xxxiij. Nā
sicut dicitur Eccli.xiij. Abominabilis superbo humilitas
⁊ abominatio diuitum pauper. Et ideo si chorda lupina.i.
aliquis auarus vel raptor in aliqua cithara.i.in aliqua pa
tria/collegio vel societate cōiūgatur cum chorda ouina.i.
cum bona et simplici persona: tunc vere ipsam paulatim
corrodit/scilicet per detractiones rapinas ⁊ excoriatiōes:
quia considerat peccator iustum: et querit mortificare eū.
Istud patet in auaris/qui vicinos suos et socios excoriāt
et corrodunt per vsuram et rapinam. Patet etiam in detra
ctoribus/qui simplices suos corrodere nunqꝫ cessant. Vel
per lupum intelligo diabolum: per chordulam eius intelli
go malos/qui sunt de corpore suo mystico. Per ouem aūt
intelligo christum: per chordulam eius intelligo bonos et
simplices/qui sunt de corpore suo/quod est ecclesia/qui re-
uera sibinuicem aduersantur/quia boni a malis continue
corrodūtur. ¶ Scdm Pli.lib.viij.c.xxxiiij. Lycaon est ge-
nus lupi in India/qui mutat colorem/sicut tharandus: de
quo scz Ouidius fingit ꝙ fuit homo/qui in lupum fuit mu-
tatus. Expone ergo de illo sicut de parandro infra littera
p. ¶ Item idem ibidem dicit ꝙ thoes gen⁹ est luporum/
sed corpore longiori/et crure breuiori/quod non mutat co-
lorem/sed habitum: quia scilicet in hyeme est hirsutum: in
estate vero nudum. Est autē homini innocuum: sicut ait.
Tales sunt diuites: quia scilicet dum durat hyems.i.ne-
bulosa vita presens/velleris p diuitias sunt hirsuti. cū vero
estas.i.feruor mortis vel iudicij aduenerit/tūc hirsuta sub-
stantia deficiet/et in ipsis nuditas et pauptas virtutū ap-
parebit. Unde anime peccatrici dicitur Ezechie.xxiij. De-
nudabunt te vestimentis tuis/et auferent a te vasa deco-
ris tui/et dimittent nudam/et confusione plenam.

Capitulum.lxiiij.de Manticora.

Manticora/barritus/lupus indicus/idem sunt. Nam Pli.lib.viij.c.xxx. vocat eum manticoram. Auicenna autem vocat eum fm grecos barritum. Aristo.autem lib.ij.ca.j.vocat eum lupum fm Indos. Nam licet diuersimode ab eis nominetur: tamen fm conditiones ⁊ proprietates eius quas quilibet ponit/idem animal esse videtur. Et est animal monstruosum/simile vrso in corpore/in extremitatib⁹ leoni/in auribus ⁊ crinibus et facie homini/in cauda scorpioni: et habet aculeum in cauda/et percutit pilis suis/sicut porcus siluestris setis suis: vocem habet horribilem similē tube: color eius est rubus sicut minium vel sanguis. Os eius est magnum et horrendum: et dentium habet tres ordines in vtraqꝫ mandibula/cum quibus deuorat homines/et est valde velocis cursus/⁊ nulla bestia crudelior reperitur: vt dicunt Plinius Aristoteles ⁊ Auicēna. ¶ Primo manticora est similis vrso in pelle/⁊ in pedibus similis est leoni. Tales sūt multi diuites et raptores: quia vere pedes eorum.i.manus et vngues sunt similes leoni quātum ad rapinam et crudelitatem: quia scilicet sunt acuti. Item quātum ad parcitatem et tenacitatem: quia scilicet sunt curui. Leoni gentium assimilaui te. Eze.xxxij. Itē facies manticore similis est homini/et aures et crines: sed in cauda similis est scorpioni: aculeum eñ habet ī cauda. Tales sunt falsi homines: quia vere facies.i.ingressus et principium talium (qui per faciem denotatur) videtur esse similis homini: quia scilicet in principio applaudunt pauperibus/vt ipsos decipiant/ita ꝙ videntur esse homines.i. benigni et misericordes. Patet de vsurarijs et aduocatis. Facies hominis vultus eorum. Eze.j. Sed vere cauda.i. finis sil'is est scorpioni: q2 pro certo ī fine inueniunꝶ pungētes per excoriationē/exheredationē et rapinā: q2 ad hoc in principio blandiunꝶ per falsas promissiones/vt in cauda et in fine pungere valeant et vrgere. Ideo Apoca.ix. Caude eorum similes serpentibus. Quod etiam potest allegari de detractoribus/qui in facie et in principio blandiunꝶ: in cauda et in absentia pungunt. Ideo dicūtur habere faciem hominis/et caudā scorpionis. Apoca.ix. Aculei erāt in caudis earum. vel allega si vis per modum figure. Itē manticora secundū eundem/pilis suis percutit sicut porc⁹ siluestris setis suis. Per pilos enim intelligūtur diuitie: q2 vere mediantibus istis mundi tyranni percutiunt per tribulationes et exactiones pauperes vicinos. Sagittis eñ interficiunt paruulos. Esa.xiij. Item fm eundem/vox māticore est sicut tuba. Sic vere vox diuitum et potentum est hodie autentica ⁊ tubalis: quia sicut per tubam excitantur quidam ad prelium/et alij deterrentur: sic vere per voces horrendas talium pauperes deterrentur: et sui balliui ⁊ famuli/filij et alij ad prelium.i.ad rapine exercitium prouocantur. Loquebatur sicut draco. Apoc.xiij. Item dicit ꝙ color manticore est rubeus sicut miniū vel sanguis/per quod denotātur viri pleni malitia. Scdm eñ Aristo.ij.de phisonomia/color ruffus et rubeus malitiam significat ita coloratī: q2 vere sunt ita cautelosi ⁊ malitiosi/ꝙ pre malitia fallacia/proditione et deceptione videntur esse ruffi. Ecce equ⁹ ruffus Apo.vj.⁊c. ¶ Manticora os habet maximū ⁊ horrendum/et tres ordines dentiū in qualibet mādibula: et ista hoīes deuorāt/et nulla est bestia crudelior illa: fm eundem. Reuera charissimi tales videntur esse mūdi magniloqui et oblocutores: quia vere os talium.i.sua verbositas magna est et horrenda: quia vere in ore ipsorum sunt tres ordines dentium.i.tria genera verborum/scilicet detractio vel infamia/elatio vel iactantia/iuratio vel blasphemia: quia ad litteram ista tria inueniuntur in ore peccatorum: quia in ore fatui verba inenarrabilia. Eccli.xxj. Et ideo tales deuorant homines non solum realiter per rapinam et crudelitatem: sed etiam verbaliter per infamiā et detractionē: et per irā ⁊ ferocitatē. Leo fact⁹ est/⁊ didicit capere predā/hoīesqꝫ deuorare. Eze.xix. Et ideo bene dr ꝙ ista bestia est alijs crudelior: quia pro certo isti sunt cunctis alijs hominibus seuiores. Adducam crudelissimos de gentibus. Esaie.iiij. Dabo egyptum in manu dominorum crudelium. Esaie.xix. Allega hic figuram de bestia simili vrso/que habebat tres ordines dētium in ore. Danie.vij. vide eam supra ca.de Angue. Vel figuram de locusta. Apoca.ix. quia optime ad hanc rem facit/vide eā in opusculo super apocalypsim. Vel allega totum ꝯtra detractores/qui in facie.i.in presentia sunt homines blandiendo et adulando: in cauda vero.i.retro in absentia sunt scorpiones/scilicet pungendo et detrahendo: et habent tres ordines dentiū ⁊c̄. sicut supra. et allega figuram Danielis.vij.⁊c̄. Vel potest exponi de diabolo/qui in principio est homini similis per fallaciā blandiendo: sed in cauda.i.in fine post mortem similis est scorpioni/scilicet aculeo mortis perpetue vulnerando. Ruffus est etiam p malitiam: ⁊ habet tres ordines dentium.i.tria genera tentationum et suggestionum/scilicet ad luxuriam/auaritiam/et superbiam: et ideo homines deuorat et sibi incorporat: hic per culpam: in fine per penā. Nota ꝙ istud potest allegari contra principes vel vsurarios vel aduocatos/vel quoslibet raptores vel mundanos.

Capitulum.lxv.de Migale bestia/que fm Hebreos (vt dicit Nicolaus de lira Leui.xj.) idem est quod hericius.

1 Migale est animal paruū/rapax ⁊ gulosum/cum dolo ei rapit/⁊ postea ventri cōmittit/⁊ equos multū odit:et eque pregnāti maxime insidiatur/sm glo. Leui.xj.et contra serpētes pugnat: sed tunc se armat. Recte tales sunt pauperes balliui ⁊ raptores:quia isti sunt parui per paupertatem/gulosi per carnalitatem/rapaces et dolosi per crudelitatem et falsitatem:quia Beniamin lupꝰ rapax. Genes .xlix. Nā illa que per rapinam acquirunt/ventri committunt/inquātum scz de rapinis pauperum faciūt lauta conuiuia/⁊ pinguia festa:quod patet in multis nobilibus pauperibus ⁊ iudicibus/qui excoriant subditos suos/vt faciant magna festa/et vt sequantur torneamēta/et similia. Et ideo tales infestant equos ⁊ mulos/hoc est dictu/mercatores ⁊ agricolas sibi subditos:et eque pregnanti.i.simplicibus diuitibꝰ/qui sunt diuitijs impregnati/insidiātur/scilicet quomodo eos per rapinas et exactiones valeant spoliare. Unde in Psal. Insidiatur vt rapiat pauperem. Contra serpētes.i. contra mundi cupidos vsurarios ⁊ auaros pugnant/ipsos per lites vexando/falso accusando/⁊ crimina imponendo: vt scz extorqueant pecunias ab eisdem. Exemplifica bene quomodo volentes extorquere imponunt alijs falsa crimi-
2 na:vt habeāt vineam suam ⁊c.iij. Reg.xxj. ¶ Migale sm glo. Leui.xj.est paruum animal:quod māsuetum se fingit ex timore/quādo aliquis ei appropinquat:sed statim mordet/et venenum deffundit. Recte tales sunt rustici et pauperes:quia vere quando aliquis appropinquat eis.i.quando sunt in presentia dominorum suorū:tunc vere pre timore fingunt se mansuetos et benignos:quia qui videret eos/crederet ꝙ nescirent aliquam malitiam:sed vere ipsi sunt contrarie conditionis q̃ȝ videantur:quia vere isti mordent per detractiones et infamias/et inuenenant quando possunt per alia nocumēta. Est enim qui nequiter se humiliat. Eccli.xix. Quia nequissima pauptas in ore impij. Et ideo sicut dicitur Leui.xj.talia animalia immunda iudicabantur:quia scilicet mali pauperes apud dn̄m sunt immundi.

Capitulum.lxvj.de Mulo.

1 Mulus a molendo est dictus/eo ꝙ molarum trahendarum laboribus est subiectus. Et est mulus animal sterile/et optimum ad labores/sm Isidorum. Et sm Aristo.lib.viij.c.viij. Quāto mulus plus potat de aqua/tanto plus proficit cibus suus. Tales sunt pauperes/qui molarum et penarū laboribus exponuntur/qui licet sint steriles quo ad fructū diuitiarum/tn̄ optimi sūt ad labores. Cibus etiam suus.i. temporalis substātia vel spiritualis gratia/tanto plus eis proficit/quanto de aqua sacre scripture plus biberint/scilicet predicationes audiendo. Uel dic ꝙ cibus hominis tūc summe proficit/scilicet q̃ȝtum ad animam/quando aqua pietatis et misericordie intingitur. Bibe aquam de cister-
2 na tua. Prouer.v. ¶ Asinus aliquando miscetur cū equa/et proles que sic ex ea generatur/dicitur mulus:qđ est animal sterile/indomitum et velox:quod non imitatur patris paruitatem/sed matris quantitatem: quia ceteris asinis est pulchrior et velocior: equis tamen deformior atq; minor. Et quia contra naturam generatur/et frigidissime est nature:ideo noluit natura talem bestiā generare/sm Aristote.libro.ij.de generatione aīalium.ca.vj.quia sicut dicit ibidem: Muli vel mule non generant/nisi forte rarissime. Uide causam supra de asino. Charissimi/per equam intelligo religionem vel ecclesiam/cuius proprius maritus debet esse equus.i.bonus prelatus/qui debet hinnire per predicationē/onera portare per patientie tolerationem. Sed pro certo per inspirationē diabolicā aliqñ sibi iūgitur ⁊ cōiūgitur asinꝰ.i.aliqua rudis ⁊ mala psona/stolida ⁊ inscia/⁊ de vili plebe. Et ista cōiunctio.i.ista promotio est recte cōtra naturam:quia nō decet seruum dominari principibꝰ. Prouer.xix. Et ideo pro certo talis in equa.i.in ecclesia generat.i.promouet et producit mulos .i. malas personas et luxuriosas/veloces per inconstantiam et leuitatem/indomitas per duritiam et austeritatem/et steriles q̃ȝtum ad fructum bonorum operum producendum: quia sicut videmus/illi quos hodie mali prelati promouent/virtutū fructibus non fecundantur:sed peccatis et vitijs sterilescūt.

Figurati per Michol filiam Saul/que fuit sterilis.ij. Regum.vj.ideo Esaie.xlvij. Uenient tibi duo hec: sterilitas ⁊ viduitas. Nam reuera charissimi / tales contra naturā generantur et promouentur.i. contra voluntatem diuinam/scilicet per promissiones/dona et affectiones . ideo natura naturans deus eis non dat potentiam generandi.i. bona opera producēdi/nisi forte rarissime:et hoc quia tales sunt frigide nature per indeuotionem et incompassionem . Et bene dicitur ꝙ isti non sunt similes patri suo.i.asino: quia vere tales non sunt similes parentibus suis carnalibus/asinis/vilibus et depressis:quia q̃ȝtum ad honores ⁊ diuitias/maiores sunt ⁊ potentiores: quod quidem accidit eis ratione matris.i.ratione ecclesie in qua sunt promoti:quia quantū ad beneficia ecclesiastica/ceteros de parētela sua precellunt. Uerūtamen equis.i.bonis prelatis et clericis/qui in equa.i.in ecclesia deberent produci/sunt minores et turpiores q̃ȝtum ad efficaciam ⁊ virtutem. Isti igitur sunt sicut equus et mulus/quibus non est intellectus . Et ideo bene prohibentur diuersi generis animalia inuicem copulari. Leuit.xix. ¶ Onager aliquādo coit cum equa/⁊ tunc generatur mulus leuis/et rugosi corporis / habens pedes duros/et aptos ad cursum:scd̃m Plin. Et vt dicit Aristo. Mulus non habet distinctum fel . Sic vere quando onager.i.bonus prelatus coniungitur cum equa.i. cum ecclesia/tunc muli quos producit.i. illi quos in ecclesia promouet/sunt leues per obedientiam et agilitatē/rugosi per penitentiam ⁊ austeritatem/duri pedis per perseuerantiam et stabilitatem/fine felle per clementiam ⁊ benignitatem/apti ad cursum bene operationis et predicationis per laboris velocitatem. Cursor leuis explicans vias suas. Hiere.ij . ¶ Muli scd̃m Aristo. non conueniunt generationi propter naturalem frigiditatem in eis dominantem . Sic vere illi qui sunt muli per luxuriam ⁊ obstinationem: frigidi per indeuotionem/non cōueniunt generationi:q2 scz nō possunt gn̄are alios p p̄dicationē. ¶ Mule q2 nō cōcipiūt/ideo menstruosa materia trāsit in cremētū corpis:⁊ sic maioris sunt q̃ȝtitatis q̃ȝ ipsi asini seu muli. Et est generale secundū Aristo. ꝙ q̃ȝto mulus plus bibit de aqua/tāto ei plꝰ proficit cibus suus. Sic pro certo mali mundi diuites qui non concipiunt bonum propositum et operationem: ideo sunt magni corporis.i.magne substantie et potentie temporalis. Menstrua enim sua.i.superflue diuitie ab eis nō emittūtur per elemosynas: immo eis cedunt in nutrimentum.i.in acquisitionem et additionem nouarum diuitiarum/et in status sui augmentationē: quia sicut videmus/diuites de diuitijs suis non faciunt elemosynas:imo semper ex eis acquirunt nouas possessiones : et ideo non mirum si magni in diuitijs pre alijs inueniātur. Erat vir ille magnus inter omnes orientales. Job.j. Cibus tamē suus.i. diuitie sue tunc eis aliquando proficiunt/si aqua dulcedinis et pietatis fuerint saturati: vt dicant illud psal. Super aquam refectionis educauit me. Alias enim diuitie nihil valent/nisi aqua pietatis et misericordie erga pauperes habeatur. ¶ Cū vrina mule exit sua supfluitas menstruosa/et ideo muli non faciunt vrinam mularum:sicut faciunt alie bestie/que soleas habent:secundū Aristote. Sic vere charissimi nos non debemus facere vrinas mulierum per carnalem delectationem:sed per veram continentiam debemus ab eis abstinere. ¶ Secūdum Isaac/carnes muli peiores sunt q̃ȝ carnes asini ad nutriendum et digerendum. fimus autem eius cōbustus et tritus cum aceto/restringit sanguinem/et valet contra ictus scorpionum:scd̃m Diosc. Tales sunt mali predicatores:quia licet caro.i.vita eorum non valeat ad nutriendos alios per exempla/verūtamen fimus . i. predicatio quam egerunt / stringit sanguinē luxurie/et sanat morsus detractiōis ⁊ inuidie ⁊ cetera vitia et peccata. ¶ Muli ꝯtra naturā nascuntur de diuersis speciebus. Et sunt muli communiter male domiti/⁊ ad bella nihil valent/et vt cōmuniter vitio nunq̃ȝ carent. Tales vere sunt spurij et adulterini/qui de contrarijs speciebus generantur/scilicet non ex legitimo thoro : quia vere tales vt cōmuniter male sunt conditionati et domiti/⁊ vitijs nunq̃ȝ carēt. Tales etiam sunt steriles:quia scilicet tales filij adulterorum fructum vt cōmuniter non faciūt/nec

eoꝝ ꝓgentes in posterum ꝓlongatur: quia filiorum peccatorum hereditas deperiet. Sapien.iiij. Spuria vitulamina non dabunt radices altas. Uide multa alia de mulo supra de asino. ¶ Scd̄m Hebreos/Annaa abnepos Esau primus fecit equab⁹ asinos commisceri: teste Isido.li.xij.c.j. Sic diabolus ⁊c̄.

Capitulum.lxvij. de Mure.

1 Mus s̄m Isidor. est animal pusillum/sic dictū eo ꝙ ex humore nascat̄: s̄m Isido. Huius in plenilunio iecur crescit: sicut ⁊ quedam conchylia marina: que decrescente lune lumine: iterum minuuntur. Et dicuntur sorices: eo ꝙ ad modum serre rodunt: vt dicit Isido.li.xij. Sicut etiā Pli. dicit: inuenti sunt Lauini rosisse scuta argētea: ⁊ sic bellum Marsicū portendisse. Theophrastus etiam auctor est cum a Gyaro insula mures fugassent īcolas/ferrum quoqꝫ rosisse. Et s̄m Aristo.lib.viij.ca.xxviij. Mures non potāt: ꝙ si potauerint/moriūtur. Et est mus aīal gulosum: quod modica esca decipitur: quando ad gustū ipsius peruenit odor eius. Urina autem eius est cōtagiosa/ ⁊ morsus venenosus/ ⁊ cauda venenosa. Recte tales sunt hoīes: q̄ pro certo ex humo ⁊ humore generātur.i. ex vili spermate: ⁊ ideo iecur eorum.i. amor ⁊ affectio talium semper crescit in plenilunio.i. in prosperitate mundana: quia si luna.i. persona quam diligunt/est plena lumine.i. mūdi gloria ⁊ prosperitate: tūc vere crescit amor eorum. Si autem lumen huius lune decreuerit.i. si mūdi prosperitas cessauerit: vtpote quia deuenit ad paupertatem ⁊ aduersitatem: tunc vere iecur eorum.i. amor ⁊ dilectio cessat similiter ⁊ decrescit: quia diuitie addūt amicos plurimos: a paupere autē ⁊ ij quos habebat/recesserunt. Prouerbio.xix. quia sicut dicit̄ Eccli.vj. Est amicus scd̄m tēpus: ⁊ non permanebit in die tribulationis. Et tales dicuntur sorices: quia pro certo per rapinas ⁊ excoriationes/ per infamias ⁊ detractiones alios corrodunt ⁊ deuorant more serre/ita ꝙ ferrum et argentum.i. ipsoꝝ metalla ⁊ diuitias diminuunt/paupereſqꝫ de insula.i. de patria ⁊ de possessionib⁹ suis eijciūt/⁊ bellū contētionis ⁊ violentie ipsis significant ⁊ portēdunt. ¶ Mus

2 s̄m Aristo. rarissime potat aquam/ꝙ si biberit moritur. Aduerte tamen ꝙ forte istud intelligitur de muribus libycis. dicit enim Pli.lib.x.ca.lxxiij. ꝙ in aphrica fere nō bibunt in estate/propter inopiam imbrium. Unde ait ꝙ capti mures libyci si biberint moriuntur. Sic vere peccatores aquam sacre scripture raro potant / vel aquam etiam pietatis: quia rarissime volunt audire sermones/ vel facere pietatem: nisi forte quando moriunt̄.i. quando sunt in lecto mortis: quia tunc faciunt sua fictitia testamenta/ et aliquas elemosynas. ideo Esa.l. Deficient

3 pisces sine aqua: ⁊ morientur in siti. ¶ Mus est animal gulosum/ ⁊ pro modico cibo quando odorem eius sentit mortis periculo se exponit. Reuera charissimi tales sūt gulosi/auidi scꝫ deliciarum huius mundi: quia a diabolo pro modica esca deliciarum decipiuntur/ ⁊ spiritualiter ⁊ eternaliter occiduntur: similes Esau/qui pro lenticula vendidit primogenita. Geñ.xxv. ¶ Mus habet vrinam venenosam/ morsum venenosum/caudam venenosam. Sic vere charissimi peccatores sunt quasi in omnibus venenosi: nam vrina talium.i. mala istorum doctrina: vel etiam mala eorum opera ⁊ exempla: morsus etiā istorum.i. detractio ⁊ infamia/vel etiam exactio et rapina/sunt venenosa/ ⁊ alijs contagiosa: quia alios diuersimode inficiunt et corrumpunt. Et ideo bene sequitur ꝙ cauda eorum.i. finis vite merito dicitur venenosus: q̄ vere tales male moriuntur multotiens. Uel cauda.i. senectus talium est venenosa: quia tunc per mala exempla et per auaritiā alios inuenenant ⁊ occidūt. Uel dic de hereticis ⁊ malitiosis: quorum vrina ⁊ morsus.i. predicatio: cauda.i. finis ⁊ intentio sunt alijs in venenum: quia ha-

5 bebāt caudas sicut scorpiones: ⁊ potestas eorum in caudis eorum. Apocal.ix. ¶ Scd̄m Pliñ.lib.viij.ca.xxxvij. Mures optimum habent gustum: similiter ⁊ olfactum: et in estate preparant sibi grana contra hyemis tēpestatem. Nam (vt dicit) est quoddam genus muriū quod in autumno taliter sibi preuidet: ꝙ masculus femellam reuersam supra dorsum spicis onerat inter crura: ⁊ sic oneratam per caudam pertrahit ad cauernā: ⁊ tūc viceuersa masculus se inuersat / et eum femina inter crura spicis onerat: ⁊ sic oneratum per caudam pertrahit ad cauernam/ vbi latitant tempore hyemali: ⁊ sic vicibus versis alter alterum post se trahunt: et huius rei signum est (vt ait idem) quia illo tempore inuenitur ipis dorsum excoriatum: ⁊ tales sunt mures alpium/ quorum magnitudo melium est/vt ait. Magni sunt enim isti mures sicut melis siue taxus: ⁊ proprie isti sunt illi quos in Auinione vocamus marmotas/qui de Sabaudia deferuntur. Masculus iste est prelatus: vxor eius est subditus/ cui preest: cum quo debet vxorari per affectum et amorem. Cauerna istorum est paradisus/in qua debent requiescere tempore hyemali.i. post estatem presentis vite. Femina ergo.i. subditi debēt se ad terram prosternere per humiliationem ⁊ mortis recordationem: debent etiam pedes et caput.i. affectum et intentionem ad celum eleuare et vertere per celestium appetitum et contemplationem: et sic prelatus debet eos onerare granis.i. virtutibus et gratijs et meritis per predicationē/ vel onere diuinorum mandatorum per penitentie impositionē/ et ad cauernam paradisi trahere et post se ducere per boni exempli ostensionem/et per bonum regimen et directionem. Econuerso autem subditi debent prelatos adiuuare/et si ipsos viderint oneratos laboribus et curis officij pastoralis/debent cum ore.i. cū verbis et orationibus pro eis intercedere/et q̄tum in se est/ad cauernam paradisi trahere vel leuare et portare. Bene ergo dicitur ad Galat.vj. Alter alterius onera portate. Uel dic ꝙ masculus est Christus/qui feminam suam.i. animam bonis meritis oneratam per caudam finalis perseuerantie trahit ad celum. Uel dic historialiter de feneratoribus et vxoribus eorum/quomodo alter alterū iuuat ad congregandum grana.i. diuitias in cauernam.i. in domum suam: et quomodo alter trahit alterum ad lucrandum per caudam.i. per spem finalis penitētie: quia scilicet alter alteri suggerit vt nunc lucrentur et acquirant/et ꝙ in fine penitebunt. Uel allega de bonis coniugibus/quorum debet alter alterum in suis laborib⁹ supportare. Ad Gala.vj. Alter alterius onera portate. Uel masculus est vir spiritualis: femina secularis. Isti igitur debent inuicem se iuuare: nam masculi.i. spirituales debent feminas.i. simplices seculares onerare: scilicet bonis doctrinis et exemplis. Econuerso autem seculares debent spiritualibus de bonis temporalibus prouidere: quia sicut dicitur ad Roma.xv. Si spiritualium participes facti sunt/debent et in temporalib⁹ ministrare eis. ¶ Item s̄m Plini. ibidē: Muriū plures sunt spe-

6 cies: quidam habitant in domibus: alij in aquis ⁊ fluminibus: quidam dormiunt per dimidium annū sicut glires: quidam sunt lata fronte: alij acuta: alij sunt de herinaceorū gn̄e pūgētib⁹ pilis. Et licet mures pauperū panes rodant/ ⁊ sint inutiles vt cōiter: tn̄ in pluribus sunt vtiles. Nam vt dicit Pli.lib.xxix.c.vj. cinis muriū cum melle auribus instillat⁹/ aurium sedat dolorē. Recte sic sunt plures species hoīm peccatoꝝ: quia quidā habitāt in fluminibus deliciarū/vt luxuriosi: quidā in domibus eminentiarū/vt superbi: quidā in campestribus diuitiarum/ vt auari: q̄ non oībus oīa placent. Eccli.xxxvij. Et tales dormiūt per pigritiam et tepiditatē: panes.i. diuitias pauperū rodunt per auaritiam ⁊ cupiditatē: ⁊ licꝫ sint eis inutiles sicut ptꝫ: sunt tn̄ in plurib⁹ vtiles: q̄ sicut d̄r ad Roñ.viij. Diligentib⁹ deum: oīa cooperant̄ in bonum. Cinis enim eorum.i. memoria mort̄ sue/dat eis medicinā. Nam qn̄ pauperes cogitāt et considerant mortem maloꝝ (q̄ vt cōiter mala est) et vindictā iustitie diuine/ipsi letant̄ ⁊ consolant̄/ ⁊ maxie qn̄ medicus.i. p̄dicator eā infert eoꝝ auribus predicando cū melle dulcis cōsolationis: quia tunc dolor quē propter eorū inuasiones sustinēt/mitigat̄. p̄s. Letabit̄ iustus cum viderit

7 vindictam ⁊c̄. ¶ Scd̄m Pli. ibidem: fel muriū cum aceto tritum/ ⁊ tepidum auribus instillatum/optimum re-

medium est contra bestiolas subintrantes. Fimus eorũ cum aceto tritus/ purgat caput: ⁊ casum ꝓhibet capillorum: cum vino autem potatus/ ventrem miro modo soluit: cinis eorum cum melle instillatus/ dolorem auriũ sanat: pellis eorũ recens calcaneo superducta eius vulnera sanat. Recte tales sunt sancti: q̃ꝛ vere fel eorũ. i. zelus et correctio: fimus ab eis egestus. i. doctrina eorum et predicatio: cinis eorum. i. vite sue memoria et recordatio: pellis ipsorum. i. sua bona exempla et conuersatio/ si cum melle deuotionis/ si cum aceto mortis memorie et recordationis/ si cum vino dulcis consolationis sumantur/ multiplicẽ conferunt medicinam: quia ventrem cõscientie soluunt per contritionem: caput intẽtionis purgant per confessionem: casum capillorum. i. virtutum prohibent per perseuerantiam et durationem: et auditum lesum per impatientiam/ curant per benignitatem et cõsolationẽ.

8 ¶ Scd̃m Pli. li. xj. c. lxv. summ⁹ est ⁊ maximus muriũ fet⁹: nã (vt ipse dicit) Alexãdri milites tradiderũt. cxx. mures ex vna genitos: ⁊ apd̃ Persas ꝓgnãtes i vtero parẽtis reptas: vñ nõ mirũ etiã est vñ tanta muriũ agrestiũ vis messes agricolarũ populeꝫ: sꝫ nescitꝫ qũo illa mltitudo tã repẽte occidat: nã nec exanimes q̃dẽ vsq̃ꝫ reptunꝫ. Sic ꝓ̃e charissimi maxim⁹ ẽ maloꝝ ꝓuent⁹/ nã sepe ab vna mure. i. ab vno malo p̃lato ⁊ furace ꝓmouenꝫ. cxx. mures/ h̃ est/ maxia maloꝝ multitudo: q̃ messes paupeꝝ agricolarũ ad l̃ram sepe depopulanꝫ/ et substãtiã etiã tpalẽ bonoꝝ suoꝝ vicinoꝝ. Regnãtib⁹ eñ ipĳs/ ruine hoĩm. Prouer. xxviij. Sꝫ ꝓ̃e tandẽ multitudo illa repẽte occidit/ ⁊ nusq̃ꝫ reperiꝫ: q̃ꝛ vidi ipĩũ superexaltatũ ⁊ eleuatũ sicut cedros libani: ⁊ trãsiui/ ⁊ ecce non erat: et q̃siui eũ/ ⁊ nõ est inuentus locus ei⁹. ꝑs. xxxvj.

Capitulum. lxviij. De Musimono.

1 Musimonum est aïal abundãs in Corsyca/ pecori simile/ cũ villo caprino/ quasi mediũ inter oues et capras. Habet autẽ hoc aïal caput debilissimũ/ q̃obrem auersum a sole pasci cogitur: vt dicit Pli. li. viij. ca. xlix. Sic ꝓ̃e multi sunt quasi medĳ inter capras et oues. i. inter malos ⁊ bonos/ q̃ videlꝫ caput rõnis habent multũ debile/ scꝫ multi simplices seculares/ quoꝝ sensus ⁊ imagĩatio nõ sufficit ad vertendum se ad solem. i. ad considerandũ diuinitatem/ vel ad meditandũ eterne glorie claritatẽ. Istos ergo oportet se ab isto sole auertere/ ⁊ a curiosa inuestigatione celestiũ desistere/ ⁊ ad partem oppositã: scꝫ ad manuducibilia exẽpla cõuertere: et sic cibũ doctrine sumere et pascere: quia pro certo multi sunt qui pre debilitate capitis. i. pre defectu rõnis heretici fierent si curiose ad solem. i. ad diuinitatis secreta aspicerent. Et ĩõ vtile est q̃ a talibus se auertant: et magis ad factiua se conuertant. Ideo Eccli. iij. Altiora te ne quesieris. Uel dic q̃ fatui peccatores pro eo q̃ carent debita discretione/ ad solem. i. ad deum et ad bona spiritualia et eterna non respiciunt: imo ab ipsis oculos auertunt/ et dorsum contemptus et obliuionis eis vertunt/ et ad mundi delectabilia se conuertunt. Hiere. ij. Uerterũt ad me dorsum/ et non faciem. Sic igitur diuitĳs ⁊ delicĳs pascũtur/ et pascua spiritualia dedignantur. Uel dic q̃ qui nõ est sufficiens pro contemplatiua/ remaneat in actiua.

Capitulum. lxix. De Mustela.

1 Mustela dicitur a telon/ quod est lõgum: quasi mus longus. Hec ingeniosa est: quia catulos suos de loco ad locum trãsfert/ ne locus suus deprehendatur. Hec armata ruta contra basiliscum pugnat: serpentes odit: filios suos casu aliquo lesos/ etiam mortuos (vt dicitur) succo cuiusdam herbe suscitat atq̃ꝫ curat: vt dicit Isidorus lib. xij. Talis est bonus prelatus: quia debꝫ esse longus per perseuerantiam: catulos suos. i. subditos debet de loco ad locum. i. de amore mundi ad amorem celi/ de peccato ad virtutem/ de virtute ad virtutem/ de gratia in gloriam translatare/ per exemplum scilicet et doctrinam: et hoc ne venator diabolus ipsos valeat inuenire. Ibũt de virtute in virtutem ⁊c̃. Transierunt de gente in gentem/ et de regno ad populum alterum/ non reliquit hominem nocere eis ⁊c̃. Et si filĳ isti. i. subditi sint lesi per tentationem/ et mortui per peccatũ: cum succo herbe. i. cum verbis sacre scripture debent eos suscitare/ docendo scilicet et sanando. Obducam cicatricẽ tibi/ et a vulneribus tuis sanabo te. Hiere. xxx. Armati etiam succo rute. i. sanguine Christi/ et sue amare memoria passionis/ debent cõtra basiliscum diabolum dimicare/ et serpentes. i. detractores summopere infestare: dicendo cũ Psal. Iniq̃s odio habui ⁊c̃. Uel dic q̃ mustela est Christus/ qui reuera filios suos. i. homines per peccatũ Ade mortuos atq̃ꝫ lesos/ suscitauit et sanauit: et serpentes. i. demones impugnauit. Unde Ozee. vj. Uiuificabit nos per duos dies/ die tertia suscitabit nos. Uel expone de mendicantibus/ q̃ religio vel prelatus mutat subditos suos de conuentu ad conuentum/ de loco ad locum: ne scilicꝫ nidus eorum. i. aliquis carnalis defectus: si eum habent/ a secularibus cognoscatur: vel ne parentes sui ipsos inueniant/ et de nido religionis extrahant et educant: quod maxime solet de nouitĳs apparere.

6 ¶ Mustela mures comedit/ serpentes odit/ passeribus insidiatur/ et eorum oua transglutit: ꝭm Isidorum lib. xij. Falsum autem est (vt dicit) eas ore concipere/ et aure parere. Et ꝭm Plini. mustela multum dormit/ et dormiendo impinguatur. Et sunt duo genera/ scilicet domesticũ et siluestre. Et est odore sagax.

7 Tales sunt multi peccatores: maxime autẽ detractores/ siue sint siluestres. i. religiosi/ siue domestici. i. mũdani: quia pro certo tales odiunt serpentes. i. prudentes personas: mures. i. detractores/ et auiculas passeres. i. bonos et contemplatiuos odiunt ⁊ infestant/ et eorum oua. i. eorum opera per detractionem deuorant atq̃ꝫ frangũt. Tales enim odiunt bonos et malos: quia deo nõ placent/ et cunctis hoïb⁹ aduersanꝫ. j. ad Thessaloniceñ. ij. Et ideo tales nõ concipiunt bonum propositum ⁊ meritum per os. i. per orationem: quia raro vel nunq̃ꝫ orant: nec pariunt scilꝫ bonum opus per aurem. i. per obedientiam et subiectionẽ: quia scilicet tales nullum bonum verbum possunt audire. Tales etiam sunt odore sagaces: quia optime sentiunt brodia et leccaturas/ et libentissime vadunt ad cõuiuia et ad festa. Job. xxxix. Ubicunq̃ꝫ senserit cadauer/ statim adest. Multum etiam volunt dormire et quiescere in delicĳs et peccatis: contra illud. j. ad Thessalo. v. Non dormiamus/ sed vigilemus/ et sobrĳ sim⁹.

1 ¶ Mustela est animal leue et instabile et flexibile: et est multa variabilis: quia colorem mutat: nam vno tempore inuenitur esse vnius coloris: et in alio alterius. Cõmuniter autem habet mustela ventrem album/ et dorsum rubeum. Urina autem eius et morsus eius sunt venenosa: vt dicit. Tales sunt multi/ qui colorem exterioris cõuersationis non cessant mutare: sicut sunt leues ⁊ instabiles et insolentes: sicut etiam sunt curiosi/ qui non cessant gestus et vestimẽta mutare. Cõmuniter autem tales in dorso sunt rubei/ et in ventre albi. i. curiosi. Morsus etiam talium et vrina. i. verba eorum et stultiloquia sunt venenosa per detractionem/ et fetida per luxuriam et infectionem: quia tales vt cõmuniter loquuntur vel detrahendo fame aliorum/ vel fetida verba luxurie proferendo. Uel mustela est bonus religiosus/ qui debꝫ esse flexibilis per obedientiam et subiectionem/ mobilis per bonam operationẽ/ odore sagax per deuotionẽ/ dormiendo impinguari per contemplationẽ/ dorsum habere rubeum per charitatem/ ventrem album per castitatem. Cantic. colorem etiam candidum per floridam honestatẽ. Canticoꝝ. v. Dilectus meus candidus et rubicundus.

2 Siluestres per debent esse domestici per benignitatem/ siluestres per vite austeritatem: mures. i. pauperes debent comedere et sibi incorporare per compassionem et pietatem: et serpentes. i. detractores odire: et passeribus. i. demonibus insidiari: vt scꝫ eorum oua. i. filios ipsorum: videlicet peccatores rapiant attrahendo ad perfectionem ⁊ sanctitatem. Ipsum rapiet armatus ⁊c̃. Job. v. Uel dic de auaris/ qui insidiantur passeribus. i. pauperibus/ vt eorum oua. i. diuitias rapiant et furentur per vsuras/ et alias.

¶ Mustela aliquando inuenitur tota alba preter cau-

dam. Sic vere multi sunt qui quãtũ quis in toto corpore.i.in tota vita sint albi per castitatem et per conscientie puri
tatem: in cauda tamen.i.in fine vite fiunt nigri per luxu
5 riam et aliorum criminum feditatem. ¶ Secundũ Pli. lib.xxix.ca.iiij. Natura nihil reliqt sine ingentib⁹ reme-
dijs atq; causis. Unde dicit q̃ fel mustele valet contra aspides: caro eius valet contra venenum. Sic vere de⁹ nihil reliquit in mundo sine aliqua vtilitate: quia et in bonis et in malis semper bonũ aliquod inuenit: et ideo fel mustelarum.i.zelus et correctio prelatorum/ꝛ etiam iustorum aliorum: caro etiam eorum.i.sua bona vita/vel etiam sua cõpassio: sunt alijs medicina. Uel mustela est deus: cuius pro certo fel et caro.i.iustitia et misericor-
dia/rigor et dulcedo/sunt medicina peccatoribus: quia scz alios sanat per correctionem: alios per misericordiã et consolationem: alios sanat misericorditer inspirãdo/ sicut Paulum: alios fortiter tribulando: sicut Amasiã. Ideo bene dicitur in psal. Misericordia et veritas pre-
6 cedent faciem tuam. ¶ Pudenda mustele multum fe-
tent/et tñ serpentibus fetidis contrariantur. Sic sunt quidam mali in seculo et in claustro/qui licet sint fetidi per infamiam et luxuriam/alijs tamẽ fetidis serpenti-
bus.i.alijs luxuriosis miro modo contrariantur/eos pu
niendo et corrigendo: et hoc ad seipsos iustificãdũ/ꝛ ad fetorem sue luxurie contegendũ. Ideo eis possunt alij dicere illud Job.xl. Nunquid condemnabis me/ vt tu iustificeris? et illud ad Roma.ij. Qui alium doces/ teipsum non doces: qui predicas non furandum/ fura-
7 ris. ¶ Quãdo aspis mordet hominem/statim vertitur in soporem/et efficitur lethargicus: nec se mouet. Ue-
rũtamen si mustela comburatur/ꝛ cinis eius cum aqua bibatur/excitat hominem a sopore: vt dicit Plini.ibidẽ Recte charissimi mustela q̃ mures comedit/significat diuites pctõres/ qui murib⁹.i.pauperib⁹ sunt infesti: et isti quãdo capiunt per mortẽ temporalem / cõburuntur in inferno per mortem eternalem. Exemplum de diuite epulone. Luc.xvj. qui cruciabat in flãma. Quando igi-
tur aspis.i.diabolus mordet aliquẽ pctõrem p tentatio-
nes/et facit eũ dormire.s.in mũdi delicijs p delectatio-
nes: tunc hõ e cũ aqua sacre scptũre debz bibere et sibi i-
corporare cinerẽ mustele cõbuste.i.memoriã mortis di-
uitum dãnatoꝝ/et sic p timorẽ pene cõsimilis a tali som
no delectabiliũ hui⁹ mũdi poterit excitari: qꝛ per timorẽ penarũ infernaliũ debet homo a talibus abstinere. Za-
cha.ix. Uidebit ascalon: ꝛ timebit. Cinis em̃.i.memoria mortis taliũ pctõꝝ retrahit hoĩem a pctõ. Surge ergo qui dormis. Ad Ephe.v. Uide de mustela supra de ba-
silisco: et supra de anguibus.

Capitulum.lxx. De Murilego.

1 Murilegus/musio/et catus dr. Et dicit muri-
legus/quasi legens mures: eo q̃ muribus sit infestus. similiter ꝛ musio quasi circa mures studiosus. catus aũt dr a capiẽdo.s.ipos mu
res: vel a catando.i.a videdo. Uñ et a greco venit catus.i.ingeniosus: vt dicit Isido.li.xij. Nam ita acute videt/q̃ tenebras noctꝫ superat fulgor ei⁹. Recte tales sunt cupidi/causidici ꝛ auari: qꝛ vere mures.i.pau
peres ꝛ egenos depdantur ꝛ infestant p rapinas/caute-
las ꝛ vsuras: qꝛ pascua diuitũ sunt pauperes. Eccli.xiij. Et ideo tales dicuntur cati/a capiendo: qꝛ vere optime capiunt: scz munera et diuitias/et quandoq; ab vtraq; parte. Leo cepit sufficienter sibi. Naum.ij. Uel dicunt a catando.i.a clare vidẽdo: qꝛ vere tales habẽt clarũ vi-
sum discretionis/sapiẽtie ꝛ intellectus: scz quãtum ad ad-
ministrationem bonoꝝ tẽporalium: qꝛ sapientes sunt vt faciant mala. Hiere.iiij. Nam tota nox p̃sentis vite a lu
mine oculorũ intellectus sui.i.ab eoꝝ sapientia seculari videtur hodie coruscare: qꝛ filij hui⁹ seculi sapientiores sunt filijs lucis in generatione sua. Luce.xvj. Ideo de quolibet tali põt dici illud Apoc.j. Oculi eius vt lãpas
2 ardens. ¶ Catus est aĩal indeterminati coloris: qꝛ ali⁹ flauus: alius niger: alius varius: alius in facie ꝛ pedib⁹ et auribus maculosus. Sic recte inter hoĩes sunt diuer-
si colores diuersarũ conuersationũ/honestatum ꝛ perfe-
ctionum: qꝛ q̃dam sunt albi et floridi per innocentiam ꝛ castitatem: q̃dam nigri per penitẽtiam ꝛ austeritatem: quidam flaui vel burelli per sapientiã ꝛ maturitatẽ: qui-
dam varij per circunspectionem ꝛ sagacitatem. Figura Zacha.vj. vbi vidit equos albos/varios/et nigros ꝛc. vide supra de equo. Uel dic de malis: quorũ quidã sunt nigri per cupiditatẽ/q̃ hoĩem siccat ꝛ denigrat. Facies eorum sicut nigredo olle. Naum.ij. Alij albi per curiosi-
tatem: alij varij per falsitatẽ: alij habent diuersas ma-
culas per pluralitatẽ pctõrũ: qꝛ quidã sunt maculosi in facie intentionis p duplicitatẽ: alij in pedibus affectio-
nis per voluptatẽ: alij in auribus obedientie per obsti-
nationẽ et induratã voluntatẽ ꝛc. Uel expone de diuer-
sis statib⁹/quorũ alij sunt varij/alij nigri ꝛc. sicut ptz de
3 monachis nigris ꝛ rufis. ¶ Catus orificium habet ma
gnum: dentes magnos et serratos: linguam tenuẽ flexi
bilem et subtilẽ/cũ qua bibendo lambit. Sic vere mun-
dani pctõres habent os magnũ quãtum ad voracitatem et gulam: dentes.i.verba detractoria habẽt longa / acu
ta et pungitiua p infamiã. Dentes eius ferrei. Dañ.vij. Linguã.i.verba adulatoria habent longa.i.multa/flexi
bilia et variabilia/fallacia/mollia et deceptoria: qꝛ mol-
liti sunt sermones ei⁹ super oleũ/ꝛ ipsi sunt iacula. Nam ad vtranq; partem flectunt verba sua: qꝛ ante adulãtur/ et retro detrahunt. Et ideo isti lambẽdo bibunt ꝛ attra-
hunt sibi aquã.i.adulando cũ aliqua molli ꝛ aquea per-
sona/ipam attrahunt.s.ad amorẽ sui. Pulli ei⁹ lambunt sanguinẽ. Job.xxxix. Uide causam quare catus lambit
4 supra de aĩalibus in generali. ¶ Catus est animal i iu-
uentute lasciuum/hilare ꝛ iocundũ/impetum faciẽs ad omne qđ coram ipso mouet/et ludit cũ calamo ante eũ proiecto. In senectute aũt est animal multũ ponderosũ graue et somnolentũ. Sic recte iuuenes nostri sunt lasci
ui/hilares et iocosi ꝛ leues: et cum oĩbus qui coram se transeunt/impetũ faciunt atq; ludunt: cum oĩbus volũt ludere/tangere ꝛ garrulare/et maxime cũ mulieribus. Sed pro certo in senectute nõ sic: quia ad litteram fiunt somnolenti/ꝛ tunc sunt graues ꝛ pigri. Et ideo bene di-
cit sapiẽs: Eccl'is.xj. Adolescẽtia ꝛ voluptas vana sunt. Uel per iuuenes accipe bonos/qui sunt leti in spũalib⁹ et leuiter mobiles ad bonũ. Per senes intelligo prauos
5 inueteratos dierũ malorũ pigros ꝛc. ¶ Catus murib⁹ cautissime insidiat/ꝛ eos odore ꝛ visu p̃sentiẽs/in ipsos subito insilit ꝛ inuadit: capto mure cũ eo ludit: sed fini-
to ludo ab eo deuorat. Tales sunt vsurarij/q̃ muribus.i. pauperib⁹ insidiant.s.quõ eos inuoluãt in laqueis ꝯtra-
ctuũ suorũ ꝛc. Uide supra de lupo/q̃ ludit cũ puero quẽ postea occidit/ꝛ expone sicut ibi. Uel catus est diabol⁹
6 mus est pctõr ꝛc. sicut ibi. ¶ Catus tpe coitus quasi sil-
uestris efficit/et tũc inter catos p mulierib⁹ pugna gra
uissima excitat/vox horrẽda emittit/ꝛ dentib⁹ ꝛ vngui-
b⁹ alter ab altero laniat. Cat⁹ est religiosus vel clericus litigiosus: vxor ei⁹ quã cupit hr̃e/est p̃benda vel bñficiũ: seu p̃latio. Qñ igit instat tps amorꝫ ꝛ copula.i.qñ vacat aliqua p̃bẽda/cui cupit q̃libz copulari: tũc hõ e tales effi-
ciunt siluestres: qꝛ a domo religiõis vel eccl'ie se absen-
tant p appellatiões/inter se rixant ꝛ brigant p ꝯtrouer-
sias/discordias ꝛ diuisiões: ꝛ tũc vox horrẽda infamiaꝝ emittit/ꝛ dentib⁹ ꝛ vnguib⁹.i.hõbis ꝛ inuasionib⁹ alter ab altero laniat. Figura.iij.Reg.xvj. vbi est ortũ p̃liũ inter amri ꝛ zãbri: qꝛ q̃lz volebat eẽ rex. Uel Geñ.xxv. vbi i vẽ
tre m̃ris collidebãt pueri: qꝛ q̃lz volebat p̃m⁹ nasci: ꝛ tũc Esau pilosus p̃mo nat⁹ est. Sic hõ e in vẽtre religiõis vel eccl'ie collidunt inuicẽ ambitiosi: qꝛ quilibz vult eẽ rex.i. prelatus/et quilibz vult p̃mus nasci et p mouere. Uerũ-
tamen sepe accidit q̃ peior Esau.i.mali primi nascũtur et promouent: et maxie qñ sunt pilosi.i.qñ diuitiarũ vel-
lere sunt obsiti: qꝛ hodie impi⁹ p̃ualet aduersus iustum. Abacuc.j. Unde Iaco.iiij. Unde bella ꝛ lites in vobis? nonne ex concupiscẽtijs/que militãt in mẽbris vestris? Uel allega historialiter de luxuriosis/qui pro vxoribus pugnant/ꝛ se inuicẽ occidũt: qđ nunq; faciũt elephãtes.
7 ¶ Catus seua bestia efficit qñ fit siluestris: qđ maxime accidit tempore libidinis: qꝛ tunc.s.qñ siluestris est/cu-

niculos et alias bestias venaꝛ/et in nemoꝛibꝰ cõmoꝛaꝛ. Catus qui muribꝰ insidiaꝛ/significat balliuos et vsurarios/qui pauperũ substantijs insidianꝛ. Tales eñ aliqñ de domesticis fiunt siluestres: de rusticis fiunt nobiles: de pauperibꝰ fiunt diuites: de ruralibꝰ iudices. Qñ ergo tales efficiunꝛ siluestres/hoc est dictu/qñ a domo.i.a statu paterne cõditionis recedũt per aliquam fortunã/ et in fortuna mundanoꝝ delectabiliũ se inuoluũt ꝑ amorem: tunc vere efficiunꝛ seui per rapinã et crudelitatẽ: ⁊ cuniculos ⁊ alias bestiolas.i. vicinos suos pauperes excoꝛiant ⁊ denudant. Vulgũ pauperẽ denudauerũt. Job xxiiij. quia vere ẜm Senecã: Nihil est hodie illis crudelius/qui nõ nati sunt nobiles/sed facti. Vñ Claudianꝰ poeta: Asperius nihil est humili cũ surgit in altum. Vel dic de apostatis religionis/qui domũ eccl'ie vel religionis deserũt/et siluestres ꝑ apostasiam efficiunꝛ: qꝛ tales sunt seui/crudeles ⁊ iniqui: et hoc maxime accidit tpe libidinis.i. qñ sunt luxuriosi et carnales. Vel pone de latronibus/qui in siluis ad lr̃am habitant/et bestiolas.i.
8 mercatoꝛes et alios transeũtes spoliãt ⁊ occidũt. ¶ Qñ catus cadit ab alto: super pedes excipiꝛ/et sic vix cadẽdo leditur. Sic vere charissimi/diuites qñ ab alto.i.ab aliquo eminenti officio deijciunꝛ ⁊ expelluntur: vel etiã ab alto.i.a statu ꝓsperitatis mundane: tunc vere pedes sui.i.amici ⁊ fautoꝛes ipsos sustinent atqꝫ fouent: ⁊ ideo nec leduntur nec coꝛrigunꝛ. Eccl'i.xiij. Diuiti decepto multi sunt recuperatoꝛes. ¶ Fimus cati multũ fetet: et
9 ideo postqꝫ eum egerit/statim eum abscondit sub terra cum pedibus ⁊ occultat. Sic vere faciunt peccatoꝛes. Nam qꝛ feces eoꝛũ/hoc est dictu/eoꝛũ mala opera/vsure ⁊ contractꝰ/et cetera eoꝛũ vitia multũ fetent per infamiam: ideo ea abscondũt/scꝫ celando et excusando/et ꝑ palliationes et cautelas vndiqꝫ cõtegendo: qꝛ tales vix aut nunqꝫ sua crimina cõfitentur: qꝛ cum dulce fuerit in oꝛe eius malũ/abscondet illud sub lingua sua. parcet illi ⁊c̃. Job.xx. Vel allega ꝙ si quid fetidũ cõmiserimus/ qꝺ turpe sit et infame/saltem illud debemꝰ celare/nõ ꝑ iactantiã ꝓpalare. Qꝺ est ꝯtra illos de quibus Esa.iij. Peccata sua sicut sodoma p̃dicauerũt/nec abscõderũt.
10 ¶ Catus qñ pulchꝛam habꝫ pellem/vagus efficitur: et de ea quasi gloꝛians extra domũ vndiqꝫ diuagaꝛ: ⁊ qñqꝫ ꝓpter pellis pulchꝛitudinem occidiꝛ et necatur. Verũtamen qñ pellis aduritur ei/ tunc in domo pacifice cõmoꝛaꝛ. Sic ꝟe persone iuuenes/et maxĩe iuuencule mulieres/qñ vident se habere pulchꝛã pellem.i. pulchꝛitudinem coꝛpoꝛalẽ/vel habitũ curiosum: tũc in domo sua non remanẽt: imo ad ludos ⁊ choꝛeas ꝑ vicos ⁊ plateas vndiqꝫ diuaganꝛ/de sua pulchꝛitudine gloꝛiãtes: ⁊ eam coꝛam alijs oñdentes. Et ideo propter hmõi pellẽ ⁊ pulchꝛitudinẽ multotiens rapiunꝛ per violentiã/vel alias opprimunꝛ/⁊ meretrices efficiunꝛ: et sic q̃tũ ad famã ⁊ grãm occidũtur. Exemplũ de Dina. Geñ.xxxiiij. rapta ⁊ oppꝛessa/q̃ iuerat videre mulieres regionis. Jꝺ de talibus vagis mulieribꝰ dꝛ.j.ad Timo.v. Discunt circuire domos/nõ solũ ociose: sed ⁊ ꝟbose ⁊ curiose loquẽtes qꝺ non opꝫ. Fallax eñ grã/⁊ vana est pulchꝛitudo. Prouer.xxxj. Verũtamen qñ pellis exuriꝛ/qñ.s. species ⁊ facies desiccaꝛ/et pulchꝛitudo deficit et iuuentꝰ: tũc saltẽ debent cessare vagari ⁊ se ostẽtare/⁊ in domibꝰ suis debent pacifice remanere. Nam q̇cq̇d de lasciuia iuuentꝰ adduxerit/debꝫ senectus delere. Qꝺ tñ est ꝯtra multas mulieres/q̃ etiam ĩ ipa senectute nunqꝫ cessant vagari ⁊ discurrere: nec lasciuie opera exercere. Jdeo Thꝛe.iij. Vetustam fecit pellẽ meã/⁊ carnem meã ⁊c̃. Vel allega de hypocritis/qui propter pulchꝛã ꝯuersationẽ vndiqꝫ se ostentant ad conuiuia ⁊ ad festa.

Capitulum.lxxj. De Noctiluca.

1 Noctiluca ẜm Jsiꝺ. lib.xij.ca. de minutis animalibꝰ/ est parua bestiola multipes ⁊ alata: q̃ in tenebꝛis lucet vt candela/et maxĩe circa posterioꝛa: in luce autẽ plena defoꝛmis est et obscura: manꝰ tangẽtis inficit: et licꝫ in tenebꝛis luceat/tñ lucẽ odit: ⁊ de die se abscõdit: et iꝺ musce contrariaꝛ/q̃ est lucipeta: vt dicit ibidẽ. Pli. aũt lib.xj.c. xxviij. dicit esse certũ genꝰ scarabeoꝝ/ q̃ de nocte lucent cum alas extendunt/refulgẽtqꝫ igniũ modo. et forte isti sunt vermes in Jtalia de nocte lucentes/ita ꝙ scintillarum modo ipsos videas refulgentes: sicut dꝛ in libro de natura rerũ. Recte tales sunt mũdi sapiẽtes et causidici: quia vere tales sunt multipedes/ꝑ multiplices affectiones: tales sunt alati per supbias ⁊ elationes: tales i tenebꝛis huiꝰ vite lucent/scꝫ inter alios pctoꝛes/ꝑ seculares scientias ⁊ discretiones/vel per tꝑales affluẽtias et reputationes: et maxĩe circa posterioꝛa.i. in senectute que est posteriꝰ vite: tunc eñ lumine sapiẽtie secularis/ lumine affluentie tꝑalis/inter alios rutilant ⁊ coruscãt. Jnter quos lucetis sicut luminaria. ad Philip.ij. Sed pꝛo certo licet modo videanꝛ rutilantes et floꝛentes: tñ qñ nox p̃sentis vite cessauerit/⁊ dies future manifestationis.s. post moꝛtẽ aduenerit: tũc apparebunt viles et defoꝛmes ꝑ vitia ⁊ pctã: qꝛ qñ erunt in inferno/eoꝝ vilitas ⁊ iniq̃tas apparebunt: iuxta illud Hiere.xiij. Nudaui femoꝛa tua ante faciẽ tuã/⁊ apparuit ignominia tua. Jsti etiam tangẽtes ipsos.i. eos imitantes et cõicantes et diligentes/per mala sua verba et exẽpla inficiunt et coꝛrumpunt: qꝛ quicquid tetigerit ĩmundus/immũdum faciet. Numeri.xix. Et licet tales luceant in tenebꝛis/et licet isti videanꝛ esse lucerne huiꝰ tenebꝛose vite: lucẽ tñ veritatis odiunt atqꝫ timent/qꝺ ptꝫ: quia qñ volunt facere falsos contractus suos vel actꝰ luxurie nepharios/ abscondunt se.s. in suis cauernis et locis absconditis et pꝛiuatis: quia nolunt ꝙ sua iniquitas ⁊ falsitas declaretur. Jter eñ impioꝝ tenebꝛosum. Prouerb.iiij. Quoꝝ sunt in tenebꝛis opera. Esa.xxix. Quia qui male agit/ odit lucem: et non venit ad lucem.i. ad publicũ: ne manifestentur opera eius. Joan.iij. Vel dic de hypocritis qui lucent per bonã conuersationẽ/qui tñ (si lux dierum fulgeret.i. si clare possent videri ⁊ cognosci) apparerent viles ⁊ defoꝛmes per diuersa peccata: et ideo fugiũt lucem istã.s. manifestationẽ ⁊ veritatẽ: qꝛ per hypocrisim se abscõdunt. Vel dic de oꝛnatu ⁊ pulchꝛitudine exteriori/sub quo quãdoqꝫ latitat vilitas hoꝛribilis ⁊ defoꝛmis. Vel si vis applica ad vermes.i. ad pauperes ⁊ humiles qui exẽplis et bonis operibꝰ lucent/noctemqꝫ huiꝰ vite illuminãt: sicut apparuit de apostolis/et etiam sicut apparet de pauperibus p̃dicatoꝛibꝰ: quibus dicitur Mathei.v. Vos estis lux mundi.

Capitulum.lxxij. De Onagro.

Onager est asinus siluestris/et asinꝰ interp̃taꝛ: qꝺ cũ sit imbelle ⁊ innocuũ: solꝰ tñ fuge bñficio leonẽ superat ꝑsequentẽ. Jn mõtibꝰ altis ⁊ pascuosis victũ q̃rit: quẽ cũ inuenerit/statĩ rudit: et nisi ꝑsecutꝰ fuerit/a talibꝰ pascuis nõ recedit/hoĩm autẽ frequentiã valde fugit: loca etiã solitaria valde circuit ⁊ frequẽtat: ẜm Phisol. Recte talis est bonꝰ religiosus: q̃ siluestris ꝑ iste debꝫ esse asinꝰ ꝑ patiẽtiã et simplicitatẽ/siluestris ꝑ pñiam ⁊ austeritatẽ/velox ꝑ obedientiã et agilitatẽ/imbellis ⁊ innocuus ꝑ innocẽtiã et benignitatẽ. Jste debꝫ fugere hoĩm/scꝫ seculariũ/frequentiã ⁊ cõitatẽ: sicut fecerũt eremite/⁊ ĩ locis solitarijs.s. in cõuentibꝰ a seculo seq̃stratis habitare: qꝛ cursoꝛ leuis explicãs vias suas onager assuetus in solitudine. Hiere.ij. Et sic si bene fugerit.i. si mundi solatia ⁊ negocia declinauerit/leonis.i. diaboli ꝑsecutionẽ ⁊ tentatiões poterit declinare/dicẽs cũ ps. Ecce elongaui fugiẽs/⁊ mãsi in solitudine. qꝛ venatio leonis onager ĩ eremo. Eccl'i.xiij. Jn montibꝰ autẽ altis.i. in celo et in paradiso (vbi sunt pascua eterne beatitudinis) debꝫ cõuersari ꝑ desideriũ ⁊ affectũ/et ibi per contemplationẽ iugiter cõmoꝛari/et viroꝛẽ celestis beatitudinis degustare: nec exinde debꝫ recedere: sed in statu ⁊ in actu cõtemplationis/q̃tũ diutius poterit/remanere/⁊ ibi deo perseuerãter inherere. Jdeo de onagro dꝛ Job.xxxix. Circũspicit mõtes pascue sue/et virẽtia q̃qꝫ perquirit. ¶ Onager masculus/qñ femina sua pepererit/ insidiaꝛ paruulo suo masculo/⁊ testiculos sibi abstrahit et ꝑscindit: qꝺ foꝛte facit quasi zelotypꝰ de vxoꝛe: qꝺ cognoscens mr̃ paruulũ abscõdit/ne a masculo valeat in-

ueniri ꝭm Iſido. Chariſſimi/maſculꝰ ſignificat religio-
ſum vel ꝑfectũ virũ: femina aũt ſignificat mũdũ vel mũ
danos/q̄ ꝑ incõſtantiã ſunt feminei/fluxibiles atq̃ mol
les. Qñ igiꝛ tales hñt aliquẽ puulũ.i.aliquẽ clericũ gra
tioſum iuuenẽ: tunc ꝯe maſculꝰ.i.religioſi inſidianꝛ.ſ. vt
eũ rapiant ⁊ attrahãt ad religionẽ/⁊ vt teſticulos.i.ſtatũ
ꝯiugalẽ ⁊ potentiã gñandi ſibi abſcindãt ꝑ votũ.ſ. caſti-
tatis. Uerũtñ mr̄.i. mundꝰ ⁊ parẽtes eos abſcõdũt.ſ.in
amore ſuo: ne a maſculis hmõi inueniãꝛ: qꝛ ſeculares
optime cauẽt ne minores vel alij mẽdicãtes filios ſuos
iuenĩãt/⁊ ne eos religioſos faciãt ſicut ipi. Uel dic ꝙ mr̄
eſt diabolꝰ/q̄ filios ſuos.i. pctõres abſcondit.ſ.in amore
mũdi/ne maſculꝰ.i.ꝑlatꝰ vel xp̄s cũ dentibꝰ ſue ꝑdicatio
nis vel eruditionis/auferat eis teſticulos.i.actũ luxurie
et feditatis: qꝛ optime cauet ne tales vadãt ad ſmones/
3 ne forte luxuriã deſerant ⁊ dimittãt. Mater em̃ eiꝰ ipu-
liteũ vt impie ageret.ij. Paral.xxij. ¶ Onager eſt aĩal
valde patiẽs ſitis: qꝛ bibere dedignaꝛ/quouſq̃ potũ iue
niat ſibi aptũ. vñ (ſicut dꝛ) aquã turbidã nõ bibit: ſed diu
expectat donec iueniat clarã aquã: ſm Pli.lib.viij. In
locis altis paſcua ſibi q̃rit/q̄ cũ inuenerit/ſtati rudit: et
exinde nõ recedit/niſi coactꝰ fuerit vel cõpulſus. Cha-
riſſimi/potus incõueniẽs aĩe xp̄iane eſt ſapia ſecularis/
ſiue ꝓſperitas tꝑalis: ⁊ hec eſt aqua turbida ꝑ feculen-
tiã vitioꝝ/q̄ eã comitanꝛ. Iſte eſt fluuiꝰ turbidꝰ/q̄ irrigat
egyptũ. Ioſue.xiij. Potꝰ aũt ꝯueniẽs et aqua clara eſt
ſapiã diuina/ſeu ꝓſperitas eternalis. Onager igiꝛ.i. vir
iuſtus/q̄ in h̄ mũdo inuenit aquã turbidã.i.mundi ꝓſpe
ritatẽ ⁊ ſecularẽ ſagacitatẽ/nõ dꝫ eã potare/acq̃rere vel
ſibi incorporare ꝑ affectionẽ: ſꝫ in ſiti ⁊ penuria.i. in volũ
taria pauꝑtate/vel cum ſiti.i.cũ deſiderio ⁊ amore debꝫ
expectare quouſq̃ iueniat aptum potũ.ſ.poſt hãc vitã/
qñ aquã eterne felicitatꝫ poterit iuenire/⁊ ſcia dei ⁊ luie
veritatis poterit illuſtrari. Iõ dicit p̄s. Potabũt oẽs be
ſtie agri/expectabũt onagri in ſiti ſua. Quaſi diceret/be
ſtie agri huiꝰ mundi.i.cauſidici ⁊ alij diuites et ſapiẽtes
potabunt.ſ.in vita p̄nti/ aquã turbidã ꝓſperitatis ⁊ ſcie
mundane: ſꝫ onagri.i. viri iuſti in ſiti.i.in feruore et deſi-
derio expectabunt quouſq̃ hẽant aliã aquã.i.eternã vo-
luptatẽ. Iſti g̊ in locis altis.i.in ſtatu ꝑfectionis vel in
paradiſo paſcua.ſ.orõnis et ꝯtemplationis/doctrine et
deuotionis debẽt ſibi q̄rere/⁊ ea nullo modo relinq̄re: ſꝫ
4 per ꝯfeſſionem ⁊ gr̄aꝝ actionẽ clamare iugiter et rude-
re. Iob.vj. Rugiet onager cũ habuerit herbã. ¶ Ona-
ger eſt aĩal liberũ/indomitum ⁊ laſciuũ/leue et velox/et
circa mõtes ⁊ nemora aſſuetũ/vbi paſcua ſibi querit/vt
dicit Pli. Talis eſt vir mundanꝰ: qꝛ tales ſunt liberi: ſcꝫ
ſine iugo diſcipline vel obediẽtie/et indomiti ꝑ obſtina-
tionem/et ad irã inſtabiles ⁊ laſciui. Ozee.vij. Reuer
ſi ſunt vt eſſent ſine iugo. Circa mõtes.i.circa mundi di
gnitates circũeunt ꝑ ſuperbiã et ambitionẽ: et ibi diui-
tiarũ paſcua ſibi q̄runt. Ideo dꝛ Iob.xj. Uir vanꝰ in ſu
perbiam erigiꝛ/et quaſi pullũ onagri ſe liberum natum
5 putat. ⁊ Iob.xxxix. Quis dimiſit onagrum liberum: ⁊c̄.
¶ Scd̄m Iſido. onagri ſinguli feminarũ gregibꝰ ꝑſunt
et vt dicit Phiſol. onager qualibet hora diei ⁊ noctis ru
dit. Uñ in equinoctio duodecies de die/⁊ duodecies de
nocte clamat.ſ.xv. die Martij: et ſic ꝑ eiꝰ clamorẽ dino-
ſcitur eq̄noctium apud aphros. Recte chariſſimi talis
debet eſſe ꝑlatus vel ꝑdicator: qꝛ ꝓ certo gregibꝰ femi-
narum.i.ſimpliciũ ſeculariũ et ſubditoꝝ/debet preeſſe ꝑ
regimen ⁊ doctrinã ⁊ prelationẽ. Iſti etiã apd̄ aphros.i.
apud mundanos feruore auaritie deſiccatos/debẽt ru-
dere ⁊ clamare per ꝑdicationẽ/⁊ horas diei et noctis.i.
puncta/ſtatꝰ ⁊ cõditiones pctõꝝ/ mundi ⁊ inferni/gr̄e ⁊
paradiſi/pene ⁊ glorie/debet hoibus intimare: vt ſic ho
re noctis.i.cõditiones pcti/mundi ⁊ inferni/hore etiam
diei.i.ꝯditiones gr̄e et glorie paradiſi per ꝑdicationem
ipſius innoteſcant: ⁊ eq̄noctium diuine equalitatis iu-
ſtitie vel iudicij eluceſcat. Eſa.lviij. Clama/ ne ceſſes/
quaſi tuba exalta vocem tuã. Uel ſi vis per onagrũ in-
tellige Chriſtum/qui clamauit ⁊c̄. ſicut ſupra: dicens.
Duodecim hore ſunt diei. Ioan.xj. Uel per iſtos intelli
go bonos ꝑdicatores/qui die ⁊ nocte.i.tempore ꝓſperi-
tatis ⁊ aduerſitatis debent clamare ⁊ ꝑdicare. Eſa.lxij.
Die ⁊ nocte nõ tacebunt: ⁊ narrabunt populis fortitudi
nem meã. ¶ Item idẽ dicit ꝙ onager eſt odore ſagax/⁊
6 mundus i olfactu. Unde qñ amore feruet/⁊ neſcit vbi ſit
vxor eius/montẽ aſcendit/et apertis naribꝰ ventum at-
trahit: et ſic odore diſcernit vbi degat eius vxor/⁊ ſic eã
inquirit ⁊ inuenit. Chariſſimi/onager eſt homo: vxor au
tem eius cui debꝫ per affectum copulari ⁊ coniungi/eſt
vita eterna/vel xp̄us/vel beata virgo. Si igitur homo
feruet amore ⁊ deſiderio charitatis/ipſe debet aſcẽdere
montẽ contẽplationis.ſ. de deo ⁊ de celeſtibus contem-
plando/meditãdo ⁊ cogitando: et nares cordis ſui ape-
rire ꝑ affectionem: ventũ ſpiritusſancti attrahere ꝑ ora-
tionem: et ſic iſtam vxorẽ ſuam odore ſentiet per deuo-
tionem/et eã queret ꝑ bonam operationẽ/et eam inue-
niet per eterne vite acq̄ſitionem et adeptionem. Iere.
xiiij. Onagri ſteterunt in rupibꝰ/attraxerũt ventũ quaſi
dracones. Uel ſi vis expone de xp̄o/qui i mundo iſto ru-
dit per predicationem/deinde volens inuenire vxores
ſuas.i.aĩas xp̄ianas in limbo detentas/mõtem.i.crucẽ
aſcendit: ⁊ eas q̄ſiuit/et deſcendit ad infernũ ad earum
liberationem. Uel dic de ꝑlatis / qui debent aſcẽdere in
montem ꝑ contẽplationẽ/et vbi ſit femina.i.ſubditi ſui/
diſcernere per diſcretionẽ: ⁊ ventum eorũ et odorẽ.i.ſui
ſtatus ꝯditionem/famã et conuerſationẽ debent attra-
here per inq̄ſitionem. Hier.ij. Onager aſſuetus in ſoli-
tudine/in deſiderio anime attraxit ventum.

Capitulum.lxxiij. De Onocentauro.

1 Onocentaurus ſm glo. Eſa.xxxiiij. eſt aĩal mi
xtum ex tauro et aſino. Onos em̃ dꝛ aſinꝰ. vñ
eſt aĩal laſciuum ad modũ aſini: ceruicoſum
ad modũ tauri. Recte tales ſunt multi hoĩes
aſinini.ſ.quantũ ad pigritie tarditatẽ/et q̄tũ
ad laſciuie ſeu luxurie feditatem: taurini autẽ q̄tum ad
ſuperbiã et elationem/et q̄tum ad obſtinationem: qꝛ ta
les nolũt corrigi vel argui: qd̄ potiſſime patꝫ de diuitibꝰ
ſuꝑbis. Et ideo dꝛ Eccli.vj. Ne te extollas in cogitatio
ne tua/ſicut taurus. ¶ Scd̄m phiſol. onocẽtaurꝰ eſt aĩal
2 mõſtruoſũ: qd̄ hũanã naturã ꝯtinet ⁊ aſſimilat. Nã in ꝑn
cipio a parte capitis formã habꝫ hoĩs: in fine autem ab
vmbilico ⁊ infra/formã obtinet aĩalis. Centaurus enim
grece homo dꝛ latine. Ad qd̄ etiã ꝯcordat Pliñ. lib.vij.
ca.iij. dicens eſſe multa beſtiarũ gñã que ex natura hu-
mana ⁊ alia ſũt permixta: ſicut exẽplificat ibi. Recte ta-
les ſunt multi/q̄ in parte ſunt hoĩes/in parte ſunt beſtie
quia ꝓ certo in facie ⁊ capite.i.circa ꝑncipium ⁊ iuuen-
tutem quidã ſunt hoĩes.i. viri rõnabiles ⁊ benigni: ſꝫ ꝯe
circa finẽ vite ſue/circa pedes.i.in ſenectute inueniunꝛ
aſini.i. viles/pigri/ſtolidi ⁊ luxurioſi: qꝛ multi bene inci-
piunt: ſed male finiunt. Ideo Gala.iij. Cũ ſpiritu cepe-
ritis/carne ꝯſummamini. et Luc.xiiij. Iſte homo cepit
edificare/⁊ nõ potuit conſũmare. Uel talis eſt hypocri-
ta/qui habet faciem.i.exteriorẽ apparentiam ſicut ho-
mo.i. ſicut vir iuſtus et rõnabilis: ſed pro certo vmbili-
cus ſuus.i.eius interiora / affectꝰ ſcꝫ et deſideria (q̄ non
patent) ſunt ad modum aſini/ſcꝫ luxurioſi et immundi.
Et ideo dicitur Eſa.xxxiiij. Onocentaurus et piloſus
clamabunt ibi/ſcilicꝫ in religione. ¶ Hippocentaurus
3 eſt animal mixtum ex equo ⁊ homine: quia primam par-
tem habet ſicut hõ: reliquã aũt ſicut equus. Sed Iſido.
dicit hoc eſſe falſũ: qꝛ centauros dicit fuiſſe eq̄tes Theſ-
ſalorum: q̄ ꝓ eo ꝙ in equis velociter diſcurrebãt: quidã
vnum corpꝰ hominũ ⁊ equorũ iudicabant: ⁊ inde centau
ros iſtos fictos fuiſſe dicit: vt patet li.xj.c. de portentis.
Tales ſunt luxurioſi: qꝛ licet in parte ſint homines quã
tum ad actũ ſcientie ⁊ diſcretionis/in parte tñ ſunt equi
quantũ ad actus ſuꝑbie/luxurie ⁊ infectionis. Iſtud pa
tet in ſapientibꝰ mũdi: qui qꝛ probauerũt deũ non habe
re in notitia/tradidit eos deus in reprobum ſenſum: ſm
apoſtolum Ro.j. qd̄ maxime patet: qꝛ licet in principio
ſint homines: ſcꝫ quãtũ ad ſapientiã: verũtñ circa mortẽ
in fine ⁊ ſenectute ſunt beſtie quãtũ ad furorẽ ⁊ indiſcre
tionem: qꝛ tũc circa mortẽ efficiunꝛ phrenetici/⁊ deficit
ſibi ſenſus. Doctrinã ſenum auferẽs. Iob.xij. Corpora

etiam eorũ ⁊ corpus equorũ videt̃ esse vnum: qꝛ scꝫ sicut equus est animal luxuriosum ⁊ supbũ: sic ⁊ isti. Esa.xxxj Equi eorũ caro/ ⁊ non spũs. qꝛ vere quãtũ ad multas cõditiones pauca est differentia inter istos ⁊ equos.

Capitulum.lxxiiij. De Orige.

1 ORix ꝑm glo. Esa.lj. est animal paruũ: simile muri: immũdũ/ nec sacrificijs aptũ: qđ ad modum gliris tota hyeme dormit/ ⁊ in estatis initio suscitat̃. vnde dicit Pli. ꝙ oricẽ egypt⁹ vocat: q̃ in ortu canicule qñ incipit estas: scꝫ. viij kal. Junij: de longo somno cõsurgit/ ⁊ stellã intuet̃: ac si eam vellet adorare. Et declinat̃ orix oricis/ sicut sorix soricis: ⁊ hoc etiã videtur tãgere littera Esa.lj. Tales sũt mali predicatores: q̃ ad sacrificãdum deo ꝑ penitẽtiã minime se coaptant: immo immũdi ꝑ luxuriã iudicant̃. Isti igitur in hyeme. i. in tẽpore aduersitatis dormiũt: scꝫ cessando a predicatione: in estate aũt. i. in tẽpore ꝓsperitatis euigilant: scꝫ p̃dicationi vacãdo: qꝛ isti non curãt p̃dicare: nisi qñ sibi sperãt prospere successurũ: sicut patet de multis mẽdicantib⁹: q̇ optime visitant parochias in q̇bus bene recreari cõsueuerũt: alias aũt nunq̃: ⁊ isti pro certo qñ ad opus p̃dicationis exeunt: caniculam stellã calidam. i. mũdi diuites ꝓsperitatis lumine coruscãtes et ardore auaritie estuãtes respiciunt ⁊ adorãt: scꝫ eis applaudendo/ adulãdo/ ⁊ fauẽdo/ ⁊ palpãdo ipsos: qꝛ reprehendere nũq̃ audent. Uel dic ꝙ orix significat humanũ genus: qđ per totã hyemẽ. i. ꝑ totũ tẽpus vite mundane dormit: scꝫ ꝑ mortẽ corporalem: sed qñ incipiet estas vite future: qñ scꝫ feruens stella canicula. i. Christus feruore iustitie estuans/ apparuerit/ in die scꝫ iudicij iudicaturus: tunc orix ista: scꝫ genus humanũ/ excitabit̃ a somno mortis ꝑ resurrectionẽ generalem/ ⁊ corã stella ista ꝑsonaliter cõparebit/ ⁊ eã etiã adorabit: qꝛ sicut dꝛ. ij. ad Corinth. v. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi ⁊c̃. Nam sicut dꝛ Mat. xxiiij. Sicut fulgur apparet in oriente ⁊c̃. Uel expone de falso amore: qꝛ falsi amici in hyeme scꝫ aduersitatis dormiunt/ in estate vero ꝓsperitatis apparẽt ⁊c̃. sicut supra de mure. Uel dic ꝙ illi qui in hyeme. i in tẽpore pctĩ: vel in tẽpore antichristi añ aduentũ dormiunt: scꝫ in delicijs huius mũdi: in ortu tñ noue stelle Christi vel beate virginis debẽt cõsurgere a somno pctĩ/ ⁊ eã intueri ꝑ deuotionẽ/ ⁊ adorare ꝑ gratiarum actionẽ: sicut fecerunt reges visa stella. ¶ Orix ꝑm 2 Juuenalẽ Saty. xj. est auis pinguissima/ ita ꝙ sua pinguedĩe hebetat cultellũ: similis galline aphricane. Sic vere qñ hõ est pinguis ꝑ diuitias tẽporales/ tũc ꝓ certo dicit̃ hebetare ferrũ: qꝛ vere vix est aliq̇s prelat⁹ ita rigidus/ ferreus atq̃ dur⁹/ si inuenit in homine huiusmodi pinguedinẽ/ quin acies sue iustitie hebetet̃: qꝛ scꝫ ꝓpter dona diuitũ ⁊ eorũ substantiã tẽporalem/ eis a superioribus parcit̃: nec sua demerita puniunt̃: sed ab eis contra iustitiam sustinent̃. Uel pone ꝙ diuitie ⁊ delicie hebetãt 3 ferrum. i. intellectũ q̃uis frigidũ ⁊ acutũ. ¶ Scđm Britorem/ orix origis/ est aĩal mũdum scđm legẽ: scꝫ quo ad esum: non tñ ad sacrificiũ. vnde dꝛ Deutero. xiiij. Comedetis origẽ. ⁊ ꝑm Pli. origẽ dicũt esse gen⁹ capree: qđ villos habet versos a dorso versus caput/ cõtra naturã oim bestiarũ. Tales sunt boni diuites ⁊ actiui: qꝛ villi et pili sui. i. diuitie ⁊ possessio tẽporalis tẽdunt versus caput. i. versus Christũ/ ⁊ ad eũ ordinant̃/ inquãtũ scꝫ scđm eius beneplacitũ expendunt̃/ ⁊ ꝑ elemosynas pauperib⁹ dispguntur. Quod tñ est cõtra naturã bestiarũ. i. diuitũ pctõrum/ quorũ villi. i. diuitie nõ tẽdunt vt cõmuniter ad caput. i. Christũ/ sed magis ad dorsum. i. ad carnalẽ parentelã. Et ideo tales origes sunt mũdi/ ⁊ puri/ vt scꝫ ab alijs comedant̃. i. vt ab alijs ꝑ imitationẽ incorporent̃. Come- 4 detis origẽ et camelopardũ. Deute. xiiij. ¶ Ois capra naturaliter est vigil: ⁊ parũ dormit/ ⁊ de facili excitat̃: ꝑꝫ Aristo. Sic vere nos debem⁹ esse vigiles ꝑ discretionẽ: et nõ dormire ꝑ delectationem/ ⁊ faciliter excitari: scꝫ ad bonũ per p̃dicationẽ. Excitauit eũ dicẽs: surge velociter 5 et ceciderũt cathene ⁊c̃. Actu. xij. ¶ Scđm glo. Esa.lj. Orix est genus muris vel gliris: qui in hyeme ita dormit ꝙ videt̃ mortuus licet viuat. Sic vere mundi diuites in hyeme p̃sentis vite dormiũt in delicijs ⁊ pctĩs: ita ꝙ vident̃ esse mortui/ licet viuãt tpaliter: qꝛ sicut mortu⁹ non videt/ nõ odorat̃ ⁊c̃. sic nec isti. Nomen habes ꝙ viuas: ⁊ mortu⁹ es. Apoc. iij. In hyeme etiã. i. in aduersitate post mortẽ dormiunt/ ⁊ mortui sunt/ scꝫ in inferno: vñ ꝑpetuo non resurgẽt. Ideo dꝛ Esa.lj. Dormierũt in capite oim 6 viarũ sicut orix illaq̃at⁹. ¶ Scđm Pli. li. x. c. lxxiij. Orix est aĩal ꝑpetuo sitiens ex naturali loco Aphrice vbi orix vbi est quasi ꝑpetua aquarũ carẽtia: ⁊ tñ (quod mirũ est) istud ad remedia sitientiũ summe ꝓdest. In corpore eni et⁹ inueniunt̃ vesice liquore saluberrimo plene: q̇b⁹ etiã ipsi latrones getuli ꝯtra sitim vtunt̃: qñ ꝑ desertorũ aula diuagant̃. Tales origes sunt auari: q̇ scꝫ in aphrica hui⁹ mũdi ꝑpetua auaritie siti laborãt: q̃uis vesicas plenas liquore saluberrimo cõtra sitim. i. q̃uis bursas pecunijs plenas habeant: q̇b⁹ sitim auaritie extinxisse debuerãt. Isti igit̃ q̃diu viuũt/ de suis vesicis ⁊ liquorib⁹. i. de suis pecunijs et opib⁹ non solent satiari: latrones vero. i. balliui raptores ⁊ alij tales post eorũ mortẽ solent de ipsorũ diuitijs recreari. Eccli. xiiij. Iniuste alijs cõgregat: ⁊ in bonis eius alius luxuriabit̃. Et Job. xix. Simul venerũt latrones: ⁊ fecerunt sibi viam per me.

Capitulum.lxxv. De Oue.

OUis est pecus laniferũ: animo placidũ: corpore inerme/ sacrificijs aptũ/ ⁊ dꝛ bidẽs ꝑm Isido. ⁊ Bedã: a duob⁹ dentib⁹ eminẽtib⁹/ cũ q̇bus dꝛ nasci. Talis est aĩa vel religiosus: qꝛ dꝫ esse animo placidus ꝑ benignitatẽ: lanã etiã virtutũ portare ꝑ spũalem fecũditatẽ: inermis corpore ꝑ patientiã et humilitatem: sacrificijs dei apt⁹ post penitentiam: duos habere dẽtes. i. duo genera verbor: scꝫ 7 orationẽ ⁊ g̃rarũ actionẽ. ¶ Ouis si impregnet̃ in vento septẽtrionali/ masculũ parit: si in australi/ feminã gignit vt dicit Arist. li. vj. c. xix. Sic vere qñ hõ ꝯcipit scꝫ bonũ ꝓpositũ vel volũtatẽ: si sit in vẽto septẽtrionali frigido. i. in timore dei vel ĩ statu aduersitatꝫ/ pariet/ faciet ⁊ emittet masculũ. i. bonũ opus ⁊ ꝑfectũ. qđ maxime patet ad simplices: qꝛ magis bonũ faciunt timore q̃ amore. Ille aũt oues. i. illi hoĩes q̇ in vento calido ⁊ nebuloso australi. i. in ꝓsperitate mũdana impregnant̃ ꝑ conceptũ boni propositi: vt sunt illi q̇b⁹ infundit̃ semen p̃dicationis in statu ꝓsperitatis: tales nõ pariunt nec faciunt nisi femellas. i. opera vana ⁊ defectuosa. A timore tuo cõcepimus ⁊ spm̃ salutis. Esa. xxvj. ¶ Ouis ꝑm Aristo. vsq̃ ad. viij. ⁊ lõ dãt annos parit/ ⁊ impregnat̃ qñ bibit aquã salsam: ⁊ lõ dãt eis pastores comedere sal/ vt magis bibẽtes melius impregnent̃. Sic vere charissimi nos semꝑ debem⁹ parere ⁊ ꝓducere bona opera: vsq̃ ad. viij. annos. hoc est/ q̃ 8 diu vixerim⁹: quousq̃ simus ibi. Et ideo vt melius impregnemur: debem⁹ aquã deuotiõis ⁊ cõpassionis bibere/ ⁊ sic fet⁹ bonorũ operũ pietatis meli⁹ ꝓducem⁹. Et lõ pastores nrĩ. i. ꝑlati ⁊ p̃dicatores debẽt nobꝫ mĩstrare sal. i. sapientie ⁊ doctrine per p̃dicationẽ/ vt sic magis de ista aqua bibẽtes: plus de bonis operib⁹ ꝓducam⁹ ⁊ pariamus: vt sic dicam⁹ illud Marci. ix. Habete in vobis sal. ¶ Ouis quales sub lingua habꝫ venas/ talis coloris parit fetus suos: silr ⁊ aries: sicut supra de ariete. Sic ꝓ certo fetus. i. opera q̃ hõ parit/ sunt talis colorꝫ/ talis nature/ efficacie vel valoris/ quales venas habꝫ sub lingua. i. qualia sunt verba sua: qꝛ vt cõmuniter hoĩes regulãt linguam suã scđm suorũ operũ qualitatẽ: siue bona fuerint siue mala. Quõ eni potestis bñ loq̇: cũ sitis mali? Mat. xij. Uel xv. Nã et loquela tua manifestũ te facit. Mat. xxvj. Uel dic ꝙ tales cõcipit fet⁹ cogitationũ. i. taliter cogitat interius/ sicut ꝓfert exterius in loquẽdo. Ex abũdãtia eni cordis os loquit̃. Mat. xij. ¶ Ouis impinguat̃ qñ ꝑmo 9 duũ a cibo abstinẽs: postea multũ comedit: ⁊ ad eã impinguãdã valet lẽticula cũ sale: ⁊ valet ei past⁹ in fine dierũ: ⁊ dat̃ ei cucurbita cũ sale/ vt lac ei multiplicet̃. Per oues intelligunt̃ simplices sclares. Nã lꝫ isti diu abstinẽt a cibo sacre scp̃ture ⁊ p̃dicatiõis (qꝛ. s. nõ studẽt neq̃ legũt/ ⁊ etiam parum audiũt sermones) tñ quando postea multum comedunt. i. quando inueniunt predicatorem/ melius impinguant̃ per gratiam et deuotionem: qꝛ tales

vt cōmuniter magis ꝓficiunt q̄ illi q̇ cōmuniter sermones audiunt: ⁊ maxime si in sermone detur eis comedēda cucurbita q̄ in ligno suspēditur/ ⁊ lenticula q̄ melancholiam ⁊ tristitiā gignit: hoc est dictu/ si eis fiat mentio de suspēsione ⁊ passione Christi/ ⁊ de tristitia ⁊ tribulatione inferni: q̄ꝛ hec duo maxime mouent simplices/ et eis pinguedinem gratie/ ⁊ lac deuotionis administrāt: ⁊ maxime qñ cū sale diuine sapiētie sibi dant̄: vt scȝ moderate ⁊ discrete talibus p̄dicet̄: iuxta illud. Sit oīs sermo vester sale cōdit⁹. ad Colo. iiij. In fine aūt diei. i. in senectute ꝓficit eis sumere pastum suū. i. audire p̄dicationē/ vt sic scȝ magis p̄caueant cōtra mortē. Vespere comedetis

6 illud. Exo. xvj. ¶ Scd̄m Arist. li. v. ouib⁹ in estate valet aqua frigida septētrionalis: t̄pe aūt autūni valet eis aq̄ tepida meridionalis. Sic vere charissimi/ illis ouib⁹. i. illis hominib⁹ q̇ sunt in estate. i. in statu ꝓsperitatis: scȝ diuitib⁹ huius mūdi/ ꝓficit aqua frigida. i. doctrina ⁊ p̄dicatio: frigus diuini timoris ꝯtinens: q̄ scȝ veniat a septētrione. i. ab inferno: vt scȝ tales cogitēt ⁊ eis etiā predicet̄ de asperitate iudicij/ ⁊ de tormētis inferni. Sed ꝓ certo illis q̇ sunt in autūno. i. in statu aduersitatis ⁊ paupertatis debet dari aq̄ calida. i. doctrina dulcis ⁊ ꝯsolatoria/ q̄ veniat a meridie. i. a paradiso: q̄ꝛ tales debēt cōsolari/ moueri ⁊ eleuari ad gaudia paradisi. Vñ generaliter/ illis q̇ sunt in ꝓsperis/ necesse est p̄dicare de inferno/ ad cōminandū: illis aūt q̇ sunt in aduersitatib⁹/ est p̄dicandū de paradiso/ ad ꝯsolandum: vt deducant̄ in nube diei: ⁊ nocte in illuminatione ignis. Figura de nube Exo. xiij. q̄ scȝ de nocte erat clara contra obscuritatē/ de die aūt obscura cōtra calorē. Sic vere nubes doctrine qñ applicatur ad illos qui sunt in nocte aduersitatis/ debet esse clara. i. consolatoria: si aūt illis applicet̄ q̇ sunt in die ꝓsperi-

7 tatis/ debet esse obscura. i. cōminatoria. ¶ Oues qñ de nocte descēdūt nix ⁊ glacies sup eas/ aliq̄ excutiunt niuem desup se/ alie nō: sed ille q̄ non excutiunt niuē (sicut dictū est) nihil valent ad trāscēdū hyemē: īmo ibi cōiter moriunt̄. alie aūt q̄ niuē excutiūt/ viuere ꝓhibent̄. Charissimi/ ꝑ niuē ⁊ glaciem intelligunt̄ diuitie tēporales/ q̄ faciunt illos quos cōtegunt/ floridos ꝑ ꝓsperitatē: ⁊ frigidos ꝑ indeuotionem ⁊ incōpassionē. Si igitur nix ista descendat. i. si veniat ꝓsperitas t̄palis/ ⁊ diuitie affluāt: tunc vere ille oues. i. ille ꝑsone que istam niuē a se excutiunt per cōtemptū/ ⁊ eā per elemosynas pauperib⁹ largiunt̄/ in hyeme. i. in tēpore post mortem viuūt: scȝ in paradiso: q̄ꝛ elemosyna a morte liberat. Tho. xij. Sed vere illi qui nō excutiunt istam niuē: scȝ diuites auari: q̇ diuitias non deserūt nec distribuūt: sed eas pro se reseruant qñ veniet hyems tribulationis infernalis: tūc ibi perpetuo morientur: q̄ꝛ nihil proderūt diuitie in die vltionis.

8 Prouerb. xj. ¶ Oues que in locis aquosis pascunt̄/ deteriores habent carnes: ⁊ ille que habent caudam lōgā: minus patiunt̄ hyemem. Ille aūt que habent caudam breuē/ ⁊ maxime qñ habent paucos pilos ⁊ reflexos: melius sustinent frigoris hyemis tēpestates. Sic vere charissimi illi q̇ ī locis aquosis ⁊ voluptuosis. i. ī ꝓsperitate ⁊ delicijs mūdanis viuūt/ deteriores sūt: scȝ quātū ad vitia ⁊ peccata/ ⁊ maxime q̄ꝛ tales habent caudā longā. i. finem suū ⁊ mortē a se elongatā: q̄ꝛ semper credūt viuere nec de morte cogitant vllo modo. Et ideo tales hyemē mortis eterne non bene transeūt vel euadunt: immo ibi perpetuo moriunt̄. Ibi morieris/ ⁊ ibi sepelieris. Hiere. xx. Sed vere illi qui habent caudam breuē. i. qui finē suū cito ⁊ breuiter cogitāt affuturū/ ⁊ qui paucis pilis. i. paucis diuitijs sunt vestiti: videlicet pauperes ⁊ egeni/ hyemem istam melius trāseunt ⁊ euadunt: q̄ꝛ beati pauperes ⁊c̄. Math. v. q̄ꝛ cōculcabit eā pes pauperis/ gressus egenorum. Esa. xxvj. Bonū est ergo diuitias supfluas non habere/ ⁊ mortē cogitare/ finēq̄ȝ nostrū breuē ⁊ cele-

9 rem estimare. Ideo bñ monet̄ Eccli. xiiij. Memor esto qm̄ mors non tardabit ⁊c̄. ¶ Tonitruū ꝺm Arist. ⁊ Pli. ouib⁹ summe nocet: q̄ꝛ si sola fuerit/ ⁊ impregnata/ abortiet pre timore: ⁊ ideo vtile est talib⁹ esse simul. Sic vere tonitruū tribulationū huius mūdi: tonitruū etiā tētationum carnaliū: tonitruū etiā heretice p̄dicationis vel hostilis suggestiōis/ facit oues impregnatas. i. ꝑsonas simplices/ q̄ ꝑ bonū ꝓpositū diuinā gratiā ꝯceperūt vel ꝯceperūt/ abortire: ⁊ talē ꝯceptū ꝑdere/ ⁊ fructū bonoꝝ ꝯperū ipedire: qñ scȝ sūt sole. i. qñ sūt a societate bonoꝝ operū separate: q̄ꝛ ꝺm Senecā: Oīa mala docuit solitudo. Et ideo talib⁹ vtile est sp̄ esse ī ꝯgregatiōe. i. ī bonoꝝ societate/ q̄ portent. Eccli. xxxvij. Cum viro sancto assiduus esto. et suis verbis ⁊ exēplis ipsos ꝯtra tonitruū p̄muniāt ⁊ sup Eccli. vj. In medio p̄sbyteroꝝ prudētiū sta: vt oēm narrationē possis audire: ⁊ ꝓuerbia laudis. ¶ Ouis in sero

10 auidius comedit q̄ in mane: ⁊ ei est multum vtile in sero pabula ministrare. Sic boni ī sero. i. ī senectute sunt auidiores ad cibū doctrine ⁊ p̄dicationis sumendū ⁊ audiēdū/ q̇ ipsos tūc tēporis summe iuuat. vide supra. Vel dic de auaris/ q̇ in vespere senectutis auidius comedūt: scȝ mūdi bona: q̄ꝛ tūc sunt magis auari/ ⁊ plus cupiunt acq̄rere/ q̄ ī mane iuuētutis: q̄ꝛ ꝺm Senecā: Alijs vitijs senescentib⁹: sola auaritia iuuenescit. ¶ Ouis nūq̄ plene

11 satiatur in pascuis: ⁊ ideo in domo comedit auidius pl⁹ q̄ ante/ ⁊ hoc q̄ꝛ habet duos vētres. in pascuis vero non implet nisi primū: ⁊ ideo alius vacuus remanet: sed postq̄ dū est in domo/ ipsa ruminat/ ⁊ scd̄m ventrē implet: ⁊ sic ibi ꝑfectius satiat̄. Charissimi: ouis est hō/ duo ventres sunt bursa ⁊ ꝯscientia: p̄mus bñ replet̄ in hoc mundo: scȝ diuitijs ⁊ tēporalib⁹: sed vere secūdus vēter: scȝ cōscientia/ in pascuis huius vite vix pōt satiari siue repleri: q̄ꝛ scȝ tēporalia nō attingūt ad istū ventrē: nō eñ replēt cor sed bursam: ⁊ ideo breuiter nisi ī domo paradisi ouis comedat ⁊ ruminet eternā voluptatē/ nūq̄ pōt habere eternam satietatē. Istud patet in mūdi diuitib⁹: q̇ nunq̄ diuitijs satiant̄. vñ Aggei. j. Comedistis/ ⁊ nō estis satiati. Vel dic ꝙ ouis est hō/ qui cū habeat duos vētres: scȝ corpus ⁊ animā: ꝓ certo isti taliter se habēt ꝙ vno pleno semꝑ est alius vacu⁹. Nā si p̄mus vēter. i. corp⁹ diuitijs impleat̄/ tūc ꝓ certo secūdus vēter. i. aīa/ vacuus remanebit: ⁊ ecōuerso/ si ruminādo ꝑ contritionē hō impleat scd̄m vētrē: scȝ animā virtutib⁹ ⁊ gratijs: tūc vere necesse est primū: scȝ corp⁹ suis cibarijs. i. mūdi diuitijs ⁊ delicijs vacuari: q̄ꝛ vere ista duo inuicē se nō cōpatiunt̄: scȝ ꝙ hō ipleat̄ quātū ad affectū t̄palib⁹ ⁊ sp̄ualib⁹: q̄ꝛ nō potestis deo seruire ⁊ māmone. Mat. vj. ¶ Ouis in estate

12 tōdet̄/ ne forte ꝓpter estū ipsam suffocari ꝯtigat. Sic vere charissimi necesse est ꝙ diuites q̄vellere diuitiarū sunt induti/ ꝑ elemosynas tōdeant̄/ alioq̄n tātus calor auaritie in ipsis poterit generari/ ꝙ mortis eterne periculum patient̄. Esa. xv. Oīs barba radet̄ in triuijs eius. Figura de nazareis/ q̇ ad sanctificationē suā ꝑficiendā tōdebāt crines capitis sui: q̄ꝛ vere illi q̇ sanctitatē habere desiderant/ necesse est ꝙ a superfluis diuitijs tondeantur.

13 ¶ Ouis habet septē cōditiones. Primo: q̄ꝛ est aīal timidum/ aīal fructuosum/ quietū/ patientissimū/ ruminās/ et vngulā findēs/ cognoscēs/ ⁊ lambens/ ⁊ sal comedēs. Reuera charissimi talis debet esse hō: q̄ꝛ vere istas septē cōditiones debet habere sp̄ualiter ꝑ septē dona sp̄ūssancti. Dico ergo ꝙ ouis est aīal timorosum. timet eñ mirabiliter lupū ⁊ leonē/ ⁊ etiā strepitū pedū suoꝝ/ vt dicunt quidā: q̄ꝛ ꝺm aliquos/ multū curreret nisi q̄ꝛ strepitū pedum suoꝝ audiēs valde timet. Sic vere charissimi nos debemus esse timidi ꝑ donum timoris: quia leonem ⁊ lupum. i. diabolum/ et strepitū pedum nostrorum. i. carnalium desideriorū impetū debemus iugiter formidare. Sapiens eñ in oīb⁹ metuit. Eccli. xviij. q̄ꝛ beat⁹ hō qui semꝑ est pauidus. Prouer. xxviij. Itē scd̄o ouis est aīal fructuosum. oīa eñ que sunt in ipsa/ sunt vtilia: scȝ lana/ pellis/ fimus/ lac/ ⁊ caro. Sic vere charissimi nos debemus esse vtiles ⁊ nobis ⁊ alijs ꝑ donū pietatis: nihil eñ debȝ esse in nobis q̇n vtilitatē aliquā sortiat̄. Nā caro significat mollitiem fluidā cōpassionis. Eze. xxxvj. Auferam cor lapideū de carne vr̄a: ⁊ dabo vobis cor carneū. Pellis de qua fit liber/ significat exemplū celestis ⁊ honeste cōuersationis. Extēdens celum sicut pellem. Lac significat verbum dulcis consolationis. Cant. iiij. Mel et lac sub lingua eius. Fimus a quo terra fit pinguior/ significat considerationem nostre vilis conditionis.

Luce.xiij. Fodiam circa ipsam/⁊ mittam stercora. Pilus significat indumentum temporalis possessionis. vnde Esa.xlix. His omnibꝰ indueris. Quia breuiter loquendo charissimi/⁊ pilus nostre tēporalis possessionis/ et fimus cōsiderationis nostre vilis cōditionis/ ⁊ pellis nostre exemplaris cōuersationis/ ⁊ lac nostre dulcis cōsolationis/⁊ caro nostre pietatis ⁊ compassionis debent esse talia/ꝙ ⁊ nobis ⁊ alijs sint vtilia:⁊ tūc erimꝰ animal fructuosum/sicut dictū est/ꝑ donum pietatis. Itē tertio est animal pacificū ⁊ quietum:q꞉ nullum ledit nec dēte/ nec cornu/nec vngue:q꞉ vere nos debemꝰ esse quieti/ pacifici ⁊ modesti/⁊ hoc facit donū scientie/ quod scꝫ docet hominem mature agere in agibilibꝰ exterioribꝰ. vnde dꝛ Mat.x. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. estote ergo prudētes ⁊c̄. Item quarto ouis est animal patientissimū. Omnia eñ tormenta sine rebellione sustinet. Sic vere ⁊ nos debemus propter deum ⁊ salutē anime / omnia aduersa sustinere per donū fortitudinis/ vt de quolibet dicaṫ illud Job.ix. Si fortitudo queritur robustissimus est. Item quinto ouis est animal findens vngulam ⁊ ruminās:q꞉ vere nos debemꝰ ruminare/findere/examinare ⁊ discutere vngulas (q̄ sunt extremitates pedum).i.operatiōes nostras/ que sunt illa extrema ad que pedes affectuū terminanṫ: ⁊ hoc debemus facere per donū cōsilij. Ideo dicitṫ Prouerbio.xxiiij. Salus vbi multa cōsilia. Itē sexto ouis est animal agnitiuū:cognoscit eñ pascentē se/⁊ etiā agnum suū inter alios:⁊ ei plus ꝙ̄ alteri vbera sua ꝑbet. Sic vere ⁊ nos debemꝰ esse agnitiui per donū intellectus:q꞉ scꝫ per donum intellectus debemus agnoscere pascētes nos:scꝫ benefactores videlicet deum/ꝑlatum/ꝑdicatorem/⁊ tēporalia beneficia ministrantem. Agnos etiā nostros.i.subditos debemus cognoscere: vt scꝫ singulis reddamus vicissitudinē si possimus/saltē amorem ⁊ gratiarū actionē/si alias nō possimus:q꞉ sicut dꝛ Prouerbio.xiiij. Acceptus est regi minister intelligens. Septimo ouis diligit sal/⁊ sal ei datur vt impregneṫ:ſm Arist. Sic vere charissimi nos debemus diligere sal prudētie ⁊ discretiōis/ ⁊ hoc ꝑ donū sapientie:q꞉ per sal/virtus ⁊ donum sapientie intelligiṫ in scriptura. Et est sapientia quātū ad eternalia:intellectus quantū ad internalia/scientia quantū ad tēporalia et agibilia. Et si charissimi si nos habeamus istas septē conditiones/nos erimus vere oues: viri scꝫ simplices ⁊ perfecti:⁊ sic de quolibet diceṫ illud Zacha.iij. Super lapidem vnum septem oculi sunt.

Capitulum.lxxvj.de Panthera.

1 Panthera grece idem est quod totū latine. Et est bestia sic dicta/eo ꝙ oīm animaliū sit amica/preter draconem/quem valde odit: seu eo ꝙ totū quicquid accipit/ad alias de suo genere distribuit atq꞉ reddit. Et est bestia varijs maculis atq꞉ coloribꝰ suppicta:q꞉ maculis albis/ flauis et varijs coloraṫ. Et istud est sibi ꝓprium/ꝙ nunꝙ̄ parturit:nisi semel: vt dicit Isido. Et ſm phisologum/hec de ore suo odorē suauissimum emittit:propter quem oēs bestie ipsam sequūtur/ ⁊ ad vocē ipsius post eam vadūt/ꝑter draconē/q̄ odorē ipsiꝰ reputat pro veneno/⁊ in cauernis victꝰ ⁊ territꝰ se abscōdit/⁊ in semetipso deficit ⁊ torpescit. Recte charissimi ista pāthera est beata virgo:que pro certo multoꝝ est colorum:q꞉ varijs coloribꝰ.i. varijs virtutibus est depicta. Habet eñ maculas nigras.i. penitentiam ⁊ humilitatē: que hominem vilificant ⁊ denigrāt. Albas.i.pudicitiam ⁊ castitatē:que hominem mūdificant ⁊ dealbāt. Varias et flauas.i. sapientiā ⁊ sagacitatem:q̄ hominem pulchrificāt ⁊ honestāt.⁊ ideo sibi potest dici illud Eze.xvj. Sumpsisti vestimēta tua multicoloria/⁊ ornata es eis. Ista etiā oīm animaliū.i. oīm hoīꝫ est amica:iustorū scꝫ ⁊ maloꝝ:potissime tñ illis q̄ sunt de sua specie.i.hoībꝰ sibi deuotis sua bona diuidit et partiṫ scꝫ intercessionē suā ⁊ orationē:auxiliū ⁊ iuuamē. Omnibus omnia factꝰ sum.j.ad Coꝝ.ix. Et ad litterā ista non peperit:nisi semel:scꝫ corpꝰ dñi ꝑciosum: quē tātūmodo parturiuit. Job.xxxiij. Semel loqueṫ deus:⁊ scd̄o idipm̄ nō repetet. Hec etiā de ore suo emittit vocē odoriferā.i. orationē aromaticā ⁊ deuotā: ⁊ ideo draco.i. diabolus/ quē ipsa ꝑsequiṫ atq꞉ fugat: qñ audit istam vocē odoriferam.i.qñ audit ꝙ beata virgo ad filium ꝓ ꝑctōribꝰ intercedit: vere ipse fugit ad cauernā:⁊ a tētationibꝰ hominū desistit:⁊ in seipso deficit et terreṫ. Et ideo illi dꝛ Esa.lj. Percussisti supbū: vulnerasti draconem. Quid gͦ? Pro certo omnia animalia.i.oēs homines et iusti et pctōres propter odorē sue bone fame: ꝓpter vocē sue orationis/ propter colorē sue ꝑfectionis / ꝓpter amorē sue benignitatis ⁊ ꝯpassionis:debent eam seq̄ per affectionem ⁊ deuotionem. Omnis exercitꝰ celorū sequebaṫ eū. Apo.xix. Soli eñ dracones.i.soli obstinati ⁊ desperati ipsam seq̄ et ipsam requirere nolunt. Uel expone si vis de Christo qui omnia diligit:qm̄ sua sunt:⁊ vocē ꝑdicationis ⁊ odorem bone fame emisit/⁊ draconem luciferū in cauernam inferni reclusit ⁊c̄. sicut supra. ¶ Pāthera animalia sue 2 speciei valde diligit/ ⁊ eis ꝑdam suā cōmunicat ⁊ dispēsat:ſm eūdem. Sic vere boni ⁊ iusti oēs debent diligere/et sed potissime illos q̄ sunt de sua specie.i.de suo genere/ et eis bona sua debēt diuidere: ⁊ in necessitatibꝰ misericorditer subuenire: q꞉ sicut dicit aplus.j.ad Timo.v. Qui suoꝝ/et maxie domesticorū curā non habꝫ/fidem negauit:⁊ est infideli deterior. ¶ Scd̄m Isido. Pāthera non 3 parturit nisi semel: ⁊ filios generat imperfectos.⁊ causa est:q꞉ gulositas filiorū matricem destruit et corrūpit ⁊c̄. Expone sicut supra de leone ⁊ leena ⁊ de canicula/vel sicut in generali: vbi dꝛ ꝙ omnia animalia acuti vnguis 4 filios pariunt imꝑfectos. ¶ Scd̄ꝫ phisologū/panthera draconem odit:⁊ eū fugat/⁊ draco eam fugit. Ista qñ saturata fuerit:descendit in speluncā/ ⁊ quasi ꝑ triduū dormit:⁊ post triduū de somno surgens emittit vocē:⁊ de voce eius exit odor aromaticus supra modū: ꝓpter cuius suauitatē omnia animalia eā sequūtur / preter draconē/ qui odorē eius reputat ꝑ veneno:⁊ eius vocē non sustinens fugit ad cauernā:⁊ in seipso deficit ⁊ torpescit. Et est pāthera omnibus coloribꝰ picturata/ ⁊ amica esse dꝛ omnium bestiarū:ſm Isido.li.xij. Reuera charissimi talis est Christus:q̄ in se habet oēs colores:⁊ oēs virtutes et ꝑfectiones:⁊ oēs pulchritudines honestatis. Uestiuit te multicoloribꝰ. Ezec.xvj. Iste etiā diligit oīa aīalia: q꞉ oēs hoīes iustos et pctōres diligit ⁊ gubernat. Sap.xj. Diligit omnia q̄ sunt/qm̄ sua sunt. Iste igitur draconē.i. diabolum ꝑsequutus est ⁊ fugauit: scꝫ ꝑ mūdum corporaliter ꝑdicando:⁊ cōtra eius insidias alios muniendo. Postea tñ i passiōe ista pāthera saturata est cibis suis.i. iniurijs ⁊ tribulationibꝰ passionis. Thre.iij. Saturabitur opprobrijs. Et ideo post istam saturitatē.i. post suā passionem reclusit se in cauerna sua: videlicet in sepulchro/ et ibi dormiuit mortuꝰ ꝑ tres dies: q꞉ sicut Jonas fuit tribꝰ diebꝰ in ventre piscis:sic fuit filius hominis in ventre terre. Mat.xij. Sed ꝑ certo die tertia resurrexit:scꝫ a somno mortis: ⁊ tūc tēporis emisit vocē suā.i. ꝑdicatores et aplos suos/q̄ vox xp̄i dicūtur:quos emisit vndiq꞉ predicare:⁊ sic cū ista voce exiuit odor aromatis.i.nomē ipsius celebre/⁊ gloria noīs christiani:⁊ fides catholica que prius erat ignota:⁊ sic oēs bestie.i. oēs gentes ⁊ homines.i. de oībꝰ aliqui sequuti sunt istū: fidē ipsius recipiendo. Ecce totꝰ mūdꝰ post eū abijt. Joā.xij. Draco aūt diabolus.i.lucifer in cauerna inferni fuit inclusus:⁊ virtute odoris Christi ⁊ noīs sui fuit deuictꝰ/territꝰ ⁊ fugatus. vel draco.i. ppl's iudaicus ipm̄ fugit/ nec eiꝰ fidē acceptit:nec vocē audiuit. ꝑs. Cōtribulasti capita draconū in aq̄s. Uel dic ꝙ qñ panthera.i.hō intrat cauernā sepulchri ꝑ mortē:⁊ ibi dormit:tūc q꞉ ipse clamat requirendo suffragia/nos debemus ꝯuenire/⁊ ei fauere. Draco tñ.i. mali de hoc nō curāt: q꞉ scꝫ falsi amici nunꝙ̄ volunt hominem mortuū iuuare/ nec elemosynis vel suffragijs ad eum cōuenire. Uel dic ꝙ pāthera est vir ꝑfectus/q̄ odorem famose cōuersationis/vocē dulcē benigne loquutionis ⁊ eruditionis emittit/⁊ q̄ colores varios multiplicis perfectionis portat:q꞉ ꝓ certo tales debemꝰ diligere/eorū societatē seq̄/⁊ ad eos cōuenire:⁊ in voce eoꝝ.i.in doctrina ⁊ ꝑdicatione: in odore.i.in famosa reputatione:in colore.i.in honesta conuersatione ꝙ̄ plurimū delectari.

Sed vere multi sunt sicut draco/scꝫ inuidi detractores
et maligni:q̄ nullam vocē eruditiōis possunt audire:nec
odorem alicuiꝰ famose conuersationis : immo si aliquid
de talibꝰ dicat̄/ipsi ꝓ certo statim fugiūt ⁊ recedūt. Di-
cāt ḡ boni illḋ Cāt.j. In odorē vnguētoꝝ tuoꝝ curremꝰ.

5 ¶ Scḋm Sol.et Pliñ.li.viij.c.xvij. Pāthera et Tigris
varietate coloꝝ suoꝝ/aīalia alia ad suū aspectū inuitāt:
et ꝓpter eaꝝ varietatem/oēs alie bestie ipsas sequūtur/
et in eaꝝ aspectibꝰ delectātur : verūtamen toruitate sue
faciei terrēt:et ideo faciē occultāt/et reliquum corporis
ostēdūt:et sic ceteras bestias rapiūt ⁊ predātur. Odorē
etiā suauē panthera emittit/quē solet draco fugere. Et
est bestia que ceteris sibi socijs cōicat bona sua:et nūq̄
parturit nisi semel:sicut dicit Aristo. Recte talis est deꝰ
pater:qꝛ iste habet varietatem oīm coloꝝ.i.oīm virtutū
et ꝑfectionum:qꝛ oēs colores ⁊ virtutes creaturaꝝ in eo
resultāt ꝑ ideas increatas : et ideo ꝓ certo oēs bestie sil-
ue.i.oēs sancti ip̄m sequūtur/et eiꝰ pulchritudinem ad-
mirātur:qꝛ Pulchritudinē cādoris admirabitur oculus.
Eccli.xliij. Et in istū desiderāt aspicere ⁊ cōtinue contē-
plari.j.Pet.j. Toruitate tñ sue faciei:hoc est dictu/aspe-
ritate ⁊ rigore sue iustitie/quā vidēt i reprobis exerceri/
terrētur/et dicūt Hiere.x. Quis non timebit te/o rex gē-
tium: Et ideo talis toruitas vel rigor eis non ostēditur:
qꝛ scꝫ erga eos nō exercetur. vñ Exo.xxxiij. Faciem aūt
meā non videbis. Et sic in amorem ⁊ admiratione ipsiꝰ
rapiūtur et ꝯuertunt̄:dicētes: Hester.xv. Ualde admira-
bilis es dñe:et facies tua plena est grāꝝ. Iste etiam nō
parturit nisi semel:qꝛ solū filiū sibi similē et equalem ge-
nuit ab eterno. Et bona sua alijs cōicat:scilꝫ naturalia/
tēporalia ⁊ eterna:qꝛ deꝰ pater(sicut dꝛ Matth.v.) So-
lem suū oriri facit suꝑ bonos ⁊ malos. Uel dic ꝙ panthe-
ra significat hypocritas ⁊ hereticos : qui pulchritudine
sue pellis.i.sue exterioris cōuersationis:odore etiam sue
fame:et fallaci dulcedine sue vocis/alios (et maxie mu-
lieres)ad se sequēdū/honorādum ⁊ diligēdum inuitant
et inducūt:et ne toruitate sue neq̄tie si eā viderēt terreā-
tur/ideo faciē suā.i.prauā intētionem suā ascōdūt/et fo-
ras exteriorē cōuersationē ostendūt:et sic tales se sequē-
tes ⁊ honorantes decipiūt ⁊ occidūt/inquātum sub boni
palliatione eis suggerunt vitia et peccata/ scꝫ luxuriam
vel errorem. ideo Attēdite a falsis ꝓphetis. Uel dic de
pulchris mulieribꝰ:que alios attrahunt per exteriorem
pulchritudinē/et per ꝟboꝝ suoꝝ dulcedinem : et sic eos
decipiūt/et per diuersas cōcupiscētias perimūt ⁊ occi-
dūt. Fauus eñ distillās labia meretricis:nouissima aūt

6 eiꝰ amara velut absynthium. Prouer.v. ¶ Scḋm Pliñ.
pantheram oēs alie bestie sequūtur ⁊ admirantur ꝓpter
colorem variū et pulchritudinē sue pellis/et maxime qñ
toruitatem sui vultus abscōdit. et ꝺm Phisolog. qñ cla-
mat/de ore eiꝰ exit odor aromaticus/quē alie bestie dili-
gūt ⁊ sequūtur:preter tñ draconem/q̄ et vocē ipsiꝰ et odo-
rem reputat pro veneno:et ideo tūc tēporis fugit ad ca-
uernam/vbi victus ⁊ territus se abscōdit. Sic vere cha-
rissimi/qꝛ xp̄s habuit in se (sicut etiā nos debemꝰ habe-
re) variū colorem honeste cōuersatiōis/suauem odorem
fame ⁊ operationis/benignū clamorem feruētis predi-
catiōis:ideo cetere bestie.i.pctōres ip̄m sunt secuti per
imitationem/et admirati ꝑ cōtēplationem. Matt.xiiij.
Secute sunt eū turbe pedites ī desertū. Et ratio est pro
certo:qꝛ toruitatem sui vultus:hoc est dictu/rigorem sue
iustitie eis nō ostēdit:qꝛ oīa opera sua fuerūt ī benigni-
tate ⁊ dulcore. Patet Ioā.viij. de adultera. et Lu.xix.
de Zacheo. Et ideo ip̄m debemꝰ sequi per sue vite imi-
tationem. Cāti.j. In odorem vnguētoꝝ tuoꝝ curremꝰ.
Sed vere illi q̄ sunt dracones:scꝫ sitibundi per auaritiā/
inflāmati ꝑ iracūdiam/effrenati ꝑ crudelitatem/tortuo-
si ꝑ calliditatē/istū non sequūtur/sed fugiūt ⁊ persequū-
tur ꝑ vitia ⁊ peccata : qꝛ ꝟe tales non imitātur vitā suā/
scꝫ penitentiam/castitatem ⁊ hmōi:imo vere in cauernā
suā.i.in amorem bonoꝝ tēporalium se recludūt. Esa.ij.
Introibūt in spelūcas petrarum:et in voragines terre.
Uel dic de bonis ꝙ ipsi debēt imitari ⁊ associare pāthe-
ram.i.viros q̄ habēt colorem/odorem ⁊ clamorem bonū
et sanum. Unde qñ panthera.i.iustus vel predicator cla-
mat per predicationē vel bonā eruditionē/ipsi debēt cō-
uenire/et eū audire. Sed pro certo dracones.i.persone
male/et maxime cupidi ⁊ crudeles/non diligūt societa-
tem panthere.i.bonoꝝ hoīm ⁊ religiosoꝝ:imo vere eam
odiūt/fugiūt ⁊ declināt:qꝛ Cōtra virū iustū pctōr. Eccli.
xxxiij. Et qñ clamorem sue vocis/predicationis vel eru-
ditiōis audiūt/qñ odorem sue bone fame sentiūt/statim
fugiūt ⁊ recedūt:qꝛ non amat pestilēs eū qui se corripit.
Prouer.xv. Istud patet ī diuitibꝰ:qui statim ꝙ aliquis
ꝑdicator incipit clamare et predicare/eccłiam exeūt/et
discedūt. Dederūt humerum recedentem. Neemie.ix.et
Actuum vlt. Cūq̄ non essent consentientes/recedebāt.

¶ Panthera/licet sit seua ⁊ crudelis:est tñ suis bñfacto- 7
ribus multum grata. Unde ꝺm Pliñ. ibiḋ. quidā libera-
uit catulos eiꝰ de fouea/quē mater blādiēdo ⁊ quasi gra-
tias agēdo/extra solitudinem ꝯduxit. Sic ꝟe quātūcūq̄
prelatus vel alius sit seuus ⁊ austerus:tñ debet suis be-
nefactoribꝰ/scꝫ predicatoribꝰ esse gratus. Unde qñ catu-
li.i.subditi sui ceciderūt in aliquā foueā alicuiꝰ peccati/
vel in cauernā et in amorē terrenoꝝ:et exinde ab aliquo
predicatore ꝟbis ⁊ exēplis extrahūtur: tūc ip̄m debent
regratiari/diligere ⁊ amare. Qḋ est cōtra multos sacer-
dotes:qui predicatoribꝰ inuidēt qñ vidēt eos in suis pa-
rochijs ꝑdicare. Uel dic historialiter qūo quilibet quā-
tūcūq̄ seuus debet de bñficijs receptis esse gratus : qꝛ
qui suoꝝ domesticoꝝ curam non habet/fidem negauit/
⁊ est infideli deterior. j.ad Timo.v. ¶ Scḋm Soli. Hyr- 8
cani volentes pantheras capere/quodā gramine vene-
noso qḋ dꝛ pardaliāches/carnes illiniūt:quas īuētas in
semitis panthere comedunt:⁊ comesto veneno pereunt.
huic tñ pesti medētur/qñ stercus humanū inuenire ⁊ co-
medere possūnt. Per stercus humanum intelligo consi-
deratiōem vilitatis humane. Igitur si hyrcani.i.demo-
nes carnibꝰ venenatis.i.delicijs carnis te cupiūt into-
xicare:adhibe stercus humanū.i.considera carnis feto-
rem ⁊ vilitatem:et sic procul dubio sanaberis/et veneno
luxurie non peribis. Teste eñ Hiero. nihil adeo valet
ad domādum carnis vitia/q̄ꝫ cogitare qualis futura est
caro moritura. Figura Ezech.iiij. vbi sibi preceptum est
ꝙ stercore qḋ egredit̄ de hoīe/operiat panem suū. Ad de-
notādum ꝙ cōsiderationem sue stercoree vilitatis debet
quilibet suis delicijs immiscere. Threñ.iiij. Qui vesce-
bantur voluptuose:amplexati sunt stercora.

Capitulum.lxxvij. de Tharando:quē
per errorem Parandrum vocat.

Parandrus est bestia que villos habet sicut vr-
sus:caput ⁊ cornua sicut ceruus : caudā sicut
scorpio:que ꝺm Soli. in Ethiopia nascit̄:que
timore habitum vertit. Nam ad oēm colorem
rei sibi presentate/siue sit paries albus/vel ar-
bor viridis/vel pannus rubeꝰ/ꝓprium colorem mutat.
Cuiꝰ silr̄ faciūt in mari polypi/et in terra cameleontes.
Pliñ. aūt li.viij.c.xxxiiij. mirum esse dicit ip̄i corpori tā
faciliter nouum colorem dari:sed mirabilius dari villo:
et ideo(vt ait)difficiliter capit̄:qꝛ scꝫ nō cognoscit̄/ dum
cuilibet rei sub qua latet/concolor reperitur. Tales pro
certo sunt multi instabiles ⁊ imperfecti:qꝛ vere isti sunt
villosi sicut vrsus ꝑ tēporalem possessionem : cornuti si-
cut ceruus per suꝑbiam ⁊ elationem:caudati sicut scor-
pio per fallaciam ⁊ deceptionem:et habitum conuersa-
tionis sue sepe vertūt per leuitatem/inconstātiam ⁊ mu-
tationem:qꝛ scꝫ in vna conditione minime perseuerant.
Nam tales inconstantes ad colorem cuiuslibet persone
sibi presentate vel associate/per imitationem se confor-
mant:de quibꝰ potest dici illud ꝑs. Mutauerūt gloriam
suam in similitudinem vituli ⁊c̄. Uel expone de bono re-
ligioso:qui bonis se debet conformare:et corpus interio-
ris intentionis ⁊ affectionis/et etiam villum exterioris
cōuersationis bonis moribus immutare: ⁊ sic diabolus
eum nō cognoscet/nec per peccatum capiet aut subuer-
tet.iij. Regū.xiiij. Commuta habitum/ne cognoscaris.
Uel vide de cameleonte:et expone per omnia sicut ibi.

Capitulum.lxxviij. de Pardo.

1 PArdus est animal velocissimum/preceps ad sanguinem ⁊ crudele/more panthere diuersis maculis picturatũ: quas tñ habet nigriores ꝙ̃ panthera. Charissimi per pardum intelligo diuites ⁊ tyrãnos: qui ẜm rei veritatẽ sunt veloces ⁊ precipites ad sanguinem ⁊ vindictam: scꝫ in causis suis ⁊ negotijs: q꞉ sine deliberatiõe multos ad sanguinem ⁊ ad mortem iudicant ⁊ inuadũt: q꞉ veloces pedes eoꝝ ad effũdẽdum sanguinem. Istud patet ĩ malis iudicibus et aduocatis: qui multos ad mortem sine deliberatione cõdẽnãt: cõtra illud: Oia cũ diligẽtia facite. ij. Parali. xix. Isti etiã sunt diuersis maculis picturati: hoc est dictu/diuersis fallacijs ⁊ cautelis: q꞉ totum corpus in circuitu plenum erat oculis. Figura Ezech. j. de aĩalib⁹ que habebãt quattuor facies/et erãt oculata per totũ/et habebãt in principio faciem hoĩs/in sinistra faciẽ bouis/in dextera faciẽ leonis/et desup faciẽ aquile. Sic ꝑ certo isti mũdi sapiẽtes sunt pleni oculis ⁊ maculis. i. circũspectione et discretione/malitia et cautela: q꞉ in mũdi negotijs optime sciũt quõ possint pauperes irretire. Isti etiã plures habẽt facies: hoc est dictu/plures conditiones: q꞉ vere a parte ante. i. in principio ⁊ in ingressu inueniũtur hoĩes. i. benigni/affabiles ⁊ cõpatiẽtes: q꞉ in principio applaudũt pauperib⁹/multa ꝓmittẽdo. Item a parte sinistra. i. quãtum ad laborem ⁊ aduersitatem hui⁹ mũdi/ipsi sunt boues: scꝫ fortes ad laborandum ꝑ mũdo ⁊ pro diuitijs. Ut inique agerẽt/laborauerũt. Hiere. ix. q꞉ plus laborãt pro mũdo/circũeũdo mũdi nasr assisias/ꝙ̃ boni ꝓ xp̃o. Et ideo sicut bos postꝙ̃ satꝫ laborauit impinguaẜ/et post occidiẜ/et pellis detrahiẜ/ et caro ipsius mãducatur: sic tales post multos labores impinguãtur ꝑ diuitias: cõtra illud: Noli laborare vt diteris. Prouer. xxiij. Sed tãdem occidũtur per mortem: et pellis. i. tẽporalis substãtia eis detrahiẜ: et caro. i. interior aĩa a demonib⁹ deuoraẜ. Occidit vitulum saginatum. Luce. xv. Item a ꝑte dextera habẽt faciem leonis: q꞉ vere in parte dextera. i. in statu ꝓsperitatis mũdane isti sunt recte sicut leones: crudeles scꝫ ⁊ superbi. Leoni gẽtium assimilaui te. Ezech. xxxij. Sed vere in parte superiori. i. quãdo ipsi ponũtur in statu eminẽtie ⁊ dignitatis et iudiciarie potestatis/ipsi sunt aquile: scꝫ raptores auium innocẽtium. i. pauperum ⁊ simplicium subditoꝝ/ quoꝝ sanguinem. i. substantiam tẽporalem appetũt atꝗ bibũt ꝑ excoriationem ⁊ rapinam. Unde isti regnãt sup alios/sicut aquila sup aues: scꝫ ad eoꝝ dãnum ⁊ grauamen/non ad eoꝝ solatium ⁊ iuuamen. Et sic patet bene ꝙ isti sunt pardi/scꝫ varijs vitijs maculati/et sanguinem sitiẽtes. Ideo Hiere. xiij. Non põt ethiops mutare pellem suã: nec pardus varietates suas.

2 ¶ Pardus qñ catuli sui sibi subtrahũtur: tũc summe dolet/et crudelis efficitur vltra modum. Et est pardus aĩal luxuriosum: q꞉ cũ vxore leonis fornicatur. Sic vere charissimi/mũdi diuites et auari qñ filij sui. i. tẽporales diuitie (quas tanꝙ̃ filios diligũt) sibi subtrahũtur aliquo casu/ tũc ꝓe quasi in rabiem cõuertũtur: q꞉ ꝑdẽdo diuitias maxime cruciãtur: nam ẜm Grego. Sine dolore non ꝑditur/qꝺ cũ tãto amore possidetur. Tales etiã ad litterã sunt luxuriosi/q꞉ ad vxores inhiant alioꝝ. Unusq̃sꝗ ad vxorem ꝓximi sui hinniebat. Hiere. v. Uel dic ꝙ qñ filij diuitum seculariũ a religiosis rapiũtur vel furãtur/et ad religionem cõuertũtur: tũc patres quasi in furorem ⁊ rabiem cõuertũtur. Quasi pardus raptis catulis occurram eis. Osee. xiij. Uel dic de diabolo: qui tũc tẽporis summe dolet/quãdo filij sui. i. peccatores sibi per penitentiam subtrahũtur.

3 ¶ Pardus est aĩal libidinosum: et ideo cũ leena vxore leonis adulteraẜ/et generat leopardũ. Qñ aũt infirmatur/stercora humana comedit. et ideo venatores ip̃a in alta arbore suspẽdũt: et dum salit superius vt stercus comedat/ip̃m occidũt et capiũt: vt dicit Aristo. lib. ix. c. vj. Talis est recte malus prelatus: q꞉ cũ leena. i. cũ ecclesia vel religione vel prelatione (que recte debet esse tãtũmodo vxor leonis. i. boni ⁊ iusti prelati) fornicaẜ et cõmiscetur: scꝫ cũ libidine dominãdi / prelatiõis officium exercẽdo. et in tali vxore. i. in ecclĩa cui sic indebite presidet/generat leopardos. i. malos subditos/versipelles ⁊ crudeles/quos ibi generat. i. beneficiat ⁊ inducit: q꞉ mali semper malos ꝓmouẽt ⁊ exaltãt. Genuit filium ad similitudinem suã. Geñ. v. Istud videmus de impijs iudicibus et prelatis: qui totã ecclĩam vel patriam cui presunt/replẽt leopardis. i. viris iniquis/crudelib⁹ et ꝑuersis/quos in beneficijs ⁊ officijs ꝯstituũt ⁊ exaltãt. vñ. j. Mach. ix. Elegit bachides viros impios: et ꝯstituit eos dños regionis. Tales etiã stercora. i. mũdi diuitias diligũt ⁊ appetũt: et vt eas acquirãt/ ad alta s arbores dignitatum scꝫ et officioꝝ/per ambitionem saliũt ⁊ anhelãt: et sic per diuersa peccata/et maxime per auaritiam/a venatorib⁹ demonib⁹ capiũtur. Amplexati sũt stercora. Threñ. iiij. Uide supra de Leopardo.

Capitulum. lxxix. de Piloso.

PIlosus ẜm Isidoꝝ est homo siluestris/idem ꝙ satyrus: et tales grece dicũtur panisci seu incubi/eo ꝙ multum sunt luxuriosi/et mulieribus improbi/et circa actus luxurie plusꝙ̃ cetere bestie occupãtur. Et ꝙ̃uis esse hoĩes videantur: tñ bestie sunt/carentes sensu ⁊ vsu rationis: et ideo fauni ficarij a Romanis appellãtur. Pliñ. Ꝑo libro. vij. c. ij. dicit satyros esse hoĩes siluestres in regione Cartaduloꝝ in India: qui ita sunt pernices ⁊ veloces/ ꝙ nisi egri vel senes capi nequeũt vllo modo. Recte tales sunt luxuriosi: q꞉ licet videãtur esse hoĩes. i. rationem habẽtes/tñ bestie possunt dici: q꞉ non ratione sed brutali sensualitate vtũtur/motib⁹ carnalib⁹ obediẽtes/circa mulieres ⁊ actus luxurie ꝙ̃plurimum occupati: contra illud Apl̃i ad Roma. xiij. Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Et ideo isti possunt dici hoĩes siluestres/qui in silua delectationũ hui⁹ mũdi volũt iugiter cõuersari. Esa. xiij. Pilosi saltabũt ibi. Difficiliter etiã capiũtur. i. conuertũtur: et hoc solũ qñ senescũt/vel qñ corporaliter infirmantur/vel tribulationib⁹ affligũtur. P̃s. Ipsi infirmati sunt/et ceciderunt.

2 ¶ Scd̃m Papiam/pilosus est aĩal mõstruosum: qꝺ ab effigie humana incipit/ẜꝫ in extremitatem aĩalis terminaẜ. Sic vere charissimi/quidã in initio habẽt formam hoĩs. i. in pricipio ⁊ in iuuẽtute/ in introitu ⁊ ingressu suo: q꞉ tũc videtur esse hoĩes. i. iusti et rationabiles: in extremitate aũt sua. i. in senectute inueniũtur bestie. i. luxuriosi/auari/⁊ sensu debite rationis ꝓuati. Baruch. vj. Bestie meliores sunt illis. ad Gal. iij. Cũ spiritu ceperitis: carne consummamini. Uel allega de hypocritis: q̃ licet videãtur esse hoĩes. i. iusti ⁊ rationabiles/sunt tñ bestie. i. mali pctõres. P̃s. Homo vanitati silis fact⁹ est: cõparatus est iumẽtis insipiẽtib⁹: et silis fact⁹ est illis. ¶ Scd̃m glo. sup Esa. xxxiiij. Pilosus idẽ est qꝺ simia: que licet humanam pretẽdat effigiem/pilis tñ more pecudis est velata. vide infra de Simia. Sic ꝓe diuites hui⁹ mũdi/licet debeãt esse hoĩes ẜm naturam/ scꝫ rationabiles ⁊ benigni/⁊ nudi quãtum ad affectũ diuitiaꝝ: ipsi tñ pilis ⁊ vellere diuitiaꝝ cõtegũtur ⁊ inuoluuntur more pecudis. i. sicut peccator insensatus ⁊c̃. P̃s. Induti sunt arietes ouium ⁊c̃.

Capitulum. lxxx. de Pygargo.

1 PYgargus aĩal est de gñe capzearũ siluestriũ/ nõ multũ dissile damis: barbatũ sicut hirc⁹/ velox ⁊ findẽs vngulã sicut ceruus: et inhabitat nemora ⁊ deserta: ⁊ ideo mũdum quo ad esum reputabatur Deuẜ. xiiij. Tales debẽt esse barbati esse religiosi ⁊ viri ꝑfecti: q꞉ vere tales debẽt esse barbati sicut hircus per cõstãtie virilitatem/et per prudẽtie maturitatem. barba eñ significat prudẽtiam atꝗ vires: q꞉ hec non inest infantibus/debilib⁹ et ignaris: sed magis viris ꝑfectis/fortib⁹ et discretis. Debẽt etiã ad modum cerui esse veloces ꝑ obediẽtiam ⁊ bonam operationem/ findẽtes vngulam per discretionem. Mũdi etiã debent esse ꝑ puritatem ⁊ cõtinẽtiam: deserta ⁊ nemora habitare ꝑ asperitatem ⁊ penitẽtiam: et sic erũt habiles vt ab alijs comedãtur. i. imitẽtur. Dañ. xiij. Mũdus ego sum a sanguine. Uel allega historialiter de Cisterciensibus: q̃ sunt barbati/et nemora inhabitãt ⁊ deserta. ¶ Scd̃m Hug. pygargus est auis parua ⁊ depressa/dicta a pyga/

q̃d est depressio: sed hoc non supponit Deut.xiiij. et ideo nihil ad presens: nisi q̄ tales sunt pauperes/ qui ĩ mũdo sunt parui quo ad diuitias/ et depressi p tribulationes.

Capit.lxxxj. de Pygmeis seu Pomilionibus.

1 Pygmei sunt homines parui/ statura cubitali/ quos greci a cubito pygmeos vocãt: et in mõtibus Indie circa oceanum habitãt: ſm Papiam. Ut aũt dicit Aug. tales sepe armati ferro/ a gruib⁹ occidũtur: a quib⁹ iugiter infestã tur. Tales recte sunt pctõres ꝛ seculares: q: tales sunt parui/ carẽtes scz debitis dimensionib⁹: vcz longo fidei/ lato charitatis/ alto spei/ pfundo humilitatis. Isti etiã in mõtibus Indie. i. in dignitatib⁹ et officijs hui⁹ mũdi circa oceanum. i. circa mũdane psperitatis fluxum homine cõmorãtur/ vbi a gruib⁹. i. a demonib⁹ vel tentationibus continue infestantur/ et ab eis per peccata ꝛ vitia multotiẽs occidũtur spũaliter ꝛ necãt. Paruulum occi-

2 dit inuidia. Job.v. ¶ Pygmei ſm Aug. sunt hoĩes par ui: qui tertio anno perfecte sunt etatis: in septimo anno senescũt. Et isti ſm Pliñ. lib.vij. c.ij. celo semper vernãte in regione habitãt tẽperata/ in mõtib⁹ aquilonis/ vbi a gruib⁹ q̃mmultipliciter infestãtur/ et aliquotiẽs occidũtur. Recte tales sunt viri iusti: q: isti debẽt esse parui per humilitatem: et trib⁹ annis debẽt fieri pfecte etatis per bonã cogitationem/ locutionem ꝛ operationem: vel per contritionem/ cõfessionem ꝛ satisfactionem: vel per fidẽ sancte trinitatis/ que bonos facit strenuos et perfectos: q: Funiculus triplex difficile rũpit. Eccl'is.iiij. Qñ aũt habẽt septem annos. i. pfectionem septẽ virtutũ vel donoꝝ: tũc p certo debẽt potissime esse senes: scz sapiẽtes/ iusti ꝛ maturi. Isti etiã in tẽperata regione. i. in bono collegio ꝛ societate debẽt semper morari/ que scz sit sub vernante celo. i. in bonis celestib⁹ occupata per desiderium et affectum. In mõtib⁹ etiã pfectionis ꝛ cõtẽplationis habitare debẽt/ et maxime in parte aquilonis. i. in statu mũdane penitẽtie ꝛ tribulationis/ vbi a gruibus. i. tẽtationibus ꝛ demonib⁹ infestãtur: q: Multe tribulationes iustoꝝ. vt tales dicãt: Esaie.xiiij. Ascẽdam sup altitudi-

3 nem nubium: sedebo in mõte testamẽti in laterib⁹ aquilonis. ¶ Pygmei ſm Augu. a gruib⁹ infestãtur/ a quib⁹ etiã armati ferro multotiens superãtur. Sic vere multi sunt qui q̃uis ferro. i. penitẽtia dura sint armati/ tñ aliquãdo a gruib⁹. i. a demonib⁹ vel carnalib⁹ motib⁹ superantur: sicut patet de multis/ qui post longas penitẽtias fiũt mali: q̃d potissime accidit qñ de pprijs virtutib⁹ gloriãtes/ alios vilipendũt: q: tũc deus dimittit eos ſm desideria cordis eorum/ vt vadãt in adinuẽtionibus suis.

4 ¶ Scdm Pliñ. grues infestãt pygmeos/ hoĩes paruos: et ideo cõgregato agmine/ pygmei verno tẽpore ad mare descẽdũt/ et oua ꝛ pullos gruum p viribus destruunt et cõsumũt/ et sup dorsum arietum insidẽt/ armati iaculis ꝛ sagittis. Istam aũt expeditionem faciũt trib⁹ mensibus: quã si non facerẽt/ futuris auium gregib⁹ resistere non valerẽt. De ouoꝝ aũt testis ꝛ putaminib⁹ faciũt sibi casas/ et (vt ipse dicit) pygmeos in cauernis viuere Aristoteles tradit. Charissimi/ p pygmeos intelligo hoĩes qui sunt parui naturaliter q̃tum ad gratias ꝛ virtutes. Isti eñ infestãtur a gruib⁹. i. a demonib⁹ et tẽtationib⁹: et ideo isti se debẽt inuicem cõgregare per concordiam et amorem/ et ad mare penitentie descẽdere/ et sagittis pungẽtis cõtritionis se armare/ et sup exẽpla iustoꝝ et perfectoꝝ hoĩm insidere: et sup dorsa arietum. i. gruum. i. suggestiones ꝛ cogitationes demonum penit⁹ extirpare: q: nisi oua et vitia male suggestionis cassent p cõtritionem/ tot ꝛ tãti hostes ꝛ tẽtationes multiplicarẽtur cõtra nos/ q̄ resistere non possemus: q: nisi preueneris eos/ paulatim maiora facient/ et non poteris obtinere eos. i. Macha.vj. et Grego. dicit: Si tentationi surgẽti non resistitur: vix cũ creuerit superatur. Talis autẽ expeditio faciẽda est ĩ vere. i. in tẽpore gratie/ vel in quadragesima: et hoc per tres menses. i. per tres partes penitẽtie: que sunt ꝯtritio/ cõfessio ꝛ satisfactio. Uiam triũ dierũ ibim⁹: vt sacrificemus deo in solitudine. Exo.viij. Et sic cõtra grues. i. demones preualebim⁹: et maxime si in cauernis humilitatis voluerim⁹ habitare. Ingrediẽtur in spelũcas. Esa.ij. De testis aũt ouoꝝ istoꝝ. i. de memoria pctõꝝ que p penitẽtiam cõsumpsimus/ debem⁹ facere domum nostrã/ scz humilitatem/ in qua debemus versari: q: scz peccata preterita semper debemus recordari/ et exinde ad humilitatis officiũ inclinari. Eccl'i.v. De ppitiatu pctõꝝ noli esse sine metu. et Hiere.ij. Uide vias tuas in conualli: scito quid feceris.

Capitulum.lxxxij. de Porco.

1 Porcus ſm Isidoꝝ dr quasi spurcus/ a spurcitia/ vel a luto vbi se inuoluit: et inde dr spuri⁹ persona vilis. Et est porcus aĩal immũdum/ et ĩ locis immũdis ꝛ fetidis requiescit. Scdm Pliñ. lib.viij. c.lj. porci nascũtur dẽtati: et ſm Arist. porcus nũq̃ eijcit dentes oĩno. Recte charissimi tales sunt luxuriosi: q: vere tales sunt spurcitia ꝛ vilitate pleni: et in locis fetidis ꝛ immundis: hoc est dictu/ in actib⁹ carnis requiescũt ꝛ delectãtur. Hiere.xlviij. Requieuit in fecib⁹ suis. Et pro certo isti sunt dentati: quia vere luxuriosi semper habẽt dentes. i. stultiloquij leuitatem/ detractionis crudelitatem/ gule ꝛ gastrimargie voracitatem: q: p certo tales leuiter loquũtur ꝛ detrahũt/ et gule diligũt voluptatem. Jaco.v. Epulati estis super terrã: ꝛ in luxurijs vr̃is enutriuistis cor. ¶ Scdm Pliñ.

2 porcus si perdiderit oculum/ de facili extinguitur: vltra trimatum non generat: vsq̃ ad quindecim annos vel viginti viuere põt: multis infirmitatib⁹ subiacet: et qñ infirmatur/ caput tenet obliquũ. Sic pro certo qñ pctõr pdit oculũ fidei/ discretiõis ꝛ sapiẽtie/ cito extinguit/ scz p vitia ꝛ errores: q: ppl's nõ intelligẽs vapulabit. Osee.iiij. q: p certo vltra trimatũ. i. extra fidẽ scte trinitatis ĩpossibile est gñare/ et bona opera pcreare: q: Omñe q̃d nõ est ex fide/ pctm̃ est. ad Rom.xiiij. Sine fide eñ impossibile est placere deo. Et ideo tales subiacẽt multis infirmitatibus pctõꝝ/ scz auaritie ꝛ luxurie ꝛ hmõi: et tũc p certo qñ p pctã et vitia infirmãtur/ caput eoꝝ obliquũ efficit: q: vere caput taliũ. i. intẽtio nõ est recta/ sed obliqua: q: cũ deberet esse erecta ꝛ directa ad deũ/ oblique tñ respicit ad terrena. Cor aũt eoꝝ nõ erat rectũ cũ eo/ nec fideles habiti sunt in testamento ei⁹. ¶ Qñ porcus iacet in

3 luto (dicit Pliñ.) plus iacet ĩ latere dextro q̃ in sinistro. Pinguescũt aũt porci in diebus.xl. et illi qui ĩ principio saginationis p triduum ieiunarũt/ meli⁹ impinguãtur. Recte tales sunt mũdi pctõres: q: vere sunt infixi in luto pfundi/ vbi non est substãtia. i. in carnalib⁹ et delicijs hui⁹ mũdi/ et ceteris pctis: vbi ipsi iacẽt ĩ latere dextro: hoc est dictu/ in cõsideratione diuine mĩe/ que p dextrũ lat⁹ designat. In latere aũt sinistro diuine iustitie nunq̃ iacẽt: q: vere tales nõ considerãt dei iustitiã et rigorem/ infernaliaq̃ tormẽta: ĩmo semper in dei mĩa cõfidũt/ sperãtes in fine vite penitere: cõtra illud Eccl'i.v. Nec dixeris/ mĩa dei magna est: q: mĩa dei ꝛ ira ab ipo cito properãt. Tales etiã mũdi pctõres in.xl. diebus. i. in vita pñti (que per.xl. annos deserti designatur) piguescũt/ scz per diuitias ꝛ delicias mũdiales: q: ecce ipsi pctõres in seculo obtinuerũt diuitias. Et hoc maxime illi qui in principio ieiunauerunt: vt sunt causidici/ vsurarij ꝛ balliui: q: tales cõmuniter q̃ sunt de vili plebe/ pre ceteris impinguãtur substãtia temporali/ et ad maiorem pinguedinem diuitiaꝝ solent aliquotiens peruenire. vñ Job.xv. Pingui ceruice armatus est. Uel expone si vis in bono q̄ illi qui sunt in luto. i. in aduersitatib⁹ et depressionib⁹ hui⁹ mũdi/ semper debẽt iacere in dextro latere. i. in consideratione diuine mĩe/ et in spe future glorie: non in sinistro. i. in consideratione infernalium tormẽtoꝝ: ne forte in desperationẽ vertãtur. Eccl'is.x. Cor sapiẽtis ĩ dextera ei⁹: cor aũt stulti in sinistra illi⁹. Uel dic q̄ illi qui primo ieiunãt/ scz abstinẽdo a delicijs ꝛ diuitijs ꝛ peccatis meli⁹ impinguãtur per gratias ꝛ virtutes. Uel dic q̄ fideles possunt per.xl. dies. i. in tẽpore quadragesime virtutibus impinguari: sed vere ad hoc multum operatur si primo per tres dies ieiunauerint ꝛ abstinuerint a peccatis. Isti aũt tres dies sunt cõtritio/ cõfessio ꝛ satisfactio. vñ Exodi.viij. Uiam tuam dierum ibimus: vt sacrifice-

4 mus deo nostro ĩ solitudine. ❡Porci mutuo se diligũt:
q2 si vnus clamat/oẽs alij occurrũt z succurrũt:si vnus
occiditur/oẽs alij dolẽt z grũniũt.Verũtamen si offera-
tur eis furfur vel stercus/statim obliuioni tradũt mortẽ
socij/et ad comedẽda stercora conuertũtur.Recte tales
sunt mũdi pctõres/socij z amici:q2 vere dum viuũt/inui
cem se diligunt z tuentur:et ad vni9 clamorem/petitio-
nem/iuuamen z auxilium alij multi veniunt z occurrũt
et succurrũt:q2 pctõres diligẽtes se diligunt. Luce.vj.
Nam si vnus diues habet aliqđ negotium/oẽs alij sunt
ex parte ei9:et maxime cõtra pauperes.Qñ etiam socij
vulnerauerit/statim veniēt mures ⁊ mingēt su‑
per eum/⁊ moꝛietur. Unde de quodā legitur ꝙ
ab ea vulneratus/ad mare se poꝛtari fecit: vt cū mures ad
mare venissent/ipsum ꝓpter mare attingere non valerent:
sed cū ad mare fugeret/ mures innumerabiles cū eo nauē
intrauerūt: et dū nauē roderēt/⁊ naute mergi timerēt/ ipm
militē ad terrā reduxerūt/quē mures pꝛotinus coꝛroserūt
et occiderunt: sicut ponitur in chꝛonica martiniana: et etiā
vincentius ponit li.xxvj.c.cxvij. vbi addit ꝙ in asiaticis re‑
gionibus si leopardus hominē moꝛdet/mures contra eum
congregant̄. Unde ponit vnū mirabile/ꝙ cū quidam tali‑
ter esset vulneratus/et ab infinitis muribus inuaderet̄/ab
amicis poꝛtatus est in mare: mures vero plusq̄ʒ mille ve‑
nientes ad littus/et coꝛtices maloꝛū granatoꝛū inuenien‑
tes/et eos in mari ponentes/in ipsis nauigare ceperūt/ ad
nauēq̄ʒ ⁊ ad hoīem venientes ꝑuenissent/nisi naute eos in
fluctibus submersissent. Nam (vt ait) si mures ꝑ nouē dies
arcētur ne homini leso noceant/nocere amplius nō atten‑
tant. Per vncias ⁊ leopardos intelligo mūdi pꝛincipes et
potentes: per mures vero intelligo balliuos et officiales et
alios inferioꝛes maliuolos et moꝛdaces : quia pꝛo certo si
contingat ꝙ aliquis potens momoꝛderit aliquem hoīem
.i.gesserit aliquod odium contra aliquem/ statim insurgēt
cōtra eū mures.i.ipsoꝛum potentū balliui/familiares ⁊ de‑
tractoꝛes/qui scilicet non cessant vꝛina fetentiū infamatio
num ipm accusare ⁊ fedare: et eum etiā rapinis et iniurijs

corrodere ⁊ mordere/ita ꝙ necesse habet fugere vel perire. Timendus est ergo morsus et indignatio malorū: quia ex hoc sequitur morsus ⁊ rapina/detractio et diffamatio malorum inferiorū/⁊ malorū relatorum ⁊ adulatorum. Istud etiam videmus in religione: quia si quis a prelato suo oditur/omnes alij contra eum ꝓuocātur. Istud etiā videmꝰ in illis qui fuerunt in officijs regū et magnatū: quia si magistri ipsorum mordeant/deponāt vel affligant eos/statim solēt omnes mures.i.omnes qui habēt aliquā potestatem rodendi/obloquendi/⁊ nocendi/eos inuadere/⁊ eos diffamare/et letaliter infestare: contra illud Naū.j. Non cōsurget duplex tribulatio.⁊ Esa.xlij. Calamū quassatū non cōteret. Uel dic ꝙ tales bestie significant Christū ⁊ angelos/qui statim ꝙ aliquē peccatorē per dānatiōis sententiā momorderint/presto sunt mures.i.demōes ad eum rodendū/et eternaliter affligendū: et sic duplicē habent tribulationem/scꝫ morsum Christi.i.exclusionem a regno: ⁊ morsum muriū.i.afflictionem in inferno. Uel dic ꝙ morsus ⁊ tentatio muriū.i.demonū non vitatur nisi nauis crucis Christi auxilietur/et mare penitētie subintret: vel nisi nouenarius .i.angelorum auxilium suffragetur.

Capitulum.cviij.de vrso.

1 Vrsus ẜm Isido.dicit ab vrgēdo/eo ꝙ illud qđ apprehendit/fortiter stringit. quandoqꝫ incedit erectus/et eius maxima est fortitudo in manibus/et in lumbis. ⁊ ẜm Aristo. Ursus comedit omnia indifferenter/et pugnat cū canibus ⁊ cū tauro: caput autem vrsi summe est debile. Talis est diabolus: quia vere quādo diabolus aliquē apprehendit ꝑ vitia et peccata/stringit eū fortiter atqꝫ ligat per malas cōsuetudines et cōplacentias peccatorū. Tyranni etiā illud quod rapuerūt/ita fortiter tenent/ꝙ restituere perpetuo nihil volunt. Canti.iij. Tenui eū/nec dimittā. Iste etiam incedit erectus per superbiā/et comedit oīa et sibi incorporat per rapinā et auaritiam. Nam ipse impugnat canes.i. fideles viros et ꝓlatos: tauros.i. simplices et ignaros. Manꝰ eīn ipsius contra omnes. Geñ.xvj. Et isti habent fortes manꝰ/et fortitudinē in lūbis: quia vere fortes sunt ad libidinē lūborum/et ad mala opera manuū: tamen in capite sunt debiles.i.in bonis spiritualibus/ et in fide vel oratione/ꝗ caput moꝝ sunt ⁊ principia. Istud patet de diuitibus/ꝗ sunt erecti per superbiā/et alios fortiter stringunt suis cōtractibus et cautelis/scꝫ tauros.i.agricolas et vicinos: canes.i. pauperes ⁊ famelicos. Uel pone de detractoribus/qui oīa

2 comedūt/⁊ pugnant cū tauro ⁊c̄. sicut supra. ¶ Ursa catulis impregnata parit ⁊ emittit eos informes/scilꝫ quādam massam carneā ẜm Isido. Unde ẜm Pli. lib.viij.c.xxxvj. nascūtur parui sicut mures/ sine ocłis/ ⁊ sine pilo/ vngues tamen prominent: sed postqꝫ nati sunt/mater eos lābendo format/⁊ cū lingua lineat ⁊ figurat: et ipsos in ventre ꝑfici non dimittit: ne forte ꝓpter gulositatē ab eis enecet: ⁊ ideo qꝛ.xxx.die parit/ precipitata fecunditas filios parturit imperfectos: vt dicit Isido.lib.xij. Charissimi/vrsa est religio vel prelatus: filij eius sunt subditi ⁊ affines carnales: venter eius est claustrū: partus vel emissio est promotio ad aliquā dignitatē/ bñficiū vel ꝓbēdā. Ursa igit.i.mollis ⁊ affectuosus ꝓlatꝰ parit ⁊ emittit ꝑ ꝓmotionē: ⁊ extra vētrē suū ponit.i.extra claustrū/ filios īformes/hoc ē dictu/suos carnales nepotulos/ inscios ⁊ īdignos/ꝗ recte sunt massa carnea ꝑ luxuriā ⁊ carnalitatē: sunt etiā sine ocłis sciētie ⁊ discretionis ꝑ ignorātiam ⁊ imbecillitatem: sunt sine pilis.i. sine virtutibus per bonoꝝ operum paucitatē. Eze.xvj. In die ortus tui non est precisus vmbilicus a te.i.carnalitas: eris ergo nuda/⁊ cōfusione plena. Ecce capilloꝝ nuditas. Nam qꝛ nimis cito isti pariūtur ⁊ promouētur/ita ꝙ in vētre.i.in claustro perfici non dimittūtur: ideo(vt dictum est) exeūt imperfecti. Nā quia sunt gulosi per auiditatem ambitionis: ideo timent prelati vngues sue discordie et dissensionis: et sic eos pariunt ante tempus. Non parturiui ⁊ nō peperi: ⁊ non enutriui iuuenes: nec ad incrementū perduxi virgines. Esa.xxiij. Uerūtamē qñ tales affectuose pepererunt ⁊ promouerūt / tūc nitūtur eos formare ⁊ perficere/scꝫ mittendo eos ad scholas/ et eos lambendo per affectiones: ⁊ sic quādoqꝫ accidit ꝙ eos q̄ꝫtū ad mores lineent et figurent: et sic est ordo prepostерus: quia primo deberēt perfici/⁊ postea promoueri. sed isti faciūt ecōuerso. Omne eīn animal non gulosum prīo format in ventre/post parit. Uel dic ꝙ ista mater est ecclesia/que omnes filios parit imperfectos/scꝫ q̄ꝫtum ad impꝑfectionē originalis peccati. Unde ab ortu et a natura homo est carnalis/cecus et ignarus/et a pilis ⁊ a virtutibus nudus: verūtamē mediante lingua.i. predicatoribus/isti fetus formantur/et per mores et scientias paulatim figurātur. Uel dic de religione contra ambitiosos/sicut supra de aīalibꝰ in generali. ¶ Ursus ⁊ vrsa 3 coeunt non more aliorū aīalium: sed more hominū/ scilꝫ cū amplexibus alternatis: et tunc alter ab altero separatur/⁊ separati dormiūt in speluncis/vbi masculus triginta diebus/et femina quatuor mensibus latitare perhibētur. Nā femina vsqꝫ ad filiorū informationē/ad masculum non accedit: et ei partus gratia tūc masculus parcere ab amplexibus consueuit. Unde etiam Solinus dicit ꝙ tunc secreti honore reuerent mares femīas: ꝓcreatos aūt informes filios mater lambit/et cum lingua ipsos perficere debet et formare: ẜm Pli.lib.viij.c.xxxvj. Recte talis debet esse regula inter cōiuges ⁊ actiuos: quia vere isti non debent cōiungi carnaliter more pecudū/scilicet ardenter ⁊ libidinose: sed more hominū.i.personarū rationabiliū/scilꝫ propter bonum prolis/vel propter aliā iustam causam. Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus. Exēplū de demonio asmodeo. Thobie.viij. Et isti tempore amoris debent se occultare/nō suū fomitem publice demonstrare: cōtra illos qui peccata sua sicut sodoma predicant. Esa.iij. Et contra illos qui de huiusmodi actibus gloriant. Et nota ad hoc exēplū de q̄dā vrso: sicut narrat Iacobꝰ de losanna/qui cū vidisset ꝙ quidam homo inuenerat ipsum cum vrsa in actu carnis/voluit eum occidere: quod fecisset/nisi homo fortiter se defendisset/et arborem ascendisset. Et tunc ad litteram debent alter ab alterius amplexibus abstinere/et in separatis cubiculis dormitare. Separemini abinuicē/ vt vacetis orationi.j.ad Corinth.vij. Nec debent alter ad alterum accedere/nisi forte tentatus timeat incurrere maius malum. Filios autem suos informes inscios et ignaros/debent cū diligentia figurare: et cum lingua.i.cum verbis benignis ipsos instruere et docere/et ipsos virtuosos ⁊ morosos facere et perfectos. Doce filium tuum/⁊ curua ceruicē eius dū infans est. Eccłi.xxx. Uel dic ꝙ vrsa est ecclesia vel religio/cum qua non debet coire vel coniūgi vrsus.i.prelatꝰ more pecudum.i.more virorum bestialium peccatorū/scilicet cū ardore vel libidine dominandi: sed more hominū.i.ratione vtentiū: vt scilicet omnia ordinate faciat ⁊ discrete. Fetus autē suos informes.i.subditos ignorantes/carnales et imperfectos debet cum lingua.i.cum verbis et predicationibus formare et perficere/scilicet quo ad gratias ⁊ virtutes dicens illud Esaie.l. Dedit mihi dñs linguam eruditam/vt sciam confortare eū qui lassus est verbo. Uel dic ꝙ vrsa que parit.xxx.die/et que pariendo se summe occultat/ita ꝙ Pliñ.lib.viij.c.xxxvj.dicit ꝙ nihil rarꝰ est q̄ꝫ videre vrsam parientem/significat viros iustos/qui bona opera die tricesimo (ꝗ ꝯstāt ex denario ter ducto).i.in fide trinitatis ⁊ obseruantia decalogi debent parere: ⁊ ad hoc debēt se occultare/et visus et laudem hominū fugere et vitare. Matth.vj. Attendite ne iustitiā vestram faciatis coram hominibus/vt videamini ab eis. Uel dic ꝙ nihil est rarꝰ q̄ꝫ ꝙ vrsa .i.peccator videatur parere bonū opus. ¶ Ursus mirabi- 4 liter delectatur in lambendo pedes suos/ sicut ad sensum patet. Istud etiam est ei pro cibo dum est in cauerna/vt dicit Pliñ. Charissimi/pedes qui sequuntur hominē/sunt filij et familiares: quia vere mūdi diuites lambendo ⁊ fouendo pedes huiusmodi.i.familiares et liberos delectantur. ¶ Ursus et vrsa in initio hyemis generant/et tempore 5 illo a cunctis aliorū aīalium visibus se abscondūt/et cubicula sua herbis et frondibus circūponunt: et ne imbrem ꝑcipiant/summe cauent: ⁊ tunc per quindecim dies somno taliter opprimūtur/ꝙ vix possunt etiam vulneribus excitari/et tunc mirabiliter impinguātur/ẜm Pliñ.ibidem. Sic pro certo sunt luxuriosi: quia vere in occulto volunt exercere actum illum: quia oculus adulteri obseruat caliginem/dicens: non me videbit oculus. Iob.xxiiij. Cubicula etiā

sua/domos scilicet ⁊ loca sua frondibus/herbis ⁊ floribus edificant et componunt: quia tales in talibus delectant. Prouer. xvij. Myrrha et aloe et cinnamomo aspersi cubile meum. Et sapien. ij. Non pretereat nos flos tēporis. Et ideo imbrē diuine gratie nō recipiūt: imo miro modo dormiunt et delectantur in vitijs et peccatis/ita ꝙ per vulnera tribulationū et correctionū quas eis deus ingerit et prelati/a somno isto nequeunt excitari: sed ibi per carnales delicias impinguātur. Dormi mecū soror mea. ij. Regū. xiij. Et hoc summe accidit in principio hyemis. i. in tempore

6 deuotionis et compassionis/quando calor diuine dilectionis in ipsis deficit ⁊ recedit. ❡ Ursi ꝺm Pliñ. ibidē/ in principio hyemis taliter per dies. xv. dormiunt / ꝙ vix possunt vulneribus excitari: et tunc miro modo pinguescūt: ⁊ tamē si tunc aperirentur/nihil inueniretur in ventre nisi aliquātulum de humore/et circa cor de sanguine pauce gutte: et tunc hebetantur oculi eorum/ ⁊ constringitur venter suus. Charissimi/ vrsus est homo: hyems est peccatum/vel indeuotio: somn⁹ peccati cōplacentia et delectatio: vulnus tribulatio vel correctio: sanguis memoria Christi passionis: humor gratia et deuotio. Quādo igit̄ venit tēpus hyemis . i. peccati et indeuotionis/tunc vere vrsi diuites et peccatores incipiunt dormire. i. delectari et quiescere in delectationibus ⁊ complacentijs peccatorū ⁊ voluptatum huius mundi/scz in luxuria et alijs/ita ꝙ a tali somno. i. a talibus delectationibus et peccatis nō possunt excitari vel extrahi aliquibus vulneribus. i. tribulationibus/prelatorū correctionibus/et predicatorū iaculis et sermonibus. Hiere. ij. Frustra percussi filios vros: disciplinam nō receperūt. Et Hiere. v. Domine percussisti eos/et non doluerunt. Et ratio tante obstinationis et somnolentie est: quia pro certo parum habent de humore/scilz gratie et deuotionis ⁊ clemētie et compassionis: et quasi nihil habent de sanguine. i. de memoria diuini sanguinis et compassionis: ⁊ ideo tūc impinguātur per luxurie voluptatē: tunc oculi intellectus sui hebetantur per ignorantie cecitatē: tunc constringitur venter suus. i. conscientia et voluntas per auaritie parcitatem vel obstinationem et propositum malum/et per non confitendi voluntatem. Unde Job. xx. Cum satiatus fuerit/arctabitur. vel dic ꝙ vrsus est homo iustus / qui in tempore hyemis. i. aduersitatis debet dormire/scilz per contemplationē/et a toli somno non excitari per vulnera. i. per aliquā tribulationem: sed ibi debet impinguari per deuotionem/ et venter eius. i. conscientia stringi/non aperiri per peccatorum exclusionem. Et hoc quia debet parum habere de sanguine vel humore. i. paucam vel nullam carnalem affectionem et delectationem. In pace in idipsum dormiam

7 et requiescā. Et Job. xj. Requiesces: ⁊ nō erit qui te exterreat: ⁊ habebis fiduciā/proposita tibi spe. ❡ Quādo vrsus in hyeme diu dormiuit/scz postq̄ filios genuit vel cōcepit/ ita ꝙ vēter ei⁹ strict⁹ est/et ocl'i hebetati/i vere exit de speluāca/et herbā aron laxatiuā sibi querit/vt vēter ei⁹ laxet̄/⁊ fauos apum comedit/⁊ ab ipis pūgi se ꝑmittit/vt sanguie defluēte/oculorū obscuritas illustretur: et tunc fructibus ⁊ alijs necessarijs viuit/et super filios volucris more cubat/ vt dicit Pliñ. ibidē. Sic vere charissimi homo qui in hyeme. i. in statu peccatorum dormiuit / scilz per malas cōplacentias et delectationes/et filios suos/scz vitia et peccata procreauit/ quādo venit tempus veris/ scilz in quadragesima/vel in tempore gratie/ipse debet surgere a somno peccati per sui status considerationem/⁊ a speluāca. i. ab amore mundi exire per delectabilium abominationē. Et quia venter conscientie sue est strictus in vitijs/et malis cōsuetudinibus induratus: ideo debet herbam laxatiuam/ scilz cōtritionem comedere ⁊ sibi incorporare: vt sic expellat vitia et peccata: et ideo debet appetere mella apum. i. verba doctorum et predicatorum / vt istarum apum punctionibus/correctionibus et argutionibus vulneretur/et sanguis. i. superflua carnalitas defluat per carnis macerationem: vel vt sanguis. i. peccatum exeat per confessionem: et sic clarificetur oculus intellect⁹ sui ꝑ scientiā et discretionem. Tunc etiam debet penitens super filios suos iacere . i. super mala preterita opera/per peccatorum iugem memoriam et recordationem: et fructib⁹/ scilicet gratie et deuotionis vel eterne glorie et consolationis enutriri per cōtemplationem ⁊ deuotionē. Ideo talibus dicitur Hiere. ij. Uide vias tuas in cōualli: scito quid feceris.

8 ❡ Ursus ꝺm Pliñ. ibidem/habet cerebrum venenosum: et ideo quando apprehēditur/caput cū scapulis comburitur/ne si quis inde comederet/in vrsinam rabiem ꝯuerteretur. Ursus est diabolus: cerebrum eius (quod est sedes fantasie et imaginationis) sicut heretici: scapule eius sunt hereticorū defensores/qui pro certo sunt venenosi propter heresim et errores: et ideo ne alij simplices istorum pereant fallacijs et venenis/ipsi quando deprehendūtur/merito comburūtur: quia melus est vt vnum membrum pereat / q̄ totum corpus mittatur in gehennam ignis. Matthei. v. Et bene dicitur ꝙ melius est ꝙ pereat vnus q̄ꝯ vnitas.

9 ❡ Ursus scd̄m Pli. ibidem/habet caput debile. Unde si ab aliquo vrgeatur precipitari/de facili propter debilitatem capitis enecatur. Unde etiam idem Pliñ. ait ꝙ precipitati manus capiti solent imponere: vt sic debile caput possint defendere. Sic vere multi sunt qui caput morum. i. fidem habent debilem: et ideo quando a diabolo precipitantur / scilz a statu gratie in peccatum: tūc occidūtur et moriuntur/scilicet per desperationem et errorem. Caput meum doleo. iiij. Regum. iiij. Nisi forte manus suas preponant/ ipsas ad deum per orationem eleuando/vel per bona opera occupando. Sic enim per manus fractionē capitis prohibent: et sic orationes ⁊ bone operationes anime statum saluant. ij. Regū. xiij. Impositisq̄ manib⁹ super caput/ ibat egrediens et clamans. Uel dic ꝙ quando quis precipitatur a statu prosperitatis/statim debet manus sursum ad deum per orationem et gratiarum actionem adhibere et extollere: et sic poterit a desperationis et doloris periculo liberari. Uel dic ꝙ quando aliquis ad infortunium et paupertatem precipitatur/est necessarium ꝙ manus apponat/⁊ manualiter laboret/vt caput vite manuteneat. Uel dic ꝙ caput est intentio/que quia debilis est multum: ideo precipitatur faciliter in peccatum.

10 ❡ Ursus scd̄m Pliñ. est fortissimus quando sol est in leone: et pugnat cum ceruis/tauris et canibus: et sepe eos vincit. Sic vere diabolus erit fortissimus ⁊ seuissimus quando sol. i. Christus erit in leone. i. in statu et rigore et crudelitate iudicij: quia tunc aduersus tauros. i. penitentes: ceruos. i. viros perfectos: canes. i. peccatores consurget/scilicet accusando eos / et impellendo: et contra eos per crudelitatem et superbiam erigetur. Daniel. xj. Nec quēq̄ deorum curabit/sed aduersus vniuersa consurget. Uel potest exponi de antichristo/ qui omnes infestabit/et canes. i. carnales deuorabit ad se attrahēdo. Istum. §. inueni aliter in Plinio/scilicet ꝙ vrsus habet caput debilissimum/ qd̄ leoni ē fortissimū. Et sic dic ꝙ vrsus est peccator/qui caput intentionis habet debile ⁊ inualidum. Leo autem. i. iustus ipsum habet constans et solidum. Prouer. xxx. Leo fortissimus bestiarum ad nulli⁹ pauebit occursum. Dimitte si vis aliū textum: quia timeo ꝙ falsus est.

11 ❡ Ursus pugnat ꝯtra tauros ⁊ ceruos/apros et canes/⁊ vadit contra eos erectus/et tenet cornua eorū: et eos in terram deijcit/et carnes eorum deuorat ⁊ mādu-cat: vt dicit Pliñ. et est sollers ad maleficia plus cunctis animalibus: sicut dicit. Et scd̄m Aristo. lib. viij. c. v. vrsus comedit omnia/fruct⁹ scilicet atq̄ carnes/et aluearia apū frangit: et non obstante ꝙ cum pungant et lacerent: mella tamen earum comedit/ deuorat ⁊ consumit/licet pungant os ipsius atq̄ linguam. Recte tales sunt officiales et balliui et mali principes et tyranni: quia vere isti pugnāt per lites et controuersias contra ceruos ⁊ apros qui siluas habitant. i. contra religiosos: item contra tauros / qui terram colunt. i. contra agricolas: ⁊ contra famelicos canes. i. cōtra cupidos vsurarios et auaros. Nam cōtra omnes istos pugnant/vt extorqueant munera siue dona: et ideo contra istos eriguntur per superbiam et crudelitatē: ⁊ cornua eorum. i. potentiam temporalem talium tenent et accipiūt: sicut patet: quia tales iudices prohibent vsum et expletū in redditibus et iurisditionibus religiosorum/clericorum/ et aliorum inferiorum/ vt aliquid extorqueant per rapinā: et hoc quia sunt sollertissimi ⁊ cautissimi ad maleficia per malitiam et falsitatem: et ideo sepe ipsos ad terram. i. ad

statum paupertatis deiiciunt/⁊ carnes ipsorum.i. tempo-
ralem substantiam per exactiones deuorant ⁊ consumunt.
Gladius meus deuorabit carnes. dixit Pharao. Exo.xv.
Quia recte isti sunt gladius diaboli Pharaonis. Apes
etiam.i.viros iustos et pauperes subditos infestant/et eo-
rum aluearia.i.domos et habitacula sepe frangunt / vt sic
mella ipsorum.i.diuitias temporales rapiant ⁊ deuastent
licet ab ipsis apibus pungantur.i.licet ab eis sue crudeli-
tati (inquātum est eis possibile) resistatur. Impius enim
preualet aduersus iustum. Abac. i. Uel expone omnia de
detractore / qui infestat detrahendo tauros.i.diuites: ca-
nes latrantes.i.peccatores:et ceruos cornutos.i.prelatos:
apros siluestres.i.mundi principes ⁊ tyrannos: apes mel-
lificantes.i.bonos et iustos viros:quia vere tales per infa-
miam et detractionem omnes alios impetunt ⁊ inuadūt:
et carnes.i.vitam eorum : mella.i.bona opera sua per de-
tractionem destruunt. Et licet lingua eorum.i.pessima sua
verba sepe pungantur/arguantur ⁊ reprehendatur ab api-
bus.i.a viris bonis et iustis : tamen ab huiusmodi detra-
ctionis officio non desistunt : quia licet sciant se diffama-
tos propter huiusmodi detractionem/nunq̃ tamen ex hoc
cessant:et ideo bene dicitur ꝙ ipse comedit omnia:q᷑ vere
de omnib⁹ et bonis et malis detrahunt et loquūtur. Ma-
nus eius contra omnes. Gene.xvi. Uel possunt omnia ex-
12 poni de diabolo. vide supra.§.i. ¶ Carnes vrsi dicūtur cre-
scere quando dormit. Unde scd̄m Plin̄. dicit theophrast⁹
ꝙ si tunc occideretur/carnes ipsius cocte et mortue cresce
rent : vbicunq̃ ponerentur: quod est mirabile / sicut dicit.
Ursus est Christus: carnes eius mystice sunt fideles : sed
pro certo quando Christus fuit occisus per passionem/et
dormiuit per sepulturam: tunc de cetero inceperūt cresce-
re carnes sue.i.fideles multiplicari : quia plures credide-
rūt post mortē q̃ ante. Figura Judic.xvi. de Sansone/qui
plures occidit moriens/q̃ viuēs. vbi dicit Glos. ꝙ Sanson
significat Christū/ qui moriendo aduersus plures preua-
luit q̃ viuendo. Et sicut scd̄m Aristo. Ursus quādo est in-
firmus comedit formicas et cancros / vt sanetur : sic vere
Christus quando infirmitates et languores nostros scili-
cet in passione portauit: tunc formicas ⁊ cancros.i. paupe-
res et retrogrados peccatores comedit/⁊ sibi per fidem in-
corporauit/et corpori suo mystico adiunxit: quia pauperes
13 elegit deus ⁊c̃. Jacobi.ii. ¶ Ursus est animal impatiens
et de omnibus qui tangunt eum/vult se vindicare: et ideo
si quis tangit eum/statim eum sequitur/vt inde sumat vin-
dictam: sed si alius superueniens eū tetigerit/dimittit pri-
mum/et sequitur secundū: ꝙ si tertius eum tetigerit/omis-
sis aliis post eum currit: ⁊ sic de aliis: vt dicit Aristoteles.
Recte tales sunt iracundi et impatientes : quia de omni-
bus volunt sumere vindictam/ noluntq̃ alicui indulgere:
contra illud: Dimittite / et dimittetur vobis. Luce sexto.
et Ecclesiastici.xxviii. Dimitte proximo tuo nocenti te.
Quisquis autem eos tetigerit.i. quisquis eis aliquam in-
iuriam fecerit vel irrogauerit / statim volunt de eo vindi-
care: contra illud. Mihi vindictam : et ego retribuam eis
dicit dominus. ad Roma.xii. Et ideo timeant illud Eccle
siasti.xxviii. Qui vindictam vult/ inueniet vindictā a do-
14 mino. ¶ Ursus quando a venatore capitur/peluis arden-
tis aspectu excecatur/ deinde verberibus edomat/cathe-
nis et vinculis colligatur/ ludere compellitur et docetur:
et ad truncum vel stipitem constringitur ⁊ arcetur: et cum
sit animal multum instabile / tota die circa eum circuit et
mouetur. Per vrsum villosum ⁊ pilosum intelligo diuites
huius mundi / qui diuitiarum pilis et velleribus sunt ve-
stiti. Per peluim ardentem intelligo diuitias mundi/ scilꝫ
vasa aurea / et huiusmodi / que effectiue ardentia possunt
dici: quia per ardorem auaritie faciunt homines inflam-
mari. Cathene sūt male delectatiōes ⁊ cōsuetudines/que
hominem vinciunt atq̃ ligant. stipes autem est sua posses-
sio et substantia temporalis. Quando ergo vrsus.i. diues
capitur a venatore diabolo per peccatum / tunc vere quā-
do aspicit peluim candentem.i. diuitias huius mundi/ ip̄e
per auaritiam excecatur: ⁊ tūc a magistro suo diabolo ver-
beribus.i. mundi laboribus: vinculis.i. malis complacen-
tiis et consuetudinibus constringitur: et ab eo saltare/ scilꝫ
de vno peccato in aliud compellitur / et ad truncum.i.ad
temporalem suam possessionem cathenis male affectio-
nis et complacentie constringitur/ et circa eum quotidie
circuit et mouetur/ scilicet ad ferias et mercata quotidie
diuertendo. Psal. In circuitu impii ambulant. Uel po-
ne quomodo iudices excecantur/et a visu recti iudicii im-
pediuntur/quādo pelues ardentes.i.cyphi argentei et do-
na alia presentantur. Munera enim excecant oculos iu-
dicum sapientū. Deutero.xvi. Uel pone ꝙ peluis est mala
mulier/in qua ardor luxurie oculos et mentem excecat in-
15 tuentis. ¶ Ursus licet sit animal ponderosum: tamen mi-
ro modo scit scandere vsq̃ ad arborū summitates/vbi spe-
rat mellis abundantiam inuenire. Nam quandoq̃ in ar-
boribus altis ⁊ concauis mellificant apes: quod odore de-
prehendens ascendit arborem : et cum vnguib⁹ aperturā
sibi facit/et fauos extrahit/quos manducat: et ad eum lo-
cum quando famescit/ex consuetudine redire sepius con-
sueuit: quod attendens venator circa pedem arboris su-
des et palos acutissimos vndiq̃ circunfigit : ante apertu-
ram vero malleum valde ponderosum cum rest[illegible] suspēdit.
Ueniens autem vrsus valde esuriens / et malleum ante
introitum inueniens/ipsum cum pede reiicit: sed malleus
rediens ip̄m ad aures tangit/quo indignatus fortius mal
leum repellit / qui impetuosius rediens eum ferit / et tan-
diu contra malleum fit contentio q̃diu caput quod ha-
bet debile/ex frequenti ictu deficit / et cadens super palos
inferius propria stultitia se occidit. Istum modum venan-
di vrsos tradit theophrastus / et idem a venatoribus ger-
manicis intellexit. Ursus est diues/vel clericus/vel mun-
danus: arbor est mundus: mel quod ibidē reperitur/ signi-
ficat mundi delicias et diuitias ⁊ honores: malleus signi-
ficat huius mundi tribulationes: pali acuti sunt tormenta
inferni: restis que tenet malleum / est iustitia et providen-
tia occulta et equitas diuina. venator est deus. Quia igi-
tur vrsi.i. ambitiosi vident ꝙ in arboribus.i. in dignitati-
bus tam ecclesiasticis q̃ mundanis est mel diuitiarum et
deliciarum temporalium pro apibus.i.pro mundi paupe-
ribus congregatum : ideo totis affectibus illuc scandunt
quia scilꝫ procurant ꝙ promoueantur ad officia dignitatū:
et sic fit ꝙ mella pauperum deuorent ⁊ consumant/scilicet
in suis pompis et expensis excessiuis: sicut ad litteram pa
tet de malis ecclesiasticis ⁊ pomposis. Prouerbiorū.xxiiii.
Comede fili mel: quia bonum est. Quia igitur deus videt
ꝙ vrsi.i. mundi diuites et auari mirabiliter et immodera-
te diligunt mella mundane prosperitatis/et ꝙ propter ip̄a
in huius mūdi arbore nō cessant apes.i.vicinos et paupe-
res molestare/ apposuit ibi malleū tpaliū tribulationū/ vt
sic scilꝫ ab huiusmodi deliciis indebitis homines retrahā-
tur/ vtpote quia facit eos infirmari vel tribulari: et tūc ces-
sant aliquantulum/et ad deum per penitentiam se cōuer-
tunt/⁊ sic malleum tribulationum a se reiiciunt ⁊ elongāt/
inquātum diuina bonitas sibi parcit. Sed quia statim ad
mel iterato.i.ad mundi delicias et diuitias se conuertunt/
scilicet quando sanantur/et quādo tribulatio recedit: ideo
redit malleus diuine iustitie / et eos per tribulationem et
infirmitatem durius percutit atq̃ ferit : ita ꝙ iterum pro-
mittunt emendare/et penitēt sicut prius: ⁊ ideo sepe acci-
dit ꝙ iterum liberētur/et sic frequenter dei pietas eis par-
cit. Sed quia semper reiterāt vias malas/ nec propter dei
percussionem cessant a mundi delectabilibus et a vitiis ⁊
a peccatis: ideo vltimo percutit grauius: quia scilicet dat
eis mortem: ⁊ sic cadūt super palos acutos.i.inferius in in-
ferno super acutiem tormentorum/vbi perpetuo vulnerā-
tur/moriuntur et occiduntur. Et ideo talibus dicitur Iere
re.ii. Frustra percussi filios vros : disciplinam non recepe-
runt. Et.ii. Pe.iii. Patienter enim expectat deus / nolens
16 aliquem perire. ¶ Ursus scd̄m Solinum/si mādragoram
comederit/moritur: verūtamen si formicas postea come-
dat/liberatur. Mandragora que facit dormire/significat
mundi prosperitatem/ que soporat hominem in peccatis
Ursus autem significat peccatorem/vel hominem imper-
fectum / cuius caput.i. ratio valde debilis est et infirma.
Formice autem significāt viros iustos/⁊ bonos ⁊ diligen-
tes actiuos. Prouerbior.vi. Uade ad formicā o piger ⁊c̃.

Dico ergo ꝙ mandragora herba.i.bona prosperitas vꝛ-
sis.i.imperfectis hoibus ⁊ discretione carẽtibus est le-
talis:qꝛ scꝫ cum ipsa vti nesciãt/solet ipsis multoꝝ crimi
num esse causa. Prouerb.j. Prosperitas stultoꝝ perdet
eos. Uerũtamen si comedunt.i.si sibi incorporãt formi-
cas.i.viros iustos ⁊ bonos actiuos/ipsos scꝫ imitando/
et circa vitam actiuam cum diligẽtia laborãdo:tũc reci-
piũt medicinam:et tũc mũdi ꝓsperitas nũq̃ꝫ nocet. Igi-
tur iuxta illud predictum:Uade ad formicam o piger:
et considera vias eius:et disce sapiẽtiam. Uel si vis per
formicam intellige virtutem diligẽtie/vel prudẽtie/vel
7 vitam actiuam ⁊c̃. ¶ Ursus caput habet debilissimum
ſm Pliñ.vbi supra:et ideo si in capite percutitur/facili
ter superatur. Unde audiui modum venãdi vrsos satis
notabilem in partibus Aruernoꝝ. Ibat eñ puer cum
paruula claua ⁊ sacculo cinere pleno ad locum vbi scie-
bat vrsum latere: quem vidẽs vrsus statim veniebat vt
luderet cum eodem: valde eñ appetit ludere/potissime
cum pueris:igitur cũ ludendo puerũ amplexatur/proij-
cit puer cinerem in oculos eius/ad ipm interficiẽdum si
ne mora. Ursus est diabolus vel peccatum:cuiꝰ procul
dubio caput.i.ingressus/scꝫ suggestio ⁊ cogitatio quam
immittit/debilis est:et ideo si ibidem percutitur.i.si pec
cato vel diabolo in principio obuietur/faciliter superaꝝ.
Igitur si iste credẽs te puerum.i.simplicem ⁊ ignarum/
nitatur tecum ludere/tibiq̃ꝫ applaudere/et te decipere:
statim percute eum in capite/suggestioni primarie forti
ter resistendo. Exẽplo illius ancille que cum fragmento
mole percussit Abimelech in capite/⁊ occidit ⁊c̃. Judi.
ix. Expone. Obijce ei cinerem penitẽtie vel memoriam
mortis tue:et sic ipm poteris superare. Figura de puero
Dauid/qui dicit de seipõ.j.Reg.xvij. Nam leonem ⁊ vꝛ
sum interfeci ego seruus tuus.

Capitulum.cix.de Ursa.

1 Ursa est bestia seuissima/et maxime quãdo ca
tuli rapiũtur. Nam catulos miro modo dili-
git/nutrit diligẽtius atq̃ꝫ lambit:et cõtra pse
quẽtes pro viribꝰ se exponit. Sic ecclesia vel
prelatus debet subditos diligere: et eos do-
ctis verbis ⁊ exẽplis enutrire:et contra mũdi tyrannos
et eoꝝ persecutores totis viribꝰ cõtraire. Uel vrsa est di
ues:qui filios suos.i.diuitias quas genuit acquirendo/
multum diligit ⁊ custodit/ipsasq̃ꝫ nutrit multiplicando:
et ideo quãdo ei rapiũtur/furãtur vel extorquẽtur/quasi
rabidꝰ efficitur per tristitiam ⁊ furorem:qꝛ teste Grego.
sine dolore non perditur/qꝺ cum tãto amoris desiderio
possidetur. Et sicut patet/pro huiusmodi filijs pugnãt
2 et litigãt ⁊ debellant. ¶ Ursa amoris tẽpore se occultat/
et ibi cũ masculo videri ab alijs amoris tempore erube-
scit:ibiq̃ꝫ fetus perficit atq̃ꝫ nutrit:ſm Pliñ.lib.viij. Sic
vere anima quando cum masculo xp̃o coniũgitur per fi-
dem ⁊ dilectionem/si ab ipo vult concipere per gratiam
et deuotionem/et parere per bonam operationem: ipsa
se debet occultare per humilitatem/et nulli preterq̃ꝫ isti
viro suo xp̃o se ostendere per vanitatem. vñ Matth.vj.
Intra in cubiculum tuum: et claude ostia tua super te.
3 vide alias supra de Urso. ¶ Scd̃m Pliñ.lib.xj.ca.lxxiij.
vrsus ⁊ vrsa non bibũt sicut alia animalia que habẽt ser
ratos dẽtes/scꝫ lambẽdo:nec sorbẽt sicut habẽtia conti-
nuos:sed aquam mordendo vorãt. Tales recte sunt de-
tractores:qui aquam sacre scripture/predicationis ⁊ do
ctrine non bibũt/scꝫ recipiendo vel sibi incorporãdo:sed
vere illam mordẽt ⁊ deuorãt/de predicatoribus ⁊ eorum
sermonibus detrahẽdo. Expone si vis aliter sicut supra
de animalibus in gñali:et dic ꝙ aque sunt diuitie/quas
auari ⁊ tyrãni mordendo ⁊ rapiẽdo rapiũt ⁊ acquirunt.
Isti enim sunt sicut cerastes: qui mordet vngulas equi
vt cadat ascensor eiꝰ retro. Geñ.xlix.

Capitulum.cx.de Uulpe.

1 Uulpes dicitur quasi volipes:est eñ volubilis
pedibus: et nunq̃ꝫ rectis itineribꝰ/sed tortuo
sis anfractibus incessiua:semper etiam clau-
dicat ꝓpter dextrorum crurum breuitatem.
Nam eius crura dextra sunt alijs breuiora:
pellem habet mirabiliter villosam:et caudam:quam in
ore canum ab eis arctata proijcit: qui inueniẽtes pilos
reputãtes se delusos/sibi spatium tribuũt fugiendi. Lo-
ca subterranea habitat:et bestias domesticas plus infe
stat/q̃ꝫ siluestres. Est autem amica corui: et ideo coruus
pugnat pro ea contra taxum: ſm Isido.libro.xij. Recte
charissimi tales sunt vsurarij/et viri fraudulenti/mali-
tiosi ⁊ auari:quia in suis contractibus ⁊ actibus non re-
cte/sed tortuose/fallaciter scilꝫ et cautelose incedere di-
noscuntur. Dexter enim pes.i.intentio semper claudi-
cat:semper enim claudicãt per falsitatem:quia loquẽdo
et operando semper vnum ostendunt/et aliud intendũt.
Exẽplifica de pauperibus/quomodo ab eis decipiũtur
per falsas promissiones. Ideo illis dicitur illud.iij.Re-
gum.xviij. Usq̃ꝫquo claudicatis in duas partes? Pellis
autem istorum.i.substantia temporalis est multum villo
sa.i.pilis ⁊ villis diuitiarum vndiq̃ꝫ circũsepta/et maxi-
me cauda.i.finis vite sue:et ideo quãdo a canibus.i.mũ
di principibus persequuntur/replent os eorum pilis.i.
muneribus atq̃ꝫ donis/que prauis iudicibus offerunt:
quibꝰ inuẽtis statim eos deserũt ⁊ dimittũt:qꝛ Munera
excecãt oculos sapiẽtũ: et mutãt ꝟba iustoꝝ. Deut.xvj.
sed talibꝰ muneꝝ acceptoribꝰ per ꝓphetã dñs cõminaꝝ
dicẽs:Ue q̃ iustificatis impiũ pro muneribus. Esaie.v.
Isti loca subterranea inhabitant:qꝛ ꝟe in terra.i.in amo
re terrenoꝝ totaliter se inuoluũt/et bestias domesticas/
scꝫ pauperes ⁊ agricolas plusq̃ꝫ siluestres.i.plusq̃ꝫ alios
raptores odiunt ⁊ infestant:quia viri impij oderunt sim
plicem. Prouer.xxix. Coruus aũt.i.mundi clamosi/cau-
sidici et aduocati talium sunt amici/scꝫ ꝓpter dona que
percipiunt ab eisdem:et pro istis pugnãt cõtra taxum.i.
contra pauperes: et ideo eorum auxilio preualent con-
tra omnes. Impius preualet aduersus iustum. Abac.j.
Exemplifica bene quomodo tales aduocati et iudi-
ces fouent tales. Uel per vulpem intelligo aduocatos:
et dic sicut supra. Per coruum autem intelligo mundi
principes/et prelatos ⁊c̃. Uel ista vulpes est diabolus/
qui tortuose incedit per diuersas circũstantias tentãdo:
et ideo dicitur coluber tortuosus. Job.xxvj. Et iste lo-
ca subterranea inhabitat.i.corda auarorum/que semper
sunt sub terra per terrenorum amorem: et plus infestat
in mundo isto per tribulationes domestica animalia.i.
bonos/q̃ꝫ siluestria.i.peccatores. ¶ Naturale est odium 2
inter vulpem ⁊ taxum: sicut supra patuit de taxo. Et si
vis per istos intellige malos/quorum alter alteri inui-
det/et locum eiꝰ occupat:sicut patet/et cetera vide ibi.
quia Inter superbos semper iurgia sunt. Prouerb.xiij.
¶ Item secũdum Isidorum ibidem/vulpes est animal 3
fraudulentum/semper tortuose incedẽs/et semper clau
dicans pede dextro: quia crus dextrum habet breuius
q̃ꝫ sinistrum. Et ista aliquando mortuam se fingit:⁊ ideo
dum auicule descendũt ad eam sicut ad cadauer/ipsas
statim deuorat atq̃ꝫ rapit. Uulpes est hypocrita: pes
dexter est interior intentio: sinister exterior ficta perfe-
ctio. Isti igitur tortuose.i.cautelose ⁊ malitiose in actibꝰ
suis semper incedunt:quia nunq̃ꝫ aut raro recte vadunt
scꝫ per veritatem. Ambulauitq̃ꝫ non recte.ij. Paralipo-
menon.xxj. Pes enim eorum dexter.i.intentio semper
claudicat:quia scilicet quicquid dicant vel quicquid fa
ciant exterius: tamen aliud intendunt vel excogitant
interius: et ideo cum tales sint fraudulenti/cautelosi et
malitiosi/fingunt se mortuos.i.per penitentiam mortifi
catos: et sic auicule.i.alij homines simplices qui sunt
in ecclesia vel in religione/istos frequentant ⁊ honorant:
et ipsos quãdoq̃ꝫ ad statum prelationis promouẽt ⁊ exal
tant: quod cum factum fuerit/pro certo illos deuorant
et molestãt:et sic se viuos manifestant. Ideo fabulose dr̃
ꝙ rustici qui in quadriga pullos portabãt/inuenientes
vulpem quam mortuam esse credebant/proiecerũt eam
cum pullis in quadriga: que statim incepit pullos de-
uorare. Sic vere multi hypocrite fingũt se mortuos.i.hu
miles ⁊ deuotos/vt in quadriga prelationis ponantur/
quo facto/statim pullis.i.subditis incipiunt esse intole-
rabiles ⁊ peruersi:qꝺ vtiq̃ꝫ patet de religiosis ad prela-

tionem sublimatis. Nã vt dr Eccli.xix. Est qui nequiter se humiliat: et interiora eius plena sunt dolo. Uel dic ꝙ auicule significãt iuuẽculas mulieres/que dũ ad falsos religiosos accedũt/scz pro cõfessione vel alio remedio salutari/statim eas rapere nituntur per verba ⁊ suggestiones/⁊ eas occidunt per malos cõsensus ⁊ operationes. Ideo bene dr. Attendite a falsis prophetis. Mat.vij. et Eze.xiij. Prophete tui sicut vulpes in deserto erant.

4 ¶ Uulpes est animal gulosum: ⁊ ideo filios generat cecos. et nota rationẽ quare omne animal gulosum generat filios imperfectos: sicut supra de animalibꝰ in generali/⁊ expone sicut ibi.

5 ¶ Uulpes ꝺm Isidorum/est aĩal fetidũ ⁊ corruptũ: ⁊ ideo loca que habitat/reddit sterilia et corrupta: guttur ⁊ ventrẽ habet albũ ⁊ delicatũ: caudam autẽ ⁊ tergũ habet ruffum: anhelitũ habet fetidũ/⁊ morsum aliquãtulũ venenosum/vt dicit Pli. Tales etiã sunt detractores ⁊ luxuriosi/⁊ hypocrite et heretici/qui ꝗuis sint ruffi in dorso.i.in exteriori apparẽtia/⁊ burelli scz ꝗtum ad habitus asperitatẽ: sunt tñ delicati ⁊ molles in gutture ꝗtum ad gastrimargiã ⁊ voluptatẽ: in vẽtre ꝗtum ad luxuriã: ⁊ qꝛ sunt corrupti ⁊ fetidi per vitia et peccata: ideo alios per mala verba sua et exẽpla inficiũt ⁊ corrumpũt: et hoc quia anhelitus suus.i.verbũ et mala suggestio fetet/ꝗtum scz ad infamiã aliorꝝ que ab ore suo egreditur: ⁊ morsus.i.mala detractio alijs similiter est venenum. ps. Corrupti sunt ⁊ abominabiles facti sunt ⁊c. Ideo.j.ad Corin.v. Modicũ fermẽtum totam massam corrũpit. Ubi dicit Chryso. Fermentũ in pasta est hereticus in ecclesia. Uel potest dici de diabolo/cuiꝰ morsus.i.tentatio/⁊ anhelitus.i.suggestio alijs sunt venena. Nã qꝛ corruptus est per malitiã ⁊ peccatum: ideo alios per quos trãsit/inficit ⁊ corrũpit similiter per peccatum/et ipsos facit steriles/et a fructu bonorꝝ operꝝ vacuos ⁊ inanes ⁊c.

6 ¶ Uulpes quãdo a canibꝰ persequit̃ et arctat̃: mingit in cauda sua villosa: et vrinã fetẽtem cõtra canes proijcit: qꝺ abhorrẽs multitudo canum/ab ea aliquãtulum se elongat: et fugiendi spatium sibi prestat: ꝺm Pliñ. Sic vere quãdo canes.i.prelati ⁊ predicatores ꝓsequũtur vulpes.i.mũdi pctõres: scz puniẽdo ⁊ corrigẽdo ⁊ arguẽdo/et cõtra eos predicãdo: tũc pro certo contra eos proijciũt vrinam suam/scz mala ṽba ⁊ detractoria/fetida ⁊ diffamatoria: et sic aliquãdo canis.i.predicator vel prelatus timẽs fetorem vrine sue.i.infamiam verborꝝ suorꝝ: dimittit eos/scz incorrectos et ĩpunitos. Nulli eñ dubium quin mali sepe suos infamẽt correctores: qꝛ non amat pestilens eũ qui se corripit. Prouer.xv. Uel per vrinam intellige dona ⁊ munera/que ꝓiecta in oculis canum.i.iudicum: faciũt eos cessare/ne vulpes.i.vsurarios ⁊ diuites ꝓsequãtur. Munera eñ excecãt oculos sapiẽtum. Deut.xvj.

7 ¶ Licet vulpes sit in pluribꝰ inutilis: in multis tñ vtilis reperit̃: ꝺm exercitium medicine: qꝛ adeps ipsiꝰ et medulla valent contra ꝓfluuium capillorꝝ: sanguis eiꝰ est diereticus: et ideo valet ad frangendum lapidem in vesica. Lingua eiꝰ in anulo vel armilla portata facit ꝙ qui portat eam: non patiatur caliginem oculorꝝ/ꝺm qꝺ dicũt magi: vt dicit Pliñ.lib.xxviij.ca.x. vbi ponit de vulpe alias magorum plures opiniones/quas hic inserere non curaui. Expone sicut vis. Et ad hoc põt allegari: qꝛ non est dare aliquẽ tam peruersum/quin in pluribus sit vtilis atqꝫ bonus.

8 ¶ Uulpes (sicut dicit Pliñ.lib.viij.ca.xxviij. vbi agit de prenosticis animalium) cautissimum est animal ad pericula precauenda. vnde si super glaciem sit transitura: solet aurem ad glaciem applicare: et vtrũ audiri possit tumultus aque subterlabẽtis/attendere: et sic de glaciei fortitudine iudicare. si igitur glacies fortis est/transit: si vero debilis/retrocedit. Glacies significat mũdi status ⁊ prosperitatem vite: que ꝓ certo facile frãgitur. Igitur si sis glaciei te cõmissurus: et alicui statui/officio vel prosperitati te crediturus: vtpote qꝛ ad dignitatem vel officium vocaris: adhibe aurem/et audi quomodo tumultꝰ aque sacre scripture clamat tibi istam esse debilem atqꝫ vanam: igitur ab ingrediẽdo caueas/ne forte fracta glacie mũdane prosperitatis/succũbas: illi ergo glaciei.i.illi statui te cõmitte/de quo potes perpendere ⁊ sentire ꝙ te poterit sustinere: et ꝙ desuper poteris tute ⁊ stabiliter viã huius vite trãsire/scz statui religiõis vel paupertatis/vel etiã affectui celestis glorie ⁊ eterne refectionis/necnon fiducie dei/et auxilio sue ꝓtectionis. Ista enim sunt fundamẽta solida ⁊ non ficta. Idem possumus dicere de amicis familiaribus ⁊ coniũctis: quia scz anteqꝫ nos eis cõmittamus/debemus attendere si sunt solidi et fideles. Eccli.vj. Si est tibi amicus in tentatione/posside eum: et non facile credas teipsum ei.

Capitulum.cxj.de Uerme.

1 Uermis dicitur a vertendo vel a vereo scz ꝙ hincinde ambulando se vertat/et ꝙ in vere exeat de latebris ⁊ de antris. Et generat̃ vermis aliquãdo ex sola humorꝝ corruptione: aliquãdo ex sexuum commixtione: aliquãdo ex ouatione: vt patet i serpẽtibus/scorpionibꝰ et tortucis: vt dicit Isido.lib.xij. Talis est peccator: qui in vere prosperitatis exit/insolescit et discurrit/et vndiqꝫ se vertit per vitia ⁊ peccata: et efficit̃ homo talis vermis aliquãdo ex humorꝝ corruptione.i.ex proprijs corruptis malis affectionibus ⁊ carnalitatibus: aliquãdo ex sexuum cõmixtione.i.ex aliorꝝ mala societate: aliquãdo ex aliorum ouatione.i.ex malis ouis.i.exẽplis ⁊ operibus aliorum: iuxta illud Esaie.lix. Quod cõfotum est/erũpet in regulum.

2 ¶ Diuersa sunt genera vermium: qꝛ quidam in herbis/vt eruce: quidam in arboribꝰ/vt teredines: quidam in carnibus/vt mandones: quidam in vestibus/vt tinee: quidam in animalibus/scz in visceribus/vt lũbrici: alij in manibus/vt chirones: alij in capitibus/vt pediculi/pulices seu lẽdes: quidam in fructibꝰ/vt gurguliones: quidam in arboribus/vt cantharides: qui scilꝫ sunt vermes virides ⁊ aurei/in fraxinis nascentes: q̇ ita corrosiue sunt nature/ꝙ statim sunt pustulas generãtes/et corrodendo cauteria faciẽtes: qui oẽs ex corruptis humoribus in animalium corporibus interius vel exterius generantur. Sic vere ꝺm diuersitatem hoĩm producitur diuersa quãtitas seu qualitas peccatorꝝ: qꝛ in herbis.i.in pauperibus ⁊ depressis generat̃ eruca corrodẽs.i.impatiẽtia. In arboribus.i.in altis ⁊ eleuatis prelatis ⁊ principibꝰ gñat̃ teredo deterẽs.i.superbia. In carnibus.i.in carnalibus ⁊ deliciosis producitur mando ipsas carnes attenuans/hoc est luxuria. In vestibus.i.in religiosis et clericis generatur tinea consumens/hoc est inuidia. In animalibus.i.in personis bestialibꝰ generãtur in ventre lumbrici gule ⁊ voluptatis/hoc est gastrimargia. In capite.i.in intentione generãtur pediculi peruersitatis et falsitatis. In manibus.i.in operibus generatur chiro hypocrisis ⁊ vanitatis. Uel in capite.i.in prelatis generãtur pediculi ire ⁊ superbie. In manibus.i.in militibus chiro vane glorie: qui facit eos prurire. In ventre.i.in alijs subditis lumbrici inuidie: qui habẽt eos interiꝰ torquere.ij. Machab.ix. Apprehendit eum dolor viscerum. Circa etiam altas arbores.i.hoĩes superbos/scilꝫ circa prelatos ⁊ principes generãtur cantharides.i.balliui corrosiui/et alios cauterizantes per pũcturam rapine ⁊ seuitie: vel etiam circa eos fiũt corrosiones ire ⁊ discordie. Uel etiam dic ꝙ sunt vt cõmuniter detractores et inuidi corrosores.

3 Et gñaliter oĩa talia generãtur de prauis ⁊ corruptis humoribus.i.affectionibꝰ superfluis atqꝫ vanis. Ideo de talibꝰ dr Actuũ.xij. Cõsũptus a vermibꝰ expirauit. ¶ Sũt alij dicti terelõgi: q̇ vocãtur vermes terre/scz atheni/molles ⁊ lubrici/q̊s venãtur talpe/et q̇bꝰ pisces capiũtur qñ eis inescãtur. et ꝺm Cõstã. tales sunt vtiles medicine. Uermes isti terrene sunt diuitie: que sicut ṽmes cor per sollicitudinem corrodũt: que recte sunt quasi inescatio demonum pro piscibꝰ.i.pro hominibꝰ capiẽdis: que tñ bene vtẽtibꝰ possunt esse remedium ⁊ iuuamen. vñ Eccli.xiij. Bona est substantia cui non est peccatum.

4 ¶ Sũt quidam ṽmes anulosi corporis: in quibꝰ non sunt ossa vel cartilagines/spine vel sanguis: et oẽs tales ꝺm Aristo. in oleo moriũtur/et in aceto reuiuiscũt: et sunt aliqui qui generãtur ⁊ generãt: alij qui generãtur ⁊ non generãt/vt Salamãdra: et tales ca

rent sexu. Et sic p3 ꝙ diuersimode nature vermiũ generãtur. Sic vere inter hoies sunt quidã anulosi ⁊ rotũdi/ scʒ mobiles/instabiles ⁊ insolẽtes: qui carẽt ossib⁹ fortitudinis ⁊ perfectionis: spinis.i.conscientie remorsibus/ et cartilagine flexibilis obediẽtie ⁊ subiectionis/et sanguine pietatis ⁊ cõpassionis/vel memoria diuine passionis: et ideo tales qñ sunt in oleo deliciaꝝ/faciliter ꝑ peccatum/et maxime per luxuriam moriũtur: et tũc necesse est ꝙ per acetũ.i.per acrem penitẽtiam reuiuiscãt. Quidam etiã generãtur per predicationem/et generãt ꝑ boni operis ꝓductionem/scʒ boni actiui ⁊ penitẽtes. Alij tamen licet generẽtur per cõuersionem ad penitẽtiam/non tamen generãt per bonoꝝ operum fecũditatem: et hoc maxime salamandre.i.cupidi/in igne auaritie viuentes et cõuersantes: qꝛ vere tales cupidi ⁊ auari parũ de bonis operib⁹ generant ⁊ producũt. Ignis eñ consumpsit 5 speciosa deserti: sicut dr Johel.j. ¶ Sũt multe species vermiũ alioꝝ / scʒ musce sanguinem et dulcia diligẽtes/ in estate apparẽtes/et in hyeme moriẽtes/lucem amantes/et tenebras fugiẽtes/et caput ⁊ alas suas cũ pedib⁹ diligẽtissime pectinãtes. Sic vere sunt male mulieres: que dulcedinem deliciaꝝ diligũt/et in estate ꝓsperitatꝭ homini apparẽt: si ꝯo hyẽs.i.status aduersitatis ⁊ paupertatis ingruerit/tũc recedũt: lucem.i.apparẽtiã et publicum amãt: et ibi apparere ⁊ se ostẽdere semper volũt: et ad se pectinãdum ⁊ ornãdum vacãt cõtinue ⁊ intẽdũt. Que etiã oĩa de nostris iuuenib⁹ domicellis possum⁹ dicere: qui in publico semper querũt se ostẽdere: et se pectinare ⁊ depingere/et in tenebris ⁊ abscõdito nõ manere. Qꝺ etiã dic de hypocritis: qui in publico videri volunt: delicias amãt: et conuersationem suã depingũt: et more muscarum alios per detractionem molestãt ⁊ pungunt. Matth.xxiij. Oĩa opera sua faciũt vt videãtur ab hoib⁹.

6 ¶ Alij sunt vermes dicti multipedes/paruuli/in locis humidis habitãtes: q̄ tñ extensi multos pedes hr̃e noscũtur: qui quãdo volũt ita cõplicãtur/ꝙ vnum granum pise in rotũditate videntur. Tales sunt hypocrite: qꝛ vere cũ pedes affectionum habeãt plurimos ⁊ immensos: ita tñ sciũt se ꝑ hypocrisim cõplicare/ꝙ nullos pedes.i. nullas affectiones videntur habere/nec aliquid terrenũ 7 diligere vel amare. ¶ Aliqui sunt vermes qui scarabei dicũtur: qui corio nigro vestiti: et qñqʒ cornuti ⁊ alati vocãtur. hi circa stercora conuersantes/solent stercoꝝ pilas cum pedib⁹ voluere/volãdo mugitum facere: regem vt apes non solẽt habere: ꝓpter qꝺ solent multis periculis subiacere: ꝭm Pliñ. Istis negatus est aculeus sicut ait: et quando aliquis non potest stercora voluere/ ipse retrocedẽs post se trahit. Applica ista cõtra diuites et auaros: qui scʒ per malam cõuersationem sunt nigri/ per superbiã alati/et per proteruiam sunt cornuti/per iactantiam sunt cubantes/et per auaritiã sunt stercora.i. mundi diuitias amplexãtes/ipsasqʒ secum ⁊ post se trahentes/et in cumulis aggregãtes/et rege.i.rationis re8 gimine sunt carentes. Threñ.iiij. Qui vescebãtur voluptuose/amplexati sunt stercora. ¶ Alij sunt vermes qui spoliatores dicuntur/parui admodum/qui cõtra serpentes preualere noscũtur/quapropter nomen istud sortiũtur. Uidens enim spoliator serpentẽ dormire/solet quasi eum scalpendo/per spinam vsqʒ ad caput ascẽdere: ⁊ ibi mordẽdo eum inuadere/et vsqʒ ad interiora cerebri perforare. Serpens autem ipsum desuper sedentem nõ potest expellere: et ideo necesse est ipm̃ succũbere et perire. Per serpentes intellige iniquos vsurarios/aduocatos/ et malitiosos: per spoliatores autem intellige alios iuniores subtiliores/et maliuolos: qꝛ scilicet sepe fit ꝙ cõtra tales serpentes et diuites malos qñ ad senectutem veniunt/alij iuniores causidici vel balliui q̄zq̄ʒ sint iuuenes et pauperes/insurgunt/qui ipsos litibus et exactionibus impetunt/et eos et eorum statum excerebrant et subuertunt. Uel dic de diabolo/qui quasi scalpẽdo ⁊ delectando serpentem.i.hominem inuadit/et cerebrum.i. rationem ei tollit/ipsumqʒ per peccatum confundit. Uel dic etiam de adulatoribus/qui scalpendo homini se adiungunt/et postea ipsum ad peccata trahentes/et cerebro.i.debita discretione priuãtes/morti eterne submittunt. Esa.ix. Erunt qui beatificant/seducẽtes: ⁊ qui beatificantur/precipitati. Uel dic ꝙ iste est Christus: q̄ per humanitatem vermis.i.mortalis effectus/de serpẽte.i. de diabolo triumphauit. Uel dic de ambitioso/qui adulando ingreditur/et cum se videt non posse deponi/non solum cõtra ipsum sustentatorem/sed cõtra prelatos insurgit.

9 ¶ Alius est vermis qui dicitur typula: qui ꝭm librum de natura rerũ/quadrupes est/et in terris ⁊ aquis habitat/in quo illud est mirabile: quia sup aquas sicco vestigio graditur: si etiam sub aqua detinetur inuitus/ non propter hoc suffocatur. Si vis applica ista ad Christum/qui sup aquas siccis pedibus ambulauit/⁊ in terra personaliter habitauit. Baruch.iij. Postea in terris visus est. Uel dic ꝙ talis est vir perfectus/qui scilicet super aquas diuitiarum sicco vestigio ambulat/ipsas cõtemnẽdo: nec in eis immersus suffocatur/ipsas plus debito diligendo. Exemplo Petri apostoli: Mat.xiiij. qui ex precepto domini super aquas sine periculo ambulauit.

10 ¶ Alius est vermis qui dicitur vespa/qui q̄zuis videatur apibus similis/facit tñ ceras inutiles: ⁊ hoc quia non de floribus ipsas facit: diligit enim cadauera: quod non faciunt apes: acriter autem pungit ⁊c̃. Sic mali religiosi licet apibus.i.bonis religiosis sint in habitu similes: in ceris tamen et in operibus sunt dissimiles/et hoc quia cere suorum operum sunt inutiles. Isti enim cadauera carnalitatis diligunt: flores autem bonorum documentorum/virtutũ ⁊ exemplorum cõtemnũt. Non possunt ergo bonas ceras.i.bona opera facere/qui nolunt flores.i.viros sanctos et eorum documẽta et opera frequentare. Apes autẽ.i.boni religiosi bonas ceras ⁊ bona opera faciunt: quia bonos flores.i.bona bonorũ exẽpla colligunt ⁊ assumũt. Matth.vij. Arbor bona bonos fructus facit/similiter et mala malos. Sequitur. A fructibus eorum cognoscetis eos. Sap.iij. Opera eorum opera inutilia.

11 ¶ Est alius vermis dictus tabanus/gallice taon/et est illa grossa musca q̄ boues infestat/de qua dic sicut supra de musca. Thamur est ille vermis cũ cui⁹ sanguine Salomon lapides scidit/de quo vide infra de mundi mirabilibus. De alijs autẽ vermibus/scʒ cynifibus qui idem sunt qꝺ culices/tineis/cynomyis/erucis/ et de papilionibus/bõbycibus/pediculis/et alijs/vide in suis titulis specialibus in hoc libro.

Capitulum.cxij.de Uermiculis.

1 Ermiculus a verme diminutiue dicitur/qui in lignis et fructibus generatur/et alias terebũtia appellatur: et ꝭm glo.ij. Regũ.xxiij. nihil eo mollius dũ tãgitur: nihil autẽ duri⁹ dũ tangit: quia ligna durissima perforat. Ex ligno et fructibus/ex humo et humoribus generatur/et finita hyeme exterius progreditur: oĩa amara fugit/in dulcibus delectatur: salsa et aromatica non ledit. Uilis est vermis/flexibilis/et exanguis/et vt dicit Pliñ. ei⁹ extrema sunt gracilia: media grossiora. Talis est Christus per omnia: qui in lignis et fructibus.i.in virginis visceribus fuit ex suis humoribus/et ex purissimis sanguinibus generatus. Et finita hyeme infidelitatis/vel aspere legis scripte: et adueniente vere.i.tempore gratie/de latebris suis.i.de ventre virginis egressus/et cum hominibus est conuersatus. Et ideo mollissimus per benignitatem et misericordiam reperitur/quãdo per orationem et venie implorationem ab aliquo tangitur et palpatur. Unde.ij. Regum.xxiij. Et ipse tanq̄ʒ tenerrimus ligni vermiculus. Uerũtamen quando tangit scilicet in die iudicij/quãdo reprobos puniet/tunc erit durissimus et seuerissimus per iustitiam et seueritatẽ: quia tunc ore suo sententie perforabit omnia ligna dura.i.omnes illos qui duri sunt per crudelitatem ⁊ indeuotionem ⁊ incõpassionem. Judicium sine misericordia fiet illi qui nõ fecerit misericordiam. Jaco.ij. Iste igitur oĩa amara.i. oẽs qui sunt amari per vitia et peccata / deserit atqʒ fugit: in dulcib⁹ autem.i.in habẽtib⁹ dulcem consciẽtiam delectatur: et illos qui sunt salsi per penitẽtiam: qui sunt aromatici per castitatem/et per bonam famam/nõ per-

cutit scz eternis iaculis/neqꝫ ledit. Extrema autem ei9/ scz natiuitas ⁊ mors fuerũt valde gracilia/scz per humilitatem ⁊ per paupertatem: quia pro certo tunc fuit vilis et sine sanguine/scz in passione. Uidimus eũ: et non erat aspectus. Esaie.liij. Ideo ipe dicebat illud ps. Ego autem sum vermis/et non homo: opprobrium hoim/et abiectio plebis. Uel dic econuerso de diabolo: qui licet sit mollis ⁊ vilis/tamen ligna dura.i.constãtes ⁊ perfectos tentationibus perforat / et in vere.i.in prosperitate magis tentat: flexibilis est per falsitatem: dulcia.i.deliciosos diligit: amara autem.i.contritos: salsa.i.penitentes vel sapiẽtes: aromatica.i.castos nõ potest ledere. Et est sine sanguie.i.sine pietate: et occulte mordet arborem.i. bonam personam per tentationem ⁊ cõsumit: audito autem sonitu.i.predicatione latescit: nam inter vermes est sensus gustus ⁊ auditus: ẜm Pliñ. 2 ¶ Inter vermes est differẽtia: qꝛ alij vnguibus ⁊ rostris rapiũt: alij acumine excauant: alij sorbent: alij sugũt: alij vomũt: alij mandunt: alij etiam quotidie non cessant distrahere et rapere/terram fodere vel sulcare: vt dicit Pliñ.lib.x.ca.lxxj. Sic vere inter peccatores est differẽtia: qꝛ vere alij ore.i. verbis rapiunt/vt sunt causidici: alij vnguibus.i.manibus/vt principes ⁊ balliui: alij sugũt/vt adulatores: alij sorbẽt/vt publici raptores: alij terram.i.terrena fodiũt/ vt auari ⁊ mercatores. Et sic patet ꝙ diuersimode querunt temporalia peccatores. Unusquisqꝫ enim proprium habet donum: alius sic/alius aũt sic.j.ad Cor.vij. Uide supra de Teredine.

Capitulum.cxiij.de Uipera.

1 Vipera ẜm Isidoꝝ lib.xij.sic est dicta/eo ꝙ vi pariat: nam (vt dicit Auicẽ.) hec in seipa concipit multitudinem filioꝝ/scz viginti: qui propter gulositatem totum humorem ⁊ nutrimẽtum matris sugũt ⁊ bibunt: et qꝛ eis non sufficit paucus humor: ideo partum debitum ⁊ nature solutionem non expectãtes/corrosis matris laterib9 vi erũpunt: vt dicit Isidorus ibidem: et etiam Auicẽ. et Soli. Pliñ. ꝟo lib.x.c.lxij. dicit ꝙ vipera oua in vtero cõcipit/ que intra ventrem infra triduum excludit/catulosqꝫ singulos diebus singulis parturit ⁊ emittit: alij aũt tarditatis impatientes/prorũpunt per latera occisa parente. Uipera est religio vel ecclesia: vẽter eius est claustrum: humor istius vẽtris est deuotio/lectio ⁊ tẽporalis sustentatio: filij ei9 subditi sunt ambitiosi. Uipera ergo.i.ecclesia vel religio/in suo vẽtre.i.in suo claustro recipit ⁊ concipit multos filios.i.multos malos subditos ⁊ ambitiosos: quia Stultoꝝ infinitus est numerus. Eccl'is.j. Sed pro certo istis malis filijs non sufficit hodie humor ventris.i.humor deuotionis ⁊ seruitij diuini/et victus sufficientis: immo vere sunt ita gulosi per auaritiam ⁊ ambitionem ꝙ ipsi summe cupiũt exire ventrem ⁊ exire claustrum/habere scz aliqđ beneficium extra: et ideo ipsi nõ expectãt ꝙ mater sua.i.religio eos emittat et pariat.i.ꝙ eos promoueat ad aliqđ exterius beneficium vel prebẽdam ẜm merita personarum: immo pro certo ante tempus debitum volũt exire: et ꝓpter hoc vẽtrem matris.i. claustrales obseruãtias corrodũt/et exeunt per appellationem et turbationem: et sic matrem.i.religionem vel ecclesiam per lites ⁊ per expensas dissipãt ⁊ consumũt: sicut patet ad sensum: qꝛ per lites ambitiosoꝝ multe religiones sunt pauperes ⁊ consumpte. Ideo Baruch.iiij. Exacerbastis eum qui nutriuit vos: et contristatis nutricem vestram hierusalem. Actuũ.vij. Genimina viperarum/quem ꝓphetarum non sunt persecuti patres vestri? Figura de Iacob et Esau in vtero pugnãtibus ⁊c̃.

2 ¶ Dicitur (ꝓut dicit idem Isiđ.) ꝙ vipera masculus generãdo/per os suum semen in os femine proijcit: illa autem voluptate libidinis in rabiem cõuertitur / et caput maris dentibus trũcat: sicut dicit Pliñ.lib.x.ca.lxij. sed hoc non impune: qꝛ filij cõcepti vẽtrem matris corrodũt et exeũt: et sic necessario mater moritur pariendo/sicut masculus perierat generãdo: vt dicit Isido.ibiđ.lib.xij. Et hoc (vt dicũt Soli. et Pliñ.) facit natura/ne pestiferum semen nimis multiplicetur. Masculus est malus suggestor: scz diabolus/hereticus/vel malus doctor vel predicator: femina autem anima vel simplex subditus. Isti igitur masculi cum ore suo.i.cum malis ꝟbis ⁊ suggestionibus ponunt in ore femelle.i.in corde auditoꝝ semen suum.i.malam doctrinã vel tentationem: et sic ipsi concipiũt fetus suos/scz mala opera ⁊ mala ꝓposita per cogitationem: et ipsa in vẽtre fouẽt per delectationem: sed vere dum ista pariuntur ⁊ emittũtur per consensum et operationem/ipi moriũtur/scz per peccatum mortale/ et vita gratie spoliantur: et sic parentes.i.mali suggestores moriuntur per peccatum mortale taliter generãdo: isti aũt moriũtur fetus maloꝝ operum emittẽdo. ps. Conceperũt dolorem/et pepererũt iniquitatem. 3 ¶ Est tyriaca/ quedam species vipere que đr tyrus: ex qua fit tyriaca/ que est remedium cõtra venenũ. Nam serpẽs primo apprehẽditur: et cum virga diutius verberatur/et tũc venenum totum descẽdit ad caudam: que tũc ei prescidit: et sic de reliquo tyriaca preparatur: et ẜm Pliñ. tyrus in India reperitur. Sic vere charissimi qñqꝫ accidit ꝙ quidam sunt sicut tyrus / scz venenosi per vitia ⁊ peccata/qui habẽt caudam longam.i.spem lõge vite in futuro: sed pro certo deus volens facere tyriacam/et contra peccata ⁊ vitia medicinam/quãdo scz vult eos cõuertere/verberat eos scz cum virga tribulationum ⁊ correctionum: et postea caudam.i.spem longe vite eis abscindit: qꝛ scz facit eos cogitare de morte: et sic cessante veneno peccatoꝝ/vita sua exẽplis ⁊ doctrina alijs efficitur medicina. Istud maxime patuit in tyro Iudee.i.in beato Paulo/qui fuit de genere iudeoꝝ: q̇ primo fuit venenosus per peccatũ: sicut ipe dicit.j.ad Timo.j. Primo fui persecutor et blasphemus ⁊c̃. sed percussus a dño virga tribulationum/scz cecitate (Actuũ.ix.) factus est alijs medicina per doctrinam ⁊ exempla: sicut ipe dicit.j.ad Cor.iiij. Spectaculum facti sumus mũdo ⁊c̃. 4 ¶ Scđm Pliñ.lib.viij.ca.xxxix. vipera sola inter serpẽtes in terre cauernis latitat: cetere aũt in saxoꝝ et arborũ cõcauitatibus se abscondũt. Nam vipera adueniẽte hyeme venenum euomit/et in terra se occultat: sed vere adueniente et estate terram exit/et venenum in ea generatur/et perniciosior fit qꝫ ante. Sic vere multi sunt vipere i. pctõres/ qui quãdo venit hyems.i.aliqua tribulatio vel infirmitas/tũc vere qñqꝫ accidit ꝙ ipsi euomũt venenum peccatoꝝ suoꝝ: et in terra.i.in penitẽtia ⁊ humilitate ⁊ in memoria mortis se abscõdũt/cessando scz a vitijs ⁊ a pctis: confitẽtur/et faciũt testamẽtũ/et proponũt se emẽdare: sed vere quãdo cessat hyems illius infirmitatis: quãdo scz venit ver.i.tempus ꝓsperitatis ⁊ sanitatis: tũc iterũ crescit in eis venenum pctõꝝ: et exeũt de terra.i.de statu penitentie ⁊ humilitatis/et de mortis memoria: et sic efficiũtur peiores qꝫ ante.i.mag' peccatores ⁊ raptores et auari. Ideo đr Eccl'i.xx. Est qui pre inopia vetatur peccare: et si inuenerit tps/malefaciet. 5 ¶ Scđm Pliñ. vipera qñ in hyeme dormiuit in terra/et videt visum suũ hebetatum/exit in vere cauernam: et feniculum comedens / illinit oculos suos succo eius: et sic visum recuperat ⁊ vigorem. Sic vere aĩa christiana quãdo dormit et delectatur in terra.i.in negotijs terrenis in hyeme.i. in tẽpore peccati ⁊ indeuotionis/ipsa pro certo hebetatur per indeuotionem ⁊ indiscretionem: quia vere mũdi negotia/et somnus deliciarum ⁊ peccatoꝝ hebetãt oculos intellectus. Et ideo in vere.i.in tẽpore gratie debet exire per cõfessionem/et feniculum comedere.i.sacram doctrinam ⁊ predicationem: et sic poterit oculos intellectus clarificare per scientiam ⁊ discretionem. Collyrio inunge oculos tuos: vt videas. Apoc.iij. 6 ¶ Uipera ẜm Aristo.lib.viij.c.xvij. pellem mutat successiue/totam in vna die: et se ita renouat/ꝙ est quasi exitus embrionis/ et incipit a capite. Sic vere aĩa quãdo habet pellem veterem.i.malam cõuersationem/ipsa debet eã deponere per cõfessionem/et se ꝑ penitẽtiam renouare: sed ista renouatio debet fieri a capite.i.a pricipio vite: qꝛ scz qñ homo cõfitetur/debet incipere a capite.i.a tempore iuuẽtutis/et oĩa residua totaliter explicare. vñ ps. Renouabitur vt aquile iuuẽtus tua. Uide.s.de Angue: vbi inue

7 nies modum renouationis ſm Phiſol. ¶ Item Ariſto. lib. viij. c. xxix. dicit ꝙ inuenitur paruus ſerpēs/ quē oēs ſerpētes fugiūt ꝗꝫ magni: qui quādo aliquem mordet/ ſtatim in circuitu morſus oīa alia putreſiunt. In india etiā (vt dicit) eſt ſerpēs modicus/ cōtra cui⁹ morſum nō reperit aliquis medicinam. Tales ſunt malitioſi: qui licet ſint parui ꝗtum ad potentiā ſecularem: tn̄ a magnis ꝑſonis timētur ꝛ verētur: ſicut patet in cauſidicis/ detractoribus ꝛ peruerſis hoibus/ qui ab oib⁹ timētur: et hoc qꝛ qn̄ aliquē mordent ꝑ detractionem/ ſtatim faciūt eum putreſcere per infamiam ꝛ vilem reputationem. Et illi ſerpētes q̊ ſunt de India (que interpretatᷓ confeſſio). i. illi qui ſub ſpecie cōfeſſionis diffamāt alios cōfitētes/ peſſimi ſunt. Si mordeat ſerpens in ſilentio ꝛc̄. Eccl'is. x.

8 ¶ Scd̓m Ambro. in hexameron/ eſt quoddam genus vipere/ que cū volūtatem coeūdi habet/ murene copulam requirit: ꝓgrediturqꝫ ad littus aque/ vbi credit murenulam latitare/ et ipſam ſibilo euocat et ꝓuocat ad amplexum: ſꝫ poſt expleto coitu/ iterato reuertitur ad venenū: et ipo reſumpto reuertitᷓ ad cauernam/ et ſic murena cōcipit/ non tn̄ fetum venenoſum ad modum ſerpētis: ſed bonum atqꝫ cōgruū/ ſicut ipa. Uipera eſt malus ꝛ hypocrita/ vel queſtuari⁹ predicator: venenum ſunt mala ꝛ inhoneſta ꝟba ſua: murena eſt ſimplex ꝛ deuota perſona. Iſti ġ viperei ꝛ hypocrite predicatores volētes ꝙ murena. i. boni ſeculares eis copulētur ꝛ coniūgātur per affectum: hoc eſt dictu/ qn̄ volūt acquirere eoꝝ beniuolētiā et fauorem/ ſibilāt per predicationem/ bonam ꝛ honeſtā locutionē: et dimittūt venenū. i. peſſima ꝟba ſua: et ideo murene. i. ſimplices ſeculares audito ſibilo ſue predicationis/ ſtatim aſſunt/ et eiſdem ꝑ amorem cōiūgūtur ꝛ copulātur. Sed vere iſta vipera. i. iſte hypocrita ſtatim poſt illum coitum. i. poſt actum predicationis: qn̄ ſcꝫ receſſit murena. i. qn̄ eſt in abſentia alioꝝ/ tūc vere venenū ſuū. i. ſtatum ꝛ verba infamie ꝛ peccata iterū recipit ꝛ reſumit. Canis reuerſus ad vomitū. Prouer. xxvj. Uerūtamen murena. i. ſimplices/ qui ab iſtis viperis fetum boni ꝓpoſiti cōceperūt/ nō faciūt ꝓpter hoc fetus venenoſos. i. opera mala: ſed bona/ cōgrua ꝛ honeſta: et hoc qꝛ non cōceperūt ex predicatoꝝ maloꝝ operib⁹: ſed ex ſuis verbis bonis: iuxta illud: Que dicūt vobis/ ſeruate ꝛ facite: que aūt faciūt/ nolite facere. Matth. xxiij. Uel dic ꝙ ſerpēs eſt pctōr: murena eſt corpus xp̄i in ſacramēto. Ad iſtam igitur murenam attrahēdam ī paſchate/ vipera. i. pctōr ſibilat per orationem: et venenum. i. peccatū euomit per cōfeſſionem: et ſic ad copulam ei⁹ admittitur per ſacramētalem cōmunionem: ſed vere qn̄ ceſſat iſta copula/ ſcꝫ ſtatim poſt paſcha: tūc ad venenum euomitum. i. ad peccata confeſſa ꝛ dimiſſa iterum reuertitur. Judi. x. Filij iſrael pctis veterib⁹ iūgētes noua ꝛc̄. Eccl'i. xxxiiij. Qui baptizatur a mortuo/ et iterū tangit eū: quid ꝓdeſt ei niſi labor? Iſtud patet: qꝛ ſtatim poſt paſcha efficiūtur luxurioſi ꝛ cupidi ſicut ante. Uel dic ꝙ vipera eſt diabol⁹: qui ſibilo ſuo. i. ſuis malis ſuggeſtionib⁹ et tentationib⁹ prouocat murenam. i. aīam / que eſt in aqua. i. in ſtatu grē: vt exinde exiēs ſibi per peccatum mortale coniūgatur/ et cum ea fornicetur: qd̓ ſepe miſera murena. i. aīa facit/ et ipm ſequitur/ et ei obedit. Prouer. vij. Statim eam ſequitur: quaſi bos ductus ad victimā. Uel vipera eſt luxurioſus: murena mulier ꝛc̄. ſicut. s̄. de diabolo. Uel expone de dei filio ꝛ beata virgīe: ſicut habes ī titulo de Murena. Uel expone de apoſtatis: quos ſuis ſuggeſtionib⁹ diabolus extrahit de aqua deuotionis/ et de flumine religionis: vt cū eis in terra. i. in bonis terrenis coeat per peccatum. Uel expone de cōiugio: qꝛ vere cōiuges quādo inſimul conueniunt/ debēt omne venenum libidinis euomere: qꝛ ſcꝫ ad bonum finem debent illud opus non ad libidinem ordinare.

9 ¶ Scd̓m Pliñ. lib. xxix. c. iiij. vipera quēdam precioſum lapidem deglutit territa/ quem diligēter extrahūt ſcythe/ et eo vtūtur contra venenum. Sic vere diabolus aliquādo deglutit ꝛ ſibi incorporat lapides precioſos/ ſcꝫ viros iuſtos ꝛ bonos: tn̄ ſcythe. i. viri iuſti ꝛ prelati diligēter ſe extrahūt ꝛ retrahūt de vētre diaboli. i. de peccato; et ſic efficiuntur per bonam vitam remedium cōtra venenum. i. cōtra vitia ꝛ peccata. Exēplum de Paulo: quia lapis ſolutus calore in es vertitur. Job. xxviij. Ideo ipe de ſeipo dicit ad Gala. j. Cum aūt placuit ei/ qui me ſegregauit ex vtero matris mee: et vocauit me per gratiam ſuam ꝛc̄.

10 ¶ Item idem ibidem dicit/ ſi quē draco momorderit vel aſpis/ caput vipere appoſitū vulnus ſanat: et ecōtrario caro aſpidis attrahēdo venenū vipere/ morſum ſanat: et ſic vix inuenies ita magnū malū/ quin ad aliq̇d ſit bonū. Eccl'i. xxxiij. Unū ꝯtra vnū: duo cōtra duo. Cuncta eni fecit bona in tēpore ſuo. Eccl'i. xxxix. Nam etiam ipſi mali ſunt qnqꝫ remedium cōtra alios malos: qꝛ ſicut dꝛ ad Roma. viij. diligētibus deum/ oia cooperantur in bonum. Uel poteſt allegari ꝙ contraria contrarijs curātur. Caro eñ cōcupiſcit aduerſus ſpiritum: et ſpiritus aduerſus carnem.

11 ¶ In libro de agricultura chaldea. ca. l. dꝛ ꝙ ſi vipera ſmaragdum vnum reſpicit/ oculis excūtibus viſum perdit. Iſtud aūt de illa vipera intelligitur que caput ad glādis ſimilitudinem gerit. Talis vipera videtur eſſe mūdus: non pōt eñ ſmaragdum. i. hoiem felicē/ precioſum ꝛ virtuoſum reſpicere/ quin oculi ſui per inuidiam ledantur: et quin cecus. i. deſolatus ꝛ triſtis efficiatur. vñ Seneca: Utinam oculi inuidoꝝ eſſent in oibus ciuitatib⁹: vt de felicitate oim torquerētur. Uel dic ꝙ ſmaragdus eſt beata virgo/ cui⁹ ſcꝫ preſentia viperam. i. diabolum excecat: inqꝫtum vires eius attenuat ꝛ eneruat.

¶ Incipit liber vndecimus de terra ꝛ ei⁹ partibus: necnon de gēmis ꝛ lapidib⁹ precioſis: ꝛ primo de terra in gn̄ali. Capitulum primum.

1 TErra ſm Iſidoꝝ in medio mundi eſt poſita: et a cētro celi interuallis equalib⁹ ſeparata. Et dicitur terra / qꝛ teritur: et humus/ qꝛ humore maris/ cui cōiūgitur/ humectatur. Tellus etiā dꝛ: eo ꝙ fructus eius tollimus. Arida aūt dꝛ: eo ꝙ natura ꝓpria arida ſit ꝛ ſicca: vel quia arature ꝛ culture ſit dedicata. Et dicitur ops: eo ꝙ opem conferat mortalibus et creaturis/ quas nutrit ꝛ ſuſtētat: ſm Iſido. lib. xiiij. c. j. Recte per oia talis eſt beata virgo Maria: qꝛ vere ſemper eſt ī medio per ſui interuētionem: quia ſemper ſe ponit mediam vt concordiā dei ꝛ hoim faciat ꝛ cōponat. Ezech. v. Iſta eſt hieruſalem: in medio gētium poſui eam. Eſt etiā ſemper in medio: qꝛ eſt virtus: vel qꝛ eſt equalitas. Et iſta dicitur terra: qꝛ vere ipa fuit pauꝑtate ꝛ tribulationib⁹ ſemper trita. Humus etiā dicitur: qꝛ vere ſemper fuit per deuotionem ꝛ gr̄am humectata: et hoc qꝛ cum mari. i. cum deo/ vel cū amaritudine penitētie fuit per charitatis vinculum colligata. Qui fundauit terram ſuꝑ aquas. Dicitur etiā tellus: qꝛ pro certo fructus ei⁹/ ſcꝫ gratiam ꝛ miſericordiam tollim⁹ et recipim⁹ ab ea: qꝛ terra dedit fructum ſuum. p̄s. lxvj. Et ideo dꝛ ops: qꝛ opem ꝛ auxilium fert ꝛ confert oibus deſolatis. Arida etiā dicitur: qꝛ vere iſta fuit ſicca ſine humore voluptatis ꝑ caſtitatē/ et arata per penitētie auſteritatem. Uocauitqꝫ aridam terrā. Geñ. j. Uel pone de eccleſia: que eſt in medio mūdi: multis tribulationib⁹ triturata: cariſmatum humorib⁹ irrigata: donis ac virtutibus fecūdata: et ad opem cūctoꝝ hoim dedicata. Uel poteſt exponi de prelato/ qui debet eſſe medius per equitatem: qꝛ per acceptationem perſonarum non debet plus ad vnam partem ꝗꝫ ad alteram declinare. Uel etiam de anima vel iuſto: qui debet eſſe in medio virtuoſitatis ꝛc̄. ſicut ſupra.

2 ¶ Secūdum Baſilium in hexameron/ terra eſt corpus fructiferū ꝛ fecūdum/ ſphericum/ elemētoꝝ infimum ꝛ mediū: et ideo dꝛ ſcabellū a ſcriptura: ꝛ mūdi cētrū a ſapiētib⁹ eſt vocata: qꝛ ſcꝫ in terra impreſſum apparet veſtigium dei. i. ſua ſapiētia/ ſcꝫ in creaturaꝝ ipſi⁹ ꝓductione/ ſicut in ſcabello pedū: et more cētri a circūferētia vndiqꝫ eſt equaliter diſtincta/ ꝛ mūdi ſtabile fundamētum. Eſt eñ naturaliter quieta ꝛ immobilis quo ad ſui totū: frigida/ ſicca ꝛ corpulenta: licet in ſuis partib⁹ recipiat ſepe motum. Sic ꝟe

prelatus/ vel vir ꝑfectus/ vel etiā beata ꝟgo fuit infima ꝑ humilitatem: media ꝑ cōcordātie vnitatem: fructifera et fecūda ꝑ grāꝝ et virtutū multiplicitatem/ per quam pctōres alūtur ꝛ nutriūtur: centrū et fundamētū stabile et immobile ꝑ fidei firmitatem/ et spei lōganimitatem: frigida ꝑ diuinū timorem reprimētem: sicca ꝑ castitatis nitorem: corpulēta per ꝑseuerātie ꝛ firmitatis vigorem. ps. Qui fundasti terrā sup stabilitatem suā. Et ideo ipa fuit scabellū: qr vere de⁹ pater in ipa impressit vestigium et imaginem suā.i.ipm filiū benedictū: qui scz est imago et sapiētia dei patris: qr Terra scabellū pedū meoꝝ: dicit dn̄s. Esaie.lxvj. Et sic etiā dico ꝙ ipa fuit quieta per pacē/ cōcordiā et amorem: et spherica ꝑ obediētiā et timorem. Et hec fuit optime figurata in quadā imagine quā antiqui terre fecerūt ꝛ dedicauerūt: quā almam matrem vocauerūt. Nam qr eā dicebāt matrem esse deoꝝ/ ideo sūmis honorib⁹ coluerūt: attēdētes maximam terre fecūditatem ꝛ virtutē: et vnā imaginem feminā sibi fecerūt: quā almam matrem dixerūt: que corona turrium decorabat: ꝛ ei leones domiti subijciebātur: ipsam galli sequebātur: et ipsa in curru sedere fingebat: ꝛ in manib⁹ clauem ꝛ tympanum portare videbat: cui⁹ aurige vibrabāt gladios/ quos portabāt: vt dicit Isido.lib.viij.c.xj. de dijs gētiū. Istam almam matrem dicebāt: eo ꝙ oim aialium sit mater/ principium ꝛ origo: et ꝙ oia alat ꝛ nutriat. Coronam habet turritam/ eo ꝙ turrib⁹ et ciuitatibus suppositis decorat: leones sibi subijciūtur/ eo ꝙ nullum sit tam ferox aial/ quin i morte ei finaliter submittatur: ipsam galli sequebātur/ qr etiam volucres celi/ terre seminib⁹ indigēt/ et ad eam descēdūt gratia nutrimēti. Sedere etiā dicitur: qr fixa ꝛ immobilis perseuerat. in curru vehibili trahitur ꝛ vehitur: qr i medio alioꝝ elemētoꝝ que sunt mobilia/ situatur: cūctis etiā se mouētibus/ terra penitus fixa manet. Ista clauem habere dicit: qr in hyeme se claudit: in vere aūt se aperit/ et fructū emittit. Tympanum etiā habet/ ad significādum ꝙ dum ferramētis ꝛ ligonibus colitur/ sonus ꝛ strepitus obaudit. Aurige aūt eius gladios portāt/ ad significādum ꝙ pro terra acquirēda bella sepe cōcitātur/ in quib⁹ gladij extrahūtur. Talis per oia beata virgo dr/ qr mater filij dei nuncupatur. Alma redēptoris mater. Mater etiam est et nutrix oim pctōꝝ: et ideo leones tyrāni ꝛ pctōres: galli.i.spūales viri ꝛ angeli ꝛ sancti ipam sequūtur/ honorāt et venerātur: et fructibus sue grē ꝛ mīe recreātur. Bern. Maria oib⁹ oia est facta: in ea pctōr veniam: iustus gratiam: angelus letitiam inuenit ꝛc. Et ista clauem habere dr: qr vere seipsam/ vel terram paradisi cuicūq; voluerit aperit seu claudit. Habet em̄ clauē Dauid: qua claudit ꝛ nemo aperit: aperit et nemo claudit ꝛc. Apoca.iij. Tympanum etiam portat: qr vere sonus laudis ꝛ iubili et orationis in suis aurib⁹ cōtinue est promēdus. Laudate eam in tympano ꝛ choro. Et ista corona turrita insignitur; qr vere ciuitates ꝛ castra/ religiones ꝛ cōuētus super ipsi⁹ spem ꝛ fiduciam sunt fundata: et oia suis precibus sustinet ꝛ supportat. Et ista etiā ceteris motis sedere dr: qr vere dum apostoli voluerentur ꝛ dubitarēt in morte xpi ꝑ incredulitatem: ista tamen in fide fixa ꝛ stabilis stetit ꝛ permansit. Et ideo aurige ipsius.i.ipsi⁹ cultores ꝛ deuoti/ debēt habere gladios in manib⁹.i.opera virtuosa: vt suā acquirāt gratiam ꝛ conseruēt. Gladij ancipites in manib⁹ eoꝝ: vt faciāt vindictam in nationib⁹. Isti etiam debēt pugnare cōtra demones/ vitia ꝛ peccata. Et potest de deo dici: qui est pater et nutritor oim: et turres.i.mundi ciuitates ꝛ status per suam ꝓuidētiam dirigit ꝛ gubernat. Leones.i.demōes ꝛ pctōres: galli.i. angeli ꝛ boni eidem sunt subiecti: et cū oia sint mobilia et variabilia/ tamen inuariabilis et immutabilis ꝑseuerat. Dic de ceteris sicut supra. Uel expone si vis de bono prelato: qui debet esse alioꝝ mater ꝛ nutrix/ stabilis/ equus/ medius/ habēs clauem iurisditionis/ et ei etiam tyrāni debēt subijci. Uel de eccl'ia militāte/ que est vestigium dei ꝛ scabellum ꝛc.

3 ¶ Terra est corpus infimum summe a celo distās: immobile/ opacum ꝛ obscurum: durum/ grossum ꝛ corpulētum/ frigidum ꝛ siccum/ serpentū et aialium contētiuum/ diuitiaꝝ et fructuū pre elemētis ceteris ꝓductiuum/ aratri ꝛ culture pre ceteris sustētatiuum/ in maris medio ꝑmansiuum. Recte talis est peccator: qr vere ab ipo celo/ scz deo/ summe diuidit atq; distat. Esaie.lix. Iniquitates vestre diuiserunt inter vos et deū vestrum. Et tamen istius celi influentiam/ scz beneficia dei tēporalia et naturalia participat atq; sumit: qr scz de⁹ facit solem suum oriri super bonos ꝛ malos: sicut dicit Matth.v. Iste est ergo immobilis per pigritiā et tepiditatem: obscurus per ignorātiam ꝛ stoliditatem: durus per incōpassionem: frigidus per indeuotionem: siccus per humoris gratie priuationem: grossus per superbiam ꝛ inflationem: corpulentus per pigritie ꝛ auaritie pōderationem: et etiā tales sunt pleni bestijs ꝛ serpētibus.i.carnalib⁹ affectionib⁹ et motibus/ que in carne sua serpūt: et culture ꝛ labori.i.mūdi tribulationib⁹ sunt dediti: quia non est pax impijs: dicit dn̄s. Esaie.xlviij. Et i medio maris.i.in medio amaritudinis pctoꝝ sunt locati: vel in medio fluctuum huius mūdi. Ideo dr ibid. Impij tanq; mare feruens: qd quiescere non valet. Sic isti a cūctis raptoribus conculcātur ꝛ contēnūtur. vnde Transierūt bestie saltus: et cōculcauerūt carduum.iiij. Reg.xiiij. Sed pro certo licet isti sint tot ꝛ tantis vitijs pleni/ tamen pre ceteris hoib⁹/ fructib⁹ et diuitijs sunt repleti. ps. Impleta est terra possessione tua. Sūt etiam immobiles ꝛ stabiles: qr vere non possunt moueri/ scz de malo statu in bonū/ per quācūq; correctionem/ monitionem vel predicationem: immo semper plus stabiliuntur per obstinationem. ps. Fūdauit terram super stabilitatem suam: non inclinabitur ꝛc.

4 ¶ Terra in medio maris est sita: frigide ꝛ sicce est nature: aratroꝝ culturis sciditur ꝛ colitur/ vt fructificet: a celo est remota ꝛ infima/ et vilissima oim elemētoꝝ. Sic vere homo penitēs est in medio maris.i.amare cōtritionis: frigidus per diuinum timorem: siccus ꝑ penitentie austeritatem: et infimus per humilitatem: et sui reputatione a celo.i.a deo remotus et vilissimus reputat⁹: et ideo diuersis culturis.i.bonis operibus excolitur: vt sic per gratiam fructibus.i.meritis fecundetur/ et a sterilitate vitioꝝ penitus liberetur. qr Qui operatur terram/ saturabitur panibus. Prouer.xij. Et sic ipse pōt dicere illd Ezech.xxvij. Perfecti decoris ego sum: et in corde maris sita.

5 ¶ Terra est corp⁹ sphericum/ respectu celi minimum/ et tamen in se maximum: et licet sit a celo remotum ꝛ infimū/ tamen est influētiarum celestium receptiuum: et ideo fecūdissimum inter cetera elemēta reperitur. Nam cum sit in celi medio/ ideo ab eo recipit influentiam a qualibet sui parte: et sic multis ꝛ diuersis specieb⁹ sensibilibus est ornata. Uerūtamen ad hoc ꝙ fructificet/ necesse est vt culturis et laborib⁹ exponatur. Sic vere boni ꝛ iusti/ infimi ꝛ humiles a ceteris calcati ꝛ cōtēpti: licet sint minimi respectu celi.i.respectu xpi per humilitatem: tamen in se sunt maximi per virtutum multiplicitatem. Nam licet a celo et a paradiso ꝛ a consortio xpi sint remoti in vita ista: tamen isti⁹ influētiam/ scz xpi ꝛ sctoꝝ/ per gratiam ꝛ deuotionem recipiūt ꝛ percipiūt vndequaq;: qr vere quelibet pars celi.i.quilibet sanctus qui est in paradiso/ in iustos influit per orationem ꝛ grē impetrationem. j.Reg.xviij. Ecce (inquit) places regi: et oēs serui eius diligunt te. Et ideo tales sunt fecūdi per bonoꝝ operum ꝓductionem: et multiplicib⁹ specieb⁹.i.gratijs ꝛ virtutibus sunt ornati. Et maxime quādo culturis ꝛ laborib⁹ penitētie sunt exculti. Et ideo dr Esaie.lv. Descendit imber ꝛ nix de celo: et illuc vltra nō reuertitur: sed inebriat terram: et germinare eam facit. Et isti sunt infimi per humilitatem: qr scz se cūctis reputāt bassiores: ꝛ spherici per obedientie velocitatem/ et solidi per constantie firmitatem. vñ Eccl'is.j. Terra aūt i eternū stat.

6 ¶ Licet celū a terra videat summe distare: tñ i eā occulte influit: et est causa q̄re ibi lapides ꝛ fruct⁹ generātur ꝛ arbores. Sic ꝛ licet aperte nō videat: tñ celū.i.ipe de⁹ per suā occultam ꝓuidētiam influit in hoies terrenos: et est causa oim que in eis spūaliter ꝓducūtur: qr sm Hiero. oia ꝓuidentia dei agūtur.

7 ¶ Licet celū sit pulcherrimum/ supremum ꝛ lu-

minosum: tñ terra/que est infima/ſm quid est nobilioꝛ: qꝛ ſcꝫ rebꝰ ſenſibilibus ⁊ fructibꝰ eſt oꝛnata. Sic vere licet ꝓlati ⁊ ſuperioꝛes ſint clari per ſcientias ⁊ honoꝛes: tñ a fructu bonoꝝ operũ ſunt ſteriles: ⁊ ideo terra.i.ſubditi ſunt hodie talibꝰ melioꝛes: quia licet careãt lumine diſcretionis ⁊ ſapiẽtie/tñ fructibus bonoꝝ operum ſunt fecũdi. Uel allega ſi vis de clericis ⁊ laicis/vel de reli- 8 gioſis ⁊ ſecularibus. ¶ Terra eſt immobilis atq; firma. Nam ſm Ariſt. terra eſt ꝓpꝛijs equilibꝛata a ponderibꝰ. Cum eñ ſit frigida ⁊ ſicca/ideo oẽs partes eius tendũt et mouẽtur naturaliter verſus centrum: ideo motu iſtaꝝ partium circa centrum equilibꝛata ſuſpẽditur: et ſic ſtabilis ⁊ immobilis perſeuerat. Et cum (ſm Iſido.) ſit coꝛpus ſolidum/ideo omnia põderoſa ſine flexione ſuſtinet et ſuſtentat. Recte ſic eſt de aĩa perfecta: qꝛ ip̃a vere debet eſſe immobilis ⁊ ſtabilis per ꝑſeuerãtiam ⁊ cõſtãtie fortitudinem ⁊ virtutem. Nam qꝛ ſecũ debet habere frigus diuini timoꝛis/qđ oĩa ſuperflua repꝛimit ⁊ deſiccat: ideo oẽs partes eiꝰ.i.oẽs affectus ⁊ volũtates debẽt tendere naturaliter ⁊ oꝛdinari ad centrũ.i.ad deum/⁊ circa eum ſuſpẽdi per contẽplationem ⁊ delectationem: et ſic ſuis põderibus adequabit/et ꝑſeuerãs ⁊ ſtabilis ſtabit. Quia vere homo qui ꝑfecte coniũgitur cum centro deo per charitatem/ſtabilis efficit per conſtãtiam ⁊ firmitatem. Quis nos ſeparabit a charitate xp̃i? neq; moꝛs ⁊c̃. ad Roma.viij. Ideo p̃s. Fũdauit terrã ſup ſtabilitatem ſuã. Iſtud patet in beata virgine: que ita fuit ſtabilis per ꝑſeuerãtie ⁊ fidei firmitatem/ꝙ in moꝛte filij cũctis ap̃lis per infidelitatem vacillãtibꝰ/nullatenꝰ fuit mota. Et ideo ſabbato in honoꝛem ipſiꝰ a carnibꝰ alicubi ieiunatur: qꝛ in ſabbato paſche xp̃o moꝛtuo ip̃a fuit ſola fidei fundamẽtũ. Et ideo ꝑſona que taliter eſt firmata/omne pondus tribulationis ⁊ tentationis potẽs eſt ſuſtinere. Oĩa ſuffert: oĩa ſuſtinet.j.ad Coꝝ.xiij. Uel dic de eccleſia: que qꝛ circa cẽtrum deũ eſt fundata per charitatem: ideo in fide firma ⁊ ſtabilis ꝑſeuerat: licet q̃tum ad ali- 9 quas ſui partes ⁊ perſonas/per erroꝛes ⁊ hereſes patiatur multotiens terremotum. Terra mota eſt. ¶ Terra eſt fundamẽtum oĩm grauium: ⁊ oĩa que ſunt/mouẽtur preter terrã: et quecũq; grauia mota quãdo ad terrã ꝑuenerint/q̇etãtur. Et ideo ꝓpter eiꝰ notabiles effectꝰ/gẽtiles ipſam antiquitus tanq; deam coluerũt: eo ſcꝫ ꝙ oĩa nutrit/oĩa cibat/et in ea oĩa vegetabilia radicãtur ⁊ nutriũtur/et ſuis occultis humoꝛibꝰ vegetãtur. Unde nullum vegetabile poteſt viuere/niſi in terra interiꝰ infigatur. Recte talis eſt deus: qui pꝛo certo eſt rerum oĩm fundamẽtum/pꝛincipium ⁊ oꝛigo: qꝛ vere oĩa alia ſunt naturaliter mobilia ⁊ mutabilia p̃ter ip̃m: qꝛ Ecce inter ſanctos eiꝰ nemo immutabilis. Job.xv. Ip̃e aũt eſt immobilis/immutabilis ⁊ incoꝛruptibilis. Ego dñs: et nõ mutoꝛ. Mala.iij. Ideo Nũe.xxiij. Non eſt deus vt homo/vt mẽtiatur: neq; vt filius hoĩs/vt mutetur. Et ideo oĩa ponderoſa.i.oẽs hoĩes virtuoſi ⁊ maturi ad eum mouẽtur per affectum: et in eo tantũmodo quietãtur/qñ ſcꝫ ei per grãm in pꝛeſenti/⁊ in futuro per gloꝛiam copulãtur. Et ideo iſte honoꝛãdus eſt: qꝛ vere oĩa cibat ⁊ nutrit ⁊ tẽpoꝛaliter ⁊ ſp̃ualiter: qꝛ ſuis occultis humoꝛibꝰ.i.per occultos modos ſue ꝓuidẽtie/ip̃e nutrit ⁊ vegetat vniuerſa: qꝛ Ip̃e dat ſemen ſeminãti/et panem comedẽti.ij.ad Coꝝ.ix. Unde vere nullus p̃ot viuere per grãm vel gloꝛiam/niſi ĩ eo per fidem ⁊ charitatem fuerit radicatus. Ad odoꝛem aque mittit radicem. Job.xiiij. Et ſicut terre leones et alia animalia in fine ſubijciũtur/et ad terrã reuertũtur in moꝛte: ſic mũdi pꝛincipes ecclie fidei ⁊ poteſtati dei. Uel dic de eccl'ia/in qua inuenitur nutrimentum ſp̃ualium grãꝝ/et in qua hoĩes radicãtur: et niſi in fide ipſius ſint plantati/nunq; vita gratie vel gloꝛie viuunt. Uel dic de paradiſo/ad quem oĩa tendũt: et in eo a motu tribulationum oĩm quietãtur: et ibi cibãtur ⁊ nutriũtur/et per ſpem radicãtur: et tñ inuariabilis ⁊ immutabilis eſt. Et ſicut ꝓ acquirẽda terra hoĩes pugnãt: ſic pꝛo acquirẽda gloꝛia paradiſi/hoĩes debẽt contra vitia et peccata dimicare. vñ.j.Machab.iij. Pugnemus pꝛo hereditate noſtra. Ideo de tali terra dꝛ Deut.iiij. Uos tranſibitis: et poſſidebitis terrã egregiam. ¶ Terra in 10 hyeme frigoꝛe ⁊ gelu cõſtringitur: niue ⁊ glacie operit: a fructibus ⁊ floꝛibꝰ denudatur: et ideo decoꝛe ⁊ decẽtia ſpoliatur: ſed adueniẽte ſole iterum innouatur/et viroꝛẽ floꝝ et arboꝝ recuperat ⁊ decoꝛẽ. Sic vere aĩa in tẽpoꝛe hyemis.i.in ſtatu peccati frigoꝛe indeuotionis gelatur/induratur ⁊ ſtringitur per obſtinationem ⁊ incompaſſionem: et ideo fructibꝰ et floꝛibus.i.gratijs ⁊ virtutibꝰ ſpoliatur: et a decoꝛe ꝑfectionis/honeſtatis ⁊ gratie ſpoliatur: niue tamen.i.bonis tẽpoꝛalibꝰ adoꝛnatur: qꝛ ſcꝫ mali plus q̃ boni diuitijs fecũdãtur. Job.xij. Abũdãt tabernacula pꝛedonum. Sed ꝓ certo quãdo ver grẽ reuertit/et ſol xp̃s ei per charitatem appꝛopiquat: tũc recuperat viroꝛem honeſtatis/floꝛes bonarũ cogitationum/et fructus bonarum operationum. Pꝛoducat terra herbã virẽtem: et faciẽtem ſemen ⁊c̃. Geñ.j. ¶ Licet terra ſit fi- 11 xa ⁊ ſtabilis ſm ſitum: ſumme tñ eſt paſſibilis ꝑ effectũ. Terra etiã licet exterius vilis appareat ⁊ defoꝛmis: intus tñ latitãt multa pꝛecioſa/ſcꝫ lapides et metalla/que ibi per ſolis influentiam generãtur. Sic vere boni ⁊ iuſti et humiles/qui fixi ſunt ⁊ ſtabiles per gratie firmitatẽ/multa in hoc mũdo patiũtur: qꝛ moꝛe terre calcantur ab alijs per cõtẽptum/et terũtur ꝑ tribulationem: qꝛ Multe ſunt tribulatiões iuſtoꝝ. p̃s.xxxiij. Fructibus.i.bonis tẽpoꝛalibus ſpoliãtur per rapinas ⁊ excoꝛiationes. Sed pꝛo certo licet iſti exteriꝰ videãtur viles ⁊ depꝛeſſi: interius tamen in cõſciẽtia pꝛecioſis lapidibꝰ.i.gratijs ⁊ virtutibꝰ ſunt repleti/que per xp̃i influẽtiam in talibꝰ pꝛoducũtur/et in eis ſub defoꝛmitate humilitatis occultantur. Matth.xxv. Abſcõdit talentum in terra. Uel dic de inſolentibꝰ vel ſecularibꝰ: qui licet habeãt turpem coloꝛem.i.leuem conuerſationem: et licet qñq; exteriꝰ q̃tum ad exterioꝛem apparẽtiam nullius ſint momẽti: tñ qñq; interiꝰ diuinis chariſmatibꝰ ſunt repleti. Uel dic de ruſticis/qui occultãt diuitias ſuas/quibꝰ interiꝰ in domibus pleni ſunt/licet coloꝛe defoꝛmi.i.burellis veſtibus ſint induti. ¶ Licet terra exterius frigida videat: intus 12 tñ aliquotiẽs magnis ⁊ igneis ardoꝛibꝰ inflãmatur: ſicut patet in mõte Ethna in Sicilia: qui ꝑpetuis incendijs ſemper ſpirat. Sic vere licet aliqñ aliquis videat exteriꝰ eſſe frigidus per indeuotionem/ſicut ſunt leues ⁊ loquaces: aliqñ tñ interiꝰ totus feruet ⁊ ardet per dilectiõem/et ab eo exit ignis per bonã operationem. Ignem veni mittere in terrã. Luce.xij. Uel dic de illis q̃ videtur exterius eſſe humiles ⁊ benigni/et pauperes ſpiritu: q̃ tamen interiꝰ ardoꝛe auaritie/malitia ire ⁊ diſcoꝛdie ſunt accenſi. Eccl'i.xix. Eſt qui nequiter ſe humiliat. Uel allega hiſtoꝛialiter de inferno. ¶ Terra licet naturaliter 13 ſit ſicca: tñ vndiq; mari cingitur: et ſuis bꝛachijs ꝑcutit et vallat: et per occultos meatus eiꝰ aquis ⁊ humoꝛibꝰ humectat/et ne pꝛe ſiccitate in puluerem reducat/pꝛeſeruatur. Chariſſimi/per mare intelligo deũ/ꝓpter plenitudinem oĩm bonoꝝ: q̃ fluctibꝰ tribulationum terrã.i.bonos ꝑcutit: ſed per ſuã occultam ꝓuidẽtiam humoꝛibus ꝯſolationũ ipſos interiꝰ irrigat ⁊ humectat: qꝛ ſemper facit cũ tẽtatione ꝓuẽtum.j.ad Coꝝ.x. Et quãto tales hmõi fluctibꝰ ampliꝰ vapulãt: tãto in bono per virtutẽ cõſtãtie ſolidãtur. ¶ Licet terra ſit naturaliter ſtabi- 14 lis atq; firma/aliqñ tñ diſcutit vehementer ⁊ mouet. Nã qñ in vẽtre terre vapoꝛ ſiccus ⁊ frigidus incluſus ꝑ adiũctionem igneã agitat: tũc ipſam terrã cõmouet/et generat terremotũ: et vapoꝛe exeũte/ſonus atq; tonitruũ audit: vt dicit Ariſt.li. Meteoꝛoꝝ.iij.c.v. Sic vere chariſſimi ſp̃ualiter qñ ĩ terra.i.in coꝛde terreno pctõꝛis includitur vapoꝛ ſeu vẽtus: hoc eſt dictu diuina inſpiratio ſpiritusſancti: ⁊ quãdo ignis feruẽtis cõtritionis ibi adiungitur: tũc vere licet iſta terra ſit fixa ⁊ ſtabilis/hoc eſt dictu/licet peccatoꝛ ſit durus/incoꝛrigibilis et obſtinatus in malo pꝛopoſito: tamen per dei gratiam mouetur per ſui ſtatus diſcuſſionem: auditur tonitruum per confeſſionem: exit vapoꝛ et fumus.i.vitia ⁊ peccata: et terra.i.coꝛpus ſcinditur ⁊ aperitur per penitentiam et afflictionem. Ideo Pꝛouerbioꝝ.xxx. Per tria.i.per cõtritionem cõfeſſiõem ⁊ ſatiſfactiõem/mouet terra.i.pctõꝛ/ſcꝫ a ſta

tu peccati i statū grē. ps. Terra mota est/ etem̄ celi distil
lauerunt. Uel dic aliter ꝙ scꝫ qñ in vētre ⁊ corde terre. i.
pctōris generaꝛ vapor supbie/ tuncvere ipm mouet per
irā et presumptionem ⁊ elationē: et sic aperiꝛ ꝑ iactātiā
et suoꝝ actuū manifestatiōem: et tonitruū tribulationū
et cōminationū ab eo cōmoueꝛ. Uox tonitrui ei⁹ verbe-
rauit terram. Eccli. xliij. Uel dic ꝙ qñ terra. i. corpus su
perboꝝ in morte findiꝛ/ tūc vere vētus supbie euaporat
et tonitruū eterne cōdēnationis ⁊ diuine sentētie in eis
15 generaꝛ. Aperta est terra/ et deglutiuit dathan. ¶ Quā
do diuersi vapores ⁊ vēti in vētre terre cōclusi inuicem
concutiūtur/ tūc ibidem ex tali collisione sonus tonitrui
generaꝛ: et tādem ꝑ violētiā vapoꝝ terra illa scinditur/
et sic vapor ille exit. Et dicit Aristo. ibidē ꝙ in locis mul
taꝝ cauernaꝝ/ et vbi est refluxus maris/ generaꝛ de faci
li terremotus. Uñ dicit ꝙ tēpore Herculis in quibusdā
insulis incepit eleuari terra ad similitudinem collis: et
postea scissus est mons ille/ et exiuit vapor fortis/ q̇ de-
struxit primā ciuitatē. Terra est religio vel eccl'ia: vapo
res ventosi sunt supbi religiosi ⁊ clerici: qui vere qñ sunt
in vētre terre. i. in claustro religionis/ tūc nō sunt contē-
ti loco ⁊ statu ꝓprio: imo volūt exire/ scꝫ ad exteriora be-
neficia ⁊ officia/ ad que cupiūt ꝓmoueri: et ideo alter cō
tra alterū cōmoueꝛ/ scꝫ per iras et discordias atqꝫ lites/
diuisiōes ⁊ odia: ⁊ sic tonitruū. i. vox appellationū emit
titur ⁊ audiꝛ: vel etiā vox infamie ⁊ detractionū: et sic ter
ra ⁊ ciuitas. i. illa eccl'ia vel religio eorum rixis ⁊ discor-
diis dissipatur: et ipsi vapores. i. ipsi mali quasi violēter
exeūt/ scꝫ prelationis officia occupādo/ et per lites ⁊ dis-
cordias beneficia acquirēdo. Cōstat em̄ ꝙ per lites ma-
loꝝ/ religiones hodie destruūtur: vt talib⁹ dicaꝛ: Tu ter
ram tuā disperdidisti: tu populum tuum occidisti. Esaie
xiiij. Et hoc summe accidit in illis partib⁹ vbi est reflu-
xus maris. i. affluētia diuitiaꝝ/ scꝫ in religionibus diui-
16 tibus ⁊ rendatis. ¶ Quādo efficitur terremotus/ sem-
per accidit tenebrositas tegēs solem: et ante eum appa
ret ei⁹ signum/ scꝫ nubes longa in celo: que videꝛ ad mo
dum linee ante solis ortum: ꝫm Aristo. ibidem. Sic vere
quando terra. i. pctōr mouetur per iram vel superbiam/
tūc vere in eo oritur tenebrositas ignorātie/ que tegit so-
lem. i. claritatem sui intellectus: qꝛ vere tales non vidē-
tur habere oculos: qꝛ scꝫ nō vidēt fragilitatem ꝓpriam/
infernum ⁊c̄. Exceca cor populi hui⁹. Esaie. vj. Uel dic
ꝙ quādo terremotus contritionis accidit/ tūc ignorātia
generatur: qꝛ scꝫ Homo nescit vtrum amore vel odio di-
17 gnus sit. Eccl'is. ix. ¶ Accidit qñqꝫ terremot⁹ in eclipsi:
qꝛ quādo per lune interpositionem solaris radius impe
ditur ne perueniat ad aerem: tūc vapor qui est causa ter
remotus/ non cōsumitur: et sic necessario generatur ter
remotus: vt dicit idem. Sic vere quādo inter nos ⁊ so-
lem iustitie xp̄m interponitur luna. i. mundi prosperitas
per eius affectionem: tūc vere radius sue gratie impedi
tur ne ad aerem consciētie nostre perueniat ⁊ attingat:
et sic vapor superbie in corde nostro non cōsumitur/ sed
per ei⁹ augmētationem terremotus tribulationis ⁊ ira-
cūdie/ tonitruum comminationis ⁊ iactātie generatur.
Uel vapor est tentatio vel mala affectio: tonitruū est de-
tractio/ vel infamia/ vel mala operatio ⁊c̄. sicut. s. Uel
18 terremotus est mors tēporalis ⁊ eterna. ¶ Scd'm Ari-
sto. in lib. vegetabilium/ terremotus non fit in locis exte
rius porosis ⁊ raris: qꝛ vapor interior qui est causa terre
motus/ cōtinue egreditur ⁊ exhalat/ ꝗꝫ ibi generatur:
et sic non fit tāta vaporis cōgregatio/ ꝙ possit facere ter
remotum. Sic vere licet multi vapores. i. multa pecca-
ta cōgregētur in vētre ⁊ consciētia pctōris/ tñ si sit poro-
sus ⁊ sabulosus ꝑ penitētiā et cōfessionem: vt qꝛ cōtinue
vapores emittit cōfitēdo/ nec in corde suo manere ꝑmit
tit: pro certo nunꝗ̄ patietur mortis eterne terremotum:
qꝛ homo pronus ad confessionē/ nunꝗ̄ patitur dānatio-
19 nē. Exēplifica bene ⁊c̄. ¶ In locis summe solidis atqꝫ
firmis non accidit terremot⁹: et hoc qꝛ ꝓpter substantie
soliditatem vapor nullus pōt interi⁹ generari: cū non sit
ibi cōcauitas in qua possit cōtineri: ꝫm Aristo. ibidem.
Sic ꝟe aliqui sunt firmi ⁊ stabiles ꝑ cōstātie et ꝑseuerā-
tie ⁊ fortitudinis firmitatem: et hoc tm̄ ꝙ in suis interio
ribus. i. in cōsciētia ⁊ volūtate non generaꝛ aliqs malus
vapor. i. mala affectio/ supbia ⁊ peccatum: et ꝓ certo tali
bus nō accidit terremot⁹. i. dānatio sempiterna: que ter
ram. i. pctōrem cōcutit ⁊ deterret. Fūdauit terrā sup sta
bilitatem suā: non inclinabiꝛ ⁊c̄. Et hoc qñ interi⁹ in cō-
sciētia/ ⁊ exteri⁹ i apparētia fortes sunt/ stabiles ⁊ rōna-
20 biles. ecōtra de hypocritis: q̇ similes sunt montibus ⁊c̄.
¶ In locis mōtuosis ꝫm Arist. ibid'/ sepius accidit ter-
remotus: et hoc maxime in his q̇ exteri⁹ sunt firmi ⁊ so-
lidi/ interi⁹ aūt sunt cauernosi ⁊ spongiosi: qꝛ tūc in cōca
uitate aggregaꝛ multus vapor: qui ꝓpter soliditatem su
perficiei vetaꝛ exire: et sic fit coagitatio/ et terra scindiꝛ
et moueꝛ. Tales sunt hypocrite: q̇ vidētur esse mōtes. i.
eleuati ꝑ cōtēplationem/ ⁊ terrenoꝝ cōtēptum/ qui etiā
sunt mōtes ꝑ supbiam ⁊ elationē. Nam licet exterius in
apparētia videātur esse firmi ⁊ stabiles/ fortes scꝫ ⁊ iusti:
tñ interius in consciētia sunt cauernosi/ falsi scꝫ et curui/
et a virtutib⁹ inanes ⁊ vacui: et ideo ꝓ certo tales patiū
tur faciliter terremotum. i. dānationem eternā: et hoc qꝛ
vapor malus inclusus. i. interiora vitia ⁊ peccata nō ex-
halāt ꝑ cōfessionem: nec exteri⁹ vidētur ꝓpter soliditatē
exteriorē. i. ꝓpter apparētem ꝑfectiōem: et ideo ipsi sunt
causa ꝙ terra ista moueꝛ et finaliter scindiꝛ per cōcussio
nem mortis eterne. Amos. iij. Circuietur/ agitabitur et
21 tribulabiꝛ terra ⁊c̄. ¶ Patet ergo vt cōiter ꝙ terremot⁹
non accidit in locis qui sunt tales in existētia/ quales in
apparētia: vt qꝛ sunt ex toto rari ⁊ porosi/ vel ex toto exte
rius ⁊ interi⁹ solidi atqꝫ firmi: sꝫ i locis exteri⁹ solidis/ inte
rius aūt cōcauis cōsueuit accidere terremot⁹. Sic vere
mot⁹ apostasie nō accidit cōiter i illis ꝑsonis q̇ sūt tales
q̇les se ostēdūt/ scꝫ in locis raris. i. in ꝑsonis leuib⁹: dū tñ
sepe euaporētur ꝑ cōfessionē: nec in locis solidis atqꝫ fir
mis. i. in iustis ⁊ perfectis: quia in istis non oritur vapor
tētationis/ sed in mōtuosis ⁊ cauernosis. i. in hypocritis
q̇ sunt extra fortes ⁊ boni/ interi⁹ cōcaui ⁊ inanes. In ta-
libus dico consueuit accidere motus apostasie: qꝛ tales
facilius ꝗꝫ alij mouētur ⁊ cadūt a statu ꝓprio: qꝛ de⁹ no-
lens amplius sustinere hmōi fictiones/ respicit terram/
et facit eā tremere ⁊c̄. In alijs aūt non accidit nisi per
violētiam: qꝛ sicut terra licet stabilis aliqñ mouetur per
fortem motū tonitrui a superioribus ventis: sic aliquan-
do quātūcūqꝫ fortis sit ꝑsona/ motus tñ tonitrui ⁊ tribu-
lationum qui venit a superiorib⁹ et prelatis/ ipsos facit
22 moueri ꝑ apostasiā/ et a statu ꝓprio vacillare. ¶ Terra
diuersimode variaꝛ: qꝛ alibi alta/ alibi depressa/ alibi ca-
lida/ alibi frigida: sꝫ tñ hoc regulare est ⁊ generale ꝙ ter-
ra depressa calidior est ⁊ fecūdior/ ꝗꝫ alta: et hoc ꝫm Alba
crobium: qꝛ in vallib⁹ fit maior radioꝝ solis aggregatio
ꝗꝫ in mōtib⁹: q̄ est causa fecūditatis ⁊ caloris. Radij em̄
semꝑ vadūt ad cētrū: et in locis angulosis ⁊ vallosis ma
gis cōprimūtur ⁊ multiplicātur. Sic vere charissimi/ in
terra. i. eccl'ia vel religione sunt alique partes. i. alique
ꝑsone alte ꝑ dignitatē/ scꝫ prelati: alij sunt infirmi ⁊ de-
pressi/ scꝫ subditi. Uel dic ꝙ quidā sunt eleuati per ꝓspe-
ritatem ⁊ honores: alij depressi ꝑ tristitias ⁊ dolores/ mi
serias ⁊ tribulationes: sꝫ vere tales sunt ceteris calidio-
res ꝑ charitatem/ ⁊ fecūdiores ꝑ bonoꝝ operū fertilita-
tem: et hoc qꝛ tales radioꝝ diuine grē maiorem ꝑcipiūt
ꝗꝫtitatē: qꝛ ꝓ certo radi⁹ diuine grē semꝑ tēdit ad valles
et angulos. i. ad ꝑsonas humiles ⁊ depressas. Ad quem
em̄ respiciā (dicit dñs) nisi ad humilem ⁊ tremētem ꝟba
mea? Esaie. lxvj. Uel si vis ꝑ mōtes intellige religiosos
23 et clericos: per valles laicos ⁊ seculares ⁊c̄. sicut supra.
¶ Variaꝛ etiā terra ꝫm solis ꝓpinquitatem vel longin-
quitatem: qꝛ illa est fertilior/ q̄ ad susceptionē radioꝝ so-
lariū magis disponiꝛ per culturā vel naturā: et q̄ est soli
magis ꝓpinqua: illa aūt q̄ est a sole remota ⁊ indisposita
sicut est Norwegia ⁊c̄. hmōi/ paucam vel nullam habet
fertilitatem. Sic ꝟe illa terra/ religio vel aīa q̄ est prope
solem. i. ꝓpe diuinam scripturam ⁊ sapiētiam vel etiam
ꝓpe diuinam gratiam per charitatem/ fecūda per bona
opera reperiꝛ: et maxime qñ ꝑ penitētiā et laborē/ tribu-
lationē et pauꝑtatē excoliꝛ/ disponiꝛ et purgaꝛ. Illi aūt

status vel persone qui longe sunt a sole diuine sapientie vel gratie/scʒ pctōres et huiusmodi/a fructu bonoꝝ operum sunt steriles:et maxime qn̄ per penitentiam nō coluntur. Qui em̄ appropinquant pedibus eiꝰ/sument de 24 doctrina ipsius. Deut.xxxiij. ¶ Item variatur terra ꝭm ventos:quia terra quā ventus orientalis perflat/temperata est inter quattuor qualitates:⁊ ideo fructibus ⁊ floribus/speciebꝰ ⁊ aromatibꝰ est magis apta:et habitaculis hominū opportuna. Illa autem q̄ a vento occidentali perflatur/magis est humida ⁊ frigida:et ideo minꝰ est fecunda. Uentus est diuina scientia vel gr̄a/que ab oriēte.i.a deo defluit ⁊ emanat. Occidentalis aūt est sciētia secularis/vel ꝓsperitas mūdana/que semper occidit et declinat. Illa ergo terra.i.ille status q̇ vento oriētali.i. diuina scientia vel gr̄a perflat̄/pro certo magis est alijs temperata(per discretionē.s.⁊ maturitatem) inter quattuor qualitates quattuor affectionū:et ideo aromatibꝰ bone fame/ fructibus bone operationis/ floribus bone conuersationis pre ceteris statibus ⁊ religionibꝰ est cōpleta:vt ptʒ in religionibus mendicantibus. Et ideo sanum et congruū sunt habitaculū animarū et etiam personarum. Sed ve illa terra q̄ vento occidentali ⁊ pluuioso.i.mūdanis scientijs et prosperitatibus est sufflata/vt est mundus cū suis sapientibꝰ/plus abundat in frigore indeuotionis/et humore carnalis infectiōis:et ideo plꝰ est sterilis a fructu bone operationis. Fecit flare ventū ab occidente:qui arreptas locustas proiecit ī mare rubrum. Exo.x. Sic vere ventus iste facit peccatores descendere vsqʒ ad mare.i.vsqʒ ad amaritudinem inferni. Uel si vis accipe aīam vel hoīem per terram ⁊c̄.sicut supra. Uel terra orientalis q̄ abundat in fructibus eterne voluptatis/in floribus eterne venustat̄/in lumine eterne claritatis/est paradisus:terra autem occidētalis est mundꝰ ⁊c̄.vt supra. Gen̄.ij. Plantauerat autē dn̄s deꝰ paradisum voluptatis ad orientalem plagā Edom. Uel ventus oriētalis est etas iuuenilis:occidētalis est etas senilis:quia q̇dam sunt boni in iuuentute:mali in sene25 ctute ⁊c̄.sicut supra. ¶ Terra aquilonari vento perflata licet sit infecūdior/tn̄ populos generat ⁊ nutrit nobiliores/maiores/meliores/ pulchriores ⁊ audaciores:sicut patet in Alemānis. Sic vere illi homies et persone qui sunt in vēto frigido aquilonis.i.in statu tribulationis ⁊ paupertatis/sunt ceteris nobiliores ⁊ meliores/scʒ ꝗ̄tū ad gratias:licet circa eos fructus.i.diuitie ⁊ delicie nō abundent. Illi autē qui sunt in vento australi.i.in statu prosperitatis mundane/ceteris sunt minores ⁊ viliores scʒ per vitia ⁊ peccata:licet fructibus diuitiarum ⁊ deli26 ciarum tēporalium plus abundēt. ¶ Uariatur item terra per appropīquationē vel elongationē ad mare. Nam terra vicina mari meridionali calidior est ⁊ humidior ꝗ̄ cetere/quia vapor salsus a mari resolutꝰ/eam calefacit. Uapor autē maris aquilonaris propter frigoris predominium terrā propinquā infrigidat et cōstringit. Mare significat tribulationē:pars meridionalis significat paradisum et bona spiritualia:aquilonaris autē significat mūdum vel bona tēporalia:terra autē est anima vel homo. Quando ergo mare meridionale.i.tribulatio que sustinetur pro deo ⁊ bonis sp̄ualibus ⁊ pro meridie eterne lucis paradisi/tangit terram.i.animā/tunc vere vapore diuine gr̄e qui inde prouenit/ista terra calore dilectionis inardescit/⁊ humore pietatis ⁊ deuotiōis humectatur. Sed pro certo qn̄ a mari aquilonari.i.a tribulationibus que pro mūdo ⁊ mūdanis negocijs sustinent̄/tangitur/tunc vere non calescit per dilectionem/sed frigescit per indeuotionem:nō humectatur per cōpassionem/sed stringitur per parcitatem:nō mollificatur per contritionem/sed duratur per obstinationem. Frigidus em̄ ventus aquilo flabit:et gelabit crystallus ab aquis. Eccl'i xliij. Uel per meridiem intellige statum gratie:per aquilonem statū peccati:qꝛ vere mare tribulationis quod in meridie.i.in statu gratie sustinet̄/animā calefacit ⁊c̄.sicut supra. Illa aūt terra.i.anima que est in aquilone.i.ī statu mortalis peccati/suffocatur ipsam indurans ⁊c̄.
27 ¶ Uariatur terra ꝭm diuersam culturam:qꝛ ꝗ̄to plus foditur/euertitur et aratur/tanto magis disponitur ad receptionē celestis influentie:et sic fructus amplior generatur:qn̄ autem ociosa sine cultura permittitur/tūc a susceptione celestis influentie indisponit̄/et sic fructibꝰ minime fecūdatur/sed spinis ⁊ vepribꝰ et herbis inutilibus adimpletur. Sic vere caro nr̄a vel aīa/ecclesia vl' religio qn̄ per tribulationem/penitentiā/exercitiū ⁊ laborem teritur/foditur et aratur/tunc disponitur ad susceptionem luminis gr̄e/scientie et virtutis:et sic ꝑ bona opera fecūdat̄:qꝛ qui operatur terram suam/saturabitur panibus. Prouerb.xxviij. Sed vere qn̄ ociosa dimittitur/et labor tribulationis ⁊ penitentie omittit̄/tūc lux diuine gratie ibi nō influitur/ et ꝑ consequēs fructu bonorum operū non ornat̄/sed per diuersa peccata sterilis redditur:⁊ spinis ⁊ vepribus.i.diuersis vitijs ⁊ peccatis oppletur. Esa.vij. Montes qui sarculo sarriētur/non ascendēt super eos spine ⁊ vepres. ¶ Terra bona 28 si rore fuerit perfusa ⁊ compluta/mollitur ⁊ perfundit̄/⁊ ad vltimū fecundat̄. Si autem arenosa vel lapidosa fuerit/tunc ex hoc magis indurat̄/nec ꝑ rorem vel pluuiā fecundatur vel mollit̄. Sic vere bona persona statim ꝙ perfunditur rore vel pluuia diuine scientie vel predicationis/ipsa pro certo statim remollit̄ per contritionem/et fecūdatur per bonam operationē. Sed vere illi q̇ sunt arenosi ⁊ sabulosi per auaritiam/qui.s.habent arenā diuitiarum/et illi qui sunt lapidosi per obstinationē:tales dico nō molliunt̄ nec fecūdantur per rorem p̄dicatiōis sed ex hoc magis ⁊ magis indurant̄ ⁊ obstinātur/et deteriorātur. Quia cui vult miseret̄:et quem vult indurat. ad Roma.ix. Ideo Ezech.xxij. Tu es terra immūda/et nō cōpluta. ¶ Terra ī medio celi est sita/fixa ⁊ stabilis 29 frigida ⁊ sicca/et naturaliter a mari vndiqʒ circūsepta/ et suis fluctibꝰ verberata/oīm grauiū ⁊ oīm viuentium est sustentatiua/fructibus ⁊ floribꝰ/metallis et lapidibꝰ est fecundata:et ideo cibū cunctis mortalibus administrat:⁊ interius humoribꝰ humectata/fructum ⁊ cibum procreat omni carni:et ꝗ̄to magis teritur/ tanto fecūdior reperitur. Sic vere religio vel ecclesia in medio celi sita est per contēplationem ⁊ spem/fixa est per fidei firmitatem/frigida per castitatē/sicca per penitētie austeritatem/et a mari.i.a mūdo circūdatur/et tribulationū fluctibus verberatur:et ideo locus est ⁊ habitaculū grauium personaꝝ per maturitatem: ⁊ oīm viuentium per gratiam ⁊ charitatē:⁊ quia humoribus cōpassionis gr̄e et deuotionis irrigat̄/ideo fructibus ⁊ lapidibus.i.gratijs et virtutibꝰ adornat̄/⁊ cibum p̄dicationis ⁊ doctrine cunctis viuentibus administrat:et ꝗ̄to plus teritur per tribulationes/tanto plus fecundatur ꝑ bonas operationes. Dabit ergo dn̄s nobis terram/in qua nullius rei sit penuria. Judicum.xviij.

Capitulum.ij. De Montibus in generali.

Mons est tumor terre/solo pede tangēs terrā 1 versus celum superius eleuatus:et ideo dicuntur montes/quasi eminentes:ꝭm Isido. Et sunt montes solidi/cōpacti/versus celū erecti/cum terra cōiuncti:qn̄qʒ interius sunt concaui ⁊ cauernosi:et ideo ratione vacuitat̄ aquas sibi attrahunt atqʒ sugunt:quas tandē emittētes/efficiūtur sempiternoꝝ fontium et fluminū principiū et origo. Et sunt montes metalloꝝ ⁊ lapidum cōtentiui/aromatum et fructuū productiui/radioꝝ solarium pre ceteris susceptiui/et solaris illuminationis diutius retentiui. Tales sunt viri sancti et perfecti:quia vere versus celū eriguntur per contēplationem/spem et affectionem:terram tn̄.i.infernum tangūt inferius per timorem ⁊ considerationē. Usqʒ ad celos attingebat stans ī terra. Sapien̄.xviij. Uel terram.i.propriam vilitatem tangūt per humilitatem. Isti sunt concaui per humilitatē:vacui ꝑ paupertatem:et ideo aquas deuotionis et gratie/scientie/ lachrymarū ⁊ cōpassionis attrahunt a deo ⁊ acquirunt:et sic fluuiū sacre doctrine alijs defluunt et emittunt:sicut ptʒ de Augustino ⁊ alijs doctoribus. Fluuiꝰ igneus rapidusqʒ egrediebat̄ ⁊c̄. Dan̄.vij. Isti etiā sunt solidi per constantie firmitatem/per vite ⁊ doctrine san-

ctitatem. Esa.xl. Super montem excelsum ascēde. Cur-
rentium aquarum et metalloꝝ ꝛ preciosoꝝ lapidū.i. vir-
tutum ꝛ meritoꝝ sunt interius contētiui. Deut.viij. De
montibus eius eris metalla fodiuntur. Aromatum au-
tem ꝛ fructuum.i. bone fame et bonarū operationū sunt
exterius possessiui. Cañ.iiij. Uadam ad montē myrrhe.
Illuminationis ꝛ claritatis/discretionis ꝛ sapiētie/ꝛ ra
diorum solis.i. gratie ꝛ influentie dei sunt pre ceteris su
sceptiui/et diutius ꝑ perseuerantiā contentiui. Sol irra
2 dians illuminās montes. Eccli.xliij. ¶ Mōtes fumorū
et vapoꝝ sunt sepi⁹ emissiui/et nubiū ꝛ pluuiarū in aere
productiui. Et sunt montes vētis ꝛ fulminibus nebulis
et turbinib⁹ expositi: et ideo vt cōiter sunt frigidi plusꝗ̃
valles: et hinc est ꝙ in quibusdam altis mōtibus niues
perpetuo ꝑseuerant: vt est Caucasus ꝛ Liban⁹. Sic ꝟe
charissimi/sancti ꝛ boni fumū ꝛ vaporem deuote orōnis
sepe emittunt: et ideo in aere.i. in societate contigua vel
in ecclesia causant nubes bonorum exēplorum/ꝛ pluuiā
bonorum documentoꝝ: ꝛ sic ardorem concupiscentie re
frigerāt ꝛ temperāt. Exo.xix. Totus mons sinai fuma-
bat. Isti fulmina ꝛ ventos.i. mundi impetus et tribula-
tiones sustinent/ꝛ ab eis sepius feriunt: quia multe tri-
bulationes iustorum. Et ideo frigidi sunt per dei timo-
rem: ꝛ niue.i. florida castitate pre ceteris candidati. Cā-
3 didi facti sunt nazarei ei⁹. Threno.iiij. ¶ Montes sunt
solidi/duri/sicci/alti et eleuati/lumine ꝛ niuib⁹ pre cete-
ris candidati/frigidi/et ventis ꝛ turbinibus ꝛ fulmini-
bus et ardorib⁹ expositi/et sepius nebulosi. Tales sunt
mundi diuites ꝛ potētes: quia alti sunt per suꝑbiam et
elati: scꝫ superi⁹ ad officia et seculi dignitates. ꝑs. Mon
tes excelsi ceruis. Duri sunt ꝑ crudelitatem/duritiam ꝛ
parcitatem: lumine aūt.i. mūdi sapientia/et niue.i. mun
di candore et prosperitate pre ceteris sunt repleti. Ne-
bulosi tñ sunt.i. obscuri et ignorantes: scꝫ ꝗ̃tum ad deū/
et ꝗ̃tum ad illa que pertinent ad salutem: quia sapiētia
huius mundi: stultitia est apud deum.j. ad Corinth.iij.
Isti igitur sunt frigidi per indeuotionem/sicci per incō-
passionem/compacti et solidi per obstinationem/et ven
tis.i. adulatorum flatibus expositi/et mūdi vanitatib⁹
ventilati: pluuijs autem.i. mundi delicijs sunt imbuti:
quia ros Hermon descendit in mōtē sion. Metallis.i.
mundi diuitijs sunt repleti: fulminibus tñ.i. mundi tri-
bulationibus/et diuini iudicij tremendis sententijs et
ictibus sepi⁹ ꝗ̃ ceteri sunt percussi. Et licet sint sursum
eleuati in statu prelationis vel dignitatis/terre tñ infe-
rius.i. mundi terrenis bonis per affectionem ꝛ auaritiā
sunt ꝯiuncti. Et sicut a mōtib⁹ veniūt venti et turbines:
sic vere a maioribus deriuantur hodie turbines tribula
tionum/excoriationum/rapinarum ꝛc̄. quibus alij feriū
tur. Hiere.lj. Ecce ego ad te mons pestifer/qui contur-
4 bas vniuersam terram. ¶ Scd̄m Aristo. mons accidē-
taliter solet fieri tribus modis: quandoqꝫ em̄ aqua fluēs
cauat molles partes terre dure/aut non possunt caua-
ri/sed remanent/et fiunt mons: quandoqꝫ mare quando
terram cooperit/magnos aggregat cumulos arenarū/
recedenteqꝫ mari remanent / et fiunt mons: quandoqꝫ
etiam ex forti terremotu aggregatur terra/et fit mons.
Mons est vir perfectus: qui pro certo potest fieri mōs
tribus modis: scilicet per terremotum diuini timoris/
et sui discussionis: per mare.i. per amaritudinem peni-
tentie et contritionis: per flumina lachrymarum et de-
uotionis/scientie vel compassionis. Nam per ista terra
mollis.i. corpus ꝛ carnalis voluptas consumitur: ꝛ are-
na et terra.i. penitentia et humilitas in eo aggregatur:
et sic mons.i. alt⁹ efficit/iustus ꝛ ꝑfect⁹. Uel dic ꝙ mons
est superbus: qui tunc efficit mons/quando mare.i. mū-
dus arenas.i. diuitas sibi adiungit/ꝛ quando fluctus.i.
mundi tribulationes terram propinquam.i. suos socios
et vicinos consumunt/deprimunt atqꝫ rodunt: quia ex
suis diuitijs ꝛ ex aliorum depressionibus solent mali su-
perbire. Suꝑbia tua extulit te/qui habitas ī cauernis
petre/et apprehendere niteris altitudinem collis. Hie-
5 remie.xlix. ¶ Mons est locus tutior/roratione hume-
ctior/pascuosior/altior/et speculationi aptior/ꝗ̃ sit val-
lis. In monte enim lux est clarior: et ideo hostes vndiqꝫ
ibi melius contemplantur. Item ros est ibi dulcior/et
aer purior/et ibi meliora pascua pro nutriendis anima-
libus generantur. Item ibi locus est altior/ꝛ ad standū
difficilior/et ideo fortalitia/castra et munitiones ibi cō-
tra hostium impet⁹ fortissima fabricant. Ibi etiam ma-
ior est siccitas: et ideo illa que ibi sunt/facilius desiccā-
tur. Ibi frutecta sunt depressiora: et cauerne plures: et
ideo tam aues ꝗ̃ fere ibi solent refugere quādo a vena-
toribus infestātur. Mons iste est religio/vel status per-
fectionis/qui pro certo est securior/et lumine sciētie cla
rior: celo et celestibus propior / ꝗ̃ sit vallis.i. mundus.
In isto enim plus abundat lux diuine sapientie ꝛ scien-
tie: et ideo locus est aptior illis qui volunt speculari et
preuidere/scꝫ loca remota.i. terram paradisi ad deside-
randum/ꝛ ad illuc eundū. Figura Numeri.xxvij. vbi p̄
cipitur Moysi ꝙ ascendat in montem Abarim/ad con
templandum terrā promissionis. Abarim interpretatur
montes transeūtium: ꝛ significat religionem vel perfe-
ctionem: vbi sunt illi qui mundū contemnūt/et ad terrā
promissionis paradisum properant atqꝫ tendunt. Deut.
xxxij. Ascende in mōtem istū Abarim ꝛc̄. Item ibi spe-
culantur ꝛ preuident hostes: scilicet mundus/caro/de-
monia/vt precaueant/et vt eoꝝ insultus alijs intiment.
Esa.xl. Super montē excelsum ascende. In monte etiā
religionis ꝛ statu perfectionis abundat aer purus.i. bo-
na/pura ꝛ sancta societas/ꝛ viri spūales. Item ros dul-
cis.i. bona ꝛ sana doctrina/et etiam ros deuotionis gra
tie et cōpassionis: et ideo ibi bona sunt pascua/ꝛ fecun-
ditas herbarum.i. virtutū/documentorum et exemplo-
rum: ꝛ ideo animalia.i. Christi fideles ibi apte nutriun-
tur/ꝛ donis ꝛ virtutibus impinguant. Mons dei mōs
pinguis. Figuratus per mōtem Hermon/qui situs suꝑ
Jordanē in pascuis abundabat/ ꝛ ideo ibi animalia im-
pinguabantur: que post in monte Sion in templo offe-
rebantur. Sic in monte isto qui situs est suꝑ Jordanē.i.
super fluuiū deuotionis/gratie vel doctrine/abundant
pascua.i. fecunditas meritorum et virtutum: et ideo bo-
ni ibi nutriunt ꝛ pascuntur/vt tandem in tēplo paradisi
presentent. Ros Hermon descendit in montem Sion.
Item mons religionis vel status perfectionis est loc⁹
tutior: quia hostes spirituales: scilꝫ diuitie et delicie ibi
non ascendunt. Sunt etiam ibi castra fortia.i. scientie ꝛ
virtutes: scꝫ lectio/humilitas/penitentia et cetera simi
lia/que oīa sunt anime munimenta: et ideo homo ibi est
tutus contra oīa criminum nocumenta. Qui confidit
in dño sicut mons Sion: non cōmouebitur ī eternū ꝛc̄.
Et ideo hoīes.i. viri rationabiles/aues.i. mundi sapien
tes/bestie.i. simplices qui se vident in valle mundi infe-
stari ab hostibus venatorib⁹ ꝛ aucupib⁹ ꝛ a demonibus
et tentationibus/ad refugiū istud debent venire/ꝛ ibi a
spūalibus hostibus se saluare. Figura Geñ.xix. vbi di-
ctum est Loth ꝙ si vellet periculū sodome euitare/vrbē
exiret/ꝛ in montē conscēderet: iuxta illud: Ne stes in oī
circa regione/sed in mōte saluū te fac. Sed inuehe ꝯtra
illos qui retro respiciūt ad bona mūdi per affectū: sicut
vxor Loth: et ideo destruunt. Luc.xvij. Memores esto-
te vxoris Loth. Uel dic ꝙ mons est paradisus/vbi est
lux eterni splēdoris/ꝛ ꝑfecte cognitionis: et ibi delecta
biliter speculant cursus celi.i. essentia dei: qꝛ claritas dei
illuminat ciuitatē. Apoc.xxj. Item hic est locus tutus:
qꝛ nullus hostis/scꝫ tribulatio vel tentatio/ibi pōt ascē-
dere: ꝛ ideo ibi possunt (et non alibi) mentes hominum
perfecte requiescere. Psal. Requiescet in monte sancto
tuo. Item locus est pascuosus: quia scilicꝫ ibi abundāt
pascua eterne voluptatis: ꝛ ideo ibi debemus ascende-
re per spem et affectionem/et finaliter per presentialem
possessionem: vt securi requiescam⁹: vt ibi deum videa-
m⁹: ꝛ vt bonis ꝛ delicijs eternis affluam⁹. Ezec.xxxiiij.
In montib⁹ israel pascā eas: ibi requiescent in herbis
virentibus. et Esa.xxxij. Sedebit populus meus in pul
chritudine pacis/in tabernaculis fiducie/in requie opu
lenta. In istum autem montē difficiliter ascenditur/et
cum labore: quia per multas tribulatiōes ꝛc̄. Act.xiiij.

6 ¶ Montes alti licet metallis et lapidibus sepius sint repleti/multis tñ subiacent incõmodis: quia ventis et flatibus/nebulis et turbinibus/ignibus et fulminibus pre ceteris terre partibus exponũtur. Sunt tamen aliqui montes ita alti/ꝙ a nullis malis impressionibus tales impetuntur: sicut est Olympus et insule fortunate. Montes sunt dignitates/alta et nobilia mundi officia/que ꝓ certo licet abundent in metallis et lapidibꝰ.i. in diuitijs ⁊ delicijs/multis tñ incommodis subiacent. Ibi enim flat ventus elationis/vanitatis ⁊ presumptionis/⁊ adulationis. Ibi sunt turbines temporalis tribulationis. Ibi est ignis auaritie ⁊ ambitionis. Ibi flumina voluptatis ⁊ carnalis affectionis: et tãdem ibi cadit fulmen.i.ictus celestis vindicte ⁊ damnatiõis. Sol triplex exurens mõtes. Eccli.xliij. Christus dicitur sol triplex/propter triplicem naturã in vna persona: qui montes.i.mundi dignitates euacuat et consumit. Et ibi difficiliter ascenditur et cum labore: licet inde faciliter homo cadat. Est tamẽ mons vnus.i. vna dignitas vbi nõ ascendunt talia nocumenta: scilz paradisus: vbi nullum est malum: quia scilicet est super omnia elementa eleuatus. Ideo Esa.xiiij. Ascendam in montem testamenti super astra celi ⁊c̃.

Capitulum.iij. De monte Marath.

Marath est mons Armenie/vbi arca post diluuium requieuit: et ideo Armeni locum hũc egressorium dicũt. Hic est paradisus/vbi arca.i.anima vel ecclesia post diluuium transacto fluxu vite presentis et tribulationũ/perpetuo requiescit. Requieuit arca super montes Armenie. Genesis.viij.

Capitulum.iiij. De montibus Bethel.

Bethel montes sunt germinosi/herbis ⁊ aromatibus pleni/vicini Hierusalem: et ideo ab hinnulis/ceruis et capreis frequentant̃. Talis est religio vel status perfectionis: qui vicinus est Hierusalem.i. paradiso: et herbis et aromatibus.i. virtutibus et gratijs est fecundus/et ideo a ceruis et hinnulis.i.a bonis viris et perfectis colitur ⁊ frequentatur. Ideo precipitur Cantico.viij. Similis esto capree hinnuloꝗ ceruorum super mõtes Bethel. Uel expone de sacra scriptura.

Capitulum.v. De monte Caucaso.

Caucasus est mons ab India vsqꝫ ad Taurũ: dictus a candore/ quia est perpetuis niuibꝰ candidatus/ſm Isidorum. Expone si vis vt supra de mõtibus in generali: vide ibi.

Capitulum.vj. De monte Ebal.

Ebal est mons trans Jordanem/vbi steterunt sex tribus ignobiliores: scilicet filij ancillarũ/ ad maledicendũ transgressoribus legis. Expone vt poteris.

¶ Hermon. vide supra de montibus in generali.

Capitulum.vij. De monte Ebron.

Ebron mons ⁊ ciuitas est ĩ Judea/ vbi quondam viri fortissimi habitauerũt: scilicet gigãtes/filij Enach: et ibi sanctoꝝ Adam/Abraam/Isaac et Jacob corpora sunt sepulta: et ibi Dauid primitus regnauit super Judam: tandem ad totius regni Israelis fastigium est perductus: vt dicitur.ij. Regum.ij.et.v. Hic est religio vel status perfectionis: vbi gigantes.i.viri perfecti et sancti habitauerunt a principio. Ibi fuerunt gigantes ⁊c̃. Baruch.iij. vbi Dauid.i. Christus regnum ecclesie primo tenuit/et deinde ad regnum triumphantis ecclesie est promotus. Uel Dauid.i.quilibet bonus homo ⁊c̃. quia de penitentia venitur ad paradisum.

Capitulum.viij. De monte Ethna.

Ethna mons est Sicilie: qui perpetuis incẽdijs semper spirat. Sunt enĩ ibi cauerne plene sulphure: ideo ratione fluctuum maris ꝓpinqui ventus ibi recolligitur: et sic aer pre agitatione et pre caliditate sulphuris inflamatur: ſm Isidorum. Sic vere mũdus perpetuo videtur spirare ignem luxurie et auaritie et iracundie. Nam ibi sunt multe cauerne.i.multi homines qui per vitia sunt cauati: qui sulphure.i.ardore concupiscentie et malis affectionibus sunt repleti: et ideo ad flatũ venti.i.ad motum et ad agitationem tẽtationis vel exterioris occasionis faciliter his ignibus inflammantur: quia luxuriosi ignem luxurie/diuites ignem auaritie/potentes ignem crudelitatis et seuitie semper spirant: quo alij ꝑ iniurias rerum ⁊ corporum comburuntur. Apertio oris eius inflammatio. Eccli.xx. Figura Daniel.iij. vbi de fornace Babylonis erupit ignis qui circunstantes deuorauit: bonis tamen qui intus erant/nõ nocuit: sed eorum vincula dissipauit. Sic vere de fornace mundi exit iste triplex ignis/quo circunstantes.i. mundani dissipãtur et spiritualiter et temporaliter: boni tamen inde purgantur/et eorum vincula.i.peccata dirumpuntur/et ibi nullum spirituale nocumentum patiuntur. Psal. Dirupisti vincula mea ⁊c̃. Et sicut ſm Isidorum/circa montem hunc audiuntur sepe planctus et voces querulose/ et ideo ab aliquibus locus purgatorij fertur esse: sic vere in mundo boni qui ibi purgantur/plangunt ⁊ gemũt et hoc quia aut temporalibus aut spiritualibus tentationibus deprimuntur. Hierem.iij. Uox in Rama audita est/ploratus et vlulatus multus. Uel simpliciter ꝑ istum montem intelligo principes et potentes: qui quia cauerna sue conscientie ⁊c̃. sicut supra. Et ideo subditi eorum vel vicini dolent ⁊ gemũt. Figura vt supra. Job xxiiij. De ciuitatibus fecerũt viros genere. Et sicut ſm Solinum/iste mons cum suis perpetuis incendijs niues profert: ita in vtroqꝫ inuicta violentia: ꝙ nec calor frigore mitigatur/nec frigus calore dissoluitur: sic vere isti cum predictis incendijs ire/auaritie/et luxurie/niuem et frigus indeuotionis proferunt: et vnum cũ alio secum gerunt. Job. xxiiij. Ad calorem nimium descendunt ab aquis niuium. Uel dic ꝙ iste mons est infernꝰ: vbi sunt incendia ardentium/⁊ voces querule desperantium: quia pro certo ibi simul sunt frigus intolerabile/et incendium inextinguibile. Allega vt supra.

Capitulum.ix. De monte Effraim.

Mons effraim est mons fecundus/pulcher et gratiosus: vbi Josue hereditatem accepit: et vbi cultros lapideos quibus populus circuncisus est in deserto/ reposuit: et vt dr̃ Judicum.vij. ibi principes Madian a Gedeone sunt occisi: et est prope Sichen/que erat locus ⁊ ciuitas refugij. Ibi moratꝰ fuit Samuel: vt dicitur.j. Regum.vij. Ibi fuit Delbora prophetissa sub palma: vt dicitur Judicum.iiij. Talis est religio vel penitentia vel status perfectionis/vbi pro certo Jesus Christus filius Marie/filius scilicz dei patris fuit/et ibi q̃zdiu vixit/moratus est: et ibi cultros.i.predicatores fortes et firmos/ quibus in deserto huius mundi alij a suis superfluitatibus circunciduntur/vult abscondi. Ibi etiam principes Madian.i. demones mundi rectores impugnati sunt et deuicti. Ibi Samuel.i.viri iusti et sancti a principio sunt morati. Ibi delbora.i.sancta anima sub palma.i.sub crucis memoria debet quiescere: et hoc qr̃ iste locus est prope Sichen.i.prope paradisum: qui est locꝰ refugij et securitatis ⁊c̃.

Capitulum.x. De monte Seir.

Mons Seir vel Esau est in Idumea/vbi filij Esau pulsis gigantibus habitauerũt: sicut dicitur Deuterõ.ij. Et sunt illi montes ita feruentes in estate/ꝙ incole in cauernis et terre foueis se abscondunt. Talis est mundus/ vbi filij Esau.i.diaboli et peccatores habitant et morantur. Nam quia in estate.i.in tempore prosperitatis abundat ibi estus et ardor cupiditatis/carnalitatis/ ⁊ crudelitatis: idcirco illi qui ab isto estu cupiunt se saluare/necesse est ꝙ ĩ cauernis terre.i.in memoria mortis et inferni abscondantur. Ingredere in cauernas petre. Esaie.ij.

Capitulum.xj. De monte Phasga.

Lib.XI. De Montibus.

PHasga est mons in quem ascendit Moyses
moriens / et terram promissionis visurus:si-
cut patet Deutero.vlt.Mons est in quo Ba
laam duct⁹ a Balach populo benedixit. Cō-
tinet enī multos montes particulares/scilicz
Nebo et Abarim rc̄.

Capitulum.xij.De monte Galaad.

GAlaad est mons trans Jordanem:vbi habi-
tauit tribus Gad / et Ruben/et media pars
tribus Manasses.et est mons medicaminis
quia ibi multum abūdat resina medicinalis:
mons recōciliationis:q: ibi Laban r Jacob
sunt reconciliati.Geñ.xxxj.Item mons est lucri r nego-
ciationis:quia ibi mercatores ꝑpter aromata confluūt
vndequaqz/vt ptz Geñ.xxxvij.Talis est ecclesia vel pe-
nitentia vel paradisus:q: ibi homo deo reconciliatur/r
a vulneribus suis medelam recipit r resinam: et ideo a
negociatoribus et medicis.i.a bonis viris debet frequē
tari.Nunquid resina non est in galaad/aut medicus nō
est ibi?Hiere.viij.

Capitulum.xiij.De montibus Israel.

MOntes Israel sunt generaliter mōtes toti⁹
terre ꝓmissionis:qui oliuis/balsamis et spe-
ciebus r fructib⁹ exterius sunt referti:metal
lis autē et lapidib⁹ interius sunt opulenti:r
ideo terra lacte r melle manans antiquitus
dicebatur/eo scilz q ibi copia apū et pecudum abunda-
bat.Tales sunt viri sancti:qui oliuis pietatis/balsamo
odoroso famositatis/fructibus bonoꝝ operū r sanctita-
tis sunt repleti/scz exteri⁹ in cōuersatione/interius aūt
in conscientia metallis.i.gratijs r ꝟtutibus sunt refer-
ti:et ideo lacte sacre doctrine/r melle deuotiōis affluūt
atqz manāt.Et colles fluēt lac r mel.Johel.iij.Vel dic
q montes Israel sunt boni status r religiones rc̄.p oīa
sicut supra.Et ideo ab apibus.i.a viris sanctis et spūa-
libus/et a pecudibus.i.a bonis simplicib⁹ frequētātur.
¶Hyperborei montes: vide de Gryphib⁹ in libro de
animalibus.

Capitulum.xiiij.De monte Carmeli.

CArmelus est mons duplex in Judea/fertilis in
fructibus/frugibus et herbis.

Capitulum.xv. De monte Moria.

MOria est mons in Hierusalem/vbi edificatū fuit
templum.ij.Paral.iij. Ibi etiam obtulit Dauid
holocaustum cessante plaga.j.Paralip.xxj. Ibi immo-
lauit Abraam pro filio / ẜm Hebreos.Ibi vidit Jacob
scalam/ẜm glo.Gene.xxviij.

Capitulum.xvj.De monte Thabor.

THabor est mons pulcherrimus/fertilissim⁹/
fontibus r fluminibus irriguus/auibus mo-
dulantibus iocundus/fructibus et arborib⁹
fecund⁹:et hic est ẜm Hieronymū/vbi Chri-
stus docuit/et se transfigurauit : a multis tñ
venatoribus propter aues et feras que ibi sunt/frequē-
tatur:sicut dicit Glo.super Ozee.v.ibi. Laqueus facti
estis speculationi/ et rete expansum super Thabor.Ex-
pone si vis de religione/vel de penitentia.

Capitulum.xvij. De monte Libano.

LIbanus est mons altissimus in phenice:r in
terpretatur candidatio/eo scz q perpetuis ni
uibus candidatur/et hyeme et estate.Et est
mons opulentie et fecunditatis:quia herbis
et pascuis abundat.Item redolentie et aro-
maticitatis:quia thus r herbe odorifere ibi generātur.
Item mons est eminentie r sublimitatis/ẜm Rabanū:
quia a nauigantib⁹ a remotissimis partib⁹ videt̄.Item
est mons humiditatis:q: fluminib⁹ et fontib⁹ irrigat̄:et
ab eo fontes et flumina emittunt̄. Item est mons fidu-
cie r securitatis:q: cedri r alie arbores aromatice fugāt
omnia venenosa:ẜm Hierony.Item mons est pulchri-
tudinis r amenitatis:quia herbarum r arboꝝ perpetua
viriditas/fructuū suauitas/fluctuū viuacitas/auiū gar
rulitas/ipm faciūt decorum r iocundū. Item mons est
medicine r sanitatis:q: ibi arbores abundāt medicina-
les:scz cedri/cypressi/ palme/r oliue. Item mons est le-
titie et iocunditatis:q: scz in eius lateribus crescunt vi
na optima:et ibi abundāt aues dulciflue modulantes/
que letitiā generant r amorem:vt dicunt Hieronym⁹ r
Josephus. Mons iste est vir iustus r perfectus/et ma-
xime beata virgo Maria:que niue.i.candore castitatis
candidatur/nec hyeme aduersitatis/nec estate ꝓsperi-
tatis eam ꝑdidit quoquo modo. Ideo de virgine dicit
Cant.iiij.Ferculum fecit sibi (.i.corpus) rex Salomon
(.i.dei filius) de lignis libani.i.de purissimis sanguini-
bus virginis.Mons est ergo hec fecūditatis:q: gratijs
et virtutibus r bonis operibus extitit opulenta.Hec est
mons redolentie ratione bone fame:mons eminētie ra-
tione sublimis vite:mons humiditatis/q: in ea abūdat
aqua lachrymaꝝ r deuotionis/misericordie r cōpassio-
nis:mons fiducie/q: odor sue virtutis depꝑmit veneno-
sa.i.demones r tentationes:r sic tutū est in ea per deuo
tionem quiescere.Ista est sicut turris libani/que respi-
cit contra Damascū.Cant.vij.Item mons est pulchri-
tudinis quo ad conscientie et apparentie venustatem.
Ipsam enī facit decoram fluuius misericordie vel scien
tie/qui ab ea fluit.Puteus aquarū viuentium/que fluūt
impetu de libano.Canti.iiij.Honestatis viriditas/lau
dis diuine garrulitas/fructuum bonorū operum suaui-
tas r dulcedo. Est etiam mons medicine/q: in ea sunt
exempla r documenta/que sunt aliorum medicina.Est
enim in ea cedrus contemplationis/cypressus firmita-
tis/palma virentis honestatis/oliua fluentis pietatis.
Dedi in solitudine cedrum rc̄.Esa.xlj. Item mons est
iocunditatis/q: vinum spūalis consolationis in ea abū
dat/et aues.i.angeli circa eam suis laudibus modulan
tur.Vel aues.i.gratiarum actiones/ laus/cōfessio/ora-
tio/et similia in ea sunt reperta.Expone si vis de Chri-
sto/ vel de quolibet sancto vel iusto.Vel dic q mons iste
est religio vel ecclesia/vbi niues.i.frigus penitentie et
candor castitatis debent esse perpetuo.Et hic est mōs
opulentie:q: in herbis ꝟtutum exemploꝝ et documen-
torum debet abundare/vt sic seculares in ea possint pa
sci.Vbi pascas:vbi cubes in meridie.Cañ.j.Hic etiam
debet esse aromaticitas et redolentia bone fame:q: ibi
debet esse thus.i.viri sancti r famosi/cedrus.i.viri alti r
contemplatiui/cypressus.i.viri fortes r constantes/oli-
ua.i.viri pij et misericordes:qui oēs odorem bone fame
debent emittere/r serpentes.i.demones r vitia fugare.
Et sic bene sequitur aliud:scz q hic est locus securitatis:
quia scz ratione bone societatis homo ibi pōt tutius vi-
uere q̄z in mūdo.Item ibi est altitudo r sublimitas emi-
nētissime sanctitatis/pulchritudo r viriditas gratiosissi
me honestatis . Ibi debet esse perpetua humiditas la-
chrymarū/deuotionis/sciētie r pietatis:quia fontes mi
sericordie/flumina scientiarū/a religione debent distil-
lare.Allega vt supra.Puteus rc̄.Item mons est letitie
q: ibi sunt vina spei/scripture r consolationis.Ibi sunt
aues.i.viri contēplatiui/qui diuersos cantus promunt
scz orōnem/confessionē/gratiarū actionem/doctrinam/
et predicationē. Super ea volucres celi habitabunt:de
medio petrarū dabūt voces.Petrarum.i.duoꝝ testamē
torum.Est etiam locus sanitatis:quia ibi abundant vi
ri sancti:qui sunt alijs medicinales doctrina/moribus
et exemplis . Debet ergo homo dicere illud Deut.iij.
Vadam r videbo terram hāc optimam/et montem istū
egregium et libanū.Vel dic q mons iste est paradisus:
vbi pro certo perpetua est iocunditas/fecunditas/ame
nitas/aromaticitas/sublimitas/r dignitas/r saturitas.
Ibi est enim fluuius eterne voluptatis/eminentia eter-
ne dignitatis/candor r niueitas eterne scientie r claris
tatis/vinum eterne iocunditatis et ebrietatis. Vinum
letificat cor hominis. Arbores r herbe.i.sancti r sancte
semper in virore charitatis virentes/aues semper mo-
dulantes.i.angeli deum semper laudantes/perpetuus
viror/ immarcessibilis gloria seu decor/ibi nullum vene
nosum.i.nulla tētatio vel tribulatio moratur:et ideo est
tutissimum ibi esse.Esa.xxxv.Ibi non erit leo/nec mala
bestia.Et ideo nos qui nauigamus per mare mūdi hu

tus/debemus montem istum videre per contemplatio-
nem/et ad eum accedere per spem et affectionem ⁊ bo-
nam operationem. Eleuans Abraam oculos/vidit ꝓ-
cul locum ⁊c̃. Geñ. xxij. Uel dic ꝙ hic est mũdus/qui in
niuibus.i.in diuitijs (que mẽtem infrigidant per inde-
uotionem) in fluuijs.i.in delicijs (que mentem imbuũt
per carnis infectionem) in rupibus.i.in eminentijs/ et
in herbis.i.in scientijs abundat. Ibi sunt aues.i.super-
bi ⁊ garruli. Ibi est arborum ⁊ herbarum.i.hominum ⁊
mulierum copia. Ibi bestiarum crudelium.i.raptorum
abundantia cõmoratur:et interpretatur candidatio:qꝛ
candore prosperitatis status mundanorum hodie can-
didatur seu etiam decoratur.

Capitulum. xviij. De monte Oliueti.

Oliuetum est mons iuxta Hierusalem: q̇ ita
fuit prope templum/ ꝙ nocte templi lumina-
ribus illustrabatur. Abundat autem ĩ oliuis
et ideo ꝺm Augu. super Joannem/ mons est
luminis/refectionis/et curationis:qꝛ scilicet
ex oliuis distillat oleum/ qꝺ est vulnerum medicamen-
tum/ciborum condimentum/ignis et luminis nutrimẽ-
tum: ꝺm Isidoꝝ. Hec est ecclesia vel religio: que prope
templum paradisi per spem et deuotionẽ est sita: et ista
est mons luminis/scientie et discretionis/fidei ⁊ doctri-
ne: quia a templo paradisi per reuelationes angelorum
quotidie illustratur. Est etiam locus refectionis: qꝛ ibi
bone anime doctrina ⁊ gratia nutriunt̃ et impinguãtur.
Et est mons curationis/quia ibi peccatores per penitẽ-
tiam emendant̃/et oliue.i.viri sancti ⁊ misericordes/scꝫ
Christus ⁊ sancti ⁊ iusti ibi affluunt: quorũ succus.i.ope-
ra/doctrina et exempla sunt alijs nutrimẽta/condimẽ-
ta et medicamenta.

Capitulum. xix. De monte Olympo.

Olympus est mons altissimus ĩ Macedonia
qui nubes transcendit/in tantum/ꝙ nec ven-
tus/nec pluuia/nec grando/nec alie aeris ĩ-
pressiones illuc possunt attingere: et ideo ibi
ascendebant philosophi/vt cursus syderum
contemplarentur: et in tantũ est locus ille quietus/ꝙ lit-
tere impresse pulueri/sine deletione per annum integrũ
perdurarent: vt dicit magister in historijs. Solin⁹ etiam
dicit ꝙ in summitate olympi fuit ara Joui dicata/vbi
quicquid sacrificabatur/incorruptum post annum inue-
niebatur. Exta etiam.i. viscera aĩalium/talia ibi reuolu-
to anno inueniebantur/qualia ibi dimittebãtur. Talis
est paradisus: quia vere nubes transcendit ad litteram:
et ibi non est ventus alicuius tentationis: grando ⁊ to-
nitruũ alicuius tribulationis: pluuia carnalis infectio-
nis/nec aliqua impressio.i.aliquod vitium vel peccatũ.
Neqꝫ mors erit vltra ⁊c̃. Apocalyp. xxj. Et ideo philoso-
phi.i. viri sancti/⁊ angeli ⁊ beati ibi sine perturbatione
aliqua celũ ⁊ eius cursum.i.deum ⁊ proprietates ipsius
et naturã continue speculantur: ⁊ littere in eis scripte.i.
sue scientie/merita/ꝟtutes ⁊ grẽ q̃ in eis sunt inserte/ꝑ-
petuo nõ delentur/nec peccato aliquo amplius destru-
untur. Locus est eñ Joui.i. Christo dicatus: ⁊ ideo illa
que ibi dño consecrantur/incorruptionis ꝑpetuo mune-
re letant̃: ꝺm Grego. Uñ ps. Non dabis sanctũ tuũ vi-
dere corruptionẽ. Uel dic ꝙ hic mons significat viros
sanctos: q̇ ita sunt alti per cõtemplationẽ/ꝙ imp̃ssiones
aeris.i. tentatiões carnis ad eos non attingũt/nec eos
inquietant: et ideo littere ibi scripte.i. virtutes eorum ⁊
merita ab eis non perduntur ⁊c̃.

Capitulum. xx. De monte Sinai.

Sinai est mons cui⁹ pars est Oreb in Arabia
in prouincia Madian/pascuis ⁊ herbis opti-
mis fertilis ꝺm Josephũ. In hoc habitabat
deus spãliter. Hinc appropinquãs Moyses
prodigiũ vidit. In h̾ apparuit de⁹ in igne et
nube. Circa hunc Hebrei fixerũt tentoria sua. Ibi legẽ
a dño receperũt. Ibi lumen ⁊ caliginẽ viderũt. Ibi deũ
promittentẽ bona/⁊ cõminantẽ mala audierũt. Ibi clã-
gorem tube timorẽ incutientẽ viderũt. Ibi deo orõnes
et sacrificia obtulerũt. Mons aũt est altissimus: ⁊ quasi
inaccessibilis: vt oĩa patẽt Exo. iij. ⁊ xix. Expone oĩa de
sacra scriptura/vel de religione vel eccł'ia: vbi de⁹ habi-
tat ⁊ videt̃: et circa eũ Moyses ⁊ hebrei.i. xp̄us ⁊ sancti
morantur: ibi ignis ⁊ lumen sciẽtie et sapiẽtie/ibi tñ ne-
bula obscuritatis ⁊ ignorãtie/ibi tonitrua diuinarũ cõ-
minationũ/ ibi coruscationes miraculoꝝ/ibi promissio-
nes eternorũ gaudioꝝ/ibi timor tormentorũ/ibi lex sta-
tutorum/ibi oportet orare/⁊ deo sacrificare. Est tñ tante
altitudinis ⁊ difficultatis/ꝙ quasi est inaccessibilis ⁊ ĩ-
penetrabilis: et iõ rarus est ibidẽ hoĩm accessus: qꝛ pau-
ci difficultates scripture vel religiõis penetrãt atqꝫ sub-
intrant. Cacumina eñ montium solis ibicibus peruia
sunt. j. Reg. xxiiij.

Capitulum. xxj. De monte Sion.

Sion est mons in Hierusalem: in quo fuit tur-
ris ⁊ arx Dauid. Et qꝛ templũ (qꝺ erat in de-
cliui latere montis) ciuitas etiã inferior (que
erat ĩ valle) ex illa turre poterat defẽdi: ideo
Hierusalẽ in scriptura filia sion sepius nũcu-
patur: qꝛ scꝫ a sion ⁊ eius arce sicut a matre filia defende-
batur: vt dicit Hieroñ. Talis est deus vel prelatus/vel
etiam curia paradisi: a quib⁹ templũ ecclesie ⁊ ciuitas.i.
fidelium vnitas debꝫ ꝓtegi ⁊ defendi. Uel dic ꝙ sion est
aĩa sancta: in qua debet esse turris contẽplationis: ⁊ tẽ-
plum orationis: et ibi debet deus continue speculari.
Et sicut sion fuit mons altitudinis/pulchritudinis/se-
curitatis et fecunditatis: sic paradisus vel ecclesia/de⁹/
prelatus vel aĩa debet habere altitudinem contẽplatio-
nis: pulchritudinẽ conuersationis: fortitudinẽ constan-
tie/perseuerantie/et durationis/securitatem spei ⁊ con-
solationis/fecunditatẽ virtutũ et bone oꝑationis. Eccłi
xxiiij. Et sic in sion firmata sum.

Capitulum. xxij. De Agris.

Ager/rus/campus/noualis/alluuius/pro eo-
dem supponũt: sed differenter. Et est ager lo-
cus laboris ⁊ sudoris: qꝛ ligone percutit̃/vo-
mere aperit̃ / euertitur/foditur/semine serit̃/
rore ⁊ imbre perfundit̃/spinis circũdatur/ge-
lu constringit̃/estu exuritur: ⁊ sic fructũ facere quasi vio-
lenter ꝯpellitur: et ideo ꝺ ager ab agendo: ꝺm Isidorũ. 1
Ager est consciẽtia: q̃ debet percuti per correptionem:
scindi per contritionem/⁊ cum vomere.i. cum lingua ꝓ-
pria aperiri per cõfessionẽ/semine bone doctrine seri ꝑ
predicationem: rore celestis grẽ rigari: spinis discipline
⁊ penitentie ambiri: gelu diuini timoris constringi: estu
diuini amoris exuri: et sic bonis operibus et spũalibus
fructibus poterit fecundari. Et sicut ager in vere colit̃/
vt in autũno fructib⁹ fecundet̃: sic homo debꝫ in vere iu-
uentutis coli/corrigi/castigari: vt fructu bonoꝝ operũ/
doctrine ⁊ sapientie in autũno fecundet̃.i. in tempore se-
nectutꝫ. Uel per ver intelligo vitam p̃sentem/per autũ-
num futuram ⁊c̃. Diligẽter exerce agrum tuũ. Prouer.
xxiiij. Sed ibidem ꝺ. Per agrũ hominis pigri transiui:
⁊ ecce totũ operuerãt spine ⁊ vepres ⁊c̃. ¶ Ager est loc⁹ 2
planus/qui arboribus vndiqꝫ est vallat⁹/intus aũt sege-
tibus replet⁹: ibiqꝫ colligunt̃ segetes ad hoĩm nutrimẽ-
tum ⁊c̃. Talis est mund⁹ vel religio vel sacra scriptura:
vbi sunt segetes.i. diuitie/delicie vel sciẽtie: ⁊ arbores.i.
dignitates ⁊ eminentie inueniunt̃/que sunt diuersimo-
de hoĩm nutrimentũ ⁊c̃. Exierat Isaac ad meditãdum
in agro. Genes. xxiiij.

Antrũ ab atro dictũ ẽ: eo ꝙ atris tenebris ⁊ horri-
dis est suffusum: vt dicit Isido. vide vbi spelũca.

Capitulum. xxiij. De Campo.

Campus est terra plana inculta: iuxta ciuita-
tes/ad pugnandũ vel spatiandũ ꝓ vsib⁹ pu-
blicis deputata. Talis est mũd⁹: q̇ iuxta ciui-
tatem paradisi vel ecclesie ad vsus vel vtilita-
tem publicã deputat̃. Ibi eñ mali spatiant̃ ⁊
delectant̃: qꝛ scꝫ ibi suũ accipiũt paradisum: ⁊ ibi etiam
boni pugnant et prelian̄t.s. cõtra mũdi tentationes ⁊ tri-
bulationes/ quib⁹ quotidie affligunt̃: et ideo ibi suũ re-
cipiunt purgamentũ. Et iste locus pro certo non est cul-
tus/scꝫ per penitentiam ⁊ disciplinam/ ĩmo incultus est

et desertus. Ezec.xxxvij. Ecce campus plenus ossibus
mortuorum.

Capitulum.xxiiij. De Cauerna.

Auerna est terra perforata ⁊ cauata: quia scꝫ
sub terra mures ⁊ reptilia suas faciunt man
siones/et ad cauernas terrarū ⁊ arborū refu
giunt cuniculi/hericij/colūbe/turtures ⁊ mu
res/serpentes ⁊ cetera similia qñ exterius ꝑ=
cipiunt venatorem/vel aliud nocumentū. In cauernis
etiam arboꝝ vel petrarū apes nidificāt. Latitant tñ se=
pius in cauernis reptilia vel serpētes: qui sepe pungūt/
mordent ⁊ inuenenant ꝓpinquantes. Cauerna est reli=
gio vel status humilitatis et ꝑfectionis/vel memoria
mortis ⁊ inferni: in qua reptilia.i.viri iusti/qui ꝑ bonas
affectiones repūt/ sibi faciunt māsiones: et terram.i.ter
renas diuitias eijciendo/cauernas.i. status ꝑfectionū
a principio fabricarūt: sicut sunt sancti q̄ religiones fun=
dauerunt: et ideo volucres.i.viri spūales/bestie.i.simpli
ces et rurales statim ꝙ vident venatorem.i.diabolū in=
sidiantē/debent ad cauernam.i.ad statū religionis/pe=
nitentie ⁊ humilitatis/vel ad mortis vel inferni recor=
dationem refugere: sicqꝫ ab eius insultibus et tentatio=
nibus eruent̄. Apes etiam.i.viri sancti in talibus cauer
nis debent mel.i.dulcedinem cōpassionis ⁊ deuotionis
facere/⁊ ibi per affectum et desideriū commorari. Ideo
Esa.ij. Ingredientur fissuras petrarū/et cauernas sa=
xorum a facie formidinis dñi ⁊c̄. Uerūtamen in talibus
cauernis aliqñ sunt serpentes ⁊ reptilia.i.detractores ⁊
hypocrite: qui oēs appropinquātes.i.omēs socios suos
pungunt suis detractionibꝯ et infestant. In foraminibꝯ
aspidis ⁊ in cauerna reguli ⁊c̄. Esa.xj.

Capitulum.xxv. De Colle.

Ollis est latus vel decliue montis. et est locꝯ
illustratior/altior/ bonis fructibus fecūdior/
q̄ꝫ sit vallis: minus tñ q̄ꝫ sint montes: nā col=
lis inter montes et valles videt̄ medium ob=
tinere. Tales sunt viri sancti ⁊ iusti/qui inter
montes.i.sanctos/⁊ valles.i.infimos pctōres tenēt me=
dium: qꝛ licet minus montibꝯ/tñ plus vallibꝯ sunt lumi
nosi per discretionem/alti per contēplationem/fecūdi ꝑ
bonam operationē. et istud maxime dic de prelatis vel
predicatoribus/q̄ sunt mediū inter deum ⁊ mundū. Uel
dic ꝙ colles sunt religiones/q̄ inter montem paradisi et
vallem mundi sunt medie ⁊c̄. sicut supra.

Capitulum.xxvj. De deserto.

Esertum/solitudo/heremus est terra inculta
et ab hominibꝯ nullatenus frequentata: et iō
dicitur solitudo/quasi sola: desertū/quasi ter=
ra derelicta: heremus ab herendo/eo ꝙ terra
sicca solida sit ⁊ herens. Nam aliqñ contigit
propter terre soliditatem/vel propter aquarum ⁊ fontiū
defectibilitatem/aliqñ propter aeris intēperiem/aliqñ
propter hostiū vastitatem ꝙ terra est sterilis et inculta/
spinis ⁊ sentibus occupata. Et est desertū terra sitis et
ariditatis/caloris ⁊ vastitatis. Talis est peccator: qꝛ so=
lus sine consortio dei ⁊ sanctorū: desertus est a deo ⁊ cō
temptus: et herens obstinatꝯ ⁊ compactꝯ. Sed vere ali=
quando fit homo desertum et peccator duplici rōne: scꝫ
aliqñ propter terre.i.conscientie sue sterilitatem ⁊ praui
tatem: quia quidam sunt ita peruersi/ꝙ nolunt aliquod
bonum facere. Aliquādo propter aquarū.i.doctrine et
predicationis defectum: qꝛ scꝫ non habent qui eis pre=
dicet: dicentes. Nemo nos conduxit. Matth.xx. Item
aliquando propter aeris circūstantis.i.ꝓpter societatis
adiacentis prauitatem. Aliquādo ꝓpter hostiū.i.demo
num ⁊ tentationū vastitatē. Constat eñ ꝙ homo fit pec=
cator ⁊ desertum istis quattuor causis/scꝫ ex conscientie
prauitate/ex doctrine raritate/ex mala societate/⁊ ex tē
tatione et aduersitate. Ideo de hoste dicitur Johel.ij.
Ante faciem eius vorans/et post eum solitudo deserti.
Iste est ergo terra sterilis ab omni fructu bone opera=
tionis/incultꝯ quo ad penitentiā: ⁊ iō spinis et sentibꝯ.i.
vitijs ⁊ pctis conscientiā mordentibꝯ est repletus. Per
agrum hoīs pigri transiui: et ecce totū operuerāt spine ⁊
vepres. Prouer.xxiiij. Et hic est terra arida per incom=
passionē/terra sitis et auaritie/terra ardoris et luxurie/
terra vastitatis et omnis boni carētie. Inuenit eum in
terra deserta/in loco horroris ⁊ vaste solitudinis. ¶ De=
sertum est locus incultus/vbi pauce sunt vel nulle bone
arbores/multe aūt male/ scꝫ spine myrice et cetera simi
lia: terra est sitis/ardoris/siccitatis/sterilitatis/et vasti=
tatis: ⁊ est latronū habitaculum ⁊ ferarū: sunt etiam ibi
vie incerte: et idcirco ibi faciliter errat̄. Talis est mūdꝯ:
quia ꝑ penitētiā ⁊ disciplinā non colitur/ideo ab omni
bono est sterilis ⁊ inanis. Ibi etiam pauce sunt bone ar=
bores.i.hoīes boni valde pauci: multi autē mali: qꝛ stul
torū infinitꝯ est numerus. Eccl'is.j. Ibi eñ sunt spine.i.
pungentes detractores vel raptores et alij peccatores
fructum bonoꝝ operum non portantes. Ibi est siccitas
indeuotionis et incōpassionis/sitis ⁊ ardor auaritie/lu=
xurie/iracundie/⁊ male inflāmationis: ⁊ ideo ibi sunt la
trones.i.fallaces vsurarij ⁊ auari: fere.i.crudeles rapto
res et iniusti/q̄ transeūtes.i.bonos simplices nudant et
spoliant bonis suis. Nudos dimittunt homines/vesti=
menta tollentes. Job.xxiiij. Est etiam locus deuij ⁊ er=
roris: qꝛ vere propter viarum.i.statuū diuersitatē ibi fa=
ciliter erratur ⁊ decipit̄: qꝛ scꝫ sepe credit homo accipe=
re bonum statū ⁊ sanctū/et bonam viam eundi ad para=
disum: qui tñ aliquando ducitur ad infernū. Inuenit eā
angelus dñi errantem in solitudine. Gene.xvj. Uel dic
ꝙ desertum est statꝯ penitentie vel religionis/vbi est ste
rilitas paupertatis: ardor ⁊ siccitas penitentie ⁊ aduer
sitatis: ibi tñ quandoqꝫ sunt latrones.i.detractores/qui
famam aliorū furantur: et fere.i.crudeles et mali prela=
ti/qui alios deuorant ⁊ consumūt ⁊c̄. ¶ Heremus dici=
tur ab herendo/quia pauci ibi herent: solitudo etiam di=
qꝛ ab hoībus non frequētatur: et quasi sola relinquit̄: et
ideo propter hominum raritatem ⁊ nemoꝝ densitatem
ibi fere tutius cōmorant̄. Ibi etiam auiū canoritas mo
dulatur/et ibi aues quietius cōmorantur. Illic tñ habi=
tantes multis laboribꝯ exponūtur: qꝛ nunc estu: nūc ge=
lu: nunc vento: nūc pluuia feriunt̄: et ibi etiam sepe cir=
cueunt venatores/qui laqueos tendunt pro auibus de=
cipiendis. Talis est religio vel status perfectionis/vbi
pro certo pauci herent/et eū solum derelinquūt: nec ho=
die a pluribus frequentat̄. Hiere.ij. Sequuta es me in
terra deserta: vbi nullus hoīm vadit. Et ideo fere.i.sim
plices boni ibi tutius habitant: aues etiam.i.viri spūa=
les ⁊ contemplatiui ibi quietius cōuersantur: et ibi per
orationē/ꝯfessionē/dei laudē/⁊ gratiarū actionē gratio
sius modulantur. Estate perpetua requiescēt volucres
super eum. Esa.xviij. Uerūtamen illi qui ibi habitant/
multis incōmodis temporalibꝯ exponunt̄: quia estu ten
tationū: gelu tribulationū affligunt̄: et pluuia sacre do=
ctrine ⁊ predicationis/vento spūssancti ⁊ sue inspiratio=
nis rigantur ⁊ ventilātur. ibi tñ sunt aucupes ⁊ venato=
res.i.demones/q̄ laqueos tentationū ponunt/vt sic de=
cipiant bonos viros. Hiere.v. Inuenti sunt in populo
meo impij insidiātes velut aucupes: laqueos ponētes
ad capiendum viros.

Capitulum.xxvij. De Prato.

Ratum est locꝯ vbi fena colligunt̄: et est locꝯ
riuis ⁊ fontibus irrigatus: herbis ⁊ floribꝯ ve
nustatus: et iō virore suo delectat visum: odo
re florum recreat olfactū: sapore herbarū alli=
cientiū delectat gustū. flores eñ pro melle cō
ficiendo apibꝯ ministrat: ⁊ lactis abūdantiā aīalibus ibi
pascentibꝯ tribuit atqꝫ ꝓstat: medicina etiā vtentibꝯ/her
bas salutiferas. Talis est vir perfectꝯ: qꝛ fena.i. ꝟtutes
⁊ doctrine in eo crescūt/q̄bus aīalia.i.alij simplices nu=
triunt̄ ꝑ bona eius exēpla ⁊ ꝟba: ⁊ in lacte.i.in operibꝯ
ex̄ēmie fecundant̄: ⁊ apes.i.viri spūales: flores.i.bona exē=
pla in eo accipiūt: ex quibꝯ mel deuotionis ꝯponāt. In=
firmi etiā ⁊ vulnerati.i.pctōres i eo.i.in documētis suis
⁊ exēplis inueniūt medicinā. Est eñ locus fontibꝯ deuo=
tionis/fluuijs doctrine ⁊ eruditionis irrigatꝯ/et iō her=
bis.i.virtutibꝯ ⁊ gratijs/floribꝯ.i.sciētijs est fecundꝯ/et
sic tam odore bone fame q̄ꝫ virore et decore honestatis

alios recreat et delectat. Ideo Prouerb.xxvij. Aperta sunt prata/⁊ apparuerunt herbe virētes:⁊ collecta sunt fena de montib⁹. Uel dic q̄ pratū est religio vel ecclesia vbi sunt herbe.i.viri sancti/q̄ florēt per doctrinam ⁊ exē-pla. Uel pratum est paradisus/vbi perfecte anime nu-triuntur ⁊ impinguant̄ per eternam voluptatem.

Capitulum.xxviij.De Rupe.

1 RUpes sunt altissimi montes ⁊ solidissimi/tē-pestatum īpetus ⁊ fluxus imbriū cōtinue re-cipientes. duri sunt exterius/interi⁹ tñ cauer nosi ⁊ spongiosi:et iō sepe sunt aquarū fon-tium ⁊ fluminū emissiui. Sunt etiā qñq3 me-tallorū ⁊ lapidū cōtentiui. Rupib⁹ etiam fluxus maris sistuntur:⁊ ibi aquarū impet⁹ collidunt̄. Talis est bon⁹ prelatus ⁊ quicūq3 perfectus:q2 solidus est p̄ constātiā et firmitatē:altus p̄ contēplationē et tpalem dignitatē: durus exteri⁹ per correptionē ⁊ austeritatē:intus tñ de-bet esse cauernosus per humilitatē:aquosus et fluidus per pietatē:et ideo fontes lachrymarū/deuotionis ⁊ cō passionis ⁊ doctrine debet continue distillare/quib⁹ de-bet tam se q̄3 alios irrigare. Ego sapientia effudi flumi-na. Eccli.xxiiij. Intus etiā in cōscientia debet habere metalla et lapides preciosos.i.grās/merita ⁊ ꝟtutes:et fluxus maris.i.motus et tentationes ꝓprie carnis/vel motus ⁊ irrationabiles dissensiones ⁊ affectiones subdi torum deb3 sistere ⁊ refrenare/et per debitā correptionē et regimen oīa tempare. Ibi cōfringes tumētes fluct⁹

2 tuos. Job.xxxviij. ¶ In cauerna rupiū qñq3 includit̄ vē tus:et est causa terremotus. Sic in cordib⁹ p̄latoꝝ (qui sunt rupes pre alijs eminētes) sepe intrat vent⁹ supbie ⁊ vanitatis:⁊ sic p̄ coꝝ impet⁹ sunt causa quare terra.i. ecclesia vel religio moueat̄.s. de bono statu ad malum:et quare per dissensiones ⁊ discordias concitat̄:⁊ quare ci uitates.i. conuent⁹ cadunt.s.ad paupertatē ⁊ dissipant̄. Ideo malo p̄lato vel principi dr̄ Esa.xiiij. Tu terrā tuā

3 disperdidisti:tu populū tuū occidisti. ¶ Rupes sunt lo-ca alta/⁊ ad ascendendū difficilia:et iō sepe solis auib⁹ sunt peruia. Sunt aūt loca tuta/radijs solarib⁹ illustra-ta/imbribus exposita/⁊ ad edificationem castroꝝ ⁊ mu nitionū valde apta. Et dicunt̄ suprema rupiū scopuli/a scopein/quod est speculari:q2 de illis locis loca remota euentusq3 hostiū speculant̄:ꝟm Isido. Per rupes intel-ligo status perfectionis:que sunt loca alta per eminen-tiam sanctitatis. Sunt etiam loca tuta:q2 sc3 ibi nō pñt ascendere hostes.s.carnales delicie ⁊ diuitie:et ideo tu-tum est q̄ homo ibi ponat castrū ⁊ habitaculum suū/vt a pctīs/tentationib⁹ ⁊ vitijs sit securus. In arduis po-net nidū suum. Job.xxxix. Difficile tñ est ibi ascēdere/et ad statū perfectōis vel religionis attingere:⁊ ideo solis auibus.i.viris spūalibus sunt peruia loca ista:et sunt lu mine sapiētie diuine illustrata/rore diuine grē irrigata/ et ad speculandū.i. ad deū et celestia contēplandū sunt apta. sterilia tñ sunt/et mūdi fructib⁹ ⁊ delicijs carētia/ ventisq3 ⁊ turbinibus.i. mūdi tribulationib⁹ exponūtur. Uel expone de mūdi dignitatibus sicut supra de mon-te/vel de paradiso/sicut ibidem.

Capitulum.xxix.De fossa vel fouea.

1 FOssa vel fouea a fodiēdo est dicta/eo q̄ terrā fodiēdo ⁊ cauādo efficit̄:⁊ tāto est ꝓfundior in ferius/quāto circa se plus habet de terra su-peri⁹. In foueā aūt faciliter cadit̄/sed inde dif ficiliter releuat̄. Fossa est pctm̄: in qd̄ ꝓ certo faciliter cadit hō:licet inde difficiliter releuet̄. Et quāto pl⁹ de terra.i.de terrenis diuitijs habet hō/tāto maiorē in cōsciētia habet foueā pctōꝝ. Hec etiā difficiliter ⁊ cū periculo ptransit̄: q2 qui se explicuerit de laqueo/ cadet in foueā. Esa.xxiiij. Nota si vis quō leo in fouea capit̄/ sicut supra de leone. vel dic q̄ fouea est mūdi ꝓsperitas/ vel etiā auaritia:q̄ quāto homo plus abūdat in diuitijs/

2 maior est ⁊c̄. vt supra. ¶ Fouee vtiles sunt ad ciuitates et castra vndiq3 (ne hostibus pateāt) muniēda. Itē ad pi sces nutriēdos/qñ.s.aquis sunt replete. Itē ad terras di uidēdas. In foueis autem solēt aque indefectibiles sca turire. In foueis habent flumina loca sua et transitus/et meatus. Fouea terra infima ⁊ depssa est humilitas/q̄ fa-cit hominē se ceteris īfimiorē reputare: ⁊ ista est castri.i. aīe tutissimū munimentū:⁊ maxime qñ aqua lachryma-rū ⁊ deuotionis est repleta: q2 tūc hostes.i.demones ad animā nō possunt accedere. Ibi etiā pisces.i.virtutes ⁊ merita nutriūtur. Ibi etiā fluuius ⁊ fons.i.spūs scti gra-tia habet propriū habitaculū/trāsitū atq3 loca. Esa.lxvj. Super quē requiescet spūs me⁹/nisi sup̄ humilē:⁊c̄.

Capitulum.xxx.De spelunca.

1 SPelūca est locus subterraneus/clar⁹ et aper-tus in ingressu:hispidus ⁊ obscur⁹ in ꝓgressu: fuscus ⁊ turbidus in egressu/ si tñ egressus va leat inueniri. Est enī locus habēs ingressum/ sed nullū vt cōiter egressum:⁊ dicit̄ a speculā-do/q2 ibi bestie insidiātur ⁊ speculātur qualiter rapiant p̄das suas:⁊ ideo est locus periculosus/obscurus/ incer-tus/ad occultationē reptiliū aīaliū/⁊ ad congregationē īmunditiarū valde aptus. Talis est mūdus:q2 vere licet in principio in iuuētute ⁊ in ingressu videat̄ pulcher/de-lectabilis atq3 clarus/ tñ qñ homo est ingressus/videtur turbidus ⁊ obscurus:q2 obscuritas ignorantie ibi viget/ in tantū/ q̄ in fine ⁊ egressu ⁊ in morte nō apparet ibi lux scientie vel discretionis/imo obscuritas ignorātie:sicut patet de mūdi sapiētibus: qui in fine p̄dunt sensum ⁊ ra-tionē/in tantū q̄ de mūdo ⁊ mūdanis se nesciūt explica-re/⁊ de mundo nesciūt egredi vel exire. Moti sunt sicut ebrius: ⁊ omnis sapientia eorū deuorata est. Ideo Job xxiiij. Quasi in tenebris sic palpabūt in meridie. Et hic loc⁹ est periculosus:q2 ibi sunt immūditie.i.vitia et pctā: ibi etiā sunt reptilia.i. demones venenosi: ibi etiā bestie i.cupidi ⁊ auari ⁊ carnales huius mūdi sedēt ⁊ quiescūt/ speculātur ⁊ insidiātur/vt predas.i.aliorū bona rapiant et furētur. Psal. Insidiat̄ quasi leo in spelunca sua vt ra piat pauperē ⁊ inopē. Figura.j.Reg.xxiiij.vbi Saul rex israel ingressus speluncā fuit in periculo ne ab inimicis suis occideret̄. Sic homo in mundo semp̄ est in periculo vt occidat̄ a demonibus ⁊ pctīs. ¶ In locis vbi effodiū-

2 tur lapides ⁊ metalla/maxime sunt spelūce: que q2 rema nent vacue ratione subtractionis lapidū/ideo solent co-lūnis ne corruāt appodiari ⁊ fulciri:qñ tamē colūne sunt putride/tūc faciliter inde spelūce premunt̄/⁊ sic spelūca cadēte oēs qui intus fuerāt opprimūtur. Similiter etiā fit qñ volūt minare ⁊ diruere castrū.cauernā enī sub ca-stro faciūt:⁊ ne moles super eos cadat/ colūnas ligneas ibi ponūt:tandē vero ignē colūnis adhibent/ ⁊ sic colū-nis cōbustis cadit edificiū quod sustentāt. Spelūca est ecclesia vel religio/ vbi metalla ⁊ lapides.i. viri scti for-tes ⁊ stabiles a principio sunt inuenti:sed vere isti hodie inde sunt subtracti:q2 pauci sunt ibi hodie tales: et ideo hodie ibi ponūtur colūne.i.prelati/ne corruat/ ⁊ ne p̄ vi-tia destituatur. Sed pro certo quia multe sunt hodie co-lūne putride.i.multi prelati mali et corrupti/q2 etiā dia-bolus adhibet ignē cupiditatis ⁊ auaritie/in tātū q̄ oēs pro maiori parte sunt accēsi ⁊ inflāmati: ideo iste colūne frangūtur p̄ diuersa vitia et pctā:et sic per defectū eorū cadit et perit ecclesia dei sctā:⁊ illi qui intus erant.i.sub diti pereūt et necant̄ per eorū mala exēpla et documēta.

Capitulum.xxxj.De valle.

1 UAllis est locus terre infimus ⁊ depressus/in medio montiū situatus/⁊ imbriū qui a mōti bus defluūt receptiuus/et ideo propter mon tiū irrigationē sunt valles fecunde frugibus et herbis et floribus adornate. Sunt etiā val les calidiores/pinguiores et fecundiores:et ideo niues in eis leuius et facilius resoluuntur: vt dicit Nicolaus. Uallis est vir humilis:qui se infimum/ vilem reputat et depressum:⁊ hic circa montes.i. circa paradisum vel cir ca christū ⁊ sanctos est situs p̄ deuotionē. vel per mōtes ītellige duo testamēta. Zacha.vj. Mōtes/mōtes erei. Et ideo ab eis recipit aquas ⁊ imbrē gratie et doctrine: et sic fecūdatur et in fructibus et in frugibus bone ope-rationis/et in floribus honeste conuersationis. Est enim pinguis per deuotionē vel benignitatē: calidus per cha ritatē: fertilis per bonorū operū fecunditatē: et niues.i.

diuitie in eo cito resoluūtur ⁊ dispergūtur per elemosy-
2 ne largitatē. ¶ Uallis est locus securior et tutior ꝙ̄ sint
montes: quia domus ibi site non tantū a ventis ⁊ turbi-
nibus infestātur. Sunt etiā valles solide ⁊ cōpresse/ ⁊ mi
nus cauernose ꝙ̄ mōtes: ⁊ ideo terremotu incole valliū
raro concutiunt: vt dicit Aristo. quia scȝ ventus nullam
ibi inuenit cauernā/ vt ibi intrās faciat terremotū. Ual-
lis est status depressionis/ humilitatis ⁊ subiectionis: q̄
pro certo securior est ꝙ̄ mons. i. ꝙ̄ status dignitatis/ pre
lationis ⁊ sublimitatis: ⁊ hoc quia ibi nō fiat ventus va-
nitatis vel adulationis: quia nemo pauperibus adula-
tur: ⁊ ideo domus. i. hoīes ibi siti non faciliter corruunt
per superbie impulsionē: terremotus etiā. i. turbatio vel
iracundia vel motio tentationis ibi tam faciliter nō ac
cidit. Uel dic ꝙ vallis est vir humilis: qui pro certo soli-
dior/ fortior ⁊ constātior est ꝙ̄ montes. i. ꝙ̄ mundi maio-
res vel superbi: ⁊ ideo quia vētus vanitatis non inuenit
eū cauernosum ⁊ perforatū per mala desideria: ideo non
potest in eo creare terremotū fortis tentationis/ qui eū
dissipet ⁊ subuertat. ¶ Uallis plus est vt cōiter turbu-
3 lenta/ aquosa/ lutosa/ nebulosa: ⁊ ideo ꝭm Cōstan. habi
tātes in vallibus sepe ꝯtrahūt humidas passiones. Aer
eni est ibi grossior: ⁊ ideo mons est locus sanior ꝙ̄ sit val
lis. Propter superfluā etiā humiditatē sepe abundat in
herbis infructuosis: ⁊ in valle sordes facillime congre-
gātur: ibiqȝ diutius reseruātur: ⁊ valles plus ꝙ̄ montes
a celo elongātur: ⁊ inferno propius appropinquāt. Ual-
lis est mūdus: mons est religio vel paradisus. Sed vere
ista vallis est lutosa per diuitias/ aquosa ꝑ delicias/ tur-
bulēta per discordias/ obscura ⁊ nebulosa ꝑ ignorātias:
et ideo illi q̄ ibi habitant. s. mūdani sepe cōtrahūt passio-
nes hūidas. s. vitia gule ⁊ luxurie. Aer enī. i. mūdi ꝓspe-
ritas vel exterior societas est ibi grossa ⁊ corrupta ꝑ di-
uersa pctā: ⁊ ideo non est ibi locus sanus pro aīa/ sed in-
sanus. Mons autē. i. religio vel etiā paradisus locus est
clarus/ purus ⁊ sanus: ⁊ ideo ibi dȝ aīa manere ꝑ affectū
Non maneas in omni circa regione: sed in monte saluū
te fac. Geñ. xix. Nam quia ibi abundat lutū diuitiarū/
aqua deliciarū/ idcirco crescunt ibi herbe ⁊ arbores in-
fructuose. i. mundi pctōres/ fructū bonorū operū nō por-
tantes. Sordes etiam. i. viles luxuriosi ⁊ alij pctōres ad
vallē mundi confluūt ⁊ accedūt. Uel dic ꝙ vallis est pec
cator: qui est obscurus ꝑ ignorantiā/ vbi sordes ⁊ pctā cō
fluūt/ ⁊ aqua ⁊ lutū. i. diuitie ⁊ delicie in eo plus abūdāt.
Aer autē. i. sua conscientia/ grossus est ⁊ corruptus ꝑ di-
uersa pctā/ ⁊ ipse a celo. i. a paradiso ⁊ deo est multum di
stans: quia longe est dn̄s ab impijs. Prouer. xv. Inferno
autē et diabolo est multū propinquus: quia anima eorū
inferno appropinquauit.

Capitulum. xxxij. De Arena.

1 Arena ꝭm Isidorum ab ariditate est dicta. est
enī terra dura ⁊ sicca: ⁊ ideo stridorē quādo tā
gitur facere consueuit: ⁊ propter defectū hu-
moris semper arena sterilis reperitur. Talis
est pctōr: quia vere siccus est per indeuotionē
et incōpassionē: durus est per crudelitatē ⁊ obstinatio-
nē: ⁊ ideo talis stridorē murmurationis/ impatiētie ⁊ de
tractionis emittit/ quādo ab aliquo corrigitur/ tāgitur ⁊
arguitur: quia non amat pestilens eū qui se corripit. Pro
uer. xv. Patet de detractoribus ⁊ obstinatis. Et ideo ta-
les propter defectū humoris deuotionis ⁊ cōpassionis ⁊
caloris dilectionis ⁊ affectionis a fructu bonorū operū
vacui sunt ⁊ īanes. Et sicut arena frigida est ⁊ sicca ⁊ pō
derosa: sic isti sunt ponderosi/ ⁊ alijs īportabiles: vel etiā
ponderosi per pigritiā/ ⁊ frigidi per odiū ⁊ torporē. Are-
nam ⁊ salem ⁊ massam plumbi facilius est portare ꝙ̄ vi-
rum stultū. Eccī. xxij. Grauis est nobis etiā ad videndū
Sapiē. ij. Arena compluta magis solidatur. vide de ter
ra. §. pe. ¶ Ille locus in quo arena multa spargitur/ vt lit
2 tus maris/ solet esse sterilis sine fructu. Arena etiā faci-
liter dispergitur: sed non faciliter congregatur. Dicit ta-
men Isidorus ꝙ quando arena super vestē albam poni-
tur/ nullū post se feditatis seu sordis vestigiū derelinquit
Recte tales sunt diuitie: que pro certo loca in quibus

sunt. i. ipsos diuites qui circa mare. i. mundi negocia flu
ctusqȝ prosperitatis versantes sunt ⁊ sicci/ faciūt steriles/
scilicet a fructu bonorū operum ⁊ virtutū: ⁊ licet difficili
ter ⁊ laboriose congregentur vel acquirantur: tamen fa
cillime ad modicū flatū alicuius aduersitatis vel mor-
tis dispergūtur ⁊ perdūtur. Esa. xl. Subito flauit in eos
et aruerunt. verūtamen quando super vestem albā ponū
tur. i. quando alicui bone persone/ que eis bene scit vti/
cōmittuntur: tunc vere nullū relinquunt vestigiū fedita
tis/ sordis scȝ vel peccati: quia vitiū nō est in opibus/ sed
in vsu: ꝭm Hieronymū: quia vere diuitie nō polluūt nisi
malos. Ideo bene dicitur Eccī. xxxj. Beatus diues qui
inuentus est sine macula: ⁊ qui post aurum non abijt.
¶ Arena in aquis marinis ab omni limositate ⁊ viscosi
3 tate abluitur: ⁊ propter vincentē siccitatē in lapidem du
rari non permittitur: quia propter excessum siccitatis/ ⁊
paucitatē humiditatis inuicē nō cōiungitur/ vt in lapi-
dis substantiā induret: et ideo arena est terra durior/ sed
lapide mollior ⁊ tenerior/ ⁊ in partes innumerabiles di-
uisibilior. Arena que est sterilis/ significat humilē pau-
perem penitentē/ qui pro certo ab aquis maris. i. ab ama
ritudine penitentie ⁊ contritionis/ vel ab amaritudine
paupertatis ⁊ tribulatiōis/ ⁊ ab omni viscositate carna-
litatis abstergitur ⁊ mūdatur/ ⁊ quia parū habet de hu
more tēporalis delectationis vel consolationis/ ⁊ multū
de siccitate paupertatis ⁊ depressionis ⁊ corporalis ma
cerationis: ideo non conuertitur in lapideā duritiā obsti
nationis. Et ideo licet tales sint terra bona. i. viri iusti
duriores ⁊ sicciores per indeuotionē ⁊ ruditatē/ sunt ta-
men lapidibus. i. frigidis peccatoribꝰ molliores per cō-
passionē ⁊ benignitatē. Et ideo de talibus dicitur Sa-
pien. vij. In cōparatione eius arena est exigua. Uel dic
ꝙ peccator qui est sterilis a bonis opibus vt arena/ quā-
do a mari. i. a mundana prosperitate tangitur/ tunc eius
viscositas ⁊ limositas. i. memoria sue vilis cōditionis ab
eo tollitur: ⁊ quia non est humidus per gratiā ⁊ deuotio-
nē/ sed siccus per incompassionē ⁊ obstinationē: ideo nō
4 efficitur lapis. i. vir iustus ⁊ perfectus/ stabilis atqȝ for-
tis. ¶ Arena est terra minuta/ frigida ⁊ sicca/ depressa et
ponderosa: que quāto plus aqua mergitur/ tanto amplꝰ
cōprimitur/ et inuicē solidatur: ⁊ propter defectū caloris
et humoris/ sterilis reperitur. Aqua etiā per arenā tran-
siens/ sapidior efficitur: ⁊ metalla arena fricata clariora
reddūtur. Sic vere vir paruus et humilis atqȝ iustus fri
gidus est per castitatē/ siccus per penitentie austerita-
tē/ sterilis per paupertatē: ⁊ hoc quia caret humore car-
nalis voluptatis/ et calore mentalis cupiditatis: ⁊ ideo
fructum diuitiarū non acquirit/ immo pauper et sterilis
inuenitur. Est etiā ponderosus per diuinum timorem:
quia scilicet continue descendit vsqȝ ad infernū per tor-
mentorum consideratione. Psalm̄. Descendant in infer
num viuentes. Aque etiam. i. peccatores qui per ipsos
transeunt/ et eorum societatē frequentant/ sapidiores ⁊
meliores efficiuntur/ et metalla etiam. i. viri perfecti cla-
ritatem ampliorē per eos consequuntur. Et licet talis
arena. i. vir perfectus ab aqua vel pluuia. i. a mundana
prosperitate rigetur et mergatur/ exinde tamen non dis-
soluitur per vitia et peccata: sed magis et magis per hu
militatē comprimitur/ et per dei timorē deprimit/ et per
5 firmitatem et constantiā solidatur. Consolidate sunt ba
ses eius. Actuū. iij. ¶ Arenarū multitudine maris im-
petus sistitur: ⁊ ad eius cumulos se refringens/ ne trans
scēdat assignatos a deo termios/ impeditur. Aqua etiā
per arenam colata/ dulcior/ clarior et sapidior reperitur:
vt dicit Hieronymus super Hierem̄. v. Et habet arena
virtutem metallorum purgatiuam/ et sue rubiginis con
sumptiuā: quia quando cum arena fricantur/ lucidiora
efficiuntur. Habet virtutem repercussiuam/ infrigidati-
uam/ opilatiuam/ tumoris sedatiuā/ vt dicit Constant.
de quodā genere arene que ab eo cimolia ponderosa no
minatur. Recte charissimi per arenam duram et asperā
penitentia vel tribulatio/ paupertas vel mortis conside
ratio designatur: que pro certo sistit et terminat fluxum
maris. i. fluxum vitiorum vel prosperitatis mundane:

quia tales fluxus ⁊ fluctus per penitentiã restringuntur/ ⁊ ne submergãt terram.i.corpus ⁊ animã per peccata/coarctãtur et retardant:⁊ ne terminos debite necessitatis excedant/per arenam huiusmodi repellũtur. Posui terminũ mari arenam:preceptum sempiternũ ⁊c̃.qđ non preteribit. Hiere.v. Et ideo ꝓ certo ista arena/scilꝫ tribulatio vel penitentia / paupertas vel mortis memoria habet virtutem purgatiuã:quia vere aqua.i.anima vel persona que ꝑ eam est colata/dulcis est per benignitatẽ et pietatem. Didicit ex his que passus est/obedientiam. ad Hebre.v. Metalla etiam.i.viri iusti et perfecti qui arena ista sunt fricati/a rubigine omniũ peccatorũ purgantur/et per discretionem et gratiam clarificantur/et per honestatem lucidi efficiũtur. Uel per aquã intelligo animã:per metallum intelligo corpus:que omnia per penitentiam emũdantur. Item arena ista/ scilꝫ mortis cõsideratio vel tribulatio habet virtutem repercussiuã:quia vere omnes vanos cogitatus vel affect⁹ repercutit ⁊ refrenat. Item infrigidatiuã:quia vere frigus diuini timoris inducit. Item opilatiuã:quia affectus ⁊ sensus exteriores vel etiam ipsos fluxus vitiorum opilat et restringit:et ideo sequitur ꝙ virtutem habet tumoris sedatiuam:quia pro certo tumorem supbie et presumptionis tribulatio reprimit atqꝫ sedat. Et ideo de arena dicit ⁊ de mari:Job.xxxviij. Circũdedi illud terminis meis:et dixi/huc vsqꝫ venies:et hic confringes tumentes fluctus tuos. Uel dic ꝙ arena est asperitas mortis / quia scilꝫ homo ponitur sub arena.i.sub terra:et ideo ꝓ certo ista est que terminat/finit/ cassat ⁊ limitat fluctus maris.i.cursum istius amare vite/vel mundane prosperitatis: et ideo virtutẽ habet purgatiuã.⁊c̃. quia vere memoria mortis ad omnia ista valet. Et dic per omnia vt supra. Uel per arenam sterilem intelli- 6 go paupertatem.⁊c̃. sicut supra. ¶ Inter arenas maris et fluminũ quandoqꝫ inueniũtur lapides preciosi/ qui arenarum attritu politi/meliores et clariores efficiuntur. Sic vere in societate arenarum.i.sterilium peccatorum inueniuntur lapides preciosi.i.viri iusti et ꝑfecti:quia vix est aliqua tam nequã societas/quin ibi sint aliqui boni. Exemplũ de Loth in sodomis. Geñ.xix.quinimmo attritu arenarum.i.tribulationibus ipsorum malorum/per virtutes et gratias poliuntur:et exinde meliores ⁊ sanctiores efficiuntur: quia omnes qui pie volunt viuere in Christo/tribulationes pa- 7 tiuntur.ij.ad Timo.iij. ¶ Arena quando in ostijs fluminũ interponitur/impedit ne fluãt aque ad mare:sicut patet in Nilo:sicut dicit Hieronymus super Amos.viij. Sic vere mortis memoria vel tribulatio vel penitentia impedit ne homo cadat in mare peccati vel inferni. Sed pro certo sicut(ſm Hieronymũ ibidem/scilꝫ super Amos.viij.)quando arena de ostio fluminis tollitur:tũc aqua retẽta in mare impetuosius profundat: sic pro certo si arena tribulationis/penitẽtie/paupertatis vel mortis memorie cessauerit/ et a nobis elongata fuerit: tunc a mari peccati per interiorem cogitationẽ/ad mare voluptabiliũ mundi per prosperitatis affectionem/ad mare inferni per mortem ⁊ vite terminationẽ profundius descẽdem⁹: q̄r vere quãto q̄s aliqñ ꝑ virtutes melior efficit/tãto ꝑ peccata (si ad ea postea deuenerit)deterior inuenitur:sicut patꝫ in apostatis/qui sunt ceteris nequiores. Unde Eze.xlvij. Aque que egrediuntur de sanctuario/ intrabunt mare. Uide de Nilo vbi ponitur. ¶ Quãdoqꝫ in ventre terre generatur vapor fortis/qui rũpit terram/et exit/et exterius euaporat. quandoqꝫ etiã accidit ꝙ in ventre nubis vapor igneus generatur/qui rumpit nubem/et exit. Filij etiam vipere ventrem matris dilacerant/vt exterius procedant. Sic mali religiosi vel christiani lacerato ventre.i.fide vel claustro vel regulari obseruantia religionis vel ecclesie matris sue/exterius apostatant ⁊ recedunt.⁊c̃. Uide de vipera/ de terra/et de nube.

Capitulum.xxxiij.de argilla.

1 Argilla est terra tenax/glutinosa et viscosa/⁊ ad susceptionem impressionis et sigillorum magis apta. Sed tamen quãdoqꝫ in lapidem induratur:nam per actionem caloris qui humorẽ consumit/in laterem conuertitur:per actionem autem frigoris qđ humorẽ congelat et constringit/ in lapidis duritiam cõmutatur:sicut patet.iiij.Meteororũ.v.et.vj.et vij. Argilla significat personam mollem/fragilem ⁊ carnalem:in qua est viscositas carnalis voluptatis:quia vere tales sunt apti ad quancũqꝫ vitiorum impressionẽ faciendã: q̄r vere quicquid diabolus vult eis suggerere per tentationem/totum in corde eorum imprimit per delectationẽ/cõsensum et operationẽ. Isti enim sunt qui suscipiunt characterẽ bestie. Apoca.xiiij. Et ideo quãdo isti calore auaritie vel luxurie incalescũt/quãdo frigore indeuotiõis tepescũt: tunc vere q̄r humor gratie in eis consumitur vel congelatur/ideo nunc in lapidẽ/nunc in laterem indurant:hoc est dictu ꝙ per obstinationem/ inuerecundiã/ crudelitatem ⁊ malam cõsuetudinem et incorrigibilitatẽ duri et solidi efficiũtur. Cor eius indurabitur quasi lapis. Job.xlj. Uel dic in bono ꝙ tales carnales persone quandoqꝫ per dei gratiã recipiunt diuinum calorem charitatis et dilectionis:⁊ frigus diuini timoris:et sic humor carnalitatis in eis consumitur:et sic ipsi delicati/per penitẽtiam duri/fortes ⁊ stabiles efficiuntur. Uel si vis/per calorẽ et frigus intelligo mũdi tribulationes: in quibus boni indurãtur per constãtiam et perfectionem:mali autem per desperationẽ ⁊ obstinationem. Exemplũ de Pharaone. Exodi.vij. Induratum est cor Pharaonis.⁊ Hiere.xix. Indurauerũt ceruicem suam ne audirẽt sermones meos. ¶ Argilla seu lutum viscosum 2 per actionem caloris duratur et efficitur lapis : sicut dicitur.iiij. Meteoroꝝ.vbi supra. Sic vere peccator et carnalis quando in calore mundi tribulationũ ponitur/tunc per obstinationem et desperationem fortius induratur. Unde Hiere.v. Indurauerunt faciem suam supra petram:noluerunt reuerti. Uel dic ꝙ homo in iuuentute est sicut argilla/ scilꝫ mollis et conuertibilis et corrigibilis : sed vere quãdo per calorem naturalem humidum radicale in eo consumitur/scilicet in senectute:tunc vere ꝑ malas consuetudines induratur:et impressiones correptionis non recipit:sed potius per mortem frangitur q̄ꝫ per correctionem aliqualiter immutetur. Cor durum male habebit in nouissimo. Ecclesiasti.iij. ¶ Secũdum Cõmenta. ibidem/argilla frigidita- 3 te sua est sanguinis restrictiua. Unde dicit Constantin⁹ in viat.ꝙ argilla cum forti aceto distẽperata/et fronti et temporibus applicata/sanguinis a naribus fluxum restringit. Argilla ista est charitas/que more argille stringit et ligat diuersa corda inuicem:et ideo si cũ ista acetum forte.i.mortis amaram memoriam miscuerim⁹/tunc vere fluxus sanguinis.i.fluxus vitiorum a nobis deficiet ⁊ cessabit. Unde Eccli.vij. In omnibus operib⁹ tuis memorare nouissima tua:et ineternum non peccabis.

Capitulum.xxxiiij.de alabastro.

1 Alabastrum est lapis candidus/tinctus varijs coloribus/firmus et solidus/et frigidus:qui vnguenta custodit peroptime incorrupta: quando de eo fit vas pro vnguentis aromaticis reseruandis. Sic vere quando aliquis est firmus et solidus per constantie et perseuerantie ⁊ patientie firmitatem/candidus per castitatem / tinctus varijs coloribus et virtutibus per exteriorem pulchritudinem et honestatẽ: tunc vere efficitur optimũ vas ad custodiendum vnguentum aromaticum.i.deuotionem/ compassionem/ charitatem et pietatem. vel vnguentum.i.bona tẽporalia/ quibus pauperes inunguntur: quia scilicet boni et perfecti meliores sunt ad temporalia conseruanda/q̄ꝫ alij : quia scilicet vngunt ex ipsis pauperes et egenos . Unde Marci.xiiij. Accepto alabastro vnguẽti effudit sup caput Jesu. ¶ Se- 2 cundum Dioscori.alabastrum dicitur valere ad victoriam obtinendam: et conseruat amicitiam/et eam etiam generat atqꝫ nutrit. Charissimi per alabastrum qui est lapis durus et candidus/intelligo duritiam et firmitatem patientie/et candorem castitatis:quã pro certo si nobiscum portauerimus et habuerimus/peccata et vitia/tentationes ⁊ tribulationes vincemus/nec eis succumbemus:quod principaliter facit patientia:q̄r melior est patiens viro forti. Prouerbioꝝ.xvij. Amicitiam etiam generabit et seruabit/scilicet dei et aliorũ hominũ et sanctorũ: qđ principaliter facit candor ⁊ species castitatis. Ex lapide precioso oĩs circuit⁹ murorũ eius: ex lapide cãdido ⁊ mũdo oẽs platee eius sternentur:⁊ per vicos eius alleluia cãtabitur. Thobie.xiij.

Capitulum. xxxv. de auro.

1 Aurum dicitur ab aura / eo quod in aura seu in aere plus luceat: obryzum autē dicitur aurum lucēs / splendens / rutilans: bractea autē dicitur lamina auri tenuissima / de qua incidunt fila: vt dicit Alber. de metallis lib. xvj. Scd̄m Aristo. autem ad compositionē auri concurrit sulphur rubeū / ⁊ argentum viuū album. Talis est iustus rutilās et honestus: quia vere in aura. i. in publico ⁊ aperto coram alijs fulget ⁊ rutilat atq; splendet p specīe honestatis. Sed vere ad hoc requirit quod cōcurrat sulphur rubeum. i. rubedo ⁊ ardor charitatis: que sit viua / scilz per vitā gratie ⁊ veritatis: hoc est dictu / quod nō sit sicca / sicut castitas hypocritarū: que vita dicitur carere: quia caret efficacia ⁊ virtute: et sic poterit dici aurum mundū. Esaie. xiij. Preciosior auro erit vir / ⁊ homo mūdo obryso. Nā sicut color aureus est ceteris nobilior et clarior / ⁊ magis delectat visum: sic vere color honestatis ⁊ quātum ad se ⁊ quātum ad alios in visu et representatione pulcherrim⁹ debet dici. Et sicut aurum leprā palliat ne cognoscat: sic vere honestas vitia ⁊ peccata cooperit / palliat atq; celat. Pulchritudinē candoris admirabit oculus. ⁊c.

2 Eccli. xliij. ¶ Auro (sicut dicit Richardus) quo ad substātiam nihil inter metalla solidius: ⁊ ideo in igne positū non euaporat / nec in pondere minorat: sed ibi virtute caloris liquefit / ⁊ ab omni sorde si quā habuerat depurat / ⁊ clari⁹ et lucidius reperit. Vere sic de viro iusto ⁊ de quolibet debet esse: quia vere quilibet debet esse p fortitudinē patientiā ⁊ pseuerātiam solidus et cōpactus. Justus eīm quādo in igne et in asperitate tribulationū ponit: tunc vere nō euaporat per desperationē / impatientiā / murmurationē: nec in pondere scilz morum ⁊ virtutū minuit: sed liquefit p contritionē / deuotionem / compassionē: et ab omni sorde vitiorū ⁊ peccatorum depurat: et sic clarior ⁊ purior ⁊ sanctior efficit dū purgatur: qm̄ in igne probatur aurū: homines vero receptibi-

3 les in camino humiliationis. Eccli. ij. ¶ Et sicut (scd̄m Platearū) aurum dum malleatur / nō rumpitur nec scinditur / nec emittit sonitum vel stridorē / sed potius in laminas tenuissimas dilatatur: sic vir iustus et patiens quādo a deo percutitur et malleatur p tribulationes / tentationes et iniurias ⁊ paupertates / nō scinditur vel rumpit per peccata vel per impatientiā / sed magis p charitatem ⁊ p spirituale gaudium dilatat. ij. ad Corin. vj. Cor nostrū dilatatū est. et sonitū vel clamorē iurationis / stridorē detractionis ⁊ murmurationis penitus nō emittit. Unde ip̄e est tanq; vas auri solidū / ornatū omni lapide precioso. Eccli. l. Exemplum de Job ⁊ Thobia. Qd̄ est contra iurantes et impatiētes /

4 qui sunt similes eri et nō auro. ⁊c. ¶ Auro inter metalla nihil ductilius. Nam aurum sub malleo non findit / sed inter malleum ⁊ incudem sine ruptione vel discontinuatione in bracteas tenuissimas scd̄m votum artificis equaliter dilatatur: nisi forte es vel aliud metallum interius fuerit mixtū sibi: quia tunc rumpitur et finditur / et forme imprimende inobediens inuenitur: et ideo tunc necesse est vt post decoctionē ignis illa impuritas auferatur / vt sic efficiat ductile: et exinde forma debita producat. Recte talis debet esse omnis verus obediens / subditus vel religiosus: quia vere ad volūtatem artificis / scilz dei vel prelati / debet esse ductilis per obedientiam et subiectionem: vt secūdum eius imperium ducatur et regat circūquaq; per bonam operationem: et equaliter / scilz ad omnes amicos ⁊ inimicos dilatetur per charitatē et dilectionē. Et ideo licet sit inter malleum et incudem in conflatu tribulationū / et licet ab artifice. i. a deo vel prelato p correptiones ⁊ aduersitates malleetur: tamē non debet rumpi per discontinuationem / scilicet cessando a bono opere / vel apostatādo: nec resonare per impatientiā ⁊ murmurationē / sed in omnibus prout poterit obedire. Prouerb. iij. Non deficias cū a deo corriperis: quia quē deus diligit / corripit. ⁊c. Verūtamen aliquando adiungitur sibi interius in corde aurichalcū. i. intentio mala vel hypocrisis: et tunc vere non est ductilis per obedientiam / sed rudis et inobediens: et statim quod percutitur modica tribulatione / frangitur per impatientiam / et rumpit per bonorum operum discontinuationē: et sic ad votum artificis / dei scilicet vel prelati / non regitur: immo aliquando ex toto frangitur per desperationē et apostasiam ⁊ obstinationem. Unde Eze. xxij. Omnes isti ferrum ⁊ stānum et es in medio fornacis cōsumpti sunt. Et ideo necesse est quod prius per ignem diuine charitatis et interne contritionis / et per virtutē spiritussancti huiusmodi interior impuritas extrahatur: vt sic bonus / iustus et obediēs esse possit: et in eo forma debita / scilicet gloria paradisi finaliter inducat. Auro enim locus est in quo cōflat. Job. xxviij. Fac si vis duos. §.

5 ¶ Auro nihil inter metalla pulchrius in colore: nihil efficacius in valore: et ideo omniū colorum et metallorū pulchritudo dicitur atq; decor. Nam inter colores ⁊ inter metalla primū et precipuū habet locum. Et scd̄m Platearīū / aurum virtutem habet cōfortatiuam / superfluitatū coadunatarum in corpore abstersiuam / syncopis curatiuam / a lepra preseruatiuā / vel ipsius curatiuam / vel ad minus ipsi⁹ occultatiuam / si scilz limatura auri in cibo ipsius assumatur. Charissimi / aurum qd̄ splendet / est diuina sapiētia seu charitas / a quibus splendor honestatis progreditur ⁊ emanat: quia pro certo ista est principalior et efficacior inter ceteros colores et metalla. i. inter ceteras gratias ⁊ virtutes: quia a charitate tanq; a principaliori omnes virtutes cetere fluunt et exeunt / sicut a radice: et omnes etiam colores exteriorum exemplorum: ⁊ ideo per virtutem sapientie vel charitatis desolati confortātur: superflua. i. diuitie per elemosynas educūtur: quia scilicet facit hominē misericordē et largum: et syncopis. i. remorsus conscientie sedatur: ⁊ lepra. i. peccata curantur / vel etiam preseruantur. Charitas enim cooperit multitudinē peccatorum. j. Petri. iiij. ⁊ sicut ignem ardētem extinguit aqua: ita elemosyna resistit peccatis. Eccli. iij. Vel expone de sapientia vel doctrina: que si in esu. i. per predicationē assumatur / efficit omnia supradicta.

6 ¶ Lamine auree candentes in vino extincte faciūt vinū vtile contra vitia splenis / et multas alias passiones: scd̄m Platearium. Vinum qd̄ letificat cor hominis / significat spiritualem consolationē / doctrinam ⁊ eruditionem: que pro certo si a laminis auri. i. a viris perfectis candentibus ⁊ ardentibus per charitatē / tacta fuerit seu facta / tunc contra vitia splenis. i. contra melācholiam et mundanam tristitiam adiuuat et confortat: et contra vitia et peccata / que sunt anime passiones. Ideo viris perfectis dicit. j. ad Thessa. v. Consolamini pusillanimes. ⁊c. Meror enim in corde viri humiliabit eum: et sermone bono letificabitur. Prouer. xij. Et ideo perfectus vir et effabilis dicit: Esa. l. Dedit mihi domin⁹ linguam eruditam: vt sciam cōsolari eum qui lassus est / verbo.

7 ¶ Instrumentū aureum melius est ad faciendū vsturam in aliquo membro / q̄ʒ alterius metalli: quia scd̄m Platearīū / virtute eius custoditur locus vulneris a fetore. Sic vere quando aliquod mēbrum. i. aliqua persona / est vrendum et cicatrizandum per correctionem / tūc vere ista vstura est melior ⁊ perfectior si instrumētum. i. ille qui vrit et perforat corrigendo / scilicet prelatus / fuerit aureus / scilicet quātum ad splendorem scientie ⁊ veritatis / quantum ad ruborem amicitie et charitatis / quantum ad solliditatem constātie et firmitatis / quātum ad ponderis prudentie et maturitatis / quātum ad colorem decentie et honestatis / et quātum ad valorem virtutis et gratie et bonitatis: quia vere omnes iste virtutes debent in prelato ⁊ quolibet correctore vel iudice relucere. Aurum enim est rubeum / splendens / solidum / ductile / pulchrum / et ponderosum. Nam quia prelatus perfectus ⁊ virtuosus quando facit vsturam correctiōis / per discretionem scit non excedere: ideo fetor infamie ibidem minime generatur. Unde psal. Corripiet me iustus in misericordia / et increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

8 ¶ Puluis auri oculorum maculas corrodit: et licet membris non incorporetur nec ea nutriat / ipsa tamen cōfortat / et a superfluitate exonerat: scd̄m Platearium. Sic puluis sacre scripture. i. doctrina et predicatio ab oculo cordis abstergit maculas peccatorum: et membra. i. peccatores confortat / ⁊ eos facit a superfluis. i. a diuitijs exonerari per elemosynas / licet eos non nutriat per gratiam et deuotionem / nec eis incorporetur per retentionem: quia vere licet peccator audiendo predicationem vel scripturam / ex toto non emendetur: tamen aliqualiter in spiritualibus con-

solatur/ꝛ ad elemosynas elargatur. Uel per aurum puluerizatum intelligo malum predicatorem.ꝛc. ¶ Aurum calefactū si aliqđ mēbrum exinde tāgatur et fricetur vel vratur/pilos aufert/ꝛ cos ampliꝰ crescere non ꝑmittit. Sic vere quādo prelatus vel predicator calore charitatis estuās tangit/scilꝫ corrigēdo ꝛ predicādo/carnē.i.carnales peccatores: tūc ꝑ certo exīde facit cadere pilos.i.exteriores diuitias/ꝛ pauperibus elargiri: vel etiam exteriorē malam cōuersationem facit cadere et cessare/et pro posse suo ampliꝰ ibi crescere nō permittit. Uel dic ꝙ quādo aurū.i.prelatꝰ/ calefit in igne auaritie/tunc vere a subditis abstergit ꝑ rapinam ꝛ exactionē pilos diuitiarū et exterioris substantie tēporalis. Anima enim calida quasi ignis ardens non re-
10 quiescet donec aliquid glutiat. Eccli.xxiij. ¶ Quando lamina argentea est cum aurea aliqua de causa coniungenda/tunc ab humore/vento vel puluere summopere est cauēdum: qꝛ si aliquid istorū inter argētum ꝛ aurum se posuerit/nequaqꝫ vnū cum altero se tenebit: ꝛ ideo in loco valde mundo est huiusmodi cōiunctio facienda. qđ si fiat/ita potest vnū cum altero copulari/vniri ꝛ coniūgi/ꝙ nunqꝫ possunt vlterius separari. Aurum est deus: argentum est aīa: que pro certo si inuicē volunt coniungi ꝛ vniri per charitatem ꝛ grām in presenti/ꝛ gloriā in futuro/summe cauendū est a vento vanitatis ꝛ suꝑbie et elationis: item ab humore deliciarum ꝛ luxurie et carnalis infectionis: item a puluere cupiditatis ꝛ auaritie/ vel ab amore tēporalis possessionis: quia vere si aliqđ istorum inter deum ꝛ animā interponatur/vt qꝛ anima est superba/auara ꝛ luxuriosa/nunqꝫ per charitatis vinculū cum deo perfecte poterit coniungi: et ideo in loco mundo.i.in ꝑfecto statu vel religione se debet quilibet ponere/vt huiusmodi copulam valeat colligare. Reponetis cineres ad orientem in loco mūdo extra castra. Leuiti.vj. Quia vere anima que debet esse cinis perfecte ꝛ amare contritiōis/debet poni in loco mūdo.i.in statu gratie et deuotionis/vel in statu ecclesie vel perfecte religionis/extra castra.i.extra tumultū mūdane cōturbationis: et sic perfecte cum deo coniungeꝛ per charitatem: nec ab eo amplius diuidetur. Quis nos separabit a charitate
11 Christi: ad Ro.viij. ¶ Aurum ergo est metallum solidū/ ductile/splendēs/rubeum/pulchrum/suꝑ metalla oīa ponderosum/non sonans/medicinale/et virtuosum. Sic vere iustus vel religiosus predicator vel prelatus debet esse solidus per cōstantiam et perseuerātiā/ductilis per obedientiam/splendens per sapiētiam ꝛ prudētiam/non sonans ꝑ impatientiam/rubeus per charitatē/pulcher per honestatem/ponderosus per sapientiam et maturitatē ꝛ bonorum exemplorū exhibitionē/virtuosus per gratiam ꝛ perfectionem. Unde.ij.Parali.ix. Uasa domus saltus Libani erāt ex auro purissimo. Talis potissime fuit Christus ꝛ etiā sancti. Pone si vis figuram de candelabro aureo ductili cū lucernis: ꝛ applica de prelato sicut vis. Et nota ꝙ aurū malleatum dilatatur equaliter. Sic bonus prelatꝰ debet equa-
12 liter dilatari per affectionē ad omnes subditos. qđ est contra acceptores personarū. ¶ Aurum tūc super omnia metalla rutilat/quādo a sole repercutiꝛ: ꝛ intātum etiam tunc refulget/ꝙ in proximos parietes diffundiꝛ fulgor eius. Sic vere beata virgo tunc summe rutilauit per omnimodā honestatē et virtutū luciditatē/quando sol.i.dei filius in eam est infusus. Nam tunc ꝛ extunc fulgor sue gratie ꝛ virtutis per oēs partes mundi mirabiliter se diffudit.j.Macha.vj. Refulsit sol in clypeos aureos: et resplēduerunt mōtes ab eis. Clypei enim aurei sunt pura viscera virginis gloriose/ in qua sol.i.dei filius carnem assumēdo refulsit/et in montes.i.viros iustos et perfectos splendor sue gratie redundauit.ꝛc. Adiunge sicut supra de perfectione.

Capitulum.xxxvj. de aurichalco.

1 Aurichalcum ꝭm Isidoꝝ sic diciꝛ/ eo ꝙ cum in veritate sit es seu cuprū/ rutilans tamē est sicut aurū. vnde habet auri speciem/nō valorem: nā cum auripigmento ꝛ alijs speciebus efficiꝛ rutilans sicut aurū: sed vere iste color nō diu perseuerat. Uasa enim exinde facta in sua nouitate pulchra videntur/ꝛ lucentia quasi aurū: sed vere paulatim deficit color eius/ꝛ rubiginātur vasa huiusmodi ꝛ offuscātur: ꝛ suam originalē materiam protestantur. Illa autē que in istis vasis diu seruata fuerint/horribilē odorem cōtrahunt et saporem. Recte tales sunt hypocrite: quia vere licet sint cuprū et es.i.viri duri/indeuoti ꝛ peccatores: tamē propter fulgorem et colorem exterioris honestatis videnꝛ esse aurū.i.viri iusti ꝛ perfecti. Unde isti habēt colorē aureū/non valorē. Nam tales ꝑpter speciem ficte honestatis/ita sophisticantur ꝙ videntur esse aliud ꝙꝫ sint: cōtra quos Chrysost. Hypocrita/aut appare qđ es: aut esto qđ appares. Sed vere talis fulgor ficte honestatis cito trāsit: qꝛ licet in nouitate ꝛ in principio videanꝛ pulchri ꝛ honesti/tamē in fine rubiginaꝛ color sue ꝯuersationis/ꝛ naturam sue iniquitatis ꝛ malitie protestaꝛ. Nā vt dicit Seneca: nihil qđ simulatū ꝛ fictū est potest esse diuturnū. Unde Esaie.liiij. Ego vocaui interfectorem ad disperdēdum omne vas qđ fictū est. Illa etiam que in istis vasis continētur/scꝫ eorum verba ꝛ opera/finaliter inueniunꝛ ꝛ percipiunꝛ horrida per prauitatē/ꝛ fetida per infamie feditatē. De cadaueribus eorū ascendet fetor. Esa.xxxiiij. Uel dic de nouitijs ꝛ alijs qui ī nouitate sua.i. in iuuētute videntur aurei per virtutē et honestatem/sed cōtinue paulatim deficiunt/ ita ꝙ quādoqꝫ in fine rubiginantur per vitia et peccata/et perdunt pulchritudinē et honestatem/per insolētie leuitatē. Bestia quā vidisti/fuit et nō est. Apoc.xvij. Ita ꝙ quicqđ in eis continenꝛ.i.verba ꝛ opera/sunt horida et fetosa. ¶ Aurichalcum ad modum auri 2 rutilat: et ad modū eris sonat: ꝛ ꝭm Platear. collyria ꝛ oculorum medicine in vasis de aurichalco optime seruātur: et eris fortitudine acuūtur. Recte tales sunt boni predicatores. Nam qꝛ splendēt per auream honestatē/sonāt sicut es per canoram eloquentiā et loquacitatē: ideo collyria ꝛ medicine oculorū.i.verba et doctrina sacre scripture a quibꝰ oculus intellectꝰ acuitur ꝛ clarificaꝛ per discretionē/in talibus optime reseruanꝛ: qꝛ vere tales debēt esse apotheca ꝛ custodia scripturarū. psal. In corde meo abscōdi eloquia tua/ne peccem tibi.

Capitulum.xxxvij. de auripigmento.

Auripigmentū est genus lapidis fragilis seu vena pretēdens auri speciem in colore. Et est duplex/rubeus ꝛ citrinus: et habet virtutē sulphuris in calefaciendo: et si sulphur ei additur/continuo virtute sulphuris dealbaꝛ. Et est auripigmētū ita corrosiuū/ꝙ oīa metalla rodit ꝛ exurit/preter aurum. Nā virtutē habet attrahēdi et dissoluēdi/ꝛ ad vltimū corrodēdi. Alio autē noīe lapis arsenicus noīaꝛ. Recte talis est caro humana: qꝛ vere ista nihil est nisi terra fragilis scilꝫ ad resistendū vitijs et peccatis: licet exterius in colore.i.in apparētia videaꝛ esse aurea/scꝫ ꝑ speciem ꝛ pulchritudinem corporalē. Et ista quādo sibi adiungiꝛ sulphur fetēs/ hoc est dictu peccatū luxurie/calefacit ꝑ tētationes/ dissoluit ꝑ delectationes/corrodit et dissipat ꝑ cōsensus et operatiōes: ꝛ in albū colorē mutaꝛ per exteriores curiosas vestes et cōuersationes. Unde breuiter nullū est metallū/ nullus scilꝫ homo/quin a carne ꝑpria corrodaꝛ et tentetur preter aurū.i.preter sanctos viros atqꝫ firmos. Quis poterit pugnare cū bestia? Apoca.xiij. Caro eñ cōcupiscit aduersus spiritū: sicut diciꝛ ad Gala.v. Uel dic ꝑ oīa de mulieribus: que sunt auree ꝑ corporis pulchritudinē/citrine ꝛ rubicūde: et quādo sulphur luxurie eis adiungiꝛ/tunc fiūt albe.i.curiose quātū ad ornatus ꝛ vestimēta: et sic alios calefaciūt ꝑ desideria et tētationes: dissoluūt ꝑ delectatiōes: attrahūt ꝑ mala verba ꝛ suggestiōes: et sic in fine corrodūt per rapinā et excoriationes: qꝛ vere bona nature/fortune/ꝛ gratie/luxuriosis auferūt atqꝫ tollūt: et ideo omne metallū qđ tangunt.i.oēm personā cuius societatē frequentāt/dissipant et subuertūt/nisi forte fuerit aurū.i.vir sanctissimus et perfectus. Exemplū de Adam/Sansone/ꝛ Dauid et Petro/qui per mulieres sunt decepti. Figura de bestia Apocalypsis.xiij.ꝛc. Quis enim poterit ex vobis habitare cum ardoribus sempiternis? Esaie.xxxiij. ¶ Auripigmentum 2 scđm Platearium/habet virtutem calefaciendi/dissoluendi/mundificandi/corrodendi. vnde valet cōtra multas corporis passiones. Uere talis est penitētia: quia vere peccatorem calefacit per dilectionem/dissoluit per delectationem mundificat ꝑ cōfessionē/corrodit per corporis afflictionē ꝛ

maceratione͂:et ideo pro certo valet contra multas passio-
nes et contra vitia et peccata/a quibus liberat peccatore͂.
3 ¶ De auripigme͂to mixto cu͂ calce viua et aqua fit vngue͂-
tum depilatoriu͂:quod psilotru͂ dicit᷑: quo siqs imbutus fue
rit/pilos sine dolore faciliter amouebit. Charissimi/p istud
auripigmentu͂ qd est corrosiuu͂/intelligo morte͂: que omnia
destruit ⁊ corrodit. Per calcem aute͂ viua͂ intelligo charita
tem/que calefacit/⁊ vita͂ gratie prestat. Si ergo ista duo si-
mul iungant᷑/scilꝫ dilectio dei ⁊ ꝓximi/et mortis memoria
et aqua pietatis eis admisceat᷑/ tu͂c vere pili diuitiaru͂ sine
dolore dimittunt᷑ et spernu͂tur/⁊ pauperibꝰ erogant᷑: qꝛ ᷒m
Hierony.in prologo sup Josue: Facile contemnit oi͂a/qui
se cogitat moriturum. Na͂ istis duobꝰ maxime mouet᷑ homo
ad pietate͂ ⁊ largitate͂/scilꝫ ex charitate/ ⁊ memoria mortis
sue:iuxta illud Eccli.xiiij. Ante morte͂ exporrigens da pau
4 peribus. ¶ Auripigmentu͂ valet contra impetigine͂ ⁊ serpi
ginem/si locus cu͂ auripigme͂to ⁊ sapone leuiter vngat᷑:ve-
ru͂tamen statim ablue͂dus est locus ille:qꝛ si diu ibi mane-
ret/bonas carnes corroderet sicut malas. Uirtute͂ em͂ ha-
bet corrosiua͂ ⁊ incisiua͂: ᷒m Platearium. Per auripigmentu͂
qd rutilat sicut auru͂/intelligo detractores:qui ꝓ certo fin-
gunt se esse aureos qua͂tu͂ ad splendore͂ honestatis/⁊ qua͂tu͂
ad rubore͂ charitatis:qꝛ scilꝫ se fingu͂t oi͂a dicere ex charita
te:sed pro certo isti habe͂t virtute͂ corrosiua͂:qꝛ vere oi͂a alia
rodunt ⁊ deuora͂t linguis suis. Et ideo qua͂do aliqs habet
serpigine͂ seu pruritu͂ inanis glie/tu͂c vtile est ꝙ auripigme͂
to vtatur.i.ꝙ ei detractoꝝ corrosio admittat᷑: vt sic ille pru-
ritus tra͂seat ⁊ desistat. No͂ sunt aute͂ tales diu sustine͂di in
corpore ecclesie vel religionis/ vel in auditu cuiuslibet ꝑso
ne:qꝛ vere carnes bonas corrodere͂t sicut malas:qꝛ si dele-
ctabiliter audiantur/de bonis detrahu͂t ⁊ de malis:⁊ ideo
no͂ sunt audie͂di. Prouer.iiij. Amoue a te os prauu͂:⁊ detra
5 hentia labia procul fac a te. ¶ Scd͂m Plate. auripigme͂tu͂
vngues deformes/⁊ turpes facit cadere/et crescere melio-
res. Sic ardor penitentie vetera opera destruit ⁊ pcta͂:⁊ fa
cit crescere noua/scꝫ gr͂as ⁊ ꝟtutes. Aufert p͂mu͂ vt seque͂s
statuat. ad Heb.x. Ungula em͂ que est pedis extremitas/fi
nem significat/ad que͂ cuiuslibet operis effectus terminat᷑:
quem scilicet per pedem designo.

Capitulum.xxxviij.de argento.

1 Argentu͂ latine/argyros grece dicit᷑:⁊ est metal
lum albu͂ ⁊ sonoru͂: veru͂tamen(qd miru͂ est)im-
pressum corpori/lineas nigras facit:⁊ in eiꝰ co͂-
positione(᷒m Aristo.)co͂currit arge͂tum viuu͂ ⁊
sulphur. Nullu͂ aute͂ aliud metallu͂ dulcius reso
nat q͂ꝫ argentu͂: vt dicit Isidorus. Talis est hypocrita:quo
pro certo nullus dulcius resonat/scilicet quo ad fictam elo
quentia͂ vel predicationem:qui licet sit albi coloris ⁊ hone-
ste ⁊ pulchre apparentie/lineas tame͂ nigras.i.opera mala
et iniqua generat ⁊ ꝓducit:qꝛ no͂ potest arbor mala bonos
fructꝰ facere. Matth.vij.⁊ Luc.vj. Et vere ideo sulphur.i.
fete͂s ardor luxurie/ ⁊ argentu͂ viuu͂.i.leuitas inconsta͂tie in
eius substa͂tia et co͂scientia dn͂atur: ⁊ ideo no͂ miru͂ si opera
nigra ⁊ vitiosa ab eo producunt᷑. Uel dic ꝙ argentu͂(qd di-
citur quasi ardens ge͂tem) significat diuitias vel mu͂di pro
speritate͂: q͂ pro certo in se co͂tinent sulphur.i.auaritie ardo
rem et cupiditatis:⁊ ideo licet alba/pulchra scilꝫ ⁊ delecta
bilis videat᷑: tame͂ corpori cui imprimit᷑.i.menti que ei per
affectu͂ innitit᷑/ lineas facit nigras.i.mlta nigra vitia ⁊ pec
cata:a quibꝰ conscientia denigrat᷑. Nigre fiunt facies eoru͂
2 de fumo qui in domo fit. Baruch.vj. ¶ Argentu͂ est metal
lum album et sonoru͂/clarum/purum/ductile/balsami po-
tissime seruatiuu͂/virtutis i iaspide iuuatiuu͂/qꝛ plus valet
iaspis in arge͂to q͂ꝫ auro/in igne resolutiuu͂/⁊ multaru͂ egri-
tudinum curatiuu͂:nam ᷒m Platearium/ spuma eiꝰ vulnera
sanat/et carnes sup̄fluas in eis crescere no͂ ꝑmittit:matri-
cem educit/fluxibilia me͂bra fortificat/⁊ corpus mu͂dificat
atqꝫ purgat. Uere talis debet esse prelatus vel predicator:
quia debet esse albus per castitate͂/ clarus per honestatem
purus per innoce͂tiam / sonorus per eloque͂tia͂/ductilis per
obedie͂tiam/balsamu͂.i.odore͂ bone fame debet seruare per
bona͂ conuersatione͂/in igne scilꝫ tribulationis ⁊ dilectio͂is
debet liquefieri ꝑ co͂passionem/et sic erit infirmitatu͂.i.pec-
catoru͂ curatiuus per bonu͂ exemplu͂ et ꝑ bona͂ informatio-
nem. Na͂ spuma.i.eloque͂tia ⁊ doctrina taliu͂/vulnera.i.pec
catores vlcerosos sanat/et in eis carne͂ sup̄fluam.i. carna-
les delicias et voluptates crescere non ꝑmittit: qꝛ ab istis
mundat᷑ homo ꝑ bona͂ eruditionem. Et ideo iste dicit᷑ ma-
tricem.i.interiora vitia educere: qꝛ scilꝫ ea facit educi per
co͂fessionem/debilia me͂bra.i.leues et fluxibiles et inferio-
res co͂solidat per consolatione͂ ⁊ instructione͂. Corpus etia͂
mundificat/inqua͂tu͂ scilꝫ introduci facit munda͂ et pulchra͂
co͂uersationem. Ideo de talibꝰ dicit᷑ in psal. Argentu͂ igne
examinatu͂/probatu͂ terre/purgatu͂ septulu͂. Uel si vis per
argentu͂ album intelligo candore͂ castitatis: que est sine du
bio virtꝰ pura/mu͂da ⁊ honesta/⁊ balsamu͂.i.bona͂ ⁊ odorife
ram fama͂ seruat/et corporis.i.exterioris co͂uersationis ho
nestatem ⁊ munditia͂ seu decentia͂ introducit/ ⁊ carnes sup
fluas.i.voluptates carnales prorsus adnihilat et co͂sumit.
vt psal. Eloquia inquit dn͂i/eloquia casta: argentu͂ igne.⁊c.
3 ¶ Arge͂tum in igne positu͂ rubet/⁊ liquescit/sed in-
supra. frigidatu͂ soliditate͂ pristina͂ recipit ⁊ ca͂dore͂. Sic vere sunt
aliqui qui qua͂do in igne tribulationis ponunt᷑/ tunc lique-
fiunt ꝑ co͂tritionem et co͂passione͂/⁊ rubent ꝑ charitate͂ ⁊ di
lectione͂: qua͂do aute͂ cessat ignis tribulationis/tunc infrigi
da͂tur per indeuotione͂/solida͂tur ⁊ indurant᷑ per obstinatio
nem/candidant᷑ ⁊ dealba͂tur ꝑ curiosam conuersatione͂:et
ideo vtile esset talibus ꝙ semꝑ duraret ignis tribulatio͂is.
Unde Eccli.ij. In igne em͂ probat᷑ aurum ⁊ argentum:sic
et hoi͂es receptibiles in camino humiliatio͂is. psal. Imple
facies eoru͂ ignominia:et quere͂t nome͂ tuum dn͂e. Uel dic
ꝙ iustus qua͂do cessat hm͂oi ignis et refrigerat᷑/ tu͂c solidat᷑
per co͂stantie firmitate͂/et albat᷑ per co͂tinentie castitate͂: et
sic bene se habet in ꝓsperitate/⁊ no͂ in aduersitate. Uel dic
ꝙ peccator in igne cupiditatis vel tentationis vel ꝓsperi-
tatis liquescit ꝑ mala desideria et delectationes: qui tame͂
4 in frigore penite͂tie ⁊ tribulationis solidat᷑ ⁊ albescit ꝑ con-
sta͂tiam ⁊ castitate͂.⁊c. ¶ Argentu͂ qua͂do cu͂ terra co͂iungi
tur/exinde rubigine͂ co͂trahit: sed si cu͂ arena fricatu͂ fuerit/
tunc pristina͂ recuperat claritatem. Sic vere qua͂do terra.i.
amor terrenoru͂ co͂iungit᷑ cum arge͂to.i. cum aia vel aliquo
viro iusto: tu͂c vere exinde co͂trahit rubigine͂ auaritie ⁊ pec
cati. Veru͂tamen si cu͂ arena.i.cu͂ aspera penite͂tia fuerit co͂
5 fricatus/tunc claritate͂ ꝑfectionis ⁊ honestatis qua͂ amise-
rat/recuperat:⁊ rubigo qua͂ acqsierat/euaporat. ¶ Jaspis
in arge͂to plus valet q͂ꝫ in auro:⁊ ibi sua virtus melius elu-
cescit. Jaspis est sacra scriptura/que visum ⁊ intellectum
acuit ⁊ co͂fortat. Sed pro certo ista plus valet ⁊ proficit/sci
licet qua͂tum ad vtilitate͂ mundi/qua͂do est in argento.i.in
6 viro iusto ⁊ perfecto: sonitu͂ tn͂ eloque͂tie suaue͂ habe͂te. Est
enim tacens no͂ habe͂s sensum loquele. Eccli.xx. ¶ Arge͂
tum est sonoru͂/sed auru͂ penitus nihil sonat: et tamen auru͂
preualet. Sic vere illi qui qua͂do percutiunt᷑ et corrigu͂tur/
no͂ murmura͂t nec clama͂t/sunt alijs vt co͂iter meliores.

Capitulum.xxxix.de argento viuo.

1 Argentum viuu͂ est argentu͂ simplex et inco͂po-
situm/⁊ habet argentu͂ viuu͂ siccitate͂/subtilita
tem/puritate͂/⁊ albedine͂. Nam in ipso est sicci-
tas ex substantia terre/ sublimitas ⁊ mobilitas
ex fluxibilitate aque/⁊ albedo ex aeris corpora-
tione. Nam aer/aqua/terra/ad eius co͂positionem conue-
niunt/⁊ indissolubiliter co͂iungu͂tur: et ideo ꝓpter vincente͂
siccitate͂/in sup̄ficie plana no͂ liquescit/ nec adheret ta͂gen
ti: sicut id quod est aquosum : vt dicit Aristo. Talis debet
esse vir perfectus: quia vere debet esse albus per castitate͂/
lucens per prosperitate͂/subtilis per discretione͂/siccus per
penitentia͂ ⁊ maceratione͂/mobilis per obedientia͂ ⁊ subie-
ctionem/vel etiam per bonam operatione͂: ⁊ hoc quia vere
in ipso debet esse aqua fluida pietatis/ terra solida consta͂-
tie ⁊ firmitatis/⁊ aer lucidus.i.claritas scientie/ ⁊ puritas
subtilitatis: que indissolubiliter debe͂t in eo inuice͂ colliga-
ri. Et ideo tales viri ꝑfecti qua͂do ponunt᷑ in terra vel in lo
co plano.i.in administratio͂e reru͂ ⁊ negocioꝝ terrenoꝝ/ no͂
liquefiunt nec defluunt per vitia et peccata: sed intra debi
tos terminos discretionis et prudentie iugiter contine͂tur.
quod est contra mundi diuites et prelatos / quos terrena
prosperitas facit statim defluere : na͂ ꝑmittit ꝙ de vno offi-
cio ad aliud faciliter ꝓmoueantur/in nullo co͂tentata inepꝫ

plebilis auaritie cupiditate/ ⁊ hoc cū nullius vsq̄ aduersi-
tatis incursu. psal. Folium eius nō defluet: et oīa quecunq̄
2 faciet/ prosperabunt. ¶ Argentū viuū hoc habet propriū/
q̄ per se non coagulat/ sed quādo sulphuri ⁊ plumbo cōiun-
gitur/ tūc facile congelat. Sic vere multi sunt q̄ nō coagu-
lantur ⁊ indurant per peccatum ⁊ obstinationē quādo sunt
soli et ꝑ se: sed pro certo quādo associant cum sulphure .i. cū
personis luxuriosis et fetētibus/ cum plūbo ponderoso .i. cū
importabilibus ⁊ insolētibus/ tunc paulatim coagulātur ⁊
indurātur per obstinationē/ ⁊ etiā per malam cōsuetudinē
et peccata: q̄r qui cū stultis ambulat/ similis efficiet. Pro-
3 uerb.xiij. ¶ Argētum viuū est simplex respectu oīm metal-
lorum: quia ſm Aristo. in libris Meteoroꝝ/ vna cū sulphu-
re est elemētum et materia oīm aliorū metalloꝝ. Charissi-
mi/ argētum viuum ⁊ albū significat innocētie puritatem:
que pro certo est origo ⁊ principiū omniū bonorū/ gratiarū
scilz et virtutū. Vel dic q̄ argētum viuū est bona vita/ que
4 fluit ⁊ decurrit/ ⁊ habet candorē innocentie ⁊ castitatis/ et
calorem amicitie ⁊ charitatis. ⁊c̄. sicut supra. ¶ Secūdum
medicos ⁊ Platearium/ argētum viuū quia tactum inuenit
frigidum: ideo nature frigide esse dicit a quibusdā: sed hoc
non est verū/ immo est calidum et humidū in tertio gradu:
qd̄ patet ex effectibus: q̄r vrit/ perforat ⁊ incidit: ⁊ sic esse ca-
lidum comprobat. Charissimi/ per argētum viuū qd̄ est flu-
xibile/ intelligo ꝑsonas affabiles atq̄ letas/ que ꝓpter suā
mobilitatē videntur esse leues et insolētes: sed pro certo li-
cet exteriꝰ videant esse frigidi .i. tepidi ⁊ indeuoti: tamē ali-
quando est contrariū: q̄r vere calorem habēt feruoris ⁊ cha-
ritatis/ ⁊ candorē mūditie ⁊ castitatis/ ⁊ humorē deuotiōis
et pietatis: et probat hoc ex effectibꝰ ⁊ operibus aliquibus
exteriꝰ exercitatis. Uestimēta tua calida sūt cū ꝑflata fue-
5 rit terra austro. Job.xxxvij. Nolite ergo iudicare ſm faciē:
sed iustum iudiciū iudicate. Joan.vij. ¶ Argentū viuū in
terra gignit: ⁊ quasi aqua proflués procreat: in vase solido
et frigido diutissime reseruat: tante est siccitatis/ q̄ nisi ex-
tinctū fuerit/ rei alteri nō miscetur: ⁊ in igne positū in fumū
faciliter resoluit ⁊ mutatur: nec potest ignis violentiā susti-
nere. Recte talis est hypocrita vel auarus: q̄r in terra .i. in
amore terrenoꝝ semꝑ inuenitur/ ⁊ in vase frigido .i. in mun-
do vbi est frigus indeuotionis/ diu ꝑseuerat et viuit: q̄r im-
pius longo viuit tēpore suꝑ terram. Eccles.vij. Et q̄r tales
sunt magne siccitatis/ hoc est dictu/ sine humore deuotio-
nis vel cōpassionis/ ideo rebus alijs/ scilz suis vicinis non
miscent per coniunctionē amicitie ⁊ charitatis/ imo tales
singulariter esse querūt. Unde Eccli.xj. Mādu cabo de bo-
nis meis solus. Et quādo in igne tribulatiōis ponūtur/ tūc
vere ipm nequeūt sustinere/ immo ꝑ impatiētiā/ iurationē
⁊ desperationē cōtinuo in fumū ⁊ nihilū euaporāt. In igne
cōsumptū est plūbum. Hiere.vj. Vel potest dici ad totū de
hypocritis/ qui sunt albi ꝑ exteriorē honestatē/ fluidi ꝑ de-
licias ⁊ carnalitatē/ calidi per auaritiā et cupiditatē/ vren-
tes ⁊ incidentes ꝑ detractionē ⁊ loquacitatē/ soli per impa-
tientiā: et ideo in igne tribulationis positi euaporāt/ scz per
apostasiam/ vel per suꝑbie vanitatem: ⁊ exinde exit fumus
scilz infamie ⁊ mali exēpli/ q̄ alios scādalizat. Unde Hiere.
vj. Argētum reprobū vocate eos: q̄r dn̄s proiecit illos. Et
dic sicut supra de diuite et auaro q̄ est calidus per cupidi-
6 tatem/ vrēs per rapacitatē/ fluidus per carnalitatē/ albus
per vestium curiositatē. ¶ Argētum viuum tante est adhe-
rentie ⁊ fortitudinis q̄ nulli rei potest admisceri/ nisi primi-
tus sit extinctū/ ⁊ nisi cum diuersis speciebꝰ sua viuacitas
sit repressa. Extinguit autem si cū saluia/ et cinere saluie/ ⁊
puluere ossis sepie confricet: ſm Platea. Sic vere in mun-
do multi sunt ita partiales/ q̄ nulli rei/ nulli ꝑsone/ nec deo
nec homini possunt admisceri vel coniūgi per societatis et
concordie vnitatem/ vel per amicitiā et charitatem: immo
ab omni societate aliorum resiliunt et recedūt: ⁊ hoc maxi-
me quando presumūt de suis meritis ⁊ gratijs/ vel honori-
bus ⁊ diuitijs: et ex hoc alios contēnentes/ eos habere so-
cios dedignātur. Et ideo deus aliquādo extinguit eos .i. ex-
tingui ꝑmittit per vitia ⁊ peccata/ vel per paupertatē ⁊ ad-
uersitatem: et tunc per considerationē proprie fragilitatis
plus efficiuntur alijs sociales. Et ista forte est ratio quare
deus multos suꝑbos diuites in paupertatē cadere permit-
tit/ vt scilz discant quāta sit fortuitorū instabilitas/ ne alios
vilipēdāt. Unde dicit Isido. li.ij. de summo bono. c.xxxiij.
Utiliter quādoq̄ peccat in minimis/ vt a maioribꝰ vtilius
caueatur. Job.xviij. Lux impij extinguet. Lux dico .i. pro-
speritas et gratia. Vel dic q̄ bona et perfecta ꝑsona nunq̄
rebus mūdi/ scilz diuitijs ⁊ huiusmodi cōmiscetur ꝑ amo-
rem/ nisi forte extincta fuerint peccata. ¶ Argentum viuū 7
quādo est per se/ nō dissoluitur/ sed pulchrū et lucens ⁊ mū-
dū videtur: verūtamen quādo in igne ponitur/ tunc statim
deficit ⁊ euanescit/ ⁊ exinde exit fumus qui alios ledit/ ⁊ pa-
ralyticos efficit quos contingit: vt dicit Platear. Sic vere
multi quādo sunt sine igne tētatiōis/ ipsi stāt/ scilz in statu
gratie/ ⁊ sunt pulchri ⁊ lucidi per honestatē: sed vere quādo
diabolus applicat eis ignē tētationis vel tēporalis tribula-
tionis/ tūc per cōstantiam tentationibꝰ non resistunt/ sed ꝑ
cōsensus ⁊ delectationes in vitia euanescunt: ⁊ exinde fu-
mus infamie ⁊ malorū exemplorū emanat: qui alios ad q̄s
peruenit/ inficit et corrūpit. Isti enim ad tēpus credunt/ et
in tēpore tentationis recedunt. Luce.viij. Vel dic sicut de
hypocrita supra. ¶ Argētum viuum ore bibitum vel auri 8
immissum occidit ⁊ interficit patiētem/ interiora oīa corro-
dēdo. Cōtra qd̄ sūme valet (ſm Plat.) lac caprinū ī magna
quantitate potatum cum cōtinuo motu patientis. Ad idē
etiā valet vinū in quo absynthiū et hyssopum est decoctū.
Talis est mala ⁊ heretica doctrina/ vel etiam tentatio dia-
bolica: quia vere bibētem .i. recipientē ⁊ credētem/ vel auri-
bus infundētem .i. audientem interficit et cōsumit ꝑ culpā
in presenti/ et per penam in futuro: et ideo oportet q̄ talibꝰ
detur ad bibendū lac sane doctrine ⁊ predicationis/ ⁊ vinū
diuine cōsolationis ⁊ cōfessionis: ⁊ sic liberabunt a pericu-
lo mortis eterne: dum tamē se moueāt iugiter ꝑ laborē pie
operatiōis et bone occupatiōis. Accipite ergo sine argēto
vinū ⁊ lac. Esa.lv. Et illud argentū habet virtutē incisiuā.
Sic vere mala doctrina vel tentatio diabolica rodit ⁊ inci-
dit corda firma. ¶ Argētū viuū est albū/ liquidū/ fluxibile/ 9
mobile/ calidū ⁊ humidū/ oēs fere materias penetrās ⁊ cor-
rodens: ſm Isido. Talis est mala mulier: q̄r alba est ꝑ pul-
chritudinē ⁊ curiositatē/ fluxibilis ꝑ mollitiē ⁊ fragilitatē/ ⁊
appetituū variabilitatē/ mobilis ꝑ inconstantiā/ leuitatē ⁊
vagabilitatē: q̄r sicut dicit Prouer.vij. Nunc in foris/ nunc
in plateis. ⁊c̄. Exēplifica quomodo discurrūt. Iste sunt ca-
lide per luxurie et cōcupiscētie ardorem/ ⁊ humide ꝑ volu-
ptatis humorē: et ideo oēs materias quantūcūq̄ fortes .i.
oēs viros quantūcūq̄ ꝑfectos corrodūt ꝑ tentationes luxu-
rie/ ⁊ destruūt ⁊ subuertūt: dū tamē eis cōmisceant per so-
cietatē continuā. Exēplū de Dauid. ij. Regū.xj. quomodo
adulteriū cū Bethsabee cōmisit. Mulieres dn̄ate sunt eis.
Esa.iij. Vel dic oīa si vis de carne. ¶ Inuenit argentum 10
viuū (ſm Isidoꝝ li.xvj.) in vetustissimo stercore cloacarū/
⁊ in fornacibꝰ argētarijs. Sic vere mali ⁊ pctōres alios per
detractionē corrodētes/ vel ꝑ exheredationē et rapinā vel
tētationē/ finaliter inuenient ī cloaca ⁊ fornace incēdij in-
fernalis. Istud potest adiūgi ad. §. de diuite vel de planita-
te/ vel de muliere. ⁊c̄. ¶ Argentū viuū talis est nature/ q̄ si 11
suꝑ ipm maius saxū in centuplū supponas/ statim resistit/
si autē aliquātulū auri posueris/ statim oneri cedit. ex quo
patet nō pōdus esse causam/ sed naturā occultā. Saxū est
pōdus ⁊ tribulatio q̄ sustinet pro mūdo: q̄ ad modū saxi pa-
rū habet meriti vel valoris. Aurū autē est tribulatio q̄ susti-
netur ꝓ Christo/ q̄ est aurea/ meritoria et ꝓciosa. Sūt ergo
q̄ optime sustinēt saxa pōderosa: hoc est/ magnos labores ⁊
tribulatiōes pro mūdo ⁊ ꝓ terrenis: sed ꝓ certo si minimū
aurū .i. minima tribulatio vel penitētia ꝓ Christo eis īpo-
nitur vel iniūgit/ statim vere cedūt/ ⁊ totū cadere ꝑmittūt:
q̄r scilz nolūt pro deo vel ꝓ salute aīe quippiā aduersitatis
sustinere: cū tamē dicat Jacobi.v. Beatificamus eos qui
sustinuerunt. dicat etiā de labore mūdi: Prouer.xxvij. Gra-
ue est saxū/ ⁊ pōderosa arena. ¶ Aliquādo cōponit argen- 12
tum viuū artificialiter. ponit enim miniū in patella ferrea/
et testa terrea operit: ⁊ tūc ad latera carbones apponūtur:
et sic argentū viuū incipit distillare. Sic vere quādo in pa-
tella ferrea .i. in corde duro et obstinato imponitur rubeum
minium .i. memoria sanguinis Christi/ ⁊ rubeꝰ ardor cha-
ritatis/ ⁊ desuper ponitur testa terrea .i. memoria mortis et

fragilitatis humane/a latere autē adhibētur carbones ar-
dentes.i.feruēs contritio ꝛ exterior tribulatio/vel ignis in-
fernalis recordatio/tūc vere exinde distillat argētum viuū
.i.pietas et compassio ꝛ lachrymarū emissio:sicut patuit in
Magdalena: que inuenit sagittas potētis acutas/cū car-
bonibus desolatorijs. Nullus eñ est tam durus/quin cōsi
derata morte Christi/ꝛ morte propria/ꝛ adhibitis carboni
bus.i.igne ꝛ tormētis inferni/efficiatꝛ plus/fluidus ꝛ distil-
lans/scꝫ elemosynarū largitatē/vel lachrymarū quātitatē.
13 Manus mee distillauerūt myrrham.Canti.v.¶ Nullum
metallum potest deaurari sine argēto viuo:ꝛ in vase vitreo
istud melius ꝙ̄ in alijs cōseruatꝛ. Sic vere ad hoc ꝙ homo
efficiatur aureus per perfectā honestatē / oportet ꝙ habeat
argentum viuū.i.gratiā ꝛ charitatē ꝛ castitatem ꝛ pietatē/
que per argētum viuū significantꝛ:qꝺ est calidū/humidū et
albū.Et notanter in vase vitreo.i.in homine qui se reputat
vitreum ꝛ fragilē/melius huiusmodi argētum.i.gratia cō
seruatur:quia deus tales humiles custodit a peccato: ꝛ in
eis gratiā seruat:qꝛ ꝭm Bernar. Magna est firmitas apꝺ
deum/infirmitatem propriam cogitare.

Capitulum.xl.de adamante.

1 Adamas est lapis paruus ad quātitatē auella-
ne:et nunꝙ̄ plus:ferri habēs colorem/crystalli
splēdorem.Hic ita est durus/ꝙ nulli penitꝰ ce-
dit materie/quia nec ferro frangitꝛ/nec igne ca-
lescit.Sed licet sit ferri ꝛ ignis cōtemptor/san-
guine tamen calido rumpitur et cassatur: ꝛ eius fragmen-
tis sculptores in signādis et perforādis lapidibꝰ vtūtur: vt
dicit Isidorus li.xvj.c.de crystallis. Iste lapis singnificat
peccatorē/qui vere colorem dicitꝛ habere ferreū per turpē ꝛ
infamē conuersationē.Iste aliquando est ita durus ꝑ ma-
lam consuetudinē ꝛ obstinationē/ꝙ non potest vinci/casti
gari ꝛ domari nec ꝑ ignem nec per ferrum.i.per quācunꝙ̄
tribulationē vel correctionē. In stipulam versi sunt ei lapi
des funde. Iob.xlj.Et ideo quādo homo induratꝛ/nō est ꝑ
asperitatē a prelato cōtra eum procedēdū / immo vere de-
bet adhibere sanguinē.i.dulcē:mitem et benignā monitio-
nem:vt sic scindatur per contritionē/et dometur per corre-
ctionē.Et ita etiā facit deꝰ quando vult peccatores ꝛ obsti
natos cōuertere:sicut patuit in beato Paulo:qui fuit ada-
mas/attrahens scilꝫ ad fidem/ferrum.i.pctōres: quē Chri
stus ab obstinatione tam dulciter reuocauit.Actuū.ix.Et
ideo fragmēta istius lapis.i.memoria ꝛ exēplum cōuersio-
nis ꝛ fractionis istius beati Pauli valēt modo ad perforā-
dos ꝛ conuertēdos alios lapides.i.peccatores duros ꝛ ob-
stinatos. Deus enim quādoꝙ̄ vult peccatorē obstinatū cō
uertere:ꝛ ideo interius ip̄m linit sanguine sue passionis/et
humore sue gratie: ꝛ sic scinditur per contritionē/et aperitꝛ
per confessionē/diuiditur per elemosynarū largitionē/ꝛ rū-
pitur per penitētie macerationē. Lapides enim excauant
aque/ꝛ alluuione terra consumitꝛ.Iob.xiiij.Uel dic ꝙ licet
adamas.i.vir iustus sit paruus ꝑ humilitatē/ferrugineus
per penitentie austeritatē/ crystallinus per splēdentem ho
nestatem/et ita durus per constantie firmitatē ꝙ igne ten-
tationis interioris/ferro tribulationis exterioris nō vinca-
tur/scilꝫ a diabolo:tamē sanguine calido.i.infectione luxu-
rie/ꝛ mollitie mūdane prosperitatis aliquādo vincitꝛ ꝛ mol
litur:sicut patuit in Dauid.ij.Regū.xj. Uide supra de hir-
co.§.j.Sepe eñ accidit ꝙ qui tribulationibus nō frāgitur/
2 prosperitatibꝰ emollitur.¶ Adamas habet virtutē attra-
hendi ferrum quod tangit:et similiter magnes:verūtñ qñ
adamas ferro coniungitur/tunc licet magnes ipsum ferrū
tetigerit/ab eo tamen nō attrahitur/imo virtute adaman-
tis a magnete violenter retrahitur et aufertur:vt dicit idē
Isido.Adamas est Christus vel beata virgo/magnes est
diabolus seu mūdus:quia vere vterꝙ̄ habet virtutē attra-
hendi ferrū.i.peccatores:quia beata virgo attrahit ad gra
tiam/Christus ad gloriā:mundus attrahit ad delectamē-
tum/diabolus autē ad infernū ꝛ ad tormentum. Sed vere
licet ferrum.i.peccator/ cōiunctum fuerit cum magnete.i.
cum mundo vel diabolo per peccatū/tamen vere si verus
adamas/Christus scilicet vel beata virgo/eidem ferro se
apponat per suā gratiam et miam/et sue auxiliationis im-
pensionem:tunc vere a magnete.i.a potestate diabolica et
affectione mundi ip̄m violēter retrahit et educit:qꝛ scꝫ ip̄m
nunc per gratiā/ꝛ in fine per gloriā ad se trahit:et nō econ-
uerso:qꝛ nō obstante potestate diabolica/ipsum ferrū.i.pec
catorem qui cū adamante.i.Christo coniungitꝛ per grām ꝛ
charitatē/vel cum beata virgine per fiduciam et deuotio-
nem/nō potest magnes.i.mūdus vel etiā diabolꝰ ab eo se-
parare/nec ad se trahere ꝑ pctā/suggestionē/ ꝛ delectatio-
nē.Ideo dicit Christus Ioā.x.Nemo tollet eos de manu
mea. Et nota cōditiones adamātis sicut supra.§.precedē-
ti:ꝛ applica de Christo vel de beata virgine.Uel si vis/per
ferrum intelligitur genus humanū:qꝺ magnes.i.diabolus
detinebat:sed ipsum Christꝰ verus adamas liberauit.ꝛc.
3 sicut supra.¶ Uirtus adamātis ꝭm Isidorꝫ ibidē/est vene
na dephendere/metus expellere/maleficis artibꝰ obuiare:
et ꝭm Diosco.gēma est recōciliationis/amicitie ꝛ amoris:
qꝛ si mulier a viro suo digressa fuerit/per virtutē huiꝰ lapi-
dis ad sponsi grām facilius reuocatur. In brachio etiā si-
nistro portatus valet cōtra hostes/cōtra insaniam/cōtra ri
xas et iurgia/contra incubos ꝛ phantasmata/contra vana
somnia ꝛ venena. Talis est beata virgo/que fuit parua/fir
ma ꝛ stabilis atꝙ̄ fortis.Nam quādo ista gestatꝛ/scilꝫ in cor
de per fiduciam ꝛ deuotionē/ tunc vere ista facit venena.i.
peccata corrigi et deprehēdi ꝛ emēdari/vanos etiā metus
hostiū excutit/et maleficorū artibus.i.demonū tentationi-
bus obuiat ꝛ resistit.Et ideo ista iuuat hominē sibi deuotū
contra hostes ꝛ cōtra venena.i.contra demones/tentatio-
nes ꝛ peccata.Ualet etiā contra insaniam et iurgia.Item
valet contra incubos.i.contra luxuriam/ꝛ cōtra phātasma
ta ꝛ somnia.i.contra mundi vanam prosperitatē:qꝛ pro cer
to beata virgo adiuuat ꝛ supportat hominē sibi deuotū/ne
ledatur a vitijs supradictis.Et ista pro certo dicitꝛ lapis re
conciliationis:qꝛ vere quādo aliqua aīa est seiuncta a spō-
so Christo per peccatū/ tūc vere si istum lapidē secum per
deuotionē portauerit/in sponsi sui grām reuertetur. Unde
ista fuit Hester/que recōciliauit Iudeos Assuero. Hester
viij.Pone si vis ꝑ modum figure:qꝛ ꝭm Bern. Ista dedit
celis gloriam/angelis letitiam/peccatoribꝰ veniam/pacē
hominibꝰ/terris deum.Uel per oīa expone de influētia bo
ni predicatoris. Uel dic de Christo/qui recōciliauit patri
peccatores.et pone de quolibet cōditiones viri perfecti/si-
4 cut supra.§.ij. Uel ꝑ omnia expone de penitētia/vel etiam
de charitate:q̄ sunt virtutes recōciliatiue ꝛ virtuose.¶ Se
cūdum Diosco.si adamas caute supponatꝛ a marito capiti
vxoris sue dormientis/ipsa si casta fuerit/ maritū dormien
do virtute lapidis amplexatꝛ:si autem luxuriosa fuerit ꝛ in-
casta/tūc tanꝙ̄ indigna presentia lapidis/ab ipso resilit/et
extra lectū decidit atꝙ̄ fugit.Charissimi/sponsus est Chri
stus:sponsa est anima: que sibi matrimonialiter coniungitꝛ
in baptismo.Osee.ij. Spōsabo te mihi in fide.Lectus isto
rum est fides ecclesie/carnalis autē copula significat cha-
ritatem/que animā cū Christo copulat atꝙ̄ vnit.Adamas
autē qui est lapis durissimus/significat tribulationē huiꝰ
mundi. Quādo ergo anima sponsa Christi iuxta sponsum
suum Christū in lecto.i.in fide ecclesie dormit/ꝛ quādo pa-
ce ꝛ quiete letatur:tunc vere maritus iste Christus volens
eā probare/quādoꝙ̄ apponit sibi istū adamātē.i.tribulatio
nes ꝛ aduersitates:et tūc ꝓ certo si aīa casta fuerit ꝛ iusta/
ꝛ cū diabolo ꝑ peccata fornicata nō fuerit/verū spōsuꝫ suū
Christū amplecti / scilꝫ ei regratiādo de tribulatiōe/cogitꝛ
per amorē:si autē incasta fuerit ꝛ peccatrix/et cū mūdo vel
diabolo fornicata et coniuncta per diuersa genera pecca-
torū: tunc si tribulatio ei imponitꝛ vt castigetꝛ/ipsa castigari
et corrigi ab isto lapide tribulationis ꝛ a marito Christo re
fugit ꝛ cōtemnit:ꝛ a lecto fidei ꝛ eccl'ie quādoꝙ̄ ꝑ despera-
tionē cadit atꝙ̄ fugit:cōtra illud: Nō deficias cū a deo cor
riperis:qꝛ quē diligit dñs/corripit.Prouer.iij. Aīa autē i-
sta tribulata dicit deo regratiādo illud Michee.vij.Iram
dñi portabo / qꝛ peccaui ei . Qꝛ reuera charissimi pctōres
nō digni p̄sentia istius lapidis/scꝫ tribulatiōis/ nō merentꝛ
a deo corrigi vel puniri:scilꝫ in p̄senti.Figura in legibꝰ vbi
vxor q̄ publice prostituebatꝛ/nō erat digna ꝙ a legibꝰ puni-
retur:et ideo adulterij rea non puniebatꝛ:alie autē sic. Sic
vere qñ aīa ex toto ꝓstituitꝛ/ꝛ ad amorē mūdi ꝛ subiectionē
diaboli totaliter īclinatꝛ/qñ scꝫ se exponit ad mūdi volupti

billia et peccata: tunc nō est digna ꝙ a sponso suo Christo puniatur ⁊ corrigat̃: scilꝫ in presenti: quia nō visitabo suꝑ filias vestras cum fuerint fornicate. Osee. iiij. Verūtamen pena sibi eterna seruatur. Et ista est ratio quare mundi diuitibus ⁊ peccatoribꝰ prospere succedunt omnia: quia scilꝫ deus nō dignat̃ eos respicere vel punire/ sed ad diem iudicij eos reseruat ꝑpetue condēnādos. Job. xxj. Ad diē vltionis seruatur malus. Job. xxxv. Nunc autē non infert deus furorem suum: nec vlciscitur scelus valde.

Capitulum. xlj. de lapide Amethysto.

1

Amethystus est gēma rubens: cuiꝰ sunt quinqꝫ species: purpureo ⁊ violaceo colore punicea/ q̄si rosa virens/ quasdā flāmulas scintillando fundit: ⁊ inter cunctos lapides rubeos obtinet principatum. Nam scd̄m dios. iste facit hominē vigilem/ bonum cōfert intellectū/ valet contra ebrietatē/ malam cogitationē repellit/ ⁊ inest ei mollities ad sculpendū. Iste lapis significat charitatē/ que flāmas bonorū exēplorum emittit/ ⁊ inter virtutes obtinet principatū. Et coloris est rubei propter igneū feruorē desideriorū celestium/ quē procurat. Et ideo pro certo si quis istum lapidē habuerit/ scilꝫ feruorē charitatis/ ipsum efficiet vigilē per bonorꝫ operum diligētiam/ et boni intellectus per discretionē ⁊ prudētiam/ et ipsum nō permittet inebriari (scilꝫ vino in quo est luxuria) sed ipsum faciet oēs malas cogitatiōes penitꝰ resecare. Scd̄m em̄ Grego. Nunqꝫ est amor dei otiosus. ⁊c. Vel potest dici de abstinētia et sobrietate/ que ebrietati et gule resistere comprobat̃: et hominē etiam vigilē efficit/ et somnolētiā repellit. Vel dic de timore ⁊ cōsideratione/ que ad oīa ista valet.

2

¶ Amethystus est gēma rubea et rosea/ flāmulas emittens/ cuius sunt multe species: illa tamē est melior/ que rubicūdior reperit̃. habet autē mollitiem vt facile possit sculpi. Vere talis debet esse prelatus/ predicator vel religiosus/ vel etiā quilibet iustus: qꝛ iste debet esse rubeus et roseus per ardētem charitatē/ flāmeus per bonorū exemplorū luciditatē ⁊ honestatē/ mobilis per compassionem/ sculptibilis ꝑ obediētiā et subiectionē: et ideo Apoc. xxj. iste lapis numerat̃ in edificio noue hierusalē: qꝛ vere boni habent esse de ciuitate superna paradisi. Dabo oēs muros tuos ī lapides sculptos. Esa. liiij. Vel dic de beata virgine/ ⁊ adiunge scilꝫ ꝙ facit hominē vigilem. ⁊c. sicut ibi.

Capitulum. xlij. de achate.

1

Achates est lapis sic dictus/ eo ꝙ iuxta achatē fluuium sicilie primitus est repertus: ⁊ est nigri coloris/ albas habens venas: cuiꝰ tres sunt species: ꝑm Isidorū: scd̄m hoc ꝙ in varijs regionibus inueniunt̃/ in efficacia differētes. Nam ille de Sicilia (de quo supradictū est) valet magicis artibus. Nam cum ipso tēpestates auertunt: ⁊ sistunt flumina: sicut dicūt. Et ꝑm dios. iste valet ad regum formas ⁊ simulacra monstrāda somniorꝫ. Iste lapis significat malam mulierē/ que cū sit nigri coloris. i. male et deformis cōuersationis/ tamē albas habet venas. i. maculas/ inquātū per corporalem pulchritudinē dealbatur/ ⁊ per curiositatē vestium tingitur ⁊ ornatur. Et ideo talibus vtuntur magi. i. demones in suis maleficijs ⁊ tētationibꝰ: qꝛ recte iste nō sunt nisi demonum instrumēta. Nam mediātibus istis tēpestates tribulatiōis ⁊ diuini timoris auertūtur: ⁊ flumina lachrymarum/ deuotionis ⁊ cōpassionis sistuntur: et a corde hominū auferūtur: ⁊ ibi pro certo somnia et phātasmata. i. amor deliciarū ⁊ mundane ꝓsperitatis introducūtur. Nam ipsarū allocutio/ societas et tentatio/ fluuiū diuine misericordie/ ⁊ tēpestatem diuini timoris faciūt perdere/ ⁊ per vanos affectus semꝑ prospera somniare. Sicut somniator ⁊ hariolus existimat qd̄ ignorat. Prouer. xxiij. Vel dic ꝙ flumina sunt homines/ qui per malas mulieres ⁊ ꝑ alia peccata sistunt̃/ ne per profectū bonorum operum ad mare paradisi discurrant. Vel dic ꝙ iste lapis est timor dei/ qui nigredinē humilitatis portat/ et zonam candidā castitatis generat atqꝫ nutrit. Ista enim tempestatē future dānationis a nobis auertit/ flumina etiā carnalis infectionis repellit: ⁊ ne in animā discurrant/ ipsa sistere facit. In somno etiā. i. in tēpore mortis figuras regum ⁊ imagines. i. visionem dei ⁊ angelorū ⁊ sanctorū ostēdit. Vel dic ꝙ iste lapis est humilitas vel mortis cōsideratio: que flumina. i. hoīes ne fluēdo ꝑ peccata in mare inferni et peccati descēdāt/ facit sistere ⁊ cessare. Vel dic totum de penitētia. Sap. x. Ostendit illi regnū dei. Et psal. Jordanis cōuersus est retrorsum.

2

¶ In Creta est genus achatis coloris nigri/ maculis ceruleis: qui ꝑm Dios. mutat pericula/ gratūqꝫ facit hoiem ⁊ placētem/ affabilē ⁊ facūdum/ et vires confert. Recte talem virturē habet diuina sciētia vel scriptura: qꝛ pro certo licet sit nigri coloris/ et licet vilis a fatuis reputet̃/ tamē facit hominē placentē/ scilicet deo/ angelis et hominibꝰ: ⁊ sibi vires prestat/ scilꝫ constantiā ⁊ virtutes: ⁊ sic pericula scilꝫ culpe ⁊ pene ab eo tollit: ⁊ eum ad litterā facit gratum/ affabilē ⁊ eloquentē. Stude ergo sapiētie fili mi: ⁊ letifica cor meum/ vt possis exprobranti respōdere sermonē. Prouer. xxvij.

3

¶ Achates indicus visum fouet/ sitim tollit/ venenū reprimit/ in igne positus odorē emittit: et est lapis guttis sanguineis distinctus: ꝑm Dios. Talis est vir ꝑfectus et predicator: qꝛ vere sua vita ⁊ doctrina in alijs visum discretionis ⁊ fidei nutrit ⁊ fouet/ ab ardore sitis. i. auaritie eos reprimit/ venena peccatorū ⁊ mūdi delectationū cōpescit/ guttas sanguinis. i. memoriam passionis Christi in seipso cōtinet: ⁊ in igne charitatis vel tribulationis positus/ odorē bone fame ⁊ exempli homini fundit ⁊ emittit: vt sibi dicat̃ illud Cāti. j. In odorem vnguentorꝫ tuorum curremus. ⁊c. Vel dic ꝙ iste lapis significat sciētiam diuinā/ que oīa supradicta facit: vel contemptū mundi/ qui sitim auaritie tollit: vel considerationē mortis. ⁊c.

4

¶ Achates ab aquila in nido suo ponit̃ contra tonitruū/ ne oua eius ledant̃: ⁊ contra reptilia. ⁊c. Vide de aquila.

5

¶ Scd̄m Solinū/ in anulo Pyrrhi regis inuentus est achates mirabilis: in quo nouē Muse cum proprijs insignijs erāt picte/ ⁊ Apollo cum cithara: nō impressis figuris/ sed ingenitis. Rex iste est Christus/ anulus quo subarrat animā/ est fides: que ꝓ certo cōtinet Apollinē cum cithara. i. Christū cum sacra scriptura. continet etiā nouē musas. i. nouem angelorū ordines/ ⁊ credulitatē de ipsis/ cum proprietatibꝰ eorūdem. Vel dic ꝙ iste anulus est gloria paradisi: que consistit in Christo cum cithara gaudiorū/ et in nouem ordinibus cum gratitudine sociorum.

Capitulum. xliij. de lapide Asbesto.

Asbestos est lapis Arcadie ꝑm Isidorꝫ: ab igne sic vocatus/ eo scilꝫ quia si semel igne succēsus fuerit/ extingui perpetuo nō valebit. Et ideo facta fuit de eo quedā lucerna in quodā tēplo idolorum/ que nulla tempestate vel imbre poterat destrui et extingui: vt dicit Isidorus lib. xvj. c. iiij. de lapidibꝰ insigniorībꝰ. Recte talis est aīa dānata: qꝛ vere ex quo semel est accensa/ scilꝫ in igne infernali/ pro certo extingui perpetuo non valebit. Unde Esaie. j. Succendetur vtrūqꝫ simul: et nō erit qui extinguat. Nam in ipso templo idolorꝫ et demonū/ scilꝫ in inferno (qui locus est demonū atqꝫ templum) sunt talia candelabra. i. anime damnate/ que nec vēto. i. inspiratione ⁊ flatu sancti spiritus/ nec imbre misericordie diuine imppetuū extiguētur. Ideo Matthei. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. qꝛ sicut dicit̃ Esa. lxvj. Vermis eorum non morietur: et ignis eorum non extinguetur. Vel dic ꝙ iste lapis significat bonam personā: que pro certo si ab igne charitatis et diuini amoris semel accensa fuerit/ ita firma ⁊ perseuerans deinceps debet esse/ ꝙ non amplius per peccatū destruatur vel extinguatur: qꝛ charitas nunqꝫ excidit. j. ad Corin. xiij. quia in presenti incipitur/ in futuro cōsummatur. Unde in tēplo Christi ⁊ ecclesie debēt esse tales lucerne viri sancti/ et prelati perfecti: quorū lux. i. virtus ⁊ perfectio et bonum exemplū respectu aliorum nec imbre mundane prosperitatis/ nec vento tribulatiōis/ tentationis vel aduersitatis debet destrui vel extingui/ immo debet ardorem dilectionis/ ⁊ splēdorem discretionis perpetuo conseruare. Eccli. l. Effulsit sicut sol in conspectu dei. ⁊ Leuiti. vj. Ignis in altari meo semꝑ ardebit. Vel dic contra auaros obstinatos/ qui semel accensi igne cupiditatis/ nunqꝫ plus extinguūtur nec vēto tribulationis/ nec imbre doctrine vel predicationis. Ignis nunqꝫ dicit sufficit. Prouerb. xxx. Et ideo in templo huius mundi isti sunt candelabra et lucerne mali exempli omnibꝰ alijs: quia scilicet eis ostendunt viā iniquitatis/ cuius nouissima ducunt ad mor

tem. Prouer.xliij. Ignis enī auaritie in talib⁹ nō extingui
tur/sed magis iugiter augmentatur: quia scdm ligna silue
exardescit ignis. Eccli.xxviij. Uel per ignem intelligo lu-
xuriam. Et dic aliquid de auro.

Capłm.xliiij. de lapide Absito quē Pli. apistō vocat.

ABsitus est gēma nigra/pōderosa/rubeis distin
cta venis/que semel calefacta/septem dieb⁹ ca
lorem seruat: vt dicit Isidorus.lib.xvj.c. de ni-
gris gēmis. Sic vere nos debemus esse nigri ꝑ
humilitatē: quia nigredo est color humilis ꝛ de
spectus: rubri per charitatē/ponderosi ꝑ prudētiam ꝛ ma-
turitatem: et si semel accensi et calefacti fuerimus per cha
ritatis incēdium ꝛ amoris/pro certo per septem dies.i.per
totum curriculū huius vite nunꝗ̄ debet deficere calor iste.
Unde Esaie vlti. Ignis eorū non extinguetur. Uel dic de
auaris et peccatoribus/qui sunt nigri per malam cōuersa-
tionem/ponderosi per pigritiam/rubri per luxuriam/semꝑ
calefacti per auaritiam ꝛ cōcupiscentiam/crudelitatē ꝛ se-
uitiā. Unde Osee.vij. Oēs calefacti sunt quasi clibanus.

Capitulum.xlv. de lapide alabandico: quem suos
imitatus auctores/alabaudiam vocat.

ALabaudia est lapis clar⁹ et subruffus/similis
carchedonio/sed rarior/cuius virtus est sangui
nem augmētare ꝯm Isidorū. Sic vere si volu-
mus in corde nostro augmentare sanguinē.i.be
nignitatem ꝛ cōpassionem/vel sanguinē.i.gra-
tiam et deuotionem (que sunt anime nutrimēta: quia vita
omnis carnis in sanguine est. Leuiti.xvij.) vel sanguinē.i.
memoriā sanguinis Christi/oportet ꝙ habeamus lapidem
istum alabaudiā.i.beatam virginē/vel etiam Christū: qui
potest dici alabaudia/quasi alauda audiēs: qꝛ ipsa est alau
da quātum ad hilaritatem laudis diuine/et annūciationē
diei eterne prosperitatis: et fuit audiens per obedientiam:
que fuit clara per honestatem: subruffa per penitentiam et
humilitatem/vel ad litteram (sicut dicitur) ruffa fuit. Uel
potest dici de Christo/vel de beato Joanne/vel etiam de
charitate: vel potest allegari de deuotione ad quēlibet sta
tum/ꝑ quā sanguis predict⁹ in cordib⁹ nostris generatur.

Capitulū.xlvj. de lapide argyrite ꝯm Isidorū: qui for-
te nihil est aliđ ꝙ̄ argyrodamas: ꝙ̄ꝙ̄ ꝛ argyritis spu-
ma sit argenti/testibus Diosco. et Plin.

ARgyrites est lapis argēto similis in colore/ha-
bēs stigmata aurea: ꝛ est fortꝫ vt adamas/figu-
re quadrāgularis: ꝛ valet ad motus iracūdie re
frenandos: vt dicit Isidorus. Est autē alius la
pis dictus androdamas: qui eidem est similis
in colore. Talis debet esse vir perfectus et iustus/et maxi-
me prelatus ꝛ predicator: quia debet esse argenteus quan
tum ad eloquētiam laudis diuine ꝛ predicationis/adamā
tibus similis quātum ad fortitudinem constantie/patiētie
ꝛ durationis/quadrāgularis quātum ad quadraturam vir
tutum cardinalium ꝛ perfectionis: et sic poterit suis verbis
consolatoriis et orationibus iracūdorum iurgia refrenare:
et maxime si stigmata aurea.i.memoriam stigmatū et pas
sionis Christi secum habuerit ꝛ portauerit per feruorē com
passionis. Uir enim iracūdus suscitat rixas: qui autem pa-
tiens est/mitigat suscitatas. Prouerb.xv. Uel expone per
oīa de beato Francisco: qui secum tulit stigmata passionis
Christi. Unde Paulus ad Gala.vj. Ego stigmata dn̄i Je
su ī corpore meo porto. Et ideo alij lapidi precioso (ad Ro
manos.j.) ipsi scꝫ Christo fuit similis in colore.i.in exteriori
apparētia carnis suc. Similis ero altissimo. Esa.xiiij.

Capłm.xlvij. de lapide astrio: qui Isido. astriō dicit.

ASTrion est gēma indica/crystallo propīqua in
colore: in centro autem eius lucet stella fulgo-
re lune plene: et ideo dicit ab astris/eo ꝙ eis
opposita/fulgorem rapit et regerit: vt dicit Isi
dorus lib.xvj.c.xiij. de crystallis. Luna signifi
cat tempus. psal. Fecit lunam in tēpora. Ista gēma signi-
ficat gloriosam virginē: que pro certo quātum ad fulgorem
honestatis et exemplorū/crystallo similis potest dici. Quā
do ergo luna fuit plena.i.quādo venit plenitudo temporis/
tunc vere in centro.i.in vtero istius gemme apparuit stella
Jacob dei filius per incarnationē: qui per miracula ꝛ san-
ctam vitam splēduit sicut stella: quia tūc misit deus filium
suū factum ex muliere. ꝛc. ad Gala.iiij. Et ideo qn̄ ista fuit
opposita et coniuncta ipsis stellis/scilꝫ deo/sanctis ꝛ ange
lis/in assumptione scilꝫ: tunc vere splēdorem eterne glorie
sibiipsi rapuit et assumpsit. Figura Apoca.xij. de muliere
amicta sole/ꝛ luna. ꝛc. Uel dic ꝙ iste lapis est anima glori-
ficata/que propter fulgorē glorie quem acquirit quādo con
iungitur aliis stellis.i.sanctis/potest dici crystallo similis
in fulgore: quia pro certo statim ꝙ ipsa venit vsꝗ̄ ad lunam
plenam.i.vsꝗ̄ ad plenitudinem glorie paradisi/tunc in me
dio eius resultat stella.i.deus: scilꝫ tanꝗ̄ in speculo: quia in
beatis tanꝗ̄ in speculis spiritualib⁹ videbitur deus: sicut
dicit Apłus.j.ad Corin.xv. Erit deus omnia in omnibus.
Ideo Eccli.l. Sicut luna perfecta in dieb⁹ suis lucet. Uel
dic ꝙ talis stella debet quilibet esse: quia scilꝫ lucem debet
habere sicut crystallum per morum honestatem: ꝛ in cētro
cordis nostri debet esse stella Jacob Christus per gratiam
et charitatem: vel stella.i.diuina scientia per sagacitatem.
Et si stellis.i.sanctis/sapientibus et discretis adiungimur
per societatē/eorum fulgorem debemus rapere/scilicet eo
rum vitam et sanctitatē addiscendo/ꝛ eorum scientiā ꝛ bo
nitatē. Unde Eccli.l. Quasi stella matutina in medio ne-
bule: et quasi luna perfecta in diebus suis lucet.

Capitulum.xlviij. de gemma Alectoria.

ALectoria seu alectorius lapis est qui inuenitur
in ventriculis gallinaceis/similis obscuro cry-
stallo: ad quātitatem fabe ad plus: et secūdum
magos/facit certātem inuictum et insuperabi-
lem. Secūdum Diosc. autem iste lapis excitat
venerem gratum facit ꝛ cōstantē/victorē/discretum ꝛ ora-
torem/et amicos recōciliat/ꝛ reprimit in ore sitim. Iste la
pis significat cantum vł etiam diuinā scientiā ꝛ scripturā/
que pro certo in ventre gallorū.i.virorū spiritualiū perfecto
rum vel cantantiū/et laudē glorie deo annunciantiū.i.pre
dicatorū debet iugiter reperiri: qꝛ vere iste lapis scilꝫ sacra
scriptura si ꝑfecte memoreꝶ/facit hoīem inuictū per perse-
uerātiam/et victorē scilꝫ cōtra hostis tribulationes ꝛ tenta
tiones: ꝛ ad litterā gratū/eloquentē et discretū: et ad vene-
rem.i.ad spiritualem gratiā predicatiōis excitat: sitim etiā
auritie reprimit: et si ab amico nr̄o Christo segregati fueri
mus per peccatū/nos eidem reuniet et coniunget. Et ista
scriptura dicit crystallus obscura: quia vere in ista est cla-
ritas sapientie: et tamē cū hoc difficultas ꝛ obscuritas in-
uenitur. Uel expone de charitate/que facit inuictum. ꝛc. si-
cut supra: et amicos recōciliat: quia scilꝫ facit iniurias fa-
ciliter indulgere ꝛc. Charitas enī oīa suffert/oīa sustinet.j.
ad Corin.xiij. Uel dic de patientia vel ꝑseuerātia/que vin
cere facit ꝛ obtinere: scꝫ gloriam finaliter/ꝛ facit hominem
gratiosum/ꝛ ei recōciliat inimicos. Unde Prouerbio.xvj.
Melior est patiēs viro forti. vel expone totū de viro ꝑfecto
et predicatore/vel etiā de Christo vel beata virgine/q̄ fue-
runt crystallini: scꝫ splēdētes ꝑ honestatē: ꝛ tn̄ obscuri ꝑ hu-
militatem ꝛc. sicut supra. Nam suis verbis ꝛ orationib⁹ hō
reconciliatur amico suo deo ꝛc. sicut supra.

Capitulum.xlix. de Asterite gemma: quam
Pli.li.xxxvij.c.ix. asteriam vocat.

ASterites est gēma candida/inclusam ꝯtinens
lucem/sicut stellam ambulātē: que reddit solis
radios candicantis: vt dicit Isido.lib.xvj.ca.x.
Talis est beata virgo: qꝛ pro certo ipsa fuit can
dida per florētē castitatē: ꝛ ideo lux ꝛ stella Ja-
cob: scꝫ dei filius/intra eius vterū se inclusit: scꝫ per incarna
tionem: qꝛ orta est stella ex Jacob. Numeri.xxiiij. Et ideo
ista reddit solis radios candicantis: hoc est dictu ꝙ quādo
aliquis est ei deuot⁹/pro certo ipsa sibi impetrat ꝙ ꝑ solis
radios.i.per virtutē ꝛ gratiā Jesu Christi candideꝶ ꝛ deal-
betur per castitatē ꝛ honestatē. Ecce nubes candida ope-
ruit eū. Mat.xvij. Uel expone de anima vel ꝑsona casta/q̄
in se continet lucem boni exempli: ꝛ sic alios candidat ꝛ il-
lustrat quātū in se est: scꝫ per boni exempli dationē. Omni
tempore sint vestimenta tua candida. Eccłs.ix.

Capitulum.l.

Amanthon dicit hic lapis Isido.lib.xvj.c.iiij. Pli-
nio vero ꝛ dioscoridi amianthus.

1 Amarites fm Isido. est lapis quo si vestis cōtacta fuerit / nō ardebit: vt dicit Isido. Hic omnibus magorū maleficijs resistit. Recte talis est virtus patientie / cōstantie ⁊ ꝑseuerantie: qꝛ vere si vestis. i. anima fuerit ista virtute bene tacta / ⁊ ei ꝑfecte coniuncta / tūc non ardebit nec cōsumet per peccatum: licet igne tētatiōis vel tribulationis fuerit estuans. Nam magorū maleficijs. i. demonum tētationibꝰ hec obuiat ⁊ resistit. Vel dic ꝙ ista est charitas / vel timor dei / vel etiam ipse deus. Timor em̄ dei expellit peccatum. Eccli. j. Et deus de se dicit Esa. xliij. Si ambulaueris ꝑ ignē / non cōbureris: qꝛ ego tecū sum. Est igitur iste lapis deus habēdus: scʒ per charitatē ⁊ gratiam. Vel expone si vis de gratia assistente martyribꝰ in tormētis / ⁊ ceteris sanctis in tribulationibus ⁊ in penis: vel de humilitate vel tribulatione.

2 ¶ Item fm Isido. ibidem: scʒ lib. xvj. Amarites si in igne ponatur: nūꝗ̄ cōburitur: sed accepto splendore nitidior reperit. Et est lapis silis alumini. vestis etiā ab eo ꝯtacta nō ꝯburit igne. Vere charissimi tales debemꝰ esse: qꝛ vere nos debemꝰ more aluminis trāslucere ꝑ honestatē: ⁊ si in igne tribulationū ponimur / tātā debemꝰ habere cōstātie ⁊ patiētie firmitatē / ꝙ nō debemus cōburi: scʒ ꝑ impatiētiam / iracūdiam vel cōcupiscētiā / vel ꝑ pctā. Omnibꝰ em̄ ignibꝰ scʒ tētationum / tribulationū / iracūdie / crudelitatis / cupiditatis ⁊ carnalitatis debemꝰ viriliter repugnare / nec ab ipsis debemus ꝑ aliqđ vitium ꝑmittere nos cōburi: quinimmo semꝑ debemus in ignibꝰ meliorē. i. maiorē recipere claritatem: scʒ grē ⁊ virtutis. Exēplū de Job ⁊ Thobia ⁊ Laurētio. Igne me examinasti ⁊c̄. Exo. iij. Rubus ardebat / ⁊ nō cōburebat. Et talis ꝑ oīa fuit Christus: ⁊ ideo illi q̇ ab eo sunt tacti ꝑ suā grām ⁊ amorē / hmōi ignibꝰ non leduntur.

Capitulum. lj. de Beryllo lapide.

1 Beryllus est lapis indicus / smaragdo similis ī virore: pallidus est: et quanto pallidior / tanto melior: fm Diosc. ⁊ hic fulgorem nō habet nisi scidatur: ⁊ ideo ab indis in sex angulos preparatur. Et est quedā species berylli fm Isido. cuius pallida viriditas in colorē aureum resplēdet: oculos aūt miro modo cōfortat. Sic vere sunt hodie multi q̇ nullū habent fulgorē honestatis vel bone cōuersationis: scʒ peccatores / donec scindantur. i. donec multis tribulationibꝰ a deo vel ꝑlato percutiātur: et ideo in sex angulos a deo scinduntur: quia scilicet deus adhibet peccatoribus sex genera tribulationū / scʒ famem / sitim / dolorem / laborē / amissiones reū / ⁊ amissiones amicoꝝ. Iste em̄ sunt sex sagitte quibus sagittat deus peccatores: et tunc homo correctꝰ efficitur splendidus per honestatem / pallidus ꝑ humilitatē / vel per timorē / ⁊ penitentie asperitatē: que hominē pallificant ⁊ desiccant. Viridis est per honestā ⁊ bonā ꝯuersationē: et sic quādoꝗ̄ resplendet vt aurū per sapientiā et discretionē: quia sicut color viridis summe recreat visum ⁊ delectat: sic bona cōuersatio bonorū alioꝝ visum dicit confortare / quia pulchrū est videre honestū hoīem ⁊ maturū. Ideo dicitur Job. v. In sex tribulationibꝰ visitabit te: et in septima non tāget te malū. scʒ in morte / que est septima tribulatio: quia scʒ illi qui modo a deo corrigūtur ⁊ visitant / in morte finaliter non ledentur. Unde Psal. Visitatio tua custodiuit spiritū meū. Hec oīa apparēt in beato Paulo / dicēte ad Hebreos. xij. Flagellat deus oēm filiū quē recipit. quia (sicut ipse dicit Act. xiiij.) per multas tribulationes oportet nos

2 intrare in regnū celorū. ¶ Beryllus fm diosc. facit hoīem mitē / inuictum: et adhibet bonū ingeniū: valet contra hostes et lites / et contra vitia hepatis / et cōtra vitia oculoꝝ: et hominē magnificat et exaltat. Charissimi / beryllus qui coloris est pallidi / significat virtutē humilitatꝭ: qꝛ ꝓ certo seipsam reputat semꝑ pallidā ⁊ deformē: ⁊ hec facit hoīem mitē ⁊ benignū: et valet contra hostes / scʒ cōtra demones et tentationes: et inuictū efficit hoīem ab eisdē: qꝛ vere soli hoīes humiles ⁊ infirmitatem ⁊ vilitatem ꝓpriam cōsiderantes tentatiōibus resistunt ne ab eis vincantur: et hoc quia tales a dn̄o pre ceteris adiuuant. Ad quem em̄ respiciam / nisi ad humilē corde? Esaie. lxvj. Et facit etiā hoīem ingeniosum: quia sicut dicitur Prouer. xj. Ubi fuerit humilitas / ibi et sapientia. Et vitijs hepatis (vbi est sanguis). i. voluptati et luxurie / vitijs etiam oculoꝝ. i. inuidie ista virtus resistere ꝓbatur. Humilis em̄ nulli inuidet: quia se reputat alijs viliorē. Quā sine inuidia cōico. scʒ sapientiā. Sapien. vij. Et ideo sequitur bene vltimū: scʒ ꝙ hominem magnificat / quia vere sola humilitas extollit / scʒ ad magnificētiā paradisi. Qui se exaltat / humiliabit. Matth. xxiij. Luce. xviij. Et ideo Job. v. Ponit humiles in sublime. et Prouer. xv. Gloriā precedit humilitas.

3 ¶ Beryllus solis radijs oppositus / manūtenētis exurit. Sic vere sunt multi qui si opponantur ad solē. i. ad ꝓsperitatem mūdanā / statī volunt alios ꝯburere per detractionē vel rapinā vel tribulationē. Vel dic ꝙ iste beryllus significat spem: q̄ tacta radijs solis. i. per influentiā gratie spiritualis / per feruorem ⁊ desideriū eternorū suum exurit possessorē: et ideo sicut fm diosc. Beryllus tollit suspiria / ⁊ amorē cōiugalē dirigit: sic vere spes eternorū tollit suspiria ⁊ tristitiā que ex mūdi tribulationibꝰ cōcipit: et coniugalē amorē. i. ꝯiugiū ⁊ copulā charitatis dirigit ⁊ ꝯseruat.

4 ¶ Itē beryllus q̇ pallidior est melior est. Sic inter hoīes ille qui est pallidior ꝑ penitētiā corꝑalē / vel ꝑ mortꝭ ꝯsideratione tristior / apud deū melior iudicatur. Psal. Posteriora dorsi eius in pallore auri.

Capitulum. lij. de bitumine.

1 Bitumen est terra tenax / viscosa ⁊ limosa / in locis palustribꝰ precipue inuenit: vt dicit Isid. Tale est peccatū luxurie: quia vere istud est tenax et glutinosum: quia hoīem luxuriosum ita tenaciter inuoluit / ꝙ vix se potest de hoc vitio liberare si semel fuerit irretitꝰ. Eccli. xxiij. Homini fornicario oīs panis dulcis: nō fatigabit transgrediens vsꝗ̄ ad finē. Est etiam limosa per carnalem affectionē et delectationem / ⁊ in locis palustribus. i. in deliciosis et carnalibus inuenitur. Et ideo ista est similis bitumini de Judea quod circa mare mortuū inuenitur: cuiꝰ natura est ardēs / igniū cognata: quod tante est tenacitatis / ꝙ nec aqua nec ferro rumpatur: ⁊ est nigrū et fetidū et ponderosum: ⁊ virtutē habet attrahendi ⁊ cōsumēdi: fm Plat. Sic vere luxuria est ardens ⁊ inflāmans / ⁊ fortiter ligat ⁊ tenet per infamiam / et hominē attrahit per delectationē: et sic eū cōsumit scilʒ corporaliter vitā abbreuiando / ⁊ corpus destruēdo / ⁊ temporaliter et eternaliter per peccatū / ⁊ ideo ī mari mortuo. i. in peccatoribus qui carent vita gratie / inuenitur tale bitumen. i. luxurie tenacissime ligamentū. Ideo de istis potest intelligi illud Matth. xxij. Ligatis manibus et pedibus / mittite eum in tenebras exteriores. Isti em̄ videntur pre ceteris peccatoribꝰ magis esse in tenebris / et visum penitus amisisse. Vel dic ꝙ talis est mala mulier ⁊ luxuriosa / ⁊ etiā quicūꝗ̄ luxuriosus: quia vere limosa est per carnalitatem et voluptatem / et in palustribus. i. in mundi delicijs inuenitur: et ideo ista est sicut bitumen maris mortui: quia pro certo ardens est in se per desiderium ⁊ libidinē: ⁊ igniū scʒ infernaliū est cognata: qꝛ finaliter ad eos deuoluet. Ardet etiam ⁊ inflāmat alios ꝑ tentationes / qꝛ eloquiū eius sicut ignis exardescit: et ideo dicit attrahēs / qꝛ vere attrahit / allicit ⁊ seducit. Prouer. vij. Statim eam sequitur. ⁊c̄. Et dicitur esse tenax / quia vere hoīem ita fortiter tenet / ꝙ vix se potest de ea liberare: et hec nec per aquā doctrine / monitionis vel predicatiōis / nec ferro tēporalis tribulationis separari potest: sicut ad sensum ptʒ. Ideo dicit Eccl's. vij. Inueni mulierē morte amariorē: vīcula sunt manus eius. Et propter hoc bene sequit aliud / scilʒ ꝙ habet virtutē consumendi: qꝛ vere mala mulier cōsumit hoīem ⁊ quātū ad corpus / et quātum ad animā / et quātum ad substantiā tēporalem: qꝛ nunꝗ̄ homo luxuriosus diues est. Exēplifica bene. Et ideo dicunt esse fetide / propter earum infamiā / ponderose propter suam pigritiā / ⁊ nigre et deformes ꝓpter malā conuersationē ⁊ insolētiā: vt Baruch. vj. dicit. Nigre fiunt facies eoꝝ de fumo q̇ in domo fit.

2 ¶ Fumus cōbusti bituminis Judaici valet ad eductionē mēstruorum / ⁊ somnolētis ⁊ phlegmaticis ꝓdest: qꝛ phlegmata educit / ⁊ somnolentos excitat. Bitumen est peccator luxuriosus / qui in inferno comburit: et ideo fumus taliū. i. memoria mortis malorū valet scilʒ ad educenda mēstrua ⁊ phlegmata. i. ad dimittendū luxuriā ⁊ carnalitatē / et ad somnolētos excitandum / ⁊ ad deponēdum oēm pigritiam et tepiditatē. ¶ Bi 3

tumen ⁊ specialiter illud qđ est in Judea/habet naturā ardētem: et tante est tenacitatis/ꝙ nec aqua nec ferro potest dissolui/sed tantū sanguine menstruali:⁊ ideo valet ad naues inungēdas ⁊ liniēdas:⁊ istud virtutē habet attrahēdi/cōsolidādi ⁊ consumēdi:⁊ multū valet ad vulnera cōsolidāda/qñ puluerizatū supponiť: sicut dicit Pla.§.de asphaltite. Recte talis est charitas:q₂ vere naturā habet ardētem/quia oēm hoiem accēdit ⁊ inflāmat: ⁊ naturā habet tenacem/quia vere nihil fortius stringit aut ligat per cōcordiā et vnitatem ꝗ₃ amor:quia illi qui isto bitumine sunt perfecte liniti/⁊ qui perfecte se diligūt/nunꝗ₃ possunt separi nec per aquam prosperitatis/nec per ferrū ⁊ duritiā cuiuscūq₃ aduersitatis:⁊ ideo vtile est ꝙ in nauibus.i.in religionib⁹ ⁊ ecclesiasticis statibus bitumen amoris ponatur/ vt sic ibi vnitas ⁊ cōcordia cōseruet. Istud eñ bitumen habet virtutem attrahendi: q₂ vere nullus diligit aliū / quin statim alter naturaliter attrahatur ad eius dilectionē. Unde Seneca dicit: Ama si vis amari. ⁊ Prouer.viij.dicit de⁹. Ego diligētes me diligo. Uirtutē etiā habet cōsolidādi:q₂ vere oīa vulnera.i.mūdi tribulationes consolidat atq₃ sanat:q₂ amor oīa aduersa facit leuia. Uñ alius dicit ꝙ solus amor difficultatē nescit. Et ideo bene sequitur ꝙ habet virtutē cōsumendi:quia vere oīa peccata/iniurias etiā factas annihilat ⁊ consumit. Charitas operit multitudinē peccatorum.j.Pet.iiij.⁊ Prouer.x. Et hoc maxie bitumē de Judea/hoc est dictu/amor charitatis:qui in Judea.i.in ecclesia reperitur. Uerūtamē sanguis mēstrualis/hoc est dictu/infectio luxurie et violatio sanguinis ⁊ ꝯsanguinitatis/ scz incestus/istud bitumen destruit et corrūpit: q₂ vere amorē et concordiā dei ⁊ hoim amor iste seu furor potius rumpit. Sepe eñ accidit ꝙ sub specie amoris ⁊ sanguinis luxuria cōmittitur:⁊ sic amoris veritas corrūpitur. Ideo bene dicitur Leuiti.xviij. Unusquisq₃ ad proximā sui sanguīs nō accedet. Uel dic ꝙ bitumen est terra tenacissima/⁊ significat perseuerātiā ⁊c̄.

4 ¶ In mari mortuo inuenitur bitumen ita tenax ꝙ nec ferro nec aqua soluitur. Sic vere in inferno est tanta tenacitas/ꝙ nullus peccator potest exinde liberari vel exire ⁊c̄. Uide de lacu Asphaltite.

Capitulum.liij.de calculo.

1 Calculus est lapillus rotūdus ⁊ lenis/dictus a calcando/eo ꝙ sine molestia propter eius lenitatē potest cōculcari. Iste ei est purus/planus et lenis ex omni parte/fm Isido. Talis est vir perfectus:quia vere rotundus est per obedientiā ⁊ perfectionē:lenis est per benignitatē/ purus per castitatem/planus per veritatem:⁊ ideo sine molestia potest talis calcari et vilipendi. Humiles eñ et perfecti nō ledunt alios se calcantes/cōtēnentes vel castigantes. Et ideo tales fuerūt figurati Esa.vj.vbi Esaias vidit calculū ignitum.et Apo.ij.vbi Joānes vidit calculum candidum vbi erat nomen Christi scriptum. Sic vere tales perfecti sunt igniti ꝑ charitatē:⁊ cādidi ꝑ castitatē:⁊ ideo in eis scribiť nomē Christi.i. Christi imitatio ꝑ ꝑfectionē ⁊ sctitatē. Uel ꝑ calculū itelligo gloriā etnā/vbi est rotūditas mot⁹ ⁊ agilitatis/claritas ⁊ lenitas subtilitatis/⁊ duritia impassibilitatis. Figura Apoca.ij. Qui vicerit / ego dabo ei calculū cādidū.i.gloriā eternā.

2 ¶ In calculo nō videtur esse ignis et tamē quādo tangiť et allidiť ferro/tunc ignis exinde ꝓrumpit. Sic vere charissimi in aliquib⁹ nō videť esse ignis discordie ⁊ iracūdie/quia vidētur esse lenes ⁊ benigni/ pōderosi ⁊ maturi/frigidi.i.humiles ⁊ timorosi:tamē quando tangūtur/scz aliquo verbo vel iniuria/tunc vere statim exilit ignis iracundie ⁊ impatientie/qui alios deuorat et corrodit:vel etiam ignis crudelitatis ⁊ rapine:quia vere multi sunt principes et prelati/qui ꝗ₃uis videantur esse boni et sancti/tamē inuenta occasione crudeliter puniunt et inflāmant. Figura Judic.vj.vbi ad tactū virge angeli ascēdit ignis de petra/qui omnia deuorauit. Sic vere ad modicū tactū occasionis vel modice iniurie/vel ad tactū virge angelice.i.correctiōis prelati et superioris/ de petra.i.de malis egrediť faciliter ignis rixe/discordie/impatientie et clamoris:a quo circūiacentia deuorātur:sicut patet de malis qui correctiones prelatorū nolunt in patiētia sustinere/sed per rixas ⁊ appellationes statim nituntur alios deuorare.

Amos.v. Oderūt in porta corripientē. Uel si vis pone figurā de ramno Judic.ix.⁊ applica. Uel dic de viris ꝑfect; a quibus exit ignis diuini amoris quādo ꝑcutiuntur ꝑ tribulatiōes.

3 ¶ Scrupulus est paruulus lapill⁹ asperrim⁹/q tangentē quādoq₃ perforat ⁊ corrodit. Sic falsi humiles et detractores sunt asperrimi:quia vere nō possunt tangi vel corrigi/quin statim ledant alios ⁊ diffamēt. Calculus aliquādo generatur in corporibus animaliū ⁊c̄. vide supra li. de passione renum.§.de calculo.

Capitulū.liiij.de lapide coticula:nā est ⁊ cotes seu lapis naxius/quē aliud esse putāt a coticula / teste hermolao.

1 Cos grece/icisio dicitur latine/eo scz ꝙ gladios acuit ad scindendum:sed cos alia indiget oleo/alia aqua:sz oleū lenē facit gladiū/ aqua acutū. Talis est doctor vel predicator: quia vere gladios.i.intellectus hūanos acuit ꝑ subtilitatē/et eos ad scindendū/scz carnē ꝓpriam.i.ad eā macerandam preparat ⁊ disponit. Exacuere o mucro dñi. Eze.xxj. Et quidam vtuntur ad hoc aqua miserie et tribulationis/scilz illi qui predicant cōminādo:alij oleo diuine mīe: vel quidam aqua sacre scripture/alij oleo adulationis ⁊c̄. Et sicut cos gladios acuēdo seipsam ꝯsumit:sic mali ꝑdicatores alios exhortantur/sed ipsi per vitia cōsumūtur:dicūt eñ/⁊ nō faciunt. Matth.xxiij.

2 ¶ Cos in hoc ꝙ seruit/seipsam consumit. puluis aūt ab eius substantia resolutus/ virtutem habet desiccatiuā/repercussiuā/⁊ sanguinis restrictiuā. Talis est malus predicator:qui vere alijs predicando ⁊ docēdo seipsum cōsumit per vitia ⁊ peccata:sicut patet in hypocritis. Puluis iste est doctrina/que a cote.i.a doctorib⁹ resoluitur/que valet alijs/scz ad repercutiēdum malas affectiones/ad restringendū sanguinē ⁊ luxuriā ⁊ carnales infectiones/et ad desiccandum voluptates et delectatiōes. Fac.§.et dic ꝙ puluis qui resoluitur a cote.i.a doctoribus et predicatoribus ⁊c̄.

Capitulū.lv.de calce.

1 Calx est lapis adustus/ex cuius cōmixtiōe cum arena ⁊ cū aqua/fit cemētū aptum in edificijs et structuris. Lapis eñ nō potest melius lapidi copulari/ꝗ₃ calce cōiūctus. Calx aūt que de duro lapide fit/melior est structuris. Illa autē que fit de molli lapide/vtilior est in tectis:fm Isid.li.xvj.c.iij. Calx que calide est nature/significat charitatē:⁊ ideo si in edificio religionis vel ecclesie deficiat cementū ꝯcordie ⁊ vnitatis/tūc debent accipere calcē charitatis/aquā pietatis/arenā.i.pondus penitentie vel hūilitatis:⁊ sic poterit fieri cementū cōcordie/quo alter alteri vniatur:sicut diciť de turre babylonis:Geñ.xj.vbi habuerunt bitumē ꝓ cemento. Uel per calcē que est acute nature/ intelligo correctionē:que vitia corrodit:ex qua cū aqua pietatis et arena humilitatis fit cementū cōcordie vel charitatis/que si de lapide duro.i.a prelato rigoroso eliciť/vtilis est ad structurā fidei atq₃ morum.

2 ¶ Calx est nature calide ⁊ sicce in quarto gradu : et ideo virtutē habet corrosiuā. vulnera eñ putrida sanat/suꝑfluā carnē corrodit ⁊ ꝯsumit: mixta cum aqua ⁊ auripigmento pilos cadere facit:fm Plat. Talis est contritio corrosiua:quia vere carnes suꝑfluas.i.carnalē voluptatem consumit/et vulnera.i.ipsa peccata sanat/et si cum aqua.i.cum auripigmēto.i.cum aspera penitentia/ si cum dei mīa misceatur/tunc pilos.i.mundi diuitias facit cadere/hoc est dictu/cōtēni et vilipendi/⁊ erogari pauperibus/vlcera etiam.i.lesiones ⁊ remorsus cōscientie mitigat atq₃ sanat.

3 ¶ Calx viua exterius videtur esse frigida/q perfusa aqua tamen est interius multū feruens:⁊ hoc patet/quia per calorem statim apparet ibi ignis incendiū/scz per calorem et fumum/et dissoluitur et aperitur/⁊ calor et fumus emanant/et exterius euaporant. Talis est vir humilis:qui scit ꝗ₃tum ad suas virtutes occultare:quia vere licet exterius ꝗ₃tum ad apparentiā videať esse frigidus.i.tepidus ⁊ indeuotus/interius tamē in corde est multū feruidus per charitatem. Nā quādo aqua deuotionis ⁊ diuine gratie vel etiā predicationis vel doctrine/vel etiā aqua exterioris tribulationis/vel aqua etiā temporalis cōsolationis ꝓpensius irrigatur/tūc dissoluitur per cōtritionē/aperitur per ꝯfessionem/rūpitur ⁊ diuiditur per mīam ⁊ satisfactionē/et tunc exinde exit fumus orationis/et calor feruoris ⁊ dilectionis:⁊ sic apparet

esse calidus/licet frigidus videretur. Quod etiã potest ap-
plicari de personis leuibus/que videntur esse exterius male
q̃tum ad leuẽ cõuersationẽ: que tamẽ quãdoq; sunt interiꝰ
valde bone. Ideo talibus potest dici illud Psal. Probaui
te apud aquã cõtradictionis. Boni em̃ q̃to talibus aquis
magis sparguñ/tãto feruores sue charitat; meliꝰ ostẽduñ:
& tanto p laudẽ orõnẽ & grãrũ actionẽ aperiũtur et dilatã-
tur. Sapieñ. xix. Ignis in aqua valebat supra suã virtutẽ:
4 et aqua extinguentis nature obliuiscebatur. ¶ Calx cũ sit
ignee nature/tñ per aquã accenditur/et per oleũ extingui-
tur. Sic vere calor charitatis qui per calcem designatur/
in aqua.i.in fluctibus tribulationũ et paupertatum accen
ditur & augetur: in oleo autẽ.i.in mundanis delicijs extin-
guitur & necatur/cum tñ alij ignes/scilicet auaritia& luxu-
ria in aqua tribulationis extinguãtur & deficiant/et in oleo
prosperitatis cõualescant. Ideo de charitate dicit Sap.
xvj. In aqua que omnia extinguit / plus ignis valebat.
5 ¶ Calx ita cõsueuit fieri/quia lapis durus accipitur/et in
forti igne ponitur/vbi exuritur et coquitur: et tunc ab igne
extrahitur/& aqua aspergitur: & sic statim dissoluitur & ape
ritur/tabescit et fumescit/et exinde fit cementũ et etiã me-
dicina. Sic vere qñ deus vult conuertere lapidem durũ.i.
peccatorẽ obstinatum/primo coquit ipsum in igne fortis
tribulationis/deinde irrorat eum aqua sue gratie & interne
inspirationis: quia alias nõ valeret tribulatio: et sic dissol-
uitur per cõtritionem/et aperitur per confessionem/diuidi
tur per largitatem et elemosynarũ largitionẽ/calescit per
dilectionem/et fumat per orationem/et sic efficitur vir iu-
stus et perfectus/et quo ad verba & exempla fit alijs medi
cina/et etiã cemẽtũ cõcordie & amoris: sicut patet in Pau
lo. Lapis solutus calore in es vertitur. Job. xxviij.

Capitulum. lvj. de cemento.

Ementũ est illud cũ quo iunguntur lapides in
pariete: & est colorũ principiũ & fundamentũ: q2
nisi primo ponatur cementũ/ nunq̃ʒ potest per-
fecte paries colorari. Melius aũt adheret pa-
rieti quãdo primo paries est humidus/& maxĩe
cementũ quod dicit gypsum siue plastrũ. Charissimi/tale
cementũ est charitas/que pro certo est illud mediãte quo
in edificatione ecclesie vel religionis lapides sanctuarij.i.
bone persone inuicẽ cõiungũtur per ↄcordie vnitatẽ: quia
vere quãdo deficit cementũ charitatis/alter ab altero per
discordias & partialitates diuiditur. Ideo docet Aposto-
lus. Colos. iij. Super oĩa aũt charitatẽ habete/que est vin-
culum perfectionis. Et istud cementũ est colorꝝ fundamẽ-
tum: quia vere oĩs color perfectiõis & virtutis & honeste cõ
uersationis parũ aut nihil ꝓficit / nisi sit fundatus sup ce-
mentũ interioris charitat;. Pater em̃ familias edificat do
mum suã supra petrã. Matth. vij. Istud etiã cementũ me-
lius inheret parieti.i.ꝑsone q̃ humore pietatis naturaliter
humectat: q2 inter hoĩes pios et benignos meliꝰ charitas
preseruatur. Vide quomodo fit cementũ/scʒ de calce. §. j. &
de plastro infra vbi agitur de francia.

Capitulum. lvij. de carbũculo.

1 Arbunculus est lapis preciosissimus/ignei co
loris: qui ita fulget/ ꝙ nec nocte vicitur fulgor
eiꝰ. Lucet em̃ de nocte ita ꝙ vsq; ad oculos ra
dios vibrat. Et cum sint multe eiꝰ species/scʒ
xij. ille tamen est potior qui plus fulget et ruti-
lat more ignis: vt dicit Isido. Talis est vir perfectus: quia
vere est igneus per feruẽtem charitatem/fulgidus per lu-
cidam honestatẽ: & maxime talis debet esse prelatus/ pre-
dicator vel religiosus: quia vere vsq; ad oculos aliorũ de-
bet radios suos.i.exẽpla sua & bona opera deriuare. Unde
nulla nox.i.nulla ignorantia vel aduersitas debet eũ extin
guere per peccatũ. Non extinguetur in nocte lucerna eius
Prouer. xxxj. quia vere luce sue sapiẽtie & discretiõis/splẽ-
dore sue bone vite & cõuersatiõis debet noctẽ aduersitatis
vel ignorantie aliorꝝ efficaciter illustrare/exempla & docu-
menta suis dãdo. Joan. j. Lux in tenebris lucet &c. Et q̃to
rubicũdior est et splendidior.i.q̃to in charitate & honesta-
te feruentior/tanto melior dici debet. Luceat ergo lux ve-
stra corã hoĩbus/vt videãt opera vestra bona &c. Matth.
v. Uel si vis per carbũculũ intellige virtutẽ charitat;/ que
perficitur in aduersis/et radios bonorũ operũ & exemplorꝝ
ex se producit. ¶ Est quedã species carbũculi ceteris no- 2
bilior/ignei coloris/zona candida circũcincti: cuius est ꝓ-
priũ ꝙ in igne positus velut inter carbones mortuos ex-
tinguitur: sed aqua supfusus iterũ inardescit/ vt dicit Isid.
li. xvj. c. xiij. Talis fuit Christus: quia colorẽ habuit igneũ
per feruorem charitatis/cinctus fuit zona candida castita
tis/in igne passionis positus extinctꝰ fuit p mortẽ: sed tan-
dem per aque infusionẽ.i.per celestis grẽ infusionẽ iterum
reuixit. Unde Eccli. xlviij. Surrexit Helias quasi ignis cõ
flans. Uel dic ꝙ iste est bonus religiosus/qui habet chari-
tatem & castitatem: qui si aliquãdo in igne tribulationis et
tentationis positus extinguatur per vitia & peccata/quan-
do tamẽ ipm iterũ deus ꝑfundit aqua sue mĩe & gratie/cõ
tritionis et confessionis/vel etiã deuotionis/tũc vere iterũ
exardescit/& iterum reuiuiscit. Ignis in aqua valebat &c.
Sapien. xix. quia tunc recipit pristinã virtutẽ/ pulchritudi
nem & honestatẽ. Uel expone si vis de malis/ quorum ful-
gor.i.ardor cõcupiscentie in igne tribulationis et aduersi-
tatis extinguitur atq; cessat: et in aqua mũdane ꝓsperita-
tis iterum inualescit. Uel expone de multis imperfectis/q̃
ignẽ tribulationis nequeunt sustinere/ sed ibidẽ positi/per
desperationem/impatientiã/& per alia diuersa vitia extin-
guũtur: qui tamẽ in aqua ꝓsperitatis viui et ardentes per
charitatẽ & gratiã ïueniuñ. Allega sicut supra de calce. §.
iiij. ¶ Est quedam species carbũculi in India/dicta san- 3
daseros: ĩ cuiꝰ specie velut ĩter lucidos ignes apparẽt gut
te auree relucentes: et est precij incõparabilis. Est etiã q̃-
dam carbũculi species ceteris nobilior/que zona candida
est ꝓcincta. Omnis aũt carbũculus nocte & die rutilat atq;
fulget: et more ignis iugiter inardescit. Et est quedam alia
species que folia librorũ & paleas attrahit / cũ a sole vel at-
tritu digitorꝝ fuerit calefacta: ꝭm Isido. Talis fuit beata
ꝟgo/q̃ ꝓ certo habuit splẽdorẽ honestat;/ruborẽ charitat;/
zonã candidã floride castitatis: et ideo precij incõꝑabilis
& ĩestĩabilis fuit: quia vere nec in nocte aduersitat;/ nec in
die prosperitatis cessat radios sue gratie & mĩe emittere/ et
folia librorũ.i.clericos & litteratos/paleas.i.laicos & pecca
tores ad se attrahere vel leuare/& hoc quãdo a digitis no-
stris.i.a nostris bonis operibus & orõnibus fuerit instigata
sicut dicit dicitur Canti. j. Trahe me post te: in odorẽ vn-
guentorũ tuorꝝ curremus. Ista aũt in se representauit gut-
tas aureas.i.vniuersitatẽ bonorꝝ operũ virtutũ & exemplo-
plorꝝ: que possunt in ea reperiri. Unde Sapiẽ. vij. Cogno-
ui qm̃ oĩm bonorꝝ mater est. ¶ Est quedã species carbũcu 4
li q̃ lychnites dicit/ & remissus carbũculꝰ nũcupatur/eo ꝙ
a rubore aliorꝝ decliãt: que ita dura est/ꝙ sculpture resistit:
et si aliquando sculpatur/& ei cera apponat/ velut animali
morsu semꝑ cere partem secũ retinet atq; rapit: calefactus
etiã a sole vel attritu digitorꝝ/paleas & folia librorũ eleuat
atq; trahit. Sic vere inter carbũculos.i. inter viros iustos
& religiosos sunt aliqñ tales lychnites.i. persone pigre & re
misse/q̃ a rubore charitatis deficiũt & declinãt: qui ita sunt
duri et obstinati/ ꝙ sculpture.i.impressioni monitionis vel
doctrine vel gratie spũssancti resistunt: & ideo si cera vel pa
lea.i.aliqua mũdi bona vel aliqua administratio tempora-
lis eis apponat vel cõcedatur: tũc vere calore auaritie ca-
lefacti/semꝑ aliquid ad se trahunt/& partem retinẽt com-
missorũ: more Ananie defraudantis de precio agri. Act. v.
Istud patet in malis prelatis & dispensatoribus/qui bona
sibi cõmissa nõ dispensant pauperibus/sed accumulant in
turribus/& suis parentibus distribuũt patrimoniũ crucifi-
xi. Joã. xij. Cũ exaltatꝰ fuero a terra/oĩa trahã ad meipm.
¶ Baladius est species carbũculi q̃ in vena sapphiri inue 5
nitur/vbi virtute celesti generat: ꝭm Isido. Sic vere Chri-
stus in vena.i.in ventre ꝟginis(q̃ sapphirꝰ dicit)est inuẽ-
tus: vbi ex mystico spiramine sine virili semĩe est genitꝰ & ꝓ
ductꝰ. Uñ Job. xxxviij. Quis posuit ĩ visceribꝰ hoĩs sapiẽ-
tiam?

Capitulum. lviij. de Chrysopasso lapide.

1 Hrysopassus est lapis ethiopicus/quẽ lux celat
et ꝓdit obscuritas. Nam de die videtur aureꝰ/
de nocte ignei est coloris. Nã de die q̃si splẽdo-
rẽ amittens/in auri speciẽ expallescit. Sic vere
boni & iusti debẽt de die.i.in manifesto & in pu-

blico ⁊ in alioꝝ apparẽtia se occultare/⁊ suas virtutes ce-
lare per humilitatẽ:in nocte autẽ.i.in occulto ⁊ abscõdito
debent suũ ruborem.i.ardorẽ sue charitatis per bona ope-
ra declarare:quia pater tuus qui videt in abscõdito/ reddet
tibi. Matth.vj. Et ideo Seneca: Esto occultator virtutũ/
sicut alij vitioꝝ. Uel dic ꝙ iste lapis est charitas / que pro
certo in die.i.in ꝓsperitate mundana deficit ⁊ pallescit:in
nocte autem.i.in tempore tribulatiõis ꝓficit ⁊ rubescit/qꝛ
vere multi sunt qui in prosperitate deteriorãtur/in aduersi-
tate iterum emendant. Castigasti me dñe:⁊ eruditus sum.
Hiere.xxxj. Uel dic ꝙ iste est vir perfectus/ qui in die pro-
speritatis debet esse aureus per splẽdentẽ honestatẽ/in no
cte autem aduersitatis debet esse igneus per feruentẽ cha
ritatem:et sic in vtroqꝫ tempore debet se debite regulare.
2 Nocte ⁊ die nõ extinguetur. Esa.xxxiiij. ¶ Est in india spe
cies chrysopassi viridis coloris sicut prasius seu porrũ/gut
tas habẽs aureas ⁊c. Sic vere nos debemus esse virides ꝑ
honestatẽ/⁊ habere guttas aureas.i.ꝟtutũ vniuersitatem.

Capitulum.lix.

Apud Pliniũ legitur carchedonius: item venerabi-
lis Beda super Apo.xxj.ita legit.

1 Calcedonius est lapis pallidus/et hebetis colo-
ris:qui diuino imbre gignitur:⁊ repercussu lune
ꝯplene inuenitur:qui perforatus ⁊ portatus facit
vincere causas:et resistit illusionibus demonũ:et
virtutes cõseruat:ſm Isid.et diosc. Et iste nũqꝫ
nisi tricolor reperitur/ vt dicitur in lapidario. Iste recte est
Christus/qui pro certo ex rore celesti.i.per supernalẽ virtu
tem in corde terre.i.in vtero ꝟginis extitit ꝓcreatus: quia
nõ ex virili semine ⁊c. Et ideo in ista terra in luna plena.i.
in plenitudine temporis ⁊ in principio temporis gratie est
inuẽtus:qꝛ Ubi venit plenitudo temporis/misit deus filiũ
suum.ad Galathas.iiij. Et iste fuit perforatus/ scilicet ꝙtũ
ad perpessa vulnera tẽpore passionis: et tunc factus est ad
litterã coloris pallidi et hebetꝫ/scꝫ propter defectũ sangui-
nis.ideo Esa.liij. Uidimus eũ/⁊ nõ erat aspectus : virum
despectũ/et scientem infirmitatẽ. Et ideo pro certo si sic cõ
ceptus ⁊ perforatus portetur in corde.i.si memoria sue na-
tiuitatis ⁊ passionis habeatur/tunc ꝓ certo ꝑ eius influen-
tiam homo in causa sue salutis obtinet cõtra hostes:et de-
monũ illusionibus et tẽtationibus resistit:⁊ virtutes ⁊ gra-
tias seruat ⁊ custodit:quia vere memoria passionis ⁊ nati-
uitatis summũ est refugiũ peccatoris. Et sicut ſm eundẽ/
iste lapis calefactus paleas attrahit:sic vere Christus qñ
fuit calefactus isto igne.i.amore quo sic mũdum dilexit vt
homo fieret/tũc attraxit/scilicet secum ad paradisum/pa-
leas.i.vanos ⁊ miseros peccatores. Et iste tricolor est.i.ha
bens tres status ⁊ circũstantias ⁊ considerationes/ scꝫ sta-
tum natiuitatis/vbi apparuit color humilitatis. Item sta
tum passiõis/vbi apparuit color patiẽtie ⁊ firmitatis. Itẽ
statum iudicij/vbi pro certo apparebit color iustitie et eq-
tatis. Uestiui te multis coloribus. Eze.xvj. Uel tricolor di
citur Christus/propter tres naturas que in ipso cõueniũt/
scꝫ natura deitatis/natura aĩe/natura corporis:que quidẽ
in Christo in vna persona cõueniũt/et sunt vnũ. Uel dic ꝙ
iste lapis significat humilitatem/que se pallidã ⁊ vilem re
putat:⁊ cum rore diuine gratie gignitur:et ꝑ eius influen-
tiam demonibus et tentationibus resistitur ⁊ peccatis. Et
ista habet tres colores.i.tres species:que sũt spernere mũ-
dum/spernere nullum/spernere sese.

Capitulum.lx.de lapide Chrysolito.

1 Chrysolitus est lapis decimus in rõnali/ sicut dr
Exo.xxviij. ꝗ erat quartus (sicut dr Eze.xxviij.)
in operimento primi angeli:qui erat septimus
in fundamẽto ciuitatis hierusalem/ sicut dicitur
Apoca.xxj. Et est lapis ethiopicus/ vt aurũ lu
cens/vt ignis scintillans/in colore mari similis / declinãs ad
virorẽ. In auro positus ⁊ in sinistro latere gestatus valet cõ
tra melãcholiã ⁊ timores nocturnos: ⁊ confortat intellectũ
⁊ dicitur demones terrere ⁊ fugare:ſm Isido.lib.xvj. Ta-
lis est vir perfecte spei/ quia vere lucet et scintillat per sctã
desideria:et ideo si auro diuine sapientie adiungatur/ vt si
scilꝫ homo sapienter se habeat in sperando/tunc si habeat
hec spes in latere sinistro.i.in tẽpore aduersitatis(ꝗ per si-
nistram designatur)pro certo summe valet ⁊ iuuat:quia vere
melancholia ⁊ timor.i. tristitia ⁊ desperatio depellitur: in-
tellectus.i.sapiẽtia ⁊ discretio cõfortatur:⁊ demones sine
dubio deterrentur:quia vere quãdo demon videt hoiem ꝗ
in aduersitate sperat de eternis/⁊ ibi figit cor suum/ipsum
deserit ⁊ dimittit. Spes autem nõ cõfundit. Ad Roma.v.
Uel dic ꝙ iste est vir perfectus/qui est coloris viridis ꝑ ho
nestam apparentiã/splendet vt aurũ per sapientiã / rutilat
vt ignis per charitatẽ ⁊ amicitiã:⁊ ideo talis valet contra
tristitiam et timorẽ/scilꝫ alios confortando / et cõtra intel-
lectus ignorantiã/ alios instruẽdo:et sic demones ipm fu-
giunt atqꝫ timẽt. Jaco.iiij. Resistite diabolo/⁊ fugiet a vo- 2
bis. ¶ Est species chrysoliti dicta chrysolectrus/ ꝗ de mane
pulchrior est/ sed post color ipsius hebetatur: et ignis est ra-
pacissimus:qꝛ iuxta ignem positus/ipm ꝯtinue in se rapit:
vt dicit Isido.lib.xvj.de gẽmis aureis. Sic vere sunt qui-
dam qui in mane.i.in iuuentute vidẽtur splendidi ꝑ virtu-
tem ⁊ perfectionẽ/sed tamẽ postea deficiunt ⁊ pallescunt ꝑ
vitia ⁊ peccata:⁊ hoc quia ignis scꝫ tentatiõis sunt multũ
rapaces:qꝛ quãdo iuxta ignẽ tentationis ponũtur/tũc vere
ipm statim rapiunt/scꝫ consentiendo huiusmodi tentatio-
nibus:⁊ ab ipsis se permittunt protinus inflãmari. Uel dic
ꝙ ista est caro/i iuuẽtute pulchra/post pallida:que igni lu-
xurie est peruia:qꝛ scꝫ ab eo faciliter inflãmatur / si carboni
ardẽti.i.si alicui persone luxuriose fuerit sociata. Uñ Pro-
uer.vj. Nunqd potest homo abscondere ignem in sinu suo/
vt vestimenta eius non ardeant:⁊c. Ignis cõsumpsit spe-
ciosa deserti. Johelis.j.

Cap.lxj.de chelidonio lapide:quẽ Chelidoniã Pli.vocat. 1

Chelidonius ſm Isido.⁊ Diosc.est lapis paruus
qui de ventre hirũdinũ extrahitur : qui licet sit
in corpore modicus ⁊ despectus/tamẽ virtuti-
bus est insignis. Due eius sunt species/scꝫ niger
et ruffus. Niger ꝯtra febres ⁊ malos humores
valet:⁊ lotus aqua/sanat oculos. Ruffus autẽ valet cõtra
lunaticã passionẽ ⁊ insaniam: ⁊ antiquũ sanat languorem/
et facit hominẽ gratũ/facundum et eloquentẽ et placentẽ.
Talis est vir humilis:quia vere licet sit ruffus vel niger.i.
exterius despecti coloris ⁊ apparente(quia hodie peniten-
tia ⁊ humilitas nõ appreciãtur) tamẽ pro certo nõ modice
sunt virtutis/quia vere valent cõtra febres ⁊ ardores aua-
ritie/contra humores etiã luxurie/et contra vitia oculoꝝ.i.
contra peccatũ inuidie. Inuidia enim est vitiũ oculorũ: quia
inuidi non possunt videre bonũ alioꝝ. Ualet etiã contra lu
naticã passionẽ/et cõtra leuitatẽ incõstantie/ cõtra insaniã
iracundie/et contra antiquũ dolorem inueterati odij ⁊ ma
litie:et sic facit hominẽ eloquentẽ et placẽtem/scilicet deo
et angelis et hominibus. Exemplum de Paulo/qui doce-
bat placere omnibus per omnia.j.ad Corin.x.

Capitulũ.lxij.de de lapide Ceraunio. 1

Ceraunius ſm Isido. ⁊ Diosc.est lapis germa-
nicus vel hispanicus/rutilans vt flãma:qui in
locis tonitrui generatur:⁊ exinde inferius deri-
uatur:cuius virtus est ꝙ personã/domũ et locũ
in ꝗ fuerit/a fulmine tutũ reddit. facit etiã vince-
re causas ⁊ dulciter dormire. Iste lapis significat patientiã
vel perseuerantiã:ꝗ pro certo in loco tonitrui.i.in cõflictu ⁊
tribulationibus huius mũdi generatur: qꝛ ista valet cõtra
fulmẽ aduersitatis eterne/que oĩa penetrat: vel contra ful-
men.i.contra sententiã ruditatis/vel cõtra tentationes ho
stis:quia vere si patientie constantiã habuerimus ⁊ perse-
uerantiã/huiusmodi fulminibus nõ ledemur:⁊ causam sa-
lutis nostre lucrabimur ⁊ vincemus: ⁊ per cõtemplationẽ
in presenti/et per gloriã in futuro per eius virtutem dulciter
dormiemus:quia sola perseuerantia facit vincere/⁊ somnũ
eterne beatitudinis obtinere. Requiesces:⁊ non erit qui te
exterreat ⁊c. Job.xj. Uel si vis/expone de tiore vel de cha-
ritate vel de humilitate:vel dic ꝙ illi qui primo fuerunt in
tonitruo.i.in statu peccatorum/ et exinde deriuantur/ex tunc
per cõuersionẽ efficiũtur optimi ꝯtra huiusmodi tonitruũ/
fulgur ⁊ tẽpestates.i.cõtra vitia et peccata:sicut patuit in
Paulo. Uel expone de Christo veniente de ventre virgi-
nis:qui valet ⁊c.vt supra:quia virginis thalamus est locus
vbi ceraunius iste extitit generatu

Capitulum.lxiij.de crystallo.

1 Crystallus est lapis frigidus/splendidus/lucidus/solidus et purus/quia litteras ꝛ alia que in eo ponūtur/manifestat:et aliquādo ex fortissimo frigore/aliquando ex calore feruentissimo generatur:ſm Isido. Talis est per oīa vir perfectus:quia vere in eo est splendor atqꝫ luciditas honestatis/frigiditas castitatis/soliditas constantie ꝛ firmitatis/puritas veritatis vel sensus ꝛ sagacitatis: quia vere quilibet vir iustus est purus.i.simplex ꝛ transparens:quia eius intima alijs innotescunt:quod est contra falsos ꝛ opertos/quorū cōditiones ꝛ volūtates non potest aliquis cogitare vel videre:litteras etiā suas.i.sciētiā que in eis ponit/alijs nō manifestāt/scilꝫ docendo ꝛ predicādo: qꝛ ſm sapientem Eccli.xx. Melior est stultus qui abscondit stultitiam suā/
2 q̄ʒ sapiens qui abscōdit sapientiā suā. ¶ Crystallus ita rapit ignem ꝛ flāmam/ꝙ radijs solis oppositus/ignem in ꝓpinquis aridis materijs accendit. Sic iusti in se rapiunt ignem/scꝫ diuine charitatis ꝛ amoris:et ideo qñ radijs solis.i.diuinis inspirationibus incalescūt/tunc alios propinquos inflammāt per suū exēplū ꝛ doctrinā/ꝛ eos accendūt scilicet ad dei amorē/dicentes.Luce.xij. Ignē veni mittere in terrā.Et tales generantur et fiunt crystalli.i.viri ꝑfecti in frigore ꝛ calore.i.in mūdanis tribulatiōibꝰ ꝛ tormentis.boni em̄ in mūdi tribulatiōibus emēdantur.Vñ Gen.xxxj.Gelu et estu vrebar.Pone si vis per diuersos.§. scꝫ de
3 puritate ꝛ igne ꝛc̄. ¶ Crystallꝰ ſm Greg.aliqñ fit ex aqua: quia licet aqua sit nature fluxibilis/quādoqꝫ tamē per fortitudinē frigoris ita induratur et gelatur ꝙ crystallꝰ firma lucens et fulgida inuenitur. Sic vere licet homo sit aliqñ aqueus.i.mollis ꝛ carnalis ꝛ fluxibilis ad peccata/tamen quando frigore penitentie/tribulationū ꝛ aduersitatū ꝛ diuini timoris est percussus/paulatim induratur per cōstantiam ꝛ firmitatē:ita ꝙ ad vltimū efficitur lucide honestatꝭ. Ideo Eccli. xliij. Frigidus ventus aquilo flabit/ et gelabit crystallꝰ ab aq̄s.Vel dic ꝙ licet caro hūana sit aquea mollis scilicet ꝛ fluxibilis/tamen ꝑ virtutem dei in vltima
4 resurectione efficietur in beatis crystallus.i.solida/ lucida et glorificata. ¶ Crystallus ſm Diosc.virtutem habet infrigidandi/ꝛ tollendi sitim:ꝛ si trita melli mixta fuerit/tūc potata lacte replet vbera:ꝛ maxime si lac ex causa calida sit ablatū/et valet etiā contra colicā passionē:ꝛ cōtra viscerum passiōes.Crystallus significat gloriā eternam: vbi est claritas/soliditas ꝛ firmitas eternalis:qꝛ pro certo ista habet virtutem infrigidandi:quia vere si ip̄am perfecte attēdimus:tunc omnis sitis.i.oīs ardor ꝛ appetitus bonorum temporalium ꝛ auaritia mitigatur/et si cū melle deuotionis ipsam nobis incorporauerimꝰ/tunc vere vbera mīe nostre lacte.i.dulcedine pietatis ꝛ cōpassionis replebit/ꝛ elemosynis tēporalis subuentionis:et maxime si ex causa calida.i.ex ardore auaritie lac elemosyne sit ablatum. Valet etiam cōtra dolorē viscerum.i.cōtra mentis sollicitudines tristitias ꝛ merores. Constat em̄ ꝙ ex cōsideratione glorie paradisi auaritia dimittitur/et elemosyna elargit̄: ꝛ mūdi sollicitudo penitus abdicatur: et oīs dolor viscerum.i.oīs desperatio ꝛ impatientia submouetur.ideo Grego. Si cōsideremus q̄ nobis ꝓmittunt̄ in celis:vilescūt oīa q̄ habētur in terris.Vel dic ꝙ crystallus est sacra scriptura / q̄ facit deponi sitim auaritie/et mundi sollicitudines/et vbera predicatoris.i.labia sua facit affluere lacte doctrine ꝛ sciētie et spiritualis eruditionis/et maxime si mel deuotionis et gratie secū portet.Mel et lac sub lingua tua.Canti.iiij. Et ista est dura ꝑ fidei immutabilē firmitatē: clara et manifesta per infallibilem veritatem/hominū inflammatiua per inextinguibilē charitatem.ideo dicitur Apoca . iiij. ꝙ in circuitu sedis erat mare vitreum simile crystallo.Nam circa sedē ecclesie vbi Christꝰ sedet/est mare sacre scriptu
5 re:quod vtiqꝫ cōtinet vitreā claritatē ꝛ crystallinā firmitatem. ¶ Crystallus pura et peruia si solis radijs tangatur/statim rapit ignē/et sic materias ꝓpinquas inflāmat.Sic vere conscientia pura ꝛ viridis si radijs diuine gratie/ vel si radijs.i.verbis predicatoris tangatur/statin in se rapit ꝛ concipit ignē charitatis ꝛ diuini amoris.Hiere.xx. Ad vocem loquele grandis exarsit ignis in ea.

Capitulū.lxiiij.de lapide corallio.

1 Corallius q̄ʒdiu tegitur aquis/lignū est:sed statim ꝙ est extra aquā/lapis efficit̄ preciosus.In mari rubro nascitur/qui exinde extractus cum retibus/in lapidem induratur:et sunt rami eiꝰ sub aqua albi et molles:qui exinde extracti rubefiunt et durescūt.ſm Isido.Sic vere charissimi/in mari rubro.i.in mundo per carnalitatem rubificato/ inueniūtur multi peccatores/qui q̄ʒdiu sunt sub aquis deliciarū ꝛ voluptatum ꝛ prosperitatis mūdane/sunt molles ꝛ fluxibiles et carnales/lignei ꝛ fragiles: tamē cum reti predicationis isti exinde extrahūtur/et ad littus penitentie vel religiōis deducuntur ꝛ cōuertūtur/tunc efficiūtur optimi/et quo ad virtutes lapides preciosi:quia tunc rubefiunt per charitatem:ꝛ durescūt per cōstantiā ꝛ firmitatē.ideo Job.xxxviij. In similitudinē lapidis durantur aque/ꝛ suꝑficies abyssi cōstringitur.Ista oīa patent in Paulo ꝛ Magdalena.Vel dic ꝙ multi q̄ʒdiu sunt in mari.i.in amaritudine paupertatis ꝛ tribulationis/et in aqua sacre scripture ꝛ deuotionis/ipsi sunt lignei ꝛ molles.i.benigni ꝛ cōpatientes:quia sicut dicit̄ Prouer.xix.Vir indigēs misericors est.Sed vere cessante ista amaritudine et tribulatione/quādo exeunt mare penitentie/ paupertatis ꝛ infirmitatis/tunc ad similitudinem lapidis indurantur per auaritiam ꝛ obstinationem:ꝛ rubescunt per luxuriā et infectionē.Job.xlj.Cor eius indurabitur quasi lapis.Patet ī diuitibꝰ/qui dū sunt infirmi.i. in aduersitate/et timent mori/faciunt testamenta/dāt elemosynas/restituunt alienū:sed vere quando de aquis istis extrahuntur/quando scilꝫ sanātur et prosperātur/ tunc duriores q̄ʒ ante et magis lapidei efficiūtur.Hiere.v. Indurauerunt faciē suā supra petrā: ꝛ noluerunt reuerti. ¶ Vir
2 tus corallij ſm Isido.ꝛ ſm Lapi. est quia si ab aliquo gestetur/vel in naui vel in domo habeatur/tēpestates et fulmina repellūtur:ꝛ ruffus corallius summe valet ad sistendum quecūqꝫ fluxū sanguinis/et contra epilepsiam: et cōtra etiam diabolica figmenta ꝛ monstra dicit̄ valere:multiplicat fructus/et expedit fines et negociorum principia. Per coralliū q̇ est rubei coloris/intelligo sanguinē Christi iesu:qui si in domo vel in naui cordis nostri fuerit per memoriam ꝛ cōpassionē/pro certo a tempestate vitioꝝ ꝛ peccatorū/a fulmine eterne dānationis nos saluabit:ꝛ contra diabolica figmenta et tentationes iuuabit/fluxum sanguinis luxurie restringet/casum epilepsie.i.superbiā impediet et negociū salutis nostre expediet/et ip̄m faciet terminari/et ad finem debitum applicari.Quod bene figuratum est Exod.xij.vbi domus signate sanguine agni/ab angelo nō sunt lese: alie autem sic/quia vere corda que sanguīe agni immaculati Christi per sue passionis memoriā tingūtur/a morte eterna ꝛ a fulmine sui futuri iudicij seruabūtur.Vel dic ꝙ corallius significat charitatem/q̄ in naui religionis vel ecclesie vel etiam cordis operatur et perficit supradicta ꝛc̄.sicut supra. ¶ Corallius in mari rubro inuenit̄. Sic
3 sanguis Christi vel charitas in amaritudine passionis.

Capitulū.lxv.de lapide corneolo seu cornelio: vtroqꝫ enim modo legi testatur Vincentius.

1 Corneolus est lapis ruffus preciosus / qui in digito portatꝰ mitigat iras surgentes in disceptādo:ꝛ sistit quecūqꝫ fluxum sanguinis/ꝛ maxime mulierū:vt dicitur in lapidario. Talis est ruffedo penitētie:quia vere sanguinis fluxum.i. fluxum luxurie refrenat ꝛ restringit/ꝛ maxime in mulieribꝰ.i. in personis pijs et misericordibus.Vel dic ꝙ hic est Christus/qui per benignitatem omnē iram aliorū mitigabat/ꝛ fluxū peccatoꝝ a peccatoribus abstergebat.Figura Mathei.ix.Marci.v.ꝛ Luce.viij. vbi ad tactū Christi sanata est mulier hemorrhoissa.i. aīa peccatrix ꝛc̄. Vel dic ꝙ iste significat benignitatem/que vilis hodie videtur coloris.i. appreciationis:quia inter seculares nihil appreciatur/immo idiotisis appellatur. Hec enim valet summe ad sistendum aliorum iracundiam et furorem.Unde Prouerb.xv. Respōsio mollis frangit iram.Sermo dulcis multos amicos.ꝛc̄.Ecclesiastici.vj.

Capitulū.lxvj.de gemma dionysia.

1 Dionysias est lapis fuscus cum rubentibus venis: qui cum aqua tritus/ vinū fragrat: ⁊ (quod mirum est) ſm Jsido. ebrietati resistit. Tales sunt hypocrite/ qui fusci exterius videntur ꝗtū ad maciē corporalē. quidā sunt in aqua deliciarum mūdi/ qui fragrare videntur ⁊ redolere et sapere vinū eterne voluptatis ꝗtum ad dicta ⁊ ficta facta: sed pro certo propter sua vitia et peccata illi ebrietati. i. eterne voluptati obuiant ⁊ resistunt. Bibistis multum/ ⁊ non estis inebriati. Aggei. j. Uel dic ꝙ multe leues persone quādo sūt in aq̄s deliciarū/ videntur sapere ⁊ desiderare vinū ⁊ ebrietatem carnalis voluptatis: qui tamē aliquando melius ꝗ ceteri maturi ebrietati isti resistūt/ et a carnalibus istis cauent. Nos autem ebrij non simus. j. ad Thessa. v.

Capitulum. lxvij.

Uincentius in speculo suo naturali lib. viij. ca. lxv. lapidem hunc dyacodon appellat.

1 Diadochos est lapis pallidus/ lucēs vt beryll⁹: et est aptus ad responsa a demonibus obtinenda. Excitat enī demones ⁊ fantasmata. Sed si quis eū ad aliquē mortuū applicauerit/ et eum cū lapide tetigerit/ statim lapis vires perdit: sicut dicitur ī lapidario. Nam lapis hic sacer est: ⁊ qđ mors sternit/ abhorret. Charissimi/ per demones dānatos intelligo peccatores in vitijs induratos: per corpus mortuum ⁊ fetens intelligo personā infamē ⁊ luxuriosam/ corruptā ⁊ infectam: per istū lapidē intelligo virum iustum et perfectum. Licet igitur aliquis sit pallidus per penitentiam et macerationē/ licet sit lucidus per bonā conuersationem/ licet excitet/ scꝫ per bonam predicationē ⁊ eruditionem/ demones. i. peccatores ad bonā operationem/ et licet eos cōpellat respondere. i. peccata sua dicere ꝑ cōfessionē/ tamen quando alicui mortuo applicatur ⁊ adiungitur/ ⁊ ab eo tāgitur. i. quando alicui male persone associatur/ et suā malā societatem sectatur/ tunc vere perdit vires ⁊ gratias ⁊ virtutes: quia non est aliquis ita bonus/ quin mala societas ipsum statim inficiat ⁊ corrumpat: quia qui tetigerit picē/ inquinabitur ab ea. Eccli. xiij. ideo Leuit. xxj. precipitur ꝙ sacerdos ad mortuū nō accedat/ ꝗꝗ sibi sit cognatus vel affinis. Quia vere charissimi nos potissime sacerdotes et ecclesiastici nō debem⁹ mortuorū. i. personarū malarū cōsortium frequentare/ etiam si propinqui fuerimus earūdē.

Capitulum. lxviij.

1 Es est metallū rubeū et sonorū/ et ex lapide duro per fortes flagratiōes ignis excoquit̃ et generatur: et sic ductile efficitur/ ⁊ in tubas vel tympana fabricatur: cū quibus homines ad preliū animātur/ et ad ecclesiam appellant̃: vt dicit Jsid. Tales sunt multi boni/ qui pro certo ante cōuersionem ad penitentiā/ fidem vel religionem/ sunt lapides durissimi. i. peccatores per obstinationem ⁊ malā consuetudinē indurati. Uerūtamen quādo deus ponit eos in forti igne tribulationis vel contritionis/ tūc vere ibi purgātur ⁊ decoquūtur/ et in naturam eris. i. in bonā personā mutantur/ ⁊ efficiūtur rubei per charitatem/ ductiles per obedientiam/ sonori per eloquentiam/ et sic fiunt tube et tympana/ hoc est dictu/ viri perfecti ⁊ predicatores/ per quos peccatores ad ecclesiam. i. ad statum gratie aduocantur/ et ad praeliandū contra vitia et demones excitantur: sicut omnia patuerūt in beato Paulo. ideo Job. xxviij. Lapis solutus calore in es vertit̃.

2 ¶ Scđm Jsid. li. xvj. Antiqui cū ere terrā ꝓscid⁹ coluerūt: anteꝗ ferri vsus haberet̃: ⁊ carum ipm es pre cūctis metallis habuerūt. vn̄ tunc aurū ⁊ argentū nō appreciabātur: modo autē ex quo venit ferrū/ ei⁹ appreciatio defecit: quia (sicut dicit) voluenda etas cōmutat precia rerū. Charissimi es quod rubet ⁊ resonat/ significat iustos ⁊ predicatores: ferrū autem quod est durū et frigidum/ significat obstinatos ⁊ tepidos peccatores. Antiqui ergo prelati terram. i. ecclesiā cum ere. i. cum viris perfectis ⁊ bonis clericis ⁊ predicatoribus coluerūt/ scilꝫ eos ad dignitates ecclesiasticas ꝓmouēdo/ ⁊ eos in sūmis honorib⁹ habuerūt. Et istud fuit in primo tempore qn̄ ferrū nō inueniebatur. i. qn̄ viri obstinati ⁊ pctōres in ecclia non ꝓmouebātur: ⁊ qn̄ aurū ⁊ argētū. i. tēporales diuitie ibi nō appreciabātur/ nec in ecclia. i. a viris eccliasticis diligebant̃ vel querebantur: hoc est dictu/ in principio religiōis vel ecclesie: sed vere ex quo ferrū fuit inuentū. i. ex quo mali fuerunt in ecclia positi et ꝓmoti/ ⁊ ex quo aurū ⁊ argētū fuit dilectum ⁊ reputatū/ pro certo es. i. viri perfecti/ scientifici ⁊ resonātes/ ceperunt vilipēdi/ abhorreri/ nec honore solito venerari: sicut hodie patet ad sensum. ideo Jaco. ij. Uos aūt exhonorastis pauperem.

3 ¶ Item ſm Jsid. es si fuerit admixtū alijs metallis/ vincet colore pariter et virtute: ⁊ inde est ꝙ eius plura genera sunt: scilicet aliud albū/ aliud rubeū/ aliud fuluū/ aliud ductile/ aliud fusile/ aliud cuprū/ aliud aurichalcū. Recte talis est quelibet leuis persona: quia vere cito ⁊ faciliter cōuertitur ad conditiones illorū quibus adiungitur ⁊ associatur: ⁊ inde est ꝙ quidā per societatē cui admiscētur efficiūtur albi ꝑ curiositatē/ fului ⁊ ruffi per malitiā et falsitatem: quia color fuluus ⁊ ruffus significat malitiā et cautelam: ſm Aristo. in phisionomia. Alij efficiūtur rubei per luxuriā et carnalitatē. Qui enī cū stultis graditur/ similis efficietur. Prouer. xiij. Uel dic ecōuerso ꝙ per bonā societatem alij sunt fului ꝑ honestatē/ alij rubei per charitatē/ alij albi per castitatem/ alij ductiles per obediētiam ⁊ humilitatem: quia cū sancto sanctus eris. ⁊c.

4 ¶ Es ſm Aristo. cōponitur ex sulphure rubeo ⁊ argento viuo: ⁊ vasa eris gustu et odore sunt horribilia/ nisi stanno sint ꝑmixta et linita: ⁊ cito rubiginē cōtrahunt, licet splendida videantur. Per istud es quod sonat dum percutitur/ intelligo iracundos/ clamosos ⁊ detractores: q̇ pro certo cōponūtur ī mēte sua ex sulphure qđ est nature ardētis. i. ex ardore auaritie/ iracūdie vel luxurie: ⁊ ex argēto viuo qđ est fluxibile et mobile. i. ex leuitate incōstātie. Et ideo ꝓ certo tales iracundi et detractores licet videant̃ splendidi ꝑ honestatē/ tn̄ gustu ⁊ odore. i. vita ⁊ fama sunt alijs horribiles ⁊ abominabiles: q2 abomīatio hoīm detractor. Prouer. xxiiij. Et cito rubiginant̃ ꝑ malā cōuersationē/ nisi forte cū stāno albo. i. cū castitat̃ albedine sint liniti. Uel expone si vis de hypocritis ⁊ detractorib⁹.

5 ¶ Est quoddā genus eris qđ dr̄ coronariū: qđ in tenues laminas subtiliat̃: ⁊ felle tauri inficit̃: ⁊ sic in colorē aureum cōmutatur: ⁊ inde fiūt corone/ quibus histriōes ⁊ fatui coronant̃. Sic vere sūt hypocrite: q2 vere quādo felle tauri. i. malitia diaboli sunt infecti/ ita fiūt aurati ꝑ honestam ꝯuersationē/ vt de talib⁹ fiāt aliorꝫ corone/ scꝫ prelati/ ita ꝙ in capite. i. ī dignitate ponūtur ꝑ ꝓmotionem ad prelationē. Esa. xxij. Coronans coronabit te tribulatione. Et sicut es ꝑcussum sonat/ ⁊ faciliter rubiginat̃: sic isti ꝑcussi modica iniuria/ statim sonāt ꝑ impatiētiā: et facilliter rubiginātur ꝑ malā cōuersationē. ideo dr̄ Eze. xxiiij. Multo labore sudatū est: et non exiuit de ea nimia rubigo eius.

6 ¶ Es quod faciliter funditur/ et ad ignem liquescit: ⁊ ecōuerso illud quod nō est fusile/ nō est sub malleo fragile/ sed ductile. Sic vere illi qui sunt ita molles et īfirmi ꝙ statim ad ignem tentationis liquefiunt per delectationes/ et dissoluūtur per affectiones: tales dico percussuras ⁊ malleos tribulationum non sustinent/ immo statim franguntur per impatientiam/ clamant per blasphemiam/ iurationem et iniurias/ et huiusmodi: dissipantur per vitia/ et rumpuntur per peccata. Econuerso illi qui sunt duri ⁊ perfecti/ stabiles et constantes/ qui in igne tentationum non liquefiūt nec dissoluuntur: tales dico non frangūtur nec pereūt per peccata/ nec malleis et mūdi tribulationibus franguntur: sed ex hoc ductiles ⁊ obedientes efficiuntur: ita ꝙ a prelatis vel deo quo libet ducūtur. Jdeo de talib⁹ dicitur Hiere. j. Dedi te in murum ereū: et preliabūtur aduersum te: ⁊ non preualebunt. Jmmo tales per malleos tribulationū efficiūtur ductiles per obedientiam/ quia sic ducūtur a domino per semitas equitatis.

7 ¶ Es ad hoc ꝙ ductile fiat/ oportet ꝙ in igne pluries decoquatur/ ⁊ ab omni spurcitia depuretur. Sic vere ad hoc ꝙ aliquis sit ductilis per obedientiam/ et ꝙ possit duci a deo vel a prelato per viam iustitie/ necesse est ꝙ in igne fortis tribulationis vel contritionis seu dilectiōis primitus decoquatur. Unde Esa. xlviij. Excoxi te/ sed non quasi argentū: elegi te in camino paupertatis.

8 ¶ Uas ereū cito rubiginatur/ nisi oleo inungat̃/ vel nisi cum arena sepius confricetur. Es etiam si sine sta-

no fuerit/ faciliter ɔburitur & crematur. Sic vere aīa cito & faciliter contrahit rubiginem peccatorum/ nisi oleo cōpassionis et elemosyne vngatur/ vel arena dure penitentie cōfricetur: & de facili vritur/ scilꝫ per luxurie ardorē/ nisi et stānum.i. candor castimonie sit adiunctū. Ideo bene precipitur Eccl̄s. ix. Omni tempore sint vestimenta tua candida: & oleum de capite tuo non deficiat. ¶ Vas ereū rubiginosum horribilis est odoris et saporis/ nisi sit linitum stanno. Sic vere peccator luxuriosus/ impatiens & clamosus/ alijs est horribilis & fetidus per infamiā: et maxime luxuriosus/ qui stanno albo castimonie nō linitur. ¶ Lapis de quo fit es vel cuprū/ est durissime nature: et ideo oportet ꝙ in igne fortissimo octies seu nouies decoquatur anteq̄ꝫ in metalli speciē cōuertat̄. Sic vere quidā sunt ita indurati p malas consuetudines & obstinati/ ꝙ quando deus vult eos liquefacere per contritionē/ et eos per penitentiam cōuertere in aliam naturā/ oportet ꝙ in forti igne tribulatiōis nō semel sed pluries decoquātur. Unde Dan. iij. Fecit succendi fornacem septies. Et sic quādoq; efficiūtur es.i. viri boni & pfecti. j. Regū. x. Mutaberis in virū alterum. ¶ Es melius funditur et liquefit in tempore frigido q̄ꝫ calido. Sic vere homo melius liquefit per contritionē et dilectionē in tempore frigido.i. in statu aduersitatis & paupertatis/ q̄ꝫ quando est in tempore calido.i. in statu prosperitatis. Patet de diuitibus/ qui vix cōterūtur vel cōuertūtur vel emendātur quando sunt in prosperitate. ideo dicit̄ Eze. xxiiij. Pone eā super prunas vacuā (scilicet a diuitijs) vt incalescat es ei⁹/ et liquefiat. ¶ Es quādo bene est purgatum/ sonore et durabilis est nature: et quādo percutit̄/ alte sonat: et vtilis est pro tubis & tympanis cōponendis. Sic vere illi qui habēt duritiā constantie & stabilitatis/ durabilitatem perseuerātie & longanimitatis/ sonoritatem eloquentie et affabilitatis: tales dico vtiles sunt vt fiant tube & tympana.i. predicatores & clamatores catholice veritatis: et maxime quādo sunt purgati/ scilicet a cunctis fecib⁹ carnalis voluptatis. vide supra. §. j. Excoquā ad purum scoriā tuam. Esa. j. ¶ Es si percutiatur/ statim resonat. Sic vere viri perfecti quādo percutiūtur a deo/ scilꝫ tribulationibus hui⁹ mūdi/ statim resonant per gratiarū actionem: dicētes cum Job ij. Si bona suscepim⁹ de manu dei/ mala aūt quare nō sustineamus? Econtra autem mali percussi statim resonant per impatientiam/ blasphemiā & murmurationē/ quādo a deo vel a quocūq; alio iuste vel iniuste percutiūtur modica tribulatione vel iniuria vel correctione: sicut ille qui argutus a Moyse: Exo. ij. statim dixit: Nunqd occidere me vis sicut heri occidisti Egyptiū? ¶ Es vstum (ſm Plat.) habet virtutem dissoluendi/ consumendi/ vulnera purgandi/ oculos abstergendi/ et carnes supfluas corrodendi: et eas crescere nō pmittēdi. Talis est penitentia: quia dissoluit p cōtritionē/ purgat p cōfessionē: cōsumit p satisfactionē: carnales etiā voluptates destruit/ & eas crescere non pmittit: et caliginē oculorū.i. ignorantiā adnullat et subuertit. Vel expone de viro pfecto/ qui est adustus per penitentiam vel charitatem.

Capitulū. lxix. de electro.

Electrū est metallum ceteris nobilius/ ſm Isido. et argento lucidius et fulgentius. Nam electrū naturale in couiuio ad lumina ceteris metallis omnibus clarius fulget: vt dicit Isido. & venenū dicitur pdere: quia si vasi ex electro infundatur venenū/ statim stridorē emittit/ et in colores varios ad modum arcus celestis se mutare consueuit. Recte talis est predicator et vir pfect⁹: quia vbicūq; sit/ si sint ibi lumina.i. si sint ibi qui eum debeant respicere et videre: et ad eius conuersationem exemplū accipere/ tūc pre ceteris consueuit per honestatem clarius relucere: sicut de beato Joanne: Joan. v. dicitur: Erat lucerna ardens et lucens. Et ideo quādo est in couiuio.i. in aliqua societate/ tūc vere venenū detractionis quo alij per infamiā occiduntur/ prodit et manifestat: quia vere vir iust⁹ statim ꝙ videt tale venenū in mensa apportari/ ipse debet mutare colorē vultus et faciei/ ostendendo ꝙ sibi displicet quod auditur: & stridorem reprehensionis emittere et sonare. Prouer. xxv. Ventus aquilo dissipat pluuias: et facies tristis linguā detrahentē. Q; ſm Glos. ibidē: Discit detractor nō faciliter dicere/ quod te sciuerit non libēter audire. ¶ Tria sunt genera electri. Est eñ vnum principale & naturale: quod succinū dicit̄: et de arbore pino (ſm Isido. & Solinū) in insulis germanie emanat: quod in suo exitu est liquidum sicut gūmi: sed post induratur calore vel frigore/ & in lapidis conuertit̄ duritiā vel crystalli/ ſm Isido. & est pspicuū atq; splendēs. Talis est caro nr̄a: q̄ licet prīo oriat̄ liq̄da & fluxibilis/ lꝫ sit primo vilis/ mollis & fragilis/ tñ in resurrectiōe vltima fortis atq; durabilis/ splendēs atq; rutilās apparebit/ qñ scilꝫ per calorem ignis fuerit indurata/ et ad statum gloriosum dei omnipotentis reducta. Tūc eñ erit dura per impassibilitatem: perspicua per claritatem & subtilitatem: quia in similitudinem lapidis durātur aque. Job. xxxviij. Vel dic ꝙ licet in iuuentute & in ortu suo sit homo mollis/ fluxibilis et decliuus ad vitia et peccata/ tamen quādo sustinuit frigus diuini timoris/ et estum mundane tribulationis/ tunc vere quandoq; efficitur fortis et durus per constantie et pseuerantie firmitatem/ & lucidus per apparentie venustatem. Frigidus ventus aquilo &c̄. Eccl̄i. xliij. Vide eā supra de crystallo. Ideo inter tria ignota ponebat sapiēs (Prouer. xxx.) viam viri in iuuentute sua: quia scilicet quandoq; senectus est tota contraria iuuentuti. ¶ Electrū innaturale fit scd̄m Grego. super Eze. de duabus partibus auri/ et vna argenti: quia aurum suam virtutē in tali mixtione nō perdit/ argentum autem auri virtute rutilat & splendescit. Sic vere est de bona societate: q̄ ibi debet esse vna pars auri.i. virorum perfectorū/ qui aliorum adiunctione nō peiorantur: immo argentū.i. minus boni per eos fiunt meliores &c̄. Vel dic ꝙ aurum sapientie & argentum eloquentie habēt conuenire in homine pfecto/ et simul conflari.i. virū iustum faciunt simul iuncta. Eze. j. Vidi quasi speciem electri/ velut speciem ignis intrinsecus. ¶ Electrum est nature mirabilis/ quia de facili tincturā recipit & colorem/ siue deformis fuerit siue pulchra: attritu etiam digitoꝝ calefactum/ paleas & cetera leuia ad se trahit. Sic vere persone leues sunt mutabiles: quia stultus mutatur vt luna. Eccl̄i. xxvij. Nam de facili recipiunt aliū colorem.i. bonā vel malam conuersationem: et cum calefacti fuerint per auaritiā/ tunc paleas.i. mundi bona nihil valentia volunt acquirere/ attrahere et habere. Unde Exod. v. Dispersus est populus per omnē terram egypti ad cōgregandas paleas. Vel dic ꝙ iste est Christus/ qui calefact⁹/ scilicet ardore nimie charitatis/ ad se trahit per suā miam paleas.i. vanos peccatores. Ozee. xj. In funiculis adam traham eos/ in vinculis charitatis.

Capitulum. lxx. de Etite lapide.

Etites est lapis in nido aq̄larū repert⁹: et est duplex/ scilicet masculus/ et femella. Nam sine istis lapidib⁹ aquila parere non potest: & ideo in nido suo ponit eos: et inde est ꝙ semp duo inueniunt̄ in nido ei⁹: masculus maior & durior q̄ꝫ femella. Isti duo lapides significant duo precepta charitatis/ scꝫ dei et proximi: qui pro certo faciunt parere.i. fructum bonorum operum emittere ipsam aquilam.i. virum iustum & perfectū: & ideo ī nido cordis sui debet istos duos lapides iugiter enutrire. Expone si vis de prelatis sicut de aquila: vel dic aliter ꝙ aquila est bonus et iust⁹ prelatus/ qui semper debet habere in nido cordis duos lapides etites/ vnū scilicet masculinū: hoc est/ iustitiam: aliū femininū: hoc est miam: vt sic dicat illud Psal. Misericordiam et iustitiam cantabo tibi dn̄e. Vel dic ꝙ nidus prelati est suū collegiū vel conuētus/ in quo pro certo prelatus semp debet seruare lapides duplicis charitatis/ vt sic filij sui & subditi a serpentibus.i. a demonibus non ledātur. sine istis eñ lapidibus.i. sine virtute duplicis charitatis non pōt partus boni operis parturiri/ quia in istis duobus tota lex pendet & prophete. Matthei. xxij. ¶ Etites iuuat mulierem pariturā/ et partum accelerat si ei alligetur: verūtamen quādoq; facit fieri abortiuū/ et ledit matricem si ibi nimiū teneatur: ſm Isido. lib. xvj. Talis est iustitia: quia vere fetus bonorum operum accelerat/ & eos facit fieri et emitti: verūtamē si nimis teneatur.i. si homo nimis iustus & rigidus efficiatur/ tunc vere matricem.i. voluntatem et conscientiam ledit per crudelitatē: et fetum mortuum.i. mala opera facit

nasci: quia scilicet quãdoq; facit homines desperare / et in vitijs obstinari. ideo bene dicit Eccl'is. vij. Noli esse iust⁹ multum ⁊c. Uel expone si vis de meditatione mortis vel inferni / vel de consideratione ⁊ timore diuine iustitie / q̃ facit bona opera parturire: si tamẽ indiscrete consideretur / facit hominẽ desperare: et ideo bonũ est simul dei iustitiã cũ diuina clemẽtia cogitare.

3 ¶ Etites ẜm Diosc. est lapis q̃ pregnãs est alio lapide / qui virtute celesti in eius medio inclusus generatur / et ibidẽ sine fractura lapidis introducitur et creatur: et cõfert sobrietatem / diuitias ⁊ amorem / facit victorem ⁊ effabilem / et caducorũ prohibet casum / et iuuat mulierem parituram. Talis est beata virgo: q2 vere ipsa fuit lapis preciosus / plena scilicet gratijs ⁊ virtutib⁹: et virtute celesti / scilicet spiritussancti generata. i. in ipa generatione a labe originalis criminis depurata vel etiã preseruata: quia vere ista fuit pregnans ⁊ pregnata alio lapide precioso / scilicet dei filio Christo / qui per beatam incarnationem sine fractione sue virginitatis / in eius vtero virtute sancti spũs est inclusus. Unde Esaie. vij. Ecce virgo concipiet et pariet filium. Et ista pro certo facit hominem sobriũ et maturũ / et diuitem scilicet q̃tũ ad gratias ⁊ virtutes: victorem scilicet contra demones ⁊ tentatiões: effabilẽ scilicet q̃tum ad laudem diuinã: et casum in peccatũ impedit: quia scilicet eum tenet in statu gratie: et fetũ bonorum operũ eũ facit velociter parturire. Unde Esa. lxvj. Nunquid ego qui alios parere facio / ipse nõ parturiã? Uel etiam ista ad litterã mulieres in partu iuuat.

4 ¶ Hic lapis prodit venenantẽ: q2 si aliquis de veneni fraude suspectus fuerit / ⁊ iste lapis sub cibo caute positus fuerit / ipsum cibũ deglutire non poterit: si autem reus non fuerit / statim sine difficultate aliqua manducabit: vt dicit Isido. et Diosc. Iste lapis significat diuinã iustitiam / vel etiam ipm Christum iustissime iudicantẽ: que quidẽ iustitia in nido aquile. i. in pectore Christi inuenitur. Cibus iste significat refectionem eterne beatitudinis. Quando ergo iste cibus erit paratus / scilicet post mortem / tunc vere si homo nõ fuerit reus veneni. i. peccati mortalis / istũ statim percipiet ⁊ mãducabit. Psal. Parasti in conspectu meo mensam. Si aũt reus fuerit / tunc vere per virtutem istius lapidis. i. per rigorem diuine iustitie qui in cibo isto inuenitur / impedietur ne cibum eterne percipiat voluptatis. Unde. iiij. Regum vij. Uidebis oculis tuis / et non comedes ex eo. Uel dic ꝙ iste lapis est prelatus / qui cibis. i. bonis tẽporalibus ecclesie preficitur / adiungitur et donatur. Quia vere charissimi iste debet arcere a talibus cibis. i. a dignitatibus ⁊ beneficijs ecclesie / illos qui rei sunt veneni. i. qui veneno peccati mortalis proprias animas inficiunt et corrũpũt: quia vere cib⁹ ecclesie debet esse talis / ꝙ nulli denegetur digno: et ꝙ nulli cõferatur indigno: sicut dicit Augu. de glia paradisi.

Capitulum. lxxj. de lapide hematite.

1 Hematites est lapis ferruginens / qui resolut⁹ / in colorem sanguineũ mox erumpit. Hic valet cõtra dolorem oculoꝝ / ventris ⁊ vesice: ⁊ cõtra fluxum sanguinis est remedium singulare: vt dicit Isido. ⁊ Plat. Frigide em̃ et sicce est cõplexionis: et ideo multum restringit. Et dicit ab hema quod est sanguis: et tithein / quod est sistere: quasi sistens sanguinẽ. Uere charissimi iste lapis est Christus: qui pro certo ĩ igne passionis apparuit sanguine⁹ atq; rubeus: quia factus est sudor ei⁹ sicut gutte sanguinis decurrentis in terrã. Luce xxij. Et ideo modo valet (si scilicet deuote cõsideretur) cõtra fluxũ ventris / hoc est luxurie: contra dolorẽ oculoꝝ / hoc inuidie: contra venenũ et morsum serpentis / hoc est detractionis vel malitie: et omnẽ fluxum sanguinis. i. oẽm carnalem delectationẽ habet penitus eliminare. Et quia frigide et sicce nature est: ideo omnẽ ardorem luxurie et cõcupiscentie refrigerat: et oẽm humorẽ gule vel luxurie desiccat. Psal. Tu siccasti fluuios ethan. Uel dic ꝙ iste lapis est cõsideratio ⁊ timor mortis: iudicij et finaliũ tormẽtoꝝ: que ꝓ certo potest dici hematites / quasi sistẽs sanguinẽ: q2 vere sanguis carnalis voluptatis ⁊ mundane ꝓsperitatis / vel fluxus cuiuscũq; iniquitatis ꝑ eã arrestatur. Marci. v. Siccatus est fons sanguinis eius. Uel dic ꝙ iste lapis est penitẽtia vel abstinentia ⁊c. sicut supra. Figura de hemorrhoissa / que ad tactũ vestimẽti Christi a fluxu sanguis est sanata. Uestimentũ Christi est abstinentia / que reuera sanat ab istis fluxibus animã peccatricem.

Capitulum. lxxij. Lapis hic heliotropiũ Plinio dicitur.

1 Elitropia gẽma est viridis / guttis et venis sanguineis suffusa. hec in effectu est mirabilis: q2 si in aqua ponat̃ / ⁊ solis radijs ꝑfundatur / statim aerem ita immutat / ꝙ sol sanguine⁹ esse videt̃ / eiusq; radios obnubilat / ita ꝙ sol pati videt̃ eclipsim: vt dicit Isid. Unde dr̃ in lapidario: Sanguineũ reddit mutato lumine solẽ: Eclipsimq; nouã terris effundere cogit. Talis pro certo fuit beata virgo: que pro certo fuit viridis ꝑ honestatẽ / sanguine respersa ꝑ benignitatẽ: quia sanguineus humor qui est mollis ⁊ dulcis / benignitatẽ et pietatẽ designat. Hec fuit posita in aqua / scilz deuotionis / gratie et cõpassionis / fuit etiam illustrata radijs solis. i. influentia dei / scz lumine sapientie ⁊ discretionis: ⁊ maxime qñ fuit ab angelo salutata. Et ideo ꝓ certo solem facit esse sanguineũ: q2 vere solẽ iustitie dei filiũ fecit accipere colorẽ sanguinis. i. carnẽ sanguineã ⁊ humanã: et sic ꝑ ipam et in ipsa ipse fuit quasi eclipsatus / et quasi a claritate eterni luminis obscuratus ⁊ priuat⁹ / inquãtũ creator factus est hõ: q2 sicut dicit Iohel. iij. Sol fuit ibi cõuersus in tenebras: ⁊ luna in sanguinẽ. hoc est dictu ꝙ fili⁹ dei (qui dici poterat sol et luna ꝓpter eternitatẽ) fuit cõuersus ⁊ inclusus / scz in tenebras. i. intra latebras sanguinee carnis nr̃e / q2 Uerbũ caro factũ est. Ioã. j. Et ideo bene potest dici beata virgo elitropia. i. solis cõuersio / q2 per eam fuit sol Christus conuersus ⁊ inclinat⁹ ad carnẽ assumendã. Figura Apo. viij. vbi tertia pars maris facta est sanguis. Sic vere mare. i. Christus per paupertatẽ amaricatus / habet tres partes. i. diuinitatẽ / aĩam / et corpus: ⁊ tertia ei⁹ pars / scz caro / facta est sanguis. i. ꝯposita de purissimis sanguinib⁹ virginis benedicte. Unde Psal. Conuertit aquas eoꝝ in sanguinem. Uel dic ꝙ iste lapis est crux / que guttis sanguineis scz ipi⁹ Christi fuit ad litterã cõspersa: quia vere per ipsam ipse sol iustitie Christus factus est rubei coloris / q̃tum ad sanguinem quem emisit: et ꝑ eius etiã ꝟtutem. i. ꝑ crucis supplicium eclipsari fuit visus: quia scz per mortem quã ibi subijt / lumen suum. i. vitã corporalẽ perdidit et amisit: lumen etiã deitatis visus fuit q̃tũ ad apparentiã non habere. Figura Apoc. xvj. vbi angelus effudit phialã ire dei in solẽ: ⁊ factus est sanguis. Sic vere angelus. i. diabolus cũ iudeis effudit phialã ire dei. i. tormẽta passionis / in solẽ. i. in Christum: ⁊ sic factus est sanguis. i. sanguineus ⁊ rubicũdus: et ideo dicit̃ elitropia. i. solis conuersio: sicut supra. Uel dic ꝙ iste lapis est Christus: qui pro certo quãdo fuit guttis sanguineis supersparsus / scz in passione / ⁊ quãdo in aqua. i. in miseria passionis ⁊ tribulationis fuit positus / tunc vere ad litteram fecit eclipsari solem / q2 tũc tenebre facte sunt super vniuersam terrã. Luce. xxiij. ideo Eze. xxxij. Solẽ nube tegam: ⁊ luna nõ dabit lumẽ suũ. Quia vere quando luna. i. humana Christi natura nõ dedit lumen suũ / scz in morte / tunc sol nube ⁊ tenebris fuit tectus. Amos. viij. Nigrescere faciam solẽ in die luminis ⁊c.

2 ¶ Elitropia est talis nature ꝙ posita in aqua in pelui ad solis radios / statim facit aquam bullire / ⁊ in nebulã facit eã euaporare: tandẽ ĩ guttas pluuiales soluitur illa nebula seu nubes: ẜcdm Isido. Talis est cõtritio: quia vere si in pelui cordis nr̃i fuerit imposita / ⁊ ibi aquã pietatis inuenerit / ⁊ radijs solis. i. diuina gratia percussa fuerit / cor nostrũ tũc vere statim ebulliet ꝑ feruorẽ ⁊ dilectionẽ: ⁊ faciet nebulã ascẽdere. i. vaporẽ peccatoꝝ emittere ⁊ euanescere ꝑ ꝯfessionem: ⁊ sic gñabit pluuia. i. irrigatio lachrymarũ / seu deuotio salutaris. Unđ. iij. Regũ. xviij. Ecce nubecula parua ascẽdebat de mari. Et sequit̃ ibidẽ ꝙ sequuta est pluuia largissima. Uel per aquã (⁊ melius) intellige carnalia pctã / q̃ euaporãt ꝑ cõfessionẽ virtute cõtritionis. Uel si vis ꝑ elitropiã intellige passionẽ Christi: q̃ facit cor ebullire ꝑ cõpassionẽ / ⁊ pctã euaporare: ⁊ pluuiã inducit lachrymarũ ꝑ cõfessionẽ. ⁊ adiũge ad. §. de Christi passione: vel de cruce si vis. Uel dic ꝙ qñ aliq volũt habere pluuiã in tpe siccitatis / ipi debẽt ponere ĩ pelui cordis sui elitropiã. i. Christũ ꝑ deuotionẽ ⁊ amorẽ: debent etiã ibi habere aquã. i. pietatis ⁊ compassionis ⁊ elemosyne

dulcorem: et debent tunc ebullire per contritionem/et sursum ad deum vaporem emittere.i.oratione͂: et sic descendet pluuia requisita. Psal. Pluuiam voluntariā segregabit deus ⁊c̄. Uel dic ꝙ iste lapis significat iracundiam: q̄ in pelui cordis posita/statim facit ipsum ꝑ appetitum vindicte bullire. Uel dic de malo amore: qui radiante sole mundane prosperitatis/facit cor in quo est per malas concupiscentias ebullire: ⁊ ipsum ꝑ auaritiā ⁊ luxuriam estuare. Uñ Job.xlj. Feruescere faciet quasi ollam profundum maris: et ponet quasi cum vnguenta bulliunt.

3 ¶ Elitropia ꝫm Isidorū est lapis qui ita illudit oculos hominū/ꝙ sol videt͛ eis esse sāguineus sicut et elitropia. Iste lapis significat odium: quia vere qñ in corde alicuiꝰ ponitur/ita illudit oculos eius.i.rectū iudicium/ꝙ sol.i.bona persona quā ipse odit/videt͛ ei sanguinea.i.pctō͂r ⁊ carnalis. dicit͛ etiam elitropia.i.solis auersio/quia vere tales auertunt ⁊ peruertunt q̄ꝫtum ad suū falsum iudicium: solem.i. homines virtuosos. Fac.§.de reliquo.

4 ¶ Elitropia.i.sponsa solis/est quedam herba q̄ ꝫm Isidoꝝ cum quibusdam carminibus dicit͛ homine͂ inuisibilem facere. Talis est nimia affectio seu amor: qꝛ vere si amor alicuius circa personam aliquam applicat͛ statim facit eam inuisibilem: qꝛ scilicet talis amans aliū non videt per rectum iudiciū: quia semper existimat bona sua esse maiora q̄ꝫ sint. Ideo dicit Seneca ꝙ amor veritatum iudicium tollit. Et hoc maxime quando incantatores.i.adulatores ibidem sua carmina cōgesserūt/scꝫ cōmendando ⁊ laudando in conspectu aliorum huiusmodi personas. patꝫ de prelatis acceptoribus personarū: q̄ per nimiam suorum parentū vel familiarium affectione͂ videre ipsos nequeunt/inq̄ꝫtum scꝫ ipsos vltra q̄ꝫ requirunt merita/promouent ⁊ extollunt. Et ideo ista dicitur spōsa solis.i.superiorum: quia carnalis affectio cum superioribus est hodie desponsata. Uel dic ꝙ quando aliquis secum portat elitropiam.i.dona ⁊ munera/⁊ quando adhibet incantationes.i.adulationes: tunc vere efficitur inuisibilis. i. incognoscibilis: quia tales ab alijs non videntur vt corrigātur. Nam prelati ⁊ iudices qui sibi spōsant hodie munera/alios nō vident per rectum iudiciū: qꝛ munera excecant oculos iudicū. Exod.xxiij. et Deut.xvj.

5 ¶ Elitropia est gēma valens ad multa: qꝛ sanguine͂ strigit/venena pellit/nec falli poterit q̄ eā secū portat: ꝫm Diosco. Talis est prudentia: quia pro certo si discretione͂ ⁊ prudentiā habuerimus/tunc sanguine͂.i.superfluitate͂ deliciarū et voluptatum (ne in nobis fiuant vltra q̄ꝫ debeāt) restringemꝰ: venena.i. peccata et vitia repellemus: nec per tētationes diaboli decipiemur/scꝫ q̄ꝫtū ad hereses ⁊ errores. ad Rom.viij. Prudētia spūs vita et pax. Uel si vis expone de passione Christi vel de beata virgine/et adiunge ad.§.supradictum.

Capitulum.lxxiij. De lapide Enydro.

1 Enydros est lapis paruus/qui semꝑ sine discontinuatione lachrymas emittit: nec tame͂ liquescit omnino/nec efficitur alio modo minor. Unde dicitur ī lapidario: Perpetuis fletus lachrymis distillat enydros: Qui velut ex pleni fontis scaturigine manat. Talis est beata virgo/vel etiam ipse deus: quia vere ab istis sine aliqua diminutione ⁊ discontinuatione semper emanat ⁊ exit stillicidium sue perpetue misericordie ⁊ largitatis/⁊ suorū beneficiorum irrigatio vel medela/ a quibꝰ misere anime continue irrigātur ⁊c̄. Nam sicut ex quodam pleno fonte semꝑ stillat ex virgine affluentia gratiarum. Esa. lviij. ⁊ Hiere.xxxj. Erit quasi hortus irriguus: cuius nō deficient aque. Uel dic ꝙ iste lapis significat animam damnatam: que perpetuis lachrymis habet lugere in inferno/nec tamen consumetur/nec deficiet ineternum. Ibi enim erit fletus ⁊ stridor dētium. Matth.xiij. Ideo dicitur Job.xx. Luet que fecit/nec tamen consumetur.

2 ¶ Enydros per suam occultam virtutem aerem contiguum congelat et condensat in aquam: et sic videtur semper aquam emittere ⁊ guttatim distillare: et sine sui diminutiōe aquam ⁊ stillas perpetuo generare: ꝫm Isidorum et Lapida. Sic vere si nos simus enydri. i. lapides preciosi/ scꝫ iusti ⁊ boni ⁊ pij/totum aerem contiguum.i.temporalem exteriorem nostram substantiā debemus conuertere in aquam ⁊ pluuiam.i.elemosynas/quibus debemꝰ alios irrigare: et sic licet istam aquam continue emittamus/tamen non diminuemur per paupertatem: quia sicut dicitur Luce.vj. Date et dabit͛ vobis. quia qui dat pauperi/non indigebit. Prouerbiorū xxviij. Quia sicut circa illum lapidem nouꝰ semper aer introducitur/⁊ sic stille semper continuantur: sic deꝰ semper introducit per suam occultam prouidētiam/nouum aerem.i.nouas diuitias circa illos qui affluūt pietate: ⁊ ita possunt semꝑ emittere stillas elemosynarum sine cessatione. Unde dicitur de Joāne elemosynario ꝙ q̄ꝫto plus dabat/tanto plꝰ abundabat. Uel si vis ꝑ aere͂ intelligo scientiā/per stillas p̄dicatione͂ vel doctrinā ⁊c̄. per oīa sicut supra. Uñ Johel.iij. In illa die stillabunt montes dulcedinem: et colles fluent lac et mel.

Capitulum.lxxiiij. De Epistite lapide.

¶ Has epistitis proprietates apud Isidorum nō comperio/vbi saltē illi de gēmis est sermo: sꝫ meminit efestitis lapidis (q̄ Plinio hephestites dꝛ: sicut ⁊ Hermolaꝰ legēdū docet/cū prius hepisthites legeret͛) que͂ naturā dicit habere speculi in reddēdis imaginibꝰ/q̄ꝫq̄ꝫ rutilet: cuius ⁊ expimentū esse dicitur/si feruenti aq̄ additꝰ statim refrigeret: aut soli oppositꝰ/aridā materiā accēdat.

1 Epistites est lapis rutilans et rubicundus: qui ex parte cordis gestatus/tutum homine͂ reddit/cōpescit seditiones/⁊ a fructibus terre coercet locustas ⁊ volucres/et steriles nebulas ⁊ grādines: vt dicit Isidorus. Iste est Christus: quia ipe fuit rubicūdus ⁊ sanguineus quo ad passione͂. Et fuit rutilans ⁊ splendidus q̄ꝫtum ad resurrectionem et ascensionem: qꝛ vere si ipm in corde nostro habuerimꝰ per gratiam ⁊ affectione͂/tunc a cunctis aduersantibus tuti sumus: iuxta illud Esa.xliij. Noli timere/qꝛ ego tecum sum: dicit dñs. quia vere si in terra conscientie nostre fuerint fructus.i.grē et virtutes/tunc per virtutem eius exinde fugabunt͛ volucres.i.demones et tentationes/⁊ nebule steriles.i.male affectiones ⁊ delectationes: ⁊ seditiones iracūdie cōpescent͛. Uel si vis ꝑ istum lapidē intelligo feruore͂ charitatis: ⁊ expone sicut supra: qꝛ ipsa rutilat atq̄ꝫ splēdet. Uel dic ad litteram de fructibus terre/qꝛ si in corde nostro xp̄s per deuotione͂ fuerit/exinde oīa mala fugat/⁊ nebulas et pluuias noxias expellit: ⁊ etiam seditiones guerras ⁊ lites sedat: qꝛ sicut dꝛ Prouer.xxj. Cū placuerint deo vie hoīs/inimicos eiꝰ ꝯuertet ad pacē ⁊c̄.

2 ¶ Epistites est lapis q̄ ꝓiectus in aquā feruentē/facit eā a bullitiōe cessare: ⁊ post modicū frigescere: ⁊ seditiones dꝛ reprimere: ꝫm Isido. Talis est mēoria mortis/ vel etiā ꝟtus benignitatis: qꝛ vere si aliq̄s sit feruēs ꝑ iracūdiā ⁊ appetitū vindicte/si iste lapis.i.mēoria mortꝭ vel etiā ꝟtus benignitatꝭ in eo ponat͛/⁊ ꝑ diuinā inspiratione͂ imittat͛/tūc statī cessabit ebullire ꝑ iracundiā ⁊ furore͂. Ideo dꝛ Eccli.xxviij. Memēto nouissimoꝝ: ⁊ desine inimicari. Et iō seditiōes dꝛ mitigare. Uel si vis expone ꝑ oīa de benignitate ⁊ patiētia/qꝛ q̄ patiēs ē/iras mitigat suscitatas. Prouer.xv.

Capitulū.lxxv. De Excolicero.

¶ Hexecontalithos forsitan legendū est/de q̄ Plin. lib. xxxvij.ca.x. Nam ⁊ easdē ei tribuit ꝓprietates Arnoldꝰ apud Uincentium/quas hic noster auctor excolicero.

7 grossum ⁊ obscurum/ponderosum/fedum / et maculans se tangētem. vnde nunqȝ sic lauari potest vel artificialiter dealbari/quin semper sit aptum tāgētem maculare. Talis est recte peccator: quia ipse est grossus per superbiam et vanitatem/cōpactus per auaritiam ⁊ tenacitatem/obscurus per ignorātiam ⁊ ruditatem/ponderosus per malam cōsuetudinem/per pigritiam ⁊ tepiditatem/fedus ⁊ fedans per luxuriam ⁊ carnalitatem. Nam per malam vitam ⁊ conuersationem et per mala sua exēpla alios contingentes/socios scȝ et vicinos fedat et inficit et corrūpit/et maxime vir luxuriosus: qꝛ quicquid tetigerit immūdus/immūdum faciet. Nume.xix. Licet etiam dealbetur per exteriorem conuersationem/ita ꝙ videatur esse argētum.i.vir iustus per suam hypocrisim ⁊ palliationem / manet tamen semper plumbum.i.peccator et iniquus: et male interius insunt ei qualitates.i.affectiones: et sic alios est semper aptus corrūpere per exēplum. Fac.§.de hypocrisi: et dic ꝙ plūbum artificialiter aliquādo fit album sicut argētum: ſȝ tamen non desinit ꝓpter hoc esse plūbum: qꝛ semper in eo dominātur plūbee qualitates. Expone. ¶ Secūdum Hermetem in al-

8 chymia sua/si plūbum super acetum suspenderis/condē nat eum: qꝛ per acumen aceti/plūbum suspensum corrū pitur ⁊ penetratur/et in albū puluerem dissoluitur ⁊ mutatur: ⁊ sic efficitur color qui cerussa publice nūcupatur. Plūbum quod est cōpactum et maculat contingētem/significat peccatorem: qui est tenax ⁊ cōpactus per auaritie parcitatem/et obstinationis soliditatem / et alios maculat per male cōuersationis feditatem. per acetum autem asperum intelligo amaram mortis memoriam/inferni vel iudicij. Nam si homo plumbeus et peccator suspendatur per cogitationem ⁊ frequentem meditationem super acetum.i.super memoriam sue mortis/statim pro certo dissoluetur per contritionem / puluerizabitur per humilitatem: hoc est dictu ꝙ se puluerem reputabit et dealbabitur per bonam cōuersationem ⁊ castitatem: et sic efficietur color ⁊ coloratus per honestatem. Accede ergo huc/et intinge buccellam tuā in aceto. Ruth.ij. Vel per acetum intelligo memoriam passionis xp̄i/⁊ sui

9 aceti potati ⁊c̄. per oīa sicut supra. ¶ Item idem. Si acetum super plūbum fuderis/perdet virtutem suā. Sic vere si acetum.i.amaram correctionem vel predicationem fuderis super plūbum.i.sup incorrigibiles peccatores/perdit virtutem suā: qꝛ scȝ tales nec corrigūtur nec emē dantur: et sic in vanum ⁊ pro nihilo arguūtur. Peruersi

10 eñ difficile corrigūtur. Eccl'is.j. ¶ Licet plūbum sit nigrum vel vilis coloris/quādoqȝ tamen per ignem moderatum in verniculum seu colorem rubeum transmutat. Si aūt ignis fortis nimis perseuerauerit/tunc totaliter destruitur/et in terram ⁊ in cinerem ⁊ suam materiā primitiuam cōuertit atqȝ redit. Ignis est aspera correctio: qꝛ vere licet homo sit plūbeus ⁊ peccator / et nigri coloris ⁊ male conuersationis: tamen virtute ignis correctionis ⁊ tribulationis efficitur pulcher ⁊ rubeus/coloratus scȝ ⁊ charitatiuꝰ. Verūtamen si ignis iste nimis durauerit/si scȝ tribulatio vel correctio excesserit: tūc corrūpitur et destruitur per desperationem/⁊ in primam materiā.i. personam vilem ⁊ peccatricem iterum cōmutatur. vnde Hiere.vj. Frustra sufflauit conflator: in igne consūptum est plūbum. Sicut eñ ꝓdest homini correctio tēperata: ita ei nocet si fuerit excessiua. Vel dic ꝙ homo naturaliter vilis ⁊ de vili semine natus/virtute tamen ignis ⁊ caloris naturaliter efficitur rubeus ⁊ pulcher/scȝ in iuuentute: sed quotidie per istum desiccatur corpus/et tādem per mortem in suā pristinam materiam/scȝ in terrā et cinerem transmutatur. Geñ.iij. Puluis es: ⁊ in puluerem

11 reuerteris. ¶ Argētum in fornace a cōsumptione seruatur/quādo sibi plūbum adiūgitur: et ideo artifices argēto purgādo plūbum iūgūt/ ⁊ sic plūbū ab igne cōsumit/et argētum illesum ꝑmanet ⁊ purgat. Argētum est aīa: plūbum qđ ponderat/est peccatum: qđ intātum ponderat ꝙ facit descēdere in infernum. Argētum igitur.i.homo qui in fornace tribulationis ⁊ penitētie est purgādus a vitijs ⁊ peccatis/ne forte ab isto igne ledatur ⁊ grauetur/adiūgat secum plūbum.i.pōdus ⁊ grauitatem suoꝝ

peccatoꝝ: consideret inquā quātum deliquit: et tūc vere
ista fornax non ledet eum nec grauabit/ immo patienter
oīa sustinebit: et dicet cum Job.xxxiij. Peccaui/ et vere
deliqui: et vt eram dignus/ non recepi. et Michee.vij.
Iram dn̄i portabo: qm̄ peccaui ei. Ipsum tn̄ plūbum.i.
sua vitia ⁊ peccata destruentur ⁊ consumētur: et ipe per
penitētiam purgabitur ⁊ emūdabit. Uel dic ꝙ plūbum
est pctōr: argētum est iustus: qui quādo in fornace tribu
lationis ⁊ tentationis ponuntur/ malus ibi consumitur
per impatiētiam ⁊ desperationē: iustus aūt ibi purgatur
per patiētiam ⁊ virtutem/ et corrigitur ⁊ emēdatur. Uel
dic ꝙ plūbum molle ⁊ tenerum est vir pius ⁊ cōpatiēs:
qui pro certo sepe se exponit igni tribulationis/ vt argē-
tum.i. viri boni ⁊ iusti non ledātur/ et maxime bon⁹ pre-
latus pro subditis: sicut xp̄s pro pctōrib⁹ liberādis mor-
tuus est. Exēplo ap̄li dicētis ad Rom̄.ix. Optabam ego
12 ipe anathema esse a xp̄o pro fratrib⁹ meis. ¶ Plūbum
ꝫm Hermetem/ i sua ebullitione oīa corpora q̄ꝗ̄ solida
penetrat: et soluit etiā duritiam adamātis. Talis est ca-
ro: qꝛ quādo ebullit per carnalem cōcupiscētiam ⁊ tenta
tionem/ tūc corpora q̄ꝗ̄ dura.i. corda hoīm q̄ꝗ̄ firma/
constantia ⁊ perfecta/ soluit ⁊ penetrat et emollit. Eccl'i
13 xxiiij. Penetrabo inferiores partes terre. ¶ Plūbum li
cet sit nigri coloris ⁊ vilis/ in igne tamen liquefactū ap-
paret rubeum atq̄ pulchrum: ſꝫ quādo ignis cessat ⁊ plū
bum frigescit/ tunc niger pristinus color redit. Sic vere
multi qui sunt nigri per vitia ⁊ peccata/ et vilis coloris
per malam conuersationem/ quādo ponūtur in igne tri-
bulationum/ tūc liquefiūt per cōtritionem/ et rubēt per
charitatem ⁊ dilectionem: sicut patet de diuitibus/ qui
quādo infirmātur/ tūc penitēt ⁊ conterūtur: faciūt testa-
mēta/ et ꝓponūt emēdari. ps. Cum occideret eos/ quere
bant eum. Sed vere quādo cessat ignis infirmitatis vel
tribulationis/ quādo isti refrigescūt ⁊ veniūt ad statum
prosperitatis vel sanitatis/ tūc vere nigredo pctōꝝ ⁊ pri
stinus color redit: qꝛ ita sunt mali sicut ante/ et aliquādo
peiores. Exēplum de pharaone: qui in flagellis promit-
tebat emēdari: sed cessante flagello/ nihil. Frustra ꝑcussi
14 filios tuos: disciplinam non receperūt. Hiere.ij. ¶ Plū
bum est frigidum ⁊ humidum: ꝫm Cōstā. nigrum ⁊ pon-
derosum/ et vtile est multis vsibus medicine. Talis est
vir ꝑfectus: qꝛ frigidus est per castitatem: humidus per
pietatem: ponderosus per humilitatem: grauis per ma-
turitatem: niger per penitētie macerationem: vtilis me-
15 dicine per doctrine xp̄i ⁊ vite ꝑfectionem. ¶ Si plūbi
lamina sup lūbos ponatur/ veneris impetum restringit:
vt dicit Cōstā. Plūbum est onus eternarum penarum/
vel etiā pōdus penitētie. Eccl'i.xxij. Sup plūbum quid
grauabitur? Quod si pro certo sup lūbos.i. in corde sup
affectiones carnales posueris/ statim venerem.i. appeti
tum luxurie refrenabit/ et castitatem meli⁹ obseruabit.
Uel si vis/ per plumbum intellige castitatem: que habet
16 restringere venerem/ vel etiā abstinētiā. ¶ Puluis plū-
bi valet ad multas passiones: ꝫm Constā. qꝛ valet cōtra
apostemata calida: fluxum sanguinis sistit: oclos autem
abstergit: ictus etiam scorpionum mitigat ⁊ draconum.
Plūbum fedum est caro: puluis ei⁹ est memoria mortis
et sue puluerizationis: que ꝑ certo est homini medicina-
lis: qꝛ exinde sanatur apostema superbie/ fluxus sangui-
nis luxurie: dolor oculoꝝ inuidie: et ictus scorpionum.i.
morsus detractionis ⁊ malitie exinde leuius sustinētur:
qꝛ ꝫm Hiero. Facile contēnit oīa/ qui se semper cogitat
moriturum. Uel expone de penitētia/ vel de humilitate.

1 Capitulum.cxiij. de Puluere.

Puluis dr̄ a pulsando: eo scꝫ ꝙ vēto vndiq̄ pul
setur: et quādo cū humore miscetur/ tūc lutum
ex eo generatur: et post aliquādo in lapidem
induratur. Talis est ꝑsona leuis: qꝛ vere pro-
pter suam instabilitatem a vento tentationis
vanitatis vel elationis discutitur ⁊ pulsatur/ vel etiam
a vēto malaꝝ cogitationum ⁊ affectionum: et quādo cū
humore deliciaꝝ et carnalitatis miscetur/ tūc vere effici
tur lutū.i. vir lubricus ⁊ luxuriosus: et deinde paulatim
efficitur lapis durus.i. vir incorrigibilis ⁊ obstinatus: qꝛ
vere ex leuitate voluptas/ ex voluptate luxuria/ ex luxu-
ria obstinatio generatur. Job.xxxviij. In similitudinem
2 lapidis durātur aque. ¶ Ex puluere pes polluitur/ ocu
lus leditur/ aer inficitur/ et ne sol appareat impeditur/
puluis faciliter dispergitur/ non faciliter congregatur:
in puluere venenosa reptilia latitāt ⁊ versantur/ et in eo
nutriūtur/ vestis etiam puluere maculatur. Tales sunt
diuitie: qꝛ vere non facile/ sed cū labore congregātur: faci
le tamen modico vento tribulationis auferūtur/ perdū-
tur ⁊ dispergūtur: et exinde (quādo scꝫ nimium diligun-
tur) pes interioris affectionis/ vestis exterioris cōuersa-
tionis inficitur ⁊ fedatur. Ideo bene precipit dn̄s Mat
thei.x. Excutite puluerem de pedib⁹ vestris. Iste etiam
oculos intellectus excecāt: et visum sp̄ualis discretionis
turbāt: et aerem consciētie obnubilāt: ita ꝙ sol.i. eterna
paradisi claritas ibi non videtur/ nec a diuitib⁹ cogita-
tur: qꝛ vere amor diuitiarum ipsos intantum excecat/ ꝙ
non possunt nisi de presentib⁹ cogitare. Joan.xij. Tene-
bre excecauerūt oculos eoꝝ. Et ideo in isto puluere.i. in
amore diuitiaꝝ versantur/ quātum scꝫ ad amorem ⁊ affe
ctionem: vermes ⁊ reptilia venenosa.i. peccatores ⁊ aua
ri: qui ibi nutriūtur ⁊ fouētur/ et finaliter moriūtur. Esa.
lxv. Serpēti panis eius puluis. Uel per puluerem intelli
go peccatum: qꝛ pedes/ vestes/ aerem ⁊ oculos maculat
vt est dictum/ et in eo peccatores mali viuūt ⁊ delectan-
tur ⁊ versantur. Esaie.lxvj. Anima eoꝝ in abominatio-
nibus suis delectata est. ¶ Puluis concussus naturam
3 rei a qua resoluitur/ manifestat odore/ valore ⁊ sapore: et
ideo species aromatice terūtur ⁊ puluerizantur/ vt earū
virtus intrinseca se ostēdat: et vt meli⁹ inuicem misceā-
tur/ compingātur ⁊ conficiātur: vt sic gustum comeden-
tis suaui⁹ afficiant ⁊ delectēt/ et sint cōtra morbos ⁊ vul
nera medicine. Puluis qui parum appreciatur/ signifi-
cat humilitatem: que pro certo parū vult reputari ⁊ ap-
preciari. Sed ꝟe ista ꝫm naturam rei a qua resoluitur.i.
ꝫm virtutem ⁊ perfectionem illius qui se humiliat/ valo
rem cōtrahit ⁊ decorem: qꝛ scꝫ plus debet humilitas no
bilis ⁊ sapiētis q̄ꝫ alteri⁹ appreciari: nam melioris est va
loris ⁊ meriti: ⁊ suauioris fame ⁊ odoris. Propter hoc di
cebat sapiēs Eccl'i.iij. Quāto maior es: humilia te ī oīb-
us. Et ideo de⁹ terit per tribulationes in hoc mūdo spe
cies aromaticas.i. viros iustos ⁊ perfectos: vt sic pulue
rizentur per humilitatem: et vt sic sua virtus interior.i.
perfectio ⁊ patiētia declaretur: sicut patuit in Job: et vt
sic inuicem meli⁹ vniātur ⁊ cōiūgātur per cōcordie vni-
tatem: et vt sic dulcius fragrēt per bonam famam: et vt
sic sint suis exemplis ⁊ documētis alijs medicine. Ideo
dicebat Job.vij.c. Ecce nūc in puluere dormio. et Can
ti.iiij. Ueni auster: persla hortum meum: et fluēt aroma-
4 ta illi⁹. ¶ Ex pulucrib⁹ fiūt antidota ⁊ vnguēta carnis
mortue corrosiua/ sanitatis inductiua/ et infirmitatis ꝓ-
seruatiua. Puluis est memoria mortis ⁊ carnis pulueri
zationis: ex qua pro certo anima ad sanitatem gratie re-
ducitur: caro superflua.i. carnalis voluptas abstergitur:
et pctōꝝ infirmitas precauetur: quia in oībus operibus
tuis memorare nouissima tua: et in eternum non pecca-
bis. Eccl'i.vij. Uel expone de humilitate vel penitentia.
5 ¶ Myrrha ⁊ thus ad hoc puluerizantur/ vt cremata su-
per carbones deo offerātur: et exinde fumus odoriferus
ad dei gloriam eleuetur. Sic vere boni ⁊ iusti terūtur per
aduersitatem/ puluerizātur per humilitatem/ super car-
bones incendūtur per charitatem: et sic deo offeruntur
et immolātur: et ex eis exit odor odoriferus.i. deuota ora
tio: que scꝫ in conspectu dei ⁊ sctōꝝ redolet atq̄ fragrat.
6 Eccl'i.l. Quasi thus redolens in diebus estatis. ¶ Ex
pulueribus aromaticis confectis liniuntur corpora mor
tua/ ne scꝫ putrefiant/ vel in terram ac cinerem resoluan
tur. Sic vere ex dictis ⁊ verbis sacre scripture cōfectis/
expositis ⁊ ordinatis/ vnguntur ⁊ liniunt̄ per predicatio
nē mortui peccatores/ ne scꝫ putrescant ⁊ dissoluant̄ per
damnationem eternam/ et ne putrescant per vitia ⁊ pec
cata. Uel si vis pulueres isti significant virtutes vel exē
pla sanctorum mortuoꝝ/ que per bonam famā redolent
atq̄ fragrant/ ⁊ sunt peccatoribus medicina.

Capitulum.cxiiij.de lapide Quirim.

¶ Quirinus apud Uincentium legitur
in speculo naturali.lib.viij.c.xcij.

Quirim secūdum Diosco.est lapis qui in nidis
vpuparum inuenitur: q̇ suppositus capiti ali-
cuius dormientis/facit dicere ⁊ reuelare oīa
pectoris sui secreta: et qđ somniat/dicet dor-
miēdo: et ideo magi diligunt illum lapidem/
qm̄ per eum multa maleficia operantur: auget em̄ mira
biliter fantasias. Upupa auis immūda est homo luxu-
riosus ⁊ deliciosus: nidus ei⁹ est taberna: lapis hui⁹ nidi
est ebrietas: quā pro certo si quis sibi apposuerit/et dor-
mierit in delicijs hui⁹ mundi: statim secreta sua pandet
et reuelabit: q sicut dicitur Prouer.xxxi. Nullum secre-
tum est vbi regnat ebrietas. Et ad litteram auget som-
nia ⁊ fantasmata.i.vanas affectiones et estimationes:
et ideo magi.i.demones istum lapidem diligūt/q mul-
ta maleficia.i.tentationes ⁊ vitia per eū operantur. Cō
stat em̄ ꝙ per ebrietatem diabol⁹ inducit hoīem in mul
ta vitia ⁊ peccata. Uel dic ꝙ vpupa auis immunda est
diabolus: in cui⁹ nido.i.in mūdo inuenitur quirim.i.va-
na gloria: que vere facit dici ⁊ reuelari cordis secreta: q
scz facit occulta bona siqua sint/dici/iactari ⁊ dilatari:
et fantasias vanarum presumptionum auget: cōtra illđ
Sene.q̇ dicit: Esto occultator virtutū/sicut alij vitiorꝫ.
Uel dic ꝙ hic lapis est timor dei: q̇ facit reuelare/scz in
cōfessione sua secreta vitia ⁊ pctā. Discooperi humerꝫ/re
uela crura/denuda turpitudinē tuā. Esa.xlvij. Et ideo
valet magis.i.p̄dicatorib⁹/q̇ incātāt spūaliter pctōres.

Capitulum.cxv.de Quanidro lapide.

¶ Quadras etiam dicitur hic lapis Alberto/simi
liter et Quadratus: ex horto sanitatis: vbi auctor
Plinium allegat in hūc modū. Quadratus in egy
pto inuenitur: silr ⁊ in ethiopia: et exalbidus est.

Quanidros est lapis vilis coloris/ sed eximie
est virtutis/sm̄ Dioscor.⁊ inuenitur in capite
vulturis/⁊ valet contra quaslibet causas no-
ciuas/et vbera lacte replet. Talis ē sacra scri
ptura/que valet contra omnia nociua/et vbe
ra.i.labia replet lacte.i.scientia ⁊ doctrina: quia scilicet
hoīem eloquētem facit: et ideo in capite vulturis q̇ opti-
me odorat.i.in intentione hoīm deuotorū/ qui odorant
eternā suauitatem/debet inueniri: q licet sit vilis colo-
ris qm̄tum ad apparentiā exteriorem/tn̄ eximie est virtu
tis qm̄tum ad intelligentiam spiritualem. Sed ecōtra di
citur Job.xxviij. Nec intuitus est eam oculus vulturis.
vel expone totum de cōtemplatione ⁊ oratione. Uel dic
ꝙ hic lapis est elemosyna/que pro certo valet contra oīa
spiritualia ⁊ temporalia nocumenta. Elemosyna enim a
morte liberat. Thob.iiij. Etiam vbera.i.homines mise-
ricordes replet lacte/scz temporalis ꝓsperitatis. Luce
vj. Date ⁊ dabitur vobis. Deus em̄ plenius eis donat/
qui alijs miserentur/quia feneratur deo / qui miseretur
pauperis. Prouer.xix. Et ideo vultures.i.carnales pec-
catores istum lapidem/ scz pietatem et cōpassionē ⁊ ele-
mosynam semper debent in capite intentionis habere.
Luce.xj. Date elemosynam/et ecce omnia munda sunt
vobis. Uel dic ꝙ iste lapis est oratio: que tunc temporis
est habenda/qn̄ lac temporalis subuentionis deficit / et
bona temporalia destruunť per pluuiam et ardorem: vt
virtute eius lac bonorum temporalium augeatur.

Capitulum.cxvj.

¶ Ranni legendū est/ex Uincentio. Tu vide Her
molaum in Corollario.ca.941.

Ram.i.bolus Armenicus/vena est terre/que
virtutem habet constringendi sanguinem/
vndecūqꝫ fluat: nature eni frigide est ⁊ sicce.
Talis est mūditia ⁊ abstinentia/in qua est fri
gus diuini timoris/⁊ siccitas.i.carnis mace
ratio. Ista enim habet potestatem restringendi vētrem
et sanguinem.i.omnes gule ⁊ luxurie voluptates.

Capitulum.cxvij.

¶ Uide num eadem sit hec gemma cum
Astroite/quā Aristobolon Sudines apud
Plinium oculis piscium similem esse dicit:
nam nihil apud alios reperio.

Raben est lapillus qui in capite cancri reperiť:
et est rotūdus ⁊ mollis sicut pupilla piscis: fri
gidus est et humidus: virtutemqꝫ habet con-
tra morsus scorpionū et canis rabidi: ⁊ mun-
dificat dentes: ⁊ est planus exterius / ⁊ interius conca-
uus. Talis est vir ꝑfectus: q planus est per simplicitatē
⁊ ꝑitatē ⁊ deuotionē: rotūdus ꝑ obediētiā ⁊ subiectionē:
et ideo talis suis verbis ⁊ exemplis est alijs medicina-
lis: quia cōtra morsus venenosos tentationū interiorum
⁊ tribulationū ⁊ detractionū exteriorū/scit alios adiuua
re: et dentes.i.detractores corrigere et purgare. Eccli.
xxxviij. Altissimus de terra creauit medicinam.

Capitulum.cxviij. De sapphiro.

Sapphirus est lapis ceruleus / celo sereno si-
millim⁹ in colore: ceteros excellit specie ⁊ va-
lore: et ideo gēma gēmarū in lapidario appel
latur. stellā habet relucentē: ꝑ cuius refulgen
tiā eius virtus et efficacia declarať. Aliquan
do autem habet quosdā pulueres aureos intermixtos.
Hic multas ⁊ innumerabiles habet virtutes: q virtu-
tem habet discordiū reconciliatiuā/ caloris ⁊ ardoris in
terioris refrigeratiuā/si scz iuxta cordis venas pulsati-
les appendať; q sicut dr in lapidario/hic membra vege
tat/et integra mēbra reseruat / febris ardorē refrigerat
interiorem. Talis est per oīa beata virgo: q vere celo.i.
deo fuit ceteris viuentib⁹ similior qm̄tum ad virtutes et
perfectiones. Nam ista omēs alias creaturas excellit ⁊ ꝑfe
in specie bone cōuersationis/et in valore virtutis ⁊ ꝑfe-
ctionis: q vere illū q̇ est stella candida/ splendida ⁊ ma-
tutina/(Apoca.xxij.)scz dei filiū in seipsa cōtinuit ⁊ por-
tauit: ⁊ virgo virginū dici potest. Nam ipsa habet pulue
res aureos.i.occultas ꝟtutes ⁊ ꝑfectiones/per quas ru
tilat sicut aurū. Hec ergo habet ꝟtutem recōciliatiōis:
quia vere per eam recōciliat⁹ est deus cū humano gene
re/⁊ etiā ipsa cū deo quotidie peccatores recōciliat ⁊ cō-
cordat. Membra etiā.i.fideles(qui mēbra sunt ecclesie)
vegetat ꝑ suam gratiā atqꝫ nutrit: ⁊ ea seruat integra et
illesa cōtra tentationes. Nam qn̄ circa cor suspenditur/
tēpore accessionis.i.tētatiōis/per deuotionē scz ⁊ amo-
rem: tunc ardorē interiorem/scz cōcupiscentiā carnalem
⁊ tēporalem refrigerat per suā gratiā atqꝫ sedat. Eccli.
xviij. Ardorem refrigerabit ros. Uel dic ꝙ sapphir⁹ est
virtus concordie et benignitatis: que pro certo qn̄ super
cor alicuius ponitur/tunc ardorem iracundie temperat/
et discordes recōciliat et concordat: quia verbum dulce
multiplicat amicos: et mitigat inimicos. Eccli.vj. Uel
dic de christo: qui tentatiōes sedat/et peccatores deo pa
tri reconciliat/ et membra etiā tēporaliter ⁊ spiritualiter
vegetat per gratiā ⁊ humectat: si scz circa cor ꝑ amorem
et deuotionē ponitur et ligatur. Ideo dicit ipse Canti.
viij. Pone me signaculū super cor tuum. ¶ Inuenitur ⁊
sapphirus aliquando in mineris lazurij: et in ipsis venis
⁊ mineris sapphiri aliquādo lapis reperitur qui carbū-
culus a pluribus nominať/sm̄ Diosco.eo scz ꝙ nasci in
venis ipsius perhibetur. Et ideo ex natura sapphiri cre-
ditur esse carbūculus quadā fauilla cerulea obūbratus.
Carbunculus est christus/propter ardorem charitatis:
sapphirus est beata virgo. In venis ergo sapphiri.i.in
vtero virginis benedicte fuit inuentus carbūculus dei
filius per incarnationē: ⁊ ideo pro certo mater carbun-
culi.i.dei mater et genitrix nūcupatur: quia vere ex natu
ra ⁊ puris sanguinibus istius sapphiri ipse carbunculus
christus cōtraxit illas fauillas ceruleas quas circa se ha
bet.i.illā carnem humanam cui est vnitus: quā scz ex vir
gine maria matre sua ibi sumpsit. vn̄ ipse potest dicere:
In vtero matris mee figuratus sum caro. Sapien.vij.
¶ Sapphirus virtutem habet confortatiuam: vn̄ valet ⁊
contra tremorem cordis: virtutē etiam habet restrictiuā
et letificatiuam: vnde valet ad sanguinē de naribus/et
sudorem de corpore stringēdū: sicut dr in lapidario. Ta-
lis est spes de eternis: quia vere ista est que tristitiam et
desperationem tollit/et mundi desolationes et tribulas

tiones confortat/⁊ timorem seruilē tollit. psal. Sperate er-
go in eo omnis congregatio populi. Sanguinē insup mun-
dane voluptatis/ sudorem etiam vanarum affectionū ha-
bet penit⁹ refrenare. Uel dic ꝙ sapphirus est abstinētia vl'
penitentia/ que sanguinem ⁊ sudorem.i. carnales affectio-
nes eliminat atq; tollit. Matth.ix. Siccatus est fons san-
4 guinis ei⁹. ¶ Sapphirus apostematum reprimit inflatu-
ras/⁊ maxime valet cōtra anthracem/qđ est apostema ve-
nenosum: quia eius venenositatē ⁊ fumositatē ad cor ascē-
dere non ꝑmittit: et hoc certū est ſm Diosco. Talis est vir-
tus humilitatis: quia vere omnē inflaturam ⁊ tumorem su-
perbie reprimit atq; sedat/anthracē etiam (qui propter ar-
dorem maximū est venenosus).i. furorem ⁊ ardorem iracū-
die ⁊ crudelitatis reprimit/⁊ eius fumū.i. ipsius malos mo-
tus et affectiones ad cor ascendere non ꝑmittit: quia vere
vir humilis (qui scilȝ cōsiderat causas humilitatis sue/sci-
licet natiuitatē/mortem/infernum.⁊c.) nō faciliter dat cor
suum nec in superbiā/nec in iram: iuxta illud Eccli.xxviij.
5 Memēto nouissimorū/et desine inimicari. ¶ Sapphirus
vim habet veneno cōtrariatiuam: nā si araneam in pyxide
posueris/⁊ verum sapphirū in ei⁹ orificio aliquādiu tenue-
ris/aranea virtute eius victa quasi subito morietur. Talis
est oratio vel confessio: quia vere si ipsam in ore tuo tenue-
ris/statim aranea.i. peccatū mortale qđ est in pyxide con-
scientie/destruetur. Uel dic ꝙ hic est Christ⁹ vel beata vir-
go/vel etiam quilibet sanctus: qui quādo in ore tenetur ꝑ
deuotionem/orationem et inuocationem/tunc araneā py-
6 xidis.i. tentationem ⁊ peccatum cordis/vel tentationē car-
nis interficit atq; necat. ¶ Sapphirus vim habet oculorū
confortatiuā: quia scriptum est in lapidario. Ex oculis sor-
des tollit/de fronte dolorem. Talis est fides: quia vere de
7 oculo intellectus tollit sordes.i. hereses et errores: et ipsum
sanat per discretionem/illuminat ⁊ extergit. ¶ Sapphir⁹
tollit dolorem de fronte/⁊ vulnera sanat. Sic penitētia de
fronte.i. de conscientia (que deo apparet) tollit dolorem re-
8 morsus: et vulnera que occidunt animam.i. peccata sanat.
A vulneribus tuis sanabo te. Hiere.xxx. ¶ Sapphir⁹ cre-
ditur valere (scđm antiquos) ad responsa diuina obtinēda/
et ad gratiam a dijs impetrādam/quando scilȝ presens est
quādo quid a dijs petitur. Et sicut dicit᷑ in lapidario: Hic
lapis vt perhibēt/educit carcere vinctos. Obductasq; fo-
res ⁊ vincula tacta resoluit. Fertur et ad pacem bonus es-
se conciliandam. Sed qui portat eum/ castissimus esse iu-
betur. Nam propter immūditiam portantis virtutē suam
ꝑdere consueuit. Iste etiā oculos ꝯfortat/ mentē letificat/
tumorē sedat/ vlcera sanat/ venenosa necat/facit hominē
audacem ⁊ victorem/animū in bonis firmat/tollit inuidiā/
facit hominē humilē ⁊ benignū. Talis est per omnia bea-
ta virgo: quia vere si volumus a dijs.i.a deo ⁊ angelis ali-
quid impetrare per orationē/pro certo nos debemus adhi-
bere istum lapidem/scilȝ virginē Mariā/ per eius memo-
riam/deuotionē et orationem: quia vere eius presentia no-
bis deum et angelos placat/et facit qđ petimus obtinere.
Figura de Hester/ per cui⁹ interuētionem Iudei Assueri
gratiam habuerunt. Uinctos etiam de carcere.i. illos qui
sunt in carcere diaboli.i. in statu peccati/et cathenis ⁊ vin-
culis male consuetudinis ⁊ complacentiarum sunt ligati/
extrahit et educit/ scilȝ per suam intercessionē et orationē.
Exemplum de theophilo. Esaie.xlv. Portas ereas conte-
ram/et vectes ferreos confringam. Hec etiam oculos con-
fortat per suam bonam conuersationē/dulcorem et cōpas-
sionem: quia delectabile est oculis videre solem. Eccl's.xj.
Mentem etiam tristem et desolatam letificat/tumorē su-
perbie/vlcera luxurie/venenū malitie et inuidie sanat/tol-
lit ⁊ abstergit/facit hominē audacem ad bonum aggrediē-
dum/victorem etiam contra tentationem ⁊ tribulationes/
humilem pariter et benignum: quia vere beata virgo quā-
do deuote requiritur/seruitur et honoratur/ hec omnia be-
neficia suo tribuit seruitori/si tamen caste et puro corde et
corpore portetur et requirat᷑: quia si sit immūdus ⁊ luxurio-
sus/virtutem eius nō percipiet/immo perdet. vnde ad Ti-
tū.j. Coinquinatis enim et infidelibus nihil est mundum.
9 ¶ Sapphirus discordes conciliat/ardorem sedat/sangui-
nem et sudorem stringit/cor et mētem letificat desolatam/
tumorem apostematū sedat/venenosa occidit/vinctos di-
citur de carcere educere/et tacta vincula dissipare. Talis
est penitentia: quia per eam discordia dei et peccatorū tol-
litur/et inuicem recōciliantur: sanguis etiā et sudor carna-
lis voluptatis per eam abstergit᷑/ ardor tentationis extin-
guitur/ hec etiā tumorē superbie/venenū detractionis/in-
uidie et malitie/⁊ vlcera luxurie ad sanitatē perducit/⁊ vin-
cula peccatorū per eam frangūtur et dissipātur: et pctōres
de pctī carcere liberantur: et sic mētem desolatam ⁊ despe-
ratam merito letificat ⁊ confortat: q; scilicet stimulos con-
scientie/timorem mortis et desperationis pellit/⁊ spem sa-
lutis et glorie introducit. Penitētiam ergo agite: appropin-
quabit enim regnū celorum. Matth.iij. Luce.xxx. Mar.j.
Uel expone de Christo/qui vinctos peccatores de carce-
re diaboli liberauit/⁊ cathenas peccatorū dirupit et cōfre-
git/et maxime in passione/vbi captiuos ⁊ vinctos qui erāt
in cathenis inferni/liberauit penit⁹ et absoluit. Ideo Za-
cha.ix. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vin-
ctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Et adiunge si vis
§. supra de charitate. ¶ Sapphirus est lapis ꝓciosus/va- 10
lens contra multiplicia nocumenta: verūtamen oportet ꝙ
ille qui portat eum/sit castus: quia si immunde ⁊ luxuriose
sit vite/sapphirus circa eum virtutē suam perdet/ nec ali-
quid operabitur aut valebit: sicut dicit᷑ in lapidario. Sap-
phirus iste significat bona opera vel deuotionē ad deum
vel sanctos/vel etiam scientiā diuinā: que pro certo omnia
sunt preciosa apud deum et virtuosa. Sed vere nisi homo
qui habet ista/teneat castam vitam/nihil sibi ꝓdest: quia
per infectionem et immunditiam luxurie quicqđ habet de
gratijs et virtutibus/dissipat᷑/⁊ ad nihilum reputatur. Un-
de Hieronym⁹ in epistola: Quacunq; virtute polleas/qui-
buscunq; bonis operibus niteas/si cingulo charitatis ca-
reas/omnia per terram trahes.

Capitulum.cxvij. de Smaragdo.

Smaragdus est lapis viridis coloris/ad virorē 1
cuius aliqua herba vel lapis non attingit. Nā
pre virore aerem inuiridat contingētē/⁊ viroris
radios circūmittit / ita ꝙ nec etiā fulgore solis
viror ipsius hebetatur: et quādo est bene tersus
⁊ politus/tunc more speculi imagines representat/vt dicit
Isido. Et Nero cesar (inquit idem) gladiatorū pugnas in
smaragdo spectare consueuit. Charissimi/per virorem qui
summe inter colores delectat visum / ītelligo honestatem:
que visus aliorū et aspect⁹ reficit et delectat. Smaragdus
est vir perfectus/qui pro certo debet habere virorem hone-
statis: et dato ꝙ radijs solis.i. prosperitate mundana per-
fundatur/nunq; tamen debet omittere istum virorem/sci-
licet virtutem honestatis/immo debet tergi per penitētiā/
vt sic efficiatur aliorum speculum et exemplū: vt sic imago
cuiuslibet in eo reluceat: hoc est dictu ꝙ per comparationē
ad vitam suam/alij cognoscant quales sunt/scilȝ mali vel
boni/sibi similes vel dissimiles. Exemplifica de quolibet
sancto. Sap.vij. Candor enim est lucis eterne.⁊c. Uel per
istum lapidem qui pre ceteris viret/intelligo puritatē na-
ture angelice/ad quā.i. ad cuius similitudinem/alia herba
vel lapis.i. alia quecunq; creatura non attingit. Isti enim
sunt specula polita ⁊ munda/ſm Dionysiū: in quibus ima-
gines et notitie ⁊ species rerum naturalium relucent: quia
scilicet ipsi cognoscunt res per species innatas/secundum
aliquos: vel imago scilicet dei et trinitatis in eis relucet et
apparet. Sunt enim speculum sine macula/et imago bo-
nitatis dei. Sapiētie.vij. ¶ Meliores smaragdi a scythia 2
veniunt/ scđm Isidorū. Nam ibi colliguntur et inueniun-
tur/et maxime in vento aquilonari: quia tunc per ventum
istum arene discooperiuntur/et sic apparēt lapides ⁊ sma-
ragdi. Scythia regio frigida significat statū aduersitatis/
aquilo ventus durus et frigidus significat mundi tormen-
ta et tribulationes. Illi ergo smaragdi.i. viri sancti et per-
fecti qui veniunt de scythia.i. de statu aduersitatis / sunt
alijs meliores. Nam ventus aquilo.i. tribulationes mun-
di ⁊ aduersitates ab eis reijciunt arenam.i. mūdi diuitias
⁊ prosperitatem: ⁊ ideo sunt alijs puriores ⁊ meliores: sicut
patuit in martyribus: et patet quotidie in Christi paupe-
ribus. Uentus enim aquilo dissipat pluuias. Prouer.xxv.

3 ¶ In egypto in fodinis erarijs inueniuntur quãdoꝗ sma
ragdi: qui tamen nunq̃ attingunt ad aliorum decorem: et
hoc quia semper quibusdam maculis terreis sunt infecti/
et eri vel plumbo vel sali similes notas habent. Egyptus
est mundus: qui ardore auaritie et luxurie est perustus. Li
cet ergo in egypto.i.in mundi prosperitate inueniãtur sma
ragdi.i.aliq̇ viri iusti inter mũdi diuitias et metalla: isti ta
men pro certo semper sunt alijs deteriores.i.minus boni:
quia scilicet quasi impossibile est quin ex ere plumbo et sa
le.i.ex mundi diuitijs quas administrant/contrahant ali-
quas notas.i.aliquas maculas vitiorum: quia si diues fue
4 ris/non eris immunis a peccato. Eccli.xj. ¶ Licet sma-
ragdus sit naturaliter viridis/ tunc tamen maxime fulget
eius viriditas / quando mero vel oleo abluitur et lauatur
ẜm Isidoꝝ. Sic vere licet omnes boni naturaliter vireant
per gratiam ⁊ honestatem/illi tamen qui mero spiritualis
iocũditatis/qui oleo misericordie ⁊ pietatis seipsos abluũt
atq; lauant/sunt meliores/⁊ pulchrioris etiam honestatis.
5 Geñ.xlix. Lauabit in vino stolam suam. ¶ Smaragdi ꝓ-
pter suam preciositatem sunt hominib⁹ vtiles: verũtamen
in scythia propter gryphorũ immanitatẽ/ad eos rarus ho-
minũ est accessus. Uide de gryphibus. Smaragdi sunt vir
tutes/que pro certo sunt hominib⁹ vtiles et valentes ⁊ spi
ritualiter et temporaliter: sed vere tanta est in mundo isto
gryphorũ.i.crudelium demonum immanitas/tentatio sci-
licet ⁊ malignitas/ꝙ pauci sunt homines qui virtutum co
piam valeãt adipisci: quia scilicet propter tentationes de-
6 monum prohibẽtur. ¶ Secũdum Diosco. et lapidarium/
hic lapis auget opes/et sanat hemitriteum/⁊ morbum ca-
ducum/et dat in causis persuasoria verba/si ad collum te-
neat eum quis suspẽsum/visum confortat/ memoriã acuit/
lasciuos motus refrenat/contra illusiones demonũ valet/
sanguinem sistit/valet ad diuinandũ. Talis est per omnia
gratia spiritussancti: quia reuera ipsa auget opes virtutum
et meritorum/⁊ sanat hemitriteum.i.febrem peracutã aua
ritie/⁊ morbum caducum superbie/et dat verba placentia
scilicet in oratione/et memoriã acuit/scilicet in gratiarum
actione: quia facit recordari beneficia a deo nobis data: vi
sum intellectus ⁊ cogitationẽ confortat per fidem ⁊ discre-
tionem: lasciuos motus luxurie reprimit per castitatem: il-
lusiones.i.tentationes demonũ refrenat: et sanguinem cru
delitatis compescit: et iuuat hominẽ diuinare.i.de futuris
rebus scilicet paradisi et inferni cogitare. Uel dic ꝙ sma-
ragdus est beata virgo/ propter virorem sue honeste cõuer
sationis: vel etiam quilibet vir perfectus: qui pro certo suis
verbis et exemplis visum aliorum recreat ⁊ delectat/et in
eis vitium luxurie refrenat.

Capitulum.cxviij.de sardio.

Sardius lapis est rubei coloris/ similis terre ru
bee: cuius virtus est ẜm Diosco. ꝙ in cõspectu
eius ⁊ presentia onyx qui habet aliquas ꝓprie-
tates nociuas/non potest nocere: pellit timorẽ:
et facit hominẽ audacem: valet contra incanta
tiones. Talis est Christus/in cruce sanguine rubricatus:
quia vere terre rubre.i.peccatoribus carnalibus fuit simi-
lis in colore/scilꝫ quãtum ad naturam carnis. Quia misit
deus filiũ suum in similitudinẽ carnis peccati. ad Roma.
viij. Si quis autem lapidem hunc habuerit.i.si quis rubo
rem et passionem deuote recordatus fuerit / pro certo sibi
onyx.i.mundus vel diabolus non nocebit: timorem etiam
seruilem/tristitiam et desperationẽ pellet: et audax erit ad
bonum aggrediendũ/et malum tolerandum: et ab incan-
tationibus demonum/ et carnis vel mundi tentationibus
non ledetur.

Capitulum.cxix.de sardonyche.

1 Sardonyx ex duobus lapidibus nomẽ sumpsit/
scilicet sardio ⁊ onyche: quia istorum duorũ co-
lores representat. Nam iste tres habet colores/
scilꝫ nigrum in imo/cãdidum in medio: rubeũ
vt miniũ in supremo. hic solus in signãdo de ce
re substantia nil abstrahit: ẜm Isidorũ. Hic est Christus/
qui nomẽ habet ex duobus lapidibus preciosis.i.ex dupli
ci natura/diuina scilꝫ et humana: ex quibus extitit compi
latus: ⁊ tres habet colores.i.tres considerationes: quia sci-
licet in ipso est diuinitas/anima ⁊ corpus: vel tres colores
sunt tres virtutes/quibus Christ⁹ principaliter splenduit/
scilicet nigredo humilitatis/candor innocẽtie ⁊ puritatis/
et rubor feruẽtissime charitatis: et hic de cera cui apposit⁹
est.i.de mũdi diuitijs nihil penitus secum tulit: q; scilꝫ per
paupertatẽ volũtariam omnia dereliquit/ scilꝫ quãtum ad
affectũ: ⁊ relinq̇ docuit et mãdauit: dicẽs. Qui nõ renũcia
uerit omnib⁹ que possidet/ nõ potest meus esse discipulus.
Luce.xiiij. Uel de cera.i.de beata virgine nihil virginita
tis abstulit vl̕ corrupit. Uel potest dici de quolibet sancto/
qui est niger per humilitatẽ/cãdidus per castitatẽ/rubeus
ꝑ charitatẽ/⁊ nihil de cera.i.de bonis sibi ꝯmissis ad dispẽ
sandum/secum aufert per cupiditatẽ: sed omnia dimittit ꝑ
voluntariã paupertatẽ. Quod est contra auaros prelatos/
qui bona ecclesie sibi et suis tribuunt.⁊c. Gene.xiiij. Non
accipiam aliquid de omnibus que tua sunt. Uel dic ꝙ hic
lapis est essentia diuina: in qua sunt tres colores.i.tria sup
2 posita. ¶ Sardonyx quot habet colores / tot habet valo-
res: et compescit luxuriam: et facit hominẽ humilem et pu
dicum: ẜm Isidorũ. Talis est castitas/que plures habet
colores honestatis et reputationis: et luxuriam compescit:
et hominem pudicum ⁊ maturum et humilem reddit. Ex
pone si vis de honestate/in qua relucent plures colores bo
norum exemplorum. Eccl̕iasti.xliij. Pulchritudinem can-
doris eius admirabitur oculus.

Capitulum.cxx.de gẽma solis.

Solis gẽma est lapis candidus/sic dictus/eo ꝙ
ad similitudinẽ solis in orbe lucentis splẽdeat
⁊ emicet: vt dicit Solin⁹. Hec est beata virgo:
quia cum sit candida per castimonie puritatẽ/
radios tamen sue gratie semꝑ emittit/ et conti-
nue nobis mittit: ⁊ gẽma solis iustitie dici potest. Uel expo
ne de qualibet virgine/que candida est per castitatẽ/splen
det per vite sanctitatem/exemplũ ⁊ honestatem. Fulgebũt
iusti sicut sol. Sap̃.iij.

Capitulum.cxxj.de lapide selenite.

1 Selenites est lapis viridis sicut herba/ i quo ap
paret imago lune/ que candido colore depicta/
crescente luna crescit/decrescẽte decrescit. Ta
lis est amor mundi: in quo semper est imago lu
ne.i.quidã respectus ad lunam.i.ad mundi mu
tabilem prosperitatem: quia secũdum ꝙ lumen in luna cre
scit.i.secũdum ꝙ amicorum nostrorum plus abundat pro-
speritas/tanto maior eoꝝ imago in corde aliorũ presentat.
ꝙ si luna.i. amicus noster a lumine ꝓsperitatis defecerit/
tunc vere in corde selenitis.i. falsi et mundani amici/ima-
go eius.i.amor ⁊ reputatio imminuetur: q; diuitie addunt
amicos plurimos: a paupere autem et hi quos habuerat/
separantur. Prouerb.xix. ¶ Selenites est lapis virens/cõ-
tinens lune imaginem candidam: et valet ad reconcilian
dum: et adiuuat phthisicos et cõsumptos: ẜm Diosco. Ta
lis est beata virgo: que in se continuit imaginem lune.i.dei
patris imaginem/scꝫ ipsum filium: color eius fuit cãdidus
per innocentie puritatem. Candor enim est lucis eterne: ⁊
speculum sine macula: et imago bonitatis ipsius dei. Sap̃.
vij. Ista igitur fuit viridis per honestatẽ/⁊ deo reconciliat
peccatores: quibus etiã q; per vitia sunt cõsumpti/summe
valet: quia scilicet suis precibus illis humorem gratie resti
tuit et restaurat. Uel dic de viro perfecto vel predicatore/
qui debet esse viridis continue per deuotionem ⁊ contem-
plationẽ/ et lune.i. Christo vel cuilibet viro sancto similis
per obediẽtiam/et per sue cõuersationis imitationẽ: et sic
poterit suis doctrinis recõciliare deo peccatores. psal. Ue
rũtamen in imagine pertransit homo. Uel dic ꝙ luna signi
ficat malos/mutabiles atq; vanos: quibus pro certo fatui
libenter se cõformant/et eorum mores et imaginẽ in se por
tãt. Uel dic ꝙ ista luna significat mũdũ/cui mali religiosi ⁊
clerici studẽt se totis viribus cõformare/⁊ imaginẽ eius.i.
mores et habitus sumere: figurati in illis qui acceperunt
imaginẽ bestie/et ideo missi sunt in stagnũ ignis. Sic vere
qui mores et imagines bestiarum.i.secularium in se acci-
piunt/finaliter igne inferni peribunt.

Capitulum.cxxij.de stanno.

1 STannum ꝼm Isidorū metalla mixta diuidit/⁊
vnum ab alio disgregat ⁊ discernit: ⁊ est candi-
di coloris atq̄ pulchri: et cū eo specula tēperan
tur: et cerussa qui est color candidus/ex eo ge-
nerat̄/et per ipsum metalla a cōbustione seruā-
tur. Talis est bonus prelatus: qꝛ vere ipse debet esse can-
didus per castitatē/mollis per pietatem: ⁊ ideo cerussam.i.
candorem castitatis debet in se et alijs generare/scilꝫ ver
bis et exemplis: ⁊ debet esse tante discretionis/ꝙ sciat me
talla mixta.i.suos subditos disgregare/ quādo per malam
societatem inuicem copulantur/ ⁊ eos ab inuicem separa-
re/et inter eos debite distiguere ⁊ discernere: et quis ⁊ qua
lis sit quilibet/ indagare. Discretionem habeatis mundi ⁊
immūdi. Leuiti.xj. Et ideo ipsa specula.i.subditos et reli-
giosos qui sunt exemplar et speculū aliorum/debet tempe-
rare/et debite gubernare: et eos a combustione ignis luxu
rie vel auaritie preseruare. vnde Judas in canonica: Sal
2 uate eos de igne rapientes. ¶ Stanni substātia ꝼm Aristo
telē ex sulphure ⁊ argento viuo componitur: ⁊ est album si
cut argētum: argenti tamen non habet valorem: ⁊ quando
duo metalla sunt coniuncta/tunc si stannū misceatur/ ipsa
penitus separat/diuidit et distinguit. Talis est hypocrita:
quia in eo concurrit sulphur luxurie et feditatis/argētum
viuum vane glorie et leuitatis: et ideo habet candorem et
pulchritudinem honestatis/ita ꝙ videtur esse argentum.i.
bonus homo/licet nō sit. Et quia tales sunt cōmuniter re-
portatores verborum ⁊ bilingues: ideo metalla mixta.i.il-
los qui sunt mixti et coniuncti per cōcordiam et amorem/
soluunt per discordiam et disiungunt: qꝛ vir verbosus sepa
3 rat principes. Prouerb.xvj. ¶ Stannū metalla quib⁹ ad-
miscetur/seruat a combustione. Sic bona persona et casta
illos qui sunt in societate sua / suis verbis et exemplis ser-
uat ne comburātur per tentationes et peccata/et finaliter
per tormenta ignis infernalis. Esa.xliij. Flāma non arde-
4 bit in te: quia ego tecum sum. ¶ Stānum liquefactū ⁊ bul
liens omnia corpora frāgit quibus admiscetur/ q̄ꝫq̄ꝫ solida
seu dura. Sic vere illi qui sunt liquefacti per luxuriam/in-
flammati per iracūdiam/ omnes illos qui sibi miscentur/
et qui suam societatem frequētant/per mala verba et exē-
pla destruunt: quia qui cum stultis graditur/similis efficie
tur. Vel expone si vis de carne sicut supra de plumbo.§.ca
5 ro. Vel dic ꝙ stannum est luxuriosa mulier.⁊c̄. sicut supra.
¶ Secūdum hermetem/si stanno argentum viuū miscue
ris/facit ipsum albescere/sed post denigrat et condemnat.
Sic multi quando eis adiungitur argētum viuum.i.corre
ctio vel doctrina/albescunt per castitatem et honestatem:
quia aliquando emēdantur: sed vere postmodum destruū-
tur per vitia et peccata/et denigrantur per malam conuer
6 sationem. Et fiunt nouissima hominis illius peiora priori-
7 bus. Matthei.xij. ¶ Ex stanno fit minium quādo combu
rit̄ igne forti.⁊c̄. sicut de plūbo.§.tribulatio. ¶ Modico stā
no mediante/diuersa inuicem iungunt̄ ⁊ consolidantur/et
maxime quādo ei vnctuosum aliquid admiscetur. Sic ve
re mediante viro iusto et perfecto discordes ad cōcordiam
reuocātur/ et maxime quādo sibi vnctio.i.gratia sancti spi
ritus admiscetur. Vel stannum est virtus benignitatis te-
nere atq̄ mollis/que omnia conciliat ⁊ cōcordat. Ideo de
bonis dicitur Zacha.iiij. Videbunt lapidem stāneum in
manu zorobabel.

1 Capitulum.cxxiij.de sulphure.

SUlphur est vena terre / nature ignee et calide/
cuius ardorē aqua q̄ꝫq̄ꝫ frigida sentit: qꝛ trāsiēs
per venas sulphureas/ calorem contrahit a sul
phure et efficaciam ⁊ odorem: et ideo fontes ca
lidi q̄ de talibus subterraneis meatibus scatu-
riunt/qualitates vene sulphuree secum ferūt: ꝼm Isidor.
Sulphur significat bona mundi / in quibus est igneitas
auaritie et ardoris: qꝛ vere licet quis sit aqueus per pieta-
tem/frigidus per temperantiam et maturitatem: si tamen
transeat per venas sulphuris.i.per administrationē bono-
rum temporalium (que scilicet non sunt nisi vene terre) sta
tim pro certo contrahit calorem auaritie / et odorem male
fame: et ideo ratiōe istius sulphuris multi sunt hodie sicut
fontes calidi.i.multi sunt qui ardore auaritie sunt penitus
inflāmati. Nōne vestimenta tua calida sunt/cum perflata
fuerit terra austro: Job.xxxvij. Vel dic ꝙ sulphur fetēs est
persona infamis et luxuriosa/que aquam frigidam.i.perso
nam castam/lucidam et honestam/ quādo sibi iungitur et
associatur/per sua mala exempla infāmat per luxuriam et
corrumpit/et valorem sue perfectionis ⁊ odorem sue fame
et conuersationis destruit et immutat: quia qui tetigerit pi
cem/inquinabitur ab ea. Eccli.xiij. Vide de fonte. ¶ Sul 2
phur scd̄m Isidorum ignee est nature: et ideo super omnia
que sunt sulphurea/faciliter igne apposito inflammātur: et
ideo insule eolie que dicuntur esse sulphuree/perpetuis in-
cendijs semper spirant. Talis est sulphurea fetida caro no
stra/quia vere apposito igne tentationis/faciliter inflāma
tur et ignitur per malos luxurie appetitus: et ideo ille insu
le.i.illi status in quibus est multum de sulphure.i.de viris
carnalibus/incendio luxurie continue conflagrant. Vel
dic ꝙ sulphur est volūtas humana/que vere apposito igne
.i.data occasione faciliter inflammatur per desiderium et
mouetur/siue ad bonum siue ad malū. Vel dic ꝙ sulphur
est anima luxuriosa vel auara/ que quia est ignee nature ꝑ
luxuriam vel auaritiam / ideo faciliter inflammatur/scili-
cet post mortem igne infernali: ⁊ propter hoc illa insula vbi
est satis de isto sulphure.s.infernus / vbi luxuriosi et auari
descendunt/perpetuis incendijs semper flammat. Ezech.
xv. De igne egredietur/⁊ ignis cōsumet eos. ¶ Quattuor 3
sunt genera sulphuris / sed vnum solum genus a medicis
acceptatur: quod scilicet dicitur sulphur viuum/transluci-
dum atq̄ clarum. Alia autē impura sunt: et ideo ad alios
vsus valent. Sulphur significat amorem et affectionē/que
vere ignee est nature sicut sulphur: quia scilicet in se nō si-
stit/sed ad alia semper tendit. Sed vere istius lapidis sunt
multe species: qꝛ scilicet homines diuersimode se diligūt:
quia quidam ficte / quidam vere / quidam propter se/alij
propter sua/ quidam secundum mundum / alij secundum
deum. Sed inter omnes istos amores null⁹ est medicina-
lis anime/nisi viuus/scilicet amor secundum deum et cha
ritatiuus/qui dicitur sulphur viuum: quia scilicet vita gra
tie informatur: omnes autem alij amatores semper habēt
aliquid impuritatis: quia alij luxuria sunt infecti/alij aua-
ritia/⁊ sic de alijs. Peccatores enim diligentes se diligūt.
Luce.vj. Et ideo tales anime non tribuunt medicinam/
sed magis toxicum et venenum. ¶ Sulphur inflāmatum 4
fetorem emittit et fumum/ qui faciem quam contingit/fa-
cit apparere horribilem/pallidam et deformē: et colorem
mortui representat. Talis est caro nostra: quia vere quan-
do igne luxurie inflammatur/ tunc fetorem infamie et fu-
mum mali exempli emittit: a quibus facies.i.exterior ap-
parentia et conuersatio inficitur et mutatur. et adiunge su
pra si vis alium.§.de carne. Vel dic ꝙ sulphur est pecca-
tum luxurie vel hypocrisis: qd̄ quādoq̄ comitatur fetor lu-
xurie/quo cum aliquis inficitur et corrumpitur/ tūc facies
eius ꝑ hypocrisim palliatur: sicut patet de hypocritis: qui
extermināt facies suas/vt appareant hominib⁹ ieiunātes.
Matthei.vj. ¶ Sulphur aliquando est purum et grossum 5
et feculentum/aliquādo clarum lucidū ⁊ purū: et scd̄m istā
differentiā/ex sulphure ⁊ argēto viuo diuersa metalla diffe
rentia generant̄/ꝼm Aristo. Sulphur significat hoīes/qui
vere diuersimode variātur: qꝛ quidā sunt puri/quidā impu
ri/quidā boni/quidā mali: et ideo scd̄m istorū bonorū boni-
tatem et prauitatē/metalla que exinde generant̄.i.filij qui
a talibus procreant̄/differunt in specie ⁊ valore: qꝛ vt cōmu
niter scd̄m qualitatē patrum variatur conditio filiorum: qꝛ
si radix sancta/et rami. ad Ro.xj. ¶ Sulphur aliud viuū/ 6
aliud mortuū artificialiter efficit̄. Est autē calidū ⁊ siccū/⁊
virtutē habet attrahendi/dissoluēdi et consumendi: ⁊ ideo
tussim prohibet/scabiem purgat/caducos iuuat/ lethargi-
cos excitat/venenis obuiat/arteticos ⁊ podagricos ⁊ para
lyticos iuuat: ꝼm Auicē. Diosc. ⁊ Plat. Sulphur qd̄ de ter
ra nascit̄/significat carnē: que quādo comburit̄ ⁊ consumi-
tur ꝑ calorē naturalē/tunc fetet ad litterā ⁊ putrescit: ⁊ ista
etiā aliquādo viua/aliquādo mortua reperit̄: quia nemo est
est qui semper viuat. Eccl's.ix. Per sulphur autem quod
fetet/intelligo memoriam mortis et fetoris quam incurrit
mortua caro nostra/ qꝛ vere memoria mortis nostre habet

virtutem attrahendi scilicet ad bonum: dissoluendi scilicet
cor per contritionem: consumendi scilicet vitia et peccata.
Nam si bene sulphur.i.mortem in corde nostro incorpora-
uerimus/ tunc pro certo scabies luxurie ⁊ pruritus inuidie
minuitur: morbꝰ caducus suፆbie sanatur: et lethargus pi-
gritie excitatur: venenũ malitie deponitur: ⁊ artetica par-
citatis (que manus contrahit) laxatur: et paralysis auari-
tie mitigatur. Memor ergo esto quoniã mors non tardabit
Eccli.xiiij. Uel sulphur est fetor infernalis incendij: qꝛ sci-
licet ibi est stagnum ignis ⁊ sulphuris. Apoca.xix. Cuius
receptio et memoria ⁊ timor potestatẽ habet attrahẽdi.⁊c.
sicut supra. Uel per sulphur calidum intelligo penitentiã/
7 que vrit et affligit: que valet: per omnia sicut supra. ¶ Per
sulphur qđ horribiliter fetet et faciliter ardet/ intelligit ar-
dor inferni: vbi est ardor inextinguibilis/ ⁊ fetor intolerabi
lis.⁊c. Uide Apocalypsis quartodecimo capitulo.

Capitulum.cxxiiij. de sale.

1 SAl a saliendo dicitur/ eo ꝙ ab igne exiliat. licet
enim sit ignee nature/ ab igne tamen refugit et
resultat. Fit autem sal de aquis maris in extre
mis littoribus calore solis induratis: aliquãdo
etiam ex puteis salsis aqua hauritur/ et per de-
coctionem fortem in sal cõuertitur et mutatur: vt dicit Isi
dorus. Sal quo cibi condiunt/ significat virum sapientem
et perfectum: qui alios moderat per prudentiam atqꝫ con-
dit. Licet ergo iste sit igneus per charitatẽ/ ab igne tamen
tentatiõis/ auaritie/ luxurie et male occasionis ꝓ posse suo
resilit et recedit. Recedite de medio Babylonis. Hiere.l.
Econtra multi non fugiunt ab igne: ⁊ similes sunt sali sici-
2 lie.⁊c. sicut supra.fac.§. de residuo. ¶ Sal sic efficit.⁊c. sicut
supra. Mare significat mũdum/ propter fluctus tribulatio
num qui ibi sunt/ puteus significat carnem: qꝛ puteus pro-
fundus.⁊c. Prouerbio.xxij. Aque istorum sunt peccatores.
Peccator igitur a mari et puteo. i. de statu peccati extrahi
tur per cõuersionem et diuinam inspirationem: et tunc sol
Christus feruore ⁊ calore suarum tribulationũ ipsum vrget
per correctionẽ: et omnẽ humorem carnalitatis in eo desic
cat: et sic eum conuertit in sal.i. in virum iustum ⁊ perfectũ
alijs vtilem et proficuũ. Ideo viris perfectis sic conuersis
dicitur Matthei.v. Uos estis sal terre. Et sicut sal ab igne
3 resilit licet sit igneũ.⁊c. sicut supra de tentatione.§.j. ¶ Ali
quando inuenitur sal sub arenis. sunt etiam quidam mon-
tes de quibus fodiuntur duri ⁊ salsi lapides: qui in sal post
modum confringuntur: sicut in pannonia: et sunt tante du-
ritie lapides illi/ ꝙ domus de eis fabricantur: ſm Isidorũ.
Arene sunt diuitie/ montes sunt dignitates et eminentie:
quia vere et in diuitijs et in honoribus aliquando inueni-
tur sal/ viri scilꝫ iusti et boni ⁊ discreti. Nam licet isti primo
sint duri per parcitatẽ ⁊ obstinationẽ/ quando tamen a deo
franguntur per interiorem cõtritionem/ vel exteriorem tri-
bulationem/ tũc fiunt sal/ aliorum scilꝫ conditores/ directo
res ⁊ rectores suis exemplis ⁊ doctrinis. Arenam ⁊ salem
4 ⁊ massam plumbi facilius est portare. Eccli.xxij. ¶ Est in
sicilia quoddam genus salis qđ cõtra naturam aliorum in
igne fluit/ nec ab eo resilit: in aqua autem crepitat/ et ab ea
resilit: ſm Isidorum. Ignis est ardor tentationis/ aqua est
humor deuotionis. Sunt igitur qui ignem tentationũ non
declinant/ nec ab eo resiliunt/ sed in eo per mala desideria
liquefiunt: ab aqua autem deuotionis resiliunt: et quando
in ea ponũtur.i. quãdo aliquid quod ad deuotionem perti-
neat/ eis iniungitur/ tunc vere per murmurationẽ et impa
tientiam crepitant et rixantur: et hoc est cõtra aliorum bo
norum naturam: quia boni ab igne tentationis et munda-
ni ardoris fugiunt/ ⁊ in aquã deuotionis se mergunt/ et ibi
per cõtritionem penitus liquefiunt. Canti.v. Anima mea
liquefacta est/ vt dilectus meus locutus est. Expone si vis
ecõuerso: et vide de Sicilia. ⁊ per ignem intelligo tribula-
tionem/ in qua boni debent liquefieri per cõtritionem ⁊ cõ
passionem: per aquã intelligo mundi voluptatem ⁊ prospe
ritatem: a qua debent continue resilire. Eccli.xxj. Quasi a
facie colubri fuge peccatum. Et hoc est contra naturã alio
rum salium.i. peccatorũ/ qui scilicet ab igne tribulationis
et penitentie resiliunt/ ⁊ in aqua mũdane prosperitatis per
5 diuersa vitia liquefiunt. ¶ Sal variatur in colore: quia ali

quando album/ aliquando ruffum/ aliquando rubeum/ ali
quando croceum est ſm Isidorũ. Inuenitur etiam aliquã
do ita splẽdidum/ ꝙ ibi virgines speculantur: scilicet in ali
quibus partibus Sicilie. Sic vere boni et iusti aliquando
variantur quãtum ad colorem perfectiõis ⁊ virtutis: quia
quidam sunt ruffi per penitẽtiam/ quidam rubei per chari
tatem/ alij albi per castitatem/ alij splendidi per honesta-
tem. Uel dic ꝙ religiosi et homines alij variantur quãtum
ad colorem et habitum exteriorem: quia quidam albi/ alij
ruffi/ alij varij.⁊c. quod etiam patꝫ de religiosis. ¶ Sal va 6
riatur quãtum ad saporem: quia alicubi suaue/ alicubi sal
sissimũ/ alibi amarum reperitur: et quanto salsius et ama-
rius/ tanto calidius. Et generaliter sal habet virtutem dis
soluendi/ mundificandi/ et consumendi. Nam vẽtositatem
attenuat/ humores superfluos consumit/ carnes putridas
corrodit/ et putrefactioni resistit. Talis est penitentia: quia
vere in aliquibꝰ inuenitur leuis et suauis/ in aliquibꝰ autẽ
acuta et fortis/ qꝛ diuersi diuersimode eã habent/ sed quan
to quis eam habet amariorem et fortiorem/ tanto calorem
diuini amoris participat ampliorem. Sal etiam peniten-
tie dissoluit per cõtritionem/ mundificat per confessionem/
consumit ⁊ rodit per satisfactionem. Hec enim exterminat
ventositatem superbie ⁊ vanitatis/ humores deliciarum ⁊
voluptatum/ carnes putridas luxurie ⁊ carnalitatis. Et si
cut ſm Isidorũ sale nihil vtilius reperitur: sic nihil est pe-
nitentia vtilius anime peccatrici. Et sicut sal per se mans
ducatum inuenitur salsum et amarum/ sed in aqua mode
rate sumptum/ vel cibis dulcibus admixtum/ eius acuties
non sentitur: sic vere si penitẽtiam cum aqua diuine conso
lationis/ gratie et deuotionis miscuerimus/ ipsam nõ gra
uem sed facilem inueniemus: alias autem amara ⁊ impor
tabilis inuenitur. Judith.v. Fõtes amari obdulcati sunt.
⁊ Exod.v. ¶ Sal summe est hominibus necessarium. Nã 7
sale cibi condiuntur/ et in eis sapor delectabilis inducitur:
et sine sale omnis cibus insipidus inuenitur. Nam pulmẽ
tis dat saporem/ et prouocat appetitũ. Sal istud est discre-
tio/ que pro certo habet summam virtutem: quia per eam
omnes cibi.i. omnia nostra opera moderãtur: et vt debitũ
saporem et valorem habeant/ condiuntur. Nam sine sale
discretionis et prudentie omnis cibus vel actus quãtumcumqꝫ de se
bonus sit/ insipidus et inutilis reperitur. Nam quia discre
tio considerat locum/ tempus/ modum/ circũstantiam/ con
ditionem/ ideo saporem dat actibus et valorem: et omniũ
nostrorum actuum dicitur condimẽtum. Nam res que in-
discrete fiunt/ licet de se sint bone/ nõ habent tamen valo-
ris efficaciam vel virtutem. Marci.ix. Bonum est sal. ha-
bete ergo in vobis sal: et pacem habete inter vos. ¶ Sale 8
ſm Isidorum/ appetitus confortatur/ et sale pecudes ad
pastum prouocantur et ad potum/ et per sal melius impre
gnantur/ et salis beneficio lacte et caseo plus dotantur/ sa-
le carnes a putredine seruantur/ per sal humores in corpo-
re dissoluuntur/ stomachus mundificatur/ carnis putredo
et corruptio desiccatur. Talis est doctrina sacre scripture:
quia vere quando pecudes.i. auditores istud sal sibi in pre
dicatione oblatum recipiunt/ et sibi incorporant retinẽdo/
tunc appetitus eorum.i. affectus et desiderium ad eterna
amplius vigorantur/ et cibum eterne refectionis auidius
desiderant/ et potum gratie ⁊ deuotionis plenius sumunt:
et sic per virtutes et merita melius impinguãtur/ et lacte
misericordie et cõpassionis/ caseo bone operationis ditius
fecundantur. Nam per sal bone doctrine ⁊ predicationis/
humores peccatorum dissoluũtur per contritionem: stoma
chus conscientie depuratur ⁊ mũdatur per confessionem:
et caro superflua.i. carnalis voluptas desiccatur per satisfa
ctionem et penitentie macerationem: et sic caro a putredi
ne vitiorum et criminum doctrine beneficio preseruat. Le
tera salierunt.⁊c. Thob.vj. Ideo ad Colos.iiij. Omnis ser 9
mo vester sale sit conditus. ¶ Sal quãdo est exustum/ ma-
iorem habet virtutem: quia tũc summe carnem putridam
corrodit/ loca saniosa mũdificat. sal enim vsqꝫ ad interiora
penetrat: et habet virtutẽ mollificandi et mordificandi vẽ-
trem/ et humores compactos soluendi/ et finaliter exire co
gendi. Talis est vir perfectus/ et maxime prelatus: qꝛ quã
do igne sancti spiritus et charitatis/ igne etiam peniten-

tie et aduersitatis est exustus / tunc maioris est virtutis et perfectionis: quia tunc carnem mortuam.i.carnales subditos vita gratie priuatos/corrodit per correctionem/ et eos
10 a sanie luxurie ⁊ carnalitatis mūdificat ⁊ depurat. ¶ Sal habet virtutem penetrandi.⁊c̄. Sic cōtritio: q̄r vsq̄ ad intima cordis penetrat/⁊ ventrem cōscientie remollit p̄ deuotionem/et mordicat per displicētiam ⁊ reprehensionem: et sic humores compactos.i.vitia ⁊ peccata inuicem conglobata dissoluit/diuidit ⁊ distinguit per eorum discussionē et examinationē: et sic eos repellit/scilꝫ a conscientia per con
11 fessionem. Eccli.j. Timor dn̄i expellit pct̄m. ¶ Sal virtutem habet venenosis humoribus resistendi: quia cū oleo ⁊ aceto lichenas et scabiē sanat/ faciei etiam maculas abstergit/ ⁊ pruriginē ⁊ serpiginē tollit/ si saponi fuerit mixtū. Talis est correctio vel tribulatio: quia venenosis humoribus/carnalibus tentationibus et infectionibus resistit/ faciem conscientie mundificat/⁊ pruriginem malorū deside
12 riorum tollit/si cum melle gratie ⁊ deuotionis/⁊ cū sapone dulcis consolationis fuerit intermixta. ¶ Sal in igne positum ab eo resilit: ⁊ ibi non resoluitur: in aqua autem positū statim dissoluitur ⁊ liquescit. Tales sunt multi: q̄r si in igne tribulationum ponātur/ ibi per vitia non soluūtur/nec per mala desideria liquefiunt: si autem in aqua mundane prosperitatis ponantur/statim liquescunt per mala desideria et resoluūtur: quia plus nocet bonis prosperitas q̄ȝ aduersitas. Naum.ij. Porte fluuiorum aperte sunt: ⁊ templum ad solum dirutum est.

Capitulum.cxxv. de lapide topatio: nam per t in penultima scribitur/non per z.

1 Topazius est lapis splēdens ⁊ rarus/ fulgidus/ oīm gēmarū superans claritatē/ ceteris maior et pulchrior/aspiciētes delectat/et eo in thesauris regum nihil preciosius inuenitur. Tāte eñ magnitudinis (ꝯm Pliniū) est inuētus/ ꝙ Ptholomeus Philadelphus ex eo fecit statuā quattuor cubitorum. Hic est Christus/cuius est splēdor glorie inestimabilis: quia omniū creaturarū superat claritatē. Nam pre sui eterna claritate et pulchritudine aspicientes beatos in patria/⁊ contēplatiuos in via afficit et delectat. In quē desiderant angeli prospicere.j. Pet.j. Hic enim est ceteris maior et dignitate et natura: quia ꝯm Job.xj. Altior est celo/ profundior abysso/longior terra/⁊ latior mari. Et hic duplicem habet colorem.i.naturam/spiritualem scilꝫ et corporalem: et ideo Philadelphus.i.deus pater vel spiritussanct⁹ ipsum fecit imaginē quattuor cubitorum: q̄r Christus constat ex quattuor rebus: duabus scilꝫ corporalibus carne et sanguine: ⁊ duab⁹ spiritualibus: scilꝫ anima ⁊ diuinitate: ⁊ ideo in thesauro regis eterni/scilꝫ in paradiso/nihil eo preciosius potest esse/nec etiam in thesauro regū terre.i.in corde virorum iustorum. Preciosior est cunctis opibus: dici
2 tur de sapientia dei. Prouer.iij. ¶ Topazius est gēma clarissima/aliarum superans claritatē: gēmarum sibi obiectarum in se recipit claritatē: inspicientes delectat: formā habet specularem: idolum enim in se receptū inuersum videtur/sicut in speculo concauo. Talis est beata virgo: q̄r ista ceteris gēmis.i.sanctis clarius emicat et resplendet: ⁊ hoc quātum ad cōscientie puritatē/quātum ad castimonie claritatem/quātum ad apparētie venustatē/et quātum ad sapientie synceritatem: et ideo nō immerito debet inspicientes.i.deuotos ⁊ cōtemplatiuos non modice delectare. Nā tantam habet sanctitatis ⁊ consciētie claritatem/ꝙ gēmarum aliarum claritatē.i.aliarum mulierum virtutem ⁊ sanctitatem superauit: q̄r nec primā similem visa est.⁊c̄.et gēmarum sibi obiectarum gratiam ⁊ splēdorem reddidit/et maxime in beata incarnatione: vbi per suam gratiam spiritussanctus superuenit in eam/ et per suam presentiā dei filius (qui est claritas dei patris) in eā subintrauit. Ista eñ est specularis nature: quia est speculum sine macula Sap. vij. Et ideo quādo deus pater in eam respexit per suā gratiam/ipsa pro certo ad modum speculi eius imaginem.i.filium in seipsa recepit per beatam incarnationem: ⁊ eū tandem in natiuitate presentauit hominib⁹ et ostendit. Verūtamen istam imaginē receptam ostendit nobis inuersam: quia sicut in re inuersa illud qd̄ est supremū / efficitur infimū: sic vere in Christi incarnatione ista imago fuit inuersa: quia scilꝫ dei filius qui omniū rerum est superior dignitate/factus est inferior humilitate. Deutero.xxviij. Ipse descēdet/⁊ erit inferior. ¶ Topazius sequit̄ motum lune:
3 quia scilicet maioris est virtutis vel minoris scd̄m ꝙ luna plus vel minus recipit incrementi. Et valet ꝯm Diosc. cōtra lunaticam passionem. et est topazius gēma splēdidissima: et maxime quādo solis radijs est percussa: que aliarū gēmarum in se recipit claritatē: inspicientes autē summe reficit ac delectat. Topazius est virtus honestatis/ que pre ceteris rutilat exterius per boni exempli dationem: ⁊ summe delectat inspicientes: quia vere pulchrū est videre personam honestam et maturam: ⁊ maxime quando solis radijs.i.gratia spiritussancti repercutitur ⁊ illuminatur: in se etiā claritatem aliorū.i.bona exēpla ⁊ virtutes que in alijs videt/per imitationem recipit: ⁊ sibi ea incorporat ⁊ adiungit. Per lunā ergo que est mutabilis ⁊ variabilis/ intelligo humanā voluntatē: que vere semper mutatur de vna cogitatione ad aliam/et cetera huiusmodi. Quanto ergo luna plus abundat in lumine gratie dei / tanto vere topazius.i. bona ⁊ honesta conuersatio plus habet de efficacia ⁊ virtute: quia parum valet bonitas exterior ⁊ honestas/nisi interius lumen celestis influat maiestatis. Ideo bona persona dicit illud Job.xxxj. Vidi solem cū fulgeret/⁊ lunā incedentē clare ⁊c̄. Quia sicut dicitur Job.viij. Non potest viuere carectum sine aqua. Et sicut topazius habet formam specularem: ita vere honestas est aliorum speculū ⁊ exemplar. Splendor enim est lucis eterne/et speculū sine macula. Sap.vij. ¶ Topazius vndas bullientes compescit/et
4 bullire non permittit/iram ⁊ tristitiā reprimit/⁊ phrenesim ⁊ mortē subitam expellit: ꝯm Dios.⁊ lapidarium. Talis est virtus benignitatis: q̄r vere illos qui per furorem ⁊ iracundiam bulliunt atq̄ feruēt/reprimit atq̄ sedat/⁊ ideo cōtra phrenesim ⁊ iram.i.cōtra peccatum furoris ⁊ crudelitatis summe valet: ⁊ per consequens mortem facit euadere sempiternā: q̄r vir iracūdus suscitat iras: qui autē patiens est/ mitigat suscitatas. Prouerb.xv. Vel expone de patientia.
5 ¶ Topazius sanguinē stringit: ⁊ valet cōtra lunaticā passionē. Talis est abstinētia vel castitas: q̄ sanguinē carnalis voluptatis restringit: ⁊ valet cōtra lunaticā passionē.i.contra mentis leuitatē ⁊ mutabilitatē. ¶ Topazius gestatus
6 sanguinē stringit: tristitiā tollit: ⁊ mortē subitaneam impedit. Sic beata virgo gestata p̄ deuotionē/sanguinē luxurie restringit: ⁊ iracūdiā sedat: ⁊ a morte subitanea nos preseruat. Exemplū de Normano flagitioso qui ieiunabat sabbatum in virginis honorē/cui⁹ caput ab inimicis subito truncatū/tamē cōfessum fuit. ¶ Topazius sequit̄ motū lune: ⁊
7 scd̄m eam suā virtutē regulat ⁊ disponit: ⁊ cū sit nature specularis/imaginē tamē receptā inuersam rep̄sentat. Tales sunt multe leues persone: q̄r vere secūdum lunam.i.scd̄m mutabilitatē sue vane voluntatis (ad Ephe.j. Omnia operatur secūdum cōsilium volūtatis sue) vel etiam secūdum lunā.i.scd̄m cursum mutabilis prosperitatis seipsos regūt. Eccli.xxvij. Stultus aūt vt luna mutat̄. Et quādo aliqua imago vel species eis offertur.i.quādo aliqd̄ bonum exemplum vel mādatū tribuitur/ip̄m pro certo inuersum representāt: q̄r scilꝫ totū faciūt contrariū oīm que viderūt vel ab alijs audierūt. Mādata eñ dn̄i audiētes/oīa fecere ꝯtraria. Judicū.ij. ¶ Pli. dicit ꝙ si topazion polias/ip̄m obte
8 nebras ⁊ obscuras: si vero ꝓprie nature relinquit̄/tunc clarior ⁊ speciosior inuenit̄. Sic ꝑe mlt̄i sunt q̄ sibiipsis relicti/ nec linguis adulatorū politi/clari sunt ⁊ virtuosi: qui si per adulationem poliantur/tunc sepe fit ꝙ cōcepto inanis glorie spiritu/a claritate.i.a virtute quā habuerant/obscurantur. et ideo Exo.xx. precipitur fieri altare de lapidibus nō politis. Vel dic ꝙ deus/beata virgo et sancti ita sunt clari et preciosi/ ꝙ si ipsos polire.i.cōmendare voluerimus/claritatem eorum magis minuimus q̄ȝ augemus: claritasq̄ ⁊ honor suus nullatenus ꝯualescit per quācūq̄ polиturā laudis quā ligua hominis sibi facit: quinimo (sicut dicit Grego.) quicquid dici potest/eo ipso quod dici potest laudis diuine/indignum est. Vel dic ꝙ multi sunt qui si per prosperitatem ⁊ gloriam poliuntur/a claritate virtutū et bonorū operum minuunt̄: qui si sibiipsis relinquantur/ et in suo sta

ru et paupertate dimittātur/ in claritate virtutum perseuerare noscuntur: et ideo deus multos impolitos.i.impromotos/rudes ⁊ pauperes sine opulentia ⁊ sine scientia dimittit: q2 talem polliturā ipsis nō proficere sentit. Uel dic ꝙ politura seu fricatura est correctio: que q̄uis generaliter proficiat/ multi tamen sunt quos magis ledit q̄ȝ iuuet: ⁊ quos magis obscurat q̄ȝ poliat. Uel dic ꝙ politura est fama.⁊c̄. sicut supra.

Cap.cxxvj.de lapide Turcoi: nā ita apd Vincētiū ex Arnoldo legit/ vn̄ auctorē nr̄m hec excerpsisse puto.

Turgogis est lapis flauus/ qui visum cōfortat/ ⁊ hilaritatem generat. Talis est vir perfectus/ flauus ⁊ pallidus per penitētie maceratione: quia visus aliorum confortat per honestam cōuersationem: ⁊ in eis hilaritatem efficit ⁊ letitiā spiritualem/ scilꝫ suis verbis cōsolatorijs atq3 factis. Gaudete cum gaudentibus.⁊c̄. ad Ro.xij.

Capitulum.cxxvij.de terra sigillata.

Terra sigillata est vena terre medicinalis/ cuiꝰ virtus est restringere sanguinem/ ⁊ valet cōtra arteticam et inflaturā/ ſm Plat. Talis est humilitas/ vel etiam memoria mortis: quādo scꝫ terra.i.corpus sigillabit in sepulchro: que vere nature est restrictiue: q2 per memoriā mortis sanguis voluptatis carnalis restringitur: inflatura superbie mitigatur: et artetica pigritie penitus abdicat. Ideo Eccli.xiij. Memor esto q̄m mors non tardabit.

Capitulum.cxxviij.de tartaro.

In masculino legit tartarus in lib. de proprietatibus rerum: vt est videre in horto sanitatis.

Tartarum est fex vini siccata contra doliū: ⁊ est calidū ⁊ siccum: ⁊ virtutē habet laxandi/ mundificandi ⁊ cōsumēdi: ⁊ valet contra serpiginē/ scabiem/ ⁊ capitis immūditias. Vinū est ꝓsperitas ⁊ voluptas mūdana: eius fex et residentia significat penam eternā: que finis est mūdane voluptatis. Tartarū ergo est calide ⁊ sicce nature: q2 vere illa pena est calida ꝑ ignem inextinguibilē: ⁊ sicca ꝑ absentiam oīs humoris ⁊ voluptatis. Sed vere istud tartarū est modo medicinale/ scilꝫ illis qui ipm̄ habēt in memoria: q2 vere ꝑ eius timorē homo laxatur ꝑ contritionē/ mundificat ꝑ cōfessionem/ ⁊ consumit ꝑ corporis ⁊ carnis macerationē ⁊ penitētie satisfactionē: ⁊ sic a serpigine ⁊ prurigine.i.a pruritu desideriorū carnalium liberat. Ideo istam fecem debent peccatores bibere ꝑ eius considerationē. Esaie.lj. ⁊ Eze.xxiij. Calicē vini furoris dn̄i bibisti ⁊ potasti vsq3 ad feces. Istā etiam fecem bibent in inferno sensibiliter illi qui modo nolunt eā potare mētaliter. vnde psal. Fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terre.

Capitulum.cxxix.

Vitrum ſm Auicēnam est inter lapides/ sicut stultus inter hoīes. declinat enim ad omnē tincturam. Nam quādo ī fornace liquefit/ in quēcunq3 colorem faciliter transmutat/ ita ꝙ smaragdi vel hyacinthi quādoq3 species representat: ⁊ hoc accidit ex substātie puritate: quā in fornace acquirit: ſm Isidorū. Vitrum est homo: q2 vere quādo in fornace diuine dilectionis et cōtritionis vel tribulationis conflat: tunc cōtrahit tātam substātie.i.cōscientie puritatē et habilitatem/ ꝙ a deo in quēcunq3 colorem bone ⁊ honeste conuersationis faciliter tingitur ⁊ mutatur: ita ꝙ per suā bonā conuersationē lapides preciosos.i.sanctos qui precesserūt representat. Uestiui te multis coloribus. Eze.xvj. Uel dic ꝙ vitrum significat personā leuem/ que nō seruat determinatum colorē/ perseuerādo.s.in vno ꝓposito vel verbo/ immo si quādo in fornace iracūdie vel tentationis vel mūdane ꝓsperitatis conflat/ statim a diabolo in quēcunq3 colorem.i.in varietatē ꝓpositi trāsmutat. Istud patet in iracūdis/ qui subito veterum amicoꝝ fiunt inimici/ ⁊ illos quos primo dilexerant/ persequūtur. Patet in adulatoribus: qui in fornace prosperitatis ad omnē colorem.i.ad oēm voluntatem aliorū per mēdacia se cōuertūt. Sap.xvj. Ad quod quisq3 volebat cōuertebatur. Applica contra iracundos. Eze.j. Cum eūtibus ibant/ et cum stātibus stabant. Quia scilꝫ tales semꝑ se solent cōformare dictis/ factis ⁊ volūtatibus aliorum/ et maxime principū ⁊ magnatū. ¶ Uas vitreum pulchrius est ceteris ⁊ splendidius: facile tamē frangitur/ nec amplius restauratur. Nam nisi faciliter frangeretur/ preciosius et nobilius q̄ȝ vasa aurea putaretur. Unde dicit Isido. ꝙ quidā fecit vitrum ductile ⁊ malleo reparabile. Unde corā Tiberio cesare phialā vitream quā fecerat/ proiecit: quā nō fractā sed plicatā malleo reparauit: qd̄ vidēs cesar/ statim eū iussit decollari: ne dum hoc agnitū esset/ auri preciositas deperiret: q2 reuera si vasa vitrea nō frangerētur/ meliora q̄ȝ aurea putarent: vt dicit ibidē. Charissimi/ vas vitreū est ꝓsperitas mūdana: que ꝓ certo licet videat splēdida ⁊ gloriosa: tamē facile ꝑditur/ scilꝫ ꝑ mortem vel ꝑ tribulationē: nec tamē ampliꝰ restaurat: sed ista sui fragilitas facta est/ ne vasa aurea.i.celi glia ⁊ vita eterna vilia putarent: q2 vere nisi mūdi ꝓsperitas cito ꝑderetur/ ꝓciosior q̄ȝ eterna a fatuis putaret. Unde psal. Pro nihilo habuerūt terrā desiderabilē. Uel dic ꝙ vitrū est hypocrita/ qui vere splēdet exterius/ ⁊ pulcher videt per bonam suā cōuersationē: faciliter tamē frangit ⁊ destruit ꝑ apostasiam: nec vnq̄ȝ ampliꝰ restaurat: q2 tales vt cōmuniter ad penitētiam minime reuertunt quādo cadunt: et hoc deus patitur/ ne tales reputent ab hoībus meliores q̄ȝ vasa aurea.i.q̄ȝ viri boni et iusti: q2 vere si hypocrite durarent/ boni respectu eorū nihilum putarent. Threno.iiij. Filij syon inclyti reputati sunt in vasa testea. Uel dic ꝙ vas vitreū est diues mūdanus: qui videt pulcher quātū ad prosperitatē mundanā ⁊ gloriā temporalē. vas autē aureū est vir iustus ⁊ ꝑfectus. Illi ergo vitrei mūdani faciliter frangunt ⁊ dissipantur ꝑ mortē temporalē ⁊ eternam: nec tamē ampliꝰ reparantur: q2 nō reuertentur de tenebris ad lucem. Job.xv. Uas autem aureū.i.iustus/ etsi per mortem frāgatur: tamē a deo in die iudicij restaurat/ vt cum deo ꝑpetuo perseueret. Eccli.l. Tanq̄ȝ vas auri solidum/ ornatum omni lapide precioso. Et hoc est necessarium: quia alias vitrei mundani diuites meliores putarentur/ q̄ȝ aurei viri sancti. Unde Cesar et imperator deus occidit illum/ scꝫ diabolū/ qui voluit facere vas vitreum durabile.i. peccatorem semꝑ viuentem: dicendo Adam: Geñ.iij. Nequaq̄ȝ moriemini: sed eritis sicut dij. ¶ Uitrum ergo est lucidum et perspicuū: ⁊ ideo imaginū representatiuū: quapropter ⁊ de vitro specula cōponunt. Talis est vir ꝑfectus ⁊ honestus: q2 iste recte est speculū aliorum: quia scilꝫ quilibet potest in eo videre imaginē suam: quia scilꝫ per comparationē ad statum ⁊ vitam eius/ quilibet potest cogitare quis ⁊ qualis debet esse. Unde iustus (Sap̄. vij.) speculum sine macula/ et imago bonitatis dei dicit. Uel dic ꝙ vitrū est sacra scriptura: que clara et perspicua dicit/ propter omnimodā veritatē: quia scilꝫ imagines rerū futurarū/ vel imagines oīm bonorū documētorum ⁊ exemplorum in ea dilucide cognoscūtur: et ideo scriptura fuit figurata in mari vitreo quod fecit Moyses in introitu tabernaculi/ vt ibidem sacerdotes ministraturi lauarētur ⁊ specularētur. Et sic in scriptura viri ecclesiastici possunt accipere speculum ⁊ loturam. Uel vitrū est paradisus/ in quo est perspicuitas visionis/ ⁊ claritas ⁊ puritas conditionis: et vbi imagines dei et sanctorum perfecte vidētur in propria quiditate. Ideo dicitur Apoca.xxj. Ipsa vero ciuitas aurum mūdum/ simile vitro mundo. et sequit: Platee ciuitatis tanq̄ȝ aurum/ et tanq̄ȝ vitrum pellucidum. Uel dic ꝙ beata virgo que recepit imaginem filij dei/ et eū nobis representauit. ⁊c̄. et adiunge ad.§. Maria. Et sicut vitrum colorat faciliter: sic vir ꝑfectus colores virtutum et perfectionum et bonorum exemplorū faciliter recipit et ostendit. Uel dic ꝙ nos debemꝰ aliorum imagines et bona exempla recipere per imitationem/ ⁊ ea representare per bone operationis exhibitionem. ¶ Est quidā lapis dictus obsianus/ seu obsidiana/ de natura vitri: qui nūc viridis/ nunc niger inuenitur: de quo falsi artifices faciunt gēmas: que scilicet sunt alijs similes in colore/ sed nullatenus in valore. Sic falsi artifices diaboli de lapideis peccatoribus faciunt videri gēmas per hypocrisim et palliationem: qui licet in colore apparentie/ nō tamē in valore perfectionis ⁊ virtutis sunt similes bonis gēmis.i. viris iustis.

Capitulum.cxxx.de lapide vdachite.

In exemplaribus quibusdã legitur Udachites ꝛ Uerachiten/qđ est in capite sequẽti: in alijs ydachites/ sed parum id refert:qm̃ y sepe in v transit.

Vdachites est lapis colore fuluus/figura rotundus: qui in se cõtinet alium lapillũ/qui tinnire et sonare intra eum auditur:et hic lapis perpetuis aque sudoribus semp stillat: et ideo ab aliquibus creditꝫ ꝙ sit idẽ qđ enydros. vide supra. Talis est beata virgo:que fuit rotunda et volubilis p obedientiam/fulua p penitentiã. Nam ista intra se/scilicet in suo sacro vtero/continuit alium lapillũ preciosum/scilz dei filium incarnatum:ꝛ hic sudorem misericordie ppetuo nobis stillat. vide supra de enydro.

Capitulum.cxxxi.

Uidetur is lapis quem gratitem supra appellauit.

Verachiten est lapis qui gestat⁹ ab homine non mordetur a muscis/nec ab apibus infestatur/ꝛ creditur valere contra venenũ/ꝟm Diosco. Sic est Christus/vel beata virgo/vl' etiam quicũqꝫ sanctus: quia si gestetur p deuotionẽ/musce et apes.i.tẽtationes ꝛ demones vl' male cogitatiões homini nõ nocebũt. Nam hic contra venenũ peccatoꝝ valet. Uel dic ꝙ hic lapis significat munera vel adulationẽ: quorum alterum si quis secum portauerit/a muscis.i.a prauis balliuis ꝛ iudicibus non ledetur/ꝛ per correctionẽ ab his nõ pũgetur. Donũ enim hoĩs dilatat viam eius: et ante pricipes spatium ei facit. Prouerbioꝝ.xviij.

Capitulum.cxxxij.

1 Zimentellazuri legitur apud Uincentiũ:similiter et in horto sanitatis.

Umeth idẽ est qđ lapis lazuri/quedã scilz vena 3 terre medicinalis/que tãto melior/quãto colori celesti vicinior:ꝛ valet cõtra multas passiones: primo aũt debet optime teri/ꝛ multotiẽs ablui/ deinde dari patiẽti. mire enim soluit et purgat. Talis est sacra scriptura:que optime debet teri p expositionem/lauari p oĩs adulationis eliminationẽ/ꝛ deinde dari infirmo peccatori per predicationẽ:et sic soluetꝫ per contri- 2 tionem:et purgabitꝫ per confessionẽ:ꝛ ab infirmitate peccati sanabitur per satisfactionẽ. ¶ Lazurium/azur/fit de isto lapide vel de laminis argẽteis et aceto:sicut fit cerussa de plumbo. Uide supra/et expone si vis.

Capitulum.cxxxiij.

Apud Uincentium similiter et auctorem horti sanitatis zignites legitur/non zingrites.

Zingrites est lapis vitreus/ qui suspẽsus ad col- 3 lum/sanguinẽ stringit/ mentis alienationẽ depellit/ꝛ apposit⁹ ad lignũ accẽsum/ eius flãmã extinguit:ꝟm Diosc. Lapis iste significat abstinentiã vel castitatẽ: que vitrea est p puritatẽ:et sanguinẽ stringit.i.carnis delicias et voluptatẽ/et mentis alienationẽ.i.feruorẽ volũtatis reprimit:qꝛ si ad lignũ accensum.i.si homini accenso p carnalia desideria adiungitꝫ/iste lapis/virtus.s.castitatis vel abstinẽtia/ flãmã malorũ suorum desideriorũ ꝛ tẽtationũ extinguit. Uel dic ꝙ iste lapis est virtus benignitatis/que flammã iracũdie in alijs extinguit. Uel dic ꝙ memoria mortis extinguit auaritie ꝛ luxurie flãmã/vl' virt⁹ patiẽtie:qꝛ sicut dicitꝫ Prouer.xv. Uir iracũdus puocat rixas:q̃ autẽ patiẽs est/mitigat suscitatas.

¶ Incipit liber duodecimus de herbis/plantis et arboribus.

Capitulũ primũ de arboribus in generali.

1 Arbor ꝟm Isidoꝝ dicitur ab aruis/eo ꝙ in eis nascatꝫ. Et generalitꝫ ꝟm Aristotelẽ/due sunt arborum species: scilz masculus ꝛ femella.ꝛ hoc est verum in omni specie tam arborum q̃ꝫ herbarum. Et est masculus femina durior/solidior/ ramosior/ densior/siccior: et fructus eius maturabilior/sed breuior/et folijs est fecundior/sed asperior:ꝛ hoc totum propter maiorem caliditatẽ et siccitatem/que partes plante diuidit/secat et exasperat et desiccat: ꝟm Aristote. Arbor est homo:sed due sunt eius species et nature:quidam masculi/et hi sunt prelati vel religiosi vel perfecti:quidam femelli/ꝛ isti sunt subditi respectu prelatorum/ seculares respectu religiosorũ/ imperfecti et peccatores respectu perfectorum. Sed vere masculi isti sunt femellis istis validiores per constantie firmitatem/ramosiores per bonarum affectionum multiplicitatẽ/sicciores per penitentie vel abstinentie austeritatem/ in folijs.i. in verbis asperiores per correctionis asperitatem/in fructibus.i.in diuitijs breuiores per volũtariam paupertatem:ꝛ hoc totum facit calor charitatis/siccitas penitẽtie vel austeritatis:qua debent pre alijs abundare. ¶ Quãdo arbor 2 est multum solida et compacta / tunc humor non sinitur a siccitate fluere exterius: et sic minus abundat talis arbor etiam in fructibus ꝛ in ramis. Sic vere in illis qui sunt solidi per constantie firmitatem/scilz in viris perfectis/siccitas diuini timoris/penitẽtie vel abstinentie vel macerationis non sinit humorẽ.i.affectionem interiorẽ exire exterius ad terrena/scilz per vanos auaritie appetit⁹: sed ipsam resecat ꝛ refrenat: et ideo hodie boni viri et iusti nõ abũdant in ramis tẽporalium possessionũ/ nec in fructibus diuitiarum : quia scilz sancti et boni erant in hoc mundo quasi nihil habentes et omnia possidẽtes.ij.ad Corin.vj. ¶ Ma- 3 sculus discernitur a femella (scđm Aluredum) per pullulationem citiorẽ. citius enim pullulat masculus q̃ꝫ femella. Item per odorẽ: quia mas odorosior est vt cõmuniter q̃ꝫ femella. Sic vere prelati a subditis/ boni a malis/ꝛ religiosi a secularibus debent diuidi et distingui et quo ad pullulationem bone operationis/et quo ad odorem bone fame et conuersationis:quia vere citius et prõptius et facilius debent per bona opera et affectiones pullulare/ꝛ odorem bone fame fortius diuulgare. Ideo dicitur Eccli.xlix. Fructificate quasi libanus/odorem suauitatis habete. ¶ Folia 4 palme masculi ita copulantur cum folijs femine quando inuicem coniunguntur/ꝙ vix possunt abinuicem separari: scđm Aluredũ ibidem. Sic vere si tu sis imperfectus/mũdanus/femineus vel peccator/necesse est tibi ꝙ cum folijs palme masculi.i.cum bonis et perfectis viris per societatem et amicitiam indiuisibiliter te coniungas : quia scđm Senecã: Sic diligam⁹ q̃si desinere non liceat. Et ad Roma.viij. Quis nos separabit a charitate Christi? ¶ Sunt 5 quedam arbores que cõferunt alijs q̃ iuxta eas sunt plãtate. vnde malogranate oliuis conferunt/si iuxta eas sint plãtate/scilz quia malogranata abundat in calore:qui nature competit oliuarum: vt dicit Aristo. Uere tales sunt boni ꝛ iusti:quia semp iuuant verbis/operibus et exemplis alios sibi iunctos.i.socios ꝛ vicinos. Unde si malogranate.i.viri religiosi perfecti et contemplatiui granis virtutum repleti/oliuis.i.bonis personis actiuis ꝛ misericordibus coniungantur / ita ꝙ alter alterius societatem sectetur/tunc vere eis confert: quia per bonam societatem semper ad melius perueniunt:quia cum sancto sanctus eris. Et hoc totũ accidit propter calorẽ charitatis/qui in viris perfectis abundat/qui bonitatem perficit aliorum. ¶ Secũdum Aristo. 6 lib.aĩal.xviij. Arbor que cito et multũ facit fructũ/cito desiccatur: quãdo scilicet cibus transit in semen.i.quãdo humor cibalis et nutritiuus transit in fructum vel semẽ. Sic vere multi sunt qui cito/scilicet a iuuentute/ faciũt fructũ bonorum operum et multum: qui scilicet in iuuentute preceteris sunt feruentes:ꝛ tales pro certo sepissime accidit ꝙ cito desiccãtur et priuantur profectu bonorum operum per peccatum ꝛ imperseuerãtiam: quia substantia ad quã festinatur in principio/in fine benedictiõe carebit. Prouer.xx. ¶ Secũdum Isidorum/arbor dicitur ab adherendo:quia 7 terre adheret: et inde primo nascẽs est herba: tandẽ crescit in fruticem: post in plantulã nouellã: ꝛ tandẽ est arbor magna. Sic homo quando primo generatur a terra.i.a matre vel ecclesia/paruus est quo ad merita: sed tandẽ semp debet de bono in melius proficere / ita ꝙ in fine.i.in senectute magn⁹ sit quo ad merita et virtutes: vt sic ad magnitudinẽ paradisi finaliter deducatur. j.ad Chorinth.xiij. Cũ essem paruul⁹/loq̃bar vt paruul⁹: qñ aũt fact⁹ sũ vir: euacuaui q̃ erãt paruuli. Fons paru⁹ creuit in fluuiũ magnũ. Hester.x. ¶ In arboribus est anima vegetabilis / sicut 8

in aīalibus: ſed differunt/quia in plantis eſt occulta ⁊ imperfecta: in aīalibus autem manifeſta/perfecta ⁊ cōpleta: ſm Ariſto. Chariſſimi/vis vegetabilis et nutritiua ſignificat gratiam/que animā vegetat atqꝫ nutrit. Animalia autem ſunt viri perfecti/qui vident per pꝛudentiam/audiunt per obediētiam/loquūtur per oꝛationem/confeſſionē ⁊ gratiarum actionem/ ⁊ cetera ſimilia. Arboꝛes autem ſunt viri ſeculares actiui et imperfecti/moꝛe arboꝛum terre et terrenis negocijs adherentes. In vtriſqꝫ autem eſt vis nutritiua vel vegetabilis.i.gratia/ſed differēter: quia in ſecularibus eſt occulta: qꝛ ſcilꝫ parum ſe per bona opera manifeſtant. In aīalibus autem.i.in perfectis ⁊ contēplatiuis eſt completa et perfecta/⁊ per opera exterius manifeſtata. vnde Paulus.j.ad Coꝛi.xv. Gratia dei in me vacua nō fuit.

9 ¶ Arboꝛes non mouētur motu volūtario nec pꝛogreſſiuo/ ſicut animalia/nec ſecūdum motum delectationis vel triſtitie/quia nō dolent quando ſcindūtur/nec delectanꝫ quādo cibantur/nec vigilant/nec doꝛmiunt/neqꝫ ſpirant: vim enim ſenſitiuā non habent/cui omnia hec attribuūtur: nec generat arboꝛ nec generatur per ſexuū cōmixtionem: vitā tamen habet vegetatiuam/per quā fit attractio humoꝛum a terra ad ipſius nutrimētum: ſm Ariſtote. Chariſſimi/arboꝛes ſignificāt huius ſeculi peccatoꝛes/potiſſime diuites ſeculares vel mūdanos: qui pꝛo certo nō mouētur per obedientiam ⁊ ſubiectionem/nec pꝛogrediūtur ꝑ bonum pꝛofectum et operationem/nec delectātur per ſpem ⁊ cōtemplationem/nec triſtātur per timoꝛem ⁊ moꝛtis recoꝛdationem/non vigilant per diſcretionē/non doꝛmiunt per deuotionem/nō reſpirant per oꝛationē. Nam licet iſti cibētur ⁊ nutriantur pabulo doctrine ⁊ pꝛedicationis/in hoc tamen nō delectātur/ qꝛ abominabilis fit eis in vita ſua panis/et cibus deſiderabilis. Job.xxxiij. Quando etiā ſcindūtur ꝑ coꝛrectionē/tribulationē/infirmitatē vel caſtigationē/tunc vere nō de hoc dolēt/neqꝫ per contritionē triſtātur: qꝛ vulneraſti eos/⁊ nō doluerūt: attriuiſti eos/⁊ noluerunt reuerti. Hiere.v. Et iſti etiam non cōmiſcētur ſexualiter per cōcoꝛdiam ⁊ charitatem ⁊ dilectionem: vt ſic generēt per bonam operationē. Sed quare hec omnia? Vere quia nō habent vitam ſenſitiuam.i.gratiam dei/per quā ſentiant ſua mala: vel ſapientiā diuinam/per quā recte ſapiant ſentiant et diſcernant. et ideo Eſaie.xxvij. Non eſt populus ſapiēs: ideo non miſerebitur eius qui fecit eum. Sed vere iſti habent bene vim vegetatiuam.i. ſapiētiam terrenam ⁊ mundanam per quā attrahunt et acquirunt humoꝛē terre.i.diuitias tempoꝛales ad ſui nutrimētum: quia ſm Lucā.xvj. Filij huius ſeculi ſapientioꝛes ſunt filijs lucis in generatione ſua. Vel dic ꝙ arboꝛ eſt vir perfect⁹ et religioſus/qui non generat carnaliter/quia ſcilꝫ ſeruat caſtitatē: nec mouetur voluntarie: quia ſubiacet obedientie dei ⁊ pꝛelatoꝝ. Non fuit qui moueret pennā. Eſa.x. Et licet ſcindaꝫ ꝑ tribulationē: ita tamē eſt patiens/ꝙ nō ſentit nec dolet ꝑ impatientiā et murmurationē. Quando etiā cibatur ⁊ nutriꝫ humoꝛe mūdane ꝓſperitatis/non delectaꝫ nec recreaꝫ per cōplacentiā ⁊ cōſolationē: qꝛ ſcilꝫ eū pꝛoſpera nō attrahūt/ ⁊ aſpera non deterrent. Ideo.ij. Regū.xiiij. Tu es dn̄e mi rex ſicut angelus dei: vt nec benedictione nec maledictione mouearis.

10 ¶ Omnis arboꝛ habet in ſe vim ſeminariā/ per quā facere poteſt fructū/et ſuā ſpeciē in eſſe debito conſeruare. Verūtamē ad hoc ꝙ iſta virtus exeat in actū/pluribus indiget/ſcilꝫ hyeme ad humoꝛis ſeminalis aggregationē: itē vere ad eius emiſſionē: caloꝛe ſoluente ad eius ad exterius attractionē et depurationē: terra ad ſui nutrimenti cōtinuationē. Sic vere licet homo habeat interi⁹ in coꝛde ſemē.i.bonum pꝛopoſitū/ cogitationē vel affectionē/ad hoc tamē ꝙ eā poſſit in actū.i.in bonam operationem pꝛoducere/neceſſaria ſunt plura: et pꝛimo hyems.i.ſtatus paupertatis vel penitentie vel tribulationis: ver.i.ſtatus conſolationis: ſol.i.lux ſpiritualis gratie et deuotionis: terra.i. humilitas pꝛopꝛie terrene conſiderationis: et ſic ſemen boni ꝓpoſiti poterit aggregari/inſpirari/vegetari/nutriri pariter et emitti: ⁊ ſic erit homo ſicut lignū qḋ plantatum eſt ſecus decurſus aquarū: qḋ fructum ſuum dabit in tempoꝛe ſuo.

11 ¶ Scḋm Ariſto. ſol eſt pater/ ⁊ terra eſt mater oīm arboꝛū ⁊ plantarū: qꝛ ſol influēdo caloꝛē/ſe habet moꝛe patris: terra autē miniſtrando humoꝛē ſe habet loco matris. Plāte ſunt fideles et boni: ſed vere iſtoꝛū pater eſt ſol, Chriſtus: qui caloꝛē charitatis et gratie eis confert: mater autē eoꝛum eſt terra.i.eccleſia/que humoꝛe doctrine eos nutrit. Pater tuus amoꝛreus / mater tua cethea.i.fixa. Eze.xvj. Vel dic ꝙ terra eſt beata virgo/que humoꝛē ſue miſericoꝛdie nobis pꝛeſtat: quia reuera Chꝛiſt⁹ et beata virgo ſunt parentes oīm fideliū et perfectoꝛū. Ideo poteſt ipſa dicere cuilibet peccatoꝛi illud Luce.ij. Ego ⁊ pater tuus dolētes querebamus te. Vel dic ꝙ ſol ſignificat charitatē: terra humilitatē: que ꝓ certo ſunt pater ⁊ mater.i.pꝛincipiū/fundamentū ⁊ oꝛigo arboꝛū ⁊ herbarū.i.virtutū ⁊ meritoꝝ.

12 ¶ Arboꝛ humoꝛē a terra recipit ad ſui nutrimentū: et tamē ipm nō retinet ſibi/totū/ immo folia ⁊ fructus oībus annis emittit ad hoīm alimētū: renouaꝫ etiā arboꝛ vt cōiter omni anno. Sic vere boni diuites ⁊ alij qui a terra humoꝛē bonoꝝ tēpoꝛaliū recipiunt ⁊ acquirūt/nō debent eū ſibi totū per parcitatē ⁊ auaritiā retinere/immo debēt eū per elemoſynas emittere/et pauperibus elargiri. Ficus ꝓtulit groſſos ſuos. Canti.vij. Et ſic poterūt cōtinue renouari ꝑ gratias et virtutes: vel etiā renouari/quia noua pꝛo veterib⁹/eterna pꝛo caducis/ſpiritualia pꝛo terrenis recipient poſt hāc vitā. Vel dic ꝙ arboꝛ.i.homo q̇ a terra.i.deo recipit humoꝛem.i.grām vel doctrinā/debet eum oſtendere in folijs locutionum/⁊ fructib⁹ operationū.

13 ¶ Scḋm Ariſto. animal eſt plāta multo nobilius. planta eñ alligata eſt terre/et nō habet motum in ſe/ nec in ſuis partibus: nec habet diuerſas partes diuerſis officijs deputatas: ſicut in animali eſt auris ad audiēdum/oculus ad videndū: ⁊ hoc qꝛ plāta nō habet animā ꝑfectā. Sic vere aīalia.i.boni gratia ⁊ charitate animati ⁊ viuificati/multo ſunt plantis.i.peccatoꝛib⁹ inſenſibilibus melioꝛes: quia vere plante.i.peccatoꝛes in malis conſuetudinibus plantati/ſunt alligati terre.i.mundo ⁊ tempoꝛalibus per affectum: et ideo non habēt motum bone operationis: nec eoꝛum partes.i.actus et affectiones ſunt determinate vł oꝛdinate/ſed cōfuſe penitus ⁊ inepte: quia ſcilicet nec in volendo nec in operando ſolent debitā foꝛmā et oꝛdinem cōſeruare/immo ſunt ſicut terra tenebrarum in qua nullus oꝛdo ſed ſempiternus hoꝛroꝛ inhabitat Job.x.

14 ¶ Scḋm Ariſto. quedam arboꝛes habent gummi vel reſinam: quia humoꝛ interioꝛ intātum abundat/ꝙ pꝛopter ſui abundantiam totum non poteſt cedere in arboꝛis nutrimētum: ⁊ ideo ſicut ſuperfluum/ foꝛas a natura expellitur: ⁊ ſic reſina efficitur: que ſecundum diuerſas ſuas ſpecies valet contra varias paſſiones. Sic vere ſunt quedam arboꝛes.i.diuites qui ſunt gūmoſi et glutinoſi per pietatē: quia humoꝛ diuitiarū ſuarum non totus conuertitur in ſui ⁊ ſuoꝛum nutrimētum/ nec eum totū expendunt/immo eū exterius emittūt: et de eo faciunt gūmi.i.pias elemoſynas atqꝫ dulces/que vulnera tribulationū et paupꝛtatū in pauperibus ſanant. Tollite reſinam ad doloꝛem eius/ſi foꝛte ſanetur. Hiere.lj.

15 ¶ In arboꝛe ſunt vene interius in quib⁹ ſeruatur humoꝛ/⁊ ad partes ſingulas deriuaꝫ. Sunt etiam nodi exterius/mediantib⁹ quib⁹ partes ſucceſſiue generate inuicē colliganꝫ. Sic vere chariſſimi/in arboꝛe eccleſie ſunt vene.i.pꝛedicatoꝛes/qui humoꝛē ſacre ſcripture continent ⁊ doctrine: vnde totū coꝛpus eccleſie vegetant atqꝫ fouent. Sunt etiā ibi nodi.i.pacifici viri/charitatiui ⁊ ꝑfecti/ per quos aliquādo cōcoꝛdanꝫ et nodanꝫ et vniunꝫ/⁊ charitate ⁊ concoꝛdia colliganꝫ. Vel dic ꝙ arboꝛ eſt aīa/que interius in coꝛde debet habere venas.i.bonas affectiones/humoꝛem deuotionis ⁊ cōpaſſionis cōtinentes: quo ſpūaliter vegetenꝫ. Nodos etiā debet habere.i.bonoꝛū operū diſtinctiones exteri⁹ ꝑ que ſucceſſiue creſcat/vt ꝑ merita ⁊ virtutes augmenteꝫ.

16 ¶ Arboꝛ habet interius medullā quā qdā vocāt eius ventrē vel viſcera/quidā coꝛ arboꝛis: qꝛ ſcilꝫ ibi humoꝛ decoquiꝫ/⁊ purū ab impuro diuidiꝫ/ vt fructus ⁊ foliā pꝛocreenꝫ: qꝛ etiā in ea ſicut in matrice humoꝛ ſeminalis plāte generaꝫ: ⁊ inde vita arboꝛis/ ſicut a coꝛde vita puenit aīalis. Quādo autē humoꝛ deficit in ramis exteri⁹/ ſtatim fit recurſus interius ad medullā: ſicut dicit Aluredus ſup lib.de vegeta. Sic vere in arboꝛe eccłie eſt medulla.i.doctoꝛes/qui humoꝛē ſcientie in ſe ſeruant/et mēbris alijs adminiſtrant: et inde purū ab impuro.i.hereticū a ſa

no diuidunt ⁊ seiungunt: ⁊ sic vitam gratie toti arbori.i.to-
ti corpori ecclesie causaliter administrant. Eze.xiij. Viuifi
cant aīas que non viuūt. Uel medulla est prelatus/qui de-
bet esse sicut medulla humidus per pietatē/mollis per be-
nignitatē/albus per castitatē: in quo pro certo velut in ven
tre/corde vel matrice debet esse vita gratie ⁊ deuotiōis/se-
men scientie vel lectionis/ humor clementie vel cōpassio-
nis: ⁊ per eum debet alijs scʒ subditis tribui ⁊ transferri ac
etiā destinari: ⁊ ideo qn̄ in ramis ⁊ subditis est defectus hu
ius humoris/ad medullam.i.ad prelatos debet esse recur-
sus/vt ab eis sicut a fonte accipiant in suis necessitatibus
supplementū. Unde Ambro.in sermone. Quicquid in ple
be hac potest esse virtutis ac gratie/de hoc sicut de fonte
emanauit ⁊c̄. Uel ꝑ humorē intellige tēporales diuitias/
quas debēt prelati habere/⁊ in necessitate subditis dispen
sare ⁊c̄. Uel per medullā intellige christum: ⁊ dic per omīa
sicut supra. Uel dic ꝙ medulla significat pios diuites ⁊ me
dullosos/qui humorē diuitiarū ad hoc reseruāt/ vt rami.i.
pauperes necessitatis tēpore ad eos recurrāt. Ideo doce-
bat Apls.j.ad Thessa.v. Laboret manib⁹ suis/vt habeat
vnde tribuat necessitatē patienti. Uel dic ꝙ medulla in ar
bore est cor vel volūtas in aīa/ vbi cōtinet humor affectio-
num/volitionū ⁊ cogitationū: sʒ vere ista debet esse vēter/
quia ibi debēt coqui affectiones ⁊ cogitationes per discre-
tionē ⁊ examinationē/⁊ vnū ab alio/purū ab impuro/malū
a bono debet diuidi ⁊ distingui/ anteꝗʒ ad op⁹ exteri⁹ emit
tatur. exinde etiā debet deriuari et influi fructus bone ope-
rationis/⁊ foliū honeste loquutiōis/⁊ flos bone cōuersatio-
nis/motus etiā ⁊ vita gratie et deuotionis. Ideo Prouer.
iiij. Omni diligētia serua cor tuū: qm̄ ab ipso vita ꝓcedit.

17 ¶ In arbore est cortex ad interiorū defensionē/⁊ sui termi
nationē: qr quod facit coriū vel cutis in aīali/hoc facit cor
tex in planta: vt dicit Isid. Sic vere in hoīe requiritur cor-
tex.i.exterior bona cōuersatio, que īteriora cōtegat ⁊ defen
dat/scʒ gratias ⁊ virtutes: ⁊ hoīem terminet per bona ope-
ra: ⁊ ne per violētiā defluat/eū arctet. Uel per cor intelligo
prelatū: qui debet alios scʒ totū corp⁹ ecclesie circuire per
discretionē/defendere a nocumētis vitioꝝ ⁊ temporalium
tribulationū per iudicialē protectionē: ⁊ terminare/regere
scilicet et arctare per correctionem. Uel dic ꝙ cor est exte-
rior penitentia: q̄ aīam interius defendit a vitijs et pecca-
tis/et eam terminat et arctat ne exterius per vanas affe-
ctiones defluat circunquaꝗʒ. Et sicut arbores que habent
durum corticem/multum crescunt et eleuantur/sicut pa-
tet in pino/abiete ⁊ palma: et hoc quia humor non sinitur
defluere in latum/ ꝓpter durū corticē circūstantem/ et sic
in altum cogitur eleuari: sic illi qui duro cortice peniten-
tie vel tribulationū inuoluūtur/quo ad virtutes et merita
pre alijs augmentātur/et in altū per cōtēplationē et affe-
ctionē eternorū superius eleuentur: ⁊ hoc quia humor affe
ctionū suarū dilatari circūquaꝗʒ ad tēporalia non sinitur:
quia per timorē ⁊ penitētiā reprimitur: et sic dico ꝙ habet
superius ad eterna dirigi et leuari. Job.xl. Circunda tibi
decorem.i.penitentie macerationem: que scʒ decorat atꝗʒ
polit: et in sublime erigere per eternorum affectionem et
conceptionem/et speciosis induere vestibus ꝑ bonam cō-

18 uersationē. ¶ Lignū et stipes est pars arborū fortior/soli-
dior ⁊ rectior ⁊ albior/q̄ a radice exiēs/vsꝗʒ ad summitatē
arboris se protendit: ⁊ oēs ramos arboris in se portat: et a
radice humorē hauriens atꝗʒ sugens/ipsum statim ad ra
mos nutriendos dirigit ⁊ trāsmittit. Et stipes etiā ꝗuis
durus ⁊ solidus sit exterius/interius tamē habet medul-
lam tenerā atꝗʒ mollē; exterius habet corticē/folia/flores
fructus. Et est stipes totius arboris fundamentum/ ⁊ est
stipes medius inter radicē ⁊ ramos. Et dicitur lignū/eo
ꝙ faciliter accēsum prebeat cito lumen. Dicit etiā stipes/
eo ꝙ per fortitudinē magis sit solidū ⁊ stipatū: ſm Isido.
Talis est per oīa bonus prelatus ⁊ etiā quilibet vir perfe-
ctus/⁊ maxime ecclesiasticus vel religiosus: quia vere ipse
est medius inter radicē.i.deum/et ramos.i.populū. Deut.
v. Ego sequester ⁊ medius fui inter vos ⁊ deum. Et ideo a
radice deo debet sugere ꝑ deuotionē/humorem doctrine ⁊
consolationis: vel humorē etiā temporalis subuētiōis: quē
statim debet ad ramos.i.ad subditos mittere/eos sclʒ do-
cendo/⁊ eis temporaliter succurrendo. Ipse eñ totius ar-
boris ecclesie vel collegij debet esse stabile fundamentū: ⁊
sua discretione/doctrina ⁊ sapientia debet ramos.i.subdi-
tos portare in bonis operib⁹/et in statu grē vegetare. Ego
quasi nutritius effraim portabam eos. Osee.xj. Et iste pro
certo debet esse alijs personis ⁊ ramis collegij solidior per
constantie firmitatē/ rectior per iustitie equitatē/ albior ꝑ
munditie castitatem. Et licet sit in apparentia durus ꝑ ri-
goris austeritatē/interius tamē in conscientia debet habe
re medullam.i.dulcorē ⁊ pietatē. Nam ꝗuis exterius rigo
rem ostendat/interius tamē in corde semꝑ debet benigni-
tatem/charitatē ⁊ pietatem habere. Unde August. Plus
operetur charitas ꝗʒ seueritas. Iste etiam exterius debet
habere corticē bone cōuersationis/folia sane loquele ⁊ pre
dicatiōis/et fructus bone operationis: ⁊ sic dicet lignū/ꝗ eo
ꝙ faciliter debet accendi per charitatem/⁊ lumen bonorū
exemplorū ostendere alijs per vite honestatē. Scdm ligna
silue exardescit ignis. Eccli.xxviij. Expone si vis per oīa
de viris perfectis/qui sunt medij inter deum ⁊ peccatores.
Uel expone de Christo/qui medius est inter deū patrem ⁊
homines/et totius arboris ecclie fundamentū ⁊c̄. sicut su-
pra. Mediator dei et hominum homo Christus iesus.j.ad
Timo.ij. ¶ Arbor domestica nisi culta fuerit/ fit siluestris.

19 siluestris etiā si bene culta fuerit/ in domesticam conuer-
titur. Expone hoc ꝑ oīa sicut de vinea vel de rosa. ¶ Que

20 dam arbores faciūt oleū ⁊ fructū/et hoc ꝓpter humorē vn-
ctuosum ⁊ aereū sufficientē: quedā autē non / propter talis
humoris defectum. Sic vere in quibusdā hominib⁹ est hu
mor/scʒ affectiōis/vnctuosus.i.dulcis/pius ⁊ charitatiu⁹:
et ideo tales non tantū faciunt fructum bone operationis/
immo etiam oleū elemosynarum et cōpassionis. Alij autē
qui humorē vnctuosum pietatis ⁊ dulcedinis in corde suo
non habent/oleo et fructu isto exterius sepe carēt. Oleum
ergo de capite tuo non deficiat. Eccl's.ix. ¶ Diuersifican-

21 tur arbores in forma: quia quedā sunt equales/quedā vero
non: quedā pestiferum afferunt fructū/quedā salubrē: que-
dam folia multa/quedā pauca: quedam aspera/quedā pla
na: quedā etiam arbores habent spinas/quedā non: quedā
habent fructus rubeos/quedam albos: ⁊ quedam nigros.
Similiter de floribus. Sed tota ista diuersitas prouenit
ex diuersitate humorū interiorum / et caloris diuersimode
agentis in humorē: quia scdm interiora arborū lignum ex-
terius variatur. Charissimi/ꝑ arbores intelligo homines.
Mar.viij. Uideo homines quasi arbores. Sed vere isti di-
uersimode hodie variantur: quia non oīs caro eadem caro
⁊c̄.j.ad Corin.xv. Quidā eñ sunt equales per iustitie equi
tatem/quidam inequales per acceptiōes personarū/et iu-
stitie iniquitatem. Itē quidā habēt salubres fructus.i.opa
bona et deo accepta: alij autē mala ⁊ pestifera: quidam ni-
gra.i.vilia ⁊ īfamia/sicut luxuriosi: quidam rubea ⁊ alba et
pulchra et famosa ⁊ honesta: quidā etiam habent spinas.i.
peccata/quidā nō: quidā habent folia.i.verba multa ꝑ lo-
quacitatem ⁊ garrulationē/aspera ꝑ murmurationē/pun-
ctionē ⁊ impatientiā/inuoluta ꝑ falsitatē et calliditatē: q̄-
dam aūt ecōuerso habent verba pauca/plana/veracia/le-
nia et benigna. Sed vere hec oīa sic exterius in apparētia
in hominib⁹ variātur ꝓpter varietatē humoris.i.affectio-
nis quā interius sortiūtur/et propter diuersitatē caloris ce
lestis gratie et inspirationis: q̄ in diuersis diuersimode in-
uenitur: quia generaliter scdm interiores affectiones/exte-
riores mores et conditiones variantur et diuersificantur.
Eccli.xiij. Cor hoīs īmutat faciē eius/siue in bono siue in
malo. Unde Grego. Per hec que foris apparent/q̄d intus
lateat aperitur. ¶ Fructuū alij sunt angulares/ alij rotū-

22 di/alij rubei/alij nigri/alij albi: et hoc totum ex diuersita-
te humorū et calorū habet fieri: quia scdm ꝙ calor inuenit
humorē magis digestibilē/scdm hoc fructū in suis cōditio
nib⁹ variat et disponit. Et inde etiā fit ꝙ quidam fructus
citi⁹ ꝗʒ alij maturant. Sic vere quidā hoīm sūt angulares
ꝑ cōstantie firmitatē/alij rotundi ꝑ obedientie velocitatē/
alij rubei ꝑ charitatē/alij nigri ꝑ humilitatē / alij albi per
castitatē/alij cito maturabiles ꝑ vite seueritatem/et morū
honestatē. Sed hoc totū ꝓcedit ex humore interioris affe-
ctionis ⁊ grē/et calore diuine inspirationis/que in diuersis

diuersimode operãtur. Diuisiones eñi gratiarũ sunt: vnus aũt spiritus diuidens singulis prout vult. j. ad Corinth. xij.
23 ¶ Quidam fructuũ cito/ alij tarde maturescũt: ⁊ hoc quia quãdo calor inuenit humorẽ dispositum ⁊ bene digestibilẽ tũc introducit citiꝰ maturationẽ. patet in ceraso ⁊ in moro. Si autem humor grossus fuerit/ compactus ⁊ indigestus/ tũc quia colori agenti faciliter nõ obedit/ necesse est ꝙ maturitas retardetur: sicut patet in fructibus autũnalibus: et etiam eadẽ est ratio de cita vel tarda productione folioꝝ ⁊ florum. Arbor est homo: fructus eius sunt opera bona ⁊ honesta: folia sunt bona verba: flores autẽ bona conuersatio/ florida et decora. Sed vere hec omnia citius in quibusdã ꝙ̃ in alijs inueniũtur: qui quidẽ citiꝰ acquirũt vite/ doctrine/ ꝯuersationis et morũ maturitatẽ ⁊ sanctitatem/ ꝙ̃ alij. Nam quidã sunt qui habent humorem. i. affectionẽ dulcẽ et digestibilem. i. ad bonũ cõuertibilẽ/ et calori. i. diuine inspirationi ⁊ predicatorũ monitioni ⁊ ꝑlatoꝝ correctioni faciliter obedientẽ: et ideo tales cito ad maturitatẽ perfectionis deducũtur: dicentes cũ Psal. Preueni in maturitate/ ⁊ clamaui. Illi autẽ qui humorẽ volũtatis ⁊ affectionis habent grossum/ rudem/ cõpactũ ⁊ obstinatũ/ et diuersis monitis ⁊ inspirationibus nõ obedientẽ/ raro ad istam maturitatem pertingũt: quia nõ in vere iuuentutis/ imo oportet ꝙ expectent vsqꝫ ad autũnũ senectutis. Et sicut multi sunt fructus qui ꝓpter duritiã et indigestibilem humorẽ nunꝙ̃ maturescunt nec vere nec estate nec autũno/ et ideo frigore hyemis cõgelãtur/ ⁊ ab hoibus non colligũtur/ sed ꝓ nihilo reputantur: sic multi sunt qui ꝓpter duritiam ⁊ compactionem ⁊ obstinationẽ volũtatis sue nunꝙ̃ veniũt ad vite et morũ perfectionẽ ⁊ maturitatem: qꝛ nec in vere iuuẽtutis/ nec in autũno senectutꝭ/ immo in hyeme. i. in statu post mortẽ ab hoibus. i. angelis et sanctis rationabilibꝰ nõ colligũtur in paradisum/ sed velut inepti reliquũtur/ ⁊ frigori eternoꝝ tormẽtoꝝ dimittũtur ⁊ exponũtur. Vñ Esa. xxxvij.
24 Exaruit anteꝙ̃ maturesceret. ¶ Ois arbor gñaliter habet radicẽ: et est radix sicut caput arboris/ a quo regiť: sicut os arboris/ q̊ cibať: sicut pes arboris/ a q̊ portať. Nã radix a terra recipit ⁊ sugit humorẽ/ ⁊ totius arboris nutrimentũ: ⁊ ideo ad modũ capitis habet nodos. i. paruos ramos/ sicut capillos/ quibꝰ terre adheret. Radix etiã a grecis diciť arboris esse vita: quia per eã viuit ⁊ vegetatur arbor. Charissimi/ radix in arbore eccľie est prelatus/ qui diciť os arboris/ quia a terra. i. a deo sugere debet humorẽ deuotionis/ gratie et scientie: quo arborẽ ecclesie vegetet atqꝫ nutriat/ docendo/ predicando ⁊ orando. Diciť etiã vita/ quia ꝑ eius doctrinã ⁊ exempla mortui pctõres per grãm reuiuiscunt. Mortuos suscitate. Matth. xvj. Dicitur etiã caput/ qꝛ scꝫ totam istã arborem habet more capitꝭ gubernare. Dicitur etiã pes/ quia scilꝫ exemplis ⁊ doctrinis totã habet ecclesiã supportare. Et ideo iste debet habere multos ramusculos. i. multas bonas affectiones/ quibus terre. i. ipsi deo adhereat ꝑ amorem: dicẽs cũ Psal. Mihi autem adherere deo bonum est: et ponere ⁊c̃. Vel dic ꝙ radix est Christus: qui medius est inter terrã. i. deũ patrem/ et arborem ecclesie: et ideo dicitur arboris os ⁊ vita/ quia scꝫ eã viuificat ꝑ grãm/ et cibat per doctrinã. Cibauit eum dñs pane vite et intellectus. Eccli. xv. Et ideo sibi potest dici. Os nostrũ ⁊ caro nostra es. ij. Reg. j. Vel dic de predicatore/ q̊ cibat ⁊ nutrit
quanto est maturioꝛ.i.sapientioꝛ vel antiquioꝛ/ tanto ni-
grioꝛ ⁊ humilioꝛ debet esse: quia licet dum erat immatu-
rus.i.dū esset iuuenis/ insolens atꝗ leuis/ esset frigidus
per indeuotionē/ siccus per incompassionē: tamen quan
do efficitur maturus.i.senex ⁊ pꝛouectus/ tunc debet es-
se calidus per feruoꝛē charitatis/ humidus per dulcoꝛē
pietatis. Mutatus est in virū aliū.j. Regū.x. Uel dic ꝙ
fructus moꝛi sicut ⁊ cerasi est nouitius/ qui quādo est im
maturus.i.in statu incipientis ⁊ nouitiatus/ tunc adhuc
est viridis per carnalitatē/ immaturus per insolentie le-
uitatē/ siccus et durus et frigidus per incompassionem/
obstinationē/ indeuotionē: sed vere tandē quando fit pꝛo
fessus/ ipse debet quasi totaliter immutari: quia debet
maturari per discretionē/ molliri per compassionē/ nigre
fieri per habitus vilitatē et delectionē: et debet fieri cali
dus per dilectionē/ et humidus per deuotionē. Uel dic
idem de quolibet iuuene vel antiquo. ¶ Moꝛus est ar- 3
boꝛ alta/ que quasi tota est medicinalis: quia et fructus
et radix ⁊ coꝛtex et folium cōpetunt medicine. Nā radix
eius incisa gūmi emittit quod multū est medicinale: ꝭm
Pli.lib.xvj.c.xxvj. vbi de moꝛo inquit: Nouissima vꝛba-
narū arboꝛū germinat: nec nisi exacto frigoꝛe: et ob hoc
sapientissima arboꝛū est dicta. sed cum ceperit/ vniuersa
germinatio ita erūpit: vt vna nocte etiā cum strepitu to
tū peragat. Sic vir perfectus medicinalis est et virtuo-
sus quo ad omnes sui partes: quia radix coꝛdis vel affe-
ctionis/ coꝛtex cōuersationis/ folia loquutionis/ fructus
operationis medicinalia sunt. folia eni.i. verba fugant ⁊
eneruant serpētes.i.detractoꝛes/ et vermes.i. simplices
nutriunt per doctrinā. Radix etiam eius.i.coꝛ qñ findi-
tur per cōpassionē/ tunc emittit gūmi.i.elemosynaꝝ lar-
gitionem/ que scꝫ est pauperibus medicina: ⁊ sic quo ad
oīa est alijs fructuosus. Cuncta fecit bona in tēpoꝛe suo.
Eccī.xxxix. Et sicut fructus moꝛi reficit atꝗ nutrit: sic
exempla bonoꝛū alios recreant ⁊ delectant. Iste ergo sa
piētissimꝰ arboꝛū.i.hoim dꝛ/ pꝛo eo ꝙ frigoꝛa et pericula
tribulationū trāsire permittit/ vt liberius fructus suoꝛū
operū pꝛosequatur. Uel ista possunt applicari ad quos-
dā qui fructificare per bona opera nouissimi incipiūt/ et
hoc quia frigoꝛe indeuotionis sunt pleni: sed tādē ad fru
ctus bonoꝛū operū taliter pꝛoperāt/ ꝙ tarditatē tēpoꝛis
virtutū abundātia recōpensant: sicut de Paulo aposto-
lo apparuit: qui vltimus inter apostolos conuersus dice
bat.j.ad Coꝛin.xv. se abundantius alijs laboꝛasse: quia
sicut dicitur Matt.x. Erunt nouissimi pꝛimi ⁊c̄. ¶ Suc- 4
cus moꝛi seu vinū multū est vtile medicine: quia exinde
fit vinū electuariū/ quod diciꝭ diamoꝛū seu panchestros:
quod valet ꝯtra squinantiā seu anginā: que tollit respi-
rationē/ ⁊ hominē cito necat. Squinātia significat vere-
cūdiā confitēdi: ꝗ interficit sine remedio pctōꝛē. sed vere
qñ succus moꝛi.i. gratia chꝛisti vel memoꝛia sanguinis
eius adhibetur/ tunc deponit verecundiā/ ⁊ sic a pericu-
lo liberatur. Canti.ij. Fructus eiꝰ dulcis gutturi meo.

Capitulum.xcvij. De Myꝛto.

1 Myꝛtus est frutex crescens potissime circa ma
re: cuius fructus/ floꝛes ⁊ frondes cōueniūt
medicine: sed fructꝰ magis. Fructus aūt eiꝰ
ꝗto recentioꝛes/ tāto simpliciter melioꝛes:
qui melius seruanꝭ in caloꝛe solis/ ꝗ in vm-

bra: vt dicūt Isido. ⁊ Pli. Talis est vir pfectus: q iuxta m are. i. iuxta amaritudinem cōtritionis vel penitentie d ebet esse: ⁊ flos eius. i. conuersatio/frondes eius. i. lo-q uutio/fructus eius. i. exempla vel operatio bona sunt/m edicinalia ⁊ virtuosa: fruct⁹ tn̄ eius. i. operationes ver ba precellunt. Et isti etiam fructus q̄to sunt recētiores pe r iuuentutē/tanto meliores: quia vere bona opera iu-ue ntutis apud deum pre ceteris sunt accepta. Ideo di-cat q uilibet: Ambulauit pes meus iter rectum a iuuen tute mea. Eccli. lj. Et isti fructus/scz bona opera/meli⁹ conseruant ad calorē solis. i. in feruore charitatis/ vel in ardore tribulationis et paupertatis/ q̄ in vmbra munda-ne prosperitatis. ps. In sole posuit tabernaculū suum.

2 ¶ Myrtus s̄m Isido. iuxta mare nascitur: et s̄m Pliñ. de baccis ⁊ fructibus eius efficax oleū eliquatur. Scd̄m autem Hieronymū in glo. Esa. xlj. et. lv. myrtus est im-putribilis ⁊ aromatica: et fessa mēbra consolidat ⁊ ꝯfor-tat. mitigatiue em̄/refrigeratiue ⁊ tēperatiue est nature. Talis debet esse vir iustus: q vere iuxta mare. i. iuxta miserias aliorum per cōpassionē debet morari: ⁊ ex fru-ctibus eius. i. ex suis bonis temporalib⁹ debet eliquari oleum pietatis/elemosyne ⁊ largitatis: et sic per virtu-tē pietatis ⁊ mīe efficietur aromatic⁹ per famositatem/ et īputribilis p bone vite ⁊ perseuerātie longanimitatē. Nam tales pij ⁊ misericordes fessa mēbra. i. pauperes desolatos cōsolidant ⁊ ꝯfortant: ⁊ squinantiā ⁊ dolores eorum ⁊ desolationes mitigāt: ⁊ estus suarū paupertatū per elemosynas temperāt/refrigerant et refrenant. Esa. lv. Pro saliūca ascendet abies: et pro vrtica crescet myr tus. Urtica em̄ que vrit ⁊ rodit/signat auaritiam: loco cuius debet in nostris cordibus myrtus pietatis cresce re. Uel si vis dic q myrtus est virtus spei: q̄ semper ha-bet locum circa mare. i. in statu amaritudinis ⁊ tribula-tionis. et ista ꝯsolidat ne deficiāt fessi in tribulatione/eo-rūq dolores tēperat/mitigat ⁊ ꝯfortat. Figura Zach. j. vbi vir qui stabat inter myrteta/ dixit angelo verba bo-na et consolatoria ⁊c̄. Uide et expone.

3 ¶ Myrtus est ar-bor iuxta mare crescens/multū medicinalis: et styptice seu restrictiue est nature: valet cōtra ictus scorpionis: ⁊ contra multas alias passiones. Talis est abstinentia vel penitentia/ que p certo semper debet esse iuxta mare. i. circa amaritudinem ꝯtritionis: et ista p certo habz vir-tutem stypticam ⁊ restrictiuam oīm supfluitatum vitio-rum et peccatorum: ⁊ morsus ⁊ ictus tentationum car-nalium sanat ⁊c̄.

Captulum. xcviij. De Myrrha.

1 Myrrha est arbor quinq cubitorum in altitudi ne: cui⁹ folia similia sunt oliue/sed magis cri spa/spinosa ⁊ aculeata. ⁊ hec quoddam gūmi distillat qn̄ scinditur: qd licet sit amarū/est tn̄ summe medicinale ⁊ v̄tuosum: q oīa vlcera ⁊ morbos sanat/si debite apponat. ⁊ hoc gūmi viride est et aromaticū/sed amarū. Sic est Christus: q folia ei⁹. i. verba similia sunt oliue quo ad pietatē/aculeata tn̄ quo ad iustitiam et austeritatem: et quando iste fuit incisus in passione/lancea scz seu clauis: tunc vere exinde stilla-uit myrrha. i. suus sanguis preciosissimus: qui licet sibi fuerit amarissimus/nobis tn̄ est vtilissimus: ⁊ nos a pec catis liberat ⁊ absoluit. Et sicut myrrha corpora seruat ne putrescāt: sic sanguis xp̄i aīam liberat peccatricē ab om̄i putredine pctōrum. Uel dic q arbor est prelat⁹ cum folijs ⁊c̄. sicut supra. ⁊ ab isto debz distillare liquor ama rus. i. amara correctio subditoꝝ delinquētiū/q̄ ipsos li-beret a pctō. Manus mee distillauerūt myrrhā. Cañ. v.

2 ¶ Plures aūt sunt myrrhe spēs. s. septē/colore ⁊ effica-cia differentes. Uirtutē aūt habet dissoluendi/cōfortan-di/consumēdi/et mortua corpora a putredine p̄seruādi: desiccandi: ꝯsolidādi: conglutinādi: roborandi/⁊ carnē mortuā corrodēdi: vt dicūt Diosc. ⁊ Pliñ. Et est myrrha spēs amara/sed mirabiliter p̄ciosa: q̄ de arbore q̄nq volū tarie stillat: ⁊ tūc est p̄ciosissima: et dr myrrha electa/seu stacte. Aliqn̄ aūt arbor inciditur/⁊ sic inde emanat myr rha: q̄ licet sit bona/nō est tn̄ silis bonitatis. Myrrha est pnia: q̄ multū est amara ⁊ grauis ad sustinendū: verūtn̄ multū vtilis ⁊ medicinalis aīe peccatrici. Ipam em̄ dis soluit p ꝯpassionē vel contritionē/ꝯfortat ⁊ ꝯsolidat per spei consolationē/consumit ⁊ desiccat per carnis corpo ralem afflictionē/carnē superfluam rodit. i. carnalē de-lectationē: et sic corpus mortuū. i. pctōrem vita gr̄e pri-uatum seruat ⁊ purificat/ne putrescat p eternam dāna-tionē: ⁊ ne feteat per infamie diuulgationem. et in signū huius/ xp̄s mortu⁹ myrrha ⁊ aloe fuit vnct⁹. Prouerb. vij. Myrrha ⁊ aloe ⁊ cinamomo aspersi cubile meū. Et hui⁹ speciei. s. penitētie/ sunt multa genera et multi mo-di: oēs tamen sunt boni et vtiles aīe. vna eni est vigila-re/alia ieiunare/alia disciplinā accipe/alia corp⁹ in pere grinationibus exercere/alia pfunde cōteri et penitere/ alia obedietie alicui⁹ pp̄ter deū se supponere/altera ca-stitate se domare ⁊ cruciare: et iste pn̄t esse septē species myrrhe pnie. multe eni tribulationes iustorū.

3 ¶ Stacte vel myrrha est species suauissimi odoris/ sed amari sa-poris: que de arbore ⁊c̄. sicut supra. §. p̄cedenti. Sic vere ab hoīe pōt emanare duplex myrrha penitētie vel paup tatis: vna sine coactione/qn̄ scz ex proprio motu aliqs in trat religionē/vel aggreditur bonū opus/vel aliud simi-le. Alia inuolūtarie ⁊ coacte/qn̄ scilz homo primo a deo vel p̄lato inciditur p mūdi tribulationes ⁊ correctiones et qn̄ cōpellitur emittere myrrhā penitētie: vt q in agni tionē sui ducitur pcussus a dn̄o plaga: sicut dicit de An-tiocho. ij. Mach. ix. Sed vere illa prima est melior ⁊ deo acceptior ⁊ odorosior et famosior/ q̄ illa quā inuolūtarie aliquis perficit flagellatus: et ideo ista dr electa. Unde Eccl. xxiiij. Quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris

4 ¶ Septē sunt myrrhe species: oēs tn̄ sunt aīe medicina-les/licet amare. Sic tribulationes mūdi sunt plures: scz fames/sitis/ frigus/estus/lassitudo/infirmitas/et mors. Iste sunt septē sagitte Madian ⁊c̄. Uide de penitētia su pra. Uel dic q myrrha est gratia dei: que cōglutinat per charitatē/consolidat per constātie firmitatē: consumit p penitentie asperitatē: dissoluit per pietatem ⁊c̄.

Capitulum. xcix. De Myrrho vnguento.

1 Myrrhū est vnguentū de myrrha ⁊ alijs specie bus aromaticis confectū/quod habet virtutē humores in iūcturis cōsumēdi/et ex aromatici tate aīales spūs reparādi/et ex amaritudine vermes ⁊ pediculos interficiēdi: sudores etiā p ipm cōpescūtur: ⁊ inūcta corpora a putredine cōseruā-tur. Talis est penitētia: q̄ ex myrrha amare cōtritionis ⁊ alijs speciebus/scz cōfessione ⁊ satisfactione cōponitur. Istud eni vnguentū desiccat malos humores carnalis voluptat/expellit vermes īuidie/⁊ putredinē luxurie cō pescit: et q est aromatica p bonā famā/ iō spūs interio-res. i. bonas affectiones reparat ⁊ restaurat. Impleta est domus ex odore vnguēti. Joan. xij. Istud eni vnguentū habuit Magdalena q̄ fuerat peccatrix. Lu. vij.

2 ¶ Pal-mites arboris myrrhe qn̄ cōburūtur/ ex fumo tali morbi mortiferi cōtrahuntur/ nisi storacis beneficio liberentur Sic vere quādo p̄lat⁹ ꝯburitur in igne luxurie vel auari tie/tūc ex fumo sue īfamie ⁊ maloꝝ suoꝝ exēploꝝ alij oc-cidunt. Apo. ix. Obscuratus est sol ⁊ aer de fumo putei.

Capitulum. c. De Mandragora.

1 Mandragora est herba habens exterius mala vel poma super folia: et dr s̄m Pythagoram anthropomorphon: ⁊ sic vocatur/eo scz q ha bet radicē forme hoīs in multis similem. Fo lia habet expansa sup terram/bete vel lactu ce similia. Mala ei⁹ odorifera ⁊ colore crocea/gustu tn̄ sunt insipida: ⁊ ideo esui nō sunt apta: s̄m Isido. vim tn̄ habent somniferā/et somnū olfacientib⁹ inducūt: ⁊ ma-xime cortex eius cū vino bibitus: sed si nimis q̄s eo vtit mortem procurat: vt dicit Isido. lib. xvij.

2 Habet etiam virtutem mandragora dolorē minuendi: q si quis eam potauerit: ita sopitur ⁊ obdormit/q licet scindat ⁊ sece-tur/non sentit: et ideo secandis offertur/vt non sentiant incisuram. Mandragora est mundus: cuius rami vel fo lia sunt mundani: cuius poma et fructus sunt diuitie et delicie. Habet ergo mandragora. i. mund⁹ folia sua. i. fi-lios suos mūdanos/expansa super terram: q h̄ec isti non

curāt nisi de terrenis: ⁊ circa ea iacēt ꝑ affectū. Judith xiiij. Ecce holofernes iacet ī terra. Et iō in talibꝰ folijs sunt poma mādragoꝛe.i. diuitie mūdi: qꝛ mali ⁊ pctōꝛes obtinēt diuitias in hᵒ mūdo. Unde ps. Ecce ipi pctōꝛes in seculo obtinuerūt diuitias. Jsta aūt poma.s. mūdi diuitie ⁊ delicie sūt pulchꝛe ⁊ odoꝛifere ⁊ delectabiles peccatoꝛi: sed ꝟe gustui.i. bonis viris ⁊ spūalibꝰ insipide sūt ⁊ amare. Jsta tñ herba cū pomis suis.i. mūdus cū bonis suis hñt vim somniferā: qꝛ ꝟe qñ ꝑ amoꝛē ⁊ affectionem aliqs ea potat ⁊ sibi incoꝛpoꝛat/statim doꝛmit in pctō ⁊ delicijs: ⁊ i istis qescit ⁊ delectaꝛ: ⁊ hᵒ intantū ꝙ licet scindatur ⁊ seceꝛ ꝑ laboꝛes ⁊ tribulationes/⁊ ꝑ diuinas coꝛrectiōes ⁊ flagellatiōes: tñ nō sentit nec dolet. Jstud ptꝫ qꝛ mūdi diuites plus laboꝛāt ꝓ mūdo/ꝗ̃ boni ꝓ xpo: et tñ de hᵒ nō conqrunꝛ nec dolent/sed in hᵒ delectanꝛ ⁊ gaudent. Jdeo Hieꝛ.v. Dñe ꝑcussisti eos: ⁊ nō doluerūt. Et Hiere.ij. Frustra ꝑcussi filios vr̃os ⁊c̃. Figura de Jona: qui in naui doꝛmiēs/nō sentiebat periculū donec ī mare esset ꝓiectus/⁊ a ceto absoꝛptꝰ. Sic pctōꝛ in mari mūdi doꝛmiens/non ꝑ̃sentit periculū maris ⁊ ceti.i. inferni et diaboli. Jsti em̃ in amoꝛe mūdi ita doꝛmiūt/delectanꝛ ⁊ inuoluunꝛ: ꝙ tribulationes: laboꝛes ⁊ miserias q̃s eis īmittit deꝰ/vilipendūt: nec ꝓpter hᵒ coꝛrigunꝛ. Uerberauerūt me/sed nō dolui: traxerūt me/sꝫ nō sensi. Prouer. xxiij. Uel dic ꝙ mandragoꝛe sunt diuites: ⁊ isti sunt duplices: mascu lꝰ.s. ⁊ femia ad lr̃am: ⁊ silitudinē hñt hoīs non ꝟtutē: quoꝝ folia.i. verba circa terrā.i. circa tꝑalia sunt expāsa: ⁊ isti sunt onerati pomis.i. tꝑalibꝰ diuitijs: q̄ ꝓ certo vim hñt somniferā ⁊ moꝛtificatiuā.s. male eis vtētibꝰ. Uel dic ꝙ mādragoꝛa significat mūdi ꝓsperitatē: q̄ facit hoīes in pctīs doꝛmire: qꝛ reuera vim hꝫ moꝛtificatiuā: qꝛ hō sopitꝰ istis ⁊ ībutꝰ/infrigidaꝛ ꝑ indeuotionē/⁊ moꝛtificaꝛ ꝑ eternā dānationē. et pone figuram/(q̄ optime ad hec facit.) Judi.iiij. de Sizara: q̄ potato lacte obdoꝛmiuit/et occisus est. vide cā ti. de aspide. Et iō secādis ⁊ vulnerādis.i. illis q̄s diabolꝰ vult ꝑpetuo ī inferno dānare ⁊ secare/offert ipse talē mandragoꝛā.i. mūdi bona/vt nō sentiāt nec ꝑ̃uideant istas penas ⁊c̃. Oꝛdina melius. Uel dic ꝙ mādragoꝛa est amoꝛ dei: vel etiā mūdi: q̄ pꝛo certo si bene bibaꝛ ⁊ incoꝛpoꝛeꝛ/ita facit hominē doꝛmire ⁊ delectari/ꝙ nō sentit quicq̄d ei inferaꝛ: imo sustinet sine doloꝛe tribulatiōes et vulnera patienꝛ. ptꝫ in martyꝛibꝰ/q̄ isto potu ebꝛij/nō senserūt vulnera ⁊ toꝛmēta. Allega sicut supꝛa. De amoꝛe etiā mūdi ptꝫ: qꝛ qñ aliq̄d amaꝛ/nullꝰ laboꝛ difficilis reputaꝛ. Nā ꝫm Augu. Solus amoꝛ nomē difficultatis erubescit. Nā vt idem: Laboꝛ amantibꝰ est dulcis. Uel dic ꝙ mādragoꝛa est vir ꝑfectꝰ: cuiꝰ folia.i. ꝟba sunt expāsa circa terrā.i. sunt hūilia ⁊ dep̃ssa. oneratꝰ est etiā pomis.i. bonis opeꝛibus odoꝛosis ⁊ ꝟtuosis ⁊ famosis. Cañ.vij. Mādragoꝛe dederūt odoꝛē suū in poꝛtis nr̃is. Radix aūt eiꝰ.i. coꝛ hoīs silitudinē rep̃sentat: qꝛ sicut hō est aīal rōnale ⁊ benignū: sic iste est in coꝛde rōnabilis ⁊ benignꝰ. Dañ.vij. Sup ꝑedes quasi hō stetit: et coꝛ eiꝰ datū est ei. Uel dic ꝙ mandragoꝛa est paradisus: cuiꝰ poma sunt eterne diuitie ⁊ delicie. Sed ꝟe herba ista hꝫ vim somniferam: qꝛ qñ ꝑ spem bibiꝛ ⁊ incoꝛpoꝛaꝛ/tunc hō obdoꝛmit ꝑ deuotionē ⁊ ꝯtemplationē: ⁊ doloꝛes ⁊ mūdi tribulatiōes nō sentit: sicut ptꝫ in martyꝛibꝰ. Et iō medici.i. p̄lati ⁊ p̄dicatoꝛes cū vino ꝯsolationis ⁊ p̄dicatiōis debēt istā offerre secādis ⁊ vulnerādis.i. coꝛrigendis ⁊ puniēdis: dicentes: ad Rom̃.viij. ꝙ non sunt cōdigne passiones huiꝰ tēpoꝛis ad eternā gloꝛiā/q̄ reuelabiꝛ in nobis. Uel ꝑ mandragoꝛā intelligo ꝟtutē patie: q̄ facit oīa leuiter suppoꝛtare ⁊c̃. Uel dic ꝙ mādragoꝛa est xp̄s: cuiꝰ coꝛtex.i. ꝯuersatio: folia.i. loquutio: fructꝰ.i. opatio: faciūt nos doꝛmire ꝑ deuotionē ⁊ dilectionē/si.s. bñ ꝯsiderenꝛ: ⁊ mala mūdi nō sentire ꝑ foꝛtitudinē ⁊ ꝑfectionē. Et sicut succꝰ mādragoꝛe ꝟtutē hꝫ infrigidādi/et ignē sacrū extinguēdi/⁊ cholere impetū mitigādi: sic succus.i. xp̄i grā vel doctrina infrigidat ab ardoꝛe luxurie/⁊ cholerā ⁊ ignem auaritie mitigat ⁊ refrenat: ⁊ maxie si cū lacte.i. cū grā mulieris masculū nutrientis sumaꝛ.i. beate ꝟginis. ¶ Mandragoꝛa matricē disponit ad cōceptionē/ꝟtutem hꝫ ꝫm Pli. et Pla. infrigidādi: repercutiendi: somnū pꝛouocādi: oēm fluxum superiꝰ ⁊ inferiꝰ restringēdi. Talis nature est doctrina vel p̄dicatio: qꝛ ꝟe hec disponit matricē.i. consciam audiētis ad ꝯceptionem boni ꝓpositi vel grē meriti ⁊ ꝟtutis: fluxū vitioꝛū stringit/somnū cōtemplationis inducit/malos cogitatus repcutit/et ad fecunditatem ꝟtutū disponit. Figura Geñ.xxx. vbi Rachel erat sterilis/nec poterat parere/sed filius Lie soroꝛis sue attulit sibi mandragoꝛas de agro: que comedens cōcepit ⁊ peperit plures natos. Sic vere quando Rachel.i. aliqua persona est sterilis a fructu bonoꝛū operum/tūc debet comedere ⁊ sibi incoꝛpoꝛare mandragoꝛas.i. doctrinam et p̄dicationē/quā filius Lie.i. p̄dicatoꝛ filius penitentie/in agro sacre scripture colligit: et sic poterit imp̄gnari. Jdem ꝑ oīa dic de grā dei: quā filius Lie.i. Marie/Chꝛistus.s. nobis de agro paradisi attulit/et nos bonis operibꝰ imp̄gnauit: et hec somnū pꝛouocat ⁊c̃. sicut supꝛa. Uel expone de spe celestꝫ gloꝛie/ que oīa supꝛadicta facit/⁊ hoīem fecundat per ꝟtutes ⁊c̃. Figura sicut supꝛa/et expone. ¶ Mandragoꝛa disponit ad conceptionē mulieres calidas ⁊ humidas/sed frigidas et siccas impedit ⁊ retardat: vt dicit Plate. Sic diuitie illos qui sunt per pietatē humidi/calidi per charitatē/disponunt ad bonoꝝ opeꝝ fecūditatem: illos tñ qui sunt sicci per incōpassionē/frigidi per indeuotionē/impediunt: qꝛ scꝫ bonis diuitie pꝛoficiunt/malis obsunt. Eccli.xxxix. Hec oīa bonis in bona conuertunꝛ/similiter malis ī mala. Nam sicut ꝫm Pli. poma ista solo odoꝛe inferūt somnum: sic diuitie ⁊ bona mūdi sola imaginatione et cogitatione faciūt hoīem in ipsis doꝛmire ⁊ delectari. Et sicut si quis mandragoꝛa indiscrete vsus fuerit/per eam moꝛtem incurrit: sic mūdi diuitie moꝛtē eternā inducūt/si indiscrete eis quis vtatur et male. Jdeo.j. ad Thessaloñ.v. Non doꝛmiamus sicut ceteri: qui spem nō habēt. ¶ Scd̃m Plini. cauent fossoꝛes mandragoꝛe contrariū flatum venti in eius fossione: ⁊ tres circulos gladio circunferunt et circa eam faciūt/et expectant fodere vsq3 post occasum solis: et sic credunt eius p̄cipuas esse ꝟtutes. Succus eiꝰ in sole desiccaꝛ/et mala eiꝰ in vmbꝛa: et sic medicine vsibus deputantur. Et sicut inueni in lapidario: ista herba quando colligiꝛ/clamat ⁊ conqueritur/et si quis vocem eius audiat/moꝛitur: et ideo necesse est vt caute a fossoꝛibus colligaꝛ. Mandragoꝛa est homo: q̄ pꝛo certo qñ est in terra.i. in mundo radicatus ꝑ malam consuetudinem vel malā affectionem/si pꝛelatus vult eū exinde auellere et colligere ꝑ coꝛrectionē/tunc ipse clamat ⁊ conqueriꝛ per murmurationem ⁊ appellationem: quia nō amat pestilēs eum q̄ se coꝛripit. Prouer.xv. Et etiam ipsum coꝛrectoꝛem et alios audiētes ⁊ astātes interficit per diffamationē: qꝛ Qui arguit derisoꝛem: ipse sibi iniuriam facit. Prouerb.ix. Et ideo necesse est vt tales inueterati in malis consuetudinibꝰ ⁊ radicati/euellantur et coꝛrigantur caute ⁊ sapientera pꝛedicantibus et pꝛelatis: et ideo debent cauere ne ibi sit flatus vēti.i. motus superbie/vel impetus iracundie vel furoꝛis: immo pꝛimo debent circūfodere cum gladio verbi dei/ipsum scilicet per verba sacre scripture circunducendo et vocando ⁊ concludendo/et ad bonum incitando: quia scilꝫ circa tales non est austere sed benigniter pꝛocedendum: et sic tandem poterunt colligi.i. coꝛrigi: et ad vsus medicine spiritualis seruari. quia scꝫ tales sic conuersi quo ad vitam sunt alijs medicinales: et succus.i. carnalitas istoꝛum ad solem.i. ad ardoꝛem penitentie desiccatur: et fructus seu poma.i. eoꝛum opera in vmbꝛa humilitatis seruantur. Omnia ista patent in Paulo: qui pꝛimo fuit tribus circulis.i. tribus diebus excecatus/⁊ tandem post occasum solis.i. postq̄ fuerat lumine pꝛiuatus perfecte est coꝛrectus/baptizatus ⁊ conuersus. Circundedi illud terminis meis. Job.xxxviij. Uel dic ꝙ religiosus quando de terra.i. de mundo tollitur a deo per cōuersionem/tribus circulis.i. tribus votis astringitur: et sic post solis occubitū.i. post vite excessum a deo colligitur/et in apotheca ponitur paradisi: fructus autem eius et succus ⁊c̃.

Capitulum. cj. De Milio.

1 Milium est herba similis canne: cuius grana valde sũt minuta et parua/cõcaua/sicca sine vnctuositate: ⁊ ideo paruũ dant corpori nutrimentũ/imo stomachũ infrigidant ⁊ desiccãt/ et eũ constypant ⁊ ꝯstringũt. Milium est mũdus: cuiꝰ fructꝰ sunt auari ⁊ pctõres: qui ꝑ certo parui sunt quo ad merita/frigidi ꝑ indeuotionẽ/sicci per incõpassionem/et sine vnctuositate charitatis: et ideo tales paruũ dant corpori: scꝫ ecclesie/nutrimentũ: qꝛ isti alios suis elemosynis non nutriũt/imo per rapinã et auaritiã ipsos infrigidant ⁊ desiccãt/⁊ humore bonoꝝ temporalium eos priuant. Miliũ significat diuitias/que ꝑ certo anime dant paruũ spũale nutrimentũ/imo stomachum volũtatis ⁊ conscie infrigidãt per indeuotionẽ/desiccãt per crudelitatem/⁊ cõstypant ꝑ auaritie parcitatẽ: ⁊ sanguinem bonarũ affectionũ non generãt nec producunt. Nil proderũt diuitie in die perditionis: iustitia autẽ li-

2 berabit a morte. Prouer. x. ¶ Milium valet ad confortandum stomachũ propter siccitatẽ/assatum autẽ virtutem habet torsiones ventris sedandi.

Capitulum. cij. De Menta.

1 Menta est herba calida ⁊ sicca/et stomacho ꝓficit: et est duplex. s. domestica ⁊ siluestris. sed siluestris est calidior: et dicit a latinis napita vel calamintha. Alia sunt eiꝰ gña q̃ crescũt in palustribꝰ et in pratis/q̃ nõ sunt tante efficacie vel ꝟtutis nec coloris: odoris aũt sunt grauioris pariter ⁊ saporis. Menta est homo: sed istiꝰ sunt plures species. s. domestici. i. boni seculares: item siluestres. i. boni religiosi: et hi calidiores sunt ꝑ charitatẽ/ sicciores ꝑ castitatem: vtriqꝫ tñ valẽt quo ad vite sanctitatem/⁊ stomachũ ecclesie roborãt ⁊ ꝯfortant. Alij sunt palustres. s. deliciosi ⁊ luxuriosi: ⁊ hi respectu alioꝝ parũ aut penitꝰ ni-

2 hil valent ⁊c̃. ¶ Menta est herba calida ⁊ sicca/stomachum iuuãs/calefaciens/dissoluẽs/ cõsumẽs/purgans/ ⁊ appetitũ ꝓuocans/venenis obuians/⁊ ad alia multa valens: et hec multũ se multiplicat: qꝛ si hasta eiꝰ in terrã reflexa humo cooperiaꝛ: cito se multiplicat/⁊ ex se nouam radicẽ generat seu prolẽ. Talis est charitas: qꝛ stomachũ. i. consciam iuuat ⁊ ꝯfortat per spei ꝯsolationẽ: calefacit ꝑ desideriũ ⁊ bonã affectionẽ/dissoluit ꝑ cõtritionem/purgat per ꝯfessionẽ/ꝯsumit per penitentiã/satisfactionem ⁊ afflictionem: ⁊ appetitũ. i. desiderium eternorum prouocat ꝑ deuotionẽ ⁊ contẽplationẽ/et venenis pctõꝝ obuiat ⁊ repugnat/et valet ꝯ multa vitia ⁊ pctã: et hec multiplicat seipam ⁊ augmẽtat: qꝛ hõ charitatiuꝰ et amans alios attrahit ad amorẽ. Sene. Ama si vis amari. Multiplicat etiã se ꝑ bonã opationẽ: qꝛ si inclineꝛ per humilitatẽ/⁊ terra. i. mẽoria mortis operiaꝛ ꝑ ꝯsiderationem: tũc statim emittet radicẽ. i. bonã affectionẽ/⁊ faciet plãtam ⁊ nouã ꝓlem. i. bonã opationẽ. Uel dic ꝙ menta est bonus homo/q̃ inclinatus ⁊c̃. sicut supra. Uel dic ꝙ menta est virtus humilitatis ⁊c̃.

Capitulum. ciij. De Malua.

Malua dicitꝛ a molliẽdo ventrẽ: nã cũ sit humida ⁊ tempata/idcirco ꝟtutẽ habꝫ mollificatiuam/mũdificatiuã/⁊ maturatiuã. Si q̇s aũt succo eiꝰ inunctꝰ fuerit: a scorpionibꝰ vel aranea nõ mordeꝛ. succo etiã eiꝰ ⁊ oleo linitꝰ/ pũcturas apũ nõ patiꝛ neqꝫ sentit: vt dicit Isid. ⁊ Plat. Talis est virtꝰ benignitatis: qꝛ ꝟe ventrẽ. i. volũtatẽ mollificat ⁊ humectat: ⁊ eã tẽperat ⁊ maturat: qꝛ beati mites ⁊c̃ Mat. v. Oẽm etiã duritiã ruditatis/crudelitatis ⁊ obstinatiõis remollit: qꝛ Rñsio mollis frãgit irã. Prouer. xv. Et iõ ꝑ certo si q̇s ista inunctꝰ fuerit/a scorpionibꝰ. i. a detractoribꝰ: ⁊ ab araneis. i. a venenosis ⁊ malitiosis nõ mordebiꝛ: ab apibꝰ etiã. i. ab adulatoribꝰ q̇ mel in ore gerunt/nõ ledeꝛ: ⁊ maxĩe si oleũ mĩe sibi iungat. Uel dic ꝙ hec est penitẽtia/q̃ mollificat per cõtritionem/mundificat per cõfessionem/maturat per vite ꝑfectiõem/⁊ apũcturis. i. a tentationibꝰ/apum. i. carnis: aranee. i. mundi scorpionis. i. hostis liberat: ⁊ maxime si oleo iũcta fuerit pietatis.

Capitulũ. ciiij. De Nuce iuglãde.

1 Nux dicitur a nocẽdo/quia scꝫ vmbra eiꝰ ⁊ stillicidia circũstantibus herbis et arboribꝰ sunt nociua. folia eius amara sunt ⁊ fetida: fructꝰ autẽ eius est dulcis: verũtamen amaro cortice circũtectus. vmbra etiã eiꝰ sub ea dormientibus est nociua/⁊ multarũ ĩfirmitatũ generatiua: vt dicit Isidorus. Talis est mũdus: quia vere folia eius. i. diuitie sunt amare: quia. s. in eis est labor in acquirẽdo/timor in possidendo/ dolor in amittendo: ⁊ ideo stillicidia eiꝰ. i. delicie/vmbra eius. i. eminẽtia/arboribus circũstantibus/⁊ hoĩbus ibi dormiẽtibus. i. illis qui in talibus delectãtur est nociua/⁊ multos morbos generat peccatoꝝ: quia scꝫ exinde procedit ambitio honorũ/ cupiditas diuitiarũ/voluptas deliciarum: ⁊ cetera multa: quia radix oĩm malorũ est cupiditas. j. ad Timo. vj. Et ideo Esa. xxx. Ue qui cõfiditis in vmbra egypti. Et licet fructꝰ huius arboris. i. mundi bona sint dulcia ⁊ delicata/cortice tamen amaro. i. multis doloribus ⁊ amaritudinibꝰ sunt operta: quia amarissima erunt pctõribus quãdo propter ea dãnabuntur. Prouer. v. Nouissima eius amara velut absynthiũ. Uel dic ꝙ nux ẽ pctõr: cuiꝰ vmbra. i. status ⁊ eminẽtia/cuius stille. i. mala doctrina alijs circũstantibus sunt nociua: quia scꝫ arbores circũstãtes. i. vicinos/ item sub vmbra sue eminẽtie dormientes. i. subditos dãnificat per extorsiones/fraudes ⁊ rapinas. patet in aduocatis ⁊ raptoribus. Uel expone de hereticis/q̇ alijs nocent/⁊ eos corrũpunt per stillas sue corrupte doctrine. folia enĩ eorũ. i. verba sunt amara: et licet fructus eorum. i. opera videãtur esse boni ⁊ dulces/ sunt tamẽ amaritudine et falsitate ⁊ hypocrisi ⁊ mala intẽtione inuoluti. Sapien. iiij. Fructus eorũ inutiles/ ⁊ acerbi ad manducandum. Uel dic de luxuriosis personis / que corrumpunt alios circũstantes: et folia eorũ. i. verba sunt fetida et inflãmatiua ⁊ amara: fructus autẽ eorũ. i. delicie quas frequentãt / semꝑ amaritudine sũt resperse: qꝛ vere plus est ibi de amaritudine q̃ꝫ de dulcedine/oĩbus computatis: qꝺ ostenditur Prouer. vij. vbi mala mulier cubile suum asperserat vna specie fetida. s. aloe: alia amara. s. myrrha alia dulci/scꝫ cynamomo. Myrrha inquit ⁊ aloe et cynamomo aspersi cubile meũ. ¶ Nux est arbor alta et procera/habens ramos ⁊ nodos diffusos/folia lata ⁊ numerosa/pyramidalia ⁊ acuta: cuius radix/cortex ⁊ fructus cõpetunt medicine. valet enĩ succus corticis et radicis ad vrinandũ/⁊ cõtra rigorẽ febris ⁊ multa alia. Fructꝰ eius est multũ medicinalis/intantũ ꝙ ex cibo cui admiscetur omne venenosum ⁊ virulentũ effundit ⁊ extrahit ⁊ extinguit. Multũ enĩ valet contra venenũ: et semꝑ sub amaro cortice in dura testa seu capsula contineꝛ. Et sicut dicit Isid. ista arbor quondã fuit ioui specialiter dedicata. Talis est vir perfectus: qꝛ altus ꝑ contemplationẽ: diffusus per charitatẽ/ follitus ꝑ eloquẽtie claritatẽ: medicinalis per vite et doctrine sanctitatẽ: nã radix eius. i. affectio: cortex eiꝰ. i. cõuersatio: fructꝰ. i. operatio/vsui conueniũt aliorũ: ⁊ eis sunt vtilis medicina. Nã succus sue bone doctrine ⁊ eruditionis/fructus sui boni exẽpli ⁊ operationis/alijs subuenit ⁊ medeꝛ/et eos facit vrinã. i. diuitias emittere ꝑ elemosynarũ largitionẽ/⁊ rigorem seu frigus febris. i. frigiditatẽ indeuotionis ⁊ auaritie nõ sentire/⁊ a veneno pctõrũ mortalium liberari. Itẽ fructus et opa bonoꝝ debẽt sub duplici cortice cõtineri. primꝰ ⁊ interior est hũilitas: q̃ debet esse alba ꝑ castitatẽ/ dura ꝑ cõstãtie firmitatẽ. exterior autẽ q̇ multũ est amarus/significat penitẽtie asperitatẽ: qꝛ sub velamẽto penitẽtie ⁊ humilitatis debet velari et celari fructus bonorũ operũ et virtutis. Prouer. xxxj. Oẽs domestici eiꝰ vestiti sũt duplicibus. ¶ Fructꝰ nucis est interiꝰ dulcis et vnctuosꝰ/mollis et ꝟtuosus/calidus. s. et hũidꝰ: et triplex habet vestimentũ: qꝛ interiꝰ ĩmediate hꝫ quandã albã pellẽ seu camisiã/tandẽ hꝫ quãdã durã testã ⁊ rudẽ/ tandẽ hꝫ corticẽ amarũ et grossũ: et q̃ꝫto plꝰ antiquaꝛ et maturaꝛ/tãto interius camisia sibi magis incorporaꝛ ⁊ vniꝛ. Talis debet esse bonꝰ xp̃ianꝰ/et maxime religiosꝰ: q̇ est fructꝰ arboris ecclesie vel religionis: qui debet esse interiꝰ mollis ꝑ pietatẽ: qꝛ. s. ex eo debet emanare oleũ mĩe et elemosynarũ

mollis ꝑ benignitatē/vnctuosus ꝑ charitatē/alb⁹ ꝑ in-
nocētie puritatem:⁊ hic debet habere triplex spirituale
vestimentum:quia primo debet interius indui camisia
cādida pure castitatis:⁊ q̄to plus maturabit̄ ⁊ senescet
tanto talis camisia debꝫ eidē firmius inherere. Amict⁹
syndone sup̄ nudo. Mar.xiiij. Scđm indumentū est du
rum ⁊ rude/⁊ significat duritiam ⁊ firmitatē boni propo-
siti et voluntatis:qđ debet esse rude ꝑ humilitatē:q꞉ scꝫ
non debet de ꝓprijs virib⁹ cōfidere: q꞉ Magna est fir-
mitas/propriam infirmitatē cogitare. Tertiū indumen
tum significat amaritudinē exterioris penitētie et aspe
ritatis/in qua ꝓ certo debet esse inuolutus.⁊ sic per ista
tria poterit a nocumentis exteriorū vitiorum tueri. Eze.
xvj. Sumpsisti vestimēta tua multicoloria. Et sicut q̄to
nux plus maturat̄/tanto cortex ista ab ea plus elongat̄/
et finaliter ab ea cadit/⁊ remanet pulchra ⁊ munda:sic
homo q̄to plus antiquat̄ per perfectionis et senectutis
etatem/tanto cortex penitentie ab eo plus elongat̄.i.q꞉
ipsam leuiorē reputat ⁊ inuenit:q꞉.s.eā nō habꝫ ꝓpe cor
per grauitatem:⁊ finaliter in morte ab eo cadet ⁊ cessa-
bit:et mūdus ⁊ purus in eterna requie remanebit:quia
tunc absterget deus oēm lachrymā ⁊c. Apoc.vij. Et si-
4 cut cortex est amara ⁊ humida:sic penitētia dꝫ esse ama-
ra per cōtritionē/⁊ humida per lachrymationē. ¶ Nux
qn̄ est viridis:interius est mollis ⁊ leuis:et exterius est
viridis/scꝫ in cortice:amara tn̄ ⁊ fetida:et tingit ⁊ inficit
contingētem. corticē etiā ⁊ testam interiorem habet du-
ram ⁊ nodosam: exinde tn̄ nucleus extrahit̄/⁊ a cornici-
bus sep̄p⁹ deuoratur. Sic ꝟe qn̄ homo est viridis per lu-
xuriam ⁊ carnalitatē/⁊ imatur⁹ per insolentie leuitatē/
tunc interius est mollis ⁊ delicatus ꝑ voluptatem ⁊ de-
lectationem:exterius autem in cortice ꝯuersationis est
viridis per curiositatem. interius item habet durā te-
stam.i.obstinationē ⁊ incorrigibilitatem:⁊ cortex eius.i.
exterior conuersatio fetida est ꝑ infamiam:et contingē-
tes.i.vicinos inficit ⁊ corrūpit per mali exēpli dationē.
et ideo de talium incorrigibilitate/duritia ⁊ obstinatio-
ne dicitur Eccli.xxiij. Homini fornicario omnis panis
dulcis:non fatigabitur transgrediēs vsq꞉ in finem. Fi-
naliter tn̄ extrahitur et frangitur per mortem/et a cor-
5 nicibus demonibus deuoratur. Effodiāt eum corui de
torrentibus ⁊c. Prouerb.xxx. ¶ Cornix nucem eleuat/
vt dimittendo eam cadere/ipsam frangat. Sic vere dia
bolus videns ꝙ non potest hominem frangere per pec-
cata/procurat eum eleuari ad dignitatem et prosperi-
tatem:et sic facit eum per supbiam cadere/et sic ꝑ mor
tem corporis frangitur/⁊ per damnationem eternam fi-
6 naliter deuoratur. Job.xxx. Eleuasti me/et quasi super
ventū ponens elisisti me valide. ¶ Licet nux dū est viri
dis/amarā ⁊ fetidā habeat corticē/qn̄ tn̄ maturat̄/cadit
ab ea talis cortex/⁊ remanet mūda/dura ⁊ fortꝫ exteri⁹/
et interi⁹ alba/vnctuosa/calida ⁊ sicca et medicinalis/⁊
oleū inde fit optimū. Sic ꝟe licet hō in sua viriditate.i.
in sua iuuentute habeat fetidam ⁊ vilem corticē.i. malā
et infamem exteriorē cōuersationem/ qn̄ tn̄ antiquatur
et senescit/tūc debꝫ talis cortex cadere ⁊ deficere. Exui-
te vos veterem hoiem.ad Ephe.iiij. Et debet effici ex-
terius durus per penitentie austeritatem/ mundus per
conuersationis honestatem/interius autem in conscien
tia albus per castitatem/vnctuosus per benignitatem/
mollis per pietatem/calidus per charitatem/sicc⁹ per
abstinentie macerationem/emittens oleum.i. elemosy-
narum largitionem/medicinalis contra venenum pec-
catorum per vite ⁊ doctrine perfectionem.p̄s. Senect⁹
mea i misericordia vberi. Uel per statum viridem intel-
ligo statum mundi/vel etiam statum nouitiatus:per sta
tum autem maturitatis intelligo statum religionis/vel
statum professionis. Uel dic ꝙ viriditas est status pec-
cati: maturitas status penitentie et conuersionis ⁊c.
7 ¶ Nux arbor (sicut patꝫ intuenti) in formam crucis fi-
guratur vt cōmuniter. Fructus autem eius quasi in for-
mam crucis inuenitur fissus:in fissuris etiam interioris
nuclei est quoddam tenue lignum/qđ similiter continet
formam crucis. Sic vere homo debet esse spiritualiter
dispositus more crucis:quia debet esse superius exten-
sus ad celestia per contemplationem:inferius ad infer-
num ⁊ terram.i.ad mortem per timorem et mortis recor
dationem:a dextris autem ⁊ sinistris.i.ad amicos ⁊ ini-
micos debet extēdi per charitatem ⁊ dilectionem. Cor-
pus suum crucifigentes ⁊c. ad Gala.v. In fructib⁹ etiā
eius.i.in operibus debet semper resultare lignum cru-
cis.i.similitudo ⁊ impressio crucis Christi et passionis/
vt scilꝫ ibi appareat humilitas/perseuerantia/peniten-
tia ⁊ cetera similia. Christo confixus sum cruci.ad Ga-
8 lath.ij. ¶ Nucis fructus si temperate sumātur/bene nu
triunt ⁊ proficiunt comedenti:si autem imoderate ⁊ ni-
mis laute quis eis vtatur/choleram et malos humores
generāt/⁊ capitis causant grauedinem et dolorem. Sic
mūdi diuitie si debite q̄s eis vtatur/et nō nimis:sed tē-
perate ex eis habuerit/scꝫ ad sufficientiam:tunc conue-
niunt et proficiunt/⁊ spiritualiter ⁊ tēporaliter nutriūt:
si quis autem nimis ex eis comederit ⁊ habuerit/et sine
discretione eis vsus fuerit/tunc choleram.i. ardorē aua
ritie/malosq꞉ humores carnalitatis ⁊ luxurie in eo gene
rant/⁊ dolorem capitis.i.laborem ⁊ sollicitudinem i eo
causant. Ideo bene poscebat sapiens: Prouer.xxx. Nec
diuitias nec paupertatem ⁊c. Diuitie cōgregate in ma-
9 lum dn̄i sui. Eccl'is.v. ¶ Nuces sunt calide ⁊ sicce ⁊ vn-
ctuose/et valent contra venenum et multa alia ⁊c. Sic
10 charitas ⁊c. ¶ Illud quod est bonū in nuce/nunq̄ fedat
contingentem; sed illud quod nihil valet:scꝫ corium seu
cortex. Sic mali ⁊ non boni fedant alios ⁊ corrumpunt/
verbis scꝫ ⁊ exemplis:q꞉ sicut dicit̄ Eccli.xiij. Qui teti-
gerit picem/inquinabit̄ ab ea. ¶ Nota ꝙ h̄ agitur de nu
ce magna et gallicana. Omnis eīm fructus habens du-
rum corticem/dicit̄ nux:sicut castanea/auellana ⁊c.

Capitulum.cv. De Nuce auellana.

1 Nux auellana dicitur ab aliquibus nux silue-
stris/⁊ dicitur ab auellere/eo ꝙ in loco publi
co crescens/a transeuntibus auellatur: min⁹
est calida et vnctuosa ⁊ nutritiua q̄ꝫ domesti-
ca.est dura ad frangendum/ difficilis ad di-
gerendum:digesta tamē bene nutrit: ⁊ multum est me-
dicinalis: vt dicit Isaac ⁊ Constant. Cortex etiam et⁹
valet cōtra alopeciam/si melli misceatur/⁊ capillos cre
scere facit. Tales sunt siluestres seculares:q꞉.s.alijs re-
ligiosis ⁊ clericis minus sunt calidi per charitatem/mi-
nus vnctuosi per pietatem/minus nutritiui per elemo-
synarum largitatem. Duri eīm sunt per obstinationem/
difficiles ad frangendum per correctionem/et ad dige-
rendum per conuersionem: digesti tn̄ ⁊ conuersi/emen-
dati ⁊ correcti/tunc bene nutriūt ꝑ elemosynas/scꝫ pau
peres:et corpori ecclesie proficiunt atq꞉ prosunt. Cortex
eīm eorum.i. substantia temporalis quando melli.i.dul-
cedini pietatis ꝯmiscetur/tunc medicinalis efficit̄ illis
qui pilos.i.diuitias perdiderūt.s.pauperib⁹/quos suis
elemosynis reficiunt atq꞉ iuuant. Psal. Adiuuit paupe-
2 rem de inopia. ¶ Auellana non ex toto cortice includi-
tur/sed ex parte:et dicitur auellana/ab auellendo ⁊c. si-
cut supra. Sic multi sunt qui se cortice penitentie peni-
tus non includūt:q꞉ corp⁹ in choro/cor habēt in foro:vt
sunt multi mali religiosi: et iō q꞉ isti in loco publico.i.in
mūdo ꝯmorant̄:vt q꞉ mūdi negocijs se exponūt/idcirco
a diabolo faciliter auellunt̄/vel alias remouentur. Esa.
vij. Eam⁹ ad Judam/⁊ auellamus eum ad nos.

Nux muscata est fructus cuiusdam arboris indie
q̄ in testa dura sub cortice detinet̄:⁊ tam cortex q̄ꝫ
interior nucleus virtutē habet calefaciēdi/confortandi
cerebrum/⁊ spiritualia recreandi/ventositatē extenuā-
di: vt dicit Plini. Diosco.⁊ Platea.

Capitulum.cvj. De Nardo.

Nardus est herba modica/spinosa ⁊ odorifera
que masticata linguam desiccat: virtutē ha-
bet confortandi/spūs odoratu reparādi/oris
fetorem tollendi/lingue paralysim tollit/con-
ceptionem adiuuat/opilationes splenis ape-
rit/epilepticos iuuat/⁊ ad alia multa valet:que oīa etiā
facit oleū qđ ex ea eliquat̄; vt dicit Isid.lib.xvij.⁊ Plat.

Nardus parua est humilitas/spinosa est penitētia:cali-
da est charitas:oēs tñ sunt odorifere per bonā famam:ꝛ
ideo cor ꝯfortant ꝑ spem de eternis:spūs.i.grās ꝛ virtu
tes reparāt:ꝛ oris fetorē.i.infamiā verboꝝ amputant et
eoꝝ inhonestatē:paralysim lingue.i.verecundiā confitē
di ꝛ loquendi spūaliter tollunt:cōceptionē boni ꝓpositi
procurant:ꝛ ad alia multa valent.Idem dic de qualibꝫ
virtute/ꝛ maxime de grā dei. Uel dic ꝙ nardus est ꝑso-
na bona et ꝑfecta/parua per humilitatē/calida per cha
ritatem/spinosa per pnīe austeritatem/odorifera per fa
me ꝛ vite sanctitatē.Et ideo de beata ꝟgine canit:Nar
dus odorifera q̄ fundit odorem.Cyprus cum nardo de-
derunt odorem suum.

Capitulum.cvij.De Olea.

1 O Lea est arbor/oliua est fructus/oleum succ⁹.
Et est olea arbor viridis/habens folia subal-
ba/estate ꝛ hyeme virentia:flores habet mi-
nutos ꝛ redolentes:fruct⁹ ei⁹ pingues sunt/
sapidi atqꝫ dulces:ꝛ radix eius amara est:et
ex radice amara surgit oliua in nutrimentū ignis/in me
dicamentū infirmi/ꝛ in pabulū esurientis:vt dicit Isid.
lib.xvij.Talis est xp̄s vel vir perfect⁹:qr vere folia ei⁹.i.
exterior cōuersatio semꝑ viret ꝑ honestatē:qr scꝫ in hye-
me tribulationis ꝛ in estate ꝓsperitatis debet durare vi
ror suus.i.decor sue honestatis et sue grē ꝛ virtutis.Ec
cli.xxiiij.Quasi oliua speciosa in campis ꝛc̄. Sunt etiā
subalbida per castitatem.Flores eius.i.interiores affe-
ctiones minuti sunt per humilitatē/odoriferi per famo-
sitatem:fruct⁹ eius.i.operationes pingues sunt per pie
tatem:dulces per benignitatem.Canti.ij. Et fruct⁹ ei⁹
dulcis gutturi meo.Radix eius.i.cor amarū est per cō-
tritionem:et ex eo surgit fructus bone operationis:qui
ignem charitatis suis exemplis accendit:infirmos in fi
de et moribus corroborat atqꝫ sanat:et esurientes / scilꝫ
pauperes/pietatis operibus reficit atqꝫ nutrit. Psalm̄.
Satiauit animā inanem ꝛ animā esurietem. Uel dic ꝙ
oliua est beata virgo:cui⁹ origo ꝛ radix est populus Iu
deorum:qui amarus est ꝑ vitia et peccata:et tñ ex eo ꝓ-
cessit ista olea vel oliua:q̄ fructus dulces.i.opera mise-
ricordie semper habꝫ ꝛc̄. sicut supra. Ideo dicitur Iere-
re.xj.Oliueram vberem/pulchram/fructiferam/specio-
2 sam/vocauit dn̄s nomen tuum. ¶ Oliua radicē habet
amarā/ꝛ corticē silr̄iter:fruct⁹ tñ eius dulcis est atqꝫ pin
guis:ex quo fit oleū/cibus ꝛ medicina. Sic vere qñ ho-
mo est amarus in radice cordis per contritionem/in cor
tice cōuersationis per exteriorem macerationem/tunc
fructus dulces.i.opera bona profert/ꝛ oleum misericor-
die ꝛ pietatis fundit. Petra fundebat mihi riuos olei.
Iob.xxix.dic sicut supra.§.de virgine/ꝙ fructus hui⁹oli
ue est christus/dulcis/pius et benignus:qui oleum mi-
sericordie nobis stillauit.Infundens oleū ꝛ vinum.Lu-
ce.x.et ignem charitatis accendit.Ignem veni mittere
in terram. Luce.xij.et esurientes pabulo et etiam pane
in deserto pauit.Matth.xij.ꝛ infirmos peccatores sana
3 uit.Figura de samaritano. Luc.x.ꝛc̄. ¶ Oliuā multe ē
duritie et firmitatis/et quasi īputribilis:sed licet sit ma
gne duritiei exterius in substantia/multe tñ est humoro
sitatis interius ī medulla:ex eius em̄ fructu oleum eli-
quatur.Sic vere nos debemus esse duri et fortes cōtra
omnia vitia ꝛ tormēta per constantiam/fortitudinem et
virtutē:ita ꝙ nō debemus succūbere nec cedere nec pu
trefieri per pctm̄/sed ꝑ perseuerantiā imputribiles per-
manere.Seneca:Utere officio qđ semel sumpsisti:turpe
est oneri cedere.Interius tñ in medulla.i.in corde debe
mus esse teneri ꝛ humidi ꝑ fluidam pietatem (illi em̄ q̄
sciunt alijs compati et misereri/melius durant ꝛ perse-
uerant in charitate) oleum etiam.i. abundantiā elemo-
synarum et operum pietatis ex nobis iugiter distillare.
Eccl̄s.ix.Oleum de capite tuo nō deficiat.Uel dic ꝙ li
cet p̄latus sit exterius in cōuersatione ꝛ cortice amarus
et durus per correctionē/intus tñ debet esse mitis ꝛ be-
nignus ꝛ pius per compassionē.Exemplum de Moyse
qui pie deum orauit pro populo delinquente in vitulo/
et tamen eos dure ꝛ seuere puniuit:quia ꝺm Senecam:
Plus debet esse seuerus dominus/pius pater/manda- 4
torum cultor/vitiorum vltor.¶ Scđm Pli. arbores oli-
uarum fructiferarum nō volunt solū nimis pingue vel
macrum/sed temperatum/nec regionem feruentem nec
frigidam/sed temperatam.volunt em̄ esse in loco tempe
rate calido ꝛ sicco/pingui et macro/soli exposito/rore ce
li etiam humefacto.multum em̄ eis confert celum.i.ce-
lestis influentia temperata.Sic vere illi qui sunt fructi-
feri per bona opera/non debent appetere solum.i.statū
qui sit nimis piguis per diuitias: nec nimis macer per
paupertatem:nec regionē vbi sit nimi⁹ calor auaritie ꝛ
cupiditatis/nec nimium frigus indeuotionis ꝛ tepidi-
tatis:sed locum ꝛ statum temperatum ꝛ sufficientē/exē
plo Salomonis (Prouer.xxx.) qui a deo petiuit sibi da-
ri nec diuitias nec paupertatem/sed sufficientiam.Ta
les em̄ maxime debēt petere solum seu societatē vel sta
tum qui sit temperatus quo ad vite sufficientē necessi-
tatem:soli.i.Christo ꝛ bonis eternis expositus per con-
templationem:et rore celestis doctrine humectatus:et
sic erit ꝺm illđ Eccl̄i.l.Quasi oliua pullulās/ꝛ quasi cy- 5
pressus ꝛc̄.¶ Scđm Pli.multū confert oliue temporis
et aeris serenitas.Nam si imbriū fiat copia qñ oliue ma
turescunt/oleum faciliter vitiatur/nisi forte ꝑ subsequen
tem serenitatem temporis emendetur/per quam liquo-
ris superfluitas desiccetur.Sic etiam multis bonis cō-
fert serenitas.i.prosperitas:quia quando vehementes
imbres.i.fortes tribulationes ingruunt/faciliter corrū-
puntur ꝛ vitiantur per impatientiam ꝛ desperationem/
nisi forte subsequens serenitas.i.spes future felicitatis
eis subueniat ꝛ succurrat.Nimia enim tribulatio nocet/
nisi spes remedietur.Naum.ij.Porte fluuiorum aperte
sunt/ꝛ tēplum ad solum dirutū est. ¶ Scđm Pli.oliua 6
non indiget rastro vel falce/ vt putetur more vitis/sed
soli ꝛ rori ꝯmittitur/verno tempore gaudet/ꝛ incipit tūc
florere:fructus autem eius circa hyemem colligit̄.et cir
ca radices ei⁹ crescunt quedā false ꝛ adulterine radices
quas agricole terra aperta ꝑcidunt post fructus colle-
ctionem:ꝛ sic mirabiliter emendant̄.Oliua est vir perfe
ctus:qui pro certo nō indiget rastro vel falce.i.asperita
te correctionis ꝛ tribulationis:ꝛ hoc quia nulla sunt ī eo
superflua/q̄ debeant resecari:imo soli xp̄o per dilectio-
nem/rori celestis grē per deuotionem est totaliter cōmit
tendus.In verno em̄ tempore.i.in principio iuuentutis
floret per bonas affectiones:ꝛ circa hyemem mortis(scꝫ
in senectute)colligunt̄ fructus eius.i.bone operationes
qr scꝫ in senectute fiunt maxime honesti ꝛ apti ad alios
edificandum.Uerūtamen qñ fructus talium sunt colle-
cti.i.quando ꝑ bona opera fructificauerunt/tunc qr cir-
ca radices cordis ꝛ affectionis crescunt qñqꝫ false radi-
ces et adulterine.i.aliqui motus inanis glīe ꝛ ꝑsumptio
nis de meritis/vel male affectiones terrenorum ꝛc̄.ideo
agricole ꝑdicatores vel prelati debent eis predicando
terram aperire.i. suam vilem et terrenam conditionem
et naturam ostendere/vt sic possint radices huiusmodi
extirpari/ꝛ oīs vana gloria elimiari:ꝛ sic meliores ꝛ fe-
cundiores ī bonis operibus fiunt. Luc.xiij. Sine/fodiā
circa eam eam:et mittam stercora.Uel dic ꝙ quādo ma
le radices.i.male affectiones ꝛ vitia ꝛ peccata impediūt
fructum bonoꝝ operū in aliquo/tunc debꝫ prelatus fo-
dere per correctionē/et terram aperire/et talia prescin-
dere ꝛ auferre. Sex annis putabis vineam tuā. Leuit. 7
xxv.¶ Quando fructus sunt in oliua/non debꝫ oliuans
eam cū virgis dure percutere/vt fruct⁹ excutiat:qr an-
no sequēti sterilis fieret.minus em̄ fructificat sic percus-
sa:vt dicit Plini.Sic vere qñ in aliquo subdito sunt fru
ctus diuitiarū/oliuās suus.i. princeps/dn̄s vel p̄lat⁹ nō
debet eū cū virgis.i.cū fortibus tribulationib⁹ꝛ inuasio
nibus ꝑcutere/vt fruct⁹ diuitiarū extorqueat ꝑ rapinā:
sicut faciunt tyranni:ꝛ hoc qr steriles eos facerēt ꝑ pau-
pertatē/ita ꝙ in anno sequēti inuenirēt min⁹ de fructib⁹
ad suā necessitatē:sicut ptꝫ in ipijs ꝑncipib⁹:q̄ ita denu-
dant subditos suos ꝑ rapinas/ꝙ ipsi nec ꝓ se nec ꝑ eis
nihil habent.Prouer.xxviij.Regnātibus impijs ruine
hoim.Uel dic ꝙ p̄latus non debꝫ nimis dure percutere

et corrigere subditum/vt fructus bonoꝝ operū ab eo extorqueat: quia multi sunt qui a bonis operibꝰ sterilescūt per obstinationem/impatiētiam ⁊ etiā apostasiam/quādo nimis dure corrigūtur ⁊ tribulātur. Hiere.xv. Vulneraui ⁊ destruxi pplm meum: et tñ a vijs suis non sunt reuersi. vñ Esa.ix. Populus non est reuersus ad percutiētem se.

8 ¶ Olea multos portat fructus: quosdam immaturos ⁊ virides: alios maturos ⁊ nigros: alios mediocres ⁊ rubeos: oīs tñ oliua q̄ꝫto exteriꝰ nigrior/tanto interius maturior ⁊ vnctuosior/et ad exprimendum oleum aptior: vt dicūt Isaac. Isid. et Diosco. Arbor ista est ecclesia vel religio: que pro certo multos fructus .i. multos subditos cōtinet ⁊ fideles: qꝛ quidā sunt immaturi ⁊ virides/scꝫ nouitij et incipiētes/qui adhuc sunt immaturi per insolentie leuitatem/virides per carnalem voluptatem. Alij sunt rubei ⁊ mediocres/scꝫ ꝓficiētes: q̇ debent esse rubei per charitatem. Alij sunt maturi ⁊ nigri/scilꝫ ꝑfecti: qui debēt esse nigri per humilitatem/maturi per vite ⁊ moꝝ honestatem ⁊ sanctitatē. Ideo dicit ps. Ego quasi oliua fructifera in domo dñi. Et q̄ꝫto q̇s est nigrior humilitate/tāto pro certo interiꝰ est vnctuosior pietate/et maturior sanctitate. Unde exterior humilitas interiorem denotat sanctitatem: qꝛ vbi humilitas/ibi est sapiētia. Prouer.xj.

9 ¶ Scdm Aristo. fructꝰ oliue nunq̄ꝫ in arbore ꝑfecte maturescūt/etiā si ꝑ multos annos ibi essēt. ideo oportet ꝙ fructꝰ collecti in vna cōgerie cōgregētur/et sic cōfortato calore per mutuam cōpressionem maturabūtur. Sic vere hoīes vix aut nūq̄ꝫ possunt maturari per vite sanctitatem ⁊ moꝝ/q̄ꝫ diu sunt in arbore vbi nascūtur/scꝫ in mūdo: immo ꝟe necesse est ꝙ inde auellantur per terrenoꝝ cōtēptum/et ꝙ in cōgerie religiōis vel eccl'ie vna cū alijs cōgregētur/et ꝙ inuicem per vnitatem ⁊ cōcordiā cōprimātur: et sic calor charitatis in eis mutuo cōfortabitur/et ad ꝑfectam morum ꝑueniēt maturitatem. Geñ.j. Congregētur aque que sub celo sunt/in vnū locum. Vel dic ꝙ homo non pōt fieri maturꝰ per sapiētiam ⁊ discretionem in arbore .i. in patria vbi nascitur/immo oportet ꝙ inde exeat/et ꝙ longe ad studia se cōuertat/et ꝙ ibi vna cū alijs cōmoretur/et per plures dies ibi in studio in societate scholarium ꝑseueret/et sic confortabitur ⁊ conualescet calor .i. ingenium naturale/et ad maturitatem discretionis poterit peruenire. Ioā. et Luce.iiij. Nemo ꝓpheta acceptꝰ est patria sua. Ideo Abraham dictū est: Geñ.xij. Egredere de terra tua ⁊c̄.

10 ¶ Oliue rubee nec multum mature/nec multū vnctuose vtiliores sunt stomacho (ꝭm Isaac) q̄ꝫ mature ⁊ nigre: qꝛ licet mature plus nutriāt/tñ ꝓpter vnctuositatem supernatāt: nec ad locū decoctionis descēdūt: et sic in humores sup̄fluos ⁊ putridos cōuertūtur. Sic vere qñq̄ꝫ accidit ꝙ illi q̇ sunt mediocriter rubei per charitatem/maturi per sanctitatem ⁊ honestatem/vnctuosi per pietatē: sunt meliores q̄ꝫ illi qui sunt ꝑfecte maturi per fame ⁊ vite honestatem: et hoc quia licet isti multum nutriāt corpus ecclesie/scꝫ pauperes suis elemosynis/peccatores suis doctrinis ⁊ exēplis: tñ qꝛ ꝓpter vnctuositatem pietatis quā se vidēt habere/volūt sup̄natare per p̄sūptionem .i. alijs preeminere: ideo non descendūt per humilitatem: nec perfecte digerūtur vel ad bonū conuertūtur: immo aliquādo in humores putridos luxurie dissoluuntur: qꝛ scꝫ deus sepe tales dimittit cadere de suis viribꝰ presumētes. Ideo Eccl'is.vij. Noli esse iustus multum. et Iudith.vj. Humilias presumentes de sua virtute.

11 ¶ Secūdum Pliñ. bacce oliue q̄ꝫ diu sunt ī arbore/non pereūt: sed q̄ꝫ diu ibi ꝑmittūtur/fiūt meliores: semper eñ nouas vires recipiūt/et difficiliꝰ inde cadūt. Sic ꝟe homo q̄ꝫ diu in arbore crucis residet per eiꝰ recordationem et deuotionem: vel in deo vel in eccl'ia per fidem/gr̄am et dilectionem: vel etiā in religione: nūq̄ꝫ perit per desperationem/vel etiā peccati corruptiōem: immo q̄ꝫto diutius ibi ꝑseuerauerit/tanto nouas vires recipiet ⁊ virtutes/et melior efficietur/et ibi fortiꝰ et tenaciꝰ adherebit. vnde .j. ad Coꝝ.vj. Qui adheret deo/vnus spiritus est.

12 ¶ Oliua ex triplici substātia constat: scꝫ ex osse duro/exteriori carne ⁊ cortice/et oleo seu succo. Sic homo constat ex duro osse: et ex oleo .i. ex sanguīe liquido: et ex carne. Vel dic ꝙ oliua est xp̄s: qui habuit os durum .i. fortem diuinitatē: ⁊ carnem ⁊ oleū .i. aīam. Vel dic ꝙ in aīa debet esse oleum fluide pietatis: caro tenere benignitatis: et os dure ⁊ solide firmitatis. Vel dic ꝙ oliua est ecclesia: vbi sunt quidā ossei per duritiam ⁊ obstinationē: quidā carnei per luxurie voluptatem: quidā sicut oleum per superbie vanitatem. Oleum eñ semper supernatat. sic multi volūt alijs eminere. Et sicut porci impinguant ossibꝰ oliuaꝝ/et inde etiā ignis nutritur: sic vere ex istis obstinatis ignis inferni/⁊ porci .i. demones depascūtur. Erit in cōbustionem ⁊ cibus ignis. Esa.ix.

13 ¶ Oliua nobis mittit ⁊ fundit oleum: qđ vulnera lenit ⁊ sanat: et esurientes reficit: et est arbor pacis ⁊ victorie. Nam ꝭm Vale. maxi. legati Romanoꝝ qui pro pace obtinēda vel cōcedenda mittebātur/sine ramis oliue non mittebantur. Victores etiā ꝭm Pliñ. apud Athenas oliua coronabātur. Talis est virtus pietatis: qꝛ oleum dulcis cōsolationis ⁊ clemētie nobis fundit: ex quo esuriētes ⁊ pauperes per elemosynas recreātur: et morbi pctōꝝ curātur: quia elemosyna extinguit peccatum. Eccl'i.iij. Et ista pro certo est virtus pacis ⁊ victorie: qꝛ scilꝫ deū nobis pacificat et cōcordat: et nos facit de vitijs triūphare. Et ideo legatus pacis xp̄s cū ista oliua fuit a deo missus .i. cū dulcore clementie ⁊ pietatis: legata etiā pacis beata virgo oliuā clemētie secū habet: victores etiā vitioꝝ ⁊ tribulationum oliua .i. per opera mīe coronantur. Patet Matth.xxvj. vbi in iudicio tm̄ fit mētio de operibus pietatis. Et hec fuerūt figurata Geñ.viij. vbi postq̄ꝫ deus fuit cōciliatus et pacificatus cū humano gñe/colūba venit ad Noe in arcam cū ramo oliue viridis. Sic vere quādo deus fuit nobis cōcordatus/ip̄e misit in arcam .i. in beatam virginem colūbam .i. filium suum/cum oliua fluide pietatis. vñ Ozee.xiij. Erit quasi oliua gloria eius.

Capitulum.cviij. de Oleo.

Saltus sunt loci alti in nemoribus/ paucis arboribus circūsepti. Saltus enim altus locus est ⁊ incultus/ ab accessibꝰ hoīm separatus/ versus celum eleuatꝰ: et in istis castra fortissima situātur: q̄ sunt cōtra aduersa omnia munimēta: fm Isido.lib.xvij. Sic est status perfectiōis vel religionis: qr vere iste est altus per contemplationē/ et a terra.i. a terrenis eleuatus per eorū contemptū ⁊ abdicationē/ incultus est per penitentie macerationē/ et per penitentie maceratiōe: quia scz non cultus per curiosam hoīm cōuersationē. ⁊ iste paucis arboribus.i. paucis personis hodie est circūseptus: quia vere pauci sūt hodie qui viam perfectionis aggredianꝭ. talia loca tamē sūt fortissima et tutissima bonis et iustis ibi habitantibus contra omnes impetus tentationū tam hostiliū q̄ mūdanarū ideo dicitur.iij. Regū.vij. Vasa domꝰ saltus libani erant ex auro purissimo.

1 Capitulum.cxl. de siluis in generali.

Silua/ lucus et nemus idem sunt: sed silua dicitꝭ a silēdo: quia propter rarum hominū accessum ibi non est tumultus/ sed silentiū. Lucus dicitꝭ a lucēdo/ per antiphrasim: quasi lucus.i. luce carens: quia ibi solis claritas nō videtur. Nemus dicitur a numinibus/ quia numina ⁊ idola dudū in nemoribus colebanꝭ: vt dicit Isido. Vel potest dici nemus a nemine/ eo q̄ a nemine frequentatur. Talis est mūdus. Iste eñ dicitꝭ silua a silēdo: quia vere ibi sunt pauci hoīes.i. viri rationales ⁊ iusti: et ideo ibi nō est vox laudis/ cōfessiōis ⁊ ꝯonis/ sed silentiū omniū istoꝝ. Unde Amos.viij. In omni loco ꝓijcietur silentiū. Iste etiā dicitꝭ lucus/ quasi luce carens: quia vere luce.i. claritate gratie et veritatis caret/ et vmbra falsitatis ⁊ obscuritatis abundat. Apoc.xviij. Lux lucerne non lucebit tibi. Dicitur etiā nemus/ a numine: qr vere idola.i. mūdi diuites ⁊ potentes ibi sicut numina co-
2 lūtur/ et a fatuis honorantur: qr multi colunt personā potētis. Prouer.xix. ¶ Silua est locus vastꝰ ⁊ incultꝰ/ vbi sunt plures arbores infructifere q̄ fructifere vt cōiter/ ⁊ ifructifere maiores sunt ⁊ altiores q̄ fructuose. Silua est mūdus qui est locus incultus: quia caret cultura penitētie ⁊ discipline. Itē locus vastus: quia scz ibi non est abundātia virtutū et gratiarū: et ibi pro certo plures sunt arbores infructuose.i. peccatores homines qui fructu bonoꝝ operum et gratie carēt/ q̄ fructuose. plures eñ sunt mali q̄ boni: quia stultoꝝ infinitus est numerus. Eccles.j. Et isti infructuosi/ scz mali ⁊ peccatores/ pro certo sunt alijs altiores.i. in diuitijs et honoribus potentiores: quia impij hodie ꝓsperātur/ et bene est omnibꝰ qui preuaricātur. Ihere.xij. ¶ Sil-
3 ua a feris et seuis bestijs incolitur/ et a latronibus qui ibi latitant habitatur: qui scz transeūtibus insidiantur/ et eos ibi spoliant/ perimunt et occidūt. In siluis etiā est locꝰ seductionis et deceptionis: quia ꝓpter aues ⁊ bestias capiendas silua ab aucupibus ⁊ venatoribus frequētatur. Arbores ibi in estate virēt et florēt: in hyeme pallide sunt atq̄ sicce: sicut hec omnia patent diligentiꝰ intuenti. Talis est mūdus: qui a seuis bestijs.i. diuersis peccatoribus habitatur. In siluis eñ sunt lupi et leones.i. tyrāni raptores: qui carnes comedūt. ibi sunt apri et cerui/ qui fructus diuitiarum querunt.i. vsurarij et auari ⁊c. Item glires ⁊ hericij/ q̄ arbores scādunt.i. superbi ⁊ ambitiosi: qui in arboribꝰ eminentiarū delectātur. Psal. In ipsa pertransibūt oēs bestie silue. Item ibi sunt latrones: quia vere silua huius mundi a demonibus ⁊ a falsis mundi raptoribus et secularibꝰ habitatur/ a quibus trāseūtes.i. pauperes ⁊ simplices spoliātur/ scz a gratijs ⁊ virtutibꝰ p demōes: a bonis aūt tpalibꝰ p tyrānos et raptores denudātur et spoliantur. Ideo Job xxiiij. Nudos dimittunt hoīes/ vestimēta tollētes. Locus etiā iste locus est deceptiōis: qr vere ibi decipiūtur boni ⁊ iusti tpaliter a fraudulosis auaris/ ⁊ spiritualiter a demonibꝰ. Nā qr ibi sunt alique aues.i. aliqui viri ꝯtēplatiui/ alique bestie.i. aliqui boni actiui: idcirco pro eis capiendis et ad eternū periculum deducendis/ silua huius mundi a venatoribus.i. a demonibus frequētatur: qui bonos in laq̄is suarum tentationū capiunt ⁊ seducunt. Aucupes etiam.i. mundi auari ⁊ vsurarij alios simplices in reti suoꝝ falsoꝝ contractuū irretiunt ⁊ inuoluunt. Ihere.v. Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes velut aucupes/ laqueos ponentes ad capiendos viros. Arbores autem huius silue.i. mūdi diuites ⁊ potentes in estate mundane prosperitatis rutilant atq̄ fulgent per mundi diuitias ⁊ honores: sed ꝟe in tempore hyemis.i. in statu aduersitatis/ scz post mortē/ erunt nudi et siccati ab omi virore pulchritudinis et ab oī humore voluptatis/ quādo scz erūt inferius in inferno. Jacobi.j. ⁊ Esa.xl. Exsiccatum est fenū/ et cecidit flos. Nota quomodo decipiūtur transituri nemus per falsos latrones quos inueniūt i specie bonoꝝ ⁊c. vide alibi. ¶ Silua dicitꝭ
4 a silēdo: quia ibi non est tumultus hominū. Silua etiā ab auibus cantantibꝰ iocūdatur/ ab arboribus virentibꝰ venustatur/ in silua herbe medicinales inueniuntur/ ad siluā aues fugiūt vt nidificent/ ⁊ ab aucupe ꝓtegātur: apes etiā/ vt ibi mella faciant et cōponant: viatores etiā in siluis ardoris tempore delectantur/ et ibi sub vmbra arborum q̄ plurimū recreantur. Talis est religio: quia dicitꝭ silua a silendo: quia ibi nō est tumultus litiū et discordiarū/ multiloquij vel garrulatiōis/ sed ibi silentiū/ pax et cōcordia debet esse. Apoca.xij. Factū est silētiū in celo. Ibi etiā debet esse cantus auiū.i. laus/ cōfessio ⁊ oratio contemplatiuoꝝ. Esa.lj. Gaudiū inuenietur in ea/ gratiarū actio/ ⁊ vox laudis. Ibi debet esse cursus aquaꝝ et fontiū/ scz lachrymarū et deuotionis/ gratie ⁊ lectionis/ mie ⁊ compassionis. Fluminis eñ impetus letificat ciuitatem dei. Ibi debent esse herbe medicinales.i. bona exēpla ⁊ documēta/ q̄ sunt alijs medicina: et ideo aues.i. viri spūales et contemplatiui ad istam siluā refugiunt/ vt ibi nidificent ⁊ morentur/ ⁊ ab aucupe diabolo tueanꝭ. Apes etiā.i. viri pij et misericordes ibi inueniūtur/ qui mel.i. dulcorē elemosynarū alijs administrāt: vel apes.i. humiles predicatores/ qui mel sacre doctrine ibi alijs influunt. Canti.iiij. Mel et lac sub lingua tua. Et idcirco viatores.i. mūdi peccatores qui sunt i estu tentationū et tribulationū positi/ quādo ad istā siluā diuertunt/ tunc sub vmbraculis arborū.i. sub exemplis bonoꝝ a suoꝝ desideriorū estibus temperātur. Multi tamē sunt ibi aucupes et venatores.i. multi demones et tentatores/ qui

auibus.i.viris cõtemplatiuis insidiantur/ vt eos per pctm̃ capiant ⁊ predẽtur: sicut dicitur Hiere.v. Decipula auib⁹ plena/ sic domus eoꝝ plene sunt dolo. Inuehe contra oĩa: quia hodie pro cantu auiũ est ibi cantus murmurationis ⁊ dissensionis ⁊c̃. pro fonte est ibi gula/ gastrimagia et luxuria. pro virore honestatis est ibi insolentia et infamis conuersatio: ⁊ cetera similia. pro auib⁹ sunt ibi luxuriosi ⁊c̃. Uel dic q̃ silua est paradisus/ vbi sũt angeli velut aues. Estate ꝑpetua erunt volucres super eam. Esa.xviij. vbi sunt sancti velut apes/ vbi sunt fontes eterne voluptatis.s. ipse deus/ qui est omnia in oĩbus.j.ad Corin.xv. Psal. Sicut seruus desiderat ad fontes ⁊c̃. Ibi sunt herbe et gramina.i. satietas voluntatis. In montibus israel pascã eas in locis virentibus. Eze.xxxiiij. Et ibi est refrigeriũ oĩs estus aduersitatis: qui nos qui sumus viatores in estu tentationũ ⁊ tribulationũ huius mundi/ ibi ꝑfecte recreabimur/ delectabimur et viuemus: q꞉ tunc auferet deus omnẽ lachrymã ⁊c̃.

5 Nec cadet super eos sol/ neq꞉ vllus est⁹. Apoca.vij. ¶ In siluis propter viarũ multitudinẽ ⁊ incertitudinẽ sepius deuiatur: et quia aliquãdo via incerta et incognita eligitur/ ideo sepe ad latronũ latibula nõ sine ꝑiculo deuenit꞉ ⁊ ideo in talib⁹ vijs publicis solẽt fieri nodi ⁊ poni cruces/ vt viatores recto itinere dirigãtur. Latrones tamen quãdoq꞉ tales nodos immutãt/ et sic per signorũ falsitatem multi deuiant ⁊ oberrant/ ⁊ a latronibus seducũtur. Sic vere in silua huius mundi sunt multe vie.i. multi stat⁹ ⁊ multi modi viuendi/ sc꞉ via mercatoꝝ/ via clericoꝝ/ via agricolarũ ⁊c̃. Sed vere multe sunt periculose homini ⁊ incerte: quia per multas deuenitur ad latibulũ latronũ demonũ/ sc꞉ inferi⁹ ad infernũ/ vbi peccator occiditur et necatur / et a ciuitate paradisi quo tendebat deuiat ⁊ oberrat: et ideo deus q̃ nõ vult q̃ oberremus a semita veritatis/ posuit in silua ista signa/ nodos et cruces/ que debem⁹ sequi per imitationem: bonos sc꞉ viros ⁊ perfectos: quos ⁊ quoꝝ vitam sequẽdo ⁊ imitando/ a veritatis semita nõ erramus. Esa.xxx. Hec est via: ambulate in ea: non declinetis neq꞉ ad dexteram neq꞉ ad sinistrã. Sed hic ꝓ certo modo accidit deceptio: q꞉ latrones.i. demones posuerunt multos falsos nodos in ista silua.i. multos falsos hypocritas/ quos diaboli loco bonorum in mũdo ⁊ ecclesia vel religiõe substituerunt: ⁊ ideo ꝑ eos decipiũtur: quia eos et eorum vitã sequẽdo et imitando/ ad eternũ periculũ deducũtur.ij.ad Corin.xj. Pericu-

6 lum in falsis fratribus. ¶ Latrones in siluis sic decipiunt viatores: quia vna pars latronũ ĩ nemore se occultat / alia autẽ sub specie bone societatis in itinere viatoribus se adiungit: ⁊ tunc quãdo sunt in silue profundo/ exeunt occulti latrones/ et eos occidunt : et illi qui videbantur esse socij/ ad eos spoliandũ se conuertũt. Sic vere in silua hui⁹ mũdi sunt duo gñа deceptoꝝ. q̃dã sũt occulti/ sc꞉ diabol⁹ ⁊ mors: quidã sunt publici/ sc꞉ vxor/ filij ⁊ falsi amici. Isti eñ in principio homini se adiũgunt/ et in silua huius mũdi fingũt se esse veros socios ⁊ amicos : sed vere quãdo homo intrauit vsq꞉ ad profundum silue/ quãdo scil꞉ bene est intricatus in mundi negocijs/ diuitijs ⁊ delicijs/ tunc subito inuadunt eum et occidũt occulti latrones/ sc꞉ mors et diabol⁹: et tũc etiam isti latrones qui videbãtur esse amici/ sc꞉ vxor ⁊ filij executores et amici/ cõuertũtur ad eum spoliandum/ ⁊ ad quicquid possunt furandũ et rapiẽdum. Unde Job.xxiiij. Nudos dimittunt homines/ vestimenta tollentes.

Capitulum.cxlj.de Salice.

1 Salix est arbor sic dicta a saliendo/ eo q̃ plantata celeriter saliat atq꞉ crescat. Arbor est lenta et mollis/ de facili plicabilis: et ideo de ei⁹ ramis fiunt ligamina ad ligãdũ palmites vinearum. Hec quo ad fructũ est sterilis : verũtñ in ramorum multitudine nunq̃ est infecũda. Est etiam ꝭm Plat. vtilis medicie: quia calorẽ febrilẽ reprimit. ⁊ ad alia multa valet: ⁊ ideo circa febricitãtes vtile est ramos salicũ circundare. Per salicẽ q̃ in loco humido crescit/ intelligo virum perfectum/ et maxime religiosum: q̃ in humore gratie ⁊ deuotionis debet nutriri: quia vere quãdo iste fuerit plãtatus in ecclesia/ religione vel penitentia/ celeriter debet ꝑ profectũ bonoꝝ operum crescere in virtutibus et salire. Et hic debet esse lentus per maturitatem/ mollis per pietatẽ/ tener per benignitatem/ exterius viridis per honestatem/ interius albus per castitatem/ de facili plicabilis per obedientie promptã voluntatẽ / sterilis per volũtariã paupertatem/ ramosus per bonarũ affectionũ multiplicitatem: et ideo tales debent esse vimina suis dictis ⁊ exẽplis/ ꝑ quos alij debent ligari et ꝯiũgi ĩuicẽ ꝑ charitatẽ/ et suis exẽplis debent esse alijs medicinales/ sc꞉ febricitantibus pctõib⁹ huius mũdi: q꞉ febrẽ et ardorem malorũ desiderioꝝ debẽt in se ⁊ in alijs mitigare: ⁊ ideo peccatores febricitãtes debent adiũgere sibi tales/ ⁊ societatẽ eoꝝ diligere ⁊ sectari/ vt dicant cũ dauid: Super flumina babylonis ⁊c̃. in salicibus in medio eius suspẽdimus organa nostra.i. desideria.

¶ Salix quãdo multũ antiquatur/ ꝓcessu temporis com̃ putrescit/ et incipit putrefactio interius in medulla: et tũc licet sit pulchra ⁊ viridis exterius/ est tamen interius concaua/ ita q̃ in ea sepe latent reptilia venenosa: et ideo dormire iuxta salices non est tutũ . Sic vere multi sunt qui licet in iuuentute sint boni/ solidi atq꞉ iusti/ quãdoq꞉ tamẽ in senectute putrefiunt per vitia et peccata. Nam interius in medulla.i. in corde corrũpũtur per hypocrisim et per malam intentionẽ: et ideo licet exterius videantur virides et boni per fictã ꝯuersationẽ/ interius tamen in corde a gratijs et virtutibus sunt vacui et inanes/ pleni reptilib⁹ venenosis.i. malis affectionibus/ desiderijs et ꝓpositis ⁊ vitijs et peccatis: et ideo non est tutũ q̃ homo circa tales et in eorum societate dormiat et quiescat: quia vere per eorũ verba/ opera et exempla faciliter deperiret. Cũ stultis non habeas consiliũ. Eccli.viij. ¶ Teste Isido. semẽ salicis talis est virtutis/ q̃ in potu sumptum/ hominẽ facit sterilem/ ita q̃ nec mulier concipere/ nec vir poterit amplius generare. In cauernis etiã salicũ sepe latent reptilia venenosa et ista valet ꝭm Pli. ad febricitantes mitigandũ. Salix est mundus: semen eius sunt mundi bona/ sc꞉ diuitie/ delicie/ ⁊ scientie seculares: q̃ pro certo suos potatores/ amatores/ auditores et possessores a fructu bonorũ operũ faciũt steriles ⁊ inanes: sicut patet in mũdi sapientibus et diuitibus. Luce.j. Diuites dimisit inanes. Salix etiã.i. mũd⁹ facit febricitantes dormire.i. auaros quiescere in peccatis: ⁊ ideo in ista salice.i. in amore mũdi non latent nec habitant nisi reptilia venenosa.i. hoĩes peccatores / qui dictis et factis alios intoxicant et occidunt/ sc꞉ vsurarij/ detractores inuidi et raptores ⁊c̃. et ideo dormire/ delectari ⁊ quiescere sub salice.i. in mũdo/ nõ est bonum nec tutum/ ꝓpter venenosos peccatores qui habitant in eodẽ.j.ad Thessa.v. Non dormiamus sicut ceteri: sed sobrij simus et vigiles. ¶ Inter

4 salices q̃nto aliqua est iunior et gracilior/ tanto est dulcior ⁊ plicabilior. Sic inter homines illi qui sunt dulciores ꝑ benignitatem/ graciliores per humilitatem/ sunt pre ceteris plicabiliores per obediẽtie velocitatẽ. Esa.xj. Filij Amon obedientes erunt. ¶ Oĩs salix tanto in ramis est fecũdior q̃nto terre vicinior : et qñ in vere circa terrã per duos cubitos trũcatur ⁊ decorticatur/ tunc non crescit in altum/ sed multũ vndiq꞉ se diffundit in latũ: et de salice decorticata ⁊ sic dealbata fiunt diuersa vtensilia/ sc꞉ sportule ⁊ alia vasa ad vsus hominũ multũ apta. Circa febricitantes etiã valẽt salices/ et somnũ prouocant/ mitigãtq꞉ calorem. Tales sunt boni ⁊ perfecti viri: quia vere q̃nto sũt terre viciniores per humilitatem et timorẽ.i. q̃nto plus cõsiderant nostram terrestreitatẽ/ mortẽ ⁊ vilitatem/ tanto sunt fecundiores in ramis bonaꝝ affectionũ. Isti etiam quãdo a cortice.i. a diuitijs spoliantur per contemptũ mũdi et volũtatẽ paupertatis/ tunc in multos vsus Christi et ecclesie conuertũtur: quia efficiuntur sportule quibus alij in celum deferuntur/ quãdo scilicet fiunt predicatores. Submissus sum in sporta. Act.ix. Isti etiam si in vere iuuentutis scindãtur ꝑ tribulatiões et correctiones/ et circa terram.i. in statu infimo teneantur ⁊ deprimãtur/ tunc vere nõ crescunt in altũ per superbiam et presumptionem/ sed in latum per charitatẽ et dilectionẽ/ intantũ q̃ sine scala.i. sine difficultate possũt de cetero scindi/ corrigi et emendari. Et q̃nto salix.i. homo est iunior per humilitatem/ tanto est flexibilior per obediẽtiam. Ideo bene dicitur Threno.iij. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.

Capitulum.cxlij.de Sambuco.

1 SAmbucus habet flores odoriferos/sed fructus habet nigros/fetidos ꝛ deformes: duplicē etiā corticem dicit habere. Sic hypocrite ꝛ falsi homines duplicē habent corticē: quia tales plenⁱ sunt duplicitate: cōtra illud Eccli.ij. Ve duplici corde. Et pro certo licet flos sue cōuersationis redoleat/ et sit bonus/fructus tamen sue operationis fetet/ niger est et infamis ꝛ malus. Unde ad Ephe.v. Que in occulto ab eis fiunt/turpe est dicere. Uel expone simpliciter de luxuriosis: quorū et folia et verba sunt fetida/vilia/ carnalia/et inhonesta: et licet flores eorum.i.exterior ornatus et vestitus sit pulcher ꝛ gratiosus/fructus tamē.i.sua mala opera fetida sunt per infamiā atqꝫ nigra.i.vilia ꝛ cōtempta. Oēs eīn taliū luxuriā vilipendūt. Fructus eorū inutiles/ꝛ acer-
2 bi ad manducandū. Sapien.iiij. ¶ Sābucus habet duas cortices: vnam grossam et liuidā exterius: vnā subtilē ꝛ viridem interius circa lignū: sed ista est multum purgatiua humorū phlegmaticorū. Sꝫ vnū est ibi multū mirabile: qꝛ si cortex radatur a ligno versus superius/tunc per partem superiorem purgat/scꝫ per vomitum: si versus inferius/ tūc per partem inferiorē/scꝫ per secessum: vt dicit Pli. Dios.ꝛ Plat. qḋ ē mirabile. Pellis ista significat ꝟtutē largitatis. Pars inferior est mūdus/et diuites mūdani. Pars supior est celum et diuites celestes/scꝫ mundani pauperes. Quādo ergo aliquis homo est plenus malis humoribus.i.multis diuitijs/ita ꝙ eas vult expellere/distribuere et emittere/tunc vere ipse debet comedere et sibi incorporare istam pellē.i.virtutē largitatis. Sed vere si ista collecta et erasa fuerit versus inferius.i.versus mūdum/hoc est dictu/si ad gloriam mūdi et non dei ipse mouetur ad largitatem ꝛ liberalitatem/tunc vere ipse purgabitur inferius: qꝛ scꝫ humores diuitiarum distribuet illis qui sunt inferius.i.mūdi diuitibus et mūdanis. Si autem a parte supiori.i. ad laudem dei ista pellis fuerit abrasa/vt quia vult esse largꝰ ad gloriam dei et vtilitatem anime/tūc mittet humores suos i.diuitias ad partem superiorem.i.ad pauperes: qui sunt heredes regni superni.

Capitulum.cxliij.de Saliunca.

1 SAliunca est herba acuta ꝛ pungitiua/crescens in locis aridis ꝛ icultis: quedam etiā habet capitella que circūquaqꝫ ad modū calcaris sunt aculeata: et ideo saliūca dicitur: quia se calcātem facit tripudiare et saltare: vt dicit Isido. Gallice etiam dicitur chausse trappe. Scorpius etiam dr a multis: qꝛ scilicet pungit vt scorpio se tangentē. Radicē autem habet longam/mollē et carnosam ꝛ pinguem: et ab alijs dicitur eryngiū. Tales sunt per omnia mūdi officiales/causidici ꝛ balliui: quia vere ipsi sunt pungitiui per rapinam et excoriationē: qꝛ omnes se contingentes/ vicinos scilicet et subditos pungūt/spoliant et cruentāt. Populū meū exactores sui spoliauerūt. Esaie.iij. In medio etiam istorum sunt capitella.i.principes ꝛ capitanei: qui istos fouent: iudices etiā et prelati: qꝛ vnus fauet alteri. Michee vij. Princeps postulat/et iudex in reddendo est. Quietiā capitales isti sunt acutis aculeis circūcincti.i. duris excoriationibus ꝛ rapinis. Et sicut saliūca in vijs publicis inueniṫur: sic tales in officijs publicis statuuutur ꝛc̄. Nam sicut talia capitella in se sunt pungentia/ꝛ ramos etiā habent circūquaqꝫ pūgētes: sic tales principes in se sunt raptores: et ideo ramos.i.familiā rapacē nutriūt et pungētē. Et ideo dici possunt saliūce: quia vere pauperes subditos faciunt salire suis excoriatiōibus ꝛ rapinis. Job.xxiiij. De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Uel dic ꝙ isti sunt detractores/impatientes ꝛ obstinati: qui circūquaqꝫ habent aculeos.i.verba iniuriosa/pūgitiua/diffamatoria ꝛ detractoria: et ideo dicuntur chausse trappe: quia vere illos qui volunt ipsos calcare.i.corrigere ꝛ punire/vulnerant/diffamant et lacerant: sicut patet. Prouer.xv. Non amat pestilens eum qui se corripit. Isti tamen habent radicem affectiōis mollē ꝛ carnosam ꝑ carnalia desideria ꝛ voluptatē.

STacte idem est quod myrrha electa et prima. vide supra de myrrha.

Capitulum.cxliiij.de Storace.

STorax est gūmi cuiusdā arboris in arabia que dicit styrax. multū est efficax i medicina. virtutem eīn habet glutinosam/ cōfortatiuā/attractiuam/corrupti aeris purgatiuā. De arbore autē stillat in ortu canicule: cuius tres sunt species/ scꝫ calamitis/chrymatias/et aspros: vt dicit Isid. ꝛ contra multas passiones valet: ſm Diosc. Talis est virtus pietatis et ꝯpassionis: quia in tempore feruide estatis.i. in statu aduersitatis et in miserijs aliorū de arbore.i. de nobis debet stillare ꝛ emanare: ꝛ hec virtutem habet confortatiuā: quia pauperes confortat: glutinosam: quia nos cum deo ꝛ hominibus glutinat/pacificat ꝛ cōcordat: attractiuā: quia nos ad bonū attrahit et inuitat: ꝛ corrupti aeris.i.corrupte ꝯscientie purgatiuā/et odoris bone fame emissiuā. Uel dic per omnia de viro perfecto/ꝛ precipue de predicatore. Uel dic de gratia dei: q̄ conglutinat per charitatem/confortat per spem/purgat per penitentiā/attrahit per contēplationem/et fluxū.i.luxuriā stringit per castitatem ꝛc̄.

Capitulum.cxlv. De Sycomoro.

1 SYcomorus est ficus fatua/seu siluestris/moro similis in folijs/sed longe est moro procerior ꝛ altior. lapide concussa/gummi quoddā emittit qḋ valet ꝯtra venena: vt dicit Isid. Talis est crux: quia ficus fatua dicit apud iudeos et gentiles. Stultū eīn reputant adorare lignū ꝛ hominē suspensum.j. ad Corin.j. Uerbū eīn crucis pereūtibus est stultitia. Ex ista tamen quādo fuit in passiōe Christi percussa/ ꝛ clauis perforata/stillauit quoddā gūmi.i.sanguis Christi preciosus: qui valet contra venena omniū vitiorū. ideo Zacheꝰ volēs videre Christū/ascēdit i arborē sycomorū. Luc.xix. Et sic remissionem oīm peccatorū impetrauit. Quia vere illi qui ascendunt arborē crucis per fiduciā et compassionem/vident Christum per cōtemplationem/et peccatoꝝ acquirunt remissionem. Requiescite ergo sub arbore/ et lauentur pedes vestri. Geñ.xviij. ¶ Sycomorus ficus fatua
2 multum abundat in deserto Judee: sicut innuit.iij. Regū ix.ꝛ.x. Fico similis est preter folia: q̄ simulantur moro. est tñ fico longe procerior et altior. fructus quosdam profert subdulces: q̄ nunq̄ꝫ perueniunt ad maturitatem: vt dicit Pli. Ficus inquit siluestris nunq̄ꝫ maturatur. Aliqui tamē comedūt tales fructus. Tales sunt mundi peccatores: quia vere licet moro et fico.i.bonis hominibꝰ sint similes/ scilꝫ quo ad naturam/non sunt tamē morus vel ficus.i.nō sunt boni et iusti: ꝛ ideo ficus fatua possunt dici: qꝛ fatui sunt.i. vsu recte rationis carentes: quia scꝫ diligunt tempalia/nō eterna. Prouer.j. Stulti ea que sibi sunt noxia cupiūt. Isti tamē in deserto huius mundi multū abundāt/quia stultorum.i.peccatorū infinitus est numerus. Eccles.j. Sūt altiores et maiores etiam q̄ꝫtum ad honores et diuitias/q̄ꝫ morus vel ficus.i.q̄ꝫ viri boni ꝛ iusti: quia tales plus habet de mūdi ꝓsperitate q̄ꝫ sancti viri. Eccles.x. Uidi stultum in dignitate sublimi. Fructus autē istorū.i.opera licet videātur dulcia et gratiosa/nunq̄ꝫ tamē perueniūt ad maturitatem perfectionis: quia scꝫ non perseuerāt in bono. Uel dic ꝙ isti sunt hypocrite: qui in deserto religiōis sunt alijs celsiores: licet non sint ficus.i.viri boni. fructus etiā eorum nō maturatur.i.eorū opera non sunt accepta apud deū. Uel dic ꝙ hic est mūdus: cuiꝰ filij seculares et mundani nunq̄ꝫ veniūt ad maturitatē ꝑfectionis sensus ꝛ discretiōis. Sapien.iiij. Fructus eoꝝ inutiles/ꝛ acerbi ad manducandū. Uel per fructus intelligo filios diuitū ꝛ peccatoꝝ: q̄ nunq̄ꝫ perueniunt ad maturitatem sapientie et perfectiōis: ꝛ hoc quia tales vt cōmuniter male informātur et instruuntur a parentibus. Unde Sapien.iiij. Spuria vitulamina nō dabunt radices altas.

Capitulum.cxlvj.de Spina.

1 SPina est arbor aculeata vel etiam ipse aculeus vel spiculum: non est tamen de intentiōe nature ꝙ aliqua arbor sit spinosa/sed istḋ fit ex arboris raritate: quia humor paucus et frigidus exterius attractus a sole/induratur in spinā/ vel i spiculum transmutat: vt dicit super librū vegetabi. Spina pungens significat peccatū originale: quod pungit ꝑ carnis stimulū peccatores. Istud tamē non est de intentione

nature.i.dei:immo accidētaliter extitit introductū. Deus eñ mortem nō fecit. Sapien.j. Nam ex humore carnalitatis et calore tentationis efficitur spina.i.pctm̄ et ꝯcupiscē-
2 tia corporalis. ¶ Spine in terra sterili et inculta nascunt. et est generale ꝙ oēs arbores spinose se inuicem cōplectū-tur/et alterutrā muniūt et defendūt: contra manus impugnātium pugnant/et eas vulnerant: nūꝗ̄ tamē sese ledūt: propter suam densitatem radios solares ⁊ roris guttas intercipiunt: ne terra in qua sunt/illustrari valeat vel rigari: et ideo que circa spinas vel inter eas seminant/nullatenꝰ conualescunt. spinarū etiā puncture manus ⁊ pedes ledūt et vulnerant/et nō cessat dolor nisi spine totaliter extrahā-tur. Tales sunt diuitie: quia vere in terra sterili.i.in malis et peccatoribus plus abundāt. Psal. Ecce ipsi pctōres in sclo obtinuerunt diuitias. Uerūtamē radios solis.i.Christi sapientiā/rorem etiā celi.i. Christi gratiam et deuotionem impediunt/scꝫ a suis possessoribus/ nec eos pmittunt illustrari per sapientiam/nec per gratiā irrigari/imo dato ꝙ in tali terra iaciatur bonū semē/scꝫ bone doctrine et predicationis/nihil tamen pficit/imo propter spinas diuitiarum destruitur ⁊ suffocatur. Figura Matth.xiij. vbi semē quod cecidit supra spinas/extitit suffocatū: quia exorte spine suffocauerunt verbū. Et ideo dicitur Hier.iiij. Nouate vobis nouale/et nolite serere super spinas. Iste etiā spine pungunt et lacerant: quia vere diuitie quādo intrant cor p nimiū earum affectū/ipsum pungūt ⁊ inquietant per sollicitudines curiosas: sicut patet ad sensum: qr saturitas diuitis nō sinit eū dormire. Eccl's.v. Et ideo dolor huiusmodi .i.cordis sollicitudo nō deficit/quousqꝫ spine huiusmodi.i. diuitie de corde.i.de affectione ⁊ amore penitus expellātur et extrahātur. ideo dicitur Eze.xxviij. Nec erit spina dolo-
3 rem inferens. ¶ Spine inuicē se cōplectūtur ⁊c. Sic vere arbores et homines qui habent spinas diuitiarū / sese diligunt et amplectūtur: quia omne animal diligit sibi simile. Eccli.xiij. Sese etiam defendūt ⁊ tuentur: quia oēs alios vicinos suos pungunt p rapinas et excoriationes / se autē inuicē nō vulnerāt neqꝫ ledunt: quia vere sunt ita inuicem conglobati ꝙ nullus potest de talibus acquirere iura sua. ideo Naū.j. Sicut spine inuicem se cōplectūtur/ ita cōuiuiū eorū pariter potantiū. Diuitie eñ addunt amicos plurimos. Prouer.xix. Et sicut spine faciliter accenduntur: sic isti igne luxurie/cupiditatis vel iracūdie. Uel dic ꝙ spina est peccatū: quod ꝯscientiā inquietat ⁊ remordet/donec p confessionē fuerit expulsum ⁊c. sicut supra de diuitijs. Habentes aūt peccata sese cōnectunt cōtra alios ⁊ defendūt/ et se inuicem per cōspirationes copulāt et cōiūgūt: quia si-
4 cut dicit Luce.vj. Pctōres diligētes se diligūt. ¶ Spine propter suas pūctiōes vix sine falce vel sarculo ferreo euelluntur: quia suū pūgunt collectorem. Tales sunt mūdi peccatores: qui vere tot habent aculeos verborū pungitiuoꝝ/ tot habēt detractiōes/diffamatiōes/et iniuriosas inuasiones/ꝙ de terra ⁊ de solo peccati non se permittūt a p̄dicatore vel prelato erui vel euelli: qr scꝫ suos collectores.i.correctores pungūt ⁊ vulnerāt verbis suis: qr qui arguit derisorem/ipse (scꝫ derisor) sibi iniuriā facit. Prouerb.ix. Istud patet de illis qui diffamāt p̄latos ⁊ predicatores/qñ eos ar-
5 guunt ⁊ emendant. ¶ Flores qñqꝫ sunt in spinis/sed nunꝗ̄ fiūt spine propter hoc teneriores/immo in duritie pristina perseuerāt. deficiētibus etiā floribꝰ dure remanēt atqꝫ sicce: ⁊ ideo tales ab agricolis euellunt: ⁊ qr propter suā naturalem siccitatē faciliter inflāmant/ideo per fasciculos alligant/⁊ in ignē mittūtur/⁊ in cinerē redigunt. Isti sunt auari/duri per obstinationē ⁊ incōpassionem: qui alios pūgūt per excoriationē: ⁊ ideo lꝫ habeant flores.i. mundanā p̄speritatē/nunꝗ̄ tñ propter hoc molliūtur ad pietatē vel compassionem: ⁊ ideo agricola horti ecclesie/scꝫ Christꝰ/facit eos euelli per mortē corporalē: ⁊ qr isti faciliter inflāmātur hodie scꝫ igne auaritie/luxurie et iracūdie/iō finaliter post mortē per fasciculos alligabunt: hoc est dctu/per diuersas distinctiones inuicē cōprimẽt: qr scꝫ similes similibus et in penis similibus adiūgent/⁊ in fornace inferni perpetuo cōburent. Mat.xiij. Alligate ea p fasciculos ad cōburendum. Uel terra in qua sunt spine.i.peccata nō faciliter ab eis purgatur/nec ipa exinde extirpātur p correctionē/nisi forte agricola.i.prelatus habeat falcē vel sarculū.i.duritiā flagelloꝝ: quia multi sunt qui nō corrigūtur nisi p violen-
tiā. Esa.vij. Omnes mōtes qui sarculo sarriunt/nō ascen- 6
dent spine ⁊ vepres super eos. ¶ Spina in principio mollis est: tādē indurat ⁊c. Expone sicut supra de ramno. §. iu- 7
uentus. ¶ Spinarū oīa genera sunt pūgitiua: q̄dā tamen recte sunt: et illa que pungunt vel perforant: exinde faciliter extrahūtur: quedā sunt curue/vt patet in rubo/carduo/ ⁊ silibus: et ideo qꝺ iste pungūt/non faciliter ab eis extrahitur vel aufertur. Sic vere duo sunt genera raptorum qui alios pungūt per rapinas ⁊ excoriatiōes: quia quidā sunt recti.i.extenti per largitatē: quia illud qꝺ pūgunt ⁊ rapiūt de facili alijs dimittunt/⁊ sibi parū retinent de eodē: sicut patet in multis principibus/qui de rapinis faciunt lauta conuiuia ⁊ festa: nec sibi aliquid retinēt: qr semp sunt pauperes ⁊ inanes. Prouer.xj. Alij rapiunt nō sua: ⁊ semp in egestate sunt. Itē sunt alij qui sunt curui per parcitatem: quia scilicet illa que pupugerunt ⁊ rapuerūt et fraudulenter acquisierunt/nō distribuūt sed retinēt: ⁊ in abditis colligunt ⁊ in arcis: sicut patet in vsurarijs ⁊ auaris: qui non distribuūt bona sua. Hiere.xlix. Oēs que ceperūt / retinēt: 8
nolunt dimittere eos.i.diuitias ⁊c. ¶ Spine sunt pūgitiue ⁊ inquietatiue: ⁊ ideo de eis fiūt optima sepiū munimenta/ quibus horti ⁊ arbores a vestijs trāseuntibus proteguntur. Talis est penitentia: que pungit ⁊ inquietat cor per feruorem cōtritionis: et ideo hortus.i.bona anima debet spinis .i.duris penitētie operibus esse clausa/ne a bestijs.i.a carnalibus tentationibꝰ deuoretur. Uel per spinā intelligo timorem/scꝫ ꝯsiderationē mortis/iudicij ⁊ inferni: q̄ inquietant cor: et ipm in peccato dormire vel p̄speritate mundi quiescere nō permittūt: quia p timorē dei declinat omnis a malo. ideo Osee.ij. Sepiam vias tuas spinis.

Capitulum.cxlvij. de lignis Sethim.

Sethim ligna sunt in desertis arabie ad similitudinē albespine: ẜm Comestorē: que incremabilis ⁊ imputribilis sunt nature: de quibus altare thymiamatis ⁊ arca cū ppitiatorio sunt effecta. Ista ergo significant viros sanctos: qui scꝫ per penitentiā sunt spinei/⁊ p castitatē albi: qui tanta fortitudine/patiētia ⁊ pseuerātia sunt firmati/ꝙ nec igne cupiditatis deficiūt/nec aqua voluptatis putrescunt: ⁊ ideo in tēplo eccl'ie ⁊ padisi quiescūt/⁊ apud deū vasa sctificatiōis fiūt. Et potissime tales sunt scti q̄ sunt i patria: qui ppetuo pseuerāt ⁊ viuūt. Saptē.v. Iusti aūt imppetuū viuēt ⁊c.

Capitulum.cxlviij. de Sentibus.

Sentes sunt q̄dā arbores spinose/leues/imputribiles: quarū sūt aspera folia: et habēt capitella sicut carduus: folia habēt pūgitiua et diuisa vt eruca: in locis incultꝭ ⁊ duris crescūt: ṽgas habēt duoꝝ cubitoꝝ/⁊ radicē medicinalē: vt dicit Diosc. Tales sunt mūdani: qr asperi sūt p ruditatē ⁊ crudelitatē: ⁊ folia eoꝝ.i.ṽba sunt piguia p carnalitatē/et diuisa p varietatē ⁊ mēdacitatē: ⁊ ideo in locis icultis.i.in mūdo (vbi cultura penitētie nō exercet) habitant et morant. Uel dic ꝙ sentes significāt sciētias ⁊ diuitias: q̄ in locis desertis.i.in malis hoibꝰ abūdāt: q̄ tñ sunt pūgitiue: qr cor pungunt p sollicitudines ⁊ labores. Ideo de diuitibus dr Iob xxx. Esse sub sentibꝰ delicias cōputabāt.

Capitulum.cxlix. de Sepibus.

Sepes sepis idē est qꝺ vallū seu septū. genus est munitiōis ex palis ⁊ sudibꝰ ⁊ spinis circa segetes seu hortos. Nā pali prio in terra figunt: et sic inde spine ⁊ virgule circūquaqꝫ plectunt: et si hortū et domꝰ sepis bñficio muniunt. Sic vere si nos volumꝰ/ necesse cōsciētie incolumē seruare a vitijs ⁊ pctis volumꝰ circūdem est vt ei sepē.i.disciplinā/correctionē ⁊ penitētiā circūdemꝰ et vallemꝰ. Ista aūt sepes debet cōponi ex tribꝰ.s. ex palis rectis.i.ex mādatꝭ diuinis/q̄ in terra cordis nri debēt esse fixa p eoꝝ ꝯsiderationē ⁊ recordationē. Itē ex ṽgulis.i. ex afflictiōe pnīe/q̄ p ṽgulā designat. Et ideo de istis duobꝰ dicit Psal. Uirga tua ⁊ baculus tuꝰ ipa me cōsolata sunt. Item ibi debet esse spina.i.timor dei vel feruor cōtritiōis: que pungit et stimulat cor humanū. Ideo Osee.ij. Sepiā vias tuas spinis. quia sicut dicitur Eccli.xxxvj. Ubi nō est

2 sepes/diripletur possessio. ¶ Sepes q̄zdiu est sana et integra/hortū claudit ꝛ munit/et a bestijs defendit:sed qꝛ vento/pluuie et calori exponitur/ideo faciliter putrefit ꝛ siccatur et cito deficit/nisi renouetur:et dum res alienas custodit/seipsam dilaniat et consumit:et ideo tunc ad nihil valet/nisi ad incēdiū vel ad ignē. Circa sepes etiā sepe latent reptilia venenosa/scꝫ buffones ꝛ serpentes:ꝛ ideo dormire iuxta sepes non est tutum. Unde a sepe dicitur seps/ qui est serpens cuius venenū nō tantū carnē putrefacit/sed ossa etiā liquefacit:vt dicit Isido.ꝛ Lucanus. Sepes est prelatus: qui pro certo q̄zdiu est sanus ꝛ integer.i.bonꝰ ꝛ iustꝰ/ hortū religionis vel ecclesie munit/claudit ꝛ defensat contra oīa temporalia et spiritualia nocumēta:sed vere quia isti dum scꝫ temporalia administrāt/ exponunt pluscꝫ alij vento superbie et vanitatis/quia habent humores pluuie / luxurie et carnalitatis/quia habent delicias ignis ꝛ ardoris auaritie et cupiditatis/quia habent diuitias ꝛ tēporalia in manibꝰ:idcirco sepe accidit ꝙ tales desiccant ab omni humore gratie ꝛ deuotionis ꝛ cōpassionis/ꝛ putrefiunt ꝑ diuersa vitia et peccata/intantū ꝙ multi sunt de talibus putrefactis/qui ad nihil aliud valent preterq̄z vt ignē nutriant gehēnalem. Hortū eñ ecclesie nō defendūt/sed suis negligentijs ipsum violari permittunt:ideo iustū est vt propter hec perpetuo moriantur:quia Oīs arbor que nō facit fructum bonū/excidetur/et in ignem mittetur. Et sic accidit ꝙ multi prelati faciendo aliorū seruitiū/scꝫ alios corrigendo/predicando et informādo/suum incōmodū effecerunt. Luce.xxiij. Alios saluos fecit:seipsum nō potest saluū facere. Et circa tales.i.circa principes pessimos et prelatos habitant hodie multa venenosa.i.multi mali peccatores. Ibi enim sunt buffones.i.inuidi/qui odorem vinee.i.bona aliorū non possunt pati. Job.xxiiij. Nō ambulet per viam vinearum. Ibi sunt serpētes.i.detractores : qui morsibus suarum diffamationū et detractionū alios liquefaciunt et occidunt. Nam circa malos ꝑlatos et principes et in eorū familia tales vt cōiter cōuersantur/scilꝫ adulatores et detractores. Expone de sepe si vis sicut.c. de angue vel aspide.§.suo. Ideo de talibus malis sepibus.i. de malis prelatis/iudicibus et principibus dicitur Eccli.xxxvj. Ubi nō est sepes/diripietur possessio.

Capitulum.cl.de Sudibus.

Sudes sudis est palus acutꝰ/q̄ in sepibꝰ coaptatur:qui tanto firmior est in sepe/q̄zto terre ꝓfundius est infixus. Sic vere in sepe religionis illi qui in terra.i.in mēoria terrestreitatꝫ nr̄e mortꝫ et cōditionis humane profundius figuntur per hūilitatē/tanto sunt firmiores ꝛ fortiores ad resistendū vitijs ꝛ pctīs/et maxime vento elatiōis ꝛ vanitatꝫ: ꝛ isti primꝰ mūdantur ꝑ cōscientie puritatē/deinde acuūtur ꝑ sapientie subtilitatē:et sic melius figūtur per hūilitatē:qꝛ sicut dr̄ Prouer.xj. Ubi est hūilitas/ibi et sapientia.

Capitulum.clj.de Siliquis.

Siliqua est genus leguminis cū sonoris folliculis:qđ magis inflat q̄z reficiat. Scđm Hug.aūt siliqua est folliculꝰ cuiuscꝫ leguminis et purgamentū:qđ a porcis manducat. Scđm Isid.aūt et Plin.siliqua arbor est cuius fructus sunt predulces/que in syria reperitur. Talis est per omnia sapientia vel ꝓsperitas mūdana:q̄ pro certo nō est nisi fex ꝛ purgamentū ꝓsperitatis vel sapientie diuine. Ista eñ habet folliculos.i.verba sonora ꝛ eloquentia/q̄ tamē magis onerant per auaritiā/magis inflant per superbiā / q̄z reficiāt ꝑ gratiam:ꝛ ideo hec tantū a porcis.i.a voluptuosis mundi sapientibus comedit ꝛ amatur. Ideo de fatuo filio ꝓdigo dr̄ Luce.xv. Cupiebat saturari de siliq̄s quas porci mādu cabant. Dulcis tñ est ꝛ sapida fatuis pctōribꝰ ꝛ mūdanis.

1 Capitulum.clij.de Sinapi.

Sinapis ꝓm Pliñ.prima est et principalis inter herbas q̄bꝰ Pythagoras laudē dedit : ceteriscꝫ efficacior in virtute. Herba est feruētissima:virtutem habet dissolutiuā/apertiuā / cerebri purgatiuā/consumptiuā/lethargicoꝝ excitatiuā/contra multas infirmitates iuuatiuā:et licet sit aspera/apes tamē flores eius diligunt et frequētant : q̄ tamē flores oliue nunq̄z tangunt:vt dicit Pli. Talis est penitētia per oīa:qꝛ ad modum sinapis aspera est ꝛ acuta. Hec eñ est feruētissima ꝑ feruorē cōpunctiōis:et ideo dissoluit mentē ꝑ ꝯtritionem: aperit et purgat ꝑ cōfessionē/cōsumit per satisfactionē:calefacit per dilectionem/excitat lethargicos.i.pigros per timoris diuini icussionē:et licet hec sit aspera ꝛ acuta/ apes tamen.i.sancti viri ipam diligūt ꝛ frequentāt:qui tñ flores oliue.i.mūdi ꝓsperitatem refugiūt atcꝫ cauēt:dicentes cū Ezechia: Esa.xxxviij. Recogitabo tibi oēs ānos meos in amaritudine aīe mee . Uel dic ꝙ sinapis est charitas/vel sapientia diuina:que hec oīa operant:vel cōsideratio mortis vel timor. ¶ Semen sinapis est minimū quātitate/sed maximū virtute:est eñ feruentissime nature:ꝛ est sui multiplicatiuū:qꝛ vbi seminatur/ vix inde amplius extirpat.ꝛ est sui augmentatiuū:qꝛ cum sit paruū semen/ tamē in arborem magnā crescit. Flores aūt eius ab apibus frequentātur. Talis est vir perfectus:qui est paruus per hūilitatē: feruens per charitatē:niger exterius per penitentie austeritatem:albus interius per castitatem : sui multiplicatiuꝰ per bonoꝝ operū fecūditatem:et sui augmētatiuꝰ per ꝟtutum ꝛ meritoꝝ multiplicitatē:et flores eius.i. sua bona exempla ꝛ cōuersatio ab apibus.i.a bonis secularibꝰ frequētant. Figura Luce.xiij. vbi granū sinapis creuit in arborē magnā:et requieuerūt volucres subtus eā. Sic vere subtꝰ vmbrā.i.i bonis exēplis bonoꝝ/alij/scꝫ volucres ꝛ bestie.i. boni et mali requiescūt. Unde Dañ.iiij. In ramis eiꝰ habitabāt volucres celi:ꝛ de subtus bestie terre. Uel dic ꝙ sinapis est doctrina bona vel mala:q̄ vix extirpat a loco vbi fuerit seminata. Uel dic ꝙ sinapis significat balliuos:q̄ faciunt rusticos flere:gallice:qui font les villains plorer.qui tantū se multiplicāt et abundant / ꝙ nūq̄z possunt deficere vel cessare:qꝛ stultoꝝ infinitus est numerus. Eccls.j.

Capitulum.cliij.de Semine in generali.

1 Semen illud est melius ad seminādū et fructificandū/quod est pōderosius/ ꝛ interius albius. Nā quādo semen ponitur in aqua/illud qđ supernatat/nihil aut parū valet:illud autē qđ suo pondere ad fundū subsidet/meliꝰ reputat:vt dicit Pli.li.xviij.c.xxiij. Sic vere illi qui sunt pōderosi ꝑ humilitatē/intus albi per castitatem vel innocētie puritatē/ boni sunt ad seminādū ꝑ penitētiā/et ad fructū eterne glorie promerendū:qꝛ humilē spū suscipiet glīa. Prouer.xxix. Nā quando plura grana.i.plures persone in aqua.i. i mūdana prosperitate ponūtur/illi ꝓ certo qui supernatāt per superbiā ꝛ vanitatem/qui scꝫ volunt preesse/ et superius in dignitatibꝰ enatare/tales nihil valent ad fructificandum per bona opera/et ad fructū eterne glorie accipiendū. Illi autem qui inferius descēdūt per hūilitatem/ sūt alijs meliores.ideo Eccli.iij. Quāto maior es/ humilia te in oībꝰ.

2 ¶ Semen scđm terre qualitatē debet variari scꝫ vel densius vel rarꝰ / vel citius velꝫ tardius seminari. In terra eñ humida est tardius seminandū/ne semen imbribus corrūpatur:si aūt fuerit terra sicca/tunc est citius seminādum/ vt semper imbribus superuenientibus irrigetur. Sic illis qui sunt humidi per deuotionem et gratiam/non est tantū predicandū nec totiens/nec semē doctrine in eis ita abūdāter iaciendum/sicut illis qui sunt sicci per indeuotionē et incompassionem:quia scilꝫ magis indigent peccatores q̄z iusti:quia nō est opus valentibꝰ medicus/ sed male habentibus:sicut dicit Matth.ix.

3 ¶ Rarius est seminandū in terra pingui q̄z in macra. pinguis eñ semen iactū multiplicat:et nō macra:et ideo si multū sit semen / tunc pre nimia multitudine se ꝯfundet. Sic vere in illis qui sunt macri per indeuotionē/scꝫ in nouis et imperfectis plus est seminādum de semine verbi dei/q̄z in illis qui sunt humidi ꝛ pingues per gratiā ꝛ deuotionē/scilꝫ in viris perfectis. Nā quia illi multū pullulant per bonā operationem/ideo pauca doctrina ꝛ predicatio sufficit talibꝰ. Tradidit illis bona sua/vnicuicꝫ scđm ꝓpriā virtutē. Matth.xxv. Uel dic sicut §.precedenti: ꝙ illis qui sunt pingues/scꝫ mūdi diuitibus/ parū est dandū de semine verbi dei:qꝛ scꝫ de eo non curāt. Nolite sanctū dare canibꝰ/ne ipsi dirūpant vos. Matthei vij. Terre aūt macre.i.pauperibus satis debet de eo dari: quia tales plus ꝛ diutius volūt predicationē audire. Esu-

rientes impleuit bonis ⁊c̄. Luce.j. Uel per semē intelligo gratiā ⁊ charitatem/quā deus vt cōiter magis dat pauperibus ꝙ̄ diuitibus. Uel per semen intelligo bona tpalia et
4 ecclesiastica: que pau ꝑib⁹ nō diuitib⁹ debēt dari. ¶ Agricola semen spargit equalius ꝙ̄ pōt sup terrā: et ideo manū cum gressu cōcordat ⁊ ꝯpensat: vt possit equalius seminare. Sic prelatus qui habet semen bonoꝝ tēporaliū in agro ecclesie dispensare ⁊ seminare/debet hoc facere equaliter: vt scꝫ per ꝑsonaꝝ acceptionē nō det alijs plus/alijs min⁹: ⁊ ideo gressus suos.i.affectiones/man⁹.i.opationes debet limitare/cōcordare et cōpensare per iustitie equitatē: ⁊ sic semen equaliter dispēsabit. Possidebitis eam singuli eque vt frater suus. Eze.xlvij. ⁊ Leui.vj. Cunctis filijs Aaron equaliter per singulos diuidet. Ad quod Deuto.xviij. Eādē ꝑtē ciboꝝ ⁊c̄. Equa erit distributio ⁊c̄.j. Paralip.xxiiij. Quod est ꝯtra multos: qui tantū dant vni/ꝙ alij parū habent: iuxta illud Amos.iiij. Super vnā ciuitatem pluit/et
5 super aliam nō pluit. ¶ Semen qđ in terra macra seritur/ parū facit de fructu/et spicā minutā/et stipulā generat inanem: in terra autē pingui fertiliter crescit seges. Sic semen doctrine quod in terra macra .i. in pctōribus indeuotis seminatur (qui pinguedine grē et charitatis carent) parum fructificat seu nihil: in pinguib⁹ autē.i.in bonis fructū bonorum operū multū profert. Semen cecidit in terrā bonā: et attulit fructū centuplum. Matth.xiij. et Luce.viij. Uel
6 semen est inspiratio boni ꝓpositi/⁊ grā dei. ¶ In equinoctio autūnali ⁊ etiā hyemali est tempus rectū ⁊ aptū seminationi. In pruina aūt serendū nō est: quod patet ꝺm Pli. quia semina ante pruinā sata/infra septē dies erūpūt: post pruinā vero vix infra.xl.nascūtur. Semen est verbū dei: qđ omī tēpore et oībus personis est predicādū/ ꝑterꝙ̄ in pruina.i. hereticis vel obstinatis: qui illud malitiose repellūt et inficiūt ⁊ corrūpunt per detractiones. Hiere.ij. Secuta es me per terrā q̄ non seminat. Talibus em̄ obstinatis non
7 est predicandū: quia fructū nō faciunt. ¶ Semē ergo licet sit modicū quātitate/est tamen maximū virtute: qꝛ in vnoquoꝙ̄ est vis multiplicatiua. in immēsum em̄ crescit ⁊ multiplicatur: ⁊ ex semine in terra iacto ⁊ ibi mollificato ⁊ humectato ꝓcedit spica/flos fructus ⁊ foliū. Sic est bona cogitatio: quia est quasi semē ⁊ principiū oīm bonoꝝ. Nā qñ in terra cordis iactata fuerit per bonā inspirationē/ humectata per grām ⁊ deuotionē/tūc turgescit ⁊ crescit ꝑ bonā affectionem: et sic inde exit tota planta .i. congeries morū: scilꝫ stipes boni ꝓpositi/foliū bone locutionis/flos honeste cōuersationis/fructus ꝟtuose opatiōis. Que em̄ seminauerit hō/hec et metet.ij.ad Cori.ix. ¶ Semē a stultis putat
8 ꝑdi quādo seminat ⁊ in terra spargit: ꝫ nullo meliori modo ꝙ̄ per seminationē custodit. In terra em̄ seruat et custodit ⁊ multiplicat: ⁊ licet minimū quid spargatur/est tm̄ multū ⁊ maximū quod a semine generat. Sic vere sūt multi peccatores fatui: qui putant esse perditū qđ seminat in terra.i. quod depressis pauperibus ꝑ elemosynas erogatur: sed hi decipiūtur: quia vere semina.i.mūdi bona nō possūt meli⁹ custodiri ꝙ̄ si per elemosynas in terra.i.in pauperib⁹ dispgātur: ibi em̄ seruant: qꝛ quod paupibus datur/tutum est/⁊ ibi multiplicat: qꝛ vere licet sit modicū qđ datur paupi in hoc mūdo/tm̄ immēsum est quod accipitur a Christo ī futuro. vnde Geñ.xxvj. Seminauit Isaac in terra illa: ⁊ īuenit in anno illo centuplū. Uel per semen intelligo gratiā et meritum: que sui sunt multiplicatiua: qꝛ nō possunt esse ita modica/quin fructū immēsum eterne glīe mereantur/si in eis finaliter ꝑseuerēt. Unde.j.ad Corin.xv. Grā dei in me
9 vacua nō fuit. ¶ Semen ad hoc ꝙ fructificet/in terrā ꝓijcitur/vento estui ⁊ pluuie exponitur/tandē virtute caloris in eo germen ꝓducit/ex quo fructus/flos/foliū generatur. Sic vere ad hoc ꝙ homo fructificet ꝑ bona opera/ necesse est ꝙ in terrā.i.in depressum statū proijciatur/et ꝙ ab alijs cōtēnatur: qꝛ homo ad nihil valet nisi vt ꝯculcetur ab hominibus. Matth.v. Et ꝙ estui/pluuie/penitentie ⁊ tribulationi exponatur/⁊ sic tandē germinabit germē bone voluntatis ⁊ ꝓpositi/ex quo sequet fructus bonoꝝ operum in presenti/et fructus glorie in futuro. Insipiens tu qđ seminas ⁊c̄.j.ad Cori.xv. ⁊ ibidē. Quod seminat in corruptiōe/ surget in glīa. Uel dic ꝙ semē est homo: qui in terram per mortē ꝓijcitur/vbi putrescit et corrumpitur: sed tandē in die iudicij renouabitur et resurget. Que seminauerit homo hec et metet.ij.ad Corinth.ix.

Capitulū.cliiij. de Spica.

Spica est illud in quo reponitur ⁊ perficit semen seu granū/diuersis spiculis circūmunitum/ne granū suū ab auib⁹ deuoret: quarū sunt plures species: qꝛ alie late/ alie rotūde/ alie q̄drāgule/ alie triāgule. Est aūt verū ī omī spica ꝙ ꝙ̄to ē a granis magis vacua/tāto magis supi⁹ ꝟsus celū ē erecta: ⁊ ꝙ̄to plus habet de granis/magis inferi⁹ inclinat. Tales sunt viri iusti: qꝛ semen.i.virtutes ⁊ gratie ⁊ merita ⁊ sciētie in eis habent locū/⁊ ab eis possident/et spiculis exterioribus.i.duris ⁊ acutis penitētie operib⁹ sunt muniti/ne fructus eoꝝ ab auib⁹.i.demonib⁹ per tentatiōes eis ⁊ ꝑ vitia subtrahant. Et istoꝝ plures sunt species: qꝛ quidā sūt lati per charitatē/quidā rotūdi ꝑ obedientie velocitatem/alij quadrati ꝑ ꝯstantie firmitatē/alij triāguli ꝑ votoꝝ religionis trinitatē. Stella em̄ differt a stella ī claritate.j.ad Corin.xv. Istud est tamē verū ꝙ ꝙ̄to plus habēt de granis.i. de virtutibus ⁊ scientijs/tanto debent esse inferi⁹ inclinati per hūilitatē ⁊ timorē: qꝛ ꝙ̄to maior es/ hūilia te in oīb⁹. Eccli.iij. Illi aūt qui parū aut nihil habēt de istis granis/ superius erigūtur per superbiā/presumptionē et vanitatē. Cucurrit cōtra deū erecto collo ⁊c̄. Iob.xv. Figurati ī illo Adonia qui eleuabatur/dicens: ego regnabo.iij. Regū.j. Uel dic ꝙ spice.i.homines qui non habent grana.i. mūdi diuitias/sunt erecti per iustitiā et equitatē superi⁹ versus celum/ et ad celestia eleuati per cōtemplationē et eternorū affectionem. Illi autem qui ista grana habēt/ inferius inclinantur/scꝫ ad terrena per auaritiam et ambitionem. ¶ Spica aliquādo corrūpitur quādo est tenera et in flore/ ⁊ ex corrupto scꝫ aere/vel corrupto rore. quādo autem rore et aere congruo circūfouetur/tunc perficitur ⁊ ꝯpletur: vt dicit Pli. Sic vere homo quādo est in flore.i.in iuuentute/facciliter corrūpitur per malas consuetudines ⁊ peccata/⁊ ad hoc maxime facit aer circūstans.i.societas in qua versat: ⁊ ros.i.doctrina ⁊ informatio qua irrigatur: quia vere si ista corrupta fuerint/tunc necesse est ꝙ hic similiter corrumpatur. Istud patet de iuuenculis q̄ frequentāt societatem vetularum macquerellarū/q̄ rore suoꝝ verborū et exemplorū corrūpūtur ꝑ luxuriā: ⁊ sic de alijs: qꝛ Corrūpūt bonos mores colloquia praua.j.ad Cori.xv. Si autē spica.i.iuuenis habeat bonū aerē.i.bonā societatē/bonū rorē.i. bonā informationē/tūc ꝑfecte poterit ꝑ mores ⁊ gratiā perfici ⁊ ꝯpleri: qꝛ cū sancto sanct⁹ eris ⁊c̄.

Cap.cliiij. de Stipula.

Stipula est illđ quod in agris remanet/spicarū multitudine recollecta: qđ multi ad ignē et ad stramētū et ad alia plura colligūt. cōcaua est/vento peruia ⁊c̄. Uide supra de frumento et calamo visuali.

Cap.clv. de simila.

Simila est farina tritici purgatissima ⁊ delicata mollis ⁊ alba/tenuis ⁊ mūda / diuersis cibis et medicinis apta/⁊ de ea fit panis nobiliū. Uide supra de farina. Talis est diuina scriptura ⁊c̄. vide supra de farina. Uel dic ꝙ hec ē aīa/purgata ꝑ penitētiā/mollis ꝑ clemētiā/alba ꝑ castitatē/mūda ꝑ īnocētie puritatē/tenuis ꝑ hūilitatē ⁊c̄. Idē dic de scriptura: q̄ est medicinalis pctōri/⁊ cib⁹ etiā aīarū deuotarū. Nā panis ⁊ pultes doctrine inde cōponunt: q̊ nobiles.i.viri perfecti/puri.i.viri impfecti a p̄dicatorib⁹ nutriunt. Perfectorum solidus est cibus. ad Heb.v. ⁊ Leuiti.vj. Simila erit eius oblatio.

Capitulum.clv. de scopa.

Scopa que gallice dicit balay/a q̊busdā dicitur brith. arbor est multas habēs virgulas duras ⁊ nodosas: quibus pueri dorsis denudatis sepius verberant: exinde etiā dom⁹ a puluere et sordibus vacuant. Talis est penitentia vel correctio vel disciplina: q̄ ex plurib⁹ virgulis ⁊ partib⁹ ꝯstat.i.ex pluribus pūctionib⁹ ⁊ tormētis: q̄ dura sunt ⁊ grauia sustinēti. Fatui ergo pueri.i.hoīes imperfecti vel pctōres / ab istis virgulis.s.a correctiōe dei vel prelati debēt sepius verberari/⁊ domus ꝯsciētie ex tali scopa dꝫ mūdari ⁊ purgari a sordibus oīm vitioꝝ/et a puluere.i.ab affectu diuitiarū temporaliū/ deliciarū ⁊ honorū. Inuenit domū suā scopis mūdatā. Mat.xij. ¶ Scopa more tremuli folia hꝫ tenuia ⁊ leuia/ a

que ad modicū flatū vēti mouētur ⁊ tremūt: et in iuuētute habet corticē albū et delicatū: sed q̄̄to antiquatur/tāto cortex rudioꝛ ⁊ nigrioꝛ efficiꝛ. fructus aūt habet inutiles et inanes. Tales sunt multi: qꝛ ꝟe folia eoꝝ.i. ꝟba plurimum sunt tenuia ⁊ leuia ꝑ multiloquium: qꝛ ad modicū vētum vanitatis ⁊ inanis gl'ie mouētur ꝑ iactātiam: vel ad flatū modice iniurie mouētur ꝑ iracūdiam ⁊ furorē. Isti etiā q̄nq̄ȝ in iuuētute habēt corticē.i. exteriorē apparētiam ⁊ cōuersationem albā.i. bonā/mūdam et castam: sed ꝟe in senectute habēt eā nigrā et rugosam.i. turpem et infamem: qꝛ multi sunt q̄ bene incipiūt/qui tñ male finiūt. Iste homo cepit edificare: et non potuit cōsūmare. Luce.xiiij. ¶ Scopa fructū habet insipidū et inanem: q̄ tñ ꝫm Pliñ. siluanis hoīb⁹ p̄bebet panē. succum aūt habet acidū/qui eis p̄bebet potū. Nam cortice inciso/succū ei⁹ recipiūt in estate/et eo vtūtur. Succus etiā iste calore solis corruptus cōuertiꝛ in vnguētū horribile ⁊ nigrū/quo vtūtur loco olei vel oliue: et sic p̄ter scopam nihil aliud querūt/ex semine habētes panē/ex succo vinū/ex liquore ⁊ vnguēto annonā: vt dicit Pliñ. lib.xv. vbi agit de arboꝝ succis. Scopa est mūd⁹: fruct⁹ ei⁹ sunt diuitie tēporales: vnguētum sunt ei⁹ delicie corporales: succus eius sunt scientie seculares. Sed ꝟe licet ista sint inania et inutilia: siluani tñ hoīes.i. seculares istis contēti sunt ꝓ omni nutrimēto. Nam ꝓ omni cibo victualium nō requirūt nisi semen diuitiaꝝ/et vnguētū deliciaꝝ: ꝓ potu aūt doctrine nō querūt nisi succū sciētiaꝝ secularium: et sic annonam aliam/scȝ celi gloriam non querūt: sed istis pro omnibus sunt contenti.

Capitulum.clviij. de Stupa.

7 ¶ Uites graciles citius oportet putare/validas aūt nouissime: et ꝙ̄to vitis est tenuioꝛ ꝛ macrioꝛ/ tāto pl⁹ de ea est putandum: vt dicit Pliñ. lib. xvij. c. xxij. Et quicquid erūpit alias ꝙ̄ a nodis/oculis siue gemmis/est tāꝗ̄ spurium detrūcandum. Iste vites macre sunt viri pctōres/debiles ꝛ fragiles ꝛ macri/sine humore deuotiōis: vites aūt valide sunt viri iusti et pfecti/ad bene operādum fortes. A macris ğ vitib⁹. i. a mūdi pctōrib⁹ plus est de ligno suo. i. de suis supfluis mūdi psperitatibus/de malis suis desiderijs ꝛ affectionib⁹ auferēdum: qꝛ scꝫ talib⁹ nesciūt vti nisi ad dānationem suā: vt sic saltem possint fructū bonoꝝ operū pcreare. Purgabit eū/ vt fructū plus afferat. Joā. xv. Tales etiā citius ꝙ̄ alij sunt putādi/corrigēdi ꝛ domādi: qꝛ scꝫ magis indigēt. Illi aūt qui sunt validi/fortes ꝛ boni/rarius sunt a prelatis corrigēdi: cū non indigeāt: et minus etiā de ramis suis. i. de tēporalibus diuitijs est eis auferēdum: cū scꝫ eis bene sciāt vti. Matth. xiij. Omni habēti dabit/et abūdabit: ei aūt qui nō habet/etiā qđ habere videt/ auferetur ab eo. Uel dic ꝙ hodie in mūdo illi q̄ sunt macri/scꝫ pauperes ꝛ depressi/plus putātur/ꝛ magis a ramis bonoꝝ tēporalium spoliātur per tyrānos ꝛ raptores/ꝙ̄ illi q̄ sunt validi/diuites et potētes: qꝛ sicut dictū est: qui non habet/etiā id qđ habere videtur/auferetur ab eo.

8 ¶ Scđm Pliñ. lib. xvij. c. xxiiij. Uiti multa accidūt nocumēta/per q̄ a fructificatione retardatur: et primo quādo germina sua ei nimis tēpestiue auferūt. scđo quādo rore noxio quādo est ī flore perfunditur. tertio qñ flores ei⁹ pruina vel frigore decoquūtur. quarto qñ radices ei⁹ ab indiscretis fossorib⁹ ledūtur ꝛ decorticātur. sup oīa aūt ledūtur/quādo fortis imber pcutit palmitem florescētem: qꝛ tūc simul defluit flos ꝛ fructus. Uere hec oīa nocumenta accidūt homini spūaliter/ne fructum bonoꝝ operum pducat: et primo quādo sibi sua germina. i. mūdane sue diuitie auferūtur intempestiue per rapinam: qꝛ tūc per impatiētiam impeditur/per murmurationē ꝛ desperationē: qꝛ nolumus expoliari/sed supuestiri. ij. ad Coꝝ. v. Item dum est in flore. i. in bona affectione: quādo scꝫ habet bonum ppositū et volūtatem: vel etiam in flore. i. in iuuētute/tūc sibi triplex accidit nocumētum: qꝛ tunc qñꝗ rore male ꝛ corrupte doctrine ꝛ informationis inficit: vt patet in illis qui sequuntur maloꝝ societatem. Item quādo nimio frigore. i. qñ violenta tentatione et tribulatione decoquitur. Item quādo nimio imbre. i. psperitate supflua pcutitur: qꝛ vere tūc ex istis trib⁹ causis a vinea florēte. i. a iuuenib⁹ et insipientib⁹ fructus bonoꝝ operū impeditur. Job. xv. Ledetur quasi vinea dum adhuc sit in flore botrus ei⁹. Item quādo fossores ꝛ agricole. i. prelati ꝛ iudices indiscrete ledūt radicem ei⁹. i. coꝛ per idiscretā correctionem et corticem bonoꝝ tēporalium ab eo tollūt. Esaie. iij. Populum meū exactores sui spoliauerūt. Et sic per impatiētiam destruitur / et a fructu bonoꝝ operum retardat.

9 ¶ In tēpore nimis humido ex rore corrupto generātur in vinea vel ī vite eruce ꝛ testudines/que vitis germina depascūt/et sic depastā facile derelinquūt: vt dicit Pliñ. Accidit etiā tūc tēporis telaꝝ araneaꝝ multitudo/que circa vitem faciūt retia sua/et ibi nutriūt pestiferum semen suū/et sic fructus vinee cōsumitur ꝛ aduritur ꝛ vastatur. Sic vere circa vites. i. circa mūdi prelatos ꝛ principes ꝛ etiā alios diuites quādo tēpus est humidū per psperitatem/generātur ꝛ cōgregātur vermes. i. mali homines/scꝫ eruce. i. detractores/qui dicunt ab erodendo: tales eñ rodūt alios ꝛ cōsumūt. Item testudines ꝛ limaces: isti sunt adulatores/qui lambūt ꝛ liniūt/et liniendo inficiūt ꝛ corrūpūt. Prophete eoꝝ liniebāt eos absꝗ tēperamēto. Ezech. xxij. Item aranee: et isti sunt mali parētes prelatoꝝ et eoꝝ familiares ꝛ famuli/qui circa eos tēpore psperitatis aggregātur/et in eoꝝ officijs collocātur: et ibi retia cautelarum texūt ad muscas. i. pauperes subditos capiēdos. sicut eñ dr Prouer. xix. Multi colūt personam potētis. et sic vere ppter istos vermes/detractores/adulatores/malos famulos/parētes/nepotulos et familiares/hodie fit ꝙ germina vitis. i. tēporales diuitie prelatoꝝ rodūtur ꝛ cōsumūtur: ita ꝙ pauperes efficiūtur/et a fructu bonoꝝ operum retardantur: verūtamen quādo germina sunt corrosa. i. quādo diuitie sunt vastate/tūc p certo vitem derelinquūt: qꝛ nec de p̄latis nec de alijs amicis plus curant quādo inde cōmodum suū non possunt ampli⁹ facere vel habere. Si habueris/cōuiuet tecum: si nihil habueris/derelinquet te. Eccli. xiij. Figura Exodi. x. vbi locuste venerūt cum vēto australi/et comederūt omne viride in terra egypti: sed flante vēto occidētali/oēs penitus de terra egypti sunt abrase. Sic vere quādo auster. i. mūdana psperitas/scꝫ diuitie/delicie/honores ꝛ dignitates flant erga aliquem: tunc multiplicantur circa eum locuste. i. adulatores: qui totum virorem diuitiarum comedūt ꝛ corrodūt: sed flante vēto cōtrario. i. aduenīēte statu paupertatis ꝛ aduersitatis/tūc eum penitus derelinquūt: qꝛ etiam primo suo pauper odiosus erit: amici vero diuitum multi. Prouer. xiiij. Ideo dicit Sene. Ob hoc solum amāda est paupertas: qꝛ a quibus ameris ostendit.

10 ¶ Quādo vinea est pampināda ꝛ folia ei⁹ resecāda/illa que sunt circa fructum / non sunt ei auferenda: qꝛ sunt ei necessaria ppter fructum: sed illa que sunt remota/nec sūt fructui necessaria/sunt ei auferēda. folia sunt diuitie. Quādo ergo pīceps vel prelatus vult pampinare vineā et terram suam/quādo scꝫ a vitibus. i. a subditis suis vult exigere aliqđ tributum/talliam vel subuētionem / ipe non debet accipere folia necessaria. i. bona que sunt ad necessitatem/sed tñ illa que sunt supflua. Contra multos qui totum ꝛ necessarium ꝛ supfluū auferūt a suis subditis. Miche. iij. Uiolēter tollitis pellem eoꝝ desuper ossibus eoꝝ.

11 ¶ Folia vinee sunt estuātibus vmbraculum/febricitantibus medicina: calorem eñ febrilem mitigant/si in aqua coquātur/vulnera purgant/conceptum adiuuant/et ad alia multa valent. Folia sunt verba bona: que febrilem calorem auaritie temperant/scꝫ in audientibus: estūꝗ carnalis concupiscentie mitigant in eisdem: et vmbram bonorum documentorum eis donāt ꝛc̄. Uide ꝛ adiūge de palmite. §. loqui.

12 ¶ Scđm Pliñ. vitis odit raphanum / caulem et omne olus: qꝛ quādo talia vitib⁹ sunt vicina/tristes ꝛ egre efficiuntur. nitrum etiā et alumen ꝛ aqua marina ꝛ folia fabarum/ꝛ vicie putamina/vitiū sunt venena: fm eūdem. Uitis est bonus homo: raphanus ꝛ olus significāt mūdi

pctõres: q̄ more oleris sunt virides ꝑ curiositatem ⁊ mũdi ꝓsperitatem/ molles ⁊ pingues ꝑ carnis voluptatem: quos ꝓ certo vitis. i. bonus homo debet odire: qꝛ scꝫ suã malam vitã et societatem debet declinare: qꝛ ꝟe ex eoꝝ societate efficitur homo eger ⁊ infirm⁹/ et per vitia ⁊ peccata sterilis ⁊ ineptus: qꝛ cũ peruerso ꝑuerteris. Nitrum etiã qui est lapis salsus ⁊ cõsũptiuus. i. mũdi diuitie/ que consumũt per sollicitudinem et desiccãt: aqua amara. i. mũdi delicie/ que multum cõtinẽt amaritudinis ⁊ doloris: folia fabarum. i. mũdi sciẽtie/ que habẽt inflare sicut fabe/ per suꝑbiam ⁊ presumptionem: vitium. i. bonorum hoĩm sunt venena: nam diuitie intoxicãt per auaritiam: delicie per luxuriam: sciẽtie per superbiam: et ideo vitis a talib⁹ debet cauere: qꝛ sciẽtia tua hec decepit te. Esa. xlvij. Ideo. j. Joã. ij. Nolite diligere mũdũ/ neqꝫ ea que in mũdo sunt.

13 ¶ Scd̃m Pliñ. lib. xiiij. c. j. in quibusdam regionib⁹ sunt vites ita magne/ ꝙ ex eaꝝ trũcis fiãt statue ⁊ colũne: sicut patet de statua Jouis in vrbe Populonio. suꝑ tẽplum etiã Diane per vnã vitem scandebaꝛ: et dicit ꝙ colũne tales diutissime durãt: quia (vt dicit) in paucis lignis natura eternior est q̃ꝫ in vite. Et (vt dicit) tantũ crescũt/ ꝙ circa domos ⁊ villas circũduci possunt. Vitis etiã inter oẽs arbores succum meliorem profert: scꝫ vinum. Sic ꝟe hodie in ecclesia tm̃ crescit aliquãdo vitis. i. tantum ꝓmouetur aliquis homo/ ꝙ ipse efficitur colũna. i. prelatus: qui habet eccl̃iam sustentare meritis et exẽplis. Unde ipe efficiꝛ statua ⁊ simulachrũ iouis. i. vicarius xp̃i/ et locũ ei⁹ tenet in ecclesia. Posuit statuam in lecto dauid: et operuit eã pellibus. j. Reg. xix. expone. Efficitur etiã scala ad ascẽdẽdum in tẽplum: qꝛ mediãte eo ⁊ per eum oportet ꝙ omnes intrẽt. Ego sum ostium. Joã. x. Sed vere ex quo sic homo fact⁹ est colũna eccl̃ie/ statua seu scala/ ex tũc ipe debet durabilis eẽ ⁊ etern⁹. i. fortis ⁊ cõstãs/ et in statu gratie ꝑpetuo ꝑseuerãs/ nunq̃ꝫ per aliqđ vitiũ cõputrescẽs. Rex in eternũ viue. Dañ. ij. Iste etiam debet circũcingere villas: qꝛ ꝟe villam ⁊ domum religionis in qua est ꝑfectus debet circũcingere per correctiõem maloꝝ/ et bonoꝝ defensionem/ et ꝑ oĩs inuasoris repulsionem/ ⁊ per omnis diligẽtie adhibitionẽ. Ego ero ei murus ignis in circuitu. Zacha. ij. Quia vere melior murus et ꝓtectio quã ecclesia possit habere/ est bonus prelatus: succus aũt ei⁹. i. doctrina debet esse vinum. i. consolatio alioꝝ. ꝑs. Vinum letificat cor hoĩs.

14 ¶ Vitis auidissime crescit: finem eñ nõ habet in crescẽdo limitatum a natura: qꝛ semper crescit/ et se extendit et dilatat q̃ꝫ diu viuit si debite fuerit culta: et ideo vsqꝫ ad altissimas summitates arboꝝ aliquãdo scãdit/ et circa domos põt circũduci. Sic ꝟe homo debet auide crescere per merita ⁊ virtutes/ et sine fine q̃ꝫ diu viuit/ per ꝓfectum bonoꝝ opeꝝ augmẽtari: et ita poterit ad summitatem arboris eccl̃ie militãtis/ et ad dignitatẽ eterne eccl̃ie triũphãtis attingere ⁊ leuari/ et ibi per charitatẽ ꝑpetuo dilatari. Possessio ei⁹ creuit in terra. Job. j. Vel dic ꝙ vitis sine fine crescẽs est ambitio ⁊ auaritia: vel allega cõtra insatiabilẽ cupiditatẽ ambitiosoꝝ et auaroꝝ.

15 ¶ Vitis in vere primo scinditur: deinde ex ea lachryma emittitur: ex qua emissione humor substãtialis in ea depuratur: et sic tãdem fruct⁹ dulcior generaꝛ. et valet ista lachryma ꝯtra caliginẽ oculoꝝ: ⁊ collyrijs admisceꝛ: cũ oleo etiã mixta pilos eradicat atqꝫ tollit sicut psilothrũ vnguẽtũ: vt dicit Pliñ. lib. xxiij. Sic ꝟe qñ homo scinditur ꝑ cõtritionem interi⁹/ vel ꝑ tribulationem exterius: tũc aliqñ emittit lachrymas ꝑ cõpassionẽ vel ꝑ̄ dolore: et sic humor interior. i. cordis affectio purificaꝛ: et sic fruct⁹ bonoꝝ operũ ꝓcreatur. Iste tñ lachryme oculos cordis purificãt: ⁊ pilos. i. diuitias/ qñ oleum pietatis eis admiscetur/ per elemosynas eradicãt ⁊ euellunt. Lachrymis ergo meis stratum meũ rigabo. Ideo Threñ. j. Lachryme ei⁹ in maxillis ei⁹.

16 ¶ Vitis est arbor multum habẽs de medulla/ parum de cortice: multum flexibilis/ et tenacis ⁊ ligãtis nature: fructum ⁊ succum optimum ꝓfert: et ꝟsus terrã cõtinue se inclinat. Talis est vir perfectus: qꝛ parũ habet de cortice diuitiaꝝ per paupertatem: medullosus est per pietatem: ligãs ⁊ tenax per charitatem: inclinatus ꝑ humilitatem: flexibilis ꝑ obediẽtiam ⁊ benignitatem: medicinalis ꝑ doctrine ⁊ exẽpli sanctitatẽ. Et talis potissime fuit xp̃s. Vel dic de beata virgine. vñ Eccl̃i. xxiiij. Ego quasi vitis fructificaui.

Capitulum. clxxvj. de vite agresti seu labrusca.

Vitis agrestis dr̃ labrusca/ eo ꝙ ĩ labro terre. i. in margine generaꝛ. Ista licet sit silũs domestice in folijs/ non tñ in fructu: qꝛ fructum facit modicum seu nullũ. et si quẽ fecerit/ durus est/ stypticus ⁊ amarus. bona aũt vitis si sine cultura dimissa fuerit/ cito degenerat in labruscam. Labrusca etiã vitis fit vinifera per culturã. Sic sunt quidã vites domestice/ scꝫ boni ⁊ iusti: qui fructum bonoꝝ operum ꝓducũt. Labrusca sigt ꝑctõres/ qui nullum vel paucum faciũt fructum bonũ. Domestici aũt. i. boni nisi iugiter colãtur ꝑ penitẽtiam ⁊ disciplinam/ cito fient agrestes ⁊ labrusce. i. mali ⁊ peccatores. Expectaui vt faceret vuas: ⁊ fecit labruscas. Esaie. v. Labrusce. i. peccatores etiã possunt per culturam penitentie fieri boni ⁊ iusti ⁊c̃. Expone sicut de rosa: vt ibidem dicitur.

Capitulum. clxxvij. de vitulaminibus.

Vitulamen est illa planta que nascitur ad radicem vitis iuxta stipitem: et tales rami sunt degeneres ⁊ infructuosi: et ideo vitẽ eneruãt et destruũt/ et fructũ impediũt: humorem eñ attrahũt a radice/ q̄ deberet transferri ad fructum nutriẽdum: et ideo debẽt citius extirpari/ ne tales diutius crescẽtes/ diminuãt fructũ vitis. et iste alio modo dicũtur adulterine plãtationes/ vel spuria vitulamina. Vitis est eccl̃ia vel religio: radix ei⁹ est prelatus: palmites sunt bone ꝑsone/ que fructum bonoꝝ opeꝝ faciũt et emittũt. Sed ꝟe hodie accidit ꝙ circa radicem. i. circa prelatum generantur multa vitulamina. i. multe persone quas ipe ꝓmouet ⁊ exaltat/ scꝫ nepotuli/ cõpatriote/ affines/ adulatores ⁊ ceteri: qui in vite. i. in eccl̃ia a prelatis hodie producũtur: et pro certo isti sunt degeneres: qꝛ scꝫ non sunt veri clerici vel religiosi/ sed sunt adulterini: qꝛ non sunt geniti in ecclesia legitime a viro eccl̃ie. i. a xp̃o non sunt geniti vel ꝓducti/ immo a cõcubina. i. ab affectione carnali ibi sunt introducti. Item sunt infructuosi: qꝛ tales fructum bonoꝝ operum non ꝓducũt/ ĩmo in põpis ⁊ luxurijs expendũt patrimonium crucifixi: et ideo vidẽtur esse ficus maledicta: cui dictũ est Matth. xxj. Ex te fructus nunq̃ꝫ nascatur ampli⁹ in perpetuum. Et isti etiã impediũt ne alij palmites. i. boni per bona opera fructificent: qꝛ vere humorem vnde a radice. i. a prelato accipiũt ⁊ acquirũt alij deberẽt nutriri/ scꝫ tẽporales diuitias/ beneficia ⁊ ꝑbẽdas/ officia ⁊ dignitates: q̄ bonis viris deberẽt dari/ qui inde fructum bonoꝝ opeꝝ et elemosynaꝝ ꝓcrearẽt. Job. xv. Bibẽt alieni diuitias ei⁹. Et ideo vitis. i. eccl̃ia ꝓpter rationem talium a bonis fructib⁹ depauperatur: quapropter vtile esset ꝙ isti de ea penitus tollerẽtur: qꝛ non ibi faciũt nisi malum. Et agricola deus in die iudicij tales extirpabit: et igni ꝑpetuo cõcremabit. Sap. iiij. Adulterine plãtationes non dabũt radices altas ⁊ profundas. vide ibi. Vel dic ꝙ vitis est aĩa: cui⁹ palmites sunt bone affectiones: e quib⁹ fruct⁹ bonoꝝ operũ ꝓcreatur. Sed qꝛ qñqꝫ circa radicem cordis generãtur vitulamina. i. carnalia desideria ⁊ affect⁹: ideo sunt talia penitus extirpãda/ ne vitis. i. aĩa sterilescat.

Capitulum. clxxviij. de Vinea.

Vinea ẽm Pap. est locus vbi sunt vites. diligẽter excolitur: a suꝑfluis expurgatur: a cultoribus sepi⁹ visitatur: ne subintrẽt bestie sepibus circuitur: et ne diripiantur fruct⁹ ei⁹/ custos ĩ ea suꝑ speculam ordinatur. Sic eccl̃ia vel religio deligenter debet coli per penitẽtiam: suꝑflua inde debent resecari per correctionem: et a cultoribus. i. a prelatis ⁊ predicatorib⁹ debet sepius visitari: et ne bestie. i. vitia carnalia subintrẽt/ sepib⁹ discipline ⁊ statutorum regularium debet cingi: et ne fructus eius. i. bona spũalia ⁊ tẽporalia indebite deuastentur/ custos ⁊ speculator. i. prelatus debet super eam ordinari/ qui per clarã discretionem debet circũquaqꝫ respicere diligẽter q̄ sunt

bona et que mala ⁊c̃. Hiere. xxxj. Pone tibi speculã ⁊c̃. Ezec. iij. Speculatorem dedi te domui israel. Sed heu/ multi possunt dicere illud Cañ. j. Posuerũt me custodẽ in vineis: vineam meam non custodiui.

2 ¶ Vinea q̃diu in ea sunt fructus/ optime custoditur/ a pluribus visitatur/ sepibus clauditur ⁊ vallatur: tũc eĩ viret/ pollet/ redolet atq̃ placet: sed qñ fructus ibi nõ est: scʒ in hyeme: tunc pallet ⁊ turpis efficitur/ a nemine visitat̃: sed quasi penitus relinq̇tur/ aperta vndiq̃ deseritur/ et a lupis et bestijs nullatenꝰ defensat̃. Sic est aĩa: qꝛ vere q̃diu habet fructus. i. gr̃as et virtutes/ a deo custoditur ⁊ diligitur/ ab angelis etiã visitatur/ et sepibꝰ. i. dei et angelorũ custodia circuit̃/ et a nociuis oĩbus defensat̃: et hͦ qꝛ tũc viret ꝑ gr̃am interiꝰ/ pollet ꝑ honestatẽ exteriꝰ/ ⁊ ꝑ bonã famam redolet atq̃ fragrat. Ideo dicebat sponsa spõso: Cañ. vij. Veni/ egrediamur ad agros: videamꝰ si vinea nostra floruit ⁊c̃. Sed ꝟe in hyeme. i. in statu peccati qñ fructus virtutum ⁊ gr̃arum perdidit/ tunc a deo ⁊ angelis derelinq̇tur/ nec ab eis visitatur/ sepibꝰ. i. dei ⁊ angelorum custodia spoliat̃/ turpis ⁊ pallens per malã ꝯuersationem efficitur: et ideo lupis ⁊ bestijs et oĩbus etiam vitijs exponit̃: ⁊ ab eis dissipatur. Destruam sepem eiꝰ: et erit in direptionẽ. Esa. v. Vel si vis per sepem intellige penitẽtiam ⁊ disciplinã/ que in statu peccati destruit̃ et sic aĩa vitijs dissipat̃: quia vbi non est sepes/ diripiet̃ possessio. Eccli. xxxvj. Vel dic ꝙ vinea sunt sancti: q̇ in hyeme. i. in ꝓ̄senti vita pallent/ et viles reputant̃: fructibus mundi huiꝰ: scʒ delicijs ⁊ diuitijs nõ ditantur/ bestijs ⁊ lupis. i. mundi tyrannis ⁊ tribulationibus eoꝝ exponunt̃: sed ecõuerso in autumno. i. in tempore quo fructus colliguntur. i. in alia vita in paradiso tunc habebũt fructum eterne glorie/ ⁊ a deo ⁊ angelis visitabunt̃ ⁊ custodientur/ nec ampliꝰ mundi tribulationibꝰ turbabũtur: qꝛ neq̃ luctus neq̃ clamor erit vltra/ que ꝓ̇ma abierunt. Apoc. xxj. Vel dic ꝙ vinea est ecclesia: q̇ quandiu habet fructus temporales/ a suis custodibꝰ scʒ sacerdotibus visitatur ⁊ custodit̃: sed collectis fructibꝰ in estate ⁊ habita distributione: statim eam derelinquunt: ⁊ ad scholas ⁊ alibi diuertũt. Esa. j. Relinquetur filia sion sicut vmbraculum in vinea: ⁊ sicut tugurium in cucumerario. Vel dic ꝙ vinea est homo: q̇ quãdiu habʒ fructꝰ. i. diuitias multas/ multos inuenit visitatores et amicos: alias non ⁊c̃. qꝛ diuitie addunt amicos plurimos. Prouerb. xix.

3 ¶ Odor florentis vinee oĩ venenoso contrariatur: ⁊ ideo tunc exeunt vineã colubri ⁊ buffones/ sustinere eius fragrantiã nõ valentes. Sic vere odor ⁊ fama bonorum contrariat̃ omnibus peccatoribus venenosis: et ideo colubri ⁊ buffones. i. inuidi qñ vident aliquam vineam. i. personã vel statum florere per bonã cõuersationem/ vel operationẽ/ vel temporalem prosperitatem/ statim fugiunt per inuidiã/ ⁊ fragrantiã sue bone fame nequeunt sustinere: qꝛ ꝭm Senecã: Et si nullos inimicos facit iniuria/ multos tñ facit inuidia.

4 ¶ Vinea coloris amenitate reficit visum/ odoris suauitate delectat olfactum/ fructꝰ dulcedine recreat gustum/ foliorum mollitie afficit tactum. Sic vir perfectꝰ virore sue perfectionis ⁊ honeste cõuersationis recreat intuẽtes: odore etiã bone fame afficit odorãtes. i. audientes: dulcedine ⁊ bonitate fructuum ⁊ operum recreat gustantes. i. exempla ipsius imitantes/ ⁊ ea sibi incorporãtes: tãgentes etiã. i. socios ⁊ vicinos lenitate sue benignitat̃ afficit ⁊ demulcet: qꝛ sicut dicit Grego. de ꝓ̄latis: Miscẽda est lenitas cum seueritate: faciendũq̃ est quoddam ex vtraq̃ tẽperamentũ.

5 ¶ Vinea ad hoc ꝙ bene fructificet/ plura req̇rit: scʒ aerem purum ⁊ serenum/ ⁊ tẽpus odit nubilosum: item terram nõ nimis macram/ nec nimis pinguem: sed mediocrem. In terra eĩ pingui luxuriat in ramos et in folia/ ⁊ paucos fructus habet. In terra aũt macra cito deficit ⁊ arescit/ nõ inueniens debitũ nutrimẽtum. Sic vere ad hoc ꝙ vinea Sabaoth. s. christianus possit facere fructũ bonũ/ necesse est primo ꝙ habeat aerem puꝝ ⁊ serenum. i. bonam ⁊ sanã doctrinã/ non nubilosam/ erroneam vel obscurã. terram etiam. i. statum diligit mediocrem: qꝛ scʒ nõ debʒ status suus esse pinguis per sugfluã prosperitatem: quia tũc emitteret multos ramos vanarum affectionum: multa folia vanarũ loquutionũ: paucum aũt fructum bonarũ operationũ. Si autem nimis macer fuerit per paupꝫtatem/ tunc similiter ꝓpter defectum sufficientis victus ⁊ nutrimẽti per ĩpatiẽtiã deficcatur/ et sepe ab humore gr̃e priuatur: quia propter inopiam multi deliquerũt. Eccli. xxvij. Et ideo bene petebat sapiens: Prouerb. xxx. Nec diuitias nec paupertatẽ dederis mihi dñe ⁊c̃.

6 ¶ Vinea diligit terram dulcẽ et temperatam. Nam si salsa fuerit ⁊ amara/ corrumpitur radix propter humidi malitiam subintrãtis: ⁊ ideo montes alti soli bñ expositi sunt optima loca: qꝛ ibi calor fortis ⁊ humor dulcis reperitur. Nam q̃to vinea soli magis exponitur/ tanto fructibus dulcioribus fecundatur. Terra salsa est mũdus/ amarꝰ ⁊ salsus per tribulatiões: hũor eiꝰ est mũdi ꝓsperitas: scʒ diuitie ⁊ delicie: quã semper comitat̃ salsedo ⁊ amaritudo pctõrum ⁊ tribulationum. Montes autem significãt statum perfectionis et religionis: vbi est fortis calor charitatis ⁊ dilectionis/ ⁊ dulcis humor deuotiõis/ cõpassionis ⁊ lectionis. Vinea ergo. i. aĩa nõ debet diligere terrã salsam. i. mundũ. j. Ioan. ij. Nolite diligere mũdum ⁊c̃. Et hoc quia radix cordis faciliter corrũperetur per diuersa peccata/ si humor eius. i. mundi prosperitas ibi per affectionem subintraret. Apoc. viij. Mortui sunt ex aq̇s: qꝛ amare facte sunt. Sed mõtes. i. statum religionis ⁊ perfectionis debʒ appetere: vbi soli Christo exponatur per cõtẽplationem: et humore ⁊ dulcedine doctrine ⁊ deuotionis etiã nutriat̃: quia q̃to plus exposita soli iustitie per amorẽ ⁊ affectionem ⁊ contẽplationem fuerit/ tanto melius fructificat per bonam operationem. Vel si vis per mõtes intellige paradisum: vbi debet esse anima plantata per desideriũ et affectum. et ideo de vinea dicit̃ Ezech. xvij. In mõte sublimi israel plantabo illud: vt erũpat in germen/ ⁊ faciat fructum. Vel per terram salsam intellige pctõres: q̇ amaritudine sue male vite/ hũore corrupto sue male doctrine vites bonas. i. qui sui sunt socij/ inficiunt et corrũpunt: et ideo tales non sunt sequendi/ sed mõtes alti. i. viri sancti ⁊ contẽplatiui: in quibꝰ põt inueniri humor bone doctrine/ ⁊ dulcis fructus cõsolationis. ꝓ̄s. Montes excelsi ceruis/ petra refugium herinacijs.

7 ¶ In vineis aliquando latent vulpes/ fructus eiꝰ auide deuastãtes: aliqñ ibi subintrant porci: aliqñ canes ⁊ lupi: qui oẽs fructus deuorant/ et vineã suis stercoribus inficiunt ⁊ corrumpunt: et ideo custodes summe cauẽt ne porcus/ vulpes/ lupus ⁊ canis aliqualiter ibi intrent. Sic vere ĩ vinea ecclesie vel religionis aliqñ latent vulpes. i. falsi et cautelosi hypocrite vel heretici: aliquãdo subintrãt porci. i. voluptuosi luxuriosi ⁊ deliciosi: aliquãdo canes. i. detractores mordaces/ qui alijs semper allatrant: aliqñ lupi. i. tyranni/ ꝓ̄lati crudeles ⁊ rapaces/ qui oĩa deuorant et cõsumunt: et ideo per istos malos fructus/ vinee ecclesie spirituales ⁊ temporales hodie cõsumunt̃/ deuorãtur ⁊ vastantur. De hypocritis autem dicitur Ezec. xiij. Prophete tui quasi vulpes ĩ deserto israel erãt. et Threnorũ. iiij. de mõte sion dicitur: Vulpes ambulauerunt ĩ eo. Et ideo tales debẽt de ecclesia eijci. Cant. ij. Capite nobis vulpes paruulas/ q̇ demoliũtur vineas.

8 ¶ Fabulose dicitur ꝙ quidam fatuus custos posuit in vinea sua canes/ vt eam a vulpibus tuerẽtur: canes autem vites cum ramis inueniẽtes/ de eijciendis vulpibus minime curauerunt: sed omnes fructꝰ vinee vastauerũt. Sic hodie deus ponit in vinea ecclesie canes. i. prelatos/ vt inde vulpes ⁊ lupos. i. malitiosos ⁊ tyrannos coerceant/ ⁊ vites. i. bonos ⁊ iustos a malis protegant et defendant: sed vere qꝛ hodie in vitibus vinee. i. in subditis suis ⁊ bonis simplicibus inueniũt racemos. i. diuitias temporales/ ideo eos ꝑ rapinas diripiunt et consumunt/ et plus nocent vitibus. i. subditis q̃ʒ vulpes. i. fraudulẽti vsurarij/ vel q̃ʒ lupi. i. mali tyranni. ipsos etiam nõ curant de vinea effugare vel eijcere/ nec a nocumento bonorũ reṗmere: imo qđ peius est/ eos hodie sustinẽt atq̃ fouent/ corrupti suis muneribꝰ atq̃ donis: quia prelati/ iudices et balliui multi sunt hodie de quibus dicitur Esaie. lvj.

Uniuersi canes muti/nō valētes latrare. Uel dic ꝙ dñs
vinee est prelatus: qui in terra et ecclesia ponit canes.i.
balliuos et officiales/vt inde latrones ⁊ raptores arceā
tur: ipsi autem multo magis subditos deuorant ⁊ predā-
tur/nec alios eijciunt vel repellunt ⁊c. Figura.j. Mach.
ix. vbi iniquus Alchimus (qui interpretatur fermen-
tum vani consilij) constituit viros iniquos dños regio-
nis: qui multo maiora mala fecerunt filijs israel q̄ȝ gen-
tes ⁊ extranei. Sic mali prelati instituūt in terra sua vi-
ros iniquos: scȝ malos balliuos ⁊ officiales dños ⁊ ma-
gistros: qui ꝓ certo multo plus nocent subditis q̄ȝ rapto
res publici et latrones: quia inimici hominis domestici
eius. Michee.vij. Tu terram tuā disperdidisti: tu popu
lum tuū occidisti. Esa.xiiij. Pone si vis figuram bonā
Matth.xxj. de vinea et filio et seruis a cultoribus occi-
sis. Uinea est ecclesia: filij ⁊ serui subditi: cultores/mali
prelati et balliui ⁊c. Uel applica aliam figuram Ezech.
xvij. vbi dicitur: Facta est ergo vinea/⁊ fructificauit in
palmites/et emisit propagines.

Capitulum.clxxix. De Uua.

1 Va dicitur quasi humida: et est vua q̄ constat
ex pluribus granis/que acini dicūtur: ⁊ in ea
grana in vecte.i. en la grappe gallice/inuicē
coniungūtur ⁊ vniūtur. Botrus autem dicit
racemorum cōgeries/gallice moyssine. Race
mus idem est qđ vua vel granū vue: ſm Isid. Dic si vis
ꝙ vua est vir perfectus: qui ex pluribꝰ granis.i. virtuti-
bus constat/et botrus est ecclesia: vbi sunt tales plures
vue per concordiam adunate. Uel dic etiam ꝙ vua est
ecclesia: que constat ex pluribus granis.i. personis ⁊c.
2 ¶ Botrus est congeries racemorū inuicem cōiunctoꝝ:
qui aliqñ sunt diuerse nature ⁊ coloris: tñ inuicem con-
iungūtur/vt ad domum de vinea deferantur. Sic vere
Christus fuit sicut botrus et cōgeries racemoꝝ: qꝛ scilȝ
plures racemi.i. plures nature varie et diuerse inuicem
sunt vnite: scȝ corpus/anima/⁊ diuinitas/ī vnitate per-
sone: et sic de vinea paradisi ad domū ecclesie in incar-
natione fuit translatus. Botrus cypri dilectus meꝰ mi-
hi. Cañ.j. Figura Numeri.xiij. vbi duo viri attulerunt
de terra promissionis in desertū vnum botrū in vna ve-
cte/vt sic filij israel ad terram illā ascenderent: et eos ad
illā fructus fecunditas animaret. Sic ꝓe de terra ꝓmis
sionis.i. de paradiso vsq3 ad desertum mundi huius fuit
allatus botrus.i. xp̄s in vecte.i. in persona filij/et hoc ꝑ
duos viros.i. per duas personas: et iste sunt Gabriel nū
cians/et Maria suscipiens: qꝛ mediantibꝰ istis duobus
delatus est de paradiso in mundum botrus.i. xp̄s. Ecce
duo viri astiterunt in vestibus albis. Act.j.i. in castissi-
ma puritate. et hoc factū est/vt filij israel.i. fideles xp̄ia
ni animentur ad terram illā: scȝ paradisum: et eā diligāt
et affectēt. Sed de multis dicitur: Pro nihilo habuerūt
3 terram desiderabilem. ¶ Racemus quattuor habȝ par-
tes: scȝ pellem seu corticem: glaream/succū et acinos.i.
grana interiora: quorū granorum quidā racemi habent
plus/quidam minus. Sic ꝓe boni ⁊ iusti habēt in se di-
uersas partes spūales: scȝ corticem bone cōuersationis:
glaream dulcorose pietatis ⁊ cōpassionis: succū doctri-
ne et veritatis: ⁊ grana.i. merita ⁊ virtutes: q̄ sunt inte-
rius in conscientia. ista tñ plus sunt in vno q̄ȝ in alio: qꝛ
constat ꝙ quidam plures habēt grās ⁊ virtutes/q̄ȝ alij:
quia vnicuiq3 data est gratia ſm mensuram donationis
4 Christi. ad Ephe.iiij. ¶ Racemorū quidam sunt nigri/
quidam rubei/quidam albi: oīes tñ sunt vtiles ⁊ nutri-
tiui/et de oībus succus peroptimus exprimitur/scilȝ vi-
num. et sunt aliqui q̇ citius alijs maturant/et dicuntur
precoque vue/quasi ꝓmo cocte. alie autem tardius/alie
mediocrius. Istud tñ est gñale ꝙ omnis vua q̄ȝto matu-
rior: tanto melior/et tanto melius ꝑbet homini nutrimē
tum: ſm Isaac in dietis. Sic in mūdo sunt multa hoīm
genera perfectoꝝ: quidam sunt albi per castitatem ⁊ in-
nocentie puritatem: quidā sunt rubei per charitatem: q̇-
dam nigri per humilitatem: et tñ oīes sunt boni in se/
et nutritiui q̄ȝtum ad alios per elemosynas ⁊ bona exē-
pla ⁊ documenta. Item quidā cito maturantur ⁊ cōuer
tuntur per perfectionē/scientiam ⁊ maturitatem/scȝ ab
ipsa iuuētute: et tales xp̄o summe placent. Michee.vij.
Precoquas vuas desiderauit aīa mea. Alij tardius ma
turantur/conuertunt/et boni efficiūtur: qꝛ scȝ expectāt
vsq3 ad senectutem. omnes tñ sunt boni ⁊ iusti/⁊ succum
peroptimū scȝ dei gratiam in se continent atq3 fouent:
verūtñ quanto homo est maturior.i. perfectior/sapiētior
et discretior/tanto quo ad deum ⁊ hoīes est melior ⁊ ac-
ceptior. Sapientia em̄ melior est cunctis opibus. Pro- 5
uerb.iij. ¶ Sunt quedam spēs racemoꝝ qui sunt valde
dulces: sed tales pre alijs magis ab apibus/muscis et
vespis rodunt ⁊ comedūtur. Sic ꝓe inter homines illi
qui sunt dulciores/mitiores ⁊ sanctiores ⁊ meliores/ma
gis hodie comedunt ab apibꝰ muscis ⁊ vespis.i. a detra
ctoribus et a mūdi raptoribus vsurarijs balliuis ⁊ simi
libus: quia multe tribulationes iustorū ⁊c. Et qui iustus
erat/prede patuit. Esa.lix.

Capitulum.clxxx. De Uua.

Va immatura vel acerba frigida est et sicca:
et sua stypticitate percutit neruos dentium/
ita ꝙ quodāmodo videntur congelari. Uirtu-
tem habet cōstringendi/calorem hepatis ex-
tinguendi/sitim minuendi: vt dicit Isaac in
diet. Uua ista est mūdi prosperitas: que dicitur frigida
et sicca: qꝛ continet in se frigus indeuotionis/⁊ siccitatē
incompassionis. dentes hominis qui habēt cibos distin
guere ⁊ diuidere/significant discretionem/sapientiā et
prudentiā: que habet distinguere ⁊ masticare de cibis.i.
de actibus ⁊ operibꝰ quale est et quid vnūquodq3. Uua
ergo acerba.i. mūdi prosperitas facit dentes.i. discretio
nem hominis cōgelari ⁊ obstupescere: hoc est dictu: de-
ficere et adnihilari: sicut ptȝ in mundi sapientibꝰ: qui sa-
pientes sunt vt faciant mala. Hiere.iiij. Et quare: cer-
te qꝛ mundi ꝓsperitas obstupefacit ⁊ hebetat dentes.i.
sapientiam eorundē: quia qui comederit vuam acerbā/
obstupescent dentes eius. Hiere.xxxj. Ista etiam extin
guit calorem charitatis: sitim.i. desideria eternorū mi-
nuit: et stomachū.i. conscientiā et voluntatē per parcita
tem constringit. Unde Seneca: Nouerca virtutum ꝓ-
speritas/beatulis suis taliter obsequit/vt in fine perni-
ciem operetur.

Capitulum.clxxxj. De vua passa.

Va passa fit tribus modis: quādoq3 scȝ a sole:
quia vitis vbi dependet vua/torquetur: ita ꝙ
humor non pōt amplius ad vuam ascendere:
et sic vua per aliquot dies permittitur siccari: ⁊ calorem
pati/et sic dicitur vua passa. Secundo fit in clibano: qꝛ
pane extracto/et calore tēperato/vua in pāpinis inuolu
ta ibi ponit: ⁊ sic humor supfluus desiccatur: ⁊ vua passa
efficitur. Tertio mō fit ī fumario simili mō. Ideo dicit
Alexander. Dant vuas passas clibanꝰ fumaria phebus.
Sunt aūt magne virtutis in medicina: ſm Isaac. Uua
passa est vir iustus ⁊ perfectus: qui mundi tribulationes
et aduersitates sustinet ⁊ patitur/et a superfluo humore
carnalis voluptatis siccatur/et dulcedine deuotionis ⁊
gratie pre ceteris plus repletur. Sed vere ista desicca-
tio habet fieri tribus modis: quia quandoq3 vitis ꝑ quā
venit humor carnalitatis.i. mundi prosperitas vel ami-
ci/sibi torquetur ⁊ subtrahitur/vtpote quia deuenit ad
paupertatem: ⁊ sic humor carnalis impeditur/et maxi-
me quando soli Christo per contēplationem ⁊ affectio-
nem exponitur/et ab eo per bona desideria calescit/ca-
lescit ⁊ accēditur: qꝛ tunc efficitur vua passa: quia paupe-
tatē patitur atq3 suffert. Fusca sum/qm̄ decolorauit me
sol. Cañ.j. Item aliquādo ponitur in clibano: hoc est di-
ctu/in ardore mundanarū tribulationum: ⁊ sic similiter
humore carnalitatis priuatur/et efficit vua passa.i. vir
iustꝰ et bonus. Pones eos vt clibanum ignis ⁊c. Item
quandoq3 ad fumū (qui oculos facit flere).i. ad memo-
riam tormentorum infernalium et mortis suspenditur ꝑ
meditationem: quia vere per istos tres modos: scȝ pau-
pertatem/aduersitatem/et mortis ⁊ inferni iugem me-
moriam/efficitur homo sanctus et iustus.

Capitulum.clxxxij. De Uino.

1 Vinum dicitur ꝺm Isi. quasi a vena natū/vel a vite. racemus enim primo frāgitur/⁊ sic inde vini substantia eliquatur. Vinum autē ꝺm Isaac/inter omnes succos arborū et herbarū obtinet principatū. virtutem em̄ corporis roborat ⁊ augmentat/corpus nutrit/puros humores generat/⁊ impuros depurat/mentē valde letificat/intellectū clarificat/interiora mūdificat/hominē facit letū/liberalē ⁊ audacē/⁊ dolorē ⁊ tristitiā facit obliuisci/calorē augmētat/corpus siccū humectat/humidum qnq̧ desiccat: ⁊ vt breuius ꝯcludatur/vinū moderate sumptū/ corporis est et anime medicina: ⁊ ideo oībus etatibus cōuenit: ⁊ maxime senib⁹: q̄ humorē ⁊ calorē perditū reparat ⁊ restaurat: vt dicit Isaac in diet. Talis est ꝑ oīa sanguis Christi: qui de racemo. i. de corpore qn̄ fuit fractū per mortē/ extitit eliquatus: et iste pro certo inter oēs succos herbarum. i. inter sanguinē oīm martyrū obtinet principatū. Iste em̄ nutrit ⁊ humectat per gr̄am ⁊ deuotionē/roborat ⁊ firmat per cōstantiam/fortitudinē ⁊ perfectionem: puros humores generat interius. i. patientiam ⁊ bonam affectionem/interiora. i. conscientiā mundificat/⁊ eam a vitijs depurat per confessionē: mentē etiam letificat ꝑ spem ⁊ ꝯsolationem: hoīem facit audacem scȝ ad pugnādum contra vitia ꝑ bonam operationē: letū ⁊ liberalem per pietatem/ elemosynā ⁊ ꝯpassionem: dolorem tribulationū facit non sentiri per patientiam et firmationē: tristitiam etiam. i. oēm desperationē tollit per spem et contemplationē: augmentat etiam calorē ⁊ humorē. i. gr̄am pietatem ⁊ dilectionē: et ideo senibus. i. inueteratis peccatoribus ꝯuenit: q̄ humores deperditi: scȝ gratie ⁊ virtutes q̄ perdite fuerant per pctm̄/restituit et restaurat. Ideo Eccli. xxxj. Equa vita hoībus vinū in sobrietate potatū. Vel dic per om̄ia de gratia: a qua fluūt oēs alie virtutes: et expone de oībus sicut supra. Vel dic de sciētia diuina/que inter oēs alios succos. i. inter om̄es alias scientias obtinet principatū. Intellectū enim clarificat per discretionē: et per oīa sicut supra. Vel dic ꝙ vinū est eterna gloria: que inebriat ⁊ delectat: quia si quis ea repletus fuerit per spem/ omnē dolorē mundanarū tribulationū facit obliuisci: animā autē letificat: ⁊ tristitiā desperationis tollit ⁊c̄. sicut supra. Ideo Prouerbio. xxxj. Da merentibus bibere vinum. sequitur. Bibant/et obliuiscantur egestatis sue / et paupertatis vlterius non recolāt.

2 ¶ Vinorū plures sunt species: scȝ albū/rubeum/ nigrū/citrinū: oīa tamen sunt bona ⁊ nutritiua ⁊ letificatiua ⁊ intellectus subtiliatiua/si eis debite quis vtatur. Sic scientiarū vel virtutū plura sunt genera: scȝ rubeū/ ecce charitas: albū/ecce castitas: nigrū/ecce hūilitas: oēs tamen valent spūaliter ⁊ animā nutriūt/ et eam dotant meritis ⁊ impinguāt. Vel dic si vis de scientijs/que diuerse sunt: et tamen oēs valent et proficiūt debite eis ꝯtētibus/et intellectū clarificant. ⁊c. Gen̄. xlix. Lauabit in vino stolā suā.

3 ¶ In vino cōsideratur odor. nam odoriferū vinū plus ceteris valet/ ⁊ mentē melius letificat/ nutrit etiam melius ⁊ confortat. vinū aūt quod odorem bonū non habet/illaudabilis est nutrimenti: q̄ nec sanguinē clarificat/nec animū cōfortat/nec humorē purificat turbidū et corruptū. Sic vere odor bone fame multū facit in homine/et maxime religioso et p̄dicatore: q̄ tunc alios melius letificat et cōfortat/et eos suis exemplis et ꝟbis īpiguat atq̧ nutrit. Si aūt odorē bone fame nō habuerit/tunc vere alijs parū proficiet/nec eos bene a corruptis humoribus peccatorū purificabit: quia cuius vita despicitur/restat vt eius predicatio contēnatur. Gregorius.

4 ¶ Vinū temperatū cibus est ⁊ medicina. passiones etiam anime alterat: quia animā vertit ab īpietate ad pietatē: ab auaritia ad largitatē: a superbia ī humilitatē: de timore ⁊ desperatione in animositatē: ꝺm Isaac in dietis. Hec oīa pro certo facit in anima gratia dei/vel sanguis xp̄i/vel mortis memoria/vel doctrina et scientia audita ⁊ potata. Ideo sapientia miscuit vinū/et posuit mensam. Prouerb. ix. Vinum inquit miscuit: quia scilicet aqua spiritualis spei ⁊ consolationis ei est admiscenda.

5 ¶ Vinum q̄ꝙ sit forte ⁊ bonum/tantum tamen potest ei admisceri de aqua/ꝙ perdet efficaciam et virtutem. Sic vere licet homo vinum. i. gratiā dei habeat/ que habet odorem famositatis/colorem honestatis/saporem ⁊ dulcedinem charitatis/tantum tn̄ potest quotidie in vase cordis sui de aqua. i. de peccatis venialib⁹ apponere/ꝙ vini efficacia corrūpetur ⁊ dissipabitur per peccatum mortale. Esa. j. Vinum tuū mixtum est aqua/ argentum tuum versum est in scoriam.

6 ¶ Vinum rubeum ⁊ forte multū ledit caput/ ⁊ percutit mētem/⁊ fortem facit ebrietatem: et ideo summe indiget aque admixtione/nutrit tn̄ ⁊ confortat/et humores deperditos reparat/cor ⁊ mētem letificat ⁊ delectat: ꝺm Isaac. Vinū istud significat penitentiā dolorosam/que pro certo mētem percutit per contritionem/⁊ eam facit ebriam et sopitam per stuporē et compunctionē: scȝ quando facinora sua considerat ⁊ peccata: et ideo ne forte occidat per desperationem/necesse est ꝙ ibi aqua. i. spiritualis cōsolatio et spes de venia adiungatur. Miscuit vinum ⁊c̄. Prouerb. ix. Ista tamen nutrit animā/et eam purificat per confessionem/et letificat per spem ⁊ consolationem/ et humores. i. virtutes ⁊ merita que sunt deperdita per peccatum/restituit ⁊ restaurat. Venite ad me amici mei comedite panem meum: et bibite vinū quod miscui vobis: ⁊ inebriamini ⁊c̄. Prouerb. ix. Bibite ⁊ inebriamini Hiere. xxv.

7 ¶ Vinum habet inebriare/et mentem letificare/oēmq̧ facit dolorem ⁊ tristitiam obliuisci: amorem excitat: et humores deperditos reparat ⁊ restaurat. Talis est gloria eterna: que pro certo animam inebriat atq̧ replet. p̄s. Inebriabūt ab vbertate dom⁹ tue ⁊c̄. Et omnem dolorem p̄cedentē. i. oēs mundi miserias ⁊ tribulationes ꝑpessas facit penit⁹ obliuisci. Flebitis et lugebitis vos: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Ioan. xvj. Et ideo bene sequit ꝙ mentē letificat: q̄ ibi ꝑpetuo tristitia nulla erit. Eccli. xl. Vinū ⁊ musica letificāt cor.

8 ¶ Vinum qnq̧ ꝑpter aeris calorē corrumpit/⁊ sic perdit odorē/colorem/⁊ saporē: efficitur em̄ nigrū/fetidum/ grossum/turbidū ⁊ ponticū vel amarū: et istud non generat humores in corpore laudabiles/sed corruptos: ꝺm Isaac. Sic ꝟe qn̄ homo corrumpit ex calore concupiscētie carnalis vel tꝑalis per luxuriā vel auaritiam ⁊ cetera similia/tunc perdit odorē bone fame/colorē cōuersationis/saporem bone vite ⁊ ꝑfectionis/et efficitur niger et vilis per insolentē cōuersationem/fetidus ꝑ infamiā vel luxuriā/grossus ꝑ superbiā/turbidus per iracūdiam que. s. mentē turbat: et iō tales non nutriūt suis exēplis alios/sed corrūpūt. De istis Mich. ij. Propter pctā sua corrumpet putredine pessima.

9 ¶ Vinū licet moderate sumptū ꝓficiat/si tn̄ īmoderate sumit/nullū ꝑniciosius est venenū. mentē em̄ mutat in furorē/in mali impetū/in obliuionē boni/linguā facit ligatā/man⁹ tremulas: ⁊ de ore facit eructationes fedas exire: sitim etiā ꝓuocat: q̄ ebrietatis ⁊ vini talis est consuetudo/vt assiduitas bibēdi/auiditatē pariat rebibendi: vt dicit Pli. lib. xiiij. Vinum est mundi prosperitas/q̄ ꝓ certo si ea moderate q̄s vtatur/vtilis est ⁊ ꝓficua ad salutē: sed ꝟe si sup̄flua fuerit/⁊ indebite ⁊ indiscrete q̄s ea vtat/tunc ꝟe aīe est venenum: nam ista facit hoīem iracundū/et sic mentē mutare dr̄ in furorem ⁊ in mali impetū. Ozee. vij. Ceperūt principes furere a vino. Item efficit hoīem ingratū: et sic in eo causare dr̄ obliuionē boni. i. bn̄ficiorū a deo ⁊ ab alijs ꝑceptorū. Succedentib⁹ ꝓsperis oblitus est interpretis sui. Genef. xl. Item linguam ligat: quia scȝ tollit rectitudinem loquele/scȝ confessionem/orationem/gratiarum actionem. Constat em̄ ꝙ diuites nesciunt aliq̄d de tali loquela. Neemie. vlt. Nesciebant loqui iudaice: sed azotice. Item facit manus tremulas. i. debiles ad bene operandū: et de ore etiam talium facit fedas eructationes. i. feda et inhonesta verba sepius emanare: q̄ sagitta vulnerans lingua eorum. Hiere. ix. Item ista sitim prouocat. i. ardorem ⁊ desiderium mundanorū: quia vere quanto quis plus vsus fuerit vino mundane ꝓsperitatis: scȝ diuitijs delicijs ⁊c̄. tanto talem potum mag̃ appetit iterari: quia somniat sitiens ꝙ bibat: et cum expergefact⁹ fuerit, lassus adhuc sitiet. Esa. xxix. Vel dic

10 si vis omnia historialiter de ebrietate. ¶ Scd̄m Isaac autem/ebrietas lumen rationis extinguit/viresq₃ brutales confortat:et sic remanet corpus sicut nauis sine rectore/⁊ sicut militia sine duce. Ebrietas itē caput ledit/ oculos turbat/⁊ de sapientibꝰ facit stultos/de benignis peruersos/de castis impudicos:nam ebrietas est oīm vitiorum fomes ⁊ causa. Incidūt eñ ebrij in multa crimina:de quibus tandem penitent atq₃ dolēt:et vt breuius concludatur/oīm maloꝝ causa est ebrietas atq₃ fomes. Sic per oīa mundi prosperitas tollit vsum debite rationis/⁊ ledit oculos prudentie ⁊ discretionis:sicut pꝫ de mundi sapientibꝰ ⁊ diuitibus:qui videnť sine rōne esse et penitus excecati:quia nec se nec sua/nec mortem/nec infernum cōsiderant vel attendūt. Non est eñ populus sapiens:ideo non miserebiť eius qui fecit illum. Esaie xxvij. Ideo dicitur Esa.xxviij. Nescierūt pre ebrietate/ absorpti sunt a vino. Ista etiam caput.i.intētionē ledit per conscientie remorsum vel alias:et virtutem brutalē.i. motus carnales et carnis voluptatem ⁊ luxurie feditatem excitat ⁊ inducit:qꝛ Saturaui eos/⁊ mechati sunt. Hiere.v. Et ideo in mūdi ꝓsperis inuolutus/est recte sicut nauis sine remige:⁊ sicut militia sine duce:q̄ scꝫ cito submergitur vel dissipať. Sic homo qui ꝑ prosperitatem perdiderit rōnem/in aq̄s voluptatis submergiť/et ꝑ diuersa vitia dissipatur. Ubi nō est gubernator/populꝰ corruet. Prouerb.xj. Ista etiā facit de sapientibꝰ/ẜm deum stultos.i.de bonis pctōres/de beniuolis ꝑuersos ad literam/⁊ de castis incastos. Constat eñ ꝙ multi sunt in statu paupertatis ⁊ aduersitatis boni/qui in ꝓsperitate fiunt pessimi ⁊ iniq̄. Exemplū de Dauid:q̇ in guerris et prelijs fuit bonꝰ/sed data sibi pace ī Hierl'm inique peccauit/scꝫ in vriam ⁊ eius vxorem. Nam ex ebrietate ista prouenjunt cuncta vitia/scꝫ adulteria/homicidia ⁊c̄. sicut patuit in eodē. Prouerb.j. Prosperitas stultorū perdet eos. et Eccl'i.xxxj. Multos eñ exterminauit vinum. Et ideo bene diciť.ij. Macha.vj. Non sinere peccatoribus ex sententia agere/magni beneficij est indicium.

11 Uel dic historialiter de ebrietate. ¶ Uinum corruptum corpus destruit/humores malos generat ⁊ corruptos/ et morbos varios inducit. Sic doctrina corrupta ꝑ heresim ⁊ errorem/aīam destruit/⁊ humores.i.affectiones interiores corrūpit/⁊ morbos etiā diuersoꝝ generat peccatorum. Idem dic de sapiētia mūdi si vis. Esa.xxviij.

12 Super verticē vallis pinguissime errātes a vino. ¶ Antiquitus Rome nō licebat mulieribus vinū bibere:et hoc ẜm Pli.lib.xiiij.ca.xiij.ne forte inebriate aliquid aut dicerēt aut facerent inhonesti. Unde inuenimꝰ (ait) inter exempla/ Egnati metētini vxorem eo ꝙ vinum bibisset e dolio/a marito interfectam fuisse/eumq₃ cedis a Romulo absolutum. Ibidē etiam dicitur ꝙ quedam ꝓ eo ꝙ claues celle vinarie resignasset/a suis inedia mori fuisse coactam. De quadā etiam alia poniť ibi/q̄ qꝛ vinum biberat/ipsam dicit a iudice dote sua fuisse mulctatam. Cato etiam aiebat introductū fuisse ꝙ feminabus osculum a suis parentibꝰ dareť/vt si vinū olerent/osculo sentireť. Ad hoc aūt facit qđ dicit Hippocrates/mulieres et adolescētes nō caluescere/nec podagrā incurrere/eo scꝫ qꝛ nō bibunt vinū. Ista oīa pñt applicari exēplariter ad tēperantiā mulierū:qꝛ si ebrietas est in viro vituperabilis/in femina tñ sūme est detestabilis. Uerūtñ si ille q̄ bibūt vinum/morte plectereť/ pauce remanerēt hodie que nō cā huiꝰ morereť:qꝛ(qđ horrendū est)multe sunt femine viris vinolētiores/et ebrietatis vitio pleniores. Apoca.xvij. Uidi mulierem ebriā. Regula etiam Hippocratis euanuit:qꝛ mulieres lautissima vina potant:⁊ ideo ad l'ram podagrizant:sicut de pluribꝰ experitur:qđ scꝫ nō fieret/si ipsarū conditio a vini poculis abstineret.

Capitulum.clxxxiij. De vino nouo seu musto.

1 Vinum nouū dicitur mustū/a mus qđ est terra/⁊ teneo tenes:quasi tenēs ⁊ habēs mus.i. terram:quia scꝫ vinum in principio est terreis partibus admixtum:quādo scꝫ nouum de torculari extrahitur:sed quia post magna fit in eo ebullitio:ideo partibus calidis ⁊ aereis sursum tendentibus/terrestribus autem inferius descendentibus/ fit puri ab impuro separatio: ⁊ sic efficitur vinum verū. Talis est homo:qꝛ in principio qñ de torculari.i.de statu peccati vel mundi exprimiť/⁊ ad penitentiam vel religionem conuertitur/adhuc est terre mixtus.i.terrenis affectionibus et delectationibꝰ implicatus:sed qñ fit in eo fortis ebullitio ꝯtritionis/tunc calor charitatis in eo separat purū ab impuro.i. impuritatē vitioꝝ a puritate anime/⁊ spumam .i.vitia ⁊ peccata per cōfessionē emittit/⁊ sic efficiť bonus/purus/sanctus ⁊ iustꝰ. Faciet dñs conuiuium vindemie defecate. Esa.xxv. ¶ Uinum nouum q̄diu est impurū/ita feruens est ꝙ nunq̄ cessat ab ebullitione/ donec penitꝰ depureť: quinimo dolia in quibus est/dirūpit/nisi spiraculū habeat per qđ suus vapor ignificus emittať. sed qñ est bene purum/tunc ab ebullitione cessat penitus ⁊ quiescit. Sic vere homo nouus ⁊ iuuenis nunq̄ debet cessare ab ebullitione contritionis/ a spiratione ꝯfessionis/⁊ a spūali purgatione/q̄diu impuritatē peccati habeat aliqualē: qꝛ scꝫ dolium q̄tūcūq₃ forte.i.conscietiam q̄tūcunq₃ obstinatam et induratam debet semꝑ dirumpere ⁊ aperire per cōfessionem/⁊ oēm malam spumā vitiorum continue emittere ⁊ purgare:qꝛ venter meus quasi mustū absq₃ spiraculo:qđ lagenas nouas dirumpit. Job.xxxij. Quando aūt purgatus fuerit/ iustus scꝫ factus et perfectꝰ: tunc (et maxime qñ erit in patria) cessabit ebullitio et spiratio: qꝛ perfecti/⁊ maxime in patria/nō indigēt feruore cōtritionis/nec clamore confessionis:sed tantū requie ꝯtemplationis. Requiesces/⁊ non erit qui te exterreat ⁊c̄. Job.xj. Uel dic ꝙ illi qui sunt noui ⁊ iuuenes/impuri ⁊ carnales/⁊ fecibꝰ carnalis voluptatis vel terrene cupiditatis admixti/nūq̄ cessant ab ebullitione impatientie/rixe et discordie/et a spumatione malorum verboꝝ:quia os fatui ebullit stultitiam. Prouerb. xv. Quinimo etiam dolia in quibus sunt.i.status suos per rixas ⁊ discordias dissipant ⁊ dirūpunt/nisi libertatē habuerint respirandi.i.verba sua insolentia proferendi. Sed vere illi qui sunt puri et defecati.i.boni/iusti ⁊ sancti/ huiusmodi ebullitionē ⁊ tumultus non faciunt/imo in dolio religionis vel ecclesie pacifice requiescūt. Malach.ij. In pace ⁊ eq̄tate ambulauit mecū. Uel dic ꝙ tunc in dolio religionis vel ecclesie cessat ebullitio discordie/ et fit pax concordie et vnitatis/ quando virtute caloris.i.boni ꝑlati/partes terrestres.i. peccatores:ab igneis.i.a viris sanctis ⁊ lucidis diuidūtur ⁊ distinguuntur/et quando ipsi mali inferius descēdunt:et ad statum depressionis ⁊ subiectionis incuruantur:boni autem ⁊ sancti superius in dignitatibus ⁊ officijs eleuantur et promouentur. Et istud maxime fiet in iudicio: vbi mali a bonis perpetuo separabuntur:et illi in fundo.i.inferno retrudentur:isti autem in dignitate paradisi superius leuabuntur. et ideo tunc cessabit omnis ebullitio rixarum et discordiarū que modo est inter bonos ⁊ malos:et erit tunc bonis tranquillitas restituta. Deutero.xxviij. Ipse descendet/⁊ erit inferior:tu autem ascendes/et eris superior.

3 ¶ Uinum nouum ⁊ adhuc impurum non competit ad corporis nutrimentum: sed quādo defecatum est ⁊ purgatum:tunc efficitur corporis nutrimentum : et quanto plus antiquatur:tanto calidius:purius:odorosiꝰ ⁊ saporosius efficitur/nisi forte ex accidenti aliquo corrumpatur. Sic vere quādo homo de nouo extrahitur de torculari.i.de mundo vel de peccato:⁊ ad penitentiam vel religionem conuertitur/ tunc statim non est bonus nec perfectus/immo adhuc est impurus/carnalis et fragilis:et ideo non est aptus ad nutriendum alios:scilicꝫ doctrina ⁊ exemplo:sed vere quanto plus antiquatur in bono per perseuerantiam tanto fit calidior per charitatem/purior per castitatem/ odorosior per famositatem:⁊ ideo tunc dat bonum alijs nutrimentum:nisi forte per peccatum aliquod corrumpatur. Ideo Eccl'i.ix. Uinum nouum amicus nouus.

4 ¶ Uinum q̄nq₃ veterascet/et cum suauitate bibes illud. ¶ Uinum quandoq₃ ex calore corrumpitur duplici causa:scilicet quandoq₃ ex calore exterius abundante/et ex malitia vasis in quo est: quia ẜm corruptionem vasis/vinum nouum saporis contra-

hit corruptelam: corruptum autẽ vinum homini est no-
ciuum/et quandoq3 deterius q̃3 venenum. Sic vere vi-
num nouum.i.persona iuuenis dupliciter corrumpitur/
et per peccatum inficitur: quandoq3 ex calore aeris.i.ex
feruore concupiscentie iuuenilis. Item quãdoq3 ex cor-
ruptione dolij in quo est.i.ex prauitate societatis in qua
est et moratur: quia ex mala societate cito corrumpitur
vnus puer. sic autem corruptus ⁊ per peccatum infect⁹
alijs est venenum: quia suis verbis ⁊ exemplis alios in-
ficit ⁊ corrumpit: sicut patz in iuuenibus luxuriosis. Et
sicut vinum in nouitate corruptum nunq̃3 potest perfe-
cte emendari: sic vere nec homo qui in iuuentute infici-
tur/amplius emẽdatur. Vinum nouum in vtres nouos
mitti debet.i.in bona societate nutriri. Luc.v. ¶ Vinũ
multum antiquum excedit in caliditate et siccitate: et
ideo suo acumine caput ledit/corpus inflãmat/humidi-
tatem cõsumit. Sic mali senes et in vitijs antiquati ex-
cedunt in calore auaritie: et ideo corpus ecclesie inflam-
mant et ledunt per crudelitatem/auaritiam et vsuram:
et humorem.i.bona temporalia diripiunt ⁊ consumunt.
Patet etiam in malis senibus in religione: qui ledunt
caput.i.prelatum ⁊c̃.

Capitulum.clxxxiiij. De vino condito.

Vinum conditum fit artificialiter: quando scz
herbe vel species vino incorporantur: quarũ
virtute vinum ĩmutatur: ⁊ sapidius ⁊ salubri⁹
efficitur tam in cibo q̃3 in medicina: vt patz in vino mal-
uatico. Tale vinum est bona doctrina: quia vere ibi sunt
plures herbe.i.plura exẽpla sanctorũ: plures species.i.
plures auctoritates sanctorum ⁊ sacre scripture: et ideo
talis est vtilis ad animam nutriendam ⁊ impinguandã
per merita ⁊ virtutes. Cañ.viij. Dabo tibi poculum ex
vino cõdito. Vel dic q̃ tale vinum est anima: in qua de-
bent esse aromata.i.gratie et virtutes/bona opera ⁊ exẽ-
pla: et sic melior fiet ⁊ perfectior.

Capitulum.clxxxv. De Aceto.

Vinum acetũ fit ex vino dulci corrupto: nam
quando vinum bonum aeri calido exponitur
tunc per calorem innaturalem calor natura-
lis ipsius corrumpitur: ⁊ sic vinum quod erat
naturaliter calidum/efficitur naturaliter fri-
gidum: ẜm Isaac. Sic vere aliquando accidit q̃ homo
dulcis bonus ⁊ iustus calorem naturalem.i.charitatem
continens in seipso/corrumpitur per peccatum/et hoc
quando aeri calido.i.mundane prosperitati ⁊ calori aua-
ritie ⁊ luxurie exponitur: quia tunc per istos malos ca-
lores calor charitatis deperit/et frigus indeuotionis/pi-
gritie ⁊ tepiditatis subintrat: ⁊ ita fit ille qui prius erat
dulcis et deuotus/calidus ⁊ charitatiuus: frigidus/in-
deuotus/incompatiens/obstinatus et acetosus.i.ama-
rus/iracundus ⁊c̃. In igne consumptum est plumbum.
Hiere.vj. ¶ Acetum magne est efficacie in medicina.
virtutem eñ habet mordicatiuam/dissolutiuam/pene-
tratiuam/infrigidatiuam/⁊ desiccatiuã: et ideo valet cõ-
tra multiplices passiones: carnem eñ superfluam in vl-
ceribus corrodit: et ad alia multa valet: ẜm Isaac ĩ die-
tis. Talis est penitentia: quia mordicat per conscientie
remorsionem: penetrat per cõscientie examinationem:
et timoris incussionem: dissoluit per contritionem: mun
dificat per confessionem: desiccat per carnis maceratio
nem: ĩfrigidat per caloris auaritie vel luxurie repressio-
nem: et ideo valet contra multas passiones peccatorũ: ⁊
carnem superfluam.i.voluptatem carnalẽ adnihilat et
consumit. Ideo bene dicitur Ruth.ij. Accede huc/⁊ in-
tinge buccellam tuã in aceto. Vel si vis per acetum po-
tes intelligere sacram doctrinam: vel considerationem
mortis ⁊ inferni/vel amare mortis Christi: ⁊ expone de
quolibet per oĩa sicut supra. ¶ Acetum fortissimũ super
terram/ferrũ vel lapidem ꝓiectum/statim ebullit. Sic
penitẽs ⁊ perfect⁹ homo statim q̃ super terrã ⁊ ferrum.i.
super duritiã tribulationũ proijcitur.i.qñ mũdi tribula-
tionibus exponiẗ/tunc statim ebullit ꝑ bona desideria ⁊
affectus. Vel dic q̃ acetum est pctõr: qui qñ proijcitur ĩ
terram.i.in statũ humilem/qñ scz ab officio suo deponiẗ
vel ab alis cõtemnitur/tunc statim ebullit per iram/in-
dignationem/rixam ⁊ appellationem. Vel terra est ter-
rena ꝓsperitas: in qua si homo fusus ⁊ expositus fuerit/
statim per auaritiam/luxuriã et mala desideria ebullit.
Allega vt supra. Vir prudens ⁊ disciplinatus nõ mur-
murabit correctus. Eccli.x. ¶ Acetum oculos clarifi-
cat/sanguinem stringit/metalla dura corrodit/et in eis
multos colores generat: scz cerussam ex plumbo/viride
grecum ex cupro/lazurũ de argento. ouũ etiam si in ace
to per plures dies teneatur/ita mollificat: q̃ testam du-
ram facit quasi pelleam deuenire: venenis etiam cera-
ste et canis rabidi et crocodilli fex aceti diciẗ obuiare:
ẜm Pli.lib.xxiij.ca.ij. Talis virtutis est mortis conside
ratio: q2 oculos intellectus clarificat per discretionẽ: q2
vexatio dabit intellectum. Esa.xxviij. Sanguinẽ.i.car-
nis voluptatem stringit ꝑ castitatem/vel penitẽtie ma-
cerationem: metalla dura.i. induratos pctõres corrodit
per contritionẽ: et in eis multos sepe colores generat.i.
multiplicem perfectionẽ. Nam licet ouũ.i.peccator alb⁹
et curiosus exteri⁹/mollis ⁊ luxuriosus interius/habeat
testam.i.conuersationẽ duram ⁊ obstinatam: si tñ in ace
to.i.in mortis ꝯsideratione diutius se immerserit/sua ꝑ
certo testa dura et obstinatio mollificabiẗ/et mollis/te-
ner/obediens/cõtritus/penitens ⁊ cõpatiens efficietur.
Istud etiam acetum contrariatur morsibus venenat3.i.
tentationibus/que animã inuenenant et occidũt. Ideo
per oĩa bene dicitur Eccli.vij. In oĩbus operib⁹ tuis
memorare nouissima tua ⁊c̃. Expone si vis totũ de penitẽ
tia/vel de contritione/vel de doctrina ⁊ ꝑdicatione.

Capitulum.clxxxvj. De vinaceis.

Vinaceum ẜm Ebrardum/ est pellis vue que
post eliquationem vini remanet in torculari/
vino de eo deffuẽte/⁊ in dolijs reposito: ⁊ istd
licet parũ valeat/et nullũ prebeat corpori nu-
trimentũ: quia scz plus inflat q̃3 nutriat/tñ a
suibus delectabiliter mãducaẗ. Torcular est mũd⁹: vbi
vinũ.i.boni ⁊ iusti ꝑmunẗ tribulationib⁹ atq3 penis: ⁊ i-
de eijciunẗ et expelluntẗ: sed tñ ab ãgelis suscipiunẗ: ⁊ in
dolijs bene ligatis.i.in bonis religionib⁹ in presenti/et
in eternis mansionib⁹ in futuro recolliguntur. Vinacea
ista sunt mundi bona: que pro certo licet vina.i.hoĩes de
mundo eijciantur per mortẽ: ista tñ semper ibi remanẽt
quia cum diues mortuus fuerit/nihil secũ afferet. Iob
xxvij. Et vere licet ista parũ aut nihil valeant: ⁊ licet in-
flent per superbiam: tñ a suibus.i.a carnalibus ⁊ mũda-
nis ꝑcipue diligunẗ. Vel dic q̃ iste pelles significãt mũ-
di peccatores: qui in mundo isto remanent/bonis inde
exeuntib⁹. et isti a torculari mũdi huius finaliter eijciũ-
tur per mortem/non vt in dolio paradisi reponanẗ sicut
vinum/sed vt a suibus.i. demonib⁹ deuorenẗ: et vt igni
perpetuo comburanẗ: quia paleas comburet igni inex-
tinguibili. Matth.iij. ¶ Torcular est instrumentũ quo
premuntur racemi/⁊ vinum emittere cõpellũtur. et est
ibi prelũ lignum quoddam magnum ⁊ põderosum: per
cuius descensum racemi premuntur. Veruntamen est
ibi quedam vectis/mediante qua dictum lignum eleua
tur ⁊ deprimitur: ẜm q̃ magis vel minus racemi debent
stringi. Torcular est mundus: vbi racemi.i.hoĩes diuer
simode premunẗ ⁊ tribulantur. Lignum graue signifi-
cat mũdi tribulationes: que graues sunt ⁊ difficiles ad
sustinendũ. Graue plumbũ et importabilis arena. Pro-
uerb.xxvij. Vectis est occulta dei prouidẽtia: mediante
qua lignum.i.grauitas tribulationum aliquando inten
ditur/aliquando laxatur: quia nõ est malum in ciuitate
quod non faciat dñs. Amos.iij. Quando ergo de⁹ vult
q̃ racemus.i.homo emittat vinum.i. bona temporalia
pauperibus largiendo/vel etiam lachrymas dolorosas:
tunc vere ponit eum sub ligno torcularis.i.mũdi tribu-
lationibus ⁊ infirmitatibus: et constringit eum et com-
pellit corrigi ⁊ emendari. In agnitionem sui ductus est
percussus a domino plaga.ij. Macha.ix. Veruntamen
in isto torculari tribulationũ semper est vectis voluẽs.i.
occulta dei prouidentia: quia ipse deus operatur omnia
in omnibus.j.ad Corinth.xij. Que scz istud relaxat vel

stringit/temperat vel intendit/semper faciens cum tentatione prouentū.j.ad Corinth.x. Et sicut aliquando ex toto lignum relaxatur/vt secūdo veniens fortius ab eo vindemia cōprimatur: sic aliquando deus ex toto tēperat pōdus/vt fortius homo alias tribuletur vel hic vel in futuro. Silui/patiens fui/sed quasi parturiēs loquar: dissipabo ⁊ absorbebo simul. Esa.xlij. Quia quāto diutius expectat/tanto rediens acrius ferit. Et sicut in torculari ripa securibus inciditur: sic in actu tribulationis homo debet scindi gladijs contritionis. ¶ Vinaceum dicitur vinum rappatū/qd aqua in vindemia eliquatur: quod parum aut nihil valet. Tales sunt mundi scientie respectu scientie diuine ⁊c. Allega. Ozee.iij. Diligunt vinacea vuarum.

Capitulum.clxxxvij. De vinaria cella.

Vinaria cella dicitur locus vbi reponūtur vina. quāto autem est frigidior ⁊ siccior: tāto ad vinum seruandū est aptior: et ideo solent loca lapidosa ⁊ subterranea cauari/vt ibi vina securius recondantur. Talis est ecclesia vel religio: vbi vina.i. bone anime reponunt/⁊ a corruptione peccati seruant. Sed q̄to ista plus est sicca per paupertatem/frigida per aduersitatem/bassa ⁊ ꝓfunda per humilitatem: tanto vinū.i. bona persona ibidem meli⁹ cōseruatur a vitijs et peccatis: ⁊ ideo vtiliores sunt ad salutem status ⁊ religiones pauperes q̄ȝ diuites. Vel dic ꝙ cella vinaria est paradisus: vbi est vinum eterne voluptatis ⁊ iocunditatis. Ideo Cañ.j. Introduxit me rex in cellā vinariam ⁊c. Vel cella vinaria est vir perfect⁹: in quo vinū doctrine ⁊ gratie continetur: q̄ quāto frigidior: siccior ⁊ profundior ⁊c. sicut supra/tāto melior.

Capitulum.clxxxviij. De Viola.

Viola est herba parua/in terra depressa/cui⁹ triplex ē species: quedā cū flore albo/quedā cum purpureo/alia mellino. om̄es tñ flores sunt multū odoriferi ⁊ medicinales. et quāto virtuosiores/tanto magis versus terram inferius inclinantur: vt dicit Diosco. Et ista herba melior est recens q̄ȝ antiqua: et multū valet in medicina. Talis est vir perfectus: qui debet esse per humilitatē circa terram inclinatus/virtualis ⁊ medicinalis per vite exēpli et doctrine sanctitatē: et hic habet florem.i. exteriorem cōuersationem odoriferam ꝑ famositatē: ⁊ quāto ista est recentior ⁊ iunior/tanto melior: q̄ scȝ acceptius est deo ꝙ homo sit bonus in iuuētute/q̄ȝ in senectute: et istorum scȝ virorum perfectoꝝ/sunt plures species: quidam sunt rubei per charitatem/albi ꝑ castitatem/quidam mellini per mellifluam pietatem: omnes tñ q̄to sunt virtuosiores per sanctitatē: tāto plus sunt inclinati ꝑ hūilitatem.

Capitulum.clxxxix. De Vlmo.

Vlmus est arbor mollis/tenera et humida: q̄ plicatur faciliter ⁊ torquetur: ⁊ ideo dicit̄ ꝺm Isido. vlmus ab humore/eo ꝙ in locis humidis ⁊ vallestrib⁹ proficit plus q̄ȝ mōtuosis. radices in terra profunde figit: ⁊ inde humorē sugit ad nutrimētum frondiū ⁊ ramorum: foliorum densitate gratissimam vmbrā estuantibus facit. Flores habet odoriferos: qui ab apibus frequentant̄. exterius in cortice rudis est ⁊ dura: tamē interius multum est mollis ⁊ tenera: ad sculpendum multum apta sicut tilie: ꝺm Isido. Talis debet esse quilibet bonus secularis: q̄ scȝ in valle mūdi habitat/⁊ radices suas.i. affectiones ī terra.i. in terrenis negocijs figit et inde humorem bonoꝝ temporalium sugit. Sed hoc debet esse vt ramos.i. bonos pauperes per elemosynas nutriat et sustentet: nam ex foliorum suorum densitate.i. diuitiarum suarū multitudine debet estuantibus transeuntibus.i. mundi pauperibus ⁊ depressis vmbram ⁊ refrigerium ministrare: et mollis ⁊ humidus.i. dulcis/benignus et pius debet ab omnibus reperiri. Sub vmbra eius habitabant omnes bestie terre. Dañ.iiij. Et ideo vlmus plus in valle proficit q̄ȝ in monte: quia boni actiui plus proficiunt in valle mundi/q̄ȝ facerent in mōte religionis. Vlmus igitur est vir perfectus: qui tener est ⁊ humidus per pietatem/mollis per benignitatem/de facili plicabilis et inclinabilis per obedientiam ⁊ humilitatē. Ad quod q̄sq̄ volebat/cōuertebat̄. Sap̄.xvj. Radix insuper ei⁹: scȝ cor debet esse in terra profundū per mortis meditationem. Umbrosus etiam debet esse per bonam conuersationē: follitus per honestam locutionem: floridus per scientiā et discretionem: odorosus per bone fame diffusionem: exterius in cortice.i. in apparentia rudis ⁊ durus per penitentie macerationē: interius autem in ꝯscientia mollis et tenellus per clementiā ⁊ cōpassionem: et etiam de facili sculptibilis per correctionem: quia scȝ non est dur⁹ vel obstinatus. Et ideo ista est vna de arboribus q̄ in solitudine debebant esse. Esaie.xlj. Dabo in solitudinem myrtum/cedrum / pinū/lignum oliue/buxum et abietē/ et vlmū simul. ¶ Vlmus est arbor nullum fructum bonum portans/radices in terra ꝓfunde figens: est tamē vtilis vinee circunstanti: quia per eam sustentatur. Sic mundi peccatores nullum fructum bonorum operum in se portant: veruntamen vinee propinque.i. bonis viris sunt quandoq̄ȝ vtiles: quia eos suis elemosynis sustinēt et supportant.

Capitulum.cxc. De Vrtica.

Vrtica dicitur ab vrendo. est eñ herba ignee nature: cum hasta ⁊ folijs villosis: et tangentem se adurit ⁊ pungit: ita etiam ꝙ post ei⁹ recessum remanet vstio vel pruritus. Folia habet aspera ⁊ acuta: semen autem habet quod dicitur venerem excitare: ꝺm Plini. et hec herba ꝑ se nascitur: ⁊ vbi semen eius fuerit/vix inde extirpatur. cito crescit/sed cito etiam post arescit. Tales sunt hodie luxuriosi: quia vere sunt nature ignee: quia suis verbis et exemplis vrunt alios ⁊ inflāmāt: scȝ malis suggestionibus: gestibus ⁊ nutibus: intātum ꝙ etiam post recessum suum remanet vstio.i. mala suggestio ⁊ impressio in animo audientis. et ideo bene dicitur ꝙ semen eius venerē excitat: quia vere semen.i. verba ⁊ doctrina taliū venerē incitant ⁊ incendunt. Eloquium eius quasi ignis exardescit. Eccli.ix. Et isti per se nascūtur: quia vere aliquādo homo per se sine alteri⁹ adminiculo potest fieri vrtica.i. luxuriosus. Et sicut vrtica interdū ita multiplicat/ ꝙ extirpari non potest: sic etiam hodie luxuriosi ita seipsos dilatant ⁊ diffundūt: ꝙ vix possunt extirpari/si alicubi fuerūt seminati. Stultorum eñ infinitus est numer⁹. Ecclis.j. Vel dic ꝙ vrtica est detractor/impatiēs/querulosus/vel etiam raptor et auarus: qui pro certo ignee sunt nature: quia om̄es contingentes.i. socios ⁊ vicinos vrunt ⁊ mordēt suis detractionibus/iniurijs ⁊ murmurationibus vel rapinis. Folia eñ.i. verba taliū sunt acuta.i. pungitiua: ⁊ ideo etiam post recessum suū/vstionē ⁊ arsuram sue iniurie vel rapine vel detractiōis relinquūt. Vnū tñ scȝ in cordibus aliorū qui ledūtur ⁊ inuadūtur. est solatium: q̄ q̄uis isti cito crescant ⁊ augmentētur q̄ ad dignitates ⁊ temporales diuitias/cito tñ rursum deficiunt ⁊ decrescunt. Istud patȝ in raptorib⁹ ⁊ auaris in mundo: qui non dimidiāt dies suos: īmo iuuenes ⁊ subito moriunt̄. Patȝ de detractoribus in religione: qui q̄m vt cōiter sunt hypocrite/ideo sepe et cito deficiunt aliq̄n ꝑ apostasiam: et sic sua prauitas declarat̄. Ideo ps. Vidi impium superexaltatum et eleuatū sicut cedros libani: transiui: et ecce non erat ⁊c.

Capitulum.cxcj. De Zizania.

Zizania herba quedā est ꝺm Isido. que a poetis infelix lolliū nuncupat̄: ⁊ est herba crescēs cum tritico: q̄ dum est in herba/vix distinguit̄ a tritico: īmo qui eam tunc vellet eradere/simul propter similitudinem posset triticū extirpare: et ideo dimittenda est quousq̄ȝ in messe vnū ab alio cognoscat̄: ⁊ tunc triticum in horreo recondit̄: zizania aūt alligata per fasciculos ꝯburit̄. Habet autē vim vinosam/inebriatiuā et mortiferā/si multū de ea sit assumptū. Ager est ecclesia: triticū sunt boni: zizania sunt mali ⁊ iniqui. Sed isti mo- do sunt in herba.i. in initio ⁊ ꝓbatione dum sum⁹ in vi- ta ista: ⁊ ideo p̄ re modo tanta est similitudo q̄tum ad exteriorem ꝯuersationē/inter vtrosq̄ȝ.i. inter bonos et ma-

los/ꝙ vix alter ab altero cognoscit̃. qḋ maxime verũ est de hypocritis ⁊ hereticis: qui videntur esse boni: et ideo prelatus vel iudex non debʒ modo tales publice extĩpare vel punire/cũ eorũ facta sint occulta: sed in messe. i. in die iudicij qñ boni metent manipulũ glorie sempiterne/ tũc q̄ꝛ tales publice cognoscent̃ ⁊ discernent̃ ab alijs ꝑ fructꝰ ⁊ mala opa q̄ tũc oĩbus patebũt/ideo a tritico et a cõsortio bonorũ separabunt̃: q̄ꝛ tũc separabit eos xp̃s sicut pastor qui separat agnos ab hedis. Mat. xxv. ⁊ triticũ. i. boni in horreo paradisi reponent̃. Triticũ cõgregabit in horreũ suũ. Lu. iij. Zizania autẽ. i. mali cõburent̃/ scʒ in igne eterno ꝑ fasciculos. i. ꝑ varias distinctiones: q̄ꝛ luxuriosi cũ luxuriosis/auari cũ auaris cõiungentur. Esa. xxxiiij. Ibi cõgregati sunt milui alter ad alterũ. Figura Matt. xiij. vbi pr̃familias bonũ semẽ seminauit in agro suo: inimicus aũt suus seminauit zizania cũ tritico. cũ autẽ pr̃familias videret in agro vtrũqʒ natũ/noluit ꝙ serui sui eradicarent zizania/ne forte triticũ lederet̃: imo p̄cepit ꝙ vsqʒ ad messem inuicẽ ꝑmitterent̃/et ꝙ tũc diuisa ꝑ fasciculos vrerent̃: triticũ autẽ in horreũ cõderetur. Sic vere pr̃familias deus in agro ecclesie seiauit bonũ semen. i. multos bonos viros: sed vere inimicꝰ eius diabolus introduxit et seiauit ibidẽ multos malos. nõ vult tñ hodie deus ꝙ serui sui. i. p̄lati vel angeli ipsos ab inuicem segregẽt: sed ꝙ vsqʒ ad diẽ iudicij expectẽt: ⁊ mittet tũc seruos suos. i. angelos: q̄ eos ab alijs separabunt: et in igne eterno cõburent pariter ⁊ cremabũt. tunc enĩ dicet xp̃s illud Apo. xiiij. Mitte falcẽ tuã: qm̃ maturauit 2 messis. ¶ Zizania est herba q̄ in multis ꝓficit exterius apposita: ⁊ ad multa valet in medicina. si autẽ interiꝰ apponat̃/tũc inflatꝰ ⁊ inebriat: ⁊ oĩe malũ generat in edente/et tandẽ mortificat comedentẽ. Sic est mũdi ꝓsperitas: q̄ꝛ exterius sumpta tantũ. i. sup̄ficialiter dilecta ⁊ exteriꝰ debite administrata ꝓficit atqʒ iuuat/ scʒ debite ea vtẽti: sed si interius sumat̃. s. in corde ⁊ affectione. i. si homo ponat in ea cor suũ ⁊ affectionẽ/ tũc summe nocet: q̄ꝛ inflat ꝑ superbiã: inebriat ꝑ sp̃ualẽ stultitiã: q̄ꝛ. s. priuat hominẽ sensu et debita ratione / et facit hominẽ ebriũ. i. malũ peccatorem. Psal. Turbati sunt et moti sunt sicut ebriꝰ ⁊c̃. Et finaliter hoĩem occidit. s. morte eterna. Patet in mundi sapiẽtibus ⁊ diuitibus ⁊c̃. Inebriabo eos absynthio ⁊c̃. Here. ix.

Capitulum. cxcij. De zinzibere.

Zinziber est radix herbe multũ efficax ⁊ ꝟtuosa in medicina: calida est ⁊ humida: sed ꝓpter nimiã humiditatẽ qñqʒ qñ antiquat̃/corrũpit̃/ ⁊ a vermibꝰ perforat̃: ⁊ iõ q̄ eã vult bñ seruare/necesse est vt cũ pipere teneat̃: vt sic piperis siccitate sua hũiditas sup̄flua temperet̃. Sic sunt multi: q̄ licʒ sint calidi ꝑ charitatẽ/⁊ multũ medicinales ꝑ vite ⁊ doctrine sanctitatẽ/ sunt tñ qñqʒ multũ humidi ꝑ carnalẽ voluptatẽ: et iõ tales finaliter putrefiũt ꝑ luxuriã: ⁊ ꝑforant̃ ꝑ auaritiã/nisi forte piperi. i. bone caste et ꝑfecte persone sunt adiũcti et sociati: q̄ꝛ tũc alteriꝰ bonitas suã tempat prauitatẽ: q̄ꝛ cum sancto sanctus eris ⁊c̃.

Capitulum. cxciij. De zaccaro.

Zaccarũ est succus quarũdã cannarũ q̄ sunt in littore nili: nã piscate canne ponunt̃ in lebete ⁊ decoquunt̃ ad lentũ ignẽ: ⁊ tũc totũ videt̃ euanescere ĩ spumã: sed tandẽ illud qḋ est spissꝰ ⁊ meliꝰ/fundũ petit: qḋ aũt deteriꝰ/sursum manet: ⁊ illud nõ est ita virtuosum sicut illḋ qḋ est ĩ fundo ⁊c̃. Et est zaccarũ dulce/calidũ ⁊ hũidũ ⁊c̃. Nilus ẽ mũdꝰ vel vita p̃ñs: q̄ semꝑ fluit. canne eiꝰ sunt hoĩes. succꝰ cannarum sunt aĩe. Qñ igit̃ canne nili. i. hoĩes huiꝰ vite ponunt̃ in lebete mũdane ꝓsperitatis: tũc ꝟe oẽs vident̃ ꝑmo bullire ⁊ spumare ꝑ mala desideria auaritie/⁊ sursum ascẽdere ꝑ vanitatẽ: verũtñ illi q̄ sunt meliores/descendũt inferiꝰ ꝑ hũilitatẽ et ab ebullitiõe auaritie q̄escunt. descẽde/sede in puluere. Esa. xlvij. Illi aũt q̄ praui sunt ⁊ pctõres/superiꝰ per superbiã remanent ⁊ ꝑ vanitatẽ: nec inferiꝰ descendũt ꝑ humilitatẽ. Eris semꝑ supra/⁊ non subtꝰ. Deut. xxviij.

¶ Finis libri duodecimi de arboribus plantis ⁊c̃.

¶ Incipit liber decimustertius de nature accidentibus: et primo quidem ponitur prologus.

Quoniam illa que ad rerũ substãtias ⁊ ꝓprietates pertinẽt/deo opitulante moralizaui/restat vltimo dicere de quibusdã accidẽtibꝰ/rerum substãtias cõcomitantibꝰ/ vel depẽdentibus ab eisdem. Intẽdo igit̃ hic aliquid inserere de proprietatibus colorũ/odorum/saporum/liquorum/et ouorum: necnon mensurarum/numerorum/ponderum/instrumentorum/vasorum/⁊ sonorum.

Capitulum primum De Colore.

Color ẽm Aristotelem in de sensu ⁊ sensibili. c. iij. est extremitas perspicui in corpore terminato. Color em̃ in superficie rei terminate naturaliter habet sedẽ. Aer em̃ et alia corpora interminata/nõ sunt proprie colorata: licet per resplendẽtiam corporũ aliorum ĩ eis appareat aliqualis figura colorũ. Q̄uis autẽ color naturaliter ⁊ essentialiter sit in rebus/non potest tñ manifestari vel videri/nisi per lucem super eius superficiem radiantẽ. Color em̃ indiget lumine manifestãte/et sp̃ẽm eiꝰ ad visus organũ deferẽte. lux ꝟo colore nõ indiget: q̄ꝛ vbicũqʒ fuerit/per se ptʒ. Per colorẽ moraliter loquendo/põt intelligi ꝯuersatio ꝟtuosa. Iste est em̃ color qui ꝓprie est obiectũ visuũ ⁊ aspectuũ alioꝝ: iuxta illud Eccli. xliij. Pulchritudinẽ coloris admirabit̃ oculꝰ. Q̄ꝛ scʒ color ꝯuersationis exterioris est illud in qḋ intuentiũ oculus semꝑ fertur. Sʒ ꝓcul dubio ad h̄ ꝙ aliqḋ corpꝰ. i. aliqua ꝑsona possit ꝓprie virtutibꝰ colorari/necesse est ꝙ sit corpꝰ terminatũ. i. ꝙ h̄eat sensus et affectꝰ ordinatos et limitatos/⁊ intra rõnis terminos q̄etatos: q̄ꝛ ꝓ certo illi q̄ nõ sunt terminati/disciplinati ⁊ ordinati/sed magis more aeris ꝑ hypocrisim ⁊ vanitatẽ interminati/⁊ vagationibꝰ sensuũ ⁊ affectuũ expositi/nõ sunt vt cõiter ꝟtutibꝰ colorati: nec ꝑ ꝯuersationẽ etiã picturati. vñ de terminatiõe obediẽtie/sufficiẽtie/prudẽtie ⁊ discipline qua viri colorati ⁊ iusti terminant semetipsos/põt dici illud p̃s. Terminũ posuisti eis: quẽ nõ transgredient̃. Sʒ q̄dꝛ Pro certo istud est verũ/ꝙ ad colorẽ honeste apparẽtie semper requirit̃ lux diuine gr̃e. Color em̃ cõuersationis q̄uis regulariter existat in hoĩe/nũqʒ tñ a deo videt̃ vel inspicitur/nec ipsiꝰ aspectibꝰ acceptat̃/nisi ad ip̃m ꝑ lucem cõcomitantis gr̃e deferat̃: q̄ꝛ breuiter color ꝯuersationis nihil valet sine gr̃e lumine: lux ꝟo gr̃e per se apparet ⁊ valʒ etiã sine exterioris ꝯuersationis colore. Bene ẽ dꝛ Matth. v. Luceat lux vestra corã hoĩbꝰ/vt videãt opera vr̃a bona. Vel dic ꝙ color significat pulchritudinem corporalẽ: q̄ scʒ more coloris faciliter deturpatur: q̄ꝛ sicut dꝛ Prouerb. xxxj. Fallax gr̃a/⁊ vana est pulchritudo. Ista igit̃ q̄uis naturaliter existat/tñ sine luce gratie non placet nec apparet apud deum/nec ad salutem proficit seu iuuat. Vel dic ꝙ color qui est accidens valde defectibile /significat humanam naturam /defectibilem atqʒ vanam. Ista est em̃ que nõ valet sine luce gratie: quia scʒ natura non valet sine gratia: lux autẽ gratie per se valet/nec depẽdet virtus ipsius a natura. Joannis. j. Lux in tenebris lucet ⁊c̃. 2 ¶ Color realiter existit etiam in tenebris. vnde si color semper non appareat/non est defectus ipsius/sed potius oculi intuentis/et carentie lucis /colorem non ostendentis. Unde cum a doctoribus dicitur ꝙ color non est actualiter nisi per lucem: istud intelligendũ est de actu manifestandi/ non existendi: sicut dicit hic magister. Per colorẽ intelligo virtutes: que scʒ animam colorant atqʒ pingũt. per lucem vero intelligo splendorem conuersationis honeste: quia pro certo possibile est ꝙ aliquis realiter habeat colores virtutum/et existentiã perfectionis/ q̄uis qñqʒ non appareat propter defectũ lucis exterioris bone cõ-

uersationis:sicut apparet de multis:qui in ipsis tenebris.i.in abscondito cordis habent multos colores virtutum:sed quia lux exterioris ꝯuersationis eis deficit/ ideo ipos tales esse nō videt populus neqꝫ credit. Ideo dñs docet habere talem lucem:dicens. Sint lucerne ardentes in manib⁹ vestris. Uel dic ꝙ color est vir iustus: qui in tenebris.i.in abscondito humilitatis solet existere:et dato ꝙ in luce.i.in publico non videatur ab hominibus:non propter hoc cessat in stau gratie permanere. Non est ergo defectus taliū colorum.i.talium hoīm coloratorum ⁊ perfectorum si ab alijs nō videntur vel cognoscunt/sed potius defectus est cecitatis intuentium peccatorum/qui propter defectum lucis gratie ⁊ scientie quibus carent/talium virtutes non percipiunt neqꝫ vident/nec ipsas reputant aut approbāt/sed potius cōtemnunt/fugiunt ⁊ deuitant:quia breuiter istud est verum/ꝙ virtutes perfectorū mali non vident nec cognoscunt:quia luce vere scientie vel gratie non splendescūt. Joan.j. Lux in tenebris lucet/et tenebre eam nō comprehenderunt. 3 ¶ Ad colorem est necessaria duplex lux: scꝫ lux celestis/que est coloris causatiua:⁊ lux solaris/q̄ est coloris ostensiua. Uirtus em̄ lucis celestis inuisibiliter in corporū superficie colores procreat:lux vero solaris illos visibiliter manifestat. Sic vere colores.i.virtutes ⁊ ꝑfectiones nostre duplici luce diuina indigere noscūtur/videlicet luce celesti.i.gratia diuina/ipsarū cōstitutiua:⁊ luce solari.i.honesta cōuersatione ⁊ apparētia/ipsarum virtutū declaratiua. Gratia em̄ diuina sicut lux celestis colores virtutum solet in mente inuisibiliter procreare:honesta vero conuersatio sicut lux solaris solet colores nostrarū virtutum per bona exempla et opera alijs visibiliter demonstrare.et sic loquitur apostolus ad Ephes.v. Omne quod manifestat/lumen est.

4 ¶ Scd̄m diuersitatem actiuorum et passiuorū/generatur diuersitas accidentium ⁊ colorum:et inde est ꝙ si frigiditas in materia humida dominetur ⁊ agat/albedinē introducit et generat:sicut patet in niue:si vero in sicca materia dominetur:tunc econuerso nigredinem operatur. Econtra autem calor predominās solet in materia humida nigredinem introducere:sicut ptꝫ in igne lignū humidum comburente:qui carboni nigredinem introducit:in sicca vero materia solet albedinem generare:sicut patꝫ de igne ossa ⁊ calcem inflāmante:qui ipa in albedinem cōmutat ⁊ conuertit/quia breuiter frigiditas est mater albedinis in materia humida/⁊ nigredinis in sicca:caliditas vero mater est in humida materia nigredinis:in sicca vero albedinis:sicut exemplificat hic magister/allegans Aristotelem ⁊ Auicennam. Per frigiditatem que contrahit/intelligo tribulationem/que per timorem mentem contrahit/⁊ ipsam a malo retrahit ⁊ reducit. Per caliditatem autē possum intelligere prosperitatem/que solet mentem dissoluere/⁊ eam ad vitia relaxare. Istud est igitur generale/ꝙ frigus tribulationū si inuenit materiam humidam.i.si agit in personam flebilem ⁊ deuotam/solet albedinem ⁊ puritatem innocentie ⁊ continentie generare:si vero materia sicca.i.persona cruda/obstinata et indeuota fuerit/tunc solet vitiorū nigredinem inducere/et mētem per vitia offuscare:quia breuiter hoc est verum ꝙ tribulatio bonis proficit/⁊ albedinem puritatis ⁊ innocentie in eis introducit:siccis vero ⁊ malis officit/⁊ eos per desperationem ⁊ impatiētiam nigros facit. Sed ꝓ certo caliditas prosperitatis facit contrarium:quia scilꝫ ista est que de humidis.i.de carnalibus solet nigros ⁊ peccatores facere:de siccis vero.i.de abstinentibus ⁊ temperatis solet albos/innocētes et continentes homines procreare:quia scꝫ prosperitas solet nocere humidis.i.intemperatis ⁊ carnalib⁹: proficere vero siccis.i.moderatis et abstinentibus. Uel dic ꝙ caliditas significat charitatiuum prelatum:qui ꝓ certo in humidis.i.in carnalibus subditis debet nigredinem tribulationum inducere:in siccis vero.i.in pauperibus et depressis debet albedinem consolationum ⁊ claritatem promotionum causare:quia scilicet ad bonū prelatum pertinet ꝙ peccatores deprimendo ⁊ corrigendo denigret:et ꝙ hūiles ⁊ depressos dealbet/promoueat et honoret. Sed pro certo frigiditas.i.malus ꝑlat⁹ solet cōtrariū facere:quia scꝫ humidos.i.fragiles peccatores solet per mundi prospera dealbare. Matth.xxiij. Similes estis sepulchris dealbatis. Siccos vero.i.abstinētes et pauperes solet tribulationibus denigrare. Esaie.xiij. Facies eorum sicut nigredo olle. Uel potest dici de deo: qui more caloris/humidos.i.carnales ⁊ diuites in inferno denigrabit:siccos vero.i.pauperes et abstinentes in gloria dealbabit. Psal. Niue dealbabuntur in selmon.i. in paradiso. Econtra autem diabolus more frigoris/humidos.i.carnales ⁊ diuites in presenti per prosperitatē dealbat:siccos vero.i.pauperes deprimit tribulationibus ⁊ denigrat. 5 ¶ Quidam videntes ꝙ color non habet apparētiam sine luce/voluerunt dicere ꝙ lux erat de essentia coloris.quod tn̄ falsum est:quia scilꝫ color etiam in tenebris veraciter manet:et esse suum nisi solum pro manifestatione a lumine non dependet. Sic vere fatui mundani videntur hodie credere ꝙ nullus color.i.nulla virtus est aliquid/nisi sit ibi lux publice manifestatiōis. non em̄ reputant virtutem esse/nisi in luce ⁊ manifesto/ scilicet ante faciem hominū ipsam viderint apparere. De virtutis em̄ essentia dicunt esse ꝙ videatur:et ꝙ ab hominibus cognoscatur. quod tamē falsum est:quia scꝫ in tenebris conscientie potest color virtutum latere:da to ꝙ in hominū presentia nō videatur lucere. Ideo pulchre dicit Seneca libro de morib⁹: Esto occultator virtutum/sicut alij vitiorum. 6 ¶ Quāuis calor agēs in humidum/vt cōmuniter nigredinem introducat/istud tamen fallit quando illud in quod agit/aliquo medio tangitur:ita ꝙ caloris impetus impedit:sicut patet de ouo cocto:cuius albumen album efficitur/quando a calore mediante testa vel aqua tāgitur dum coquitur. Sic vere licet calor concupiscentie in materia humida.i.in debili et fluxibili persona nigredinem luxurie/⁊ male conuersationis fuliginem introducat: istud tamen fallit qn̄ calor concupiscentie inuenit medium resistens:scꝫ testā ⁊ clausuram custodie ⁊ humilitatis/⁊ aquam etiam clementie et pietatis/vel lachrymose voluntatis:quia pro certo si ouū.i.homo humiliter se custodiat ⁊ recludat/et in aqua lachrymarum ⁊ compunctionis vel compassionis se teneat/nunqꝫ albumen carnis sue calor concupiscentie per luxuriam inficit aut denigrat:quinimo per maiorem conatum virtutis/ipsum accidentaliter ꝑ maiorem castitatem decorat ⁊ dealbat. Psal. Lauabis me: et super niuem dealbabor. 7 ¶ Aliqui sunt colores principales/aliqui medij et collaterales:nam ꝟm subiecti ⁊ agentis dispositionem/necesse est fieri i colore variationem ⁊ mutationē:⁊ ꝟm ꝙ materia diuersimode disponitur/color pūcipalis vel medius generatur. Sunt igitur duo extremi ⁊ principales colores/scilꝫ albedo ⁊ nigredo. Quinqꝫ vero sunt colores intermedij:qui inter ista duo extrema sunt constituti:scꝫ color glaucus/mine⁹/rubeus/purpureus ⁊ viridis. Rubeus enim stat in medio istorum duorum extremorum:et ideo inter album et rubeum sunt duo colores:scilꝫ glaucus/qui magis appropinquat albo:qualis color est in folijs cadentibus:⁊ mineus qui magis appropīquat rubeo. Item inter rubeū et nigrum sunt alij duo colores/scilꝫ purpureus a parte rubei/⁊ viridis a parte nigri. Sic ergo ꝟm Philosophū non est dare colores nisi septē/tam medios ꝙ̄ extremos scꝫ albuꝫ/glaucum/ mineum/rubeum/purpureū/viridē et nigrum. Ista possunt applicari ad septem pūcipales virtutes:quarum scilicet tres sunt principales/et quatuor subalterne. Sūt em̄ ibi due extreme/⁊ vna media: que scꝫ significant tres virtutes theologicas/que sunt pre omnibus principales. Albedo enim significat fidem cuius claritas ⁊ veritas magis splēdet. Media autem rubedo significat charitatem / cuius caliditas magis ardet:⁊ more igneo magis rubet. Extrema vero/scilicet nigredo/ est spes:que i aduersitatum nigredine magis viget:quia pro certo ꝟm apostolum.j.ad Corinth.xiij. Nunc autem manent fides / spes / charitas: tria hec. Quattuor vero intermedij significant quattuor ꝟtutes

cardinales. Glaucedo eñ que magis declinat ad albũ et ad clarũ/significat prudentiã: in qua viget claritas intellectus. Mineitas vero q̃ magis declinat ad colorem igneũ/ significat iustitiã: que scilꝫ comburit et corripit sicut ignis. Purpura vero que ad roseitatẽ declinat/ significat fortitudinẽ. q̃ scilꝫ more rose quãto plus terit̃/ magis valet: iuxta illud.ij.ad Corin.xij. Cũ autẽ infirmor/ tũc fortis sum. Viridis vero qui magis delectat visum/ significat tẽperãtiã/ que iter virtutes alias magis placet. Ideo de istis potest dici figuraliter illud.iij. Regũ.vij. vbi dicit̃ ꝙ Salomõ fecit domũ saltus sup tres ordines colũnarũ/ ꝛ q̃ttuor deambulatoria inter colũnas cedrinas. Domꝰ eñ saltꝰ est ecclesia: de qua saltat̃ in celũ. vel etiã aĩa: que scilꝫ finaliter saltat ꝛ euolat in paradisum. Ista est eñ que tribus ordinibꝰ colũnarũ.i. tribus virtutibꝰ theologicis fulcitur/ ꝛ que quatuor deambulatorijs.i. quattuor virtutibꝰ cardinalibꝰ spatiatur: vt sic anime vel ecclesie tot coloribꝰ picturate dicat̃ illud Eze.xvj. Vestita es bysso et polymito ꝛ multis coloribus. ¶ Colores medij bene ꝓportionati delectant visum: 8 extremi vero ledũt ꝛ debilitãt ipm: ꝑm Aristo. Albedo eñ intensa disgregãdo spiritũ/ visum cõfundit/ ꝛ oculũ lachrymare facit. Nigredo vero spũm aggregãdo/ visum obtundit/ et obscuritatẽ gignit: et etiã si perseueret/ cecitatẽ generat ꝛ inducit: sicut patet de diu incarceratis/ et in tenebris inclusis: qui extracti ad lucẽ/ parum aut nihil possunt videre. Sic vere oculus voluntatis et cordis spũaliter delectat̃ et ꝑficit/ quãdo ad medios colores.i. medios status ꝛ gradus affectũ suum cõuertit/ et quãdo mediocritatẽ rerũ considerat/ desiderat et attẽdit. Intensa enim albedo et claritas ꝓsperitatis spiritũ et affectũ mẽtis disgregat/ et eũ per multa mala desideria dissoluit/ ꝛ ad vitia multa laxat/ ꝛ sic lympiditatẽ visus.i. claritatẽ cognitionis impedit et retardat. Excessiua etiã nigredo aduersitatis solet ꝑ tristitiam mẽtem obtũdere/ et claritatẽ prudentie tollere/ ꝛ per pctm̃ et desperationẽ oculum mẽtis aliquotiẽs excecare: iuxta illud Eccli.xxj. Nõ est sensus vbi est amaritudo. Nõ est eñ albedo ꝓsperitatis ꝛ mũdane claritatis attẽdenda/ nec nigredo tribulationũ est etiã appetẽda: ſꝫ medios colores.i. mediocritatẽ statꝰ debemꝰ appetere: ĩ qua sine periculo se potest mẽtis oculꝰ delectare. qđ bene figuratũ est Dañ.iij. vbi dicit̃ ꝙ deus fecit mediũ fornacis quasi ventũ roris flatem/ ita ꝙ tres pueri ibi positi nullatenus sunt cõbusti: illi vero q̃ extra mediũ fornacis erãt/ scꝫ ministri regis babylonis/ qui in extremitate ipsiꝰ fornacis fuerũt/ flãmis erũpentibus sunt cõsumpti. Ad denotandũ ꝙ sancti viri qui ĩ fornace huius mũdi mediũ mediocritatis ꝛ tẽperãtie statꝰ tenẽt/ ventũ roris.i. mẽtis refrigeriũ semꝑ habẽt: ministri vero regis babylonis.i. diaboli/ regis ꝯfusionis/ scilꝫ mali homines/ q̃ in extremitate huiꝰ fornacis.i. in sũmitate ꝛ excessu ꝓsperitatis vel etiã aduersitatis cõstituũtur/ ꝛ flãmis diuersoꝝ desiderioꝝ vrunt̃/ a flãmis infernalibꝰ finaliter absument̃: vt sic de ꝑplo mediũ diligẽte dicat̃ a dño illđ Michee.ij. Ponã illũ quasi gregẽ in ouili/ q̃si pecus in medio 9 caularũ. ¶ Scđm aliquos/ color est in oĩbus rebꝰ in potẽtia/ sed nõ educit̃ ad actũ/ nisi per lumen. Ignis eñ qui de se est lucidus/ in oĩbus rebꝰ est: et ꝑ cõsequẽs et color: cum nihil aliud sit color q̃ꝫ lux ĩcorporata corpori terminato. velatur tamẽ iste ignis ꝛ iste color a partibꝰ tenebrosis/ ꝛ ideo non educit̃ ad actum nisi mediante aliquo eiusdẽ generis actualiter existẽte/ scilꝫ ꝑ lucẽ actualẽ: ꝛ ponũt exemplũ de sulphure/ vbi est calor potẽtialis innatus/ qui tñ ad actum nõ egredit̃/ nisi per actualẽ exteriorẽ calorẽ de potẽtia educatur. Sic vere istud est verũ ꝙ in oĩ hoĩe est lux grẽ/ ignis charitatis/ ꝛ color virtutis in potẽtia: q꞉ scilꝫ nullus est q̃n possit facere bonũ/ ꝛ esse bonus. Ioã.j. Dedit eis potestatẽ filios dei fieri/ his qui credunt in nomine eius. Verũtamẽ quidam sunt qui tot obscuritatibꝰ malarũ consuetudinũ et vitiorum operti sunt/ ꝙ colorem virtutũ q̃muis habeãt in potẽtia/ nunq̃ꝫ ad actum educũt. Necesse est ergo ꝙ cooperet̃ eis lux exterioris doctrine/ ꝛ exemplaris regule ꝛ disciplinе/ que lucẽ ꝛ colorem virtutũ de potentia ad actũ educat/ et bonitatem moralẽ que interius latitabat/ exterius aperiat et ostendat. Q꞉ breuiter multi sunt qui nunq̃ꝫ boni efficiũtur/ virtusq̃ꝫ eorum nunq̃ꝫ de potẽtia ad actũ educitur/ nisi de foris ab alijs adiuuẽtur/ ꝛ nisi predicator/ rector aut corrector ad hoc cooperetur. Ideo quilibet talis potest de tali eductione dicere illud Esa.xlix. Eduxit me de lacu miserie/ et de luto fecis. Vel dic ꝙ color in potentia est gratia gratis data: que pro certo ad actum non educit̃/ nisi per lucem actualẽ.i. per gratiam gratũ faciẽtem iuuetur. ¶ Co- 10 lor proportionalis varietatis est aspectus intuentiũ attractiuus/ et multipliciter allectiuus. Unde dicit Pliñ. ꝙ oĩa aĩalia pantherã videre desiderant/ propter colorũ varietatem/ ꝛ decorem pellis sue. Item color si fuerit etiã mẽbris ꝛ corpori correspondens/ si pulcher fuerit et suauis/ summe est corporis pulchrificatiuus: si vero incõpositus ꝛ cõfusus fuerit/ ecõuerso turpitudinis est in corpore inductiuus: ꝑm Auicẽ. Unde dicit August. ꝙ pulchritudo est elegans corporis habitudo cũ coloris suauitate. Item color est passionum anime manifestatiuus: sicut patet ꝙ color pallidus significat mentis timorẽ: rubicũdus vero designat verecundie ruborem/ vl' iracũdie furorẽ. In timore enim interiora cordis ledũtur/ ad que dum sanguis pro adiutorio lesi cordis mittitur/ color pallidus ꝓpter sanguinis defectũ in exterioribus generat̃. Ecõtra autẽ in ira et iracũdia ledũtur exteriora: et ideo sanguis eo missus colorat ꝛ rubificat vniuersa. Item color est materie in qua est/ ostensiuus: q꞉ scilꝫ oculus substãtiam non cognosceret/ nisi qualis esset/ color exterior declararet. Item color est materie in qua est/ ornatiuus/ et oĩs deformitatis ipsius velatiuus. In multis eñ rebus deformitates varie viderent̃/ nisi picturis ꝛ coloribꝰ tegerẽtur: ꝑm Auicẽ. Item color est luci sui ipsius cõformatiuus. color enim (sicut filia matri) lucis actui se cõfigurat/ ita ꝙ cũ intensa luce color intẽsior apparet: cũ remissa vero remissior elucescit. Per colorẽ q̃ est accidens exteriꝰ adiacẽs rebus/ potest intelligi exterior cõuersatio: quia pro certo ista est que si bona ꝛ honesta et ꝓportionata fuerit/ solet intuentes delectare/ totum hoĩem pulchrificare/ ꝛ in eo decorẽ ꝛ pulchritudinẽ generare: si vero inhonesta fuerit/ tũc solet totum hoĩem deturpare. nihil eñ est pulchrius persona honesta/ ꝛ nihil turpius inhonesta. Et breuiter ꝑ colorẽ cõuersationis cognoscitur animus/ ꝛ significat̃ interioris ꝛ exterioris hoĩs tota virtus. Unde.ij. Macha.iij. Color immutatus declarabat internũ animi dolorem. Igitur ꝑ colorem ꝛ picturã exterioris bone cõuersationis solet multotiens turpitudo morũ celari/ ꝛ quicq̃d vitiosum est/ occultari: sicut ptꝫ in hypocritis: qui (Math.xxiij.) dicunt̃ similes sepulchris dealbatis/ intus plenis spurcitia ꝛ ossibus mortuorũ. Fit tamẽ vt cõiter ꝙ color sequit̃ lucẽ.i. ꝙ cõuersatio sequit̃ volũtatem: sicut filia sequit̃ matrẽ: q꞉ generaliter et cõmuniter color luci/ ꝛ cõuersatio volũtati se solet cõformare: et siue intẽsa siue remissa.i. siue bona siue mala fuerit/ se scđm eam regulare: quia sicut dicitur Eccli.xiij. Cor hoĩs immutat faciem eiꝰ/ siue in bono siue in malo. ¶ Color in 11 rebus mutatur multis modis. aliquãdo ab exterioribus/ sicut patet in fructibus: qui scđm maiorẽ ꝛ minorẽ caloris solaris operationẽ/ ꝛ caloris naturalis confortationẽ/ et humoris digestionẽ/ primo virides/ deinde rubei/ tandẽ nigri efficiunt̃: sicut ptꝫ ĩ moris. ꝛc. Sic vere scđm ꝙ calor charitatis interius/ ꝛ calor correctiõis exteriꝰ nos digerit/ scđm hoc colores variarũ virtutũ in nostris mentibꝰ introducit/ inquãtũ scilꝫ ꝑ honestatẽ virides/ ꝑ charitatẽ rubẽtes/ et ꝑ humilitatẽ nos nigros efficit ꝛ pallẽtes. Vel ecõtra dic de calore ꝯcupiscẽtie male: q꞉ scilꝫ scđm ꝙ intus in hominibꝰ plus abundat/ scđm hoc ipsos facit ꝑ carnalitatẽ rubere/ per infamiã denigrari/ vel per inuidiã et tristitiam pallere. Threñ.iiij. Quomodo obscuratũ est aurũ/ mutatꝰ est color optimꝰ? ¶ Exteriores tẽpoꝝ ꝛ regionũ qualitates solẽt co- 12 lores corporũ variare: ꝛ ide est ꝙ septẽtrionales ꝓpt' excessum frigoris fiũt albi: meridionales vero ꝓpter caloris predominiũ fiũt nigri: sicut ptꝫ ĩ ethiopibꝰ/ qui ꝓpter cõtinuã solis adustionẽ nigri sunt: ꝛ q̃ nascunt̃ ab eis/ ab adustione cõtinua solaris radij nigri fiũt. Primꝰ eñ habitator illarũ regionũ ex adustiõe sanguinis intercutanei niger factꝰ est: qui scꝫ nigredinẽ transfudit in posteros: ꝛ maxie ĩ illos q̃ in illis feruidis regiõibꝰ ꝑseuerãt. si eñ ethiops ĩ regiõe frigida gñaret/ fetus eiꝰ paulatim a nigredine deuiaret. Sic ꝑe moraliter loquendo/ frigus timoris diuini et exterioris tri-

bulationis solet illos quos ꝑlat/albos ⁊ puros/innocētes et castos facere: ⁊ ab eis oēm peccati nigredinē tollere vel fugare: ecōtra vero calor cōcupiscētie nigredinē male conuersationis ⁊ vitioꝝ generat: ⁊ mentē interi⁹ ꝑ ignorātiam obnubilat/⁊ ꝯuersationē ei⁹ offuscat. Et inde est ꝙ in ethiopia mūdi huius hoīes ꝑ pctā sunt nigri: q꞉ ꝑ excessiuū cōcupiscētie calorē humores suoꝝ interiorū affectuū sunt cōbusti. Threñ. iiij. Denigrata est facies eoꝝ sup carbones. Primus em̄ homo isti⁹ ethiopie/scʒ Adā/qui ꝑmo calore cōcupiscētie fuit adustus ⁊ denigratus/filios nigros et pctōres genuit: ⁊ nigredinē suā ⁊ adustionē. i. cōcupiscētiam et peccatū in posteros deriuauit: ⁊ ide est ꝙ a nigro prē nigri filij nascūtur: ⁊ maxime q꞉ cōtinuo ardore auaritie ⁊ cōcupiscētie inflāmamur. ad Ro. v. Per vnū hoīem pctōres cōstituti sunt multi. Necesse est em̄ ꝙ ethiops ethiopes generet: ⁊ ꝙ malus pater/predicator vel prelat⁹ malis exēplis ⁊ dictꝭ suis nigros ⁊ malos filios procreet atqꝫ formet: q꞉ scilʒ patrem sequitur sua proles. Uerūtamen qñqꝫ fit contrariū/qñ tales mutant regionē. i. quādo fugiūt malā societatē et congregationē: quia scilʒ tunc fit ꝙ filij ethiopū. i. filij ⁊ subditi ⁊ successores malorū/ratiōe frigoris diuini timoris quē cōcipiūt/albi ⁊ boni efficiunꝉ/⁊ a paterna nigredine tēperantur.

12 ¶ Scḋm dispositionē humoꝝ in corpore/varij colores generanꝉ in cute: ⁊ inde est ꝙ humor sanguineus causat ruborē: cholericus citrinitatē: melācholicus liuiditatē: phlegmaticus albedinē: ⁊ silia. Ista etiam eadē ratio est de diuersitate coloris vnguiū ⁊ piloꝝ: q꞉ ſm ꝙ fumi cordis q̇ sūt materia eorū/diuersificanꝉ interius/ scḋm hoc ⁊ vngues et pili inueniunꝉ in diuersis diuersi: ⁊ nūc albi/nūc nigri/nūc rubei seu flaui. Sic vere generaliter scḋm naturā ⁊ cōditionē interioꝝ humoꝝ ⁊ fumoꝝ. i. interiorū affectuū et animorū/necesse est ꝙ in hoīe disponaꝉ cōditio exteriorū coloꝝ. i. exteriorū actuū atqꝫ morū: q꞉ scʒ exterior cōuersatio solet ab internis affectibus dependere/⁊ scḋm ipsos deficere vel vigere: iuxta illud predictū Eccli. xiij. Cor hoīs immutat faciem ei⁹. Expone magis particulariter si vis sicut supra. c. de fumo/de pilis/de cōplexionib⁹/seu. c. de humore.

13 ¶ Ex interiore infectione ⁊ corruptione corporis vitiaꝉ exteri⁹ color cutis: sicut patet in hydropicis ⁊ leprosis. vide supra in titulis suis. Sic vere quādo mens interius ꝑ malā intētionem et affectionē inficitur/necesse est ꝙ cutis cōuersatiōis discoloreꝉ/et ꝙ color inhoneste vite ⁊ cōuersationis immūde in hoīe genereꝉ.

14 ¶ Color canus accidit in capillis aliquādo ex defectu caloris: sicut fit in senibus: aliqñ ex abūdātia phlegmatis/sicut in iuuenib⁹ caput phlegmaticum habentib⁹. Sed istud est generale ꝙ quādo canities venit ex defectu caloris/ capilli ꝑmo incipiūt canescere ab extremitate: quādo vero ex phlegmate accidit/tūc canescere incipiūt a radice. Per colorē canū itelligo defectū ꝟtutū moraliū/ ꝓ eo scilʒ ꝙ canities signū est antiq̇tatis/ ⁊ defectus virtutū naturaliū. Sed ꝓ certo istū colorē. i. istā defectuosā cōuersationē duo pricipaliter introducūt: scilʒ defect⁹ caloris charitatis/⁊ abūdātia phlegmatis carnalitatis. discernitur tñ differētia inter istos: q꞉ scʒ si phlegma carnalitatis abundat/facit capillos virtutū canescere/⁊ deficere a radice cogitationis: defect⁹ vero caloris charitatis ab extremitate operatiōis: q꞉ scilʒ carnalitas super oīa malas cogitationes immittit: charitatis vero carētia bonas opationes cōfundit. Et breuiter/carnalitas corrūpit radicē cogitationum: ⁊ carētia charitatis eneruat ꝟtutē exterioꝝ extremitatū. i. operationū.

15 ¶ De coloribus autē oculorū omitto: q꞉ supra satis de oculis est tractatū. Dicēdū est igiꝉ de coloribus in particulari: ⁊ primo de albedine ⁊ ei⁹ collateralib⁹.

Capitulum. ij. de albedine.

1 Albedo est color ex luce clara et multa generatus: origo ⁊ fundamentū oīm mediorū coloꝝ: q̇ quāto in materia magis pura et ꝑspicua ponitur/tāto clarior/intēsior et nigro impꝑmixtior inuenitꝉ. Color em̄ medius ī nullo ita bene fundatur/sicut in albo. Albedo em̄ est colorū incrementū ⁊ precipuū fundamētū: quinimo quāto albedo intensior fuerit/tāto color suppositus ⁊ superpictus fortius adherebit/et pulchrior apparebit. Talis est innocētia: q꞉ pro certo ista ex luce gratie clara ⁊ lympida cōponiꝉ: ⁊ in materia. i. in mente pura atqꝫ ꝑspicua generaꝉ. Et ideo ista est colorū. i. virtutū oīm fundamentū: q꞉ pro certo nullus medius color. i. nulla moralis virtus (que scilʒ in medio cōsistit) ita vtiliter alicubi fundaꝉ/sicut quādo cū innocētie albedine situaꝉ: q꞉ scilʒ quāto ista fuerit intēsior/tanto erit virtus adiuncta firmior atqꝫ maior. Et ideo bene dicit hugo ꝙ puritas innocentie cōseruata fons est ⁊ origo omnis scientie et ꝟtutis. ¶ Albedo est color ceteris purior: ⁊ tamen est ad maculandū facilior. Res enim alba faciliter inficitur/⁊ macula in ea plus apparet/⁊ difficilius amoueꝉ. Talis est puritas castitatis: q꞉ ꝓ certo cū ista sit virt⁹ inter ceteras purissima ⁊ pulcherrima/⁊ oculis oīm gratissima/faciliter tñ solet ꝑ luxuriam infici/⁊ vix aut nunqꝫ ampli⁹ depurari. In albedine em̄ castitatis solet macula valde male sedere: ⁊ ita solet ibi ꝑ infamiā adherere: ⁊ quicq̇d ibi vitiosum fuerit/ita solet alioꝝ aspectib⁹ se offerre/ ꝙ vix potest illud aliq̇s ampli⁹ amouere: sicut patet ad litterā de quacūqꝫ macula vel infamia luxurie/q̄ vix ampli⁹ tolliꝉ: ⁊ que inter ceteros defect⁹ notabilior/infamior ⁊ apparētior inueniꝉ. ¶ Albedo licet oculis placeat/ipsos tñ ledit mirabiliter atqꝫ grauat. solet em̄ albedo ꝓpter claritatē et lucē incorporatā visum seu visualē spiritū dispgere/⁊ actū vidēdi mirabiliter īpedire. Sic ꝓ lux/splēdor ⁊ albedo mūdane ꝓsperitatis nō ꝓdest intuētibus/īmo nocet. Quis em̄ oculo affectus placeat/ipmqꝫ recreet ⁊ delectet/solet tñ ipm dissoluere/⁊ visum discretiōis disgregare/⁊ ꝑ mūdi delectabilia dispgere/⁊ totā mētis faciem offuscare. Stultū est ergo talē albedinē aspicere/⁊ ad mundi ꝓsperitatē mētales oculos eleuare. Prouerb. xxiij.

4 Ne erigas oculos tuos ad opes. ¶ Candor est illa portio albedinis q̄ est in illo ꝑmo ⁊ ꝑcipuo gradu: q̄ sine lesione et corruptione sensus/potest sensui subiacere. Sicut em̄ dicitur in libro de sensu ⁊ sensato/colores in sua extremitate videri nō possunt. Sēsus em̄ noster (cuius virt⁹ est in medio) colorē in sua extremitate videre nō potest: ⁊ ideo cādor ꝓprie diciꝉ illa albedo q̄ ab extremo recedēs/visui cōtēperatur: et in qua sensus organi delectaꝉ. Significare ergo potest candor puritatē cōsciētie/virtutēqꝫ innocētie ⁊ cōtinētie hūane. illā dico/ad quā potest sensus ⁊ virt⁹ hūana ptingere: q̄ scilʒ oculos ⁊ intuit⁹ alioꝝ solet nō ledere/sed iuuare/⁊ ipsos mirabiliter recreare. Nō em̄ loquor de albedine puritatis in suo extremo ⁊ sūmo/qualis fuit ī beata virgine ⁊ in Christo. Talis em̄ albedo castitatis seu puritatis non potest humano sensu videri/nec hūana īdagine ꝑscrutari: sicut admirādo canit eccl'ia dicēs: Sācta ⁊ īmaculata virginitas/q̇b⁹ te laudib⁹ efferā nescio: q꞉ quē celi capere non poterāt/tuo gremio cōtulisti. Et ideo de illa puritate et de illa candida castitate ad quā potest humana virt⁹ ⁊ humanus sensus attingere/ dr̄ Sap. vij. Cādor est lucis eterne: ⁊ speculū sine macula. ⁊c.

5 ¶ Color flauus ⁊ color pallid⁹ nō differūt nisi ꝑ maiorē ⁊ minorē intēsionem. Sūt em̄ colores ab albedine ī nigredinē declinātes. Accidit em̄ interdū ꝙ timore vel sollicitudine interiori/labore vel frigore exteriori/sanguis ⁊ calor ad interiora repꝑcutiꝉ/ ⁊ sic supꝑficies corporis flaua vel pallida reperiꝉ: sicut patet in timorosis ⁊ in amorosis. timore em̄ cor cōstrictiōe lediꝉ/⁊ amore vltra debitū aperiꝉ/⁊ spiritib⁹ vacuaꝉ. Natura em̄ calorē et sanguinem ad supplendū vtrūqꝫ defectū ad cor mittit: ⁊ sic corporis supꝑficiem flauā vel pallidā derelinquit. Et sic generaliter loquēdo/pallor defectū ꝟtutis solet innuere/⁊ caloris ⁊ sāguis pauperiē designare. Per talē pallorē designare possum moraliter loquendo/statū ⁊ conditionē peccati: in quo hō ab albedine innocētie recedit/ ⁊ ad mortꝭ eterne obscuritatem et nigredinē accedit: iuxta illud Apoca. vj. Ecce equus pallid⁹: et q̇ sedebat sup eū/nomē illi mors. Multa em̄ sūt q̄ istū pallorē pcti ⁊ istū male ꝯuersatiōis liuorē efficiūt ⁊ ꝓcurāt: videlʒ timor male deijciēs/amor male inflāmās: frigus. i. tribulatio male afficiēs ⁊ affligēs. Ista sunt em̄ q̄ calorē charitatꝭ tollūt/ ⁊ q̄ sanguinē diuine grē repcutiūt/⁊ q̄ pallorē tristitie ⁊ desperatiōis/⁊ etiā pallorē vilis ⁊ inhoneste ꝯuersatiōis inducūt. Et talis pallor figuraꝉ Leuiti. xiiij. vbi diciꝉ ꝙ lapides parietꝭ qui erāt pallore vel rubore deformes/leprosi iudicabanꝉ: et ideo de domo proijci iubebātur. In quo notaꝉ ꝙ nos q̇ lapides sanctuarij debemus esse/si ꝑ virtutū mortificationē fuerim⁹ pallidi/⁊ ꝑ car

nalitatē ⁊ luxuriā rubicūdi/apud deū leprosi ⁊ corrupti iudicabimur: ⁊ de domo ecclesie ⁊ paradisi finaliter expellemur. Uel dic ꝙ pallor significat abstinētiam ⁊ penitētiam: que ad litterā faciūt hoiem pallere: q̄ꝛ ꝓ certo amor dei ⁊ timor supplicij talē pallorē solēt inducere/ ⁊ hominē ad abstinētiam ⁊ penitētiam incitare. et sic de persona abstinēte et penitēte dicit̄ in psal. Posteriora dorsi eius in pallore auri. Pallor enim dicit̄ aureus: q̄ꝛ scilicet nullus est ita preciosus color in penitētibus/sicut pallor.

Capitulum.iij.de rubeo colore.

1 Rubeus color medius est inter album ⁊ nigrū: ⁊ ab vtroqꝫ etiā eque distat. resultat eñ iste color ex incorporatione luminis ignei ī materia perspicua/cōcordi mediocritate īter albū ⁊ nigrū. generaliter eñ iste color semꝑ denotat predominiū caloris in materia in qua manet. Talis color videt̄ esse charitas: q̄ scilꝫ igneū lumē.i.spiritūsanctū cōtinet: q̄ꝛ scilꝫ vbi charitas ⁊ amor/ibi deꝰ est: sicut canit ecclia. Materiā etiā perspicuā.i.conscientiā purā inhabitat/ ⁊ inter album ⁊ nigrū.i.inter ꝑsonas cōtrarias mediū ⁊ cōcordiā seruat: q̄ꝛ ꝓ certo ꝓpriū est charitatis/ignē spūssancti et feruorem bonorū desideriorꝝ habere: purū cor inhabitare: ⁊ mediū cōcordie iugiter obseruare. Uel dic ꝙ rubor significat verecūdiā: que ad litterā facit rubere. Istā eñ solēt tā pulchrā facere ⁊ causare/ scꝫ ignis charitatis/ꝑspicuitas innocētie ⁊ puritatis/ ⁊ mediocritas tēperātie ⁊ eq̄tatis. Cāti.v.

2 Dilectꝰ meꝰ cādidus ⁊ rubicūdus. ¶ Rubedo semꝑ significat caliditatē in substātia ī qua manet: ⁊ q̄uis rosa sit frigida: rubedo tamē q̄ ibi est/a caliditate ꝓcedit. Calor eñ naturalis frigiditatē predominātem fugiēs/exteriora solet petere/ ⁊ ibidē rubedinē generare. Sic vere dico ꝙ rubedo verecundie semꝑ a calore cōtritionis ⁊ dilectionis ꝓcedit. In rosa eñ.i.in bona ꝑsona frigꝰ diuini timoris calorē feruoris ⁊ cōtritiōis solet vsqꝫ ad supficiem.i.vsqꝫ ad faciē expellere/ ⁊ ibi rubfamiliar rubor ē verecundie generare. Luce.xiiij. Inci-

3 pies cū rubore locū nouissimū tenere. ¶ Licet rubedo sit media inter albedinē ⁊ nigredinē/magis tamē videt̄ sapere naturā albedinis q̄ꝫ nigredinis trāslucēdo. Intēse enim rubeū/sicut ⁊ albū/solet visum disgregare/et visus iudiciū deludere ⁊ turbare: ⁊ inde est ꝙ mercatores pānorū pānos rubeos ante lucē solēt suspēdere/vt sic possint emptorꝝ oculos deludere/ne de colore pānorū possint veraciter iudicare. Talis rubedo est carnis ⁊ sāguinis carnalitas. Ista eñ si in aīo dn̄at̄/ visum discretiōis taliter disgregat ⁊ dispgit ꝑ varios cogitatꝰ/ꝙ verū iudiciū sibi tollit: et ideo mercatores inferni/q̄ pctōribꝰ volūt vēdere pānos suos/scꝫ mūdi bona/ ⁊ ipos cōmutare cū p̄cio valde caro/scꝫ cū glia paradisi/summe studēt ī fenestra mētis hūane rubedinē carnalitatis ponere/vt sic homo deceptꝰ/de veritate ⁊ de colore ⁊ valore rerū mundialiū nō valeat iudicare/sed vnū colorē pro alio/malū ꝓ bono possit recipere ⁊ habere. qđ figuratū est.iiij.Reg.iij. vbi dr̄ ꝙ Moabite vidētes rubeas aq̄s fluminis/crediderūt esse sanguinē inimicorꝝ suorꝝ/q̄ se inuicē occidissent/ ⁊ currētes ad predā occisi sunt. Sic ꝓ̄e moabite.i.mūdi pctōres rubedine aquarū carnalitatꝫ decepti/se penitunt̄ p̄dā bonorꝝ terrenorꝝ querere: loco cuiꝰ solēt mortem ꝑpetuā reportare. Matth.xvj. Hodie est tēpestas. rutilat eñ triste celū. Uel dic ꝙ iste color rubeus significat affectionē carnalē/quā q̄ in fenestra cordis/ꝑ quā lux vere sciētie ⁊ notitie intrare debet/habuerit/ ⁊ scd̄m ipsam lucē sue cognitionis ipresserit ⁊ tinxerit/ nunq̄ꝫ de rebꝰ veraciter iudicabūt: sicut patꝫ: q̄ꝛ illos quos ꝑ carnis affectionē diligimus/meliores q̄ꝫ sint esse credimꝰ/defectusqꝫ ipsorū minores q̄ꝫ fuerint extimamꝰ: q̄ꝛ ꝓ certo ille q̄ aliū mēte carnali et affectiōe cōsiderat/in eiꝰ notitia semꝑ errat. Lux eñ cōsideratiōis q̄ tali affectiōe īmutat̄/in iudicādo faciliter deludit̄ et fraudat̄/ ⁊ ꝑ ipam visus veri iudicij ꝑturbat̄. Ideo Petro vere iudicāti de Christo dictū est: Matth.xvj. Beatus es Simō bariona: q̄ꝛ caro ⁊ sanguis nō reuelauit tibi.

4 ¶ Croceitas ⁊ citrinitas ⁊ puniceitas nō differūt nisi secū dū maiorē vel minorē rubedinis intensionē. Sunt eñ colores rubedinis subalterni. Omitto aūt hic qđ hic ponit magister de colorībꝰ vrinarū. Hoc solū addo qđ dicit ꝙ croceitas cholericā passionē designat: cuiꝰ signū est q̄ꝛ aues p̄de rostra ⁊ vngues habēt crocea: qđ accidit ex abūdātia fumi cholerici: quē natura ꝓiicit ad extrema. Sic ꝓ̄e aues p̄de/ scilꝫ raptores/officiales/aduocati ⁊ bailiui/q̄ pre ceterꝭ sūt cholerici ⁊ crudeles/habēt hodie ⁊ rostra ⁊ vngues.i. ⁊ verba ⁊ opera crocea.i.aurea/eloquētia ⁊ honesta: q̄ꝛ scꝫ hodie taliū dicta ⁊ facta aurea ⁊ solēnia reputant̄: et hoc q̄ꝛ q̄cq̄d dicūt vł agūt/sub ficta aureitate iustitie ⁊ prudētie operātur: qđ tamē totū facit fumꝰ cholericus.i.mala et fallax intentio: q̄ de corde taliū generat̄. Uel dic ꝙ isti sunt p̄dicatores: q̄ predant̄ a diabolo pctōres: quorꝝ scꝫ et dicta ⁊ opera debēt esse aurea ⁊ honesta. Color mineus q̄ fit de terra rubea/idē est qđ vermiculus: color scilꝫ igneus quo vtunt̄ scriptores ⁊ pictores. Est ergo vermiculꝰ mina seu vena terre rubee ignei et splēdentis coloris/q̄ in rubri maris littoribꝰ inuenit̄/que p̄mo a terre feculētia depurat̄/tandē inter lapides subtilissime cōmolit̄/et cū claro oui distēperat̄/et sic pictorꝝ et scriptorꝝ vsibus deputat̄. Scriptores eñ inde libros suos illumināt/ ⁊ pricipia capitulorū ⁊ versuū inde ornāt/sentētiasqꝫ ꝓ̄suū exinde distiguūt/ diuidūt atqꝫ signāt. Iste autē color coccꝰ dicit̄: a quadā herba sic dicta: cū qua aliq̄n acuit̄. dicit̄ etiā vermiculꝰ/ꝓ eo ꝙ cū cuiusdā vermiculi sanguine solebat acui: sicut in purpura sanguis cōchylis pro acumine solet poni. Mare rubrū significat mariā: q̄ interp̄tat̄ mare/et que ꝑ charitatē extitit rubricata. Uena huiꝰ maris seu miniū significat Christū: q̄ realiter viscerū virginis fuit vena. Iste eñ ab oī cōtagio terre.i.ab oī vitio humane nature fuit liber ⁊ expeditꝰ/inter lapides.i.in duritia passiōis fuit tritus/et cum glarea oui.i.sputis iudeorꝝ distēperatus: ⁊ sic in colorē rubeū ꝑ effusionē sanguinis cōmutatꝰ. Esa.lxiij. Quare ergo rubrū est vestimētū tuum? Iste ergo dictꝰ est coccus/ꝓpt̄ herbā coccinee ⁊ ignee charitatis: qua fuit exacutus. Fuit etiā dictus vermiculꝰ/ꝓpt̄ excellentiā delectiue humilitatis: qua fuit exinanitꝰ: iuxta illđ psal. Ego autē sū vermis ⁊ nō homo. Igit̄ tali minio.i. memoria sanguinis ⁊ passiōis Christi debemꝰ librū cōsciētie nr̄e distinguere/et inde capitales lr̄as cordis/scilꝫ intellectū/memoriā/ ⁊ volūtatē pigere/et totā mētis paginā adornare/ necnon corporis parietes ꝑ exteriorē cōuersationē cū diligētia picturare. Sap.xiij. Liniens rubrica/ ⁊ rubicūdo faciēs fuco colorē. ⁊c. Et breuiter iste est color optimus/ dū tamē cocco charitatis ⁊ ꝓ̄miculo humilitatis sit mixtꝰ.

¶ Color puniceus ⁊ purpureus quasi idē sunt/excepto ꝙ purpureus magis appropiquat ad rubedinē: puniceus vero ad nigredinē. Est autē purpureus color quasi roseus: et acuit̄ cum sanguine cōchularū. Sunt enim in mari ostree seu cōchule admodū parue/q̄ in extremitatibꝰ p̄cise/q̄sdā emittūt guttas sanguineas/ que recollecte sericū tingunt/ oēsqꝫ colores rubros acuūt. Ex isto ergo sanguine pānꝰ purpureꝰ tingit̄/in quo regū gloria declarat̄: vt dicit glo.super cantica.c.vij. Per purpureū autē colorē potest intelligi patientie virtus/q̄ recte dicit̄ rosea/ pro eo ꝙ more rose quāto plus terit̄/magis fragrat. Ista est eñ vestis regia/de qua scꝫ rex noster Christꝰ in passiōe fuit indutus/ inquātū summa patiētia ibidē fuit armatꝰ.in cuiꝰ etiā signū/vestibꝰ ibidē purpureis ad litterā est vestitꝰ. Joā.xix. Exijt Jesus portans spineā coronā/et purpureū vestimētū. Tali etiā veste/ scꝫ patiētia/debēt indui illi q̄ volūt spūaliter esse reges.i.q̄ discrete volūt regere semetipsos. Canti.vij. Come tue sicut purpura regis. Sed pro certo ad istā acuendū ⁊ ꝑficiendū multū ꝓficit sanguis cōchularū ⁊ ostrearū.i.sanguis ⁊ passio Christi martyrū ⁊ sanctorꝝ: qui scꝫ ī mari amaritudinis vixerūt/ ⁊ gladijs trūcati ⁊ īcisi fuerūt/ ⁊ sanguineas lachrymas de suis corpibꝰ effuderūt. Talē ergo sanguinē.i.Christi ⁊ martyrū passiōes debemꝰ recolligere/ ⁊ in nr̄is corpibꝰ reseruare. Purpura eñ nr̄e patiētie exinde acuit̄/et ex tali cōsideratiōe ad sustinendū ꝓ Christo animꝰ excitat̄. et sic dicet̄ de nobis illud Prouer.xxxj. Byssus ⁊ purpura indumentum eius.

Capitulum.iiij.de viriditate.

1 Viriditas est color medius inter rubeū ⁊ nigrū. Calor eñ non valēs materiā ex toto adurere/ ⁊ nigredinē inducere/materiā indigestā reliquit/ et virorē introducit: sicut patet in folijs ⁊ recentibꝰ fructibꝰ: qui ratiōe crudi ⁊ indigesti humoris/virides inueniūtur: ⁊ ideo viriditas cruditatē materie

protestaꝛ. Et sic etiā qñq; sumitur viriditas nō pro colore/ sed etiā ꝓ plāte recentia vel humore. Plāta em̄ q̄ȝdiu terre adheret/ viridis dr̄/ ꝛ etiā q̄ȝdiu materia indigesta/ terrena et humida vegetaꝛ. Per virorē possum intelligere carnalitatē/ ꝛ carnalis vite volūtatē. Calor em̄ charitatis qñq; nō potest hoīem ꝑfecte digerere vl' cōuertere/ nec etiā ip̄m in humilitatis nigredinē cōmutare: ꝛ ideo ꝓpter inobediētiā materie. i. volūtatis ipsius/ q̄ scȝ calori sp̄ussancti vel correctioni p̄lati resistit/ crudus et indeuotꝰ ꝛ moribꝰ incōpositꝰ dimittiꝛ/ ꝛ viriditas carnalis vite ī eo generaꝛ: ꝛ sicut herba viridis finaliter ad comedendū bestijs. i. demonibꝰ applicaꝛ. Et sicut videmus ꝙ res viridis multū habet de humore/ quapropter faciliter putrescit/ ꝛ faciliter plicaꝛ/ et in soliditate aliqua nō ꝑsistit: sic vere pctōr carnalis q̄ adhuc est recēs in moribꝰ ꝛ viridis/ ꝛ in mēte indeuotꝰ ꝛ crudus/ faciliter ꝑ luxuriā solet corrūpi/ ꝛ ꝑ incōstantiā plicari/ ꝛ in quodcūq; pctm̄ tētationis impulsibꝰ cōmutari. Eccl'i. xiiij. Ois caro sicut fenū veterascet: ꝛ sicut foliū fructificās ī arbore viridi. Uel dic ꝙ viror significat grām dei. Res enim q̄ȝdiu viret/ semꝑ habet vitā vegetatiuā/ et virtutē oculorū delectatiuā. Ad denotādū ꝙ ille viridis diciꝛ/ q̄ vita grē vegetaꝛ/ ꝛ ꝑ cuiꝰ honestā cōuersationē aspectus intuentiū delectaꝛ. Calor em̄ ꝯcupiscētie nō potest taliū mentes exurere/ nec in eis vitiorū nigredinē inducere: et ideo necesse est in illis virorē honestatis et grē apparere. Et sicut res sunt virides ꝛ virētes q̄ȝdiu in terra radicanꝛ/ statim vero ꝙ eradicate fuerint/ desiccātur: sic vere homo tādiu viret ꝑ gratiam/ q̄ȝdiu in terra. i. in Christo adheret ꝛ radicaꝛ ꝑ fidē ꝛ charitatis ꝑseuerantiā. Si em̄ per pctm̄ eradicaꝛ/ statim viror sue honestatis ꝛ gratie desiccaꝛ. Uiror em̄ valde tenere est nature: ꝛ ideo necesse est ꝙ humore cōpūctionis/ cōpassionis ꝛ deuotionis cōtinue vegeteꝛ/ et ꝙ in ipsa terra. i. in deo per fidē et charitatē radiceꝛ/ ne ꝑ pctm̄ et ꝑ ardorē concupiscētie desicceꝛ. Apoca. viij. Omne fenū viride ꝯbustū est. Uel dic ꝙ viror significat pulchritudinē iuuētutis: q̄ scȝ facillime ꝑdiꝛ: q2 sicut scriptū est Prouer. vlti. Fallax grā/

2 ꝛ vana est pulchritudo. ¶ Uiriditas est color inter rubedinē ꝛ nigredinē medius: q̄ suꝑ oēs colores aspectū attrahit ꝛ delectat/ visumq; acuit ꝛ cōfortat: ꝛ ideo cerui ꝛ aīalia siluestria loca viridia diligūt/ ꝛ nō solū ꝓpter pastū/ imo etiā ꝓpter visum ipsa frequētant ꝛ querūt: quapropter venatores se solēt vestimētis viridibꝰ induere/ vt ꝓpter aspectū viroris quē bestie naturaliter diligunt/ minꝰ possint insidias precauere. Talis color est virtꝰ honestatis. Ista est em̄ iter rubedinē charitatis et nigredinē humilitatis ita media ꝙ pre cūctis coloribꝰ virtutū ista solet aspectus hoīm magis allicere/ et eisdē pre ceteris cōplacere. Nihil em̄ est placentius vel delectabiliꝰ aspectui bene ordinato/ q̄ȝ videre virū honestū bn̄ morigeratū/ ꝯpositū ꝛ digestū. Eccli. xl. Grām et speciē desiderabit oculus tuus: et suꝑ hoc virides sationes. Uenator ergo diaboli/ scilȝ hypocrita/ solet vestes virides. i. honestā ꝯuersationē induere/ vt p̄textu exterioris honestatis possit bestias. i. simplices ad se attrahere: ꝛ dū insidias malitiarū suarū nō precauēt/ ipsos decipere ꝛ fraudare. Ideo bene diciꝛ Matth. vij. Attēdite vobis a falsis prophetis: q̄ veniūt ad vos in vestimētis ouiū: intrinsecus aūt

3 sunt lupi rapaces. ¶ Color liuidus seu plūbeus gn̄atur in corpore ex totali defectu caloris naturalis: aliqñ ex cōcussione casus ꝛ ictus/ sanguinē intercutaneū corrūpētis/ ꝛ exterius colorē subnigrū vel liuidū inducētis. aliqñ ex angustia doloris/ calorē et sanguinē ad interiora reuocantis/ et exteriorē liuedinē ꝓpter sanguinis pauperiē in facie inducētis: sicut ptȝ in inuidis ꝛ alijs cōtristatis. Aliquādo etiā cōtingit ꝓpter abundantiā corrupti ꝛ melācholici seu cholerici sanguinis/ sub cute se interiꝰ aggregātis. Per liuorē loquēdo moraliter/ potest intelligi cōuersatio: q̄ tūc ꝓ certo solet accidere/ quādo calor charitatꝭ solet deficere/ ꝛ ex ictu tētationis sanguis affectiōis se interiꝰ cōgelare: qñ etiā corꝑ inuidiā angustiaꝛ: ꝛ qñ sanguinis corrupti. i. malarū affectionū copia interiꝰ cōgregaꝛ: vt sic de tali liuore intelligaꝛ illud Esa. j. Uulnus ꝛ liuor ꝛ plaga tumēs. ꝛc̄. Uulnus em̄ est qñ exteriꝰ est aptū: liuor vero est qñ sub cute caro est lesa/ ꝛ malū est absconditū ꝛ opertū: ꝛ ideo liuor illud pctm̄ ꝓprie significat/ qđ nō ex toto se exteriꝰ manifestat/ sed solū per signa ꝛ cōiecturas varias se declarat. Uel dic ꝙ ꝑ liuorem potest quecūq; tribulatio designari/ ꝛ maxie illa q̄ sub cute. i. sub pallio iustitie intentaꝛ: ꝛ q̄ nō aperte/ sed qñ sub quodā velamine ꝑpetraꝛ: ꝛ scđȝ hoc Christi passio dicta est liuor/ ꝓ eo scilȝ ꝙ iudei sub figmēto iustitie ꝓ trāsgressione legis ipsam fecerūt/ ꝛ Christū sub fictis accusationibꝰ occiderūt: et ideo Esa. liij. de Christi passiōe diciꝛ ꝙ disciplina pacis nr̄e suꝑ eū: ꝛ liuore eius sanati sumus. ¶ Color indicus/ venetus/ et blauius/ sunt colores medij inter liuidū et nigrū. Sūt autē ad celestē colorē ꝑtinētes: sicut est lazuriū et hyacinthus et similes. Significāt igiꝛ cōuersationē celestem: qua nos debemus colorari vel pingi/ quia debent celestes virtutes in nostris moribus inueniri: iuxta illđ Philip. iij. Cōuersatio nostra ī celis est. Uide de hyacintho supra libro de lapidibus/ ꝛ libro de arboribus.

Capitulum. v. de nigredine.

Nigredo seu color niger est p̄uatio albedinis in ꝑspicuo: sicut amaritudo est p̄uatio dulcedinis in corpore humido. ꝛ est nigredo sp̄us visibilis aggregatiua/ repcussiua/ ꝛ eiusdē nisi excesserit confortatiua. Significat ergo nigredo tribulationem/ que albedinē prosperitatis priuat/ visum discretionis cōfortat ꝛ aggregat/ et ip̄m ne dispergaꝛ ad mūdi delectabilia/ repcutit et refrenat. Cōstat em̄ ꝙ tribulatio si non excedat/ sensum ꝛ discretionē acuit/ et visum mētis ab exterioribus retrahit ꝛ custodit: iuxta illđ Esa. xxviij. Uexatio dabit intellectū. Uel per nigredinē intellige deiectionē humilitatis/ vel obscurationē penitētie/ que scilȝ facit oīa fore pradicta. de quo spōsa in canticis dicit: Nigra sum/ sed formosa filie hierusalē. Sicut em̄ nigredinē ꝛ obscuritatē introducit calor in materia humida/ frigus vero in sicca: sic humilitatem quādoq; introducit calor ꝛ feruor dilectionis ꝛ quādoq; frigus et algor tribulatiōis. ꝛc̄. Baruch. vj. Nigre fiunt facies eoꝝ de fumo q̄ in domo fit. ¶ Nigredo est p̄uatio albedinis ꝛ claritatꝭ/ quā nūc caliditas/ nūc frigiditas introducit. et est nigredo color visus hebetatiuꝰ/ repcussiuꝰ ꝛ aggregatiuus/ ꝛ qñ excedit vltra debitū/ tūc est visus totaliter ablatiuꝰ: sicut patȝ ī incarceratis: q̄ ex obscuritate ꝛ nigredine diuturna aliquotiēs visum ꝑdūt. Niger etiā color in vrinis signū est mortis/ maxīe ī febre acuta: fm̄ Egidiū. Sic v̄e nigredo pcti ꝛ obscuritas ignorātie necnō male cōuersationis fuscositas/ quā scȝ nūc introducit calor cōcupiscētie ꝛ male inflāmatiōis/ nūc vero frigus indeuotionis/ albedinē ꝛ claritatē diuine gratie p̄uat/ ꝛ visum discretionis obnubilat ꝛ obūbrat. qui em̄ diu ī nigra obscuritate carceris pcti māserit/ vere discretionis necessario visum ꝑdit. Talis em̄ color mortē infernalē significat/ et ipsam affuturam p̄dicat et designat. Nau. ij. Defectio in cūctis renibꝰ/ et facies oīm quasi nigredo olle. Uel dic ꝙ nigredo significat obscuritatē tribulationis/ que pro certo si excesserit visum mentis obnubilat ꝛ cōfundit/ ꝛ faciem cōuersationis deturpat/ inficit et corrūpit. Threno. iiij. Denigrata est facies eorū suꝑ carbones: et non sunt agniti in plateis.

Capitulum. vj. de pictura.

Pictura nō fit sine coloribus varijs ꝛ distinctis. quibꝰ pictores vtunꝛ: sicut sunt sinopis/ rubrica/ minium/ cinobriū/ purpura: q̄ oīa colorē habēt rubeū: lȝ inter se variū ꝛ diuersum: sicut etiā prasiū/ mina viridis/ sicut porrū/ syricū/ mina violacea/ atramentū nigrū arsenicū/ seu auripigmentū/ croceū/ et alia silia. Sed de his oībus suꝑsedeo/ ꝓ eo vel ꝙ modice sunt vtilitatꝭ/ vel q2 alibi sunt tractaca. de purpura em̄ supra. c. de rubedine. §. vl. dictuȝ est: ꝛ etiā alibi multis locis de arsenico seu de auripigmēto: supra ti. de lapidibꝰ: de minio supra de rubedine. et sic de alijs. hic solū dicā de cinobrio/ atramēto/ et stibio. ¶ Cinobriū qđ diciꝛ grece cinnabaris/ diciꝛ esse vena terre sanguine draconis ꝛ elephātis rubefacta. cōtingit enim fm̄ Auicē. ꝙ dum draco ꝛ elephas cōfligunt/ vtroq; cadente vel mortuo/ ex effusione sui sanguis terra rubefit ꝛ inficitur/ fitq; pigmentum coloris rubei/ quicquid de terra draconis sanguine humectaꝛ: que quidem terra sic tincta pictoribus est vtilis/ et exinde parietes colorantur. Sic vere quādo elephantes ꝛ dracones. i. mundi potentes inuicem

solent cōfligere/sepe fit ꝙ ipsi simul vel sigillatim solēt per diuersas clades perire et deficere/ita ꝙ sanguis suus.i. infamia sue mortis sanguinis ⁊ cladis solet terrā ⁊ circūiacētē patriā inficere/tingere et rigare. Quid ergo? Pro certo pictores.i. viri iusti solēt ꝑ consideratione accipere talē sanguinē/scilꝫ mortē ⁊ vindictā taliū cogitādo/⁊ inde animas suas pingere/exempla taliū memorie cōmendādo/⁊ pre timore similis pene se ad bona opera cōuertēdo. ⁊ sic loquitur psal. vbi dicit ꝙ letabit iustus cū viderit vindictā: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. ¶ Stibiū est color fictitius ex cerussa ⁊ quibusdā alijs mixtis cōposit⁹: qui ad tēpus faciei rugas distendit/et faciem albedine resplēdere facit. cito tamē talis fictitia pulchritudo deficit/⁊ modico flatu vel anhelitu totū perit. ⁊ sic sepe fit ꝙ mulier que pulchra et ornata venerat/turpis ⁊ discolorata recedit. Talis color significat hypocrisim. Ista est em̄ que ad tēpus faciem cōuersationis pulchrificat ⁊ decorat/ cito tamē flatu tentationis vel tribulationis destruit/⁊ rugis vitioꝝ apparētib⁹/quicqd i ipsis pulchrū ⁊ virtuosum apparuerat/deturpat. Figurati in Jezabele pessima regina: q̄ stibio pinxerat oculos suos: vt pulchrior appareret: quib⁹ tamē non obstātibus/Jehu regi nō legit placuisse: sed ab ipso ꝓcipitata/⁊ finaliter a canibus deuorata fuisse: sicut dicitur. iiij. Regū. ix. Sic vere tales vt mundo placeāt/stibio hypocrisis se solēt pingere: propter qd tamen cōstat eos regi israel deo aliqualiter nō placere/⁊ ideo de arce fictarū virtutū solent cadere ⁊ ꝓcipitari/⁊ canū infernaliū morsib⁹ finaliter subiacere. Hiere. iiij. Si pinxeris stibio oculos tuos/ frustra ꝯponeris. ¶ Generaliter igit pictura ⁊ imago pmo qbusdā lineis protrahit/tandē coloribus depingit/colores vero vt firmius adhereant ⁊ maneant/oleo temperant: ⁊ sic talib⁹ imaginib⁹ res vere absentes ⁊ preterite representant: et de ipsis tēpla sanctorū supficialiter adornant. Sic ver vir iustus imago proprie potest dici: qꝛ scilꝫ primo solet per pictores.i. ꝑ prelatos ⁊ predicatores bonis documētis ꝓtrahi/⁊ sic virtutib⁹ colorari/necnō in cōpositione ipsius solet oleū misericordie apponi/vt in statu virtutū possit meli⁹ ⁊ tenacius cōfirmari. Prouerb. xxj. Oleū in habitaculo iusti. Et sic talis veras res.i. deū ⁊ sanctos ꝑ imitationē repsentat/⁊ templū ecclesie nobilitat ⁊ adornat: vt sic de tali imagine possit dici illd Sap. vij. Splēdor em̄ est lucis eterne/⁊ speculū sine macula/⁊ imago bonitatis dei. Uel dic ꝙ imago que nō est res vera sed poti⁹ ficta/q̄ scꝫ apparentiā non existentiā habet/⁊ que nō potest se mouere immo scd̄m motū rei cui adheret solet discurrere vel moueri/significat viros hypocritas/vanos/varios atqꝫ fictos: qui nō habēt existētiam veritatis/sed solū apparentiā vanitatis: qui scilꝫ q̄ꝫtū ad bonū sunt imobiles/licet alijs se supficialiter cōformādo: sed mouent motu alterius/se alijs fictitie conformādo: qꝛ breuiter tales vita gratie ⁊ operatione solēt carere: licet videant esse mobiles. Nō mouent em̄ per se bene operādo: sed mouent motu alterius/se alijs fictitie conformādo: qꝛ breuiter tales vita gratie ⁊ operatione solēt carere: licet videant motu alieno nō proprio/ficto nō vero ꝑ bona opa se mouere. Sap. xiiij. Imago em̄ est/⁊ op⁹ est illi adiutoriū. Uel dic ꝙ ꝑ imagines possunt intelligi quidā qui scilꝫ ꝑ se nesciūt aliquid boni facere vel dicere: ⁊ ideo illis quib⁹ adherēt/scilꝫ suis cōsiliarijs ⁊ balliuis se solēt in oibus conformare/et motu ⁊ consilio eorū in oibus se mouere. Qd etiā de adulatoribus potest dici: qui recte sunt sicut imagines picte ⁊ ficte: qui in oibus solent alijs placere/et aliorū motibus ⁊ volūtatibus se mouere/ et illorū volūtatibus quib⁹ adherēt/se in oibus coaptare. Imago enim que relucet in speculo/si riseris/ridet: si appropinquaueris/appropiquat: si fugeris/fugit: si accesseris/accedit. Sic vere adulatores semꝑ tentāt se alijs cōformare/ ⁊ mores suos alijs coaptare. iij. Esdre. iiij. Si arriserit ei/ridet: et si indignata fuerit ei/blandit. Uel dic de deo: qui more talis imaginis hominibus se cōformat/ ⁊ ipis arridētib⁹ arridet/recedentibus recedit/⁊ appropinquātibus appropinquat/diligētes diligit/fugiētes se fugit. vnde Jaco. iiij. Appropinquate deo/⁊ appropinquabit vobis. Uel talis est bonus prelatus: qui mores suos subditis cōformat: ⁊ scd̄m ꝙ ipsos ridere vel flere/bene vel male facere videt/sē eis diuersimode manifestat: exēplo apostoli: qui dicit. j. ad Corin. viij. Omnib⁹ oia factus sum/vt omnes lucrifacerem. et ad Roma. xij. dicit. Gaudere cum gaudentibus/flere cum flentibus.

Capitulum. vij. de odoribus.

Post colores de odoribus est dicēdum. Est em̄ odor fumosus vapor a rei substātia resolutus/ mediante aere ad cerebrum delatus: qui olfactus organum immutat/ipsumqꝫ scd̄m ꝙ aromaticus vel fetidus fuerit/tristificat aut delectat. Quattuor igitur requiruntur ad perceptionē odoris: scilꝫ calor resoluēs/fumus de substātia euaporans/aer deferens/ et neruus vel cerebrum delatū fumū percipiens/⁊ de eo iudiciū faciens. Odor potest mihi significare famā: que scilꝫ de substātia.i. de vita et de morib⁹ hoim dissoluit/ et mediante aere.i. vicinia circūstante ad nares aliorū defert. olfactusqꝫ.i. discretio bonorū si odor bone fame fuerit/delectat: si nō/contristat: iuxta illud Prouer. xxvij. Unguētis ⁊ varijs odorib⁹ delectat cor. Igit ad odorē bone fame quattuor requirunt: scilꝫ calor charitatis que hoiem inflāmet: vapor virtutū qui exteri⁹ exhalet: aer bone vicinie que odorē fame ad alios portet: ⁊ neruus cordis alioꝝ bn̄ dispo sit⁹/qui odorē istū receptet/⁊ de eo discrete iudicet. Quattuor em̄ istis odor fame percipit/⁊ sine istis odor verus.i. fama odorifera nō habet. Cāti. j. Nardus mea dedit odorem suauitatis. ¶ Ad hoc ꝙ odor siue bon⁹ fuerit/siue malus/ exteri⁹ sentiat/necesse est ꝙ substātia sit subtilis: qꝛ scilꝫ de substātia grossa frigida ⁊ ꝯpacta/sicut sūt lapides ⁊ metalla/nō potest fum⁹ euaporare/nec aliqd qd ipsi⁹ manifestet substātiā/exhalare. Per substātiā subtilē intelligo ꝑsonas sufficiētes ⁊ notabiles: ꝑ substātiā vo grossam intelligo ꝑsonas rusticas atqꝫ viles. dico igit ꝙ vt cōiter verū est ꝙ odor fame seu fetor infamie tūc summe eminet ⁊ apparet/qn̄ de substantia subtili.i. de persona notabili ⁊ solēni emanat ad alios atqꝫ resplēdet. de substātia em̄ grossa.i. de ꝑsonis vilibus et rudibus nō euaporat odor vel fetor.i. fama vel infamia: quia scilꝫ de virtutib⁹ vel de vitijs taliū vt cōmuniter non curat: quorū status ⁊ conditio apud hoies minime reputatur. ¶ Odor in aere subtili ⁊ puro faciliter recipit/sed faciliter dispergitur: in aere vero grosso difficilius recipit/ verūtamen diutius retinetur. Sic vere fit de aere puro et impuro.i. de nobilibus et de rusticis / vel de clericis et de laicis. Tales enim puri/scilꝫ clerici/nobiles et subtiles/faciliter recipiunt odorem bonorū documentorū: verūtamen nunqꝫ diutius ipsum seruant: impuri vero.i. rudes et laici licet tardius credant vel obediant/⁊ licet cum difficultate odorem paradisi per deuotionem recipiāt/postqꝫ tn̄ susceperint/diutius ipsum seruant: ⁊ in susceptis virtutib⁹ stabilius perseuerant. Constat em̄ ꝙ hodie rustici magis q̄ꝫ nobiles/et laici magis q̄ꝫ clerici solent in bono perseuerare: licet difficilius possint odorem spūaliū intelligere/sapere vl habere. Hiere. xlviij. Permāsit gustus eius i eo: ⁊ odor ei⁹ nō est immutat⁹. Uel dic ꝙ in scientijs illi qui sunt magis puri ⁊ subtilis intellect⁹/facilius recipiūt et intelligūt que dicunt: verūtamen de eorū memoria facilius elabit et aufertur: ecōtra vero illi qui aerem intellectus habēt impurū et grossum/solent scientias tardius recipere / et difficilius retinere: verūtamen cum retinuerint/solent diutius obseruare/et memorie fortius cōmendare. Ad quod etiam facit exemplū de ferro ⁊ ligno. Ferrum enim difficilius ignitur/ sed diutius ignem seruat: lignum vero ignitur facilius/sed ignem ⁊ calorem perdit velocius. ¶ Ad odorē percipiēdū requirit ꝙ sensus olfactus sit bene dispositus ⁊ ordinatus. Nā si neruus odorabilis sit male cōplexionat⁹/vel casu aliquo lesus/vel corruptis humoribus opilatus/ tūc vel oino peruertit/vel oino corrūpit iudiciū odoratus: et inde est ꝙ melācholici corrupti in quib⁹ mala cōplexio dn̄atur/solent in odoriferis cōtristari/⁊ in fetidis delectari. Mutilati etiā vbi neru⁹ iste est ꝓcisus/solēt aliquotiēs nihil sentire: et de odorib⁹ vel de fetoribus nō iudicare. leprosi itē ⁊ catharrizati/quoꝝ olfactus plen⁹ est corruptis humorib⁹/parū aut nihil sentiūt/⁊ iter odores debite nō discernūt. Reuera sic est loquēdo spūaliter: quia ꝓ certo null⁹ olfact⁹.i. null⁹ sensus potest bene de odore vel fetore.i. de virtutibus ⁊ vitijs/ seu de gloria paradisi et pena inferni/seu etiā de fama ⁊ infamia aliorū iudicare/nisi fuerit bn̄ disposit⁹/⁊ a vitijs alienus. Quādo enim olfactus imaginatiōis nostre ꝑ inuidiā

inficitur/vel per tristitiam scinditur/vel etiam per luxuriā
corruptis humorib⁹ carnalitatis obstruit/ tunc vera discre
tio ipsius impedit/et verum iudiciū peruertit et aufertur.
Melancholici enim.i.detractores tristes τ inuidi/ propter
vitiosam suam complexionē et cōditionem ita habēt olfa-
ctum discretionis peruersum/ꝙ odorem bone fame aliorū
odiunt/fetorem vero infamie diligunt:nam in odore ꝓspe-
ritatis et fame aliorum tristantur/in infamia autem fetida
delectātur. Esa.lxvj. Anima eorum in abominationib⁹ de
lectata est. Esa.iij. Et erit pro suaui odore fetor. Qđ etiam
de alijs peccatorib⁹ potest dici:qui magis amant fetorem
carnalium deliciarū/ꝙ̄ odorem spūalium virtutū:magisq̄
vidētur diligere fetidum seculū vel infernū/ꝙ̄ odoriferum
paradisum. Illi etiā quorū olfactus discretionis ꝑ ignorā-
tiam scindit/vel per heresim mutilat/vel etiam ꝑ leprā lu-
xurie opilatur/odorem suauitatis eterne/ fetorēq̄ inferna-
lis miserie/vel etiā odorem virtutū/et fetorem vitiorū odo-
rare non possunt/nec de ipsis iudicāt atq̄ discernūt/nec ad
ipsa respiciūt aut attendūt:dicētes illud Amos.v. Non ca
5 piam odorē cetuū vestrorum. ¶ Odoratus nō ꝑcipit medios
odores:sicut nec visus pisciū medios colores:fm Isaac in
diet. Pisces em̄ inter medios colores nō iudicāt/pro eo ꝙ
oculi eorum semper sunt aperti:et sic spiritus visibiles cō-
tinue dispergūtur:et ideo magis sunt debiles τ inepti. Sic
etiam olfactus semꝑ est patulus: et ideo spiritus odorabi-
lis cōtinue dispergit: quapropter ad iudicandū de medijs
odoribus insufficiens et debilis inuenitur. Ista possunt ap
plicari cōtra illos quorū olfactus et visus.i.cor τ desideriū
semꝑ est patulū et apertū/scilȝ ad delectabilia mūdi hui⁹:
quia pro certo tales sunt insufficientes ad iudicandum de
medijs coloribus τ odoribus.i. de magnis τ secretis nego
cijs atq̄ rebus. Extrema enim vident et odorant/non me-
dia:et manifesta percipiūt/non occulta. Spūs em̄ suorum
affectuū propter continuā apertionē et vagabilitatē suorū
sensuū cōtinue dispergunt/τ ad mūdi negocia τ delectabi
lia diffundunt:τ ideo fit ꝙ visus τ olfact⁹ sue discretiōis in
spūalib⁹ debilis est.i.ad recte iudicandū inutilis τ inanis:
iuxta illud.ij.ad Corin.ij. Animalis homo nō percipit que
sunt spiritus dei. stultitia est enim illi:et non potest intelli-
6 gere. ¶ Dato ꝙ de duobus extremis odoribus possit fieri
odor medius scđm rationem τ intellectū/nunq̄ tamen po
test percipi scđm sensum. Dato enim ꝙ due substātie / vna
odorifera et alia fetida equaliter misceantur/odor tamē il
le nunq̄ a sensu medius iudicat. cui⁹ ratio est:q2 sensus ol-
factus citius naturaliter fertur ī odorē suauē ꝙ̄ in fetentē:
odorq̄ suauis ꝓpter hoc ꝙ emanat a substātia subtiliori/so
let se sensui citius ꝓsentare/τ sensum citius īformare: qua-
propter nunq̄ potest de odore τ fetore aliqualiter iudicare.
q2 em̄ in odore suaui delectatur ampli⁹ ꝙ̄ fetenti/ideo ipm
citius recipit/et in eo delectabilius se infigit. Sic vere vi-
detur facere malus iudex seu mali iudicis odoratus. Iste
enim nunq̄ inter partes bene iudicat de medio odore.i.de
iustitie equitate : et hoc quia affectione deceptus/libētius
recipit illud qđ est suauius et placentius/ꝙ̄ illud qđ est fe-
tentius et grauius: quia pro certo iudices acceptores per-
sonarum nolunt hodie recipere nec admittere allegationē
nisi placidam et suauem:adulatoriam atq̄ lenem. quicq̄d
enim fetidum.i.quicquid suo appetitui cōtrarium proponi
tur/totū ab eis refutat et respuitur. Et ideo de negocijs nō
possunt equaliter iudicare:qui merita partium nō possunt
equaliter audire/nec equaliter ponderare. Isti enim sunt
qui vidētur dicere illud Esa. xxx. Loquimini nobis placē
tia.τc. Uel dic ꝙ sensus olfactus significat sensum τ discre
tionem viri iusti: quia pro certo iste multo plus debet dele
ctari in odore bone fame ꝙ̄ in fetore infamie aliorū:et ideo
multo citius et facilius quando simul de fama et infamia
alicuius agitur/debet odorem suauis et bone fame recipe
re et audire/ꝙ̄ fetorem detractionis et infamie admittere
vel sufferre. qđ maxime pertinet ad prelatos et alios viros
magnos: qui scilȝ bonas opiniones subditorum debent li-
bēter recipere/malas vero τ fetidas abhorrere:iuxta illud
Eccli. xxviij. Sepi aures tuas spinis:et noli audire verbū
7 nequā. ¶ Est itaq̄ odor sui subiecti manifestatiuus/aeris
per incorporationē sui immutatiuus/spiritus animalis re-
creatiuus/vsq̄ ad profunditatē cerebri ꝑ flatum aeris pe-
netratiuus/suo calore nociui humoris cōsumptiuus/τ flu-
xus superflui cōstrictiu⁹/ cordis cōfortatiuus, fetoris reper
cussiuus/et putredinis palliatiu⁹/delectationis animaliū
sicut et hominū causatiuus: quia scȝ pisces/ formice τ apes
solent aromatica diligere/fetida vero fugere τ horrere. sola
enim venenosa τ immūda alia odorifera fugiunt:fetida ve
ro diligunt atq̄ volunt:sicut patet de serpentibus/qui odo
rem rute abhorrent:de rubetis/que odorem florentis vinee
non sustinent:τ de porcis/quibus fetentia stercora summe
placent. Talis odor est suauitas deuotiōis/cōtēplatio eter
ne consolationis. Ista est enim que subiectum suum a quo
procedit/scilȝ ipsam gloriam paradisi manifestat:aerē con
scientie immutat: spiritū affectionis recreat:cerebrū discre
tionis penetrat:ipsumq̄ refocillat et cōfortat. calore etiam
sui feruoris solet humores carnalitatis siccare:fluxus vitio
rum restringere:cor et dilectionem confortare: fetorē tenta
tionum repercutere:et ipsa animalia.i.ipsos sanctos viros
per gratiā animatos solet summopere delectare: q2 breui-
ter odor deuotionis et fragrantia eterne glorie et spiritua-
lium bonorum deuotis cordib⁹ proficit:τ nocumēta oīa in
detollit. Prouerb.xxvij. Unguentis et varijs odoribus de
lectatur cor. Uenenosis tñ.i.pctōrib⁹ et inuidis nō placet/
sed eos contristat potius et deterret.

Capitulum.viij.de fetore.

Fetor est vapor resolutus ex re corrupta/aerem
inficiens τ corrūpens/ spūm aīalem afficiens τ
contristans. sicut enim sensus bonis odoribus
delectatur/sic grauibus fetoribus cōtristatur.
Quādo enim humores rei corrupte naturales
exuunt qualitates / fiūtq̄ corrupti/τ humane complexioni
contrarij:tunc fumi exinde resoluunt corrupti et fetidi/qui
aeri se īcorporāt/τ ad odoratū delati/ipm suo horrore tristi
ficant atq̄ grauant. τ sic generaliter fetor solet qualitatem
subiecti sui manifestare/et rem cuius est/solet corruptam,τ
infectā declarare:q2 vt cōmuniter res corrupta nunq̄ suā
uem fundit odorē:res vero sana raro corruptū fundit feto
rem. Per fetorē potest mala fama seu infamis τ immunda
cōuersatio designari:q2 procul dubio ista est q̄ solet a re cor
rupta.i.a mala vita ꝓcedere/et se in aerē.i.ī viciniā diffun
dere/τ vsq̄ ad nares.i.ad presentiā τ auditū aliorū attinge
re/et olfactū opiniōis sue offendere τ grauare. Sicut enim
odor bone fame τ ꝟtutū redolētia bonos delectat:sic fetor
ipsos cōtristat/τ manifestat qualis est substātia.i.ꝑsona de
qua manat:q2 scilȝ ꝑsone viles vitiose τ corrupte solēt fetorē
infamie fundere:τ sic mala fama solet male vite τ improbe
signū esse. Humores em̄.i.affectiōes quādo in anima corrū
punt/tunc tota substātia vite putrefit τ inficit/τ sic necessa
rio exhalat fetidus infamie fum⁹:quo grauat aliorum olfact⁹
τ auditus:sicut de pessimo Antiocho legit.ij. Mach.ix.ꝙ
intantū erat putridus τ corrupt⁹/ꝙ fetorē eius etiā ꝓprius
exercitus sustinere neq̄bat. Uñ Esa.iij. Erit pro suaui odo
re fetor. Et breuiter raro fit q̄n res corrupte.i.persone vitio
se exhalēt infamie fetorē:τ ꝯtra naturā est ꝙ bone fame ha
beant odorē. τ ecōtra persone sane τ sancte nunq̄ vt cōmu
niter per infamiā solēt fetere/sed ꝑ bonā famā potius redo
lere. ¶ Quis res corrupta vt cōmuniter fetcat/potest ta-
men actualiter fieri ꝙ nō fetebit:et ꝙ ad tēpus aliqualiter
redolebit. Quādo em̄ res corrupta forti frigore congelatur
ita ꝙ clausis τ ꝯstrictis poris fumi exhalare nō ꝑmittunt/
tunc fit ꝙ vapor eius fetidus nō sentit/quinimo si talis res
tunc rebus aromaticis inuoluatur/fieri poterit ꝙ redolere
τ habere fragrātiā videat:verūtamē quādo talis cōstrictio
per calorē supuenientem dissoluit/tūc fetor q̄ latitat/aperit.
Sic vere licet generale sit τ cōmune ꝙ illi qui vitijs corru
pti sunt/ꝑ infamiā feteant/potest tamē corruptio vitiorum ta
liter per hypocrisim palliari/ꝙ talis fetor nō sentiet/sed po
tius sanct⁹ τ odoriferus extimabit et credet. Isti enim per
coactā abstinentiā se constringūt/τ forti frigore penitētie se
affligūt/et poros sensuū suorum taliter ꝑ violentiā obturāt et
claudūt/ꝙ aliquē fetidū vaporē.i.aliqđ fedum τ inhonestū
dictū vel factū exterius egredi non ꝑmittūt. In rebus etiā
odoriferis.i.in fictis bonis verbis τ virtutib⁹ τ in odorifere
ꝯuersatiōis opib⁹ taliter se īuoluūt/ꝙ fetor sue īfamis vite

non percipit̄ nec sentitur/quinimo odor ⁊ redolentia bone
fame in eis inuenitur/ita ꝙ multis talibus dicit̄ illud Cā-
tico.iiij. Odor vestimētorū tuorum suꝑ oīa aromata. Sed
quid: Pro certo talis odor fame nō solet diu durare/ et ta-
lis fetor infamie nō solet diutius latitare:nam statim ꝙ ca
lor cōcupiscentie solet insurgere/isti per mala desideria re
soluūtur/ita ꝙ pori affectuū aperiūtur/corrupti fumi.i.cor
rupta dicta ⁊ facta euaporantur:et sic odor fame qui appa
ruerat/perditur:et fetor infamie qui latuerat sub ꝯstrictio-
ne abstinētie/oībus declaratur. Tales enim in tali cōstri-
ctione nō diu perseuerant/immo vel per luxuriā vel alias
fetidam vitā suam alijs cito mōstrant. Esa.xxxiiij. De ca-
dauerbus eoꝝ ascendet fetor. ¶ Quis odor odori nō cō-
trariet̄/fetor tamē fetori ꝯtrarius inuenit̄:⁊ inde fit ꝙ fetor
sterquilinij ex fetore allij effugatur. hoīes etiam fetētes fe-
tores nō sentire dicūtur/eo ꝙ fetor a fetore sorbet̄. Sic vere
in moralibus fit ꝙ vnus fetor aliū tollit:quia scilꝫ ille qui ꝑ
peccatū est fetidus/fetorē sui peccati ⁊ etiā fetorē tormēto-
rum inferni non percipit neqꝫ sentit: et ideo diabolus dat
peccatoribus allium et res fetidas/scilꝫ carnales delicias
comedere/vt fetorem luxurie sue / fetorem etiam sue mise-
rie vel etiā carnis moriture nō valeant persentire. Et ideo
talibus videtur loqui dn̄s illud Amos.iiij. Ascendere feci
putredinem castrorū vestrorum in nares vestras/ ⁊ non re
distis ad me. Uel potest dici ꝙ vnus fetor contrariatur al-
teri: quia pro certo qui fetorem allij.i.acredinem futuri iu-
dicij vel fetorem future mortis comederit/et sibi per consi
derationem incorporauerit / procul dubio fetorem vitiorū
non sentiet in presenti/ nec fetore tormētorum grauabitur
in sequēti. ¶ Fetor multas habet illaudabiles proprieta-
tes. Est enim corruptiōis protestatiuus/aeris infectiuus/
⁊ spiritus odorabilis corruptiuus/vomitus prouocatiuus/
doloris capitis generatiuus/ cōplexionis distēperatiuus/
horroris et tristitie sensibus animaliū inductiuus : et ideo
pisces fugiunt sportulas fetidas ⁊ antiquas: libenter vero
subintrant nouas. Apes etiam fetorem fugiūt/⁊ taxi foueā
suam fedatā fetētibus vulpis stercoribus deserūt ⁊ dimit-
tunt. Hec oīa facit fetor infamie hoīm peccatoꝝ:qꝛ pro cer
to ista est que multū nocet alijs/⁊ cōplacentiā inficit ⁊ cor-
rūpit. Igitur fetor iste corruptionē subiecti in quo est/solet
ostendere/aerem circūstantē.i.viciniam solet inficere/⁊ spi
ritum animalē ⁊ odorabilem.i.auditum aliorū solet offen-
dere/vomitū displicentie gignere/et in bonis ꝑsonis dolo-
rem ⁊ horrorē ⁊ tristitiā generare: qꝛ pro certo viri iusti qui
sunt sicut pisces in aquis scripturarū natantes/sicut apes
mel pietatis habentes/sicut taxi vellus conuersationis ꝑ
humilitatē hispidum possidētes/debent fetorē aliene infa-
mie fugere/fetidasqꝫ sportulas ⁊ alia loca.i.fedas infames
et inhonestas societates horrere/et ipsas pro viribus decli
nare. Uel dic per oīa ꝙ fetor significat peccatū luxurie/qꝺ
scilꝫ pre oībus magis fetet:quod facit oīa supradicta:qua-
propter est merito fugiendū. ¶ Fetor est totius complexio
nis aliquotiens corruptiuus:vt patet de fetido anhelitu le-
prosoꝝ. Est etiā fetus aīalium in vtero peremptiuus:vt pa
tet de fetu eque/qui fetore extincte candele necat̄: ꝫm Ari
sto. Est insuꝑ vite odorantiū aliquotiens destructiu⁹:vt pa
tet de quodā serpēte cuius fetor horribilis interficit odorā-
tem:sicut visus basilisci interficit videntē: vt dicit Auicē.
Sic vere fetor luxurie ⁊ infamie/necnō exēpla ⁊ verba feti
da ⁊ immūda alijs mirabiliter sunt nociua. Leprosi eñ.i.
luxuriosi/candele lucētes.i.suꝑbi ⁊ ambitiosi/serpētes ter-
re adherentes.i.cupidi ⁊ malitiosi/ solēt quādoqꝫ anhelitū
et flatum fetidoꝝ verborū emittere/fumū vanarum ostēta
tionum ostēdere/⁊ fetorem luxuriose vite et infamie taliter
diffundere/ꝙ oēs alios circūstantes solent corrūpere/ ⁊ ad
peccatum inducere/et mortē culpe ⁊ pene in eis generare:
quia pro certo quādo fama/verba ⁊ opera sunt fetētia/ne-
cesse est ꝙ alijs sint periculosa ⁊ nocētia. Unde cuilibet ꝑ-
sone sic infami dicit̄ Eze.xxxij. Implebo valles sanie tua:
et irrigabo terram fetore sanguinis tui. ¶ Quis fetor per
se ⁊ principaliter noceat/cōtingit tamē ꝙ aliquādo iuuet ⁊
proficiat. Multa sunt eñ medicamina magni fetoris/que
tamē sunt magni ⁊ ꝓcipui valoris: sicut est aloe caballinū/
sulphur/et asa fetida:⁊ similia. Natura eñ abhorret natu-
raliter humores corruptos et fetidos: verūtamen qꝛ tales
humores in corpore abūdantes necdū actualiter sunt cor-
rupti/licet corruptioni sint dispositi:ideo quasi sopita ipsos
non nititur expellere / nec suam fortitudinē contra eos de-
monstrare : verūtamen quādo fetor fetori adiungit̄/et fetor
medicine ad humores fetidos adhibet̄/tunc natura q̄ pri⁹
erat cōtra fetores huiusmodi sopita/stimulat̄/ ⁊ cōtra ipos
totis viribus nititur: et sic ad eorū expulsionē cōualescit:⁊
sic vnus fetor per aliū euanescit. Ista possunt applicari ad
vnum qꝺ diuina prouidētia aliquotiens operatur/inquātū
de peccato sanat peccatū/⁊ de vitio vitiū medicat̄. Cōstat
enim ꝙ aliquādo in corpore mētis nostre sunt aliqui fetidi
humores ⁊ corrupti.i.aliqua vitia cōmunia/que qꝛ nō vidē
tur esse grauia/ideo natura.i.volūtas quasi sopita et pigra
nō laborat ipsa per confessionē expellere/imo ꝑmittit ipsa
secum quasi habitare. Uidens ergo celestis medicus ꝙ ho
mo tales fetidos humores parum reputat/⁊ ꝙ se de eis ex-
pedire non curat/ adhibet exteri⁹ fetidam medicinā.i.fedi
tatē alicuius enormis peccati:in qꝺ permittit hoīem cade
re/et tunc multiplicato fetore scelerū/vidēs natura seu vo-
luntas criminū pondere se grauatā/statim abhorret/et de
peccatis penitet atqꝫ dolet: ⁊ sic totis virib⁹ cōtritionis cō
tra enormitatē criminū nititur/ꝙ ⁊ de primis ⁊ de vltimis
liberat̄. Et sic fetor est accidētaliter cōtra fetorē remediū:⁊
malū medicina est ꝯtra malū. ad Ro.viij. De pctō dānauit
pctm̄ in carne/vt impleret̄ iustificatio legis in nobis. Ista
potissime vident̄ in illis qui de ꝟtutib⁹ superbiūt/ ⁊ qui de
se presumēdo/fetorē suꝑbie induūt:quos deus aliqn̄ ꝑmit-
tit cadere/vt concepta ab eis humilitate/ ⁊ cognita ꝓpria
fragilitate/ille fetor cōmissi peccati possit remediū eis esse
¶ Res fetide multū proficiūt ad medelā contra aliqua ge
nera passionū. Nā dum vnū fetidū assumit̄/cum illo aliud
fetidū expellit̄:et ideo scđm medicos/cōtra soporē lethar-
gicum valet lane vste ⁊ aliorū fetidoꝝ ad nares appositio:
qꝛ scilꝫ dū aīales spūs fetorē refugiūt / ad interiora cerebri
se recludūt:⁊ ibidē humores q̄ causa morbi sunt/digerūt et
cōsumunt/⁊ sic accidētaliter fetores proficiūt/⁊ soporē exci
tāt atqꝫ tollūt. De matrice etiā planū est ꝙ fetor vel res feti
da si narib⁹ apponat̄/facit matricē nimis elatā ad locū suū
descendere:⁊ dū fetorē refugit/solet ad locū suū vnde exie-
rat reuenire. Istud potest applicari ad cōsiderationē mor-
tis ⁊ tormentorū inferni: qꝛ pro certo si cōtingat ꝙ homo so
piat̄ et dormiat in vitijs ⁊ pctīs/⁊ ꝙ lethargus pcti morta-
lis ⁊ male ꝯsuetudinis ipm̄ ꝑ obstinationē cōprimat/si etiā
accidat ꝙ matrix volūtatis per suꝑbiam eleuetur/⁊ ꝙ a lo-
co humilitatis per suꝑbie vitiū erigat̄:pro certo valde ꝓfi-
cit ad nares cordis lanā vstam.i.vstionē ⁊ concremationē
inferni/fetorēqꝫ moriture carnis et horrorem miserie infer-
nalis per cōsiderationē apponere/⁊ de futuris miserijs co
gitare. Spiritus enim affectionis per timorē repercutit̄/et
humores carnalitatis qui causa sunt morbi peccati/ꝑ con
tritionem digerunt̄:⁊ sic sopor pigritie ⁊ obstinationis tolli
tur:⁊ homo ad bona opera excitatur. Actuū.xij. Excitauit
eum/dicens:surge velociter. Matrix etiā volūtatis que ꝑ
suꝑbiam metas humilitatis transierat / tunc solet ad locū
suum redire/⁊ fetorē huiusmodi refugere ⁊ horrere/et per ti
morē seipsam deprimere ⁊ arcere:iuxta illud Eccli.ij. De-
prime cor tuum/⁊ sustine. ¶ Hec igitur que dicta sunt/suf-
ficiant de odoribus/ ⁊ cōsequēter tractandū de saporibus.

Capitulum.ix.de sapore.

Sapor est rei proprietas que gustus est propriū
obiectum: que scđm suam qualitatē sensum gu
stus tristificat vel delectat. Sapores igit̄ in re-
bus inueniunt̄ diuersi/secundū ꝙ substātie sunt
subtiles/mediocres vel grosse/et qualitates cō
trarie ⁊ distincte. Omissis ergo diuisionibus quas hic po-
nit magister/que parum vident̄ habere de mystico intelle-
ctu/procedendū est ad particulares sapores:qui scilꝫ a phi
losophis nouem vel octo sunt deprehēsi: scilꝫ sapor dulcis/
vnctuosus/salsus/amarus/acutus/ acetosus/ ponticus/et
insipidus. Et de his omnib⁹ est aliquid extrahēdum:et ad
intellectum mysticum reducēdum: ⁊ sic de dulcedine ante
omnia est tractandum.

Capitulum.x.de dulcedine.

1 Dulcedo est sapor qui ex calore tēperate in grossa substantia generatur. Est igitur dulcedo pre alijs saporibus nature socia et amica/deperditorum in corpore reparatiua/ virtutum et spirituum debilium cōfortatiua/ omniū mēbrorum precipue nutritiua/vocis clarificatiua/et omnis asperitatꝭ lenitiua/canalium gutturis ⁊ pectoris apertiua/⁊ oīm immūditiarum vue et gutturis abstersiua/catharri et humoris superflui dissolutiua/⁊ omniū organorū vitalis spiritus ad debitam cōsistentiam reductiua. Et breuiter/dulces sapores ad multa solēt proficere/⁊ ad medicinā iuuare/⁊ ad nutrimēta valere. Per dulcedinē que est amica gustui/possunt intelligi oīa illa que placent menti vel intellectui. Et sic dico ꝙ ī bono significato dulcedo potest significare virtutem clemētie ⁊ benignitatis/⁊ maxime illam quā habēt superiores ⁊ prelati: qꝛ ꝓ certo ista est toti nature.i.toti collegio subditoꝝ cōsona ⁊ amica/⁊ bonorum innumerabiliū effectiua: qꝛ ꝓ certo nihil est amicabilius collegio subditorum/q̄ꝫ dulcedo benignitatis ⁊ clementie magistroꝝ. Per istam enim deꝑdita bona spūalia restauranꝶ/ ⁊ corda debilia ⁊ eneruia confortātur/⁊ per istam oīa bona et vtilia nutriunꝶ. vnde dulcis ⁊ pius prelatus dicit illud Eze.xxxiiij. Qd̄ cōfractum fuerat/alligabo: qd̄ infirmū erat/cōsolidabo: qd̄ pingue et forte/custodiā et pascam. Ista est etiā que voces aliorū clarificat/inquātū solet eos ad orationē ⁊ gratiarū actionē prouocare. asperitates lenit/ inquātum solet tribulatos et desolatos cōfortare. Canales pectoris ⁊ gutturis aperit/ inquātum corda ⁊ ora alioꝝ facit ꝑ cōfessionē reserare/immūditias vitioꝝ tollere/et totā moralē cōsistentiam in alijs reformare: qꝛ pro certo vt cōmuniter plus ꝓficit ad correctionē subditoꝝ/⁊ ad reformationē maloꝝ dulcor q̄ꝫ rigor/plus benignitas q̄ꝫ seueritas/plus cōsolatio q̄ꝫ obiurgatio. Unde de prelatis ⁊ subditis dꝛ: Johel.iij. Stillabūt montes dulcedinē/et colles fluēt lac et mel. Uel ista possunt dici de dulcedīe gratie ⁊ mīe diuine: que causa est oīm predictoꝝ: iuxta illd̄ psal. Dulcis et rectus dn̄s: ꝓpter hoc legem dabit dn̄s delinquētibus in via. Uel dic ꝙ dulcedo significat suauitatē glorie paradisi: que amica ⁊ cōsona est nature humane: qꝛ scꝫ ista est que nutrit/reparat/clarificat ⁊ delectat. Ideo ī psal. dicitur: Qꝫ magna multitudo

2 dulcedinis tue dn̄e/quā abscondisti timētibꝰ te. ¶ Quis res dulces ꝑ se et pricipaliter cōsueuerit proficere/ solēt tamen quādoqꝫ accidētaliter nocere et officere. dulcia enim sunt naturaliter inflatiua/ ⁊ grossitie sue substātie vacuitatū impletiua/ ⁊ meatuū opilatiua/cholere rubee generatiua/et putredinis inductiua/calculi in vesica ⁊ in renibꝰ gignitiua. Talia vitia vidētur esse generaliter bona mundi: qꝛ pro certo dulcedo mūdane prosperitatis licet quātū est de se sit vtilis/ accidētaliter tamen (scilꝫ propter abusum) damnosa est et inutilis: qꝛ ꝓ certo talis dulcedo si abūdet/ solet inflaturā supbie inducere/meatus oris ꝑ verecūdiam confitenti obstruere/et vacuitatē cordis malis affectibꝰ replere/cholerā iracūdie facere/⁊ putredinē luxurie procreare/⁊ calculū obstinatiōis ⁊ malitie in vesica cōsciētie generare. Et breuiter/vix est dare aliqd̄ vitiū qd̄ nō a ꝓsperitate rerū generetur/quādo ipsa qs abutitur/et qn̄ seipm̄ ꝑ tēperātiā et prudentiā minime moderatur. Ideo de tali dulcedine dicitur Job.xxj. vbi de quodā fluuio dicitur ꝙ dulcis fuit glareis cocyti: ⁊ post se oēm hoīem trahit.⁊c̄. Uel dic oīa de dulcedine carnaliū deliciarū: de quibꝰ dicitur Eccli.xxiij. Homini fornicario oīs panis dulcis. Qꝛ scilꝫ talis dulcedo facit oīa mala p̄dicta. Uel etiā potest dici de dulcedine verborū/⁊ de adulatiōe ⁊ verbali deceptione/que qn̄qꝫ est causa oīm predictorū: sicut de mala muliere dicitur Prouer.vij. ꝙ

3 verba sua dulcia facit. ¶ Licet dulcedo de se sit bona/tamen quia sub dulcedine latent aliquotiens venenosa/ideo sunt cuncta dulcia periculosa. Illi em̄ q̄ volūt alios intoxicare/solēt veneno aliquā dulcedinē imiscere. Natura em̄ que dulcia diligit/ipsa auide ad se trahit: ⁊ sic dum haurit dulcia/venenū immixtū pariter secum ducit: qd̄ scꝫ ipsam sub dulcedine perimit ⁊ occidit: ⁊ ideo s̄m Pli. Natura in multis herbis ⁊ floribus venenū posuit/vt auiditatē nostrā timore periculi posset aliqualiter cohibere. Sic vere vt cōmuniter oīa que hic in hoc mūdo inueniunꝶ/viris prudētibus sunt suspecta. vt cōmuniter em̄ illi qui volūt decipere/ solēt venenū intētionis sue sub aliqua dulcedine palliare. patet de diabolo/qui venenū pc̄ti mortalis vel venenū pene infernalis homini nō presentat/quin ipsum sub alicuiꝰ delectatiōis dulcedine inuoluit. Patet etiā de mūdo ⁊ de mūdana fortuna: q̄ quādo vult venenū tribulationū infundere/semꝑ solet dulcedinē prosperitatū precedentiū adhibere/⁊ vt homo ad futuras aduersitates nō possit attendere/prosperorū dulcedinē immiscere. Patet etiā de carne.i. de carnalibus et luxuriosis et etiā adulatoribꝰ et proditoribus/qui dū verbo dulcedinē ostēdūt/ semꝑ ad venenū deceptionis intendūt. Simplex em̄ est natura volūtatis que tales dulcedines diligit/ipsas libēter admittit ⁊ recipit: et sic dū nō aduertit/periculū incurrit. Esa.v. Ue qui diligitis malū: ponētes amarū in dulce/et dulce in amarum.

Capitulum.xj. de sapore vnctuoso.

1 Unctuosus sapor subalternatur dulcedini/⁊ causatur ex calido et humido ī substātia subtili. Generaliter ergo vnctuosa aliqn̄ inueniūtur vtilia. Habent enim dolorem exteriorē mitigare/ asperitatem lenire/apostemata dissoluere/ et saniem maturare. magis enim solēt dissoluere q̄ꝫ cōsumere: et ideo solent putredinē generare: quia calor debilis ⁊ humiditas multa solēt putredinis causa esse. Talis vnctuositas significat benignitatē verborum predicatoris: qui scilꝫ dolorem desperātium mitigat per consolationē/asperitatem tribulatorum lenit per spei promissionem / apostema supbie dissoluit per contritionē/saniem vitiorū maturat ⁊ educit per cōfessionem. Uel dic omnia de vnctione spiritussancti ⁊ diuine gratie/quia scilꝫ sicut vnctuosa sunt ignis nutritiua et inflāmatiua: sic iste vnctiōes calorem et ignem charitatis nutriunt et accendunt: quia procul dubio talis vnctio lenit et mitigat consolando / dissoluit et maturat (scilꝫ interiora peccata) cōtritionem inspirando/et emissionem saniei peccati procurat/ipsum per cōfessionem educēdo. ¶ Unctuo-

2 sa cibaria solēt appetitum debilitare/et fastidiū generare. supernatant enim/et resoluūtur in fumū aereum: ⁊ replent os stomachi vbi est sedes appetitus: et sic fastidium generant/et minorant appetitū. Ista em̄ solent digestionē aliorum ciborum impedire: quia scilꝫ sua viscositate replēt villes stomachi/ita ꝙ cibi recepti nō possunt retineri nec decoqui: ⁊ ideo indigesti consueuerūt emitti. Item parū solēt proficere ⁊ nutrire. cito em̄ replēt venas/⁊ ideo parū de eis assumitur: et propter subtilitatem illud qd̄ assumptū est/cito consumitur. Item ignem ⁊ calorem solent inflāmare: et ideo carnes prohibētur in febre acuta: quia timetur vnctuositas intermixta. Item poros splenis et hepatis solent opilare: nam propter suam dulcedinē cito a natura attrahuntur/⁊ propter suam actualem grossitiem poros opilare noscūtur. Item dolorem capitis solent procreare. cito enim resoluūtur in fumū/qui sursum tendens ledit animalē spiritū. Et breuiter/magis solent vnctuosa cibaria nocere q̄ꝫ ꝓficere: quapropter bonū est a talibus abstinere. Cibaria vnctuosa possunt optime significare delicias corporales/vel etiā prosperitatem seu substātiam temporalē/qꝛ procul dubio ista sunt que spiritualiter nocēt/et sanitatē gratie destruūt atqꝫ turbant: ⁊ primo quidem quia appetitū bonorū spiritualiū solent tollere/et ipsorū fastidiū excitare: et hoc qꝛ fumi maiorū complacentiarū q̄ resoluūtur ex istis/solent stomachū volūtatis implere: ⁊ sic peccator solet bona cibaria.i. bona spūalia abhorrere. psal. Oēm escā abominata est aīa eorū. Qꝛ pro certo istud est generale ꝙ illi spūalia et celestia detestātur/qui vnctuositate carnalium et temporaliū impinguātur. Et ideo bene sequitur ꝙ talia cibaria digestionē impediunt: qꝛ pro certo villos affectionū taliter inuoluūt/ꝙ cibum verborū dei nō retinent/nec per considerationē decoquunt/sed cruda ⁊ indigesta fluere pretermittūt/⁊ retinere vel incorporare de ipsis aliquid sibi nolūt. Joan.v. Uerbū dei eius non habetis in vobis manēs. Item ista bona parū dicūtur nutrire/qꝛ cōstat ea cito deficere vel perire/et mentē non reficere nec replere. Item ista dicūtur ignem ⁊ calorē inflāmare: quia pro certo delicie et diuitie ignem auaritie ⁊ nutriunt/ et febrem luxurie introducunt: et ideo infirmis ⁊ inconstantibus simplicibus carnes.i. delicie carnales non

debēt concedi:ne forte ipos ꝯtingat per mala deſideria in=
flāmari. Pſal. Inflāmabit in circuitu inimicos eiꝰ. Item
iſta ſolent poros cordis et oris per obſtinationē opilare/do
lorem capitis.i. remorſum cōſcientie inducere/et morbos
diuerſoꝝ vitioꝝ in aīa generare. Natura eñ.i. volūtas dū
dulcedinē proſperitatis diligit ⁊ attrahit/ poros cordis et
oris ne homo confiteri valeat/ per obſtinationē opilat atqꝫ
claudit:et ſic finaliter cōſciētie caput ledit. Et breuiter ta
les vnctuoſitates.i.tales delicie vel ꝓſperitates aīe nō ꝓ=
ficiunt/ſed potius ipam inficiunt ⁊ occidunt/⁊ mortē eter=
nam finaliter introducunt. Heſter.xiiij. Pro vnguētis va=
rijs ſtercore impleuit caput. Uide de pinguedine ſupra in
loco ſuo.

Capitulum.xij.de Salſedine.

1 Salſedo ſeu ſalſus ſapor fit ex caliditate ſeu ſic=
citate in ſubſtātia mediocri. Salſedo eī ex adu
ſtione ⁊ ſiccatiōe ſubſtantie gignitur: ex quibꝰ
acredo ſequitur et creatur. Licet igiẜ ſalſa ſint
aliquātulū acria ⁊ aſpera quo ad guſtū / ſunt tñ
ſana et vtilia quo ad effectū:quia ſcꝫ ſalſedo eſt mūdifica=
tiua/et ꝓpter acredinem q̄ inteſtina ad expulſionē ſtimu=
lat/eſt feciū a corpore expulſiua. Itē iſta eſt ſubſtātie dure
remollitiua ⁊ diſſolutiua/⁊ tandē per maiorem hūiditatis
conſumptionē deſiccatiua ⁊ induratiua:ſicut patet in car=
nibus q̄ primo ꝓpter ſalſedinē diſſoluūtur et mollificātur/
et tandem per cōſumptionem humidarū partium indurā
tur. Item ſalſedo eſt rei cōſeruatiua/et oīs corruptionis ⁊
putredinis cōſumptiua:et ſic eſt per conſequens humoris
intercutanei eductiua:et ſcabiei et ſerpiginis ablatiua:eſt
etiam hydropiſis repreſſiua: et morſus canis rabidi cura=
tiua:⁊ venenoſitatꝭ cuiuſlibet extractiua:ſi.ſ.cito poſt mor=
ſum vulnus in aqua ſalſa et marina lauetur/vt venenū ex=
trahatur et cōſumatur. Per ſalſedinem poſſum intellige=
re acredinē contritionis interioris/vel etiam morſurā cor=
rectionis ſeu tribulatiōis exterioris: quia procul dubio li=
cet iſta ſalſedo nō ſit guſtui.i.appetitui delectabilis/eſt tñ
aīe ſalubris atqꝫ vtilis:qꝛ ꝓ certo ſalſedo/acredo ſeu aſpi=
tas contritionis/correctionis ſeu tribulatiōis habet diſſol
uere per cōpunctionem/mollire per compaſſionem/mun=
dificare per cōfeſſionem/ſiccare ⁊ cōſumere per ſatiſfactio
nem/⁊ mentis ſubſtantiam indurare ꝑ ꝑſeuerantie ſtabi=
litionem: et ſic pro certo omnē ſcabiem male conuerſatio=
nis ſolet abſtergere: et hydropiſim.i.inflaturam ſupbie de=
primere:morſumqꝫ rabidi canis.i.tentationem diaboli re=
mouere: quia pro certo vulnus tentationis tolliẜ/quando
aqua ſalſa.i.acris contritio correctio vel tribulatio adhibe
tur:vt ſic de vtilitate huius ſalſedinis dicatur illud Pſal.
2 Terram fructiferā in ſalſugine. ¶ Caro multum ſalſa ad
tēperamentū reduciẜ/quādo in aqua multū ſalſa ponitur/
⁊ ibidem aliquo tpe temperatur. Salſedo eñ aque/carnis
ſalſedinē ratione ſīlitudinis attrahit/et ſic carnē a ſua ſal=
ſedine liberat/et eā ad dulcedinē diſponit. Chariſſimi mo
raliter loquēdo/per ſalſedinem intelligitur tribulatio : ſed
quia multiplex eſt tribulatio/ſcꝫ temporalis ⁊ eterna:ideo
ꝓcul dubio ſi caro noſtra.i.vita noſtra fragilis ⁊ carnalis/
tribulationū ⁊ deſolationū ſalſedine ſit repleta/ad ipam to
lerandā ⁊ temperandā ſumme proficit ſalſedinem aque.i.
tribulationem miſerie eterne adhibere/et ipam conſidera=
re et cogitare:quia pro certo ſalſedo deſolationis tempora
lis tollitur/et in mūdo nihil aſperum reputatur/quādo ſal
ſedo futura/ſcꝫ pena et tribulatio mortis/inferni et iudicij
meditatur. Uel dic ꝙ ſalſedo aque ſignificat acredinē paſ
ſionis Chriſti:q̄ pro certo ſi conſideratur / tunc oīs ſalſedo
temporalis miſerie temperatur:quia ſicut dicit Gregoriꝰ:
Pauca ſunt q̄ toleramꝰ/ſi cogitamus q̄ ꝓ nobis ſuſtinuit
Chriſtus ⁊c̄. Uel dic ꝙ ſalſedo aque ſiignificat acredinem
cōpūctiōis lachrymoſe/q̄ pro certo a carne.i. a carnali cō=
ſcientia ſalſedinem peccati tollit / et eam ad ſanitatē gr̄e
retrahit ⁊ reducit.reliq̄ vide.c. de ſale ſupra li. de lapidibꝰ.

Capitulum.xiij.de Sapore amaro.

1 Sapor amarus fit ex caliditate ⁊ ſiccitate in ter=
tio gradu. Habet eñ multum igneitatis:et ideo
multū ſolet lingue ſubſtantiā penetrare/⁊ guſtū
ledere vel grauare : verūtamen licet oīa amara
ſint guſtui deſolabilia/ſunt tamen quādoqꝫ proficua ⁊ vti=
lia:quia ſcꝫ amara ſunt cholere purgatiua/appetitus exci=
tatiua/lūbricorum ⁊ vermium in corpore interfectiua/ pa=
ralyſis et arctetice curatiua/ ſcabiei deſiccatiua/ meatuū
corporis apertiua et exopilatiua/ calculi diſſolutiua / ma=
tricis confortatiua/⁊ mēſtruorum prouocatiua. Et breui=
ter/magis ſolent amara q̄ꝫ dulcia ad medicinam ꝓficere/
⁊ contra infirmitatum diſcrimina plus valere. Per talem
amaritudinem ſeu per res amaras poteſt intelligi amari=
tudo contritionis/correctionis vel tribulationis: qꝛ ꝓ cer=
to tales amaritudines vel tolerate vel cōſiderate licet gu=
ſtum appetitus noſtri triſtificare ſoleāt/aīam tamen ſanāt
liberāt atqꝫ iuuant:quia ꝓ certo ſi talis amaritudo in pre=
ſenti tempore ſentiaẜ/dulcedo perpetua finaliter reportaẜ.
Judith.v. Fontes amari obdulcati ſunt. Per talē eñ ama
ritudinē cholera iracundie purgatur/appetitus celeſtium
excitatur/vermes remorſus conſcientie necātur/ꝑalyſis ⁊
arctetica pigritie curatur/meatꝰ cordis ⁊ oris ꝑ cōfeſſionē
aperitur/⁊ opilationes obſtinationis tollūtur/calculꝰ mē=
talis duritie mollitur/matrix cōſcientie cōfortatur/et mē=
ſtrua luxurie purganẜ/et ſcabies exterioris immunditie et
inhoneſte apparentie expurgaẜ. Et breuiter/magis profi=
cit contritionis/correctionis/tribulationis vel futurorum
conſiderationis amaritudo/q̄ꝫ mundane ꝓſperitatis dul=
cedo:quia ſicut dicitur Prouer.xiiij. Cor quod nouit ama=
ritudinē aīe ſue/in gaudio eius nō miſcebitur extraneus.
2 ¶ Amara qñ nimis excedunt/guſtū vltra debitū exaſpe=
rant atqꝫ ledunt/ſpiritualia grauant/et aſpera faciunt/vo=
cemqꝫ raucificant ⁊ confundunt. Sic vere exceſſiua corre=
ctio et tribulatio per impatientiam ⁊ deſperationem ſolet
animā ledere/⁊ aſperitatē triſtitie inducere/et vocem leti=
tie confundere/et iubilatiōis letitiā inraucare. Ideo bene
diciẜ Eccli.xxj. Non eſt ſenſus vbi eſt amaritudo. Uel per
amaritudinē intelligo inuidiā/que guſtū voluntatis ꝑuer=
tit/et vocem per detractionē exaſperat et confundit. Ideo
illi Symoni mago dixit Petrus: Act. viij. In felle enim
amaritudinis et obligatione iniquitatis video te eſſe. Uel
per amaritudinem intelligo mortem:que pro certo non eſt
delectabilis ad guſtandū / ſed magis aſpera ad ſentiēdū/
et vocis aſperatiua ad fletum et triſtitiā infligendū. Ideo
bene diciẜ Eccli.xlj. O mors q̄ꝫ amara eſt mēoria tua. Uel
dic ꝙ amaritudo ſignificat miſeriā infernalē:qua nihil pōt
amarius cogitari/nec guſtui volūtatis deteſtabilius inue=
niri:quia ſcꝫ iſta eſt que omnē mundi dulcedinē deſtruit/⁊
guſtū appetitus ita amaricat et peruertit/ꝙ nihil dulce in=
uenit atqꝫ ſentit. Unde de aīa dānata dꝛ Threñ.j. Omnes
porte eius deſtructe/et ipſa repleta amaritudine.

Capitulum.xiiij.de Sopore acuto.

1 Sapor acutus multū habet de ignea caliditate:
et ideo ſuo acumine ſenſum habet pūgere ⁊ pe=
netrare/partē a parte diuidere ⁊ ſegregare/ſub=
ſtantiā in quam agit/corrodere ⁊ moleſtare/ap=
petitum ſtimulare ⁊ excitare. Talis acuties pōt
ſignificare acutiem cōtritionis:que pro certo cor per cōpū
ctionem pūgit / partem a parte.i.peccatum a peccato per
diſcuſſionem diuidit/appetitū bonorum eternorum ⁊ ſpiri
tualium inducit/⁊ per carnis macerationē hoīem ſtimulat
et corrodit. Uel iſta poſſunt dici de acutie ꝟbi dei:de qua
Eſa.lxvj. Poſuit os meum dñs quaſi gladium acutū. Uel
dic de correctione aſpera ⁊ acuta/ vel etiā de tribulatione:
que facit oīa ſupradicta.pſal. Sagitte potentis acute cum
carbonibꝰ deſolatorijs. Uel dic ꝙ ſapor iſte acutiem pene
infernalis ſignificat:q̄ ſcꝫ pungit ⁊ penetrat/⁊ animā a deo
diuidit ⁊ ſeparat/ipſamqꝫ per perpetuū remorſum corrodit
et ſtimulat. Uel pōt dici de peccato:qđ ſcilicet aīam a deo
diuidit/⁊ eam per remorſum corrodit/ſtimulat atqꝫ pūgit.
Unde Prouer.v. Nouiſſima eius amara velut abſynthiū/
et acuta velut gladiꝰ biceps. Uel dic ꝙ talis acuties ſigni
ficat acuta et pūgitiua verba detractorum:que ſcꝫ aliorum
famam pungunt ⁊ lacerāt/et hoīes per diſcordias ſcindūt
et ſeparant/⁊ oēs hoīes rodunt et lacerāt. p̄s. Lingua eorū
gladius acutus. ¶ Sapor acetoſus venit poſt acutū.et fit 2
iſte ſapor ex frigiditate cōſtringente/⁊ ſubtili ſubſtātia ape
riente ⁊ ſubintrante:et ſic res acetoſe quia ex cōtrarijs con
ſtant/contrarie operantur:qꝛ ſcilꝫ ex frigiditate et ſiccitate

constringūt/ex substātie vero subtilitate penetrāt/ diuidūt et dissoluūt:et inde est q̄ acetosa solent ventrē plenū soluere/ventrem vero vacuū cōstringere. Quādo em̄ inueniūt ventrem plenū/ip̄m ex subtilitate substantie scindūt et laxant:si vero ipsum vacuū inuenerint/tunc non inueniētes quid scindant/ipsum sua frigiditate ⁊ siccitate cōstringūt ⁊ opilant. Istud potest applicari ad rigorē seueritatis bonorum prelatorum:quia ꝓ certo illi qui sunt acetosi.i.iusti/ rigidi ⁊ seueri/debēt in diuersis materijs.i.in diuersis subditis actus et effectus suos diuersimode variare:quia pro certo talis acuties plenos.i.diuites ⁊ terrenis humoribus et opibus cōstipatos debet per clementiā et compassionē laxare/et per elemosynam vacuare:ieiunos vero et paupe res debet ad penitentiā constringere/⁊ per abstinentiā coarctare. Istud potissime pertinet ad confessores ⁊ predicatores:qui pro certo scd̄m conditionē personarū debent variare modū ⁊ iniunctionem penitentiarū/vt scilꝫ diuites q̄ ieiunare nesciunt/moueant ad pietatē:pauperes vero qui non habent quid tribuāt/excitent ad penitētie asperitatē:⁊ sic sp̄ūaliter plenos laxabūt/et ieiunos et paupes coarctabunt:quia scꝫ exemplo Christi/prelatus diuersis infirmis debet adhibere diuersa medicamenta ⁊c̄. ꝭm Grego. De alijs ꝓprietatibus saporis acetosi vide superius de aceto. Vel dic q̄ talis acutus sapor significat cōsiderationē acutiei ⁊ rigoris futuri iudicij:q̄ pro certo plenos.i.diuites facit per elemosynas laxari:vacuos autem.i.pauperes facit per diuinū timorem constringi.

Capitulum.xv.de Pontico sapore.

1 Ponticus sapor fit ex frigido ⁊ sicco:⁊ ꝭm Isaac pōticus sapor hoc habet propriū/ quia cōiunct⁹ cum sapore delectante magis delectat: et cum sapore cōtristante cōiunct⁹ magis ꝯtristat:cui⁹ ratio est:quia rōne pontice siccitatis magis cō stringit:et sic illud cui admixtus est/ita cito trāsire non ꝑmittit:et sic magis morari et perseuerare saporē huiusmodi facit: et ita vel maiorē tristitiā vel maiorē delectationē inducit:et inde est q̄ agresta q̄ ponticū habet saporē/in salsamentis apponit̄:quia saporem specierū acuit ⁊ custodit talis sapor. Per talē ponticitatem potest intelligi deliberatio:que ꝓ certo hoc habet ꝓprium: q̄r vbicūq̄ addatur/ facit illud magis vtile vel inutile:quia ꝓ certo bona ⁊ vtilia tunc magis delectant ⁊ valent/quādo ponticitatē deliberationis habent.amara etiā.i.opera vitiosa et mala tūc temporis magis amara et vitiosa sunt/quādo in ip̄is agēdis ponticitas.i.deliberatio et intentio simul adsunt: quia breuiter ex intentione et deliberatione fiunt omnia opera deteriora vel etiā meliora. Ista em̄ supaddita faciunt opera moraliter supercrescere/et in suis qualitatib⁹ abūdare. iuxta illud Matth.xiij. Habenti dabitur/⁊ abūdabit. Vn̄ videtur q̄ intētio seu deliberatio sit ille calath⁹ Hieremie qui facit ficus bonas valde bonas/et malas similiter val-

2 de malas:sicut dicitur Hiere.xxiiij. ¶ Res pontice (sicut sunt fructus īmaturi)sumpte ante prandiū/ solent stringere:post prandiū vero laxare:q̄r scꝫ si vēter sit vacuus/stringitur/⁊ opilatis meatibus coarctatur:si vero venter sit plenus cibis/inferius cōprimitur/et quasi cōpulsus ad exitū relaxatur. Tales res pontice sunt mundi bona : q̄ pro certo sunt immatura et insipida gustui sane voluntatis. Ista em̄ solent ꝓficere vel nocere scd̄m q̄ venter mētis interioris hominis plenus fuerit gratia vel ieiun⁹.bona em̄ terrena si ab homine ieiuno et gratijs ⁊ virtutibus vacuo assumātur ⁊ acquirātur/tunc solent ip̄m per cupiditatē stringere/et per auaritiā coarctare:si vero ventrē.i.volūtatē hominis pransam/et gr̄a sp̄ūsancti plenam inuenerint/ tunc solent eū per elemosynas relaxare et ꝑ largitates ad pauperes vacuare:q̄r breuiter istud est verū q̄ mūdi bona malis nocent/bonis vero ⁊ eis bene vtentibus multū valent. Sicut em̄ dicit Seneca lib.de pauptate: Non est in rebus

3 vitiū/sed in aīo. ¶ Res pontice sua grossitie splenē opilāt/ calculū generant/vomitū sedant/ guttur exasperāt / dētes percutiūt ⁊ acerbāt. Sic vere faciūt mūdi bona:q̄r pro certo ista splenē conscientie ꝑ non cōfitendi ꝓpositum faciūt opilari/vomitū cōfessionis faciunt sedari et retardari/calculū duritie ⁊ obstinationis faciūt in animo generari/guttur deuotiōis faciūt exasperari/et dentes masticatiue ⁊ deliberatiue discretiōis faciūt exacerbari ⁊ cōturbari. Hier. xxxj. Qui comederit vuā acerbā/obstupescent dentes ei⁹.

4 ¶ De styptico sapore(qui octauus est in ordine)qualē habent coctana ⁊ sorba ⁊ similes fruct⁹/nihil pono hic: quia subalternatur sapori pontico:de quo actū est : quia etiā cōstātinus qui nō ponit nisi octo sapores/ponticū et stypticū ponit vnum saporem.

Capitulum.xvj.de Sapore insipido.

1 Sapor insipidus.i.sine sapore/siue dicat̄ priuatiue/ eo q̄ careat om̄i sapore/sicut aqua: vel positiue/ eo q̄ sapor eius ita est remissus q̄ non pōt sensus iudicare ad quē pertineat saporē: sicut ē dare in albugine oui/in cucurbitis/ cucumeribus et similibus: semꝑ habet fieri in substantia frigida et fluxibili:⁊ ideo talia naturaliter parū habent nutrire/ modicam delectationē solent facere/phlegma generare/sitim tollere/⁊ passiones frigidas procreare. Sic vere potest dici de rebus temporalibus ⁊ mūdanis: que scꝫ insipide possūt dici/eo q̄ sano appetitui et perfecto cordi parū debēt sapere vel placere. Ista em̄ parū sunt aīe nutritiua / parū delectatiua/sed potius phlegmatis carnalis immūditie sunt generatiua/sitis.i.appetit⁹ verbi dei sublatiua/⁊ frigidarū

2 passionū/scilꝫ indeuotionis et pigritie productiua. ¶ Hec a igitur excerpta et extracta de proprietatibus saporū sufficiant ad presens : et subiūgamus seu extrahamus aliquid de proprietatibus liquorū/inquātū scilꝫ sunt applicabiles ad proprietates conditionum et morum.

Capitulum.xvij.de Liquoribus.

1 Liquor est liquidus humor de plātis seu fructibus seu etiam de aīalium corporibus ꝑ digestionem generatus/et nature vel artis violētia exterius eliquat⁹:sicut est lac et vrina de aīalib⁹: oleum ⁊ vinum de arboribus:mel de floribus: sicera de fructib⁹: ceruisia de granis siccis/ et exsiccata de

2 pomis agrestibus. ¶ Liquores ergo scd̄ꝫ suas varias qualitates varios cōtrahunt sapores et odores : nā illi liquores in quibus dn̄atur calidū cū humido/ sunt dulciores:illi in quibus calidū cū sicco/sunt acutiores : illi in quibus dn̄at̄ frigidū cū sicco/sunt acetosiores : illi in quibus dominatur frigidū cū humido/sūt stypticiores/sicut patet in ptisana: quia breuiter istud est verū q̄ scd̄m qualitatū predominiū in liquoribus diuersitas fit saporū. Sic vere scd̄m q̄ qualitates.i.virtutes in liquorib⁹.i.in hominib⁹ dn̄antur/ scd̄m hoc in ipsis sapores et cōditiones varie generant̄: et inde est q̄ calor charitatis ⁊ humor lachrymose compunctionis dulcedinē cōtemplationis efficit:calor vero iustitie ⁊ siccitas paupertatis voluntarie acutiē seueritatis inducit: frigiditas vero diuini timoris ⁊ siccitas penalis laboris saporem acetosum.i.tristitiā meditationis ⁊ cōsiderationis solet inducere. Frigiditas autem tribulationis ⁊ humiditas cōpassionis et flebilis miseratiōis stypticitatē.i. restrictionem vitiorū solet causare. Expone si vis melius: quia non

3 bene placet. ¶ Liquores de q̄busdā arboribus incisis corticibus solaris attractionis beneficio educuntur: sicut est balsamū et terebinthina. Quidā autē per ꝯbustionē ignis de quorūdā lignorū extremitatib⁹ distillare cogūtur:vt est colophonia/pix liquida/oleū iuniperi ⁊c̄. Quidā de fructibus arborū per expressionem colligūtur: vt est vinū ⁊ oleū. Quidā de succis herbarū exprimūtur/⁊ igni postea decoquūtur/vt est aloe. Quidam in florū superficie ex rore celesti gignūtur: vt est mel et māna. Quidā autē in venis terre inueniunt̄: vt ē aqua salnacida/ nitrosa ⁊ aluminosa/⁊ similia: q̄ de terre abditis hauriūtur. Per istas diuersitates liquorū possunt intelligi diuersitates lachrymarū: q̄r sicut varij liquores inueniūtur:sic varie spirituales lachryme a fidelium mentib⁹ eliquātur. Et prime quidē sunt per radios solares.i.per diuine gratie inspirationē. Alie sunt per cōbustionē ignis.i.ꝑ presentē tribulationē ⁊ afflictionē. Alie sunt de fructibus arborū.i. de Christo pendente in arbore crucis/ꝑ sue passiōis cōpassionē. Alie sunt que exprimunt̄ de succis herbarū.i.de dictis sacrarū scripturarū/ꝑ ꝯceptā exinde compunctionē. Alie inueniūtur in florum.i. in sanctorū superficie/per sue flebilis ⁊ amare vite imitationem.

Alie inueniũtur in venis terre .i. in memoria mortis et in-
ferni/et etiã in vena cõscientie nostre/per ipsaꝝ iugem re-
cordationem ⁊ examinationẽ. Constat em̃ ꝙ in oĩbus istis
locis rebus ⁊ negocijs potest inueniri materia lachrymã-
di/et liquorẽ fletus ⁊ lachrymarũ spũaliter hauriendi. Et
ideo mũdus iste vallis lachrymarũ dicit/ eo ꝙ ipsis iustis
lachrymãdi materia ibidẽ multiplex inuenitur. Et breui-
ter/liquor lachrymarũ bonarũ aut prouenit a supiori inspi-
ratione/⁊ a solis Christi gratie attractione/aut a mũdane
miserie combustione/ ⁊ pro incolatus prolongatiõe: aut ex
Christi in cruce pendentis compassione/⁊ superne miserie
cõsideratione: aut etiã ex scripturarum lectione et inuesti-
gatione: sicut patet Apoc.x. vbi liber comestus fecit ama-
ricari ventrẽ. aut ex sanctoꝝ imitatione/aut ex mortꝭ ⁊ in-
ferni necnõ cordis ⁊ peccatorũ nostroꝝ meditatiõe. ex istꝭ
em̃ causis omnibꝰ iusti lachrymãtur/ ⁊ in hoc mũdo spũa-
liter desolãtur. que quidẽ lachryme liquores preciosi dicũ-
tur/ex q̃bus sanctitate aĩe medicãtur. p̃s. Fuerũt mihi la-
chryme mee panes die ac nocte. et alibi. Lachrymis me-
is stratum meum rigabo. ¶ Incipiamus igitur dicere de
liquoribus in speciali: et primo dicendum est de melle.

Capitulum. xviij. de Melle.

1 MEl ꝫm Isido. li. xx. dicitur a mellese grece / que
sunt apes latine / eo scꝫ ꝙ mel ex apum sollertia
miro nature artificio cõponat: quod tamen pri-
mitus ex rore celesti in florũ ⁊ foliorũ superficie
distillatur: et exinde ab apibꝰ recolligit ⁊ parat.
Et ideo virgilius vocat mel/celeste donũ: dicens sic. Pro-
tinus aerei mellis celestia dona. Unde etiam scꝫ ipm /in
Arabia et India mella inueniũtur ad modum salis in ar-
boribus depẽdentia/ibi celesti munere preparata. Quod
etiã in anno isto millesimo. cccxlj. i Auinione gallie Nar-
bonẽsis ciuitate/in magna quãtitate cecidit/et super folia
et ramos arborũ more gũmi descẽdit: sicut alibi recolo me
dixisse. Tale mel spiritualiter loquendo/ potest significa-
re diuinã gratiã: quam scilꝫ deus ex suo celesti dono nobis
solet concedere/et super flores et folia arborũ. i. super flori-
das conscientias iustorum inuisibiliter distillare: ad cuius
etiam cõpõnem solent apes. i. sancti ⁊ angeli suis interces-
sionibus adiuuare: quia scilꝫ dato ꝙ mel diuine gratie ce-
lesti munere propinetur/sic tamen fit ꝙ apum. i. sanctorũ ⁊
angelorum intercessio ibidẽ mirabiliter operetur. Uel dic
ꝙ mel significat Christũ: quẽ nobis celestis gratia misit:
apis tamẽ. i. beata virgo ipm q̃ꝫtum ad humanitatem suo
ministerio mirabiliter procreauit: et in alueari proprij cor-
poris ipm recepit: et sãctissime sine viri copula collocauit.
2 et ideo ipse est qui dicit Joan. vj. Ego sum panis viuus: q̃
de celo descẽdi. ¶ Quis oĩe mel generaliter debeat esse
dulce/istud tamẽ deficit in Sardinie regione: vbi qꝛ abun
dat herba q̃ dicit absynthiũ / ideo apes que vt cõmuniter
de ipsius floribus nutriuntur/faciunt in illis partibus mel
amarũ: sicut dicit Isido. li. xx. Istud potest applicari cõtra
illos qui male sunt nutriti ⁊ informati: quia pro certo dato
ꝙ alique apes. i. alique persone de sui cõditione ⁊ natura/
et q̃ꝫtum est ex suis naturalibus/vel ex suorũ ꝓpagatione
parentũ/habeant ⁊ debeãt facere mella dulcia. i. opa bona
vtilia ⁊ honesta/contingit tamen in regione Sardinie. i. in
hoc mũdo ꝙ rõne nutrimenti ⁊ documẽti ipsi faciũt mella
amara. i. opera inutilia atq; mala. Nã quia herbe absyn-
thiales. i. homines mali in isto mundo abundant/et isti de
talium floribus. i. exemplis et dictis maloꝝ seipos nutriũt
et impinguant/inquãtũ scꝫ eorũ malis moribus se confor-
mant: ideo necesse est ꝙ virtutum dulcedinem perdant/ ⁊
ꝙ mel amarũ. i. mala opera faciant ⁊ cõponãt. quod etiam
de hereticis potest dici: quia scilꝫ illi qui ipoꝝ amaris flo-
ribus. i. ipsorum corruptis doctrinis ⁊ operibꝰ nutriti sunt/
mel amarum. i. doctrinã ⁊ vitam amarã ⁊ corruptã faciũt:
et ea alijs derelinquũt. Constat em̃ ꝙ heretici et schismati-
ci corruptionẽ doctrine sue ab alijs primis hereticis acce-
perunt: et sic totum mundum melle amare et corrupte do-
ctrine heretice repleuerunt. quod bene figuratur Apoca.
viij. vbi dicitur ꝙ stella magna ardens sicut facula/cecidit
de celo: et nomen stelle absynthium: et cecidit in aquas: et
amare facte sunt: et mortui sunt multi homines ex aquis.
Quia pro certo quãdo stella. i. ille qui videtur splendere ꝑ
doctrinã ⁊ cõuersationẽ/cadit de celo ecclesie per hereticã
corruptionẽ/tunc aque scripture per ipsum amaricantur ꝑ
corruptam interpretationẽ: et sic moriũtur potantes. i. au-
dientes/per male credulitatis obstinationẽ. vt sic diabolꝰ
dicat de talibꝰ illud Hiere. ix. Cibabo populũ istũ absyn-
thio/et potum dabo eis aquã fellis. ¶ Scdm Isido. ibidẽ 3
Gallienus aiebat mel esse nociuũ iuuenibꝰ et pueris: ⁊ illis
qui nimia caliditate abundãt: senibus vero ⁊ frigore senili
confectis dicebat mel cum vino veteri bibitum cõuenire/
et eorum passionibus subuenire. Mel etiã licet in multis
possit proficere/solet tamen quãdoq; decipere et nocere: qꝛ
scilicet venefici solent venenũ sub mellis dulcedine abscõ-
dere: ⁊ sic per mel solent comedentẽ decipere vel fraudare.
Mel etiã nouũ et non bene despumatum ꝫm Isaac in die-
tis/inflat/rugitum generat/malos humores procreat/sple-
nis ⁊ hepatis meatus opilat/cholerã inflammat / febrem
excitat/et colicos et iliacos valde grauat. Tale mel põt
significare dulcedinem mũdane ꝓsperitatis: quia ꝑ certo
dato ꝙ ista senibus. i. viris maturis ⁊ prudẽtibus et ea vti
scientibus proficiat/iuuenes tamẽ. i. minus discretos et ꝑ
mala desideria feruidos/et cupiditatũ caloribus inflãma-
tos/non adiuuat/immo grauat. Cõstat em̃ ꝙ ꝓsperitatis
dulcedo insipientibus non proficit/sed eos potius decipit
et occidit. Prouer. j. Prosperitas stultorũ ꝑdet eos. Uene-
fici em̃. i. demones / venenũ peccati sub tali dulcedine fa-
tuis offerunt: et dũ huiusmodi mellis dulcedinẽ appetũt/
venenis vitiorũ q̃ non precauent/se occidunt: quia procul
dubio mel mundane prosperitatis solet inducere inflatio-
nem superbie/rugitũ iactãtie/humores corruptos luxurie/
inflammationẽ et febrẽ auaritie / colicam et torsionẽ inui-
die/et opilationem obstinationis et malitie. Et ideo breui-
ter bene videtur loqui de tali melle scriptura Prouer. xxv.
vbi dicitur ꝙ comedere mel multũ/non est bonum. Et ista
bene apparent: qꝛ illi qui sunt deteriores/ sunt hodie melle
ꝓsperitatis pleniores. quod figuratũ fuit in leone quẽ occi-
derat Sanson: in cuiꝰ ore mel copiosum iuenit. qꝛ scꝫ illi q̃
sunt hodie crudeles ⁊ leonini/⁊ a Sansone. i. a Christo oc-
cisi spũalit et reprobati/melle tꝑalis opulẽtie pre ceterꝭ sũt
repleti. Uel dic ꝙ tale mel significat scias seculares: q̃ ma-
gis nocent aĩe q̃ꝫ valeãt: nisi forte senes. i. prudẽter eis vtẽ-
tes existant. Iste enim inflant decipiũt ⁊c̃. sicut supra. j. ad
Coꝝ. viij. Sciẽtia inflat ⁊c̃. Uel dic ꝙ mel significat dulce-
dinem adulationis: sub qua quandoq; latet venenum pro-
ditionis: que scilꝫ anime est nociua. Et ideo sicut scriptum
est Leui. ij. in sacrificio dei mel nullotiens ponebatur. in
quo adulationis fallacia ĩ oĩ diuino opere dãnabatur: qꝛ si-
cut dicitur Prouer. v. Fauus distillans labia meretricis:
et nitidius oleo guttur eius: nouissima vero illius amara
velut absynthiũ. Et nota si vis quomodo adulator dicitur
meretrix: que non querit nisi propriũ lucrũ. ¶ Mel multas 4
habet laudabiles proprietates: nã qꝛ de diuersis florũ sub-
stantijs cõponitur/satis verisimile est ꝙ varijs virtutibus
predotatur. Est igitur mel maxime dulcedinis cõtentiuũ/
aliqualis tñ acuminis effectiuũ/intestinorum pũgitiuum/
fecium ⁊ grossorum humorum incisiuũ ⁊ expulsiuum/vul-
nerum mundificatiuũ/mẽbrorum debilium confortatiuũ/
omnis amaritudinis tẽperatiuum/fluxus humorũ interce-
ptiuum/⁊ pororũ latitudinis ꝯstrictiuum/nature bene in-
stitute custoditiuũ/et nihilominus (vt dictũ est) mel est no-
ciuorũ humorum relaxatiuũ. cõtrarias enim habet quali-
tates: ⁊ ideo cõtrarias habet virtutes: ꝫm ꝙ inuenit mate-
rie ꝯtrarias diuersitates: sicut dicit Isaac in diet. vbi agit
de mellis cõditionibus ⁊ naturis. Ista oĩa possunt appli-
cari ⁊ dici de melle sacre sciẽtie ⁊ scripture: q̃ scilꝫ de diuer-
sis apũ floribus. i. de diuersis doctoꝝ ⁊ prophetarũ auctori-
tatibus est cõposita/⁊ ideo nõ mirum si cõtra infirmitates
diuersorum vitiorũ sit vtilis atq; sana. Cõtrarias em̃ videt
habere efficacias ⁊ virtutes: vt sic diuersorum hoĩm sanet
spirituales infirmitates. ⁊ ideo ista nunc dulcis/ nũc acuta
et pungitiua dicitur/eo ꝙ per promissiones ⁊ cõsolationes
dulcescat/et per cõminationes feriat atq; pungat. Igit di-
co ꝙ ista hꝫ dulcedinẽ/scꝫ consolando/veniam promitten-
do/⁊ ad celestia inuitando. Item ista habet puncturam et

acutiẽ: scz pctã arguendo / ⁊ penas tpales ⁊ ppetuas cõminãdo. Jaco.ij. Ex codẽ fonte pcedit dulcis ⁊ amara aqua. Ista ergo incidit hũores vitioꝝ per cõtritionẽ / expellit eos per confessionẽ / mundificat mentẽ per lachrymarum ablutionẽ / restaurat perditas virtutes per plenã satisfactionẽ / debiles et infirmos cõfortat per excitationẽ / amaritudinẽ tribulationum tẽperat per consolationẽ: fluxus humorũ.i. carnalitatem intercipit per cõtinentie iniunctionẽ: poros appetituum constringit per cordium et sensuum refrenationem / naturã sanã custodit per virtutum cõseruationem / noxios humores.i. malas affectiões eijcit per diuini timoris immissionẽ. Ad hec enim oia valet mel diuine scientie et scripture et spiritualis eruditionis et doctrine. Et ideo Dauid in psal. congaudendo dicebat ꝙ mandata dei sunt desiderabilia super aurum ⁊ lapidem preciosum multum / et dulciora super mel et fauum. Uel dic ꝙ mel põt significare bonum prelatũ / dulcem simul et acutũ / mitem pariter et seuerũ: qꝛ scilicet iste ad omnia predicta pficit / et tã verbis ꝙ̃ exẽplis alijs benefacit. Uel dic ꝙ mel est ipse Christus ⁊c̃. sicut supra. Uel dic ꝙ mel est gloria eterna: cuius dulcedo omnem amaritudinẽ superat et tẽperat / ⁊ omnes languores anime eijcit et sanat. Ecclesia.xxiiij. Spiritus meus super mel dulcis / ⁊ hereditas mea super mel ⁊ fauũ.

5 ¶ Fauus dicitur cera dũ adhuc est cũ melle: qui ſm Isid. dicitur a fouẽdo / eo ꝙ mel foueat / item qꝛ rõne mellis valde est lambentibus saporosus. Significat igitur predicatorẽ vel etiã verbũ eius: in quo dulcedo doctrine lãbitur: quãdo tamen placẽter ⁊ patiẽter audit̃: iuxta illud Canti. iiij. Fauus distillans labia tua: mel et lac sub lingua tua. Sed tam de melle ꝙ̃ de fauo vide supra de apibus in mul-

6 tis. §. sicut inuenies in tabula annotatum. ¶ Scdm Isid. apes fugunt superflua fauorũ suorũ: et dicitur ꝙ si hoc non facerent / corrũperentur / ⁊ aranea exinde generaretur / ipse vero apes postea morerent̃. Cauent igit̃ (vt ait idem) ⁊ sollicite custodiũt fauos suos / ne talis aranea inualescat. Oia alia que ponit hic magister de fauis / posita sunt supra de apib⁹ in locis suis. Sic vere si nos simus bone apes.i. viri iusti / necesse est ꝙ cũ oĩni sollertia caueamus ne in fauis.i. in bonis operibus nr̃is aranea.i. aliqđ vitiũ / vtpote inanis gloria vel aliud oriatur: propter qđ ipse fauus boni operis corrũpatur / et mors culpe sequat̃. Fit eñ ꝙ in bonis opib⁹ nr̃is inanis gloria faciliter gignitur / nisi superfluitas eorũ tollatur / et omnis vanitas caueatur. Nam vt dicit Gregorius: Ualde cauendũ est vitiũ quod ex victoria nascitur vitiorũ / scilz vana gloria / q̃ nascitur ex virtutibus. Uel dic ꝙ faui significant dicta scripturaꝝ: vbi pro certo aranea.i. intellectus hereticus faciliter se immiscet / nisi homo desup sedeat studendo ⁊ meditando ⁊ intelligendo: quia alias si aranea.i. heretic⁹ intellectus suboriri pmittit̃ / totus fauus scripture corrũpit̃ et mors culpe ⁊ pene male credẽtib⁹ re-

7 seruatur.iiij. Regũ.iiij. Mors in olla vir dei. ¶ De diuersis potibus qui fiunt ⁊ cõdiũtur ex melle / tractat hic magister: sicut est mulsum / medo / claretũ / pigmẽtũ / sed ipa moralizare inutile reputaui: excepto de oxymelle / de q̃ posui

8 que sequũtur. ¶ Oxymel est potus seu syrupus laxatiuus et dissolutiuus: qui pro eo oxymel dicitur / quia ex aceto et melle cõponitur. Acetũ eñ primo cũ herbis et radicibus diereticis diu bullitur ⁊ coquitur / ⁊ tandem addito melle defecato iterũ per decoctionem ad spissitudinẽ deducitur / ⁊ cũ albumine oui cũ aceto distemperato et cum oxymelle mixto tota ipsius oxymellis substantia depuratur: albumẽ eñ oẽs immunditias extrahit: et tandẽ pigmẽtarius cum penna ipsas extrahit: ⁊ sic oxymel ad medicinas custodit / et durat / ⁊ cõpactas materias cum ipo digerit ⁊ dissoluit. Talis medicina videt̃ esse bonus prelat⁹: qꝛ p certo in cõpositiõe ipi⁹ debẽt cõcurrere acetũ ⁊ mel.i. correctio ⁊ compassio: qꝛ scz aceto acris correctiõis debet mordicare ⁊ punire proteruos / melle vero dulcis cõpassiõis ⁊ cõsolatiõis debet cõfortare ⁊ delinire deuotos. Iste igitur debet decoqui per contritionem / debet purgari per confessionẽ / et debet aliorum vsibus reseruari p patientiam ⁊ durationem.

Capitulum.xix. de Cera.

1 Cera est fex mellis: intra cui⁹ substantiã liquor melleus ab apibus colligitur. ibidẽ tamẽ ſm Aristo.li. ix.c.xl. faciliter vitiatur et corrũpitur / nisi inde cũ diligẽtia separetur. Qui eñ vult mel in sua puritate seruare / debet ipsum a cere substãtia segregare. Per mel potest intelligi dulcedo intellectus moralis et spũalis: per cerã vero intelligitur ruditas intellectus litteralis ⁊ historialis. Quia p certo apes.i. sancti / mel spũalis doctrine i cera rudis ⁊ litteralis apparentie abscõderũt / et ipm ibi mirabiliter confecerunt. Uerũtamen mel doctrine nõ proficit neꝗ valet / ꝙ̃diu cera.i. litteralis ruditas ipm tenet. Cera igitur litteralis apparentie subtrahatur / vt mel spũalis intelligentie purum et nitidum habeat̃: iuxta illud Prouer.xxv. Aufer rubiginẽ de argento: et egrediet̃ vas purissimũ. Uel dic ꝙ cera significat feces inanis glorie / vel spem lucri temporalis et terrene substantie: in quibus scilz mel.i. sacre doctrine veritas aliquotiens est admixta: qꝛ scilz multi sunt qui mel doctrine et predicationis nõ habent nisi cũ cera.i. ex causa inanis glorie vel temporalis vtilitatis: ⁊ ab ipis nihil predicatur aut dicitur / quin cũ cera.i. cum spe lucri vel inanis glorie misceatur. Esa.j. Uinũ tuũ mixtum est aqua: argẽtũ tuum versum est in scoriã. Tale igitur mel.i. talis doctrina spũaliter corrũpitur / ⁊ ꝙ̃tum ad vtilitatem anime destruit̃ nisi a cere.i. ab inanis glorie ⁊ auaritie fecibus separetur. Uel dic ꝙ cera significat malã societatẽ / q̃ pro certo mel.i. bonos corrũpit et maculat / nisi exinde quis sollicite se subtrahat atꝗ tollat. Nũeri.xvj. Separamini a tabernaculis hominum impioꝝ. Hiere.xv. Si separaueris preciosum a vili / quasi os meũ eris. Uel dic ꝙ cera significat bona tpalia: q̃ scz mel.i. dulcedinẽ deuotiõis solẽt corrũpere / nisi hõ sciat alterũ ab altero / spũalia a tempalib⁹ segregare. Allega vt supra. ¶ Cera licet dicatur fex mellis / habet tamen hoc proprium ꝙ semp vult supernatare. cũ eñ alijs liquoribus fuerit mixta / et in aqua feruida liquefacta / nunꝗ solet fundũ petere / sed se sursum ad supficiem eleuare. Item cera faciliter est liquefactibilis / ⁊ scdm formã sigilli cui apponitur / in diuersas figuras cõuertibilis: vel si perseueret calefactio / ex toto fluxibilis ⁊ defectibilis. Igitur istud est verum ꝙ cere magis proficit frigus ꝙ̃ calor: quia scz in calore dissoluitur et perditur / in frigore vero coagulatur ⁊ seruatur. Per cerã potest intelligi vir peccator: q̃ ꝙ̃uis sit fex et sterquiliniũ alioꝝ / et ꝙ̃uis respectu mellis.i. respectu bonorum parum habeat efficacie vel ṽtutis / semp tamẽ vult per superbiã se erigere / et in gradu et statu alijs superesse. Habet eni partes acreas.i. ventositatẽ supbie / que ipsum erigit / ⁊ que mentẽ eius eleuat et extollit. Job.xj. Uir vanus in supbiam erigitur. Liquefactus eñ per mala desideria / nunꝗ vult fundũ humilitatis petere / sed magis supficiem vanitatis. Igitur talis per calorẽ cõcupiscentie et per feruorem prosperitatis et opulentie faciliter dissoluitur / ⁊ per mentis mollitiem totaliter eneruat̃ / et tunc in diuersas vitiorum formas cõuertitur / scdm ꝙ diuersis characterib⁹.i. diuersis tentationũ generibus informat̃ / et scdm ꝙ ad diuersa sigilla.i. ad diuersos malos hoies per imitationẽ applicat̃. psal. Factũ est cor meũ tanꝗ cera liquescẽs in medio ventris mei. Talibus ergo ceris liquefactibilib⁹ ⁊ debilibus et in peccata cõuertibilibus magis pficit frigus aduersitatis ꝙ̃ calor psperitatis: quia solet eos per tentationes dissoluere / frigus vero aduersitatis solet eos per timorem coagulare ⁊ recolligere / et a vitioꝝ fluxibus cohibere. Psal. Coagulatum est sicut lac cor eorum. Uel dic ꝙ cera est vir iustus: qui naturaliter sursum tẽdit per celestẽ affectionẽ: faciliter igne sancti spũs liquescit per deuotionem et dilectionem: et cito mollescit per clementiã ⁊ compassionem: et in diuersas bonas virtutũ formas transit per bonã cõuersationẽ et cõuersionem: ⁊ per aliorum sanctam imitationẽ / et per sigillorũ.i. per hoim bene formatoꝝ conformationẽ. ad Roma.viij. Conformes imaginis filij dei. ¶ Cera ꝙ̃to nouior ⁊ recẽtior / tanto albior / odoratior / dulcior et purior / et tanto ad suscipiendas diuersas formas est aptior / et in forma suscepta durabilior / et tanto etiã in medicinis est vtilior: sicut patet de cera virginea. Ualet ergo cera ad corporis medicamẽtũ / ad luminis nutrimentũ / ad scripture documentũ / et ad pannorũ lineoꝝ lenimentum / necnon ad sigilloꝝ formulas / et ad secretorũ tutamentum ⁊ velamentũ. Ista possunt applicari ad statum iuuẽtutis:

quia pro certo quãto cera.i.humana natura (que naturaliter est fragilis et cerea) est nouior ⁊ recentior (vt est in pueris et iuuenib⁹) tanto dꝫ esse albior ꝑ innocentiã/odoratior per fame redolentiã/dulcior per clementiã/purior per continentiam/⁊ in medicinis spũalib⁹ efficacior ꝑ vite ⁊ morũ sanctimoniã/necnõ ad suscipiendas impressiones bonorũ morũ/exemplorũ ⁊ documentoꝝ aptior ꝑ discipline obediẽtiam/et ad eas retinendũ durabilior per ꝑseuerantiã: quia in multis non durat innocẽtia nisi dũ noui sunt.i.iuuenes: teste Seneca. Quia breuiter istud est verũ/ꝙ cera ꝟginea et recens.i.persona iuuenis/virginalis et casta/ad omnia bona est habilis/⁊ ad oĩe bonũ magis ꝯuertibilis/ꝗ̃ antiqua. magis est etiam naturaliter innocens ⁊ mũda/⁊ ad virtutũ impressarũ custodiã magis apta: iuxta illđ: Quod noua testa capit/inueterata sapit. Et sic igitur talis erit vtilis ad alios medicandũ per predicationẽ/ad alios illuminandũ per honestã cõuersationẽ/ad alios leniendũ per clementiã ⁊ cõpassionẽ/ad scripturã recipendũ per docilitatꝫ dispositionẽ/et ad formas virtutũ in se suscipiẽdũ per imitationem/necnõ ad secreta claudendũ et sigillandũ ꝑ prudentiã et discretionẽ. Ad oĩa eñ ista valet cera virginea.i. persona virgo/pura et sancta. Vel dic totũ de virgine gloriosa/vel de qualibet virgine. Unde bene canitur de eadẽ. Sancta ⁊ immaculata virginitas/quibus te laudibus efferam nescio. Et Sapien.iiij. O ꝗ̃ pulchra est casta generatio cũ claritate. ¶ Cera valet ad luminis nutrimentũ: ⁊ ideo cera seruit dei templis ⁊ aris/⁊ dñorũ cameris ⁊ mensis: ⁊ ideo a cera dicũtur cerimonie.i.obseruãtie temploꝝ/ cereophori.i.portitores luminũ ⁊ cereoꝝ/⁊ primicerij in curijs dñorũ. De cera etiã induũtur tabule/vt ibi fiant linee vel scripture. Pãnos etiã lineos cũ cera imbuũt ⁊ liniũt/⁊ sic quicquid intus est/ab aque periculo custodiunt. Aqua eñ pannos cereatos nõ penetrat: qꝛ cera humida fugit et frigida: siccis vero et calidis se associat: ⁊ eis adherẽdo se coniungit ⁊ ligat. Charissimi per cerã significatur diuina gratia: quã scilꝫ in alueari cordis nostri apis.i.beata virgo ꝓcurat. Ista est eñ que nutrit lumen bonoꝝ exemploꝝ: et sic causat splendorẽ in tẽplis hoim ⁊ deoꝝ. Tandiu eñ lux honeste vite ⁊ scientie in nobis splendet/ꝗ̃diu cera diuine gratie ignẽ charitatis nutrit ⁊ promouet. psal. Accedite ad eum/⁊ illuminamini. Quia scꝫ ille qui accedit per grãm/ illuminat per scientiã. Itẽ ista cera diuine gratie mediante/ tabulas cordis nr̃i diuinis mandatis describim⁹: et ibi illa q̃ ad salutem ꝑtinent/per memoriã exaram⁹. Prouer. vij. Liga legẽ in digitis tuis: et scribe eam in tabulis cordis tui. Item si pãnos interiorũ affectionũ ista cera liniemus/tunc aquã ꝓsperitatis mũdane et fluxũ carnalitatꝫ humane interius non timemus: qꝛ pro certo mens illa taliũ aquarũ diluuijs nõ submergitur/que cera diuĩe grẽ perlinit: et merces virtutũ tandiu sunt sine periculo/ꝗ̃diu inuolute sunt in cereo pãniculo.i.in diuine grẽ tabernaculo. Esa.xxxiiij. Cum transieris ꝑ aquas/tecũ ero: et flumina non operient te. ¶ Cera nũꝗ̃ adheret humidis/sed tenaciter adheret siccis: ipsam eñ indurant humida/sed eam mollificant sicca ⁊ calida. Sic vere debet esse de cera.i.de fluxibili mente nostra: qꝛ pro certo ista nunꝗ̃ debet humidis.i.delicijs carnalibus adherere: cũ siccis vero.i. cũ penitentijs et abstinẽtijs debet efficaciter se tenere: quia scꝫ mens viri iusti carnalitates odit ⁊ refugit: ⁊ cum ipsis nullatenus se coniungit: tribulationes vero et paupertates ⁊ alias siccitates amat et diligit: et cum eis se copulat ⁊ cõnectit: qꝛ procul dubio ista est q̃ a calore tribulationũ mollitur ⁊ resoluitur/ab humore vero deliciarum duratur/obstinatur ⁊ peruertitur. tribulatio eñ mollit mentẽ per contritionem: prosperitas vero et carnalitas ipsam durat per obstinationem. Psal. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini. Montes eni sunt corda tumida ⁊ superba: que tũc temporis solent per cõtritionem fluere/ quando dominus ipsa solet tribulatiõib⁹ calefacere. Michee.j. Montes cõsumẽtur subt⁹ eũ: ⁊ valles scindent̃ sicut cera a facie ignis. ¶ Cereolus diminutiue a cereo est dict⁹: et est cereus cãdela longa de cera facta/a lato in strictum pyramidaliter ordinata/⁊ ad illuminandũ et tenebras nocturnas fugandum principaliter instituta. Ad ipsius ergo cõpositionem tria concurrũt/q̃ ipsum cõstituũt et cõponũt: scꝫ ellychniũ vel filũ stupeũ/quod est ꝓpriũ cerei fundamentũ: cera qua inuoluitur/que est propriũ luminis nutrimentũ: ignis quo accenditur/qui est ꝓpriũ cerei complementũ. Sic igit̃ formatus cereus super candelabrũ cõstituitur/ et ad lucẽdũ super aut circa altaria vel etiam mensas collocatur. Talis cereus est Christus: qui scꝫ perseuerãdo fuit longus: et semꝑ ꝗ̃to plus durauit ⁊ vixit/ fuit ꝑ abstinentiã ⁊ penitẽtiam coarctat⁹. Iste eñ tres habuit partes seu substãtias que ipm cõposuerunt: scꝫ ellychniũ interius: hoc est aĩam/ que interius latitabat: cerã exteriorẽ: hoc est carnẽ/q̃ circũstabat: ignẽ superiorẽ: hoc est diuinitatem: q̃ vtrꝗ̃ se cõiũgebat/et se corpori et aĩe copulabat. Iste igitur sic formatus/in candelabro ecclesie collocatur/et ad illuminãdum seculũ corã omnib⁹ ordinat̃: quia sicut scriptũ est: Lucerna non ponitur sub modio/sed suꝑ candelabrũ/vt luceat oĩb⁹ qui in domo sunt. Vel dic ꝙ cereus est vir iustus: qui scꝫ est per cõtẽplationẽ erectus/per iustitiã rectus: per simplicitatem planus: per perseuerantiã longus: ꝑ charitatem inferius latus: per abstinentiã in fine strictus: per prudentiam moderatus: per scientiã illuminatus: et ad illuminandum alios preparatus: ex triplici substãtia/scꝫ spe fide ⁊ charitate moraliter compositus et formatus: quia scꝫ in cereo.i.in viro iusto debet esse ellychniũ.i.fides q̃ est occultior: et est ipsius fundamentũ. cera que suꝑnatat.i. spes/q̃ est apparentior: et est ipsius indumentũ. ignis.i.charitas/q̃ est perfectior: et est ipsius moralis hominis cõplemẽtũ. Sic ergo formatus et compositus cereus dignus est benedici/ thure orationis incensari/cruce signari/et in aqua baptismatꝫ .i.in lachrymarum lauacro balneari/necnõ in candelabro alti regis collocari/et ad lumẽ exemplorũ et documentoꝝ prebendũ oĩbus deputari. Matth.v. Uos estis lux mũdi. Esaie.xlix. Dedi te in lucem gentiũ/ vt sis salus mea vsꝗ̃ in extremum terre.

Capitulum.xx. de Lacte.

[1] Lac est liquor dulcis et candidus/ in mamillis animaliũ actione caloris ex sanguine genit⁹/⁊ ex glandularũ albedine dealbatus/ibidẽ digestus atꝗ̃ decoctus/et pro nutriẽdo fetu in dulcedinẽ cõmutatus. Cibus eñ oĩm aĩaliũ nihil est nisi dulce ⁊ valde digestũ: vt dicit Aristo. Et ideo natura postꝗ̃ fetũ qui in vtero per vmbilicũ nutriri solebat sanguine menstruali/exterius in lucẽ peperit et ꝓduxit/ ꝓ ei⁹ nutrimẽto lac ordinat et cõponit/⁊ in mamillarũ glandulis ipsum ponit. Per lac potest intelligi scientia ⁊ doctrĩa/ seu verbum lacteũ ⁊ ꝓficuũ ad salutem: quia scꝫ in mamillis.i.in predicatoribus et doctoribus digeritur ⁊ decoquitur/cõponitur et disponitur/et pro nutrimẽto aĩarũ ⁊ spiritali refectione auditoꝝ exterius distillatur. Fetus eñ.i.infirmus homo qui in vtero carnalitatis mẽstruo vitioꝝ fuerat enutrit⁹/ postꝗ̃ in gratiam per penitentiã est parturitus et natus/ et ab vmbilico pctĩ originalis separatus/necesse habet lacte doctrine nutriri/vt sic possit in ꝟtutib⁹ ꝓficere ⁊ augeri. Eccli.xxxix. Initiũ necessarie rei vite hominũ lac et sal ⁊ panis similagineus. Igitur tale lac.i.lacteũ documentũ et verbũ/debet habere candorem castitatis/ calorem charitatis/dulcorẽ benignitatis/decorẽ honestatis/et digestionẽ deliberate maturitatis: iuxta illud Psal. Eloquia dñi eloquia casta: argentũ igne examinatũ: ꝓbatum terre/purgatum septuplũ. ¶ [2] Lac primo est sanguis menstrualis et vilis: verũtamẽ quia sanguis ille ꝑ mamillas que albe et glandulose sunt / colatur / ideo de sua carnea rubedine in lacteã albedinẽ ꝯmutatur. Sic vere dato ꝙ res de qua agitur/sit menstrualis.i.fetida et inhonesta ⁊ vilis/nihilomin⁹ tamẽ quãdo per mamillas et per glãdulas albas.i.per labia honesta et casta transit / tũc formam albam induit/et per honesta verba inde procedit et transit: quia scilꝫ non est res ita inhonesta/quin honeste ab honestis hominib⁹ possit dici: et nihil ita rubeũ quin possit in ore honestorũ hominũ candidari: quia scꝫ iusti sciunt de rebus immũdis mũda verba formare/et naturalẽ immũditiã quadã verbali pulchritudine palliare / et in candorem lacteũ cõmutare. Canti.iiij. Fauus distillans labia tua: mel et lac sub lingua tua. ¶ [3] Nullum aĩal ouans vt cõiter habet lac. volatilia etiã lacte carent: excepto tamẽ vesper-

tillone. Masculorũ etiã animaliũ mamille vt cõmuniter lac non habent: quinimmo etiã mãmas homo solus e maribus habet: sicut dicit Pli. li. xj. c. xxxix. Per lac potest intelligi dulcedo gratie/clemẽtie et doctrine: quia pro certo tria inueniũtur genera personarũ q̃ tale lac nõ cõsueuerũt habere/nec se nec alios tali dulcedine refouere. Primi sũt aues et volatilia. i. viri sup͂bi ꝛ eminentes. Scd̃i sunt ouãtes. i. diuites et auari: q̃ scȝ ouis diuitiarũ sunt pleni. Tertij sũt masculi. i. viri carnales ꝛ luxuriosi/ generatiõis operibus assueti: quia procul dubio luxuriosi ꝛ carnales/ auari seu diuites temporales/superbi volatiles ꝛ inanes/lacte gratie/clementie et doctrine nõ abundant/nec alios dulcificant aut humectãt. Uel dic ꝙ masculi et volatiles significant illos qui statu et gradu sunt altiores/scȝ mundi diuites/nobiles clericos et potentes. Femine vero significant infirmos/simplices/pauperes/ꝛ impotentes: quia ꝓ certo hodie isti masculi et volucres pennate. i. isti maiores prelati et ditiores/non habent lac scientie et doctrine: quia scȝ nesciũt predicare/ vel nolunt. Femine vero. i. simpliciores magis solent lacte doctrine/scientie et elemosyne abũdare/et alios temp͂aliter et sp̃ualiter lauti⁹ educare. j. Regũ

4 vj. Acceperũt duas vacas que lactabant vitulos. ¶ Cũ lac indurescit ĩ mamillis/pessimã generat passionem/ nec sanatur quousq; mollescat et stillet. Sic vere cum lac mĩe coagulatur ĩ mamilla cordis/vtpote quãdo homo ad pauperes et miseros induratur/et lac bonorũ suorũ temp͂aliũ constrictione auaritie emittere ꝓhibetur/tunc dolor tristitie et sollicitudinis in eo gignit᷑: qui tandiu ꝑseuerat / quousq; auaritie durities molliatur. Constat eñ ꝙ auari diuites semp͂ sunt in dolore: et vt acquirant seu perdant diuitias/semp͂ sunt in sollicitudine et timore. Uñ Job. xx. de diuite dr̃: Cũ satiatus fuerit/arctabit᷑: ꝛ estuabit/et oĩs dolor

5 irruet in eũ. ¶ Nullũ aĩal vt cõiter habet lac ante ꝯceptũ ꝛ partũ/preter capras: q̃ ꝺm Aristo. in aliq̃b⁹ regionib⁹ habent lac sine ĩpregnatione ꝛ partu. Sic vere generale est ꝙ null⁹ homo habet lac sane doctrine/nisi p̃io habeat partũ boni operis et gr̃e: qꝛ vcȝ part⁹ boni op͂is debet precedere/ anteq̃ lac bone doctrine possit exteri⁹ apparere: iuxta illd̃ Act. j. Cepit Jesus facere ꝛ docere. Istud tamen fallit in capris. i. in hypocritis hispidis et fictis: qui scilicet quãdoq; lac sane doctrine diffundũt/et tamen constat ꝙ nunq̃ per gratiam impregnãtur/et ideo nec per bona opera pariunt. Unde talis potest dicere illud Esa. lxvj. Qui alios parere facio/ipse non pariam. Uide titu. de capra. §. vj. supra lib. x.

6 ¶ Multitudo lactis nocet lactantibus/ nisi fuerit qui sugat: si eñ plus debito retinetur/morbus non modicus generatur. Sic vere multitudo substantie tẽporalis nocet diuitibus: qꝛ ꝓ certo nisi affuerint paup͂es qui ꝑ elemosynas ip̃m sugant/passiões vitiorũ protin⁹ appropinquãt: qꝛ scȝ si lac diuitiarũ pl⁹ debito retinet᷑/tũc tumor sup͂bie/durities auaritie/dolor tristitie ꝛ finaliter sanies luxurie in homine producitur et creatur. Eccl's. v. Diuitie ꝯgregate in malũ

7 dñi sui. ¶ In lacte ĩueniũtur tres substãtie inter se ꝯtrarie et distincte: scȝ vnctuositas/butyrositas/caseitas et serositas. Butyrosa enim substãtia calida est et humida: et ideo mollificatiua. Caseitas autem frigida est et grossa: et ideo opilatiua. Cerositas vero acetosa est ꝛ acuta: et ideo subtiliatiua et mũdificatiua. Igitur lac in suis tribus substantijs temperatum/est grossorũ humoꝝ incisiuum: viscerum lauatiuũ: intestinorum mordicatiuũ: ventris solutiuũ: feciũ expulsiuũ: opilationis splenis apertiuũ: hydropisis curatiuum: carnis augmentatiuum: ꝛ pulchritudinis in corpore causatiuũ. Tale lac põt significare doctrinã sacre scripture: q̃ ꝓ certo q̃uis sit vna/tres tñ habet substãtias seu partes. habet eñ vnctuositatẽ promissoꝝ: habet serositatẽ seu acredinẽ cõminatiõis tormẽtorũ: hȝ etiã caseitatẽ. i. grossitiẽ historiarũ et documẽtoꝝ. Cõstat eñ ꝙ tota intẽtio scripturarũ in his tribus versatur: aut eñ promittit/cõsolatur et lenit: aut etiã incidit/increpat/cõminatur et arguit: aut insuper nutrit sp̃ualiter et instruit: iuxta illud. ij. ad Timo. iiij. Argue/obsecra/increpa in omni patientia et doctria. Igitur dico ꝙ lac sacre scripture et doctrine habet incidere per contritionẽ/ lauare mentis intestina per lachrymosam compũctionẽ/mordicare per vitiorũ recordationẽ/soluere et expellere per confessionẽ/ opilationẽ duri cordis. i. obstinationem mentis aperire per plenã ad deum ꝯuersionem/carnes etiã. i. virtutũ substãtiam reparare ꝛ augmentare per morũ vegetationẽ/et pulchritudinem cõuersationis causare per honestoꝝ operũ compositionẽ ꝛ ordinationem. Et ideo de aĩabus que tali lacte imbute fuerint atq; lote/dicitur Canti. v. ꝙ ipse sunt sicut columbe/q̃ sunt sup͂ riuos aquarũ/que lacte sunt lote/et resident super fluenta plenissima. Uel dic ꝙ lac significat dulcedinem pietatis: que scȝ tres precipuas habet partes/inquãtũ scȝ homo miseretur sibi/amico/ꝛ inimico: que scȝ cooperatur ad omnia supradicta: quia ꝺm Apl'm. j. ad Timo. iiij. Pietas ad oĩa valet. ¶ Lac non solet corpori proficere/nisi mundatũ fuerit et purgatũ/et nisi tẽpus fuerit opportunũ. si enim lac a corpore nõ mũdato sumitur/faciliter ĩ humores corruptos quos inuenit conuertitur/et in fumos cholericos resoluit᷑/ et in phlegma putridũ cõmutatur: solet etiã dolorem capitis causare: calorem febrilẽ inflãmare: et acetositatẽ in stomacho generare. Lac igitur comedere nõ ꝯuenit/nisi fuerit corpus vacuũ et ieiunum/et a malis humoribus liberũ atq; mundum: ꝺm Isaac in dietis. Per lac potest intelligi potus scientie et prosperitatis secularis: quo scȝ lactantur a diabolo peccatores. Osee. ij. Ego lactabo eam / et ducã in solitudinem. Quia pro certo tale lac non est vtile nisi personis que sunt vitijs vacue et ieiune/et ab omni feculentia vitiorũ depurate. Nam si ille qui tale lac bibit / corruptis humoribus sit rep͂let⁹/tunc non ꝓficit/immo nocet. generat eñ phlegma putridũ luxurie: fumos cholericos superbie: calorem febrilem auaritie: dolorem tristitie et inuidie. Et breuiter istud est verum ꝙ lac ꝓsperitatis et sapientie mundane valde solet malis esse nociuũ et infirmatiuum/ꝛ multorũ criminũ inductiuũ. et sic loquitur Apostolus: qui dicit ad Hebre. v. ꝙ omnis qui lactis est particeps/expers est sermonũ iustitie. Uel dic generaliter ꝙ lac predicationis et doctrine non est dandũ nisi ieiunis. i. animis feruentibus et auidis/ad recipiendũ sitientibus et paratis/ꝛ non fastidientib⁹ et indignis: quia scȝ istud solet ꝓficere bonis viris/nocere vero derisorib⁹/fastidiẽtib⁹ atq; vanis. Prouer. xxvij. Anima saturata calcabit fauũ. Et ideo bene dr̃ Matth. xv. ꝙ non est bonũ sumere panẽ filiorũ / et mittere

9 canibus. ¶ Nullum lac est ita bonũ ꝛ temperatũ/sicut femineũ. natura eñ lactis variatur ꝺm naturam cõplexiõis et nutrimẽti. et qꝛ natura humana est cõplexiõis purioris ꝛ temperatioris: nutritur etiam cibis substantie dulcioris: ideo tale lac est naturaliter efficacie melioris. Talis femina significat virginẽ gloriosam: de qua scȝ scriptũ est Hier. xxxj. Femina circũdabit virum. Per lac vero intelligit clementia sue mĩe dulcissime: quia pro certo non est dare aliquod lac. i. aliquã mĩaȝ ita dulcem/ sicut est huiusmodi femine benedicte. quod vtiq; facit hũanitas quã in ea Christus suscepit: et suauitas quã in pascuis eterne glorie sursum cũ angelis recipit et recepit. Ideo ipsa est que dicit.

10 Eccli. xxiiij. Spũs meus super mel dulcis. ¶ Lac corruptũ vel pl⁹ debito sumptũ/varias generat passiões/ꝛ maxime in pueris qui de eo nutriũtur. Sic vere sciẽtia corrupta heretica ꝛ dãnata/vel etiã adulatio vel eloquentia lactea/ꝛ mala intentione infecta solet potatores. i. auditores suos ꝑ errores corrũpere/ꝛ in ipsis multos vitioꝝ morbos diuersimode generare. j. ad Corin. v. Corrũpũt bonos mores colloq̃a praua. ¶ Lac est liquor dulcissim⁹/ albissim⁹/ ꝛ ad nutriẽdũ corp⁹ aptissim⁹. Sic vere gl̃ia eterna habet dulcorẽ suauitatis/cãdorẽ claritatis/valorẽ eternitatis/et nutribilitatẽ ꝑpetue voluptatis. Johe. iij. Colles fluẽt lac ꝛ mel. ¶ Alique sunt lactis species q̃ plus debito potate in stomacho coagulant᷑/sicut est lac caprinũ: ꝛ sic coagulate aliqñ infirmitatẽ inducũt. Sic vere q̃nq; fit ꝙ lacteum ꝛ mulcebre v̾bũ auditũ in coagulũ male retentiõis ꝯuertit᷑: de quo tandẽ vitia plurima generant᷑ ꝛc. Sufficit de lacte in genere. vide supra de mamilla: de puero/de aĩalib⁹ ꝛ in alijs silib⁹ titulis. ¶ Asine pregnãtes cõtinuo lactescunt: ꝛ pulli tñ si in primo biduo quo nati sunt/lac maternũ biberint/letale est: sicut dicit Pli. lib. xj. c. xlj. Istud etiã lac creditur cutẽ extẽdere/ꝛ candorẽ ꝛ pulchritudinẽ generare. Unde Põpeia cõiunx neronis quĩgẽtas asinas ꝑ loca oĩa secum

ducebat/et se in lacte earū quotidie balneabat: vt dicit idē ibidem. Asine possunt significare iuuenes predicatores: q̄ scꝫ continuo ꝙ sunt pregnātes.i.cōtinuo ꝙ aliqd de sciētia cōcepisse se credūt/statim lactescere.i.predicare volūt: lac tamē.i.doctrina taliū est inutilis: quapropter pulli.i.auditores aliquādo per pctm̄ pereūt/dū id bibunt: inquātū scꝫ tales qn̄qꝫ in suis p̄dicationibꝰ fatua verba dicūt: ⁊ inquātum cutem extēdere.i.auditoribus placere querūt. Istud est ergo lac de quo dicit ad Hebreo.v.ꝙ oīs qui lactis est particeps/expers est sermonū iustitie. Vel dic ꝙ lac asinarum sunt verba carnalia/vel etiam delicie carnales/q̄ pullis.i.simplicibus sunt periculose ⁊c. Expone. ¶ Quedam sunt aīalia que longo tēpore lactāt pullos / sicut equa: alia que statim post sex menses arcēt eos /sicut asina: quia scꝫ ista grauari dicit in lactando: ꝭm Pli.ibidem.c.xl. Sic ꝟe inter parentes.i.inter prelatos quidā sunt puri ⁊ boni: q̄ scꝫ longo tēpore volūt pullos.i.subditos tēporaliter et spūaliter lactare/et lacte doctrine et elemosyne enutrire. Alij ꝟo sunt mali et impij: qui de lactatione subditorū nō curant/ sed ipsos despiciunt atqꝫ fugant: et lac doctrine et temporalis substātie ipis denegāt atqꝫ vetāt. Luce.xxiij. Ubera que non lactauerunt.

Capitulum.xxj.de Butyro.

Butyrū est flos lactis: qui scꝫ dum lac bullierit/ et post aliquātulū refrigeratū fuerit/ in supficie per modum cuiusdā tele recolligitur/ et in vase mūdo repositum/atqꝫ tritum ⁊ salitū/ad cibum et medicinā seruat. Est igitur butyrū vnctuosa lactis substantia/naturaliter calida et humida/ hūane cōplexiōi vicina/corporis humectatiua/ apostematū remollitiua/pectoris mūdificatiua/venenis ꝯtrariatiua/ morsure renū et intestinoꝝ mitigatiua/neruorū contractorū relaxatiua: sicut ꝑ oīa dicit Isaac in dietis. Scđꝫ etiā Auicēnam/cōtra venenū interius sumptū singulare remediū est butyrū in lacte resolutū/ in magna q̄ꝫtitate bibitū: ⁊ hoc qꝛ sua vnctuositate poros habet opilare et claudere: et sic venenū nō permittit ad cor transire. Venenū etiā habet ad se attrahere/et ipsum per vomitū expellere. Tale butyrū videtur esse mīa saluatoris: quā scꝫ de lacte sue grē recipimꝰ et haurimus. miam em̄ dn̄i quādo cū bullitione charitatis ipam extrahimꝰ/et sal discretiōis adiūgimꝰ/ ad oīa necessariā inuenimus ⁊ sentimꝰ: quia pro certo ista solet corpus mentis humectare ꝑ deuotionē/apostema supbie mollificare per hūilem subiectionē/pectus et cor mūdificare per cōfessionē/neruos cōtractos.i.virtutē perditā relaxare ad bonā opatione: et sic morsurā intestinoꝝ.i.remorsum cōscientie tollere per oīmodam satisfactionē/et venenis vitioꝝ obuiare per sue vnctuositatis.i. per sue gratie repletionē: qꝛ ꝓcul dubio si quis venenū pcti mortalis per tentationē hauserit/⁊ in se ꝑ malā cōplacentiā receperit/ statim debet ad butyrū diuine mīe per orationem recurrere / ipmqꝫ per feruorē contritionis resoluere/et cum lacte.i. cum consideratiōe lactee diuine sciētie recipe: et sic ꝓ certo pori et vie affectionū claudent/ita ꝙ venenū tentationū ad cor ꝑ consensum nullatenꝰ deferet. Vel dic ꝙ butyrū significat charitatē/vel etiā pietatē: qua qui inūctꝰ fuerit/ venenū tentatiōis vitabit/et vitiorū infirmitates curabit. Esa.vij. Butyrum ⁊ mel comedet/vt sciat reprobare malum/et eligere bonum.

Capitulum.xxij.de Caseo.

Caseus est quasi fex lactis. Grossior em̄ materia lactis: illa scꝫ pars q̄ frigida est et sicca: in caseū cōuertit/qui ꝭm Isido. a carēdo: ꝭm Hug. vero a cadendo caseus nūcupatur: ꝓ eo scꝫ ꝙ tandiu premitur/ quousqꝫ sero ⁊ hūiditate careat: et ꝓ eo ꝙ dum premit/ faciliter inter manus collabit et cadit. Fit ergo caseus de fluxibili lactis substātia: que pre virtute caloris coagulatur: tādē in fiscella seu in formula pressa inter manus induratur/et sic in caseū transformatur: q̄ scꝫ q̄ꝫto recentior/ tanto melior: ⁊ q̄ꝫto antiquior ⁊ siccior/tanto deterior ad sanitatē corporis iuenitur. Talis caseus est hō. Cōstat em̄ ꝙ iste de lacte.i.de sanguine lacteo ꝯpingitur in corpore/⁊ sicut in fiscella coagulatur et format in ventre: et iste ꝓcul dubio a carendo ⁊ a cadendo dicit/eo scꝫ ꝙ virtutibus careat: cū sit naturaliter filius ire: et eo ꝙ per mortē pressus/a vita cadere compellat. Job.x. Sicut caseum me coagulasti: pelle et carnibus vestisti me. Iste igitur q̄ꝫdiu recentior est et iunior/ tādiu est vt cōiter sanctior atqꝫ melior: qꝛ hodie ad hoc delapsa est hūana natura/ ꝙ q̄ꝫto homo amplius antiquat/ tanto in vitijs indurat/ ⁊ deterior in oībus inuenit. Ideo dicit Bern̄. in med. Cur inquit tāto desiderio appetimꝰ vitā istā: in qua q̄ꝫto plus viuimꝰ/tāto plꝰ peccamus? ¶ Caseus nimis antiquꝰ ad comedendū non est congruus/sed nociuus: difficiliter em̄ digerit/ et opilationes inducere cōprobatur. Recens vero et lacti vicinus melior est/et maxie si fuerit sine sale. Salsedo em̄ qn̄ excedit in caseo/siccitatē ipsiꝰ augmentat/ ⁊ sic comedentē(vt predictū est)magis grauat. Cū ergo oīs caseus malus sit/ ꝭm Isaac/antiquꝰ tn̄ deterior est q̄ꝫ recens: ⁊ salsus periculosior q̄ꝫ dulcis. Ad hoc ergo solum caseꝰ ꝓficit: quia sumptꝰ post prandiū/suo pondere cibum premit/et ad locū digestionis descēdere ipm cogit. Sic vere dato ꝙ oīs caseus (qui a cadendo dicit/ vt dictum est).i.oīs peccator malus sit/illi tamē qui sunt in etate ⁊ vitijs antiquati/sunt vt cōiter magis mali. illi etiā qui minꝰ sunt salsi.i. qui minꝰ presumūt se habere de sale sapiētie/ sunt vt cōiter meliores q̄ꝫ illi qui se reputāt doctiores: qꝛ gn̄aliter inter malos minus mali sunt recentes/ q̄ꝫ veteres: iuuenes q̄ꝫ senes: et illi q̄ se reputant inscientes/ q̄ꝫ illi qui se extimant sapiētes. Ideo bene dicit Job.xiij. Utinā taceretis/vt putaremini esse sapiētes. Et Prouer.iij.dr. Ne sis sapiēs apud temetipsum. Igitur tales mali ad hoc solū boni sunt/qꝛ sunt ad exercitium alioꝝ vtiles. pondere eni tribulationū quas inferunt/ faciunt bonos cibos.i.bonos viros ad locū decoctionis ⁊ digestionis.i.cōuersionis/scꝫ ad fundū humilitatis descēdere/⁊ sic solent ꝑ accidens salutis ipsorū causa esse: qꝛ ꝭm Grego. Utilitati bonoꝝ militat nequitia reproboꝝ. ¶ Caseus cōtrariat veneno: ꝭm Diosc. Vn̄ si caseus recēs supra morsum canis rabidi vel serpentis apponat/venenū ad se attrahit. Patet: qꝛ cādor eius in nigredinē cōmutat. Igit valet caseus cōtra morsus canū/et apostemata venenosa/ et hoc vel suppositus vel comestꝰ. Istud pōt applicari cōtra quosdā malos iudices vel p̄latos: qui scilꝫ dū alios bonos faciūt/seipsos corrūpunt ⁊ inficiūt. Nā quādo cōtigit aliquod mēbrū.i.aliquē subditū esse aliquo crimine venenoso deprauatū ⁊ morsum/ isti pro certo statim volūt se ad corrigendū ⁊ puniēdū apponere/⁊ se ad examinandū negotiū applicare: et sic fit ꝙ ab alijs sua correctione venenū pcti tollūt: sed qꝛ zelo auaritie nō iustitie hoc faciunt: ideo alijs liberatis nigri ⁊ pctōres fiunt. Vel hoc pōt dici de illis qui iustificāt impiū ꝓ muneribꝰ: qui scꝫ dū aliū liberāt/se occidunt: et dū illū immunē iudicāt/pctm̄ suū in se recipiūt et trāsfundūt: exemplo giezi.iiij. Regū.v. qui a leproso curato salariū accepit: et ideo lepram eiꝰ in se ⁊ suos ipso liberato recepit. Ideo bene dicit Esa.v. Ve qui iustificatis impiū pro muneribus: et iustitiā iusti aufertis ab eo.

Capitulum.xxiij.de Coagulo.

Coagulū est lac in quorūdā aīaliū stomacho inspissatū: cuiꝰ ꝟtute lac aliorū aīaliū coagulat: ⁊ lactis caseitas a serosa substantia sequestratur. Aīalia ei ruminātia q̄ꝫdiu lactāt/habēt coagulum: qđ de eoꝝ stomacho extrahit/ ⁊ sale admixto ad fumū suspendit ⁊ siccatur/et eiꝰ modica portiōe/lactis tepidi magna q̄ꝫtitas coagulat. Unde ꝭm Aristo. qđ facit semē masculi in infantis gn̄atione/hoc facit coagulū in lactis coagulatione/et casei factione: qꝛ sicut per semen masculi sanguis mēstruus ⁊ semē femine indurant/ ⁊ i carnis substātiā cōmutant: sic ꝑ coagulū lac fluxibile ꝯpingit ⁊ in grossiorē substātiā cōmutat. qđ bene viderat Job: q̄ dicebat: Job.x. Nōne sicut lac mulsisti me/ ⁊ sicut caseū me coagulasti: ⁊c. Per coagulū pōt itelligi sapiētia/ p̄dicatio ⁊ doctrina: que scꝫ in stomacho.i.in corde ⁊ interiori ꝯsciētia aīaliū ruminātiū et lactātiū.i.ipoꝝ doctoꝝ et sctōrū reperit: qui scꝫ per studiū ⁊ inuestigationē ruminauerūt/⁊ ab vberibꝰ sacre scripture matris sue lac sapiētie extraxerūt: sicut scꝫ fuerūt Augustinꝰ/Paulus/⁊ alij sancti doctores. Talis em̄ doctrina sanctoꝝ proprie coagulū dr / quia scilꝫ virtute ipsius etiā lac alioꝝ aīaliū.i.sapiētia philosophoꝝ coagulat/⁊ in diuine sapiētie coagulū cōmutat: inquātū.s. ꝑ expositiones sctōꝝ ad edificationē eccłie applicat. Ta-

lis eñ sanctoꝝ doctrina potest dici coagulũ atq; semẽ/qd scꝫ lac et scientias poetarũ ⁊ philosophoꝝ ĩ vtilitatẽ ecclesie habet cõuertere/⁊ exinde caseos facere.i.fideles in gratiam generare.Uel dic ꝙ lac est fluxibilis affectio pctoꝝ: que scꝫ per coagulũ grẽ vel doctrine durat/⁊ in stabilitatẽ cõstantie cõmutat. Sapiẽ.vij. Decẽ mensiũ spatio coagulatus sum caro. Uel dic ꝙ istud coagulum significat mala verba et mollia vetularũ:que scꝫ lac.i.lacteã ⁊ benignã affectionẽ iuuẽculaꝝ solent coagulare ⁊ ꝯuertere/⁊ a puritate sui ꝓpositi immutare. Quod etiã de quibuscũq; verbis adulatorijs et blandiẽtibus/ et maxime luxuriosis sermonibus potest dici/ qui scꝫ mentes auditorum coagulant/et eos in malũ cõuertunt et mutant. Psal. Coagulatũ est si-

2 cut lac cor eorũ. ¶ Nõ inuenit coagulũ in aliquo aĩali nisi sugente et ruminãte. Sic vere sciẽtia nõ inuenit nisi in studente. Qui enim a mamillis scripture lac sapientie nõ suxerit/et per studiũ et recordationẽ non ruminauerit/coagulum doctrine et scientie non habebit. Uel dic ꝙ coagulum est diuina gratia:que scꝫ non inuenitur nisi in illis qui per cõsiderationẽ mortis/iudicij ⁊ inferni/ruminare/ ⁊ per deuotionẽ sugere dinoscũtur. Johel.ij. Congregate paruulos

3 ⁊ sugentes vbera. ¶ Inter omnia aĩalia que dentes habẽt in vtraq; mandibula/sole lepores habent coagulũ:sicut dicit Plin. Sic vere inter aĩalia spũalia et intelligibilia illi soli possunt coagulum diuine grẽ habere/qui lepores.i.fugitiui occasionũ malarũ student esse:q2 ꝓ certo vir imperfectus nisi efficiatur lepus/et nisi fugiat morsus et latrat⁹ canũ.i.tentationũ/⁊ nisi vitet impetus malarũ occasionũ/ nunq̃ poterit habere coagulũ diuine gratie ⁊ spũalis consolationis. ideo Canti.iiij. dicitur: Fuge dilecte mi:similis

4 esto capree hinnuloq; ceruoꝝ. ¶ Alique herbe habẽt vim coagulatiuã: sicut patet de flore illi⁹ herbe q̃ vulgo dr cardoneta. Lac etiã ficuũ aliud lac solet coagulare:nã qñ lana lacte ficuũ intingit/ ⁊ tãdẽ illa siccata modico lacte ĩbuit/ si illud lac ĩ alio lacte ponit/coagulari ꝓcul dubio ꝯprobat. Lana in scriptura significat ꝯuersationẽ exteriorẽ: q̃.s. mores interiores operit sicut lana. Igit si ista lana.i.nr̃a ꝯuersatio imbuatur lacte ficuũ.i.diuine grẽ dulcedine/ ⁊ adhibeatur aliud lac.i.dulcedo ꝓprie benignitatis ⁊ clemẽtie/ tunc vere sufficiens efficiet ad coagulandũ et cõuertendũ ad bonum lac alterius fluxibilis conscientie: quia ꝓ certo nihil magis ad coagulationem et cõuersionẽ hominũ proficit/ q̃ quãdo predicator vel prelatus dulcem benignitatem et clementiã/lacteamq; eloquentiã in exteriorib⁹ moribus ostẽdit:ita ꝙ ei possit dici illud Can.iiij. Mel et lac sub lingua tua.⁊c̃. Uel dic ꝙ talis lana significat mulierũ ꝯuersationẽ:lac vero primũ significat earũ dulcẽ et lacteã loquutionẽ: q2 pro certo quodcũq; lac.i. quecũq; carnalis persona tali lana et lacte.i.talibus mulierũ verbis ⁊ conuersatione tangitur/de facili per malũ cõsensum coagulatur/et in malum propositũ cõmutatur. Unde cuilibet tali potest dici illud predictum Job.x. Sicut lac mulsisti me/

5 et sicut caseum me coagulasti. ¶ Coagulum de vẽtre aĩalis lactantis extrahitur:sal eidẽ apponitur:⁊ sic siccari ad fumum permittitur:et ita ad coagulationem lactis disponitur et paratur. Sic vere illi qui de lactanti animali sunt extracti.i. qui a lacte carnalitatis sunt abstracti/ et cum sale discretionis admixti/et ad fumum inferni per cõsiderationem suspensi/isti dico ad coagulandũ ⁊ conuertendũ alios disponuntur/et per ipsos alij conuertuntur.

Capitulũ.xxiiij. de diuersis rerũ virtutib⁹ ⁊ qualitatib⁹.

1 Sunt autem alique virtutes liquorib⁹ et humoribus inherentes/de quib⁹ aliqd est dicẽdũ. Est igitur in rebus quedam virtus que dicit apertiua/que operatur per calidum et siccum in subtili substantia: sicut patet in porris et cepis et alumine:quorum confectione vene aperiuntur/ et hemorrhoides sanant. Sic vere in nobis debent esse multe particulares et spirituales virtutes/et maxime virtus apertiua:que nihil est aliud q̃ veritas:que scilicet habet aperire cor per confessionem/et sensus per discretionem: ad quod scilicet facit calor charitatis/ siccitas timoris/ et subtilis substantia scientie vt splendoris. Ista enim tria solent oĩa aperire/et quidquid latet/alijs declarare/ scilꝫ charitas ⁊ amicitia/timor et reuerentia/subtilitas et sapientia. Ideo de tali apertione cordis et oris dicitur Apoca.xj. Apertũ est templũ dei in celo/ et visa est arca testamenti. ¶ Uirtus rarefactiua seu dissolutiua operatur per calidum ⁊ humidum. calor eñ substantiam penetrat/⁊ dissoluendo humiditatem sibi obedientẽ/ipsam aperit ⁊ dilatat: vt patet in malua et sambuci cortice:que cutem rarefaciunt et extendunt. Econtra autem opilatiua virtus operatur per frigidũ et siccum in obtusa substantia. patet in albumine oui et similibus: que obtusitate substantie poros replent/ ⁊ sua frigiditate constringunt. Talis virtus videtur esse contritio:quã scilicet calor dilectionis/et humor lachrymose cõpunctionis introducere solent:quia pro certo quãdo calor charitatis ad interiora penetrat/⁊ humiditas cõpunctionis obedit et obtemperat/tunc conscientia rarefit/et ꝑ contritionem se discutit/et per confessionẽ dilatat. Ecotra aũt facit virtus opilatiua.i. obstinatio:quia scilicet quãdo frigiditas indeuotionis/ et obtusitas ignorantie abundant/ tunc poros cordis et oris per obstinationẽ opilant/⁊ apertionem confessionis et rarefactionẽ contritionis retardãt. ¶ Item in rebus inuenitur virtus induratiua:quam scilꝫ aliquãdo inducit frigiditas partes constringendo/et a circũferentia ad centrũ mouendo:aliquãdo ipsam introducit caliditas/partes humidas consumendo/ grossas vero partes et terrestres desiccando. Talis virtus loquẽdo moraliter/est patientia:que pro certo induratiua dicitur/pro eo ꝙ mens per eam in soliditatem ꝯstantie induratur: quam scꝫ quãdoq; introducit et causat caliditas feruentis amoris:⁊ quãdoq; frigiditas stringentis timoris. calor eñ charitatis humiditatem carnalis fluxibilitatis ꝯsumit/et sic amente oẽm voluptatem desiccat et tollit/ et ita duritiam constantie et patientie introducit. Frigus etiam diuini timoris vel etiã frigus tribulationis solet mẽtem et partes mentis.i.affectus restringere/et ad centrũ.i.ad considerationem suipsius/mortis etiã et inferni reducere: et sic solet duritiam patientie generare: et ipam mentẽ per cõstantiam indurare. Constat eñ ꝙ mens ad sustinendũ labores fortis et dura efficitur/ quando amore premiorũ inflãmatur/et quãdo timore tormentoꝝ terretur. Patuit in martyribus:qui durissimi ad labores sustinendũ fuerũt: ⁊ hoc q2 ipsos accendebat charitas amoris/ et ipsos premebat frigiditas timoris. Et ideo cuilibet sic durato dicit Ezec.iij. Dedi frontẽ tuam duriorem frontibus eorum/et faciẽ tuã valentiorem faciebus eorũ:quasi silicẽ et adamantẽ dedi faciẽ tuã. Uel dic ꝙ calor ⁊ algor significant mũdi tribulationes:que pro certo animũ eis assuefactũ durũ faciunt/et ad tolerandum terribilia fortem reddũt. exẽplo incudis/q ex percussione malleoꝝ efficitur magis dura. Job.xlj. Cor eius indurabit quasi lapis/ ⁊ stringetur quasi malleatoris incus. Homo eñ qui mũdi tribulatiõib⁹ est assuetus/efficitur vt cõiter cõtra eas magis durus. Unde etiã in aliquibus partibus aquilonis solent infantes suos in aquis frigidissimis balneare/vt assuefacti frigorib⁹/ possint ea melius et fortius tolerare. Unde etiam in historia tripertita li.j.c.xj. dicitur ꝙ causa quare eremite ⁊ monachi in deserto tis in tanta asperitate viuere potuerũt/erat quia a pricipio coacti tribulatiõibus illuc fugerũt:et sic paulatim ibidem viuere in talibus penurijs assueuerunt. Sicut enim dicit Seneca: Nihil miserũ quod in naturam consuetudo perduxit. Uel dic in malo ꝙ induratio mentis et obstinatio habet fieri quãdoq; a frigore et calore mundi tribulationum: q2 pro certo multi sunt qui q̃to plus a deo vel a prelato frigoribus et caloribus.i. mundi tribulationibus feriuntur/ tanto duriores et obstinatiores efficiũtur: exemplo Pharaonis:qui q̃to magis tribulabatur/tanto magis cor eius in malitia durabat. Allega. Uel dic ꝙ calor significat mũdane cupiditatis inflammationẽ/frigiditas vero designat mentalis indeuotiõis mortificationem: q2 pro certo mens q̃nq; ex istis duabus causis durat/⁊ ꝑ parcitatẽ stringit/et per obstinatiõis duritiã in malitia solidat. Calor eñ cupiditatis hũiditatẽ grẽ/deuotiõis et cõpassiõis desiccat/et terrestreitatẽ auaritie accumulat atq; firmat. Frigus etiã indeuotiõis mentẽ solet ad cẽtrũ.i.ad mũdũ et ad terrena reducere/⁊ ipam ꝑ obstinationẽ ⁊ parcitatẽ indurare/⁊ ad

mundana per auaritiam inclinare. Esa.xlviij. Sciui em̄ quia durus es tu/⁊ neruꝰ ferreus ceruix tua/⁊ frons tua erea. ¶ Item in rebꝰ est ꝟtus maturatiua ⁊ mollitiua: q̄ scȝ operat̄ per calidum ⁊ humidū: q̄bus substātia dilatatur ⁊ dissoluitur: et pars a parte separat̄ et disiūgit̄: ⁊ sic generata mollitie maturat̄: sicut ptȝ in dialtea ⁊ similibꝰ. Sic ꝟe q̄nq̄ȝ est in hoīe virtꝰ ⁊ grā alios mollīēdi/ ⁊ a sua duritia ⁊ malitia īmutandi/⁊ eos maturandi ⁊ temperādi: ⁊ hoc ꝓ certo fit q̄n in eo abundat calor et humor. calor .s. feruētis dilectionis: humor ꝟo cōpassionis ⁊ deuotionis. Uiri em̄ pij ⁊ charitatiui quadā sua naturali dulcedine solent ꝓteruos mollire/et per verba benigna et dulcia tempare/⁊ ab obstinatiōis duritia īmutare. Uel dic in malo de proditoribꝰ ⁊ adulatoribꝰ/qui alios blandiendo molliunt/⁊ mediante calore cupiditatis quē intendunt/⁊ humore carnalitatis quā ostēdunt / ipsos sepe decipiunt ⁊ peruertūt. ps. Molliti sunt sermones eiꝰ super oleum/et ipsi sunt iacula. ¶ Item in rebus quandoq̄ȝ est virtus asperatiua: que scȝ per calidum ⁊ siccum operatur. Calor em̄ substantiam vel substātie partes eleuat: siccitas vero ipsas depmit ⁊ incuruat: et ideo ex tali duplici cōtrario motu in superficie inequalitas gignitur/et vna parte depressa/alia autē eleuata/tota superficies asperatur. Talis virtus pōt significare acceptionē personarum: que scȝ inequalitatem generat iter partes: quia scȝ alios eleuat promouēdo/alios autem deprimit submittēdo. Quando em̄ in iudice vel prelato abundat calor ⁊ inflāmatio cupiditatis/et siccitas indeuotionis et crudelitatis/tunc solet alios per cupiditatē munerū erigere/alios vero ꝑ odia ⁊ crudelitates depmere: et sic solet inequalitatem acceptionis inducere: et inter suos subditos asperitatem ⁊ discordiam generare. Discordia em̄ et asperitas tristitie ⁊ inuidie inter homines gignit̄/ quando per iudicem vel prelatum personarū vel munerum acceptorem vnus plus debito deprimitur/et alius plus debito sublimatur. Uel dic in bono ꝙ ista virtꝰ potest iustitiam denotare: qua scilȝ fit vt inequalitas inter homines obseruetur: qꝛ scȝ bonos habȝ per promotionē erigere/malos vero punire et deprimere. Superbos em̄ de sede debet deponere/iustos vero ⁊ humiles exaltare. Luce.j. Deposuit potentes de sede/et exaltauit humiles. ¶ Item in rebus inuenitur virtus attractiua/corrosiua/retentiua/expulsiua/mollitiua/laxatiua/⁊ alie similes: quia breuiter res ꝟm ꝙ in diuersis qualitatibus remittuntur vel intendūtur/ꝟm hoc in diuersis virtutibꝰ augētur vel minuunt̄. Sic vere varie morales virtutes debent in homine reperiri/ꝟm ꝙ bonis qualitatibꝰ ipm contigerit insigniri. et sic in ipso debet esse virtus attractiua benignitatis/ virtus corrosiua seueritatis/virtus retētiua gratiarum actionis/virtus expulsiua confessionis/virtus laxatiua ⁊ mollitiua misericordie ⁊ cōpassionis. ¶ Putrefactiua virtus operatur per calidū ⁊ humidum. Calor em̄ innaturalis agens in humidū tātum superabundās ꝙ non regitur a natura / putrefactionis est causa. dissoluit em̄ magis q̄ȝ digerere possit: et iō illud qđ superest ad digerendū/cum a natura propter sui malas qualitates regi nō possit/necesse est ꝙ putrefactionē incurrat. Sic ꝟe moraliter loquendo/generat̄ putrefactio vitiorū. Q̄n em̄ humores .i. interiores affectiones vel exteriores passiones intantum abundāt in hoīe/ꝙ a natura .i. a rōne gubernari nō possunt/tūc calor īnaturalis .i. concupiscentia vel mentalis auaritia dissolutionem malorum desideriorū generat/et putrefactionē vitiorū causat. Nulla em̄ putrefactio vitioꝝ gignitur/nisi q̄n humor a calore .i. quando affectio a concupiscentia lacessit̄. Abchee.ij. Propter malitiam suam corrumpetur putredine pessima. ¶ Quattuor sunt que putrefactioni resistūt: scȝ motus/frigus/partium congregatio/⁊ caloris intensio. Res em̄ que sunt in continuo motu/non putrescunt. patet in mari. Res etiam q̄ maximo frigore stringunt̄/ putrefactionem non patiuntur: sicut ptȝ de crystallo intenso frigore cōgelato. Res insuper cuius partes simul perseuerant/putrefactionem non percipiunt. patet in ligno quod non vermescit aut corrumpitur/quousq̄ȝ partes a partibus diuidātur. Mare etiam simul aggregatum nō putrefit: qđ tamen per particulas diuisum calor innaturalis corrumpit. Res nihilominus que valde sunt calide/non putrescunt: sicut patet de igne ⁊ de venenosis serpentibus: qui ꝟm Senecam non vermescunt. Sic vere dico ꝙ quattuor possunt esse cause que faciunt hominem moraliter imputribilem/et in virtutibus immortalem: videlicet motus bone occupationis/frigus paupertatis ⁊ tribulationis: integritas concordie et cōmunionis/et calor amicitie et dilectionis. Ista enim quattuor hominem per peccatum putrefieri non permittūt: quia scilicet ille qui continue mouetur/et in bonis operibus se occupat/ille quem frigus tribulationis coarctat/ille qui per concordiam alijs se copulat/et in fidei vnitate perseuerat/ille etiam quem feruor charitatis inflāmat/ nunq̄ȝ solet per peccatum putrescere/nec vitiorum corruptionem sentire. Psal. Non dabis sanctū tuum videre corruptionem: notas mihi fecisti vias vite. E conuerso autem qui a motu laborum per accidiam torpescunt/ qui frigore tribulaminum nō algescunt: qui per inuidiā et discordiam et singularitatem ⁊ partialitatem se diuidunt/qui per odium ⁊ maliuolentiam ab amicitia refrigescunt/faciliter procul dubio in vitijs computrescunt. Ideo Johelis.j. dicit̄: Computruerunt iumenta in stercore suo. ¶ In re putrida generantur vermes. calor em̄ innaturalis partes a partibus separat/et sic corruptione inducta/ virtus celestis vermes generat atq̄ȝ causat. Sic vere quādo quis per peccatum putrescit/vermis .i. remorsus conscientie protinꝰ ipsum rodit. Fit em̄ ex virtute celesti .i. ex ordinatione diuina/vt ī illo qui per peccatum calore concupiscētie corrumpitur/vermis remorsus conscientie protinus generet̄. et inde est ꝙ ī inferno vbi est vitiorū ⁊ tormentorū corruptio/nunq̄ȝ cessat vermium conscientie remorsio: qꝛ sicut dicitur Judith.xvj. Dabit em̄ dn̄s ignem ⁊ vermes in carnes impiorū. Ac si diceret ꝙ vbi datur ignis concupiscentie/semꝑ sequit̄ vermis remorsus cōscientie. ¶ Res igitur putride sunt aspectu horribiles/gustui detestabiles/et stomacho abominabiles: mali sunt saporis/grauis sunt odoris/defectuosi coloris. Et breuiter illa q̄ sunt corrupta ⁊ putrida solēt manꝰ cōtingētis inficere: ⁊ illa q̄ sunt sana/corrūpere: solēt tn̄ serpentibꝰ ⁊ ꝟmibꝰ cibꝰ esse. Tales sunt ꝑ oīa pctōres: qꝛ ꝓ certo vitioꝝ corruptio ipos facit apud deū ⁊ hoīes abomīabiles ⁊ fetētes. ps. Corrupti sunt/⁊ abominabiles facti sunt ī studijs suis. Isti em̄ deficiūt in sapore grē ⁊ ꝟtutis/in odore redolētie ⁊ famositatis/et in calore amicitie et charitatis: et ideo stomachꝰ rōnis bn̄ disposite tales abominatur/ipsosq̄ȝ iustorum oculus detestatur. Isti em̄ sanos ⁊ iustos ꝯtactu sue male societatis aliq̄n corrūpunt/serpentibꝰ ꝟo .i. demonibus et alijs peccatoribꝰ cibꝰ ⁊ delectamentū sunt/inq̄ȝtum suis malis operibꝰ ipsos delectant ⁊ reficiunt. potissime autem istud erit post mortem/q̄n serpentes .i. demones in inferno ⁊ vermes in sepulchro malos deuorāt ⁊ corrodūt. Eccli.x. Cū em̄ moriet̄ homo/hereditabit bestias ⁊ ꝟmes.

Capitulum.xxv. De virtute ouatiua.

Ouatiua virtus est in quibusdam aīalibus/scȝ in auibꝰ/piscibus ⁊ serpentibꝰ seu vermibus. Om̄ia em̄ ista aīalia faciunt oua: q̄ tn̄ inter se sunt varia ⁊ diuersa. Sūt em̄ aliqua alba/alia viridia/alia glauca/alia rotūda/alia oblōga/ alia sana/alia venenosa. Gn̄ale est g̊ ꝙ anīalia sana oua sana ⁊ vtilia faciunt: aīalia ꝟo venenosa oua etiam venenosa ponūt. Per oua possunt intelligi opera: q̄ scȝ mens primo ꝑ cogitationē concipit/⁊ post ꝑ executionem statim exteriꝰ ea ponit. Oua g̊ .i. opera ponūt et faciūt tria genera ꝑsonarū: scȝ volucres .i. boni: pisces .i. mediocres et minꝰ perfecti: serpentes ꝟo .i. pctōres ⁊ iniqui. oēs em̄ isti ꝑ operationē solēt ouare/⁊ oua operum suoꝝ diuersimode variare. Gn̄ale est igit̄ ꝙ ouum operis ꝯditionem sequit̄ sui ꝓgenitoris: qꝛ si aīal ouans .i. hō opans/sanꝰ ⁊ bonꝰ fuerit/tūc ouū sui opis silr̄ bonū erit. E cōtra autē illi q̄ per pctm̄ venenosi sunt/oua et opa venenosa ꝓducunt. Esa.lix. Qui comederit de ouis eoꝝ/morietur ⁊c.

2 ¶ Quorum varie sunt virtutes. inter cetera autem/ secundum Isido. auium ouorum tantā vim esse aliqui dicūt: q lignū aut vestis si talib⁹ ouis perfusa ꝛ humefacta fuerit/ non ardebūt: fragmēta etiā ouorū si calcis glutino linita fuerint/ adherebūt. Per oua auiū possum intelligere opa ꝛ exēpla iustorum: q̄ pro certo si lignū aride nostre affectionis/ ꝛ vestē nostre exterioris ꝯuersationis linierint/ ꝛ se p eorum imitationē nobis applicuerint: ardorē tentatiōis et future tribulationis īpedient/ ꝛ fracturā seu diuisionem

3 inter nos ꝛ deū reunient ꝛ reuinciēt. ¶ Generaliter oēs aues ouant in fine veris/ ꝛ pricipio estatis: pter auē q̄ dr halcyone: q̄ secundum Amb. ꝛ Basiliū ꝛ Isido. ouat in pncipio hyemis. Sed de hac vide supra de auib⁹ ī littera. a. Sic vere cōe ꝛ gñale est q oēs homies oua bonorū operū faciunt/ qñ tempora tēperata accedūt. Finis em̄ veris et principiū estatis tēpora tempata sunt: et ideo statū temperate prosperitatis denotant ꝛ oñdūt: in quo boni fructificant/ q̄ nec pspera nec aduersa cupiūt. Istud tñ fallit in halcyone. i. in homine pctōre: q̄ scz oua bonorum operum nō emittit/ nisi qñ hyemem tribulationis sentit: qr pro certo pctōr bñ operando nō pullificat/ nisi hyems. i. tribulatio ipm cogat: iuxta illud ps. Cum occideret eos

4 querebant eū. ¶ Alique sunt aues q̄ ouant bis vel pluries: vt sunt hirundines. sed pma oua corrūpunt pter hyemem/ posteriora vero cōplent. Sic vere sepe fit q prima opera iuuētutis sunt inania ꝛ corrupta: posteriora vero senectutis sunt vtilia ꝛ cōpleta: qr multi sunt q̄ in pncipio ꝛ iuuentute pter hyemē indeuotionis impfecta opera faciūt: in fine vero bona ꝛ vtilia pducūt: iuxta illud Apo. ij. Posteriora tua plura prioribus. Et Eccl's. vij. Me-

5 lior ē finis orōnis q̄ pncipiū. ¶ Aues parue ꝛ domestice sūt maiorꝫ ouatiōis q̄ rapaces ꝛ magne. Aues ei vncorum vnguiū pauca oua solēt pducere/ ꝛ paucos filios gñare. Sic vere gñale est q aues. i. psone parue. i. paupes/ humiles et deiecte/ plus ouāt bene operādo/ q̄ nobiles/ diuites et excelse: qr pro certo aues. i. hoies nobiles et rapaces faciūt hodie pauca oua. i. pauca bona opera et honesta: qr scz (sicut patet ad sensum) plura bona opera faciūt subditi q̄ magistri/ paupes q̄ diuites/ simplices q̄ sagaces. Uel dic de rapacib⁹. i. de multis pdicatoribus/ qui alios rapiūt pdicando: qui tñ minus ouāt q̄ alij vtiliter operādo: qr sicut dicit Aug. in psona ipsorū. Simplices ꝛ idiote rapiūt celos: ꝛ nos cū literis nostris mergimur

6 in profundū. ¶ Auiū quedā ponūt oua sua in nidis: alie in palustribus ꝛ in iūcis: alie in mariū arenis: alie in arborū ramis. Sic vere hoies diuersimode ponunt ꝛ ordinant oua. i. affectus et desideria/ seu etiā opera sua et facta: qr scz quidā ponūt ꝛ ordināt ea in gleba ꝛ arena diuitiarū: quidā in palustrib⁹ deliciarū: quidā vero in arboribus eminentiarū. In istis enī tribus locis ponūtur oua affectuū mūdanorū: qr sicut dicitur Ioā. ij. Omne quod in mūdo est/ aut est concupiscētia carnis/ aut concupiscētia oculorum/ aut supbia vite. Uel dic q nos debemus oua affectionū et operationū nostrarum ponere ꝛ cōstituere in arena humilitatis/ in palustrib⁹ flebilis pietatꝫ/ ꝛ in frō-

7 dib⁹ ꝯtēplatiue sublimitatꝫ. ¶ Oua auiū q̄ nutriunt in sicco/ plus hñt quasi ī duplo de rubeo q̄ de albo. Econtra autē oua auiū fluuialiū ꝛ palustrium plus hñt de albumine q̄ vitello. Sic vere cū in mundo sint duo genera auium. i. hoim. s. terrestres ꝛ fluuiales. i. penuriosi ꝛ deliciosi/ pauperes ꝛ diuites: cōstat q oua. i. affect⁹ et opera ipsorum diuersimode variant/ ꝛ in albumine vel vitello. i. ī prauitate vel merito minuunt ꝛ augēt: qr p certo ī ouis fluuialium. i. in operib⁹ ꝛ affectib⁹ mundanorum diuitūq̄ ꝛ deliciosorum plus abundat albumē q̄ vitellus. i. vitium q̄ virtus: ꝛ defectio q̄ pfect⁹. Econtra autē in ouis ꝛ operib⁹ terrestrium. i. pauperū ꝛ simpliciū/ q̄ scz ī sicco paupertatis alunt/ plus abundat gr̄a q̄ culpa: ꝛ ibi amplior est vitellus charitatis q̄ albumē vanitatis: qr breuiter plus abundāt opera deliciosorum ꝛ diuitū in malo/ q̄ ī bo-

8 no: pauperū vero opa in bono poti⁹ q̄ in malo. ¶ Ex ouis qñq̄ generatur pullus virtute solari vel celesti sine cubatione ꝛ fomento parentum. in calidis em̄ regionibus ponunt in fimo vel ad solem/ vel in plumis calidis/ vel in vase calefacto: ꝛ cōplentur ibi pulli: secundum Aristo. lib. vi. de aīali. c. ij. Unde quidā potator posuit ouum sub puluinari: ꝛ tandiu cōtinuauit potū/ quousq̄ exinde nasceretur pullus: sicut dt Pli. li. x. c. liiij. quod dicit accidisse Syracusis in Sicilia: vbi etiam de multis alijs exēplificat idem. Cuius etiā simile dicit ille in suo libello de dispositionibus terre sancte/ q ipe in Cayro ciuitate Babylonis egyptiace vidit furnū artificialiter factum/ vbi oua in diuersis interstitijs ponebantur: ꝛ igne temperato calore q̄ solis ibi fouebantur/ ita q pulli perfecte generabantur: ꝛ sic terra illa (vt ait) in gallinis ꝛ caponib⁹ opulenta habetur: et sic etiam generatur pullus ex ouo struthionis ī sabulo derelicto. Sic vere quandoq̄ fit q homo concipit pullum boni pposit vel operis ex sola vtute celesti ꝛ solari. i. ex sola inspiratiōe ꝛ gr̄a saluatoris sine incubatione ꝛ instructione plati vel pdicatoris. Qñ enim feruida est regio cordis sui p charitatem/ et qñ ponitur in fimo per consideratā propriam vilitatem/ seu sub puluinari per mollitiem et benignitatē/ seu etiam in sabulo p penitentiam ꝛ pauptatē/ tunc fit q pullum boni ppositi procreat/ et q etiam p se sine instructore vel ꝯpulsore bona opera pducit ꝛ generat. ps. Uoluntarie sacrificabo

9 tibi. Et Marc. iiij. Ultro em̄ terra fructificat. ¶ Unum possum hic adiungere qd dicit Pli. lib. x. c. liiij. q scz oua que in aqua fluitant/ nihil valēt ad pullificandū: illa autē que ad fundū descēdunt/ sic. Sic vere supernatātes ꝛ fluitantes per supbiam ꝛ ambitionē/ nō possunt p bona opa pullificare: illi vero q̄ per humilitatem fundum petunt/ possunt pullos bonorū operum pcreare. Bene ergo dr Ec-

10 cli. iij. Qāto magnus es: humilia te. ¶ Oua q̄diu sunt in ventre ꝛ incōpleta/ sunt rubea ꝛ mollia: extracta vero ꝛ completa efficiunt alba/ ꝛ quadam testa dura inuoluta. Sic vere iuuenes q̄ adhuc sunt impfecti ꝛ in vētre carnalitatis mūdane/ per incōstantiā sunt molles/ ꝛ per luxuriam rubei ꝛ carnales: tandem vero qñ perfecti fuerint et completi/ ꝛ de vētre psperitatis ꝛ carnalitatis extracti/ tunc fiunt per castitatem candidi/ per cōstantiam solidi atq̄ duri. Utile est ergo homini q de vētre psperitatis et voluptatis extrahat/ vt sic in fide ꝛ morib⁹ solidetur: vt sic dicat dño illud ps. Qm̄ tu es qui extraxisti me de

11 ventre: spes mea ab vberibus matris mee. ¶ Oua impediuntur a pullificatione multis modis: videlicet quādo ipsa sunt oua venti/ seu subuentanea: que sunt qñ humor seminalis in corpore femine superabūdat. talia em̄ oua per incubationem non alterant/ nec in pulli substātiam transformant. Item impedit pullificatio qñ hora incubationis fit tonitruū: et quādo etiā plus debito palpantur tactu manuū. Item impeditur quādo hora incubationis auditur vox accipitrum: sicut de tonitruo ꝛ accipitre dicit Pliñ. lib. x. c. liiij. Ista quattuor charissimi moraliter intellecta sunt causa quare oua operū nostrorum pullos meritorum ꝛ premiorum non pferūt: ꝛ quare fructum gr̄e vel glorie nō pducūt: vcz qñ p inanē gloriam ventosa efficiunt: sicut sunt opera hypocritarū: q̄ fiunt ad ventum vane laudis. Ozee. xij. Effraim pascit ventū: et sequitur estum. Item qñ dū incubant/ tonitruo iactantie ꝯsonant: qr scz dato q quis bona oua. i. bona opera fecerit/ si tñ tonitruum iactantie supueniat/ totū destruit et corrūpit. Eccli. xliij. Uox tonitrui ei⁹ verberauit terram. Item quando dū adhuc sunt incōpleta/ plus debito manu tāguntur/ et ab hominibus palpantur/ et aspectibus hominum propalantur: quia scilz qui ex ouis operum suorum pullum premiorum vult recipere/ non debz ea propalare/ sed potius occultare: iuxta illud Matth. v. Attendite ne iustitiam vestram faciatis corā hominib⁹ ꝛc. Item quando vox accipitris. i. adulatorum laus superuenit et auditur. tunc enim homo inanem gloriam cōcipit/ ꝛ oua. i. opera vt per multa pullificet perdit. Esa. iij. Popule meus/ qui beatum te dicunt/ ipsi te decipiunt. Uel dic q ouum est bonū propositū: qd scilicet per bona opera non perficitur/ quādo tonitruū diabolice tentationis/ vel vox accipitris. i. vox heretice vel male suggestionis auditur. Ideo bene dicitur Eccl. xxviij. Sepi aures tuas spinis/ et noli audire verbū nequā. Uel dic q quā-

tuor genera personarũ impediuntur a pullificatione bonorum operum et virtutũ: scilicet illi qui inanis glorie habent ventositatem: item illi qui tonitrui discordie vel tentationis diabolice sentiunt peruersitatẽ: item illi qui palpationis et adulationis recipiunt tactum et verbositatem; vel etiam qui accipitris.i.heretici vel mali suggestoris audiunt ⁊ attendunt loquacitatem. quod potissime verum est de ouis que adhuc fouẽtur.i.de nouitijs qui adhuc imperfecti iudicantur: quia scʒ tales citius per peccata pereunt/ quando talia impedimẽta concurrũt. Job.xv. Ledetur quasi vinea in primo flore botrus eius. Tales enim dato ꝙ predicator vel prelatus predicando vel corrigendo incubet super ipsos/ nunq̃ȝ tamen faciũt spiritales pullos/ videlicet actus bonos. Hierem.xvij. Perdix fouit que non peperit. Unum tamen aduerte qd dicit Plinius ibidem/ ꝙ si clauus vel terra de aratro ponatur sub stramine ouorum dum incubãtur/ remedium est contra tonitruum: quod est nocumentum. Sic vere si clauus diuine iustitie/ et terra humani aratri.i.cõsideratio mortis/ que corpus nostrum arat/ in nido cordis ponitur/ tunc tonitruũ tentationis diabolice nõ nocet/ nec eius periculũ tũc timetur. Eccli.vij. Memorare nouissima tua: et in eternum non peccabis. Miror autem quomodo tantus doctor istud in tam ingenti volumine

12 posuit: cum nõ videatur aliqua ratione fulcitũ. ¶ Oua in quibus sunt duo vitelli/ producũt vt cõmuniter duos pullos. vide supra de auibus in generali. Aues que co-

13 medunt carnes/ non ouant nec pullificant bis in anno/ preter hirundinem. Uide supra de hirundine. ¶ Aues que sunt multe generationis et carnositatis/ faciunt sepius oua subuentanea seu venti: sicut patet de gallinis/ anseribus/ pauonibus ⁊ columbis. Aues autem nobiles et vncorum vnguium/ ⁊ que sunt boni volatus/ nunq̃ȝ faciunt oua venti. superfluitas enim istarum auium transit in plumas ⁊ vngues ⁊ alas: et ideo macilẽte sunt ⁊ pauci coitus/ et rare ouationis: ⁊ ideo oua sua non sunt vt cõmuniter imperfecta. Sic vere aues.i.homines qui sunt multe generationis.i. multe acquisitionis/ scilicet diuites huius mundi/ faciunt oua.i. opera imperfecta/ ventosa scʒ ⁊ inepta. Sed pro certo illi q̃ sunt aues nobiles.i. persone bone/ sancte ⁊ honeste/ q̃ scilicet sunt pauce carnositatis per abstinentiam/ et sicce conditionis per paupertatis indigentiam/ et pauci coitus per continẽtiam/ et fortis volatus per contemplationis eminentiam/ nõ faciunt oua venti.i.opera inania ⁊ ventosa. superfluitates enim cogitatuum ⁊ affectuum suorũ conuertuntur eis in plumas.i.virtutes ⁊ scientias/ quibus scilicet per cõtemplationem volitant: ⁊ sic oua venti.i.opera imperfecta non faciunt seu generant: quia breuiter nullus virtuosus homo debʒ facere oua sua.i.dicta ⁊ opera sua ad ventum ⁊ gloriã mũdanam/ sed potius ad fructum ⁊ vtilitatem bonam. Unde Job.xv. Nunquid sapiens respõdebit quasi in ventum loquens? Quod vtiq̃ȝ est contra

14 multos/ qui in disputationibus et alijs suis factis non querunt nisi ventum. ¶ Aues magne corpulẽtie faciũt pauca oua: aues vero parui corporis faciunt oua multa. cibus enim istarum in oua conuertitur/ cibus vero grandium auium in nutrimentũ sui corporis ꝯmutatur. Sic vere homines magni ⁊ diuites: ⁊ maxime illi qui sunt per carnalitatem corpulenti/ pauca oua bonorũ operum faciunt: parui vero et humiles plura fetificant et producunt. Uel dic ꝙ hodie illi qui sunt maiores ⁊ statu ⁊ genere/ paruuli sunt in ouis diuitiarum temporaliũ: econtra vero illi qui statu ⁊ gñe paruuli sunt/ in ouis diuitiarum magis abũdant et crescũt: q: vt cõiter plus abũdãt hodie in ouis.i.in diuitijs burgẽses q̃ȝ nobiles/ ⁊ magis simplices q̃ȝ potẽtes. Uel dic ꝙ parui/ scʒ q̃ȝtum ad merita/ vt pctõres/ plus abũdant hodie in ouis diuitiarũ/ q̃ȝ illi qui sunt magni.i.qui sunt in virtutibus augmentati: quia sicut dicitur in ps. Ecce ipsi peccatores in se-

15 culo obtinuerunt diuitias. ¶ Alique sunt aues que olfaciendo mares/ et audiendo eorum voces/ ponunt ⁊ cõcipiunt oua sua. mouentur enim ad amorem/ et sic superfluitas seminalis in oua conuertitur vi caloris: sicut de perdice dicit Plinius. et sicut de columba dicitur: que q̃nq̃ȝ concipit osculãdo. Sic vere multi sunt qui oua bonorũ propositorum ⁊ operũ concipiũt q̃n mares.i.viros perfectos et eorum documenta audiunt/ et odorem fame sue sentiũt ⁊ attendũt. Uel dic ecõuerso ꝙ solo auditu ⁊ olfactu masculorum ꝯcipiũt q̃nq̃ȝ male mulieres oua malorum propositorum. Hiere.xj. Ad vocẽ loq̃le grãdis exarsit ignis i ea.

16 ¶ Oua valde conuertibilis sunt nature: conuertuntur enim in complexionẽ quã inueniunt: siue bona fuerit siue mala: et ideo ista sunt sana sanis: et econuerso inutilia sunt infirmis. Talia sunt bona mundi: quia pro certo si a sano stomacho.i.a discreta et munda conscientia comedũtur/ et si a iusto homine possidentur/ sibi in bonum conuertuntur: econtra vero si homo iniquus et auarus ipsa acquisierit/ deterius q̃ȝ antea sibi erit: quia breuiter istud est verum ꝙ mundi bona/ bona sunt bonis: qui scilicet ipsis sciunt bene vti: mala autẽ et inutilia sunt infirmis. Eccli.xxxix. Hec oĩa sanctis i bona: sic impijs et peccatoribus in mala conuertũtur. Uel dic de euchari-

17 stia/ que bonis proficit: malis nocet. ¶ Oua quandoq̃ȝ generantur sine copula carnali: et dicuntur hyponemia: ⁊ fiunt ex mutua feminarũ inter se osculatione/ ⁊ ex sola libidinis imaginatione: et hoc non solum contingit colũbis/ immo etiam anseribus et gallinis et perdicibus et pauonibus et multis alijs: et talia oua/ oua venti dicuntur: quia propter masculi carentiã ex eorum generatione nunq̃ȝ inde pulli producuntur: sicut dicit Pli.lib.x.c.lviij. Oua sunt opera: masculus est christus vel bonus prelatus: femine vero sunt subditi/ vel generaliter oẽs homines: qui pro eo femine possunt dici/ q: natura sunt debiles ⁊ [sic] exortes. Igitur si femina.i.si aliqua persona perfectum ouum.i. perfectũ opus vult parere/ de quo scilicet possit pullus.i.fructus et vtilitas debita sequi/ necesse est ꝙ interueniat masculus.i.christus/ suam gratiã infundendo: vel etiã prelatus vel vir iustus/ auxiliũ ⁊ consiliũ impendendo. Nam quando sole femine.i.simplices et subditi sine deliberatione vel sine maiorũ consilio et auctoritate/ ex sola scʒ libidine et voluntate aliquod ouũ pariunt.i.aliquod opus faciunt/ quod scʒ tanq̃ȝ ouũ venti ad solũ ventũ inanis glorie constituũt/ non solent exinde pullũ.i. vtilitatẽ et fructũ reportare: imo finaliter oĩa talia opera vana et inutilia solẽt esse. Istud patet in moribus: vbi hypocrite et indiscreti sine christo faciũt opera sua vana: que fructu eterni premij nullatenus sunt fecunda. Patet etiã in agibilibus: vbi que ex libidine sine consilio et interuẽtu maiorũ a fatuis fiunt/ inutilia sunt et vana: quia sicut dicitur Esa.lix. Oua aspidũ ruperũt/ et telas aranee texuerunt. Sequitur. Opera eorũ opera inutilia. Oua ergo nostra sine masculis non ponamus: et opera nostra sine fortiũ et prudentiũ virorum consilio non agamus: quia alias diceretur de nobis illud Sap. iij. Superuacua est spes illorũ/ et labores sine fructu/ ⁊ in-

18 utilia opera illorũ. ¶ Oua non solũ valent in cibum/ sed etiam competunt medicine. habent enim virtutẽ restauratiuã/ pectoris ⁊ gutturis mitigatiuã/ virtutis generatiue iuuatiuã/ combustionis sanatiuã/ ⁊ anthracis ⁊ venenosi apostematis curatiuã. de vitellis enim ouorum coctis extrahitur oleũ vtile combusturis. Crudus etiã vitellus cum sale mixtus anthraci impositus/ sanat ipsum. Albumen etiam oui calorẽ mitigat/ tumorẽ reprimit/ fluxũ restringit/ ⁊ podagricis subuenit et succurrit. Per oua possunt intelligi verba predicatorũ/ et etiã dicta sanctorũ: que scʒ in diuersis libris posuerũt et digesserũt: quia pro certo ista sunt que mentẽ nutriunt/ et que etiam contra morbos vitiorũ medicina ⁊ remedia fiunt. Per ista enim virtutes perdite restaurãtur/ corda arida per deuotionẽ humectantur/ generatio bonorum operũ iuuatur/ et vstura tribulationũ consolationis oleo mitigatur: ⁊ sic anthrax quod est apostema calidissimum et venenosum.i. feruor auaritie tẽperatur. Item ista sunt que calorẽ concupiscẽtie reprimunt/ tumorẽ superbie deprimũt/ fluxũ carnalitatis restringũt/ ⁊ podagrã pigritie auferũt atq̃ȝ tollũt. Ad ista enim omnia valent oua.i. dicta et exempla Christi et sanctorum/ et verba et opera sapientium doctorum.

19 ¶ Oua aspidū venenosa sunt/fetida/ liuida/saniosa/simul iuncta ꝛ pariter conglobata. Contingit autem (vt dicit Pliñ.) ꝙ aliquis alius vermis venenosus/sicut est rubeta vel buffo/inuenit oua aspidis/et fouet ea tanꝙ ppria/ꝛ cubat etiā super ea/ et exinde procreatur vermis/ q̄ flatu ꝛ visu more basilisci vel reguli interficit vniuersa. Malitiā tñ vermis taliter pcreati primo sentit qui fouet. Nā in primo eius ortu qñ se fouentē aspicit/ ipsum se generantem occidit. et ad hoc videtur alludere scriptura Esa.lix. vbi dicitur: Qui comederit de ouis aspidis/morietur:ꝛ quod confotū est/erumpet in regulum. vbi dicit glo.ꝙ de ouis aspidis generatur regulus : ꝛ ex Judeis nascetur antichristus. Ista possunt applicari cōtra quosdā venenosos et malos/qui alios malos fouent/vt ipos habeant fidos et amicos:et tamen iusto dei iudicio sepe fit ꝙ ipsos tandem sentiūt inimicos. Accidit enī ꝙ vermis venenosus.i.peccator malitiosus īuenit ouum aspidis.i. aliquem filium diaboli per vitia saniosum/et per malitiā venenosum: quem quia videt sibi similē/ ipmq; reputat sibi et suis futurum vtilem/statim nititur ipsum fouere/et in suis malitijs sustinere:et sic fit ꝙ eum in esse producit/et suis malitiosis fomentis ipsum vermē venenosum.i.vsurariū vel aduocatū/ balliuum vel officialem vel etiam beneficiatū et diuitem facit:qui scilicet flatu et visu.i. verbo ꝛ sensu alios afficit atq; ledit.Sed pro certo sepe fit ꝙ illi ijdem qui tales fouerant et promouerāt/ vel in se vel in suis filijs ꝛ nepotibus ꝛ amicis primo ab eis perturbantur/ ꝛ visu sue malitie ad paupertatē ꝛ infortuniū deducūtur. Cōmune est enim ꝙ ille qui malos promouet/ ipsos primo et ante omnes aduersarios habet. Malus enim regulus.i.homo venenosus/ infidelis ingratus ꝛ iniquus statim ꝙ se videt procreatū ꝛ promotum/ꝛ ad statum prosperitatis progenitū et exortū/ non veretur contra propriū benefactorē insurgere/ et genitorē propriū īpugnare. vnde illud sepe dictū Esa.lix. Oua aspidū ruperunt:ꝛ telas aranee texuerunt. Uel dic generaliter de malis ꝛ ingratis filijs ꝛ infidelibus/q̄ suos parentes impugnāt /ꝛ suos progenitores exasperant atq; grauāt. Uel dic de infidelibus ꝛ ingratis/qui foti/creati et ad statū producti/ proprios genitores ꝛ benefactores despiciunt/ et contra ipsos insurgunt. Uel dic de christo verme spirituali: qui dicit in Psal. Ego sum vermis/et nō homo:opprobriū hominū/et abiectio plebis. qui oua aspidis.i.iudeos fouerat ꝛ promouerat/ꝛ filios suos speciales fecerat: qui tñ ipsum occiderūt:et visu sue inuidie

20 perierunt. Thob.j. Occiderūt regem filij eius. ¶ Oua aranearū modica sunt et multa: que si casu fuerint perdita vel dispersa/ statim aranea solet ea querere/et ipsa in loco proprio cōgregare. Sic vere si aranea diabolus perdit aliquod ouum suū.i.aliquē peccatorē/ vtpote quādo conuertitur ad penitentiā/vel ad fidem/non cessabit ipsum per tentationes querere/ quousq; eum possit per peccatū sibi iterum aggregare. Uel dic ꝙ sic nos debemus facere:quia scilicet si oua virtutū nostrarū perdiderimus/ ipsa debemus per penitentiā querere/vt ea possimus integraliter rehabere. Figura de dragma perdita: Lu.xv.ꝛc. Uide ibi infra lib.xvj. Ideo dicitur Mat.

21 vij. Querite et inuenietis. ¶ Ex vno ouo nascūtur aranee infinite: que statim ꝙ nate sunt/ texere incipiunt: et hoc ita subtiliter/ꝙ sensus humani ad faciendum simile non attingunt. Ouū est vsurarius primus/pater scilicet aliorum:ex quo pro certo multe aranee.i. multi vsurarij generantur. Patet:quia si vnus vsurarius haberet centum filios/omnes vellet esse vsurarios:ꝛ ideo tales vsurariorū mali filij ꝛ successores statim ꝙ nati sunt/ solent telam malitiarū texere/et se in perpetuū in patrū operibus exercere: iuxta illud: Patrem sequitur sua proles. Et telam suam.i.negocia vsuraria tam subtiliter et sagaciter facere/ ꝙ vix potest aliquis fraudes eorum cognoscere vel videre:quia sicut scriptū est Luce.xvj. Filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua

22 sunt. ¶ Oua aquile non sunt vltra tria:quorū etiam dicitur aliqua eijcere/ ne ipsam grauari incubando contingat. Sed de hoc vide supra de aquila. Hic tamen dic q̄d dicit Pliñ.ꝙ aquila in nido suo ideo ponit vnum lapidē preciosum/ ne oua sua per tonitruū corrumpantur. Sic vere si timemus ꝙ per tonitruū tentationis oua bonorū cogitatuū et propositi sancti que deus in nido cordis nostri posuit/corrumpantur/lapidē preciosum/scilicet orationem adhibere debemus/ꝛ sic corruptelā ꝛ casum peccati nullatenus sentiem⁹. Nihil enim adeo liberat a tentationis tonitruo/ sicut feruens oratio et deuotio: quia pro certo tentatio faciliter non corrumpit illum qui per orationem deuotā dño se committit/ et qui eam in nido et sinu cordis sui collocat et reponit. Psal. Oratio mea

23 in sinu meo cōuertetur. ¶ Quomodo bubo furetur oua monedule de nocte/et ecōuerso monedula oua bubonis de die/ vide supra de monedula et bubone. Quomodo coruus ouat in medijs estatis feruoribus/vide supra de coruo. Quomodo columbarū mas cubat super oua de nocte/et femina de die/ vide supra de columba. Quomodo perdix furatur oua aliarum perdicum/ꝛc. vide supra de perdice. Quomodo oua formicarū sunt medicinalia: vide supra de vrso. De ouis autem gallinarū/ vpupe et auium aliarū vide in titulis suis supra in libro de auibus quia illa que de diuersis generibus ouorū ponit hic magister/non videntur multū notabilia ad moralizandū: et

24 ideo ipsa ad presens omisi. ¶ Quiscula est auis dicta a sono: cuius ouis insidiatur mustela sub glebis: vbicu[nque] la ponit ea: et ideo docente natura/ quiscula solet in diuersis locis oua sua ponere: et ne mustela omnia depre[he]detur/in varijs locis occultare:ꝛ sic masculus in vno loco/femina vero in alio solent dicta oua calefacere et fouere. Ista possunt applicari ad viros prouidos ꝛ discretos:qui pro certo cōtra insidias mustele.i. diaboli/ se solent debite premunire/ et ipsius malitias precauere: et ideo oua virtutū et bonorum operū debent facere:ꝛ ipsa in locis varijs a visu hominū abscondere: vt si forte mustela diabol⁹ aliqua destruxerit/ꝛ per tentationē rapuerit/ alia valeant superesse. Figura de Jacob. Ge.xxxij. qui timens esau/diuisit oues suas in tres turmas/ad finem ꝙ si esau vnam turmā percuteret/ alia remaneret. ad denotandū ꝙ plures turmas virtutū debemus habere: ad finem ꝙ si aliquas per malitiā esau diaboli cōtingat perdere/ nobis possint alie remanere. Uel idem dic de amicis: qui habendi sunt plures/ꝛ in pluribus locis: ad finem ꝙ si per mustelā.i. per detractores et inuidos aliqui subtrahantur/alij in amicitia cōseruentur. Pone figurā de Jacob sicut supra. Unde Seneca lib. de remedijs fortui. inuehit contra illos qui vnicum habent amicū. Amicū inquit perdidisti? fortem animū habe si vnū/ erubesce si vnicū. Quid (inquit) in tanta tempestate ad vnam anchorā stabas? Uel dic de diuitibus sapientib⁹: qui timentes mustelas.i. infortunia vel latrones/ non tenent res suas in vno loco/ sed in pluribus et occultis: nec habent diuitias suas in vno solo genere rerum/ sed in pluribus: nec totum custodit maritus/ imo et vxor: ad finem ꝙ si latrones vel exactores vel infortunia/ illa que sunt in vno loco subtrahant/ alia q̄ sunt alibi/ remaneāt. Pone ꝛ expone figuram de Jacob ꝛ tribus turmis/ qui in plures partes diuitias suas voluit diuidere/ ne simul

25 ia possit perdere. ¶ Oua crocodili tanta sunt quanta oua anserū: et mirū est ꝙ de tā paruo ouo crescit animal ad quātitatē viginti cubitorū. vnū etiā aliud valde mirabile inueni de isto animali in speculo historiali Uincentij: vbi agitur de captione Damniate per beatum Ludouicum/ quod alibi non inueni. Dicitur enim ibi ꝙ in ciuitate capta fuit inuentus quidā crocodilus ligatus: et dicitur ibi ꝙ istud animal oua ponit : et solo aspectu ea fouet: et pullū generat et producit. pullus tamen statim ꝙ natus fuerit/ patrē suum tanꝙ hostem solet fugere: et se ab ipsius consortio absentare. Ipsa possunt applicari contra ingratos: qui pro certo sicut filij degeneres/ illos q̄ eos de ouo.i. de humili statu/ aspectu sue clementie educunt/ et ad gradū et statum promouent/ statim ꝙ se vidēt extra ouū.i. extra paupertatis et humilitatis ambitū/ fugiunt/ ipsosq; amplius videre noluñt: sed potius ipsos despiciūt et contemnunt: iuxta illud Esa.j.

Filios enutriui ⁊ exaltaui:ipi aūt spreuerūt me. Ista est enim pestis humane ingratitudinis: quia homo nunꝗ̄ vellet amplius videre illum a quo beneficium se nouerit recepisse:ne forte gratias iure nature compellatur referre. Uel dic de ingratis peccatoribus quo ad deum:quia scz dato ꝙ ipse pater deus ipos aspectu sue misericordie foueat/et ad statum gratie per baptismum educat/ipsi tamen ipsum fugiunt/et ab eius dominio per peccatum recedunt. Job.xxxiiij. Quasi ex industria recesserunt a deo.et:Quasi nihil posset facere omnipotēs/estimabāt eum. Uel dic contra ingratos filios:qui proprios parentes fugiunt et contemnunt. Uel dic econtra ꝙ crocodilus est diabolus:qui in ouo carnalitatis fouet fatuū peccatorem:verūtamen statim ꝙ peccator eum videt et cognoscit/et eius fomenta ⁊ figmenta percipit/ipse debet eum fugere/et ipsius malitias euitare/et tanꝗ̄ hostem nequissimum declinare:quia pro certo peccator qui talem patrem suum diabolum bene cognoscit/ipsum nequaꝗ̄ diligit/immo fugit : quia sicut scriptum est: Qui non odit patrem et matrem suam/nō potest Christi esse discipulus. Deuteronō.xxxiij. Qui dicit patri suo:nescio vos/et fratribus suis:ignoro illos. Hec igitur sufficiant de ouis et virtute etiam ouatiua. Nunc igit̄ dicendum de numeris et mensuris:et etiam de instrumentis musicis atqꝫ sonis.

Capitulum.xxvj. De Numeris.

Numerus (sicut dicitur in principio arithmetice) est multitudo ex vnitatibus aggregata. ⁊ est numerus s̄m Isidorum.lib.iij.illud quo vnū ab altero distinguitur:⁊ per quod omnia que sunt/siue sint substantie siue accidentia/ in ordine componuntur. Super omnia eñ necessaria est mortalibus scientia numerādi:quia homo a pecude nō videtur differre/qui nescit res ⁊ negocia numerare. Sola eñ ratio res numerat/⁊ inter numeri partes diiudicat ⁊ dispensat. Per numerationem spiritualiter loquendo/possum intelligere cōsiderationem/et perfectā rerū notitiam ⁊ cognitionem: quia pro certo ista est scientia valde ad salutem necessaria/ ⁊ vtilitati hoīz opportuna: quia procul dubio vir discretus debet oīa q̄ sunt/scilicz virtutes ⁊ vitia/merita ⁊ premia/opera ⁊ supplicia nūerare/⁊ in corde suo discutere ⁊ videre:quia sicut non est dare rem quin cōsistat sub aliquo numero:(cū scriptum sit Sap.xj.ꝙ deus fecit oīa ī pōdere/numero/⁊ mēsura) sic vere de oībus que omittimus/ꝯmittimus/vel amittimus/nihil debz esse quin cōsistat sub nostre nūerationis ⁊ considerationis officio. Eccl'i.xlij. Quodcūqꝫ trades/numera ⁊ appēde:datū vero et acceptū oīe describe. Uel dic ꝙ nihil est quin apud deum cōsistat sub aliquo numero:scz vel saluandoꝝ vel damnandorum:quia sicut videmus ꝙ campsor pecunias bonas ⁊ malas numerat/vt sciat ꝗ̄tum de qualibet habeat:sic deus sua occulta distinctione nūerat bonos et malos:vt sciat vbi finaliter ponat ipsos. Mat.x. Capilli capitis vestri oēs numerati sunt. ¶ Numeratio p̄cipue se extendit ad res proficuas ⁊ honestas.sicut eñ patz ad sensum/homo solet numerare illud qđ precipue diligit ⁊ affectat/et illud quod bonum ⁊ preciosum reputat:illud autem qđ vile ⁊ reprobū est/in numero suo nō computat:quinimo illud vilipendit/⁊ numerare nō curat. Talis numerus videt̄ esse cōpotus predestinationis diuine.constat eñ ꝙ illos solos solet in tali numero ponere/quos bonos ⁊ sibi vtiles nouit esse:illos vero tali numeratione indignos/q̊s viles fore cognoscit ⁊ reprobos/⁊ quos extra proprium thesaurum decreuit ponēdos. Uñ de bonis dr̄ in p̄s. Dinumerabo eos:et super arenā multiplicabūtur. De malis dicit̄ item in p̄s. Circundederūt me mala:quorū nō est numerus. ¶ Campsores solent pecunias ponderare anteꝗ̄ numerare:⁊ s̄m ꝙ plus habent de bono pondere solēt eas bursis et loculis assignare. Illam eñ pecuniā que legitime ponderat/ponunt ad partem:ipsamqꝫ numerant in thesauro reponendam: illam vero que deficit in pondere/ad aliam partem ponunt:ipsamqꝫ expendendam vel in igne etiam refundendā ordinant ⁊ disponūt. Igitur pōdus videtur numerum precedere:qr p̄us campsor ponderat ꝗ̄ incipiat numerare. Per numerationem intelligo predestinationem vel reprobationem diuinam:qua scilicet eterna prouidētia omnes animas numerat et compensat. Psal. Numerat multitudinem stellarum/et omnibus eis nomina vocat. Per pondus vero intelligo sufficientiam vel insufficiētiam meritorū. Igitur dico ꝙ pōderatio numerationem precedit:quia scilicet diuina sapientia in ipsa sua immensa eternitate prius rationis ordine/ꝗ̄uis non prius re vel tēpore/pondus meritorum ꝗ̄ numerum premiorum vel tormentorum attendit:quia scz deus ab eterno videt que sunt futura in hominibus meritorum pōdera:⁊ s̄m hoc ab eterno ordinat ⁊ numerat que sunt futura ipsorum tormenta vel munera. Ordo eñ diuine sapientie ꝗ̄ꝗ̄ simul omnia videat/prius tñ attendit quāta est futura virtutū vel vitiorum pōderatio/anteꝗ̄ sequatur predestinationis vel reprobationis numeratio. Et s̄m ꝙ in meritoꝝ pondere variantur/s̄m hoc ad vnam partem vel aliam numerātur:vt scilicet in paradisi thesauro reponātur/vel in inferni incendio refundātur. Bene ergo dicitur Sapieñ.xj.ꝙ deus omnia disposuit in mēsura/numero ⁊ pōdere.

Capitulum.xxvij. De vnitate.

Unitas est radix et principium numerorum. Nihil eñ est numerus/nisi collectio vnitatū. ab vnitate enim procedunt ⁊ oriuntur numeri vniuersi/sicut a principio radicali:ipsa vero vnitas a nullo oritur/nec ab alio perficitur aut causatur. Nam licet vnitas summam et indiuisibilem habeat simplicitatem/causat tamen et principiat omnem multitudinem ⁊ vniuersitatem:et ideo omnis multitudo seu numerus ab vnitate oritur/⁊ in vnitatem resoluitur ⁊ reducitur:⁊ in vnitate sicut in suo principio potentialiter continetur. Proprietas enim vnitatis est multitudinem efficere:et eam retinere ⁊ perficere:et in oībus multitudinis partibus existere ⁊ manere : sicut dicit Auicen.lib.iiij.ca.ij.et cap̄.xxx. Sicut etiam dicit Aristo.viij.physicoꝝ:totalitas ⁊ perfectio debetur vni: et perfectum sufficit esse vnum. Et ideo cum vnitas sit rerum principiū et origo/ quāto plus res appropinquat vnitati/tanto magis appropinquat veritati et simplicitati:et quanto res plus ab vnitate recedit/tanto magis ad diuersitatē et ad corruptionē accedit. Per talem simplicitatē potest intelligi illa simplicissima vnitas diuine essentie et nature:de qua dicitur Deute.vj. Audi israel: dn̄s deus tuus vnus est. Quia procul dubio ista est omniū numerorū.i.omnium creaturarū numerabiliū principium et origo: et tamen ab aliquo non progreditur nec emanat: quia scz omnis multitudo creaturarū ab ista sicut a suo principio originaliter producitur: et in istam sicut in suū finem resoluitur: et in eam sicut in suū terminum terminatur:et in ipsa sicut in sua causa virtualiter continetur.ad Col'.j. Omnia per ipsum et in ipso creata sunt:⁊ ipse est ante omnes: et omnia in ipso constant. Ista etiā vnitas deus est in omnibus numeris.i.in omnibus creaturis:⁊ in ipsis principaliter et potentialiter et etiā intrinsece et essentialiter habitat atqꝫ manet. Unde apostolus dicit ꝙ ipse est omnia in omnibus. Igitur sine tali vnitate.i.sine deo nullus numerus.i. nulla creatura pōt cōsistere/nec in esse reali vel etiā morali aliqualiter permanere:et ꝗ̄to plus ad ipsum per charitatem accedimus/ tanto simplicitatē/innocentiam et veritatem ampliorem acquirimus:⁊ quanto per terrenos affectus et per peccatū ab eodem recedimus/tanto ad diuersitatem/discordiam et contrarietatē malorum appetituum et habituū amplius appropinquamus: cum procul dubio isti vnitati sit omnis perfectio tribuenda: et omnis totalitas ascribenda. Bonū est ergo ad talem vnitatem accedere / et in ea per affectum consistere : et cum ipsa per deuotionem quiescere et manere:dicendo cum vxore Thobie/ illud Thobie.x. Omnia in te vno simul habentes/non te debuimus dimittere. Nam sicut vnitas inter ceteros nūeros habet dignitatē/qr primus est nu-

merus: indiuisibilitatem/ quia simplex: singularitatem/
q2 solus: sic vere deus est vnus/ primus/ indiuisibilis/
et etiam in omnibus solus ꝛ singularis: iuxta illud Ec-
cli. j. Unus est altissimus creator omniũ. Allega Augu.
infra eo. §. vj. Uel dic ꝙ ista vnitas significat prelatum:
qui in eodem genere prelature vnus et vnicus esse de-
bet: quia scilicet alij numeri. i. subditi ab eodem depen-
dent: et in ipso ipsiusq3 regimine resident atq3 manent:
ipse etiam in ipsis subditis per charitatem deb3 mane-
re/ et esse perfectionis et gratie suis exemplis ꝛ verbis
ipsis omnibus debet dare. Ipsi etiam numeri ꝛ subditi
sicut ab ipso oriuntur dependendo/ sic et in ipsum resol-
ui debent eum diligendo/ et obediẽdo/ ꝛ se ei conformã-
do: vt sic de tali vnitate dicatur illud. j. Machabe. viij.
Omnes obediunt vni: et zelus ꝛ inuidia nõ est inter ip-
sos. Et quia perfectio/ totalitas/ primitas/ singularitas
et simplicitas/ et productiua bonitas/ sui etiam cõmu-
nicatiua diffusibilitas attribuitur vni (sicut dictum est)
restat ꝙ prelatus qui in collegio est vnicus/ vel etiam q̄-
libet vir iustus/ qui in se residet sicut vnus/ nec ad mun-
dana diuiditur: debet esse perfectus/ integer ꝛ totus/ ad
om̃ia bona opera semper primus. debet etiam esse singu
laris in bonitate/ simplex in humilitate/ sui per charita
tem cõmunicatiuus/ ꝛ bonorum operum productiuus.
2 Sapien. vij. Cum sit vna/ omnia potest. ¶ Unitas sum-
me est necessaria in rebus compositis atq3 mixtis. sine
ista em̃ nihil potest consistere: quia nisi partes in vnum
maneant/ necesse est ꝙ deficiant et pereant. Homo em̃
qui ex anima ꝛ corpore componitur/ ꝛ etiam lignum vel
lapis quod ex diuersis elementis compingitur/ nunq̄3
in esse suo persisteret/ nisi ĩ vnitate integra permaneret:
sicut patet in pariete/ vbi statim ꝙ vnitas deficit/ ꝛ pars
a parte recedit/ statim esse etiam virtus et perfectio pa-
rietis destruitur atq3 perit. Igitur virtus celestis occul
te operatur in rebus/ que in mixtis vnitatem custodit/
et diuersitatem elementorum conciliat ꝛ cõiungit. in ag
gregatis etiam cementum ponitur/ quo mediante vni-
tas conseruatur. Per vnitatem possum intelligere virtu
tem concordie seu pacis. Ista est enim quedam virtus
que esse virtuosum ꝛ morale in hominib9 cõstituit et cu-
stodit. qñ enim mediante virtute celesti. i. diuina gratia
et cemento etiam charitatis illa que diuersa sunt/ fiunt
vnum. i. vnanimes et concordes/ vtpote quando homo
vnitur cum deo per fidem et deuotionem/ et etiam cum
proximo per concordiam ꝛ pacis cõmunionem/ tunc p-
cul dubio talis homo perseuerat ĩ esse gratie ꝛ virtutis:
vt sic tandem perueniat ad felicitatem glorie ꝛ salutis.
Unitas enim charitatis et pacis custodit virtutum in-
tegritatem: si autem ista deficit/ necesse est ꝙ homo per-
dat moralem gratie entitatem. Nam si a deo ꝛ ab vnita
te fidei ꝛ charitatis nos disiungimus/ ꝛ a fraterna com-
munitate ꝛ charitate nos diuidimus/ statim pro certo
quãtum ad esse gratie destruimur ꝛ perim9. et sic loquit̃
Boethius de consolatione psa. xj. vbi dicit sic: Nosti ne
omne quod est/ tandiu manere atq3 subsistere/ q̃3diu sit
vnum: dissolui vero ꝛ desistere/ vbi vnum esse destiterit?
Uel dic ꝙ homo q̃3diu est vnus. i. simplex/ integer ꝛ per-
fectus/ ꝛ ad se solum redactus/ ꝛ in vno ꝛ solo deo fixus/
tandiu perseuerat integer et perfectus: q̃3cito vero vni-
tatem perdiderit: et ad mundana diuisus per desideria
fuerit/ statim esse virtutum amittet/ ꝛ corruptioni diuer-
sorum criminum subiacebit. Talis ergo vnitas simpli-
citatis perfectum hominem facit/ et perseuerantiã per-
ficit et custodit. Unde Boethius ibidem. Patebit vnũ-
3 quodq3 subsistere/ dum est vnum. ¶ Multis modis ꝫm
Bernar. dicitur aliquid esse vnum: scilicet collectiue: si-
cut multi lapides faciunt vnum aceruum. constitutiue:
sicut multa membra faciunt corpus vnum. coniugatiue
sicut vir ꝛ mulier vna caro efficiuntur. suppositiue: sicut
anima et corpus vnum hominem constituunt. imitati-
ue: sicut duo homines vnum dicuntur quando se inuicẽ
imitantur. Sic vere licet nos alij diuersi conditione et
genere simus/ vnum tamen per charitatem et cõcordiã
esse debemus. Sit igitur in nobis concors vnitas colle-
ctiua: et ista est vnitas religionis: quia scilicet religiosi
et clerici sunt partes q̄ aceruum religiõis constituunt/ ꝛ
vnum collegium faciunt et componũt. Item sit ibi vni-
tas constitutiua: et ista est vnitas intentionis: quia da-
to ꝙ persone que sunt in cõmunitate/ diuise sint/ ꝛ inter
se aliquotiens inimice/ vnum tamen debent esse in suo
corpore constituendo/ et in vtilitatem sue reipublice p-
curando. Item sit in nobis vnitas coniugatiua: et ista
est vnitas societatis: qua scilicet vnus alteri coniungi-
tur/ ꝛ per amicitiam vnitur. Item sit ibi vnitas supposi-
tiua: et ista est charitas/ qua scilicet homo et proximus
vnum efficiuntur. Item sit ibi vnitas imitatiua: et ista
est vnitas imitationis: qua scilic3 deum et viros iustos
imitamur: et eos imitando vnum cum eis efficimur: in-
quantum suis moribus conformamur. Unitatem igitur
collectiuam facit fides/ que de diuersis sectis et perso-
nis facit vnum aceruum ecclesie vel religionis. Psalm.
Congregati sunt in vnum. Unitatem constitutiuam fa-
cit iustitia et amor rei publice/ qua scilicet omnes cano-
nici vel ciues sunt vnius voluntatis pro corpore consti-
tuendo/ et pro negocio publico vtiliter procurando. De
quo ad Rom̃. xij. Unum corpus multi sumus in Chri-
sto. Unitatem coniugatiuam facit societas: que scilicet
quadam familiaritate diuersas personas vnit et iungit:
et maxime ad litteram vnitas coniugalis/ que de viro ꝛ
muliere facere debet vnum: iuxta illud Genes. ij. Erũt
duo in carne vna. Unitatem personalem facit perfecta
charitas/ que de diuersis naturis. i. de diuersis cordib9
facit vnum. Actuũ. iiij. Multitudinis credentium erat
cor vnum et aĩa vna. Unitatem autem conuersatiuam
seu imitatiuam facit humilis conformitas: qua scilicet
deum et prelatos ꝛ alios viros perfectos imitamur/ et
vnum per imitationem efficimur cum eisdem: vt sic di-
cat quilibet illud Joannis. x. Ego et pater vnum sum9.
¶ Illud proprie et simpliciter dicitur esse vnum/ quod 4
nec actu nec intellectu potest diuidi vel partiri: sicut est
punctus. Est enim ista ꝓprietas vnitatis/ ꝙ q̃uis alijs
vnitatibus coniungatur/ in se tamen semper vna ꝛ indi
uisibilis permanet: et in se simplex ꝛ integra custoditur.
Talis est vir perfectus: qui scilicet per vana desideria
non debet diuidi/ nec per duplicitatem huc et illuc par-
tiri: quinimmo iste deb3 esse simplex/ indiuisibilis ꝛ vni-
cus/ et perseuerantia et cõstantia mentis integer ꝛ per-
fectus. vbicunq3 enim coniungat̃ ꝛ ponatur/ vel in quo-
cunq3 collegio/ consortio vel negocio inseratur/ semper
debet mens ipsius vna manere/ et nunq̃3 ad mundi ap-
petibilia se diuidere nec extendere/ nec per mundi dele-
ctabilia ab vnitatis sue constantie tramite se mouere/
nec quacunq3 occasione a firmitate amicitie et fidelita-
tis se duplicare: sed in omnibus et per omnia vnus esse.
Joan. vj. Est puer vnus hic. Uel dic ꝙ vnitas signifi-
cat malam singularitatem quorundam: qui scilicet seip-
sos nolunt ad alios per charitatem diuidere vel partiri/
sed per partialitatem et singularitatem volunt indiuisi-
biles et incõmunicabiles inueniri. Ecclis. iiij. Un9 est:
ꝛ scd̃m non habet: nec tamẽ satiant̃ oculi eius diuitijs.
Qui dato ꝙ alijs hominibus coniungantur/ et ꝙ in col
legio vel societate alijs copulent̃/ in se tamen partiales
et singulares permanent/ et nulli alij intrinsece per cha
ritatem miscentur/ nec per beneficentiam diuiduntur.
Ideo bene dicitur ibidem. Unus quomodo calefiet: sci
licet per charitatem. Quasi diceret. nunq̃3. ¶ Multos 5
modos vnitatis ꝫm quid/ ponit hic magister. Dicit em̃
ꝙ est vnum genere/ vt bos et homo: vnũ specie/ vt Sor-
tes et Plato: vnum accidente/ vt vernix et cerussa: vnũ
subiecto/ vt al-
bum ꝛ dulce ꝛc̃. Sed de his omnibus nihil ad presens.
proportione/ vt auriga et nauta: vnum 6
¶ Quis ꝫm philosophos ex duobus actu existẽtibus
non fiat vnum/ potest tamen vnum fieri ex duabus sub-
stantijs quando vna se habet ad aliam per modum de-
pendentis et accidentis/ et quando per vnam alteri da-
tur esse: sicut patet in corpore et anima: que due substan
tie sunt: et tamen vnus homo fiunt/ pro eo ꝙ anima cor-
pori dat esse/ et ab aĩa dependeat ipm corpus. Sic vere

dato q̄ humanitas ꝛ diuinitas in Christo due sint substantie/ qꝛ tñ humanitas per modũ dependentis ꝛ quasi accidētis se habuit: idcirco de ipis duob⁹ vnus xp̄s de⁹ et homo fieri potuit/ q̄ vnus ꝛ vnicus semper fuit: qꝛ ꝑm Anastasiũ: iste est vnus nō ꝯfusione substātie/ ſʒ vnitate ꝑsone. vnus autē nō ꝯuersione diuinitatis in carnē/ sed assumptione hũanitatis in deũ. Nam sicut aīa rōnalis et caro vnus est hō: ita deus ꝛ hō vnus est xp̄us. Unus est eñ Christus quo ad diuinitatē/ vnus etiā quo ad humanitatem/ vnus ꝛ vnicus quo ad persone singularitatem. Uñ Aug. lib. iiij. de trini. c. vij. dicit sic: Oportebat inquit vt multi venturum clamarēt vnũ/ et a multis cōclamatus veniret vnus/ ꝛ vt multa ꝯtestarentur venisse vnum/ et a multis exonerati veniremus ad vnum/ et vt pctis mortui/ amaremus ꝓ nobis mortuũ vnum: ꝛ credentes iustificaremur/ in vno iusto facti vnum. ¶ Unitas hoc habet ꝓprium: qꝛ si paritati additur/ facit imparitatem: si vero imparitati additur/ generat paritatē: sicut ptʒ: quia vnitas addita binario (qui est par) generat ternarium/ qui est impar: ꝛ econuerso si ternario impari additur/ quaternarius qui est par numer⁹ generaṫ. Per pares possum intelligere illos qui ī equalitate/ pace ꝛ amore ꝛ ꝓspera tranqllitate perseuerāt: per ipares vero illos qui in inequalitate morũ/ paupertate/ ꝛ tribulatiōe et discordia a se inuicē dissonāt ꝛ discordant. Per vnitatem autē intelligo illos q̄ sunt singulares ꝛ partiales/ et ab aliorum cōitate diuertunṫ: qꝛ pro certo tales si paribus. i. illis qui sunt ī ꝓsperitate ꝛ pace iunguntur/ inequalitatē discordie ꝛ inuidie statim inducere comprobantur: si vero imparib⁹. i. miseris/ desolatis ꝛ discordibus se iungũt/ tunc equalitatē pacis ꝛ amoris inter eos inducũt/ inq̄ʒtum scʒ se eis conformāt/ et vna cũ eis concorditer viuunt. Et breuiter istud est verũ q̄ mali ꝛ partiales cum paribus. i. cum bonis adiūcti inequalitatē ꝛ discordiam faciũt: alijs ꝟo malis imparibus associati/ equaliter ꝛ cōcorditer similes fiunt: qꝛ. s. ille q̄ est vn⁹. i. sine charitatis binario ꝛ ab alijs diuisus/ viuit discorditer ꝛ inequaliter: cũ alijs ꝟo viuit equaliter ꝛ ꝯcorditer. Uel dic q̄ vnitas ꝯcordie/ societatꝭ ꝛ ꝯiunctionis si illis q̄ pares sunt ī diuitijs ꝛ honorib⁹ additṙ/ stati inequalitas ꝛ īparitas inuidie inter eos gñaṫ: qꝛ. s. facile est q̄ pares ꝑ inuidiā diuidanṫ/ qñ simul in eodē collegio villa vel ciuitate vniunṫ: veruntñ si persone q̄ʒtum ad statũ et gradũ sunt īpares/ tũc adiūcta vnitas cohabitatiōis facit eos per ꝯcordiā esse pares. Cōcordi⁹ eñ solēt inuicē viuere illi q̄ sunt statu ꝛ gradu īpares: ꝛ h̄ qꝛ. s. miores nō dedignanṫ obseq̇ maiorib⁹: q̄ʒ illi q̄ ꝑ oīa sũt pares: qꝛ. s. pares dedignanṫ obedire equalib⁹. Et ideo bñ dicit cōmune prouerbiũ q̄ semꝑ regnat inuidia inter pares. Unde bene dicit alter q̄ facile est pares paribus inuidere.

Capitulum. xxviij. De dualitate.

Dualitas ex vnitate cōbinata cōsurgit. est eñ numerus post vnitatē scd̄us: et ei īmediate cōiunct⁹: ꝛ inter vnitatē ꝛ trinitatē medius/ ꝛ vtriqꝫ cōtiguus ꝛ vicin⁹. Sic ꝟe est dualitas charitatis: qꝛ scʒ ista est q̄ ex cōbinatione oritur aīoꝝ duoꝝ: qꝛ teste Greg. Charitas minus q̄ʒ iter duos haberi nō pōt. Ista est eñ ꝟtus q̄ media est inter essentie diuine vnitatē/ ꝛ ꝑsonarũ trinitatē: qꝛ ꝓ certo ꝑfecta charitas ab vnitate. i. a deo īmediate oriṫ/ et in ternario. i. in fide trinitatis terminaṫ ꝛ ꝑficiṫ. Uel dic q̄ illi qui sub binario charitatis sunt positi/ ipi deo vni ꝛ trino sunt contigui ꝛ vicini. qd̄ bñ figuratur ī discipulis quos Christus secũ habuit/ ꝛ quos ad predicādum mittēdos binos ꝛ binos inuicem copulauit. Ideo bñ diciṫ Eccl'is iiij. q̄ meli⁹ est eē duos q̄ʒ vnũ: qꝛ si duo sint/ simul fouebunṫ mutuo: vnus autē quomō calefiet? ¶ Dualitas est numerus infamis/ pro eo q̄ primus ab vnitate recedit. Sic vere dualitas dissensionis ꝛ discordie infamis merito potest dici/ que scʒ vnitatem ꝛ pacem fugit/ ꝛ ab ea se elongat ꝛ recedit: quia procul dubio illi qui duo sunt ꝛ non vnus. i. illi qui diuisi sunt et nō vniti/ scʒ discordes/ maliuoli ꝛ inuidi/ ab vnitate pacis ꝛ concordie et etiam ab vnitate. i. a deo recedunt/ ꝛ ad ternarium. i. ad triplicem concupiscentiam mundi accedũt: et ideo infames sunt: qꝛ vnitatē amoris frāgũt. Eccli. xxxiij. Duo cōtra duo: vnũ contra vnũ. Ideo Eccli. xxvj. dr̄: In duob⁹ cōtristatum est cor meũ. ¶ Ternarius numer⁹ ex vnitate addita dualitati consurgit: ꝛ est numer⁹ ī natura sacratus: pro eo q̄ oīa que sunt/ in quadā trinitate consistunt: inquātum scʒ in numero/ pondere ꝛ mensura facta sunt. Iste numerus in bono significato beatam trinitatē designat: in qua. s. summe manet dualitas charitatis/ ꝛ veritas deitatis: ꝛ ideo iste sacratus numerus debet dici: quia rōne trinitatis debet precipue benedici. Uñ etiam Aristo. lib. de celo ꝛ mũdo/ in ternario numero deũ sublimē et gloriosum magnificare adhibuit: in quo scʒ beate trinitatis fidē dilucide declarauit: quia scʒ tria sunt que testimoniũ dant in celo: pater/ verbum/ ꝛ spũs sanctus: et hi tres vnũ sunt: sicut dr̄. j. Ioan. v. Uel dic q̄ iste numerus signat tres ꝟtutes theologicas/ scʒ fidem/ spem/ charitatem: de quibus diciṫ. j. ad Cor. xiij. Nũc autem manent fides/ spes/ charitas/ tria hec. Uel signat tres potentias vel tres partes penitentie: scʒ contritionem/ confessionē/ satisfactionē. vel tres hierarchias angeloꝝ/ vel tres status saluādorum/ vel tres dotes glorie paradisi: scʒ visionem/ fruitionem/ tentionē: et cetera similia. Unde Eccli. xxv. In trib⁹ beneplacitum est spũi meo. Uel dic q̄ ternarius in malo significat tres concupiscētias: scʒ cōcupiscētiam oculoꝝ/ ꝯcupiscētiam carnis/ et superbiam vite: q̄ figurate sunt Apoc. xvj. in tribus spiritibus immũdis/ qui de ore bestie. i. a suggestione diabolica perhibētur exire. ¶ Quaternarius numerus est solidus: ex quattuor eñ vnitatib⁹/ vel ex duabus dualitatibus/ vel ex ternario ꝛ vnitate constat/ ꝛ inter ternarium ꝛ quinariũ medius ꝑseuerat. Iste igiṫ nũerus virũ perfectũ significare pōt/ qui solidus est ꝛ constās ī moribus ꝛ in fide/ ꝛ qui quattuor vnitates. i. quattuor cardinales virtutes vel doctrinā quattuor euangelioꝝ cōtinet/ ꝛ binariũ charitatis/ ternariũ fidei trinitatis/ ꝛ vnitatem. i. fidem vnius deitatis cōtinue secum habet: ita q̄ inter ternariũ trinitatis/ ꝛ quinariũ q̄nqꝫ libroꝝ legis dei residet atqꝫ manet. qd̄ bene figuraṫ Ezec. j. vbi sācta aīalia quattuor alas ꝛ quattuor facies habere dicuntur pro eo q̄ sancti viri ꝛ in alis. i. in volando per cōtemplationem/ ꝛ in facie. i. in cognoscēdo per discretionē/ quaternarium virtutum ꝛ soliditatem mentis habuisse noscuntur. Ezech. xlij. Per quattuor ventos mēsus est murum. Uel dic q̄ iste numerus soliditatem ecclesie significat: que oīa supradicta continet atqꝫ portat. Uel dic in malo significato q̄ per quattuor intelligi possunt illi in quibus quattuor male affectiones regnāt: qui scʒ soliditatem obstinationis/ binarium dissensionis/ ternarium concupiscētiarum (quibus scʒ cōcupiscũtur diuitie/ delicie/ ꝛ honores) et vnitatem partialitatis ꝛ diuisionis habent. iiij. Regũ. vij. Quattuor erant viri leprosi iuxta introitum porte. ¶ Quinarius numerus ex quaternario et vnitate consistit/ et in bono signat illos qui quinqꝫ libros Moysi spiritualiter obseruant/ et qui q̄nqꝫ sensus suos ab illicitis appetitib⁹ custodiunt ꝛ preseruāt. Figurati in quinqꝫ prudētibus virginib⁹/ que obuiam exiture sponso/ lampades exemploꝝ cum oleo meritorum secũ portauerunt: propter quod ad nuptias intrauerũt. Potest etiam iste numerus significare legem Moysi/ q̄ in quinqꝫ libris continetur: vel etiam passionem xp̄i/ que in quinqꝫ vulneribus terminaṫ: vt lex figureṫ in ꝓbatica piscina/ q̄ hēbat q̄nqꝫ portic⁹. Ioā. v. passio ꝟo xp̄i figureṫ ī pera Dauid cũ q̄nqꝫ lapidib⁹. j. Regũ. xvij. Uel dic q̄ q̄nari⁹ significat viros carnales/ q̄ a q̄nqꝫ sensuũ illecebris detinenṫ/ ꝛ q̄ in q̄nqꝫ fatuis virginib⁹/ ꝛ in q̄nqꝫ iuga boũ ementibus figurantur. Matth. xxv. ꝛ Luce. xiiij. ¶ Senarius numerus (qui dicitur numerus perfectus/ ꝓ eo q̄ constat ex suis partibus aliquotis/ qui ꝑm Boetium/ nihil habet superfluum/ nihilqꝫ diminutum) signat viros iustos: qui per sex etates presentis vite ad septimā mortis cursitant/ et octauam resurrectionis expectāt: et nihil diminutum aut superfluum secum portant: figurati in Cherubin: que sex alas habebant: et sanctus/

sanctus/dn̄o decātabāt. Esa.vj. Uel dic ꝙ iste numerus
significat laborē p̄ntis miserie/ꝓ eo.s.ꝙ dn̄s sex diebꝰ la-
borauit: ⁊ ī septima reqͤscere decreuit. vñ Lu.xiij. Sex
7 dies sunt in quibꝰ opari opoꝛtet. ¶ Septenariꝰ est nume
rus q̄ crescit vltra senariū: ⁊ est tertiꝰ nūerus inter impa
res: ⁊ potest significare tēpus p̄ntis vite: q̄ septē dierum
curriculo voluit̄.iiij. Regū.iij. Circuierūt ꝑ viā septem
dierū. Uel pōt significare septenariū ꝟtutū/scꝫ quattuoꝛ
cardinales/⁊ tres theologicas: vel etiā septē dona sācti
spūs: vel etiā illos q̄ in tali septenario cōsistūt: de quibꝰ
dꝛ Zacha.iiij. Ecce candelabꝛū aureū totum/⁊ septē lu-
cerne suꝑ illud. Uel potest designare vniuersitatem bo-
noꝛū terrenoꝛū: qꝛ scꝫ ſm Grego. Septenarius numerus
vniuersitatem designat. Omia autē terrena in septē cli-
matibus mūdi/et sub septem planetis consistunt. Uñ de
bonis terrenis potest dici illud Mar.viij. Quotꝫ panes
habetis? dicunt ei/septē. Uel potest significare vniuersi
tatem futuroꝛū gaudioꝛū. Iste sūt septē stelle quas habe
bat filius hoīs in dextera sua. Apoca.j. qꝛ scꝫ filius hoīs
xp̄s septē stellas.i. vniuersitatē gaudioꝛū et pꝛemioꝛum
et pꝛecipue septem dotes/quattuoꝛ scꝫ coꝛpis/⁊ tres aīe
distribuit aīabus. Uel pōt significare vniuersitatē sācto
rū ⁊ iustoꝛū. Apoc.viij. Uidi septē angelos stātes ī cōspe
ctu dei. Uel potest significare vniuersitatem vitioꝛum: ⁊
sic dꝛ ꝙ xp̄s de magdalena eiecit septem demonia. Lu.
viij. Uel pōt significare vniuersitatem hoīm malignoꝛū
et etiam demonioꝛū. vñ Matth.xij. Assumit septē spūs
nequioꝛes se. Uel pōt significare vniuersitatē infernaliū
toꝛmētoꝛū. Deute.xvj. Septem diebꝰ comedes afflictio-
nis panem. et Leui.xxvj. Percutiā vos septies pꝛopter
pctā vestra. Et bꝛeuiter omnis vniuersitas ⁊ generalitas
siue bona fuerit siue mala/pōt per septenariū designari.
8 ¶ Octonarius numerus qui ex octo vnitatibus/duobꝰ
quaternarijs/ et quattuoꝛ dualitatibus consistit/ multa
potest significare. significat enim viros perfectos: qui
scilicet iam sunt mente ī octaua etate future resurrectio-
nis: quia pꝛo certo isti habent octo beatitudines: duas
charitatis paritates: ⁊ quattuoꝛ cardinales ꝟtutes. Iste
autem quattuoꝛ virtutes duplicate sunt: inq̄ꝫtum ī dua-
litate charitatis existunt. Dualitas autem charitatis in
eis quadruplicat̄/inq̄ꝫtum cū quattuoꝛ virtutibꝰ ⁊ quat-
tuoꝛ euangelioꝝ doctrina istoꝝ charitas replicatur. Uñ
iiij. Regū.xxij. Octo annoꝝ erat Josias cū regnare ce-
pisset. Uel dic ꝙ octonarius signat beatitudinē ⁊ tempꝰ
future resurrectionis q̄ꝫtū ad bonos/q̄ in octaua fiet eta
te. Nūeri.xxix. Die octauo offeretis munus vestrū. qꝛ si-
cut octonarius succedit septenario/⁊ appꝛopinquat ad
nouenariū/⁊ cōstat ex duabꝰ paritatibus/scꝫ ex bis quat
tuoꝛ/vel ex duabꝰ imparitatibus: scꝫ tribus ⁊ quinqꝫ: sic
vere resurrectio futura ⁊ beatitudo eterna septenario tē-
poꝛum ⁊ dierū/donoꝛū/virtutum vel sacramentoꝝ dicit̄
succedere/et illis qui in tali sunt septenario/pꝛouenire.
Nouenario autem.i. nouem angeloꝝ oꝛdinibus appꝛo-
pinquat: et ipsis homines sociat atqꝫ ligat. Ueruntamē
ista octaua resurrectionis in duplici est differentia: quia
scꝫ quantū ad bonos duplicem continet paritatem/in-
quātum scꝫ paritati meritoꝛum respondet paritas p̄mio
rum. Q̄tum ad malos vero duplicem habet imparita-
tem; inq̄ꝫtum scilꝫ meritoꝛum imparitati inequalitati et
dissonantie respondet imparitas et dissonantia pene et
miserie. Ideo de ista octaua beatitudine potest intelligi
illud Joan.xx. Post octo dies iterum erāt discipuli Je-
su intus. scilꝫ in paradiso. Et sequitur ꝙ venit Jesus ia-
nuis clausis: ⁊ dixit eis: pax vobis. Uel per octonariū in
tellige tempꝰ legis antique/vbi die octaua pueri circūci
debātur. Geñ.xvij. Infans octo dierum circuncidetur.
9 ¶ Nouenarius numerus constat ex ternario ter ducto:
et pōt significare statum angeloꝛum: qui nouem constat
oꝛdinibus: et tres habet ternarios.i. tres hierarchias: in
quarum scꝫ qualibet tres oꝛdines continentur: vt sic ipi
beati spiritus sub triplicitate triplici constituti/beate tri
nitati pꝛopꝛie confoꝛmentur. Et ideo dicit̄ Act.x. ꝙ hoꝛa
nona angelus coꝛnelio apparuit: pꝛo eo ꝙ angelica natu
ra sub nouenario consistit. Numerus autem iste denario
immediate coniungitur/inq̄ꝫtum scꝫ ipsum deum angeli
ca natura imediatius contemplat̄. ¶ Nota autem quō 10
numerus nouenarius videtur esse humane nature ap-
pꝛopꝛiatus. Homo enim sine cibo dicitur nouem diebus
posse viuere: pediculus etiā qui de homine nascitur/ toti
dem diebus viuit. Alique etiam sunt infirmitates huma
ne que vsqꝫ ad nouenariū numerū semper crescunt. Ho-
mo etiam dicit̄ nouem diebꝰ in aqua vbi submersus est/
latere/⁊ postea enatare. Homo etiam qui moꝛsus a leo-
pardo vel vncia/a muribus ad coꝛrodendū impetitur/li-
ber remanet/si nouem diebus ab ipsoꝛum murium impe
tu defendatur. Uide de vncia. Multe sunt etiam ifirmi
tates sanctoꝛū / de quibus in ipsis sanctoꝛū oꝛaculis in-
firmus nouem diebus aut moꝛitur/aut sanatur: sicut de
sancto Antonio ⁊ maxentio ⁊ multis alijs est expertum.
In hoc igitur potest moꝛaliter intelligi ꝙ nouenarius
numerus.i. nouem oꝛdines angeloꝛum habent quandā
naturalem amicitiā ad humanā naturā/ ⁊ quādam con-
federationem specialem: ⁊ hoc qꝛ homo particeps ē ra-
tionis sicut ipsi: creatus ad beatitudinem sicut ipsi: ⁊ cū
ipsis ad refoꝛmationē suoꝛum oꝛdinum assumendus: et
ipsis in pꝛesenti cōmissus ab eis defendēdus ⁊ custodiē-
dus. In signum cuius dicit̄ Actu.x. ꝙ symon coꝛiarius
vidit quasi hoꝛa nona angelum dn̄i introeuntem ad se.
¶ Denarius numerus super nouenariū per vnitatem 11
excrescit/⁊ simplicium numeroꝛū finis/compositoꝛū ve-
ro pꝛincipium existit. sine replicatione eī̄ denarij/ nullꝰ
numerus vlterius generat̄: ipso autē replicato/ in infini-
tum numerus ꝑpagatur. Talis est deus: qui scꝫ oīm nu
meroꝛum.i. oīm creaturarum numerabiliū pꝛincipiū est
⁊ finis: qꝛ scꝫ ab isto ⁊ per istum cōtinuatur ⁊ pꝛopagatur
omnis creaturarū numeratio: ⁊ sine isto nulla fit creatu-
rarum multiplicatio. Joan.j. Sine ip̄o factum est nihil.
Uel dic ꝙ denarius significat complementū legis: que
scꝫ continet denariū mandatoꝛum. Unde lex diuina figu
ratur in psalterio dauid: qd̄ dicebat̄ psalteriū decachoꝛ-
dum/pꝛo eo ꝙ decem choꝛdas.i. decem mandata specia-
lia cōtinebat. Uel dic ꝙ denarius qui est finis simpliciū
numeroꝛū/significat gloꝛiam paradisi: que finis est ⁊ cō-
plementum oīm animoꝛū. Iste est eī̄ denarius diurnus
quē pꝛo laboꝛe vinee beati recipiunt vniuersi. Mat.xx.
Nonne ex denario cōuenisti mecum? Uel dic ꝙ in malo
iste numerus significat transgressionē decem mandato-
rū: ⁊ sic bestia abyssi dicit̄ decem coꝛnua habuisse. Apoc.
xiij. De alijs autē numeris potes per teipsum exponere
per replicationē simplicium ad denarium: sicut vndena-
rius pōt significare illos qui vltra decem mandata suꝑ-
excrescūt/ ⁊ suꝑaddunt cōsilia. Uel pōt significare deca
logi trāsgressoꝛes. Duodenarius vero potest significare
duodecim fidei articulos/vel illos qui cū denario deca-
logi duo charitatis mādata seruāt. Tertiusdecimꝰ signi
ficat illos qui cum fide trinitatis decem mandata custo
diunt: vel etiam illos qui duodenariū articuloꝛum per
heresim transgrediunt̄ et pꝛetereūt. Et sic potes in oībꝰ
numeris aliquod intelligere secretū/vel scd̄m ꝙ ad pꝛe-
missa replicant̄: vel scd̄m etiam ꝙ ex vsu scripture diuer-
simode accipiunt̄: sicut est quadragenarius: q̄ significat
laboꝛem vite pꝛesentis: ꝑ eo ꝙ filij israel.xl. annis ꝑ de-
sertum circuierūt. quinquagenarius vero significat glo-
riam paradisi/pꝛo eo ꝙ illum annum pꝛo iubileo et pꝛo
perfecta requie filij israel habuerunt: ⁊ sic de alijs: que
omitto gratia bꝛeuitatis.

Capitulum.xxix. De Mensuris.

De mensuris autem geometricis multa inse- 1
rit hic magister: que oīa omitto/excepto ꝙ
de circulo/angulo/triangulo/⁊ quadrangulo
aliquid superaddam. Est ergo circulus figu-
ra simplicissima/capacissima/ab angulosita-
te remotissima/exterius euexa ⁊ gibbosa/interius cōca
ua ⁊ conuexa/motui apta/et reuolutioni congruissima/
omniū figurarum perfectissima / suipsius circa centrū
equaliter extensiua/omniū potestatiue cōtentiua/et ad
ambitum oīm cōpetentissima. et ideo sagax natura celo
et celestibus oꝛbibus dedit circularem dimēsionem/cir-

culare revolutionē/⁊ circularē in idē reductionē. etiam oīa inferiora/ſcꝫ anni/mēſes ⁊ tēpora circulariter tranſeunt/⁊ circulariter revertunt. in q̄bus oībus cōmendat circularis figura: ⁊ ſup oēs figuras reputat ingens ⁊ nobilis in natura. Talis circulus videt eſſe deus: qui ſciliꝫ ſe intelligēdo ⁊ amādo/ more circuli reflectit in ſeipm/et etiā ad modū circuli caret principio atꝙ fine. Unde etiā phs quidā legit deum ſic deſcripſiſſe: ſcꝫ ꝙ deꝰ eſt circulus incircūſcriptibilis: cuiꝰ centrū vbiꝙ eſt/circūferētia nuſꝙ: qꝛ pro certo iſte eſt oī ꝑfectione maior ⁊ capacior/ et ab omni angulositate. i. ab omni defectu remotior. oīa eñ que ſunt/ſua infinita capacitate ambit et cōtinet: oīa poſſidet atꝙ tenet: et ideo oīa debēt iſtū circulum emulari/et ipm ꝓ viribꝰ imitari: qꝛ ſcꝫ oēs debēt per ſui cōſiderationē in ſeipſos reflecti: et cōtinue per cōſiderationem natiuitatis/mortis/iudicij/inferni ⁊ paradiſi circulariter circūuerti. Eccl'is. j. Oritur ſol ⁊ occidit: et in circulos ſuos revertit. Vel dic ꝙ circulus eſt vir iuſtus: qui angulositate falſitatis carēs/circa cētrū. i. circa deū per affectionem ⁊ contēplationem cōtinue circūfertur. Iſte igitur per charitatem eſt capaciſſimꝰ/qꝛ ſcꝫ bonos ⁊ malos cōtinet diligēdo: per obediētiam eſt volubilis/qꝛ ſcꝫ de facili movetur bene operādo/et maioribꝰ obtēperando/et obediētiam frequētādo. Interiꝰ etiā eſt cōcauus ꝑ humilitatem: exterius ꝟo rotūdus ⁊ eleuatus per eleuatam ad deū volūtatem: et in pūcto tāgēs terrā per voluntariam paupertatem/et per aſſūptam de rebꝰ terrenis ſtrictam neceſſitatem. Et ſic tales figurabūtur in circulis aureis q̇ in arce lateribꝰ inſerebātur. Exo. xxv. quibꝰ mediātibꝰ portabatur. qꝛ ꝓ certo iuſti q̇ ſunt ſpūales circuli/in arce. i. in eccl'eſie lateribus ſunt inſerti/ ⁊ ad eam deferēdū et ſuſtinēdū ſunt ſpūaliter deputati. Vel dic ꝙ circulus qui cum re recta non pōt coniungi/ niſi in modico vel in puncto/ſignificat peccatores: qui cū iuſtitie rectitudine nunꝙ volūt aliqualiter applicari/nec alicui ſocietati iuſte et recte ſocialiter copulari: qꝛ ſcꝫ ſm Apo. vj. Non eſt conventio iuſtitie cum iniquitate. ij. ad Cor. vj. Talis igitur per ſuperbiam ē gibboſus/ per auaritiā capax/per inſtabilitatē mobilis atꝙ levis. Tales enim ita ſunt capaces per auaritiam/ꝙ vellent quicquid hn̄t alij/cōtinere. Ita etiam ſunt volubiles per incōſtantiā/ ꝙ in eodem ſtatu nunꝙ poſſunt ſiſtere vel manere/ſꝫ potius impetuoſe volubiliter ⁊ circulariter ſe habere. vn̄. j. Reg. xxv. Impij rotabūtur quaſi ī impetu ⁊ circulo fun-

2 de. Et in ps. In circuitu impij ambulant. ¶ Angulꝰ eſt duarꝝ linearꝝ mutuꝰ ⁊ alternus ꝯtactꝰ. Eſt aūt angulus pre ceteris domꝰ ꝑtibꝰ maioris fortitudinis ⁊ virtutis. Virtus eñ duarꝝ linearꝝ in angulo cōiūgitur/et fortitudo duorꝝ parietum ī angulo copulatur: et ideo angulus eſt naturaliter fortior/et ad cōiūgēdum lineas vel parietes aptior/et fortibꝰ lapidibꝰ cōpactior. Talis angulus eſt xp̄s: qui de duabꝰ lineis. i. de duabꝰ naturis eſt cōpoſitus/et ad cōiūgēdum in fidei vnitate duos parietes. i. duas hoīm ſectas/ſcꝫ iudeos ⁊ gētiles/ſpecialiter deputatus: et ideo iſte lapis angularis dr/pro eo ꝙ pro ſtabiliēdo domum eccl'ie fortiſſimus reperit/et pro eo etiam ꝙ ad copulādū diuerſos aptiſſimꝰ inuenit. ad Ephe. ij. Ipo ſummo angulari lapide xp̄o Ieſu: in quo oīs edificatio cōſtructa creſcit in tēplum ſanctum ī dn̄o. Vel dic ꝙ angulus eſt prelatꝰ/ vel etiā quilibet vir ꝑfectus: qui ex duabꝰ lineis. i. ex duobꝰ charitatis mādatis cōſtituit: et ideo ad cōiūgēdum diuerſos per cōcordiam/ habilis inuenitur: ipſoꝙ mediāte ꝑtes diuerſe ad cōcordiā reducūtur: et totū eccleſie edificium ſtabilitur. Eſaie. xxviij. Mittam in ſion lapidem angularem. Vel ſi vis dic ꝙ angulus qui eſt locus in quo faciliꝰ adunantur ſordes/ſigt pctōrem: ī quo ſcꝫ adunātur ⁊ aggregātur feces ⁊ immūditie vitiorꝝ: et ī quo plus abūdat vmbra falſitatis: et minus ſplēdet lumen ⁊ ſplēdor veritatis. Ideo bene dicit ꝙ veritas non querit angulos. Angulus eñ falſitatem ſigt: vbi mala intētio ſe occultat. Vel dic ꝙ angulus qui ſcꝫ eſt locus immundus/locus obſcurus/locus ſtrictus et arctus/ſigt mūdum: vbi ſcꝫ regnat immūditia vitiorꝝ: obſcuritas ignorantie/arctitudo ſeu preſſura tribulationum ⁊ pene. Vel dic ꝙ anguli ſunt virtutes/vel etiā cordis affectiones ⁊c. ¶ Triangulus eſt figura trium angu-

3 lorꝝ: et habet triangulus vnicā ſupficiē/ et tres angulos. Illa autē ſupficies cum ſit vna/tribus angulis eſt cōis: ⁊ tn̄ in quolibet angulo manet tota: ⁊ etiā quilibet angulus trianguli videt alios duos angulos cōtinere. qđ ptꝫ ſic: qꝛ ſcꝫ angulꝰ eſt cōtactus duarū linearū: q̇ incipit ab vno termino ⁊ terminat ad duas baſes: ⁊ ſic ꝑ cōſequēs neceſſe eſt cōcludere ꝙ in triangulo ſemꝑ duo anguli ſūt baſes: ⁊ ſic tota ſupficies cōtinet a quolibet āgulo: ⁊ etiā quilibet angulus eſt in quolibet angulo. Talis triangulus eſt beata trinitas: que ſcꝫ vnicā habet ſupficiē. i. vnicam diuinitatem: que tribꝰ angulis. i. tribꝰ ꝑſonis eſt cōmunis: et in qualibet eſt tota: et tn̄ non eſt in oībus niſi vna: et quod plus eſt/in iſto dato triāgulo trinitatis tres anguli. i. tres ꝑſone adinuicem ſunt diſtincte: vna tamē ab alia continetur. Una ꝟo ſupficies. i. vna tota eſſentia a ſingulis angulis. i. a ꝑſonis ſingulis poſſidetur: iuxta illud qđ canitur. Totus in patre filiꝰ: totus ī ꝟbo pater. Ideo bene dr. j. Ioā. v. ꝙ pater verbum ⁊ ſpūſſanctus hi tres vnum ſunt. Vel dic ꝙ triangulus eſt aīa rationalis: que vnā habet eſſentiam ⁊ tres potētias: vel etiā tres virtutes theologicas: qꝛ ſcꝫ tres ſunt qui teſtimonium dāt in terra/ſpūs/aqua/et ſāguis: ſcꝫ ſpūs fidei/aqua baptiſmatis/⁊ ſanguis dominice paſſiōis. Vel dic ꝙ triāgulꝰ poteſt ſignificare in malo hoiem pctōrem: qui tres habet angulos. i. tres cōcupiſcētias carnales. Prouer. xxx. Tria ſunt mihi difficilia. ¶ Quadrangulꝰ eſt figura ſo-

4 lidiſſima: quattuor eñ habet angulos: et in qualibet ꝑte ſui eſt recta: et ideo vbicūꝙ voluatur/ſemper eſt ſolida atꝙ firma: et ideo res quadrāgule firmiſſime ſunt/et ad ſuſtinēdum oīa ſunt ſolidiſſimum fundamētum. Talis figura moraliter loquēdo debet eſſe quilibet homo: qꝛ pro certo iſte debet habere quattuor angulos. i. doctrinam quattuor euāgeliorꝝ/vel etiā quattuor cardinales virtutes: et ſic pro certo iſte erit per cōſtātiam ſolidus/et in fide ⁊ moribꝰ ſemper firmus: et vbicūꝙ voluatur/ſiue ad ꝓſpera ſiue ad aduerſa/ſtabilis ⁊ immotus debet eſſe: figuratꝰ in altari Ezech. xliij. vbi dr ꝙ Ariel. i. altare/erat duodecim cubitorꝝ quadrāgulorꝝ/equis lateribꝰ: ad denotādum ꝙ illi q̇ altare deo efficiūtur/et in quibꝰ deo ſacrificia bonorꝝ operum immolantur/duodecim cubitos debēt hr̄e. i. duodecim articulos fidei credere/et per conſtātiam eſſe quadrāguli tenētur: inquātū ſcꝫ in quattuor euāgelijs ⁊ quattuor virtutibꝰ ſolidātur: equis tn̄ lateribus/ inquātum per equitatem ⁊ iuſtitiam menſurantur. Apoca. xxj. Ciuitas erat in quadro poſita. Et ibidem dr ꝙ latera ciuitatis erāt equalia. ¶ Hic ſubiūgit magiſter

5 de menſuris quibus menſurantur tam liquida ꝙ arida: et ſic ponit hic ꝓprietates ⁊ noīa oīm vaſorꝝ ⁊ inſtrumētorꝝ quibꝰ vtūtur hoīes/ et quorꝝ adiutorio tranſigit vita preſens: ſicut eſt cyathus/cotyla/hemina/ſextarius/ modius/amphora/vrna/corus/cophinus/ calathus/ et alia ſilia infinita. Subiūgit etiā de menſuris ſpatiorꝝ: ſicut eſt digitus/pes/paſſus/pertica/ſtadium/miliare ⁊ ſimilia. Subiūgit inſuper de pōderibꝰ et pōderum inſtrumētis ⁊ noībꝰ: ſcꝫ de ſtatera/obolo/vncia/dragma ⁊ ſimilibus. De his eñ oībus ſummatim loquit magiſter: ſed gratia breuitatis/et ꝓ eo ꝙ moralizatio ⁊ expoſitio taliū improficua ⁊ ſterilis videbat/omiſi: et ſolum de modio/ thuribulo/via/termino/pondere et ſtatera aliqua ſubiūxi. ¶ Modius igit ſm Iſido. erat in lege menſura qua-

6 draginta quattuor librarꝝ. i. viginti duorꝝ ſextariorꝝ. et ordinata fuit iſta menſura in typum viginti duorꝝ generū rerū que deꝰ fecit primis ſex diebꝰ: qꝛ ſciliꝫ prima die fecit ſeptē: ſcꝫ materiā informem/angelos/lucem ſiue ignem/ celos ſuperiores/aquam/terram/⁊ aerem: ſcđa ꝟo die fecit firmamētum ſolū: tertia die fecit quattuor/ſcꝫ maria/ ſemina/ſationes/⁊ plantaria: quarta die fecit tria/ſcꝫ ſolem/lunam/ſtellas: quinta die fecit tria/ſcꝫ piſces/reptilia aquarꝝ/et volucres: ſexta ꝟo die fecit quattuor/ſcꝫ beſtias/reptilia terre/iumēta/ ⁊ hoiem: et ſic facta ſūt viginti duo gn̄a rerū ſex diebꝰ. Uigintidue gn̄ationes ſunt ab Adam vſꝙ ad Iacob: vigintidue littere ſunt ī alphabe-

to: et vigiti duo sunt libri veteris testamēti. In typum ğ istoꝝ Moyses modiū vigiti duoꝝ sextarioꝝ mensuram ordinauit: ad denotādum ꝙ ille modio diuine mensure mēsurari meretur/ qui vniuersitatem creaturaꝝ recolit/ et qui libros legis custodit / et qui ad xp̄i generationem attēdit.

7 ¶ Thuribulum est vas metallinum duplū/ inferius clausum / superi⁹ ꝟo perforatum/ cōcremādo thuri aptum/ et ad thurificādum circa altaria deputatum/ tribus cathenis cōcathenatum/ et sursum cū eis positum et suspensum. Tale debet esse cor ⁊ cōsciētia viri iusti: qꝺ pro certo inferi⁹ ad terrena clauditur: et sursum ad celestia per desiderium aperitur: vbi ignis charitatis accēditur: et a quo thus orationis ad altare paradisi euaporare cogitur: a cui⁹ scʒ fragrātia tota eccl'ia iocundatur. Figura Apocal'. viij. vbi angelus habebat thuribulum aureū in manu sua: et data sunt ei incensa multa. Istud ergo thuribulum cordis nostri tres debet habere cathenas: scʒ fidem/ spem ⁊ charitatem: que ip̄m scʒ habēt cōstringere: ad contēplationem suspendere: et per celestia desideria subleuare. Job. vij. Elegit suspēdiū aīa mea. Uel dic ꝙ thuribulum diaboli est adulator: qui igne cōcupiscētie plenus non cessat alios incensare.

8 ¶ Lāpas est vas vitreū/ tenue/ fragile/ planum ⁊ perspicuum/ rotūdum/ latū superi⁹ et apertum/ inferi⁹ ꝟo strictum ⁊ clausum/ continētie olei/ et nutrimēto luminis preparatum/ et ad illuminādum in tenebris deputatum/ et in alto loco positum ⁊ suspēsum. Talis lāpas potest dici quilibet vir ꝑfectus: qui scʒ in sui cōditione est fragilis ⁊ tenell⁹: et ꝑ honestam cōuersationem splēdidus/ non obscurus: quia scʒ talis est perspicuus/ et luci veritatꝭ peruius per discretionem/ rotūdus ⁊ sine angulo per simplicem intētionem/ planus per veram ⁊ benignam cōditionem/ sursum a parte celestium latus ⁊ apertus per superioꝝ desiderium ⁊ cordis affectionem/ inferius ꝟo a parte terrenoꝝ clausus ⁊ strictus per strictum bonoꝝ vsum/ et per cōtēptum eoꝝ et detestationem: ignis charitatis ⁊ olei pietatis cōtētiuus per amorem ⁊ cōpassionem: et ad illuminādum alios deputatus per exēpli ⁊ doctrine illustrationem: sursum in ecclesia suspensus per cōtēplationem: et sempꝫ ante altare positus per orationem ⁊ deuotionem: et ideo viri iusti bene figurātur in sanctis animalibus Ezech. j. de quib⁹ dicitur ꝙ similitudo ⁊ aspectus eoꝝ quasi carbonum ignis ardētium: et quasi aspectus lampadarum. Uel dic ꝙ lampas est pctōr fragilis ⁊ facilis ad cadēdum: q̄ꝛ scʒ ī ip̄o est splēdor curiositatis: oleū carnalitatis: ignis cupiditatis. Ipse em̄ sursum aperitur ad mūdi honores per affectionem: inferius ꝟo ad pauperes strīgitur ⁊ claudit' per parcitatem ⁊ incōpassionem: sursum ꝟo suspēditur per superbiam ⁊ elationem. Unde Naum. ij. de pctōribus dꝛ ꝙ aspectus eoꝝ quasi lampades: et quasi fulgura discurrētia. Uel per lāpadem intelligo conuersationem honestam: que si oleum diuine gr̄e habeat/ solet illuminare: si ꝟo ip̄o careat/ non solet ꝑficere vel valere. et inde est ꝙ prudētes virgines lampades et oleum habuerūt/ ꝓpter qꝺ ad nuptias intrauerūt: fatue ꝟo lāpades habebāt/ sed oleo caruerūt/ ꝓpter qꝺ nuptiarum introitum ꝑdiderūt: sicut dꝛ Matth. xxv. q̄ꝛ pro certo lāpas ⁊ claritas honeste cōuersationis hypocritis nō sufficit/ qn̄ oleū diuine gr̄e deficit: ſʒ tūc bonoꝝ operū et exēploꝝ lāpades introitum regni celoꝝ merentur/ qn̄

9 ipsas oleum gr̄e ⁊ meriti comitat'. ¶ Laterna est instrumētum ad deferēdum lucernam ne extinguatur a venti flatib⁹ ordinatum. et est laterna dicta a latendo: eo ꝙ intus lumen latēter cōtineatur. Et fit laterna de cornu lucido vel de vitro: vt scʒ lumen exteri⁹ illuminet/ vētus ꝟo interi⁹ non subintret. Talis laterna fuit beata ꝟgo: que ignem. i. dei filium continuit / et ꝑ sanctitatem ⁊ merita semper luxit: et tn̄ vētus inanis glorie nūq̄ȝ in eā subintrauit. Talis etiā debet esse quilibet homo iustus: q̄ꝛ scʒ ignē charitatis ⁊ lumen honestatis debet cōtinere: et tn̄ vētū alicui⁹ inanis glorie nūq̄ȝ debet recipere vel habere/ qꝺ lumen sue ꝑfectionis possit extinguere vel vigere.

10 Prouer. vlt. Non extinguet' in nocte lucerna ei⁹. ¶ Uia est spatium per qꝺ vehicula transeūt ⁊ vehūtur: et ideo dꝛ via/ quasi vehia. ergo accipiēdo viā pro publico itinere/ per qꝺ de loco ad locū ꝑtransitur/ notādum ſm Lucre. ꝙ via debet esse munda/ solida/ recta/ pacifica ⁊ secura/ oib⁹ cōis ⁊ publica/ cūctis aperta ⁊ exposita: nulliq̄ȝ clausa vel interdicta. Talis via videt' esse status penitentie/ vel etiā status salutis ⁊ locus eccl'ie: q̄ꝛ scʒ ista est via per quā itur ad ciuitatem paradisi: et per quā iusti transeunt et discurrūt. Ista em̄ habet mūditiā cōtinētie: soliditatē patiētie: pauimētū iacētis humilitatis vel honeste apparentie: rectitudinē iustitie: latitudinē amicitie: securitatē pacis ⁊ cōcordie. Tali em̄ via est ambulādū/ et ad paradisi domiciliū properādum. Esa. xxx. Hec est via: ambulate in ea: nō declinetis ex ea neq̄ȝ ad dexterā neq̄ȝ ad sinistram.

11 ¶ Uia publica differt a via priuata/ seu a semita. Uia eni publica est vt cōiter magis īmunda ⁊ lutosa/ montuosa ⁊ puluerosa/ magis ꝑlixa ⁊ dispēdiosa: et q̄ȝuis sit vt cōiter magis lata / non est tn̄ ad ambulādū magis proficua seu tuta. Semita aūt vt cōiter est tutior/ est mūdior/ est secretior/ est breuior/ est securior. In vijs aūt publicis solēt latrones insidiari: et ibi etiā multa solent biuia inueniri: ita ꝙ qui per talem viā ambulat/ semper est in periculo vel ꝙ ab insidiātib⁹ occidat' / vel ꝙ per viam qua non debet ingrediat': que scʒ cessant ī semita: q̄ꝛ propter paucitatem viatoꝝ pauci ibi insidiātur: et pauca ibi sunt biuia/ per que ambulātes errare vel deficere cōpellantur. Uia publica sig̃t mundū: priuata vero vel semita denotat penitentie vel religionis statū. Differūt igit' ista duo: q̄ꝛ scʒ via publica. i. mundus/ est via ꝑ carnalitatem puluerosa: lutosa: ꝑ supbiam mōtuosa: et per auaritiam ꝑ insidiātes demones periculosa: et ꝓpter biuioꝝ. i. propter statuū diuersitatē magis est dubia/ et ampli⁹ tediosa. et q̄ȝuis sit lata ⁊ spatiosa: est tn̄ ꝓpter causas iam dictas multotiens inutilis ⁊ dānosa. Matth. vij. Lata est via que ducit ad mortem: et multi ingrediūtur per eam. Semita aūt religionis est mūdior ꝑ continētiam: rectior per iustitiam: secretior ꝑ solitudinem: breuior ꝑ moꝝ rectitudinem: et offendiculis carētior ꝑ terrenoꝝ ⁊ ꝑ occasionum mali ꝑaucitudinē. Esa. xxvj. Semita iusti recta

12 est: rectus callis iusti. ¶ Uestigium est signū plantaꝑpedum/ in terra vel in puluere impressum: et etiā largo modo sumēdo / vestigiū dꝛ omne signū qꝺ post recessum rei cuiuscūq̄ȝ remanet. Manifestat ğ vestigium illud cui⁹ est aliqꝺ odo vestigiū. Unde etiā in vestigijs feraꝝ remanet aliqꝺ odoris indiciū/ quo a canib⁹ venaticis deprehēdūtur/ et aliquotiēs capiunt'. Per vestigia ğ possunt intelligi exēpla sine bona fuerint siue mala: q̄ scʒ in locis in quib⁹ sum⁹/ imprimimus/ ipsaq̄ȝ post nos relinquim⁹: ꝓpter qꝺ quales sum⁹ qui precessim⁹/ odorātibus ⁊ intuētib⁹ declaramus. Dan. xiiij. Uiadueꝛte cuius vestigia sunt hec. Uel dic ꝙ vestigia dei sunt ei⁹ creature: in quib⁹ pro certo clare apparet qualis est virtus ⁊ bonitas creatoris. Sapie. xiij. A magnitudine creature poterit creator cognosci. Uel dic ꝙ vestigia xp̄i et sctōꝝ sunt eoꝝ dicta ⁊ opera: in quib⁹ apparet odor ⁊ redolētia sue fame. Nos aūt si boni canes fuerim⁹/ istoꝝ odorem ⁊ vestigia. i. istoꝝ famam et exēpla debem⁹ sentire: et eadem sequi ⁊ imitari/ quousq̄ȝ possimus qꝺ petimus cōprehendere ⁊ habere. Job xxiij. Uestigia eius secutus est pes meus: viam eius custodiui: et non declinaui ex ea.

1 Capitulum. xxx. de Ponderibus.

Pondus dꝛ a ponēdo: eo ꝙ oia collocat atq̄ȝ ponit. vn̄ nihil est aliud pōdus q̄ȝ impetus rei tēdentis ad locū suū. Et sic dico ꝙ pōdus est in duplici differētia: scʒ pōdus qꝺ est leuitas/ et pondus qꝺ est grauitas. Leuitas em̄ est pondus elemētoꝝ nobiliū: que motum suū habēt a cētro ad circūferētiam: sicut est ignis ⁊ aer: naturaliter em̄ mouētur sursum: q̄ꝛ pōdus sue inclinatiōis ip̄a naturaliter portat sursum. Grauitas aūt pōdus est elemētoꝝ ignobiliū: sicut est terra ⁊ aqua. Ista em̄ suo pōdere mouētur deorsum/ et descēdūt naturaliter de superi⁹ ⁊ de sursum. Per tale pōdus pōt intelligi amor: q̄ꝛ pro certo iste est qui voluntatem ⁊ aīam portat ⁊ collocat: et vbicūq̄ȝ vadat/ eam situat atq̄ȝ pausat. Uerūtamen q̄ꝛ sunt duo gn̄a rerum

et ꝑsonaꝝ/scȝ elemēta grossa.i.pctōres/qui sunt sicut terra per frigiditatem indeuotionis/et sicut aqua per labilitatem inconstantie ꝛ defectionis:et elemēta subtilia.i. viri iusti/qui sunt sicut ignis per charitatis feruorem/et sicut aer ꝑ veritatis splēdorem:ideo due species ponderis ꝛ amoris inueniūtur/quo scȝ mētes istoꝝ diuersimode mouētur ꝛ inclinātur. Est igit̄ pōdus leuitatis:et istd est amor spūalis ꝛ sctūs:qui est amor viroꝝ iustoꝝ:q̇ portat mētes eoꝝ superi⁹ ad eterna. Est etiā pondus grauitatis.i.amor carnalis ꝛ mūdialis:q̇ mētem mouet inferius ad terrena:qꝛ pro certo istud est verū/ꝙ amor ꝛ affectio bonoꝝ qui per paupertatem volūtariam alleuiant̄/ipsos superi⁹ in celis collocat:dicens ad Colo.iij. Que sursum sunt q̄rite:non que supꝑ terrā. Amor ꝟo ꝛ affectio maloꝝ ipos inferi⁹ in terris ꝛ terrenis deprimit ꝛ supprimit/qui ꝑ vitia aggrauātur:qꝛ sicut dꝛ Ecclis.iij. Spūs filioꝝ hoim ascendit sursum:et spūs iumētoꝝ descendit deorsum.

2 ¶ Statera est instrumētū ad pōderādū deputatum.et dꝛ statera a stando:eoꝙ lancib⁹ equaliter pōderantibus/statera stare videt̄. Lāces em̄ dicūtur illi duo cyphi erei/in quoꝝ vno ponit̄ pōdus/et in alio ponderāda. Mometum ꝟo statere dꝛ illa lingua recta que facillime se vertit ad partem ampli⁹ pōderātem:que quidē lingua in medio vni⁹ regule fixe/et in medio per longū ꝑforate ponitur:et q̄ȝ diu adequata sunt pōdera/lingua illa recta ꝛ conformis regule reperitur:si ꝟo inequalitas ibi fuerit/et vna pars alteri prepōderauerit/statim lingua illa se ad partē que magis pōderat/inclinabit:et a cōformitate regule se ꝯtinue separabit. Per stateram pōt intelligi ꝯsciētia:vbi scȝ sunt due lāces.i.intellect⁹ et volūtas:et vna lingua/scȝ spiculū seu synteresis rōnis:et vna recta regula/scȝ iustitia:que ī duo est diuisa:inq̄ȝtum scȝ docet declinare a malo/et facere bonū. Igit̄ dico ꝙ statera cōsciētie debet dici a stando:stare em̄ debet/nec se magis ad vnā partē q̄ȝ ad aliā inclinare:q̄ȝ diu em̄ in lancibus intellect⁹ et volūtatis non est aliqd̄ inequale pondus peccati/tādiu statera ꝯsciētie est pacifica/et ecōtra:et synteresis stat recta ꝛ certa:et regule veritatis ꝛ iustitie cōformata:statim ꝟo ꝙ virtuti ꝛ merito pōdus peccati in lance volūtatis vel intellect⁹ prepōderat:lingua synteresis se excitat:et dolēs a iustitia se separat:et ꝟsus illam partē vbi est pōdus peccati/ꝑ remorsum cōsciētie cōtinue se inclinat. Leuit.xix. Statera iusta ꝛ equa sint pondera. Uel dic ꝙ statera est iustus iudex vel prelatus:cui⁹ lingua ꝛ affectio sempꝑ debet inclinari ꝛ pendere ad illā partē seu personā vbi videt de virtutū et meritoꝝ pōdere magis esse:exēplo iustitie diuine:que sempꝑ inclinatur magꝭ ad meliores:qꝛ sicut dꝛ Prouer.xvj. Pōdus et statera iudicia dn̄i. Uel dic ꝙ statera sig̃t iudices ꝛ aduocatos:qui q̄ȝuis debeāt esse stabiles atq̄ȝ iusti/lingua tn̄ ipsoꝝ inuenitur instabilis ꝛ incerta. Non stat em̄ in vno ꝓposito:quinimmo vbicūq̄ȝ magis est de pondere pecunie/se solet amplius inclinare:et pro illa parte loqui vel etiā iudicare. Unde de multis linguis ꝛ linguatis hoib⁹ videmus ꝙ dato ꝙ ad vnā partem pōderant ꝓpter pondus et ꝓpter lucrum qd̄ ibi sperant/si tn̄ in ꝑte opposita plus de pōdere ponit̄:et si a parte cōtraria plus offert̄/statim lingua talis dimissa prima ꝑte/ad oppositam inclinatur/et ad ipsam cōuertitur ꝛ mutatur:sicut patet in ꝓditorib⁹ iudicib⁹ et aduocatis:qui munerib⁹ corrupti ab vtraq̄ȝ parte accipiūt:vel de vna ad aliā se conuertūt. et ideo illis q̇ min⁹ offerūt/pōt optime dici illud Dan̄.v. Appensus es in statera:et inuētus es min⁹ habēs.et sequit̄. Diuisum est regnū tuū:et datū est Medis et Persis. Quia pro certo regna.i.causa et iustitia illoꝝ qui minus habēt ꝛ qui minus dant/hodie a iudicib⁹ et aduocatis diuidit̄ et trūcatur/et medis ꝛ persis.i.eoꝝ aduersarijs cōcedit̄ atq̄ȝ datur:iuxta illud Matth.xxv. Habēti dabitur/et abūdabit:et aūt qui non habet/et id qd̄ habere videt̄/auferet̄ ab eo. Uel dic ꝙ statera est homo:cui⁹ due lances sunt corpus ꝛ aīa/que scȝ contrario modo se habēt:qꝛ scȝ quotiēs vna deprimit̄/alia eleuatur/et ecōtra:quia reuera si corpus ad mūdi honores ꝛ felicitates eleuaueris/aīam tūc tēporis ꝑ peccata deprimes ꝛ grauabis:si ꝟo corpus ꝑ penitētiam ꝛ tribulationem deprimitur/tūc aīa ꝑ virtutes spūaliter eleuat̄. Uel dic ꝙ statera est mūdus:cui⁹ scȝ due lances sunt diuites ꝛ pauperes:et qꝛ diuites in presenti plus ponderant/ideo alios per violētiam secū portāt:in fine tn̄ pauperes magis pōderabūt/et amplius reputabuntur:et diuites ecōtrario a suo pōdere minuētur. Uel dic ꝙ statera est diuina iustitia ꝛc̄.sicut.s̄. Allega vt.s̄. Nunc em̄ diuina iustitia non pōderat merita/sed tēporalia bona:non g̃ram/sed fortunam:et nunc videntur diuites pauperib⁹ preponderare:in fine tn̄/scȝ in iudicio/pōderabit merita/nō fortunam:et ideo tūc pauperes prepōderabūt/et diuites min⁹ habebūt. Figura Dan̄.v.sicut.s̄.

3 ¶ Nūq̄ȝ inuenitur statera dolosa:cuius brachia transuersalia interi⁹ sunt cōcaua:et intus est aliqua quātitas argēti viui inclusa/que occulte per illū canalem discurrit:et illā partem ad quā flectitur/ampli⁹ pōderare facit:dato ꝙ in veritate res que est in lance/tm̄ ponderare nequeat. Tales statere dolose sunt mali iudices/personaꝝ et muneꝝ acceptores:qꝛ scȝ isti sunt per falsitatem cōcaui/et ad recipiēdum argētū viuū.i.pecuniam semper prōpti:et ideo dum istud argētum occulte per eos colatur/statim pars illa in qua fuerit.i.que argētum obtulerit/magis pōderare/et plus de iustitia habere iudicabitur:pro eo ꝙ ista statera dolosa.i. ipe iudex iniquus argēti pōdere aggrauatus/ad partem ipsi⁹ inclinat̄. Unde ꝙ causa illi⁹ partis prepōderet alteri/nō est ꝓpter pōdus.i.ꝓpter iustitiā illi⁹ partis:sȝ propter falsitatem statere seu iudicis/se ad eam inclinātis/ipsāq̄ȝ fouētis ꝛ sustinētis/et ꝑtem oppositā renuētis.ps. Mēdaces filij hoīm in stateris/vt decipiāt ꝛc̄.vn̄ Ozee xij. Canaan in manu ei⁹ statera dolosa. Et tn̄ scriptū est Prouer.xxj.ꝙ statera dolosa abominatio est apd̄ deum.

¶ De alijs aūt speciebꝰ pōderum:sicut est libra/vncia/dragma ꝛ silı̄a/nihil ad presens:qꝛ non inueni in illis circa quod debeam immorari.

Capitulum.xxxj.de Sonis.

1 Soni ꝛ sonoꝝ instrumēta inter rerum ꝓprietates cōtineri noscūtur:musiceq̄ȝ discipline necessaria comprobātur. Habet igit̄ musica seu harmonica disciplina quādam latētem ꝛ spūalē virtutē:qua solet aīos mulcere/et a suis ineptis affectib⁹ et motib⁹ tēperare:ipsosq̄ȝ cōsolari ꝛ letificare:et non solū hoīes/imo etiā volucres/serpētes ꝛ delphines mirabiliter delectare. Debet tn̄ inesse melodia/soni debita suauitas/et vocum diuersaꝝ cōcors et ꝓportionata cōitas:alioquin si inter sonos ꝛ voces sit discordia/potius est clamor q̄ȝ melodia. Una em̄ vox seu vna chorda si sit dissona multaꝝ aliaꝝ melodiam turbat:et q̄ȝtum alie audiētes delectāt/ista illos attediat ꝛ contristat. Per melodiam pōt intelligi laus diuina/actio g̃rarum/vel etiā predicatio vel admonitio salutaris. In instrumēto g̊.i.in religiōe vel eccl̄ia cōueniunt multe chorde.i.multe ꝑsone ad predictā melodiam faciēdam:que scȝ auditores letificat/animos male motos sedat ꝛ immutat/et ad dei laudem mētem sollicitat ꝛ inuitat. Uerūtamen ad hoc ꝙ plures chorde.i.plures ꝑsone faciāt gratā melodiam coram deo/et laudis/orationis et g̃raꝝ actionis letificum sonum reddant/necesse est ꝙ inter se debite cōcordētur/et ꝙ per virtutes ꝛ merita ꝓportionētur pariter ꝛ tendātur:qꝛ pro certo in collegio eccl̄ie vna chorda.i.vna persona praua/dissona ꝛ dyscola/solet harmoniam ꝛ cōcordiam alioꝝ turbare/et corā deo ꝛ hoīb⁹ totam eoꝝ melodiam/amicitiam ꝛ cōcordiam discordare/et totum alioꝝ consortium diffamare:qꝛ scȝ vnus malus totum vnū collegium turbat/et ꝓpter vitā suā dissonam oēs grauat:sicut ad litteram videm⁹ de religiosis modernis:quoꝝ cantus ꝛ cultus est hoīb⁹ odibilis/scȝ ꝓpter dissonantiā sue vite abominabilis:ita ꝙ multis dꝛ illud Amos.v. Aufer a me tumultum carminum tuoꝝ:cātica lire tue non audiā.

2 ¶ Organum est instrumētum musicum ex multis fistulis cōpositum/et cum duob⁹ follibus insufflatum/ceteris instrumētis repudiatis ab ecclesia acceptatum/et ecclesiasticis officijs deputatum. Per organum potest intelligi sacra scriptura:quā eccl̄ia

sola recipit:alia ꝟo instrumēta musica histrionū.i.alias scientias poetaꝝ et phoꝝ non recipit neq̄ legit. In ista igit̄ sunt plures fistule bonoꝝ documētoꝝ/scz cōsilioꝝ/sacramētoꝝ/et mādatoꝝ:quibꝫ scz mediātibꝫ sonus predicationis ⁊ diuine laudis gratus ⁊ acceptus deo redditur/quādo diuino insufflāte spiritu/predicator tāgit/predicat ⁊ loquit̄.ij.Paralip.xix. Steterūtq̄ leuite tenētes organa dauid. Ad hoc em̄ q̄ sonus debite melodie de scripture organo extrahat̄/duo hoīes requirūtur: vnus a ꝑte post/spūs scz sctūs/qui occulte duos folles.i.intellectum ⁊ volūtatem insufflet ⁊ inspiret: et vnus a parte ante.i.in aperto/vcz predicator:qui manifeste tangat/loquatur ⁊ predicet.ij.Reg.vj.Dauid percutiebat in organis.

3 ¶Tuba est instrumētum musicum ereum/corneum vel testeum/ad fortiorem sonū faciēdum ordinatū: et in bellicis negotijs necessarium:et in festis ⁊ conuiuijs opportunū.Est aūt tuba interiꝰ cōcaua/exteriꝰ plana ⁊ rotūda/circa tubātis orificium valde stricta/in ꝑte ꝟo anteriori que audiētes respicit/valde ampla. Ista igit̄ manu clangētis ad os ponitur/erigit̄ et tenet̄/et prius a clāgente tangitur q̄ ab alijs audiat̄.Est aūt vsus tube ⁊ in prelijs/et in conuiuijs. Vtūtur em̄ hoīes in bellis ipsis tubis ad hostium terrorem:ad cōmilitonum cōuocationem:ad pugnātium aīationem:ad equoꝝ bellicoꝝ excitationem:ad belloꝝ intendoꝝ congressionem:ad fugitiuoꝝ reuocationem/et ad victorie habite significationē. In festis ꝟo ⁊ cōuiuijs vtūtur tuba ad conuocationem et letificationem populi/ad laudē dei/ et ad ꝓnūciationem presentis vel futuri solēnij. Vñ etiā apud Judeos Neomenia.i.solēnitas noue lune cū tubaꝝ clangore celebrabatur:et annus etiā iubileus cū tubaꝝ sonitu ꝓnūciabatur. Per tubā pōt intelligi predicatio:que scz et tēpore belli ⁊ tēpore cōuiuij seu festi est necessaria:dum tm̄ modo sit debito fabricata. Tuba g̊ predicationis debet esse plana/non vltra modum subtilis:longa/et non vltra modum breuis:rotūda ⁊ distincta/et non vltra modum cōfusa:cōcaua/⁊ nō vltra modū solida seu rigida:vacua et ab omni spe lucri tēporalis penitus aliena:a parte tm̄ tubātis seu predicātis debet esse arcta ⁊ stricta:a parte aūt auditoꝝ debet ampliꝰ esse lata.Sibi em̄ debet arctitudinem penitētie predicator retinere:alijs ꝟo debet latitudinem mīe presentare.Cum em̄ predicatio duas habeat ꝑtes/scz iustitiā et miam:predicator semper debet strictitatem iustitie ⁊ penitētie a ꝑte sua sumere:alijs ꝟo debet clemētie latitudinem preofferre. Manu em̄ ꝓprie operationis debet tubam predicationis ad os locutiōis applicare:et qd̄ docet ⁊ loquit̄/manū executionis debet tangere ⁊ palpare:et prius tangere q̄ tubare/priusq̄ manualiter facere q̄ docere.iij.Esdre.v. Steterūt sacerdotes habētes stolas cum tubis. Igit̄ tuba sacre doctrine et predicationis ad multa valet ⁊ proficit:q2 in bello tentationum ⁊ tribulationum huiꝰ mūdi/ista est que hostes nostros demones terret:que milites ⁊ equos.i.bonos et malos fideles ⁊ infideles ad pugnādum cōtra vitia conuocat ⁊ excitat:que cōgressum ꝯtra vitia ordinat:et que fugitiuos ⁊ penitētie cedētes reuocat:et que modū et signum victorie manifestat.Ista est ꝑ quā tristes ⁊ desperātes per spem letificātur:per quā deꝰ laudatur:per quā mādata regis xp̄i edicūtur:et per quā eterne glorie futura solēnitas predicatur.Et sic dr̄ Johel.ij.Canite tuba:cōgregate senes ⁊c̄. Jubileus em̄ et Neomenia.i.remissio ⁊ nouitas paradisi/cū tuba predicatiōis debet edici:et illa que ad salutem pertinēt/cōstitui ⁊ indici:et sonus diuine laudis tubari/effici seu dici.p̄s.Buccinate ī neomenia tuba. Vel dic q̄ tuba est p̄dicator/ꝑ abstinētiam strictus/per charitatem latus/ꝑ benignitatem planus/per paupertatem vacuus:cuiꝰ vox ⁊ sonus est predicatio vel doctrina:que scz valet ad oīa supradicta. Ideo sibi dr̄ Esaie.lviij.Clama/ne cesses:quasi tuba exalta vocē tuā:annūcia populo meo scelera eoꝝ. Vel dic q̄ tuba sig̃t iactatores ⁊ cōminatores:qui bona sua tubicināt et ꝓmulgant:aliosq̄ terrificāt ⁊ cōturbāt.qd̄ est cōtra illud Mathei.vj.Cū facis elemosynā:noli tuba canere.

4 ¶Fistula est instrumētum musicum/qd̄ alio modo calamꝰ noiatur:qua scz vtūtur aucupes ⁊ venatores/vigiles ⁊ pastores.Mediāte em̄ dulci sonitu fistularum aucupes aues decipiūt:venatores ceruos a cursu suo retrahunt:pastores oues leniūt:et vigiles sese ad vigilādum excitāt ⁊ inducūt.Talis fistula est laus diuina/vel etiam sacre scripture p̄dicatio vel doctrina. Ista em̄ debēt vti aucupes et venatores.i.predicatores ad hoīes spūaliter decipiēdum/⁊ caute ad laqueum penitētie cōducēdum:dicētes cum Aplo illud:Cū essem astutus/dolo cepi vos. Ista etiā debēt vti pastores.i.prelati ad oues.i.subditos leniēdum ⁊ docēdū et cōsolādum. Vigiles etiā.i.cōtēplatiui debēt vti fistula sacre scripture ad se inuicem ad bonum exhortādum/et ad sue salutis vigilias ꝓsequēdum. Vel dic q̄ fistula est adulatio: qua pro certo hodie vtūtur q̄si oīa genera ꝑsonaꝝ/et predicatores et prelati ⁊ religiosi et cōtēplatiui:oēs em̄ suo modo blāde ⁊ suauiter fistulāt et alios decipiūt ⁊ delectāt.vñ Catho.Fistula dulce canit/volucrem dum decipit auceps. Pone figuram de fistula Dañ.iij.cuiꝰ audito sonitu populꝰ statuā adorabat. q2 scz dum adulator fistulat/populus subditoꝝ prelatos iudices ⁊ hoīes statuales necessario venerat̄ et laudat. 5

¶Tympanum est lignum aridum:in quo pellis extensa et siccata sonum habet facere. Cithara aūt ⁊ lira ⁊ psalterium ligna sunt in quibꝫ per extensionem chordaꝝ solet homo cātus ⁊ modulos (dum tm̄ tāgat cū digitis) resonare.Talia em̄ instrumēta totam melodiam suam reddūt ꝑ tactum:q2 in istis nisi tactus digitoꝝ interueniat/nulla fit melodia cātuum vel sonoꝝ. Tales vidētur esse religiosi viri: q̄ recte sunt sicut lignū aridum per abstinētie siccitatem:in quibꝫ pellis ⁊ chorde.i.vene sunt extense per penitētie macerationem:q2 ꝓ certo tales sunt qui per appositionem ⁊ tactū manualis operationis reddūt sonū et cantū cōfessionis/et grãꝝ actiōis:q2 breuiter nullus est q̄ corā deo cāticū dulce reddat/vel q̄ melodiā laudis diuine debite faciat/nisi manū per bonā operationē apponat/et nisi instrumētum corporis ꝓprij ꝑ penitētiā feriat atq̄ tangat.qd̄ bene figuratum est in Jacob Gen.xxxij.vbi postq̄ angelꝰ dñi tetigit femur eiꝰ/emarcuit/et post in sonū diuine laudis prorupit/dicēdo:Vidi deū facie ad faciem:et salua facta est aīa mea.Quia ꝓcul dubio postq̄ quis per penitētiam corpus ꝓprium tetigerit ipsūq̄ marcescere per penitētiā fecerit/mox faciliꝰ in sonum diuine laudis prorūpit. Job.j.Tāge os eius ⁊ carnem:nisi in faciem benedixerit tibi.Vel si vis dic q̄ multa sunt instrumēta musica.i.multe ꝑsone que nullum sonum diuine laudis/cōfessionis/orationis et grãꝝ actionis modulātur/nisi a deo vel prelato per tribulationem vel correctionem tāgātur.p̄s.Tāgit mōtes/et fumigāt. 6

¶Ista est oīs melodie mira ꝓprietas:q2 letum reddit letiorem/⁊ tristem efficit tristiorem:cuiꝰ rōnem reddit Augu.dicēs q̄ hoc accidit ex quadam ꝓꝑetate occulta quā habet aīa rationalis cū harmonia:ꝓpter quā passiones ipsius aīe intēdūtur/et ad letitiam seu tristitiam fortius conuertūtur. Talis est melodia ꝟbi dei.Siue em̄ aīa sit leta per spūalem cōsolationem/siue tristis ꝑ penitētiam et cōtritionem/talis ipsiꝰ bona passio in suis qualitatibꝫ intēditur/q̄n in cordis auribꝫ ꝟbi dei symphonia modulatur.Tristis em̄.i.vir penitēs ⁊ cōtritꝰ magis tristificatur ex ꝟbi dei sonitu:letus ꝟo ⁊ spūaliter consolatꝰ letior efficitur ex auditu:q2 scz ſm q̄ ꝟbū dei nūc terrēdo/nūc consolando diuersimode intonat/ſm hoc aīam letificat aut cōtristat. Vel dic q̄ illi q̄ sūt tristes ⁊ desperati ⁊ obstinati/ex auditu melodie verbi dei fiūt aliq̄n tristiores/et desperationis vitio pleniores:illi ꝟo qui sunt leti/et spe venie consolati/fiunt ex tali auditu letiores/et spe venie et mīe gaudentiores: iuxta illud Apocal.xxij. Qui audit/audiat: et qui quiescit/quiescat:et qui in sordibꝫ est/sordescat adhuc:et q̄ iustꝰ est/iustificet̄ adhuc.ac si dicat: iusti vero ex tali auditu fiūt pctōres ⁊ sordidi deteriores:iusti vero et ꝓuidi meliores. Qd̄ etiā de mūdi letitia dici pōt:que scz letos.i.bonos ⁊ iustos (q̄ scz oīa mūdi gaudia sciūt in deū reducere) letificat/et facit meliores:tristes ꝟo.i.pctōres/q̄ oīa ad malū reducūt/facit deteriores. Allegavi.š.

¶Finis libri Decimitertij.

¶ Incipit Prologus ĩ librum Decimũquartum: in quo agitur de nature mirabilibus.

Quia deꝰ quottidie facit magnalia in Egypto: mirabilia ĩ terra Cham: terribilia ĩ mari Rubro: ita ꝙ illi q̃ nauigãt mare in nauibꝰ/ faciẽtes operationes in aquis multis/ ipsi viderũt opera dñi/ et mirabilia eiꝰ in ꝓfundo: hinc est ꝙ de mũdi mirabilibꝰ intẽdo aliqua dicere: ipaqꝫ ad mores ⁊ ad spiritalẽ intelligẽtiã reducere: vt sic quãto ipse res magis noue/ mirabiles ⁊ insolite ꝑdicãtur/ tãto possint animum plus mouere: vt ⁊ sic natura hoim (que ẜm Pliñ. lib. xij. c. j. nouitatis est auida) de inauditis rebus et insolitis admiret: et tãdẽ morali expositione percepta/ in dei laudem ampliꝰ eleuet. Moralizare ĝ intẽdo ẜm titulos regionum: quibꝰ asscribẽtur ipa mirabilia. Sed q̃ multa sunt de q̃bꝰ nescio in quibꝰ regionibꝰ fiũt: cũ noĩa regionũ que ponũtur a doctoribꝰ/ nũc vt cõiter sint mutata: ideo post titulos regionũ ipa mirabilia sub ꝑticularibus rex titulis finaliter distinguere dignum duxi. Ista igit que hic pono/ vna cũ infinitis alijs/ que supra ĩ titulis diuersis de rex ꝓprietatibꝰ assignaui/ inueni in Plinio: Solino: et Geruasio: ĩ libris ⁊ voluminibꝰ eorũdem. Notãdum tñ ꝙ non intẽdo moralizare mirabilia fantastica: sed realiter in natura existẽtia/ atqꝫ vera. Uerũtamen dicerem ⁊ moralizarem aliqua de phãtasijs: de quibꝰ mirabilia ponit Geruasiꝰ: nisi q̃ nescio an sint res in natura existẽtes: vel demões hoibꝰ illudẽtes. Ponit eñ idem de dracis sub aquis habitãtibus: et ibi catulos suos nutriẽtibꝰ: in varias formas se transformãtibꝰ: lactãtes mulieres pro nutriẽdis filijs rapiẽtibꝰ: et tãdẽ adultis filijs ipas cũ salario reducẽtibꝰ: viros ꝟo cũ rapiũt comedẽtibus: sicut exẽplificat de quadã muliere in Rhodano circa Tarraconẽ rapta/ et in domo draci sub aqua ꝑ septẽnium ad nutriẽdum draci filiũ occupata/ et postea reducta: que scꝫ dñm suũ postea in foro de Bellicadro cognouit: et de dña ⁊ alũno suo interrogãs/ mirãte draco qũo ipsum cognouerat/ respondit ꝙ cũ in domo sua quadam die pastillũ anguillax comederet/ et oculũ suũ cũ pingui digito tetigisset/ extũc clarũ visum ad vidẽdũ sub aquis habuerat: asserens ꝙ cũ illo oculo ipm viderat. Quo audito digitũ oculo eiꝰ dracus impressit: et sic eũ amplius non cognouit. Addit etiam ꝙ iuxta Arelateñ. ciuitatem sub domo militie ad portã borealem in quadã voragine Rhodani vox q̃dã ꝑ triduũ audita est: tã de die q̃ꝫ de nocte/ ac si eẽt vox humana: ꝑ ripã fluminis discurrẽs ⁊ dicẽs: Hora preterijt/ ⁊ homo nõ venit. Die ꝟo tertia circa horã nonã: ecce iuuenis celeri cursu ad ripã adueniens/ totꝰ immergit: et vox illa ãpliꝰ nõ audit. Audiui etiã ego in cãpanie partibꝰ/ nõ diu est/ puellã fato siꝉi raptã esse: et cũ ꝑ septẽniũ fuisset ꝑdita: et in quodã puteo in quadã crypta ad latꝰ putei a draco nutrita/ accidit (sicut postea referebat) ꝙ dũ quadã die dracus ⁊ vxor sua transformati exteriꝰ exijssent/ et pueri q̃si ludẽdo de illo puteo cũ situla aquã extraherẽt: ipa se in situla posuit: et foris extracta oĩa q̃ cõtigerãt/ enarrauit. Tãdem ꝟo ĩ illo puteo puella nõ reperta/ tumultꝰ maximꝰ est auditꝰ. Ponit etiã de Delphinis: q̃s dicũt milites esse maris: sicut exẽplo cuiusdã narrat: dicẽs ꝙ cũ naute q̃dã multitudinẽ delphinox circa se vidissent: vnũ cũ lãcea vulnerauerũt: et statĩ facta tẽpestate horribili/ affuit q̃dã miles ambulans sup aquas/ q̃ illũ qui sociũ suũ delphinum ꝑcusserat/ requisiuit: quo statim sup equũ suũ rapto/ ipm sub aqua in palatium grãde portauit: vbi quẽdã militẽ vulneratũ in lecto reperiẽs/ illũ esse delphinũ quẽ ꝑcusserat asseruit. ꝓcepit ergo naute ꝙ telũ qđ immiserat extraheret/ ꝙqꝫ ꝑpetuo delphinũ nõ lederet: cũ reuera ipos esse sub aquis hoies seu milites certum esset: quo facto hoiem apprehẽdit/ et ipm tãdẽ ad socios sanũ reduxit. Si eñ iste sint illusiões demonũ/ nulli dubiũ est q̃n possint ista facere. Si ꝟo sint alique occulte gñatiões ĩ natura realiter existẽtes: mirũ videtur ꝙ taliũ notitia ad hoiem non ꝑuenerit: et ꝙ de istis ĩ sacra pagina nil habeat. Est tñ possibile (sicut posset ab aliquibꝰ opinari) ꝙ sicut in igne. i. in splẽdida celesti natura habitãt creature rõnales/ scꝫ angeli/ in aere demones/ in terra hoĩes: sic ⁊ in aqua sint alique rõnales effigies habitãtes. Ad qđ etiã videt alludere scriptura dicẽs Job. xxvj. Ecce gigãtes gemũt sub aquis: et qui habitãt cũ eis. Poete etiã vidẽtur ista sensisse: qui scꝫ ista numina/ Neptunũ: Glaucũ: Protheũ: et Nereides vidẽtur ĩ aquis posuisse: et ibidẽ dominiũ accepisse. Seneca etiã ad hoc videt facere de naturalibꝰ questiõibꝰ lib. vj. vbi dicit ꝙ in natura sunt multa que nõdũ ad hoim notitiam ꝑuenerũt: que tñ finaliter ꝑueniẽt: ita ꝙ posteri qui tũc erũt/ mirabũtur nos ea ignorasse. Ueniet (inquit) tp̃s q̃n ista que nũc latent/ in lucẽ dies extrahat/ et longioris eui diligẽtia. Multa eñ sunt que esse concedimꝰ: qualia aũt sint/ ignoramꝰ. et exẽplificat de aĩa. Dicit etiam ꝙ in natura preter illa que cognita sunt/ multa ꝑ secretũ eũt/ nũq̃ꝫ humanis oclis oriẽtia: neqꝫ eñ oĩa deꝰ hũanis oculis nota fecit. sequitur. Rerũ natura sacra sua non simul oĩa tradit. Scriptura etiã sacra postq̃ꝫ de mirabilibꝰ dei operibꝰ mẽtionẽ fecisset Eccli. xliij. finaliter addit: Multa inquit abscõdita sunt maiora his: pauca eñ vidimus operũ eiꝰ. Posset ĝ cõcedi ẜm istos/ fore possibile ꝙ predicti draci et milites ⁊ alia siĩa sint quedã portio nature/ que adhuc hoibꝰ est ignota. Judicia eñ dei abyssus multa: et dei mirabilia sunt opera. Addit et Geruasiꝰ idem de Lamijs ⁊ Strygibꝰ: quas dicimꝰ de nocte incedere/ per clausa ostia intrare/ pueros de cunis educere/ ipsosqꝫ aliq̃n cõburere/ vinũ de dolijs bibere/ et bibitũ ĩtegrũ restituere. Addit ⁊ de Portunis: q̃ erãt phãtasie/ q̃ de nocte facie rugata/ statura pusilla solebãt apparere/ ⁊ negotia domꝰ cũ quadã sollicitudinis apparẽtia tractare/ et in nullo solebãt hoiem ledere. Ego aũt senẽ vidi: q̃ multitudinẽ taliũ se asserebat vidisse. Addit etiã de Fadis/ q̃ pulcherrime mulieres videbãtur/ amplexus maritales cũ hoibꝰ querẽtes/ q̃ femine esse credebãtur: quas q̃ꝫ diu viri celabãt/ secretaqꝫ sua nõ reuelabãt: ꝓsperitate maxima ꝑfruebãtur. si ꝟo ipa ꝓdebant/ vel pacta q̃ erãt inter eos violabãt: ipe in serpẽtes cõuertebãtur: et ab eox oculis euanescẽtes/ nũq̃ꝫ ab ipsis ampliꝰ videbãtur: ipos ꝟo maritos mox infortunia sequebãtur: sicut exẽplificat de Raimũdo dño castri de Ruseto in ꝓuincia Aqueñ. qui inuẽtam Fadã pulcherrimã cũ tali pacto in vxorẽ duxit: ꝙ eã nudã nullo pacto videre presumeret. qua sic in cõiugio ꝑseuerãte/ et marito ĩ oĩbꝰ ꝓsperãte/ post multa tãdẽ tẽpox curricula ipsam in balneo nudã videre voluit: qđ vt factũ est/ statim ipa ĩ serpẽtẽ mutata/ ĩmisso sub aquã capite/ recessit ⁊ euanuit: simulqꝫ tota militis ꝓsperitas abijt ⁊ defecit. Jn mea ꝟo patria Pictauia fama est castrum illđ fortissimũ de Lisiniaco eadẽ fortuna ꝑ quẽdã militem cũ fada cõiuge fundatum fuisse: et de fada ipsa copiosam nobiliũ et magnatũ originẽ suscepisse: et exinde reges Hierl'm/ et Cypri/ necnõ comites Marchie: ⁊ illos de Pertiniacho originaliter processisse. Fada tñ visa nuda a marito/ in serpentẽ mutata esse fertur. Et adhuc fama est ꝙ q̃n castrũ istđ mutat dñm/ serpẽs ille ĩ castro videt. De alijs phãtasijs multa ponit idem Geruasiꝰ: ꝙ scꝫ in mõte q̃ dr Equa/ q̃ est ĩ terra Delphinate Uiẽneñ. q̃ ita est altus ⁊ vndiqꝫ lateraliter ita preruptus/ ꝙ nũq̃ꝫ ad ipm est homini accessus: visi sunt ab alio monte alto isti ꝓpinquo ĩ eiꝰ sũmitate/ vbi semꝑ apparet herba viridis/ panni extensi: et ad solem vt siccarẽtur expositi. Jn ꝓuincia etiã Aqueñ. dicit esse rupẽ in cuiꝰ sũmitate est q̃si paries intercisus/ vbi due fenestre esse vidẽtur: in q̃bꝰ si a lõge respexeris/ quasi duas pulcherrimas dñas videbis simul colloquẽtes: si ꝟo ad rupẽ appropiquaueris euanescit spectaculũ: nihilqꝫ de dñabꝰ videri põt. Narrat etiã ꝙ in Anglia erat locus vbi q̃cũqꝫ clamabat/ Ueniat miles ꝯ militem/ statim aliꝰ miles aderat ad instandum. De quodã etiã mõte narrat/ vbi q̃cũqꝫ sitibat/ si petebat bibere/ vsqꝫ ad eiꝰ os cornu plenũ vino offerebat: minister ꝟo nõ videbat: qđ cornu quidã retinuit/ nec ministro restituit: qđ a pluribus postea visum fuit. Audiui etiã ego in Prouincia iuxta ripã cuiusdã fluminis apud castrũ de Tricis quãdã ignotã mulierẽ visam a pastoribꝰ

pānos lauare/⁊ appropinquātibꝰ illis fugere ⁊ euanesce
re: que tādē iterū ꝓdiēs/quēdā puerū secū duxit/cui pa-
stores insidiātes/ipm rapuerūt/et ad castrū portauerūt:
ꝗ per tres ānos nutritꝰ nequaꝗ̄ loquebatur. quadā ꝟo die
dum illi sui nutritores essent ad mēsam/puer ꝟo sederet
ad ignē/subito audita est ꝗdā vox existēs in platea/que
vocauit bis Gabitte/gabitte: quo audito puer in semet-
ipso cōsurgēs/et ad carreriā fugiēs/nūꝗ̄ ampliꝰ fuit vi-
sus. Quid dicā de mirabilibꝰ que in historijs Galuagni
et Arturi ponūtur: quoꝝ vnū de oībꝰ recito/scz de pala-
tio qđ Galuagnus sub aquā casu raptꝰ reperit/vbi mēsā
refertā epulis/et sedē positā inuenit: ostiū ꝟo ꝑ qđ exire
valeret/nō vidit: ꝗ cū famesceret ⁊ comedere vellet/sta-
tim caput hoīs mortui positū in lāce affuit: et gigas ī fe-
retro iuxta ignē iacuit/ gigāteqꝫ surgēte/et palatiū capi-
te concutiēte/capite ꝟo clamāte / et cibos interdicēte/
nūꝗ̄ de cibis comedere ausus fuit: ꝗ post multa miracu
la exiuit: sed nesciuit qualiter exiuit. Ista stupēda ⁊ mi-
rabilia videtur/⁊ moralizatione digna/ nisi qꝛ ignotū est
vtrū sint demonū illusiones/vel aliquaꝝ reꝝ nobis inco
gnitaꝝ gn̄atiōes/vel alique friuole hoīm fictiones. Me
lius ergo arbitror de istis tacere/ꝗ̄ de ipis aliqua narra
tiue asserere: ne forte videar fabulas hoīm/vel etiā ope-
ra demonū pro naturali veritate narrare. Ista ergo ad pn̄s
omittam: nisi forte qn̄ de fabulis poetaꝝ tractabo/inse-
ram aliquid de premissis. Dicēdum ergo puto de mira-
bilibus: et primo ſm ordinem regionum.

Capitulum Primum de Aphrica.

1 Aphrica generaliter est tertia pars or
bis/ad meridiem constituta: in qua
sunt multe latissime regiōes. Est eīm
ibi Lybia: Numidia: Mauritania:
et prouincia Penoꝝ: in qua fuit Car
thago maxima sita: que alterū post
vrbem Romam/orbis terraꝝ decus/
a Solino extitit nuncupata. Igitur
in Aphrica est mons Atlas: qui ver-
sus meridiem e medijs arenis cōbustis cōsurgēs porri-
gitur: diuersis feris repletur: et in quibusdam sui ꝑtibꝰ
syluis et nemoribꝰ obūbratur. Huiꝰ cacumina Herculi
et Perseo fuerunt peruia: ceteris vero hoībus inaccessa.
In hoc ergo duo esse notabilia Soli. recitat. Alteꝝ: qꝛ dicit
ꝙ mōs iste silet ꝑ diē vniuersus: et mirabiliter est solita-
rius ⁊ secretus: de nocte ꝟo ignibꝰ illuminatur: et ibidem
tibijs ⁊ cymbalis ꝑsonatur: hoc tn̄ ꝗs faciat ignoratur. Alte
rum etiā notabile est: qꝛ ibi crescūt ꝗdā arbores ad simi-
litudinem cupressoꝝ/que quadā lanugine vestiuntur: et se-
ricis velleribꝰ induūtur: ex quibꝰ quidē velleribꝰ vestes
bōbycine vel serice preparātur: sicut etiā dicit Plin̄. cū
Solino. Dicit etiā idem Soli. ꝙ fruges sponte nascūtur
ibidem. Per istum mōtem intelligo paradisum: ꝗ procul
dubio arenis penitētie circūdatur: cū ibi nullꝰ intret/quin
illuc ꝑ penitētiam transferatur: et iste est locus ꝗ in die pre
sentis vite nobis est incognitꝰ: et multū solitariꝰ et secre
tus: in nocte ꝟo mortis ibi ignis charitatis videtur/lumen
veritatis emicat/et cantus eterne laudis et iocūditatis
auditur. ps. In die mādauit dn̄s miam suā: et nocte can-
ticum eiꝰ. Ita ꝙ ibi sancti pn̄t dicere illud ps. Nox illu-
minatio mea in delicijs meis. Ibi etiā sunt fruges satie
tatis eterne/scz fruitio deitatꝭ: ꝗ spōte singulis ministratur.
Ibi etiam sunt arbores .i. ipi sancti: de quoꝝ lanugine .i.
de quoꝝ sciētijs ⁊ exēplis ꝑfecti ꝗ sunt in hoc seculo ve-
stiūtur. Uel dic ꝙ iste vestes arboꝝ significāt dotes cor-
poꝝ btōꝝ. Un̄ de isto triplici bono btōꝝ dr in ps. Indu-
ti sunt arietes ouiū. ecce vestiū honestas. et valles abun
dabūt frumēto. ecce victuū fertilitas. clamabūt/etenim
hymnū dicēt. ecce mentiū iocūditas. ¶ Hic ponit Soli-
nus de natura elephātū/vrsoꝝ/leonū/hyenaꝝ: ſꝫ omitto:
qꝛ de ipsis in tractatu de aīalibus extitit satis dictū. De
onagris etiā hic et de anguibꝰ meminit: de quibꝰ dr suo
2 loco. ¶ Syrtes maiores ⁊ minores sunt in Aphrica: et
sunt syrtes quedā pericula arenaꝝ. Sūt eīm arene in de-
sertis lōgissimis circa mare/que ad modū aque fluctuāt
omni hora: et ꝓpter vētū ab interioribꝰ terre cōtinue va
porātē/ipe arene ꝑpetuo sunt in motu. Unde (sicut dicit
hic Soli.) si ꝗs inter syrtes maiores ⁊ minores ꝗ ducētis
millibꝰ passuum a se distāt: iter facere voluerit: necesse est
ꝙ syderibꝰ dirigatur. non pōt eīm ibi apparere vestigiū se-
mite seu vie: qꝛ ad modicū flatū vēti/situs locoꝝ mutatur:
et ꝗ montes fuerāt/valles efficiūtur: et ecōtra mōtes in
valles transeūt: ita/ne agnitioni vlla locoꝝ indicia relin
quātur. Fūdus etiā maris cōtigui a ꝓfūdo arenis ebul-
lit: ita ꝙ ibi nauis sine periculo nulla transit: ꝗ̄uis classē
Romanam sub Cn. Seruilio. ⁊. C. Sēpronio cōsulibꝰ ꝑ
ista loca vadosa impune fortuna ꝑduxit. Et breuiter sic
fit ſm Soli. ꝙ ad exitiū viatoꝝ in terris vētꝰ: in mari ter
ra seuiat. Et credo ꝙ istud periculū sit mare arenosum:
de quo faciūt simplices mētionem. Iste etiā sunt arene
sub quibꝰ (sicut alibi dixi) perijt exercitꝰ Cābisis regis:
quē mittebat ad spolia tēpli Iouis hammonis: vt refert
Sen̄. de naturalibꝰ ꝗstiōibꝰ lib. ij. Charissimi ꝑ ista loca
periculosa pōt intelligi presens mūdꝰ: ꝗ pro certo syrtis
dr a syrein/qđ est trahere: eo ꝙ ad periculū gētes trahit.
Iob. xxj. Post se oēm hoīem trahit: et ante se innumera-
biles. In isto eīm sunt arene bulliētes .i. mūdi diuitie/que
ꝓprie bulliūt ⁊ fluctuāt: qꝛ nūꝗ̄ in eodē statu permanēt/
imo vento ⁊ spiramine fortune flante nūc cumulantur: nūc
ꝑgūtur: nūc acquiruntur: nūc perduntur: ita ꝙ (sicut in mul-
tis videmus) nihil de precedentibꝰ cumulis inuenitur. ps.
Nihil inuenerūt viri diuitiarū in manibꝰ suis. Et breui-
ter/nulla est inter arenas diuitiarū seculi certa via: nec
pōt homo cognoscere quo pergat ad terminū paradisi:
nisi forte ad sydera .i. ad bona supiora ⁊ etna / vel etiā ad
sanctoꝝ exempla et documenta dirigat oculos mentis
sue: ista vcz affectādo/⁊ illa fluxibilia cōtēnēdo. Gen̄. xv.
Respice stellas: ⁊ numera eas si potes. Si sic eīm fecerit/
ꝑ mare huius seculi nō obstantibꝰ diuitiaꝝ arenis/sine
periculo pertrāsibit: ⁊ ad paradisi terminos applicabit.
Per mare aūt adiacēs/religionē vel statū ecclie intelli-
go: vbi .s. aduersitatū amaritudo redūdat. in ista eīm fūdꝰ
est arenosus: qꝛ .s. ibi sicut in seculo fluctuāt diuitie abun
dāter: ⁊ ideo ibi est etiā periculū ꝑtransire: ne forte cū di-
uitiaꝝ arenis contingat hoīem deperire. Et breuiter in
terra ⁊ in mari est hodie periculū: et tam in seculo ꝗ̄ in
claustro: qđ .s. totū cōtingit ꝓpter vētum vanitatis/⁊ pro
pter arenas terrene facultatis. vn̄. ij. Coꝝ. xj. Periculū
in terra: periculū in mari/periculū in solitudine. ¶ Se-
cūdū Solinū/in Aphrica supra Garamātes fuerūt ꝗdā
ꝑpli ꝗ psylli vocabantur/sic dicti a psyllo quodā rege/cuiꝰ
adhuc sepulchrū inter syrtes maiores ſm Pli. li. vij. c. ij.
ostēditur. Qui ꝯ virus serpentū erāt muniti incredibili
corpoꝝ firmitudine. soli eīm inter hoīes anguiū morsibꝰ
nō peribāt: ꝗ̄uis ab eis letaliter morderentur: quinimo ſm
Plinū ibidē solus odor istoꝝ serpentes sopiebat: ⁊ ipso-
rū corpori ingenitū exitiale virus serpētibꝰ ipsis erat. Uo
lentes ergo probare si filij sui paruuli ex adulterio nati
erāt ⁊ procreati/ipos anguibꝰ exponebāt: qui si erāt adul
terini/morsus illis exitialis erat: si vero legitimi/priuile
gio paterni sanguinis tuebantur. Ista gens (vt ait) hodie
perijt/⁊ a Nasamonibꝰ capta fuit: aliqui tn̄ ſm Plinū
remāserūt: vel qui a prelio fugerunt/vel tūc tēporis non
affuerūt. Tales ꝓcul dubio fuerūt scti patres: qꝛ pro cer
to tāta firmitate cōstātie viguerūt/ꝙ ꝗ̄uis a serpētibus
.i. a demonibus ꝑ tētationes ⁊ tribulationes varias mor
derentur: nunꝗ̄ tn̄ ꝑ peccatū interficiebantur: sed incolumē
cōsciētia seruabantur. Mar. xvj. Serpētes tollēt: ⁊ si mor-
tiferū qđ biberint/nō eis nocebit. quinimo ipsi demoni-
bus erāt venena: ⁊ solus odor .i. sola fama vel oratio eoꝝ
dabat eis nocumēta. filij etiā istoꝝ .i. eoꝝ successores ī re-
ligiōe vel ecclia ꝗ veri ⁊ legitimi sunt .i. boni ⁊ iusti/a ta-
libus tentationum morsibꝰ nō pereūt: illi vero ꝗ sunt pec
catores ⁊ ex adulterio carnalis affectiōis vel simonie in
ecclia procreati/demonū morsibꝰ .i. tentationibꝰ ⁊ tribu-
lationibꝰ nō resistūt/sed ꝓtinus morsi ꝑ cōsensum ⁊ opa
pereūt ⁊ succumbūt: qꝛ sicut dr Sap. iiij. Adulterine plā
tationes nō dabūt radices altas. Tales tn̄ psylli .i. tales
pr̄es scti hodie ab ecclia defecerūt: ⁊ a Nasamonibus .i.
demonibꝰ ꝑierūt: iuxta illd Mich. vij. Perijt sctūs de ter

ra:⁊ rectus in hominibꝰ nō est. Uel dic ꝙ filij dei legiti-
mi/⁊ filij adulterini taliter probant̄:q̄r.s.expositi morsibꝰ
tentationum ⁊ tribulationum/boni stant ⁊ perseuerant:
mali vero pereunt ⁊ vacillāt:sicut pꝫ de xp̄i martyribꝰ:q̇
scꝫ mortē icurrere nō metuunt:⁊ de sacerdotibꝰ idolorū/
4 qui ꝓ lege sua nullatenus mori volunt. ¶ Hic agit So-
li.de Basilisco:de quo dixi.s̄.in lib. de aialibꝰ satis ple-
ne.Uerūtamen hic ponit vnū notabile:ꝙ locū vbi est ca
dauer basilisci/nō intrāt aues neqꝫ musce.vñ dicit ꝙ per
gameni q̇ tēplū insigne Apollini edificauerāt/reliquias
basilisci cōpararūt: vt dictū tēplū nec aranee intexerēt/
nec aues inuolarēt. Basiliscus iste sig̃t mortē:cui scꝫ ni-
hil viuū pōt resistere. Si eñ reliquie eiꝰ.i.memoria ipsiꝰ
in tēplo cōsciētie reponat̄/et si ibi de morte memoria ha
beatur:tūc ⁊ ab araneis malaꝝ cogitationū/et auolucri
bus diabolicaꝝ tentationum incolumis preseruat̄. volu-
cres eñ.i.demones:aranee.i.male cogitationes i tēplū
cōsciētie nūq̄ꝫ intrāt:vbi mortis reliquie ⁊ memorie ꝑse-
uerāt. Ideo bene dr̄ Eccli.vij. In oībꝰ operibꝰ tuis me-
5 morare nouissima tua:et in eternū non peccabis. ¶ Ga-
ramātia est aphrice ꝓuincia:vbi est fluuiꝰ de die algēs/
de nocte ardēs:de quo dictū est in titulo de fontibus.s̄.
lib.viij.§.xv. Dicit etiā Solinus ꝙ armēta gētis huius
obliquis ceruicibꝰ pabulātur:cornua eñ armētoꝝ istoꝝ
ita sunt protensa ⁊ curua/et ꝟsus terrā inclinata ⁊ prona
ꝙ impediūt ne ad herbā carpēdā attingāt:ora aūt recta
sūt:⁊ ideo necesse ē caput obliquare/si aīal voluerit mā-
ducare. Per istā pabulationem possum intelligere refe-
ctionem glīe paradisi:q̄r pro certo istud hodie est verum
ꝙ multa sunt armēta hoīm in garamātia mūdi huiꝰ:qui
cornua supbie ⁊ elationis talia ⁊ tāta habēt/ꝙ pabula di
uine grē/scientie/eucharistie ⁊ eterne glīe comedere vel
attingere nunq̄ꝫ valēt. igit̄ si talibꝰ pabulis volūt pasci/
necesse est ꝙ caput sue elate intētiōis obliquēt ⁊ vertāt/
et ꝙ per humilitatē ad ista pabula se preparēt:et ꝙ a ce-
pta ceruicositate ad humilitatis limites se conuertant.

Capitulum.ij.de Amazonia.

1 Amazonia est regio feminaꝝ:que nullū mascu
lum inter se viuere ꝑmittūt:sꝫ ꝓlis grā cū ma
ritis certis tēporibꝰ cōueniūt:et si masculum
pepererint/ip̄m eijciūt vel occidūt:si aūt filiā
habuerint/ipsam nutriunt ⁊ reseruāt. Amazo
nes aūt iste octauo āno filiabꝰ suis dextrā mamillā exu-
rūt/ne ad sagittādū valeāt impediri.et duas reginas su-
per se habēt/q̄bꝰ obediūt:ita ꝙ vna cū exercitu debellā-
te/altera i regno remanet/et eaꝝ publicā rem gubernat:
vt dicit Isido.et est ista regio in Scythia superiori:et he
femine ita bellatrices effecte sunt:ꝙ ꝑ cētū annos tenue
rūt regnū oriētis. Orosius aūt dicit duos reges iuuenes
de Scythia in Pōtum et Cappadociā venisse:ibiqꝫ pa-
tria domita regnauisse:q̇ fraude finitimoꝝ occisi fuerūt:
et sic vxores eoꝝ cū paucis masculis remanserūt. Iste g̃
ad vltionē viroꝝ/arma sumūt:et vt oībꝰ ex sil̄i cōditione
q̄sita/alienos coitus ꝓlis grā expetūt: paruulos mares
enecāt/et feminas custodiūt. Una aūt reginaꝝ istaꝝ fuit
illa nobilis Penthesilea:q̄ in bello Troianoꝝ ꝯtra Gre-
cos cum puellis suis fortissime legit̄ pugnasse:et ibi etiā
decessisse. Ista regio est mūdus:in quo mulieres.i.mol-
les ⁊ fluidi pctōres:nullū masculū.i.nullū viꝝ iustū dili-
gunt:sꝫ femellas.i.alios pctōres sibi sil̄es eligūt atqꝫ vo-
lunt. Ideo Naum.iij. Populus tuꝰ mulieres in medio
tui. Figura Exo.j. vbi Pharao fecit feminas reseruari:
masculos submergi.expone ⁊c̄. Et si iste femine.i.hoīes
mūdani aliquē filiū masculū.i.virtuosum ⁊ deū timētem
habuerint/ip̄m eijciūt ⁊ cōtēnūt: maxime qñ intrauerit
religionē ⁊c̄.hmōi. sed si pepererint femellā.i.si filij eoꝝ
mali efficiātur/et vsurarij sicut ip̄i:tūc eos diligūt ⁊ reser
uāt. Qualis mater/talis ⁊ filia eiꝰ. Ezech.xvj. Due ma-
mille istaꝝ filiaꝝ iuuenū sunt amor dei ⁊ amor mūdi:sed
ꝓ certo matres eaꝝ dextrā mamillā/amorem scꝫ dei eis
auferūt:ne forte ad sagittādū pauperes ꝑ vsuras ⁊ hmōi
impediātur: et vt ad bella negotioꝝ mūdi plus habiles
habeātur:⁊ ideo dicunt̄ Amazones/q̄si sine mie māma.
Uel dic ꝙ māma dextra est pietas ad pauperes: que in
eis exuritur.sinistra est affectio ad parētelā/ que in eis re
seruat̄. Due regine istiꝰ regni sunt luxuria ⁊ auaritia:sed
luxuria domi remanet ⁊ quiescit vna cū luxuriosis:alte-
ra aūt regina/scꝫ auaritia cū exercitu auaroꝝ ꝑ fora ⁊ nū
dinas bellū gerit. vt luxuriosis dicat̄ illḋ Nūe.xxxij. Fra
tres vestri.s.auari/vadēt ad pugnā: ⁊ vos hic sedebitis.
Isti etiā habēt regnū oriētis:q̄r mali plus q̄ꝫ boni habēt
aliqñ regimen mūdi.ideo Esa.iij. Mulieres dñate sunt
eis. Sic g̃ dico ꝙ in regno ecclīe vl̄ etiā mūdi:due male
dominātur regine/scꝫ auaritia ⁊ luxuria: que scꝫ a femi-
nis suis.i.a mollibus ⁊ effeminatis ꝑsonis dexterā ma-
millā.i.dei amorē seu miam ad pauperes auferūt:et sini
strām carnalis affectiōis eis inserūt ⁊ dimittūt. Uel dic
ꝙ iste regine sunt moderni mali ⁊ effeminati prelati:qui
reuera nō merētur reges dici:sꝫ regine potiꝰ/seu femine
nūcupari. vñ illḋ predictū Esaie.iij. Mulieres ⁊c̄. Isti g̃
viros.i.virtuosos hoīes nō diligūt/imo ipsos ꝑsequūtur
et odiūt:et in regno ecclīe ipsos dñari non ꝑmittūt:femi
nas aūt.i.ignorātes ⁊ effeminatos custodiūt/⁊ eos in re-
gno ecclīe retinēt/ꝓmouēt ⁊ extollūt. Nūe.xxxj. Cur fe-
minas reseruastis? Et ideo breuiter q̄si totꝰ ppl̄s ecclīe
est hodie muliebris.i.scientijs et virtutibus imbecillis.
Naū.iij. Populus tuꝰ mulieres in medio tui. Pharao
eñ rex Egypti.i.diaboľ viros.i.ꝑfectos p̄cipit occide-
re vel fugare/et ab ecclīa deficere vel cessare: femineos
ꝟo.i.fragiles ⁊ ignaros iubet malis p̄latis ⁊ ꝓmotoribꝰ
reseruare:q̄bꝰ etiā (vt apparet) māma dextra.i.pietas est
auulsa:sinistra ꝟo.i.carnaliū parētū affectio est seruata.
p̄s. Obliuiscat̄ mei dextera mea. Eiusdē eñi cōditionis
volūt esse:et iō mares.i.ꝑfectos secū nolūt aliquo pacto
interesse:sicut ad litterā videmꝰ de ignorātibꝰ religiosis
et clericis:qui inter se clericos sciētificos nō diligūt:sed
eos occidunt.i.deprimunt ⁊ cōtēnunt:et oēs eiusdem cō
ditionis ⁊ ignorātie esse volunt. Exodi.j. Si quicq̄ꝫ ma-
sculini sexus fuerit/interficite.

Capitulum tertium de Anglia.

Anglia est Britannia maior:in qua sunt et fiūt 1
mlt̄a mirabilia ⁊ stupēda. Dicit eñi Geruas̄.
in lib.suo de Ocijs imperialibꝰ: ꝙ in villa
dr̄ Uernichū/in diocesi Uigorniēsi/ sunt pu-
tei salsi:de quoꝝ aqua ꝑ decoctionē fit sal. Sꝫ
vnū est satis mirabile/q̄r aqua illa ꝑ mediū annū est sal-
sa.s.a natiuitate dñi vsqꝫ ad festū scti Joannis baptiste:
per aliud ꝟo mediū tp̄is est dulcis. Sed qḋ mirabiliꝰ est
ꝓ illo tp̄e quo est sali necessaria/si non haurit̄/supfluit:ꝑ
aliud ꝟo tp̄s vix supercrescit. Charissimi ꝑ istā aquā in
telligit̄ sciētia:q̄r ꝓ certo illa sciētia que ad sal sapiētie ⁊
ad cōdimentū ⁊ documētū hoīm ꝑ doctrinā ⁊ p̄dicatio
nē ordinat̄/crescit/affluit ⁊ augmētat̄:illa vero q̄ ad vti-
litatē alioꝝ nō ordinat̄ / ⁊ que in alioꝝ vsibus nō distri-
buit̄/i se decrescit ⁊ diminuit̄:q̄r sciētia cōicata proficit:
sciētia ꝟo occultata deficit.ideo bñ dr̄ Eccli.xlj. Sciētia
abscōdita/⁊ thesaurus absconditꝰ: q̄ vtilitas in vtrisqꝫ?
Uel dic ꝙ ista aqua significat diuitias:q̄ plerūqꝫ si ꝑ lar
gitatē ⁊ elemosynā distribuant̄/ ⁊ hoīm vtilitatibꝰ depu
tent̄/crescūt:si vero alioꝝ vtilitatibꝰ nō ordinēt̄:sed i suo
puteo.s.ab auaro seruent̄/pereūt ⁊ decrescūt. Ideo Pro
uer.xj. Alij diuidūt ꝓpria/ ⁊ ditiores sunt:alij rapiūt nō
sua:⁊ semꝑ in egestate sunt. ¶ Dicit etiā Geruasiꝰ ꝙ in 2
anglia prope Londinas in vico q̇ dicit̄ Aspele/ est silua
cuiꝰ lignū sectū si in aqua riuuli iuxta fluētis/vel i terra
arida iuxta riuū ꝑ annū sepeliat̄ ⁊ dimittat̄/ i lapidis pō
dus ⁊ duritiā cōmutat̄:qḋ tñ nō fit si sectū nō fuerit: sed
plātatū. Sic ꝟe si q̇s ꝑ correctionē et cōfessionē fuerit se-
ctus/et a vitioꝝ supfluitatibꝰ detrūcatus:et tādē in riuo
deuotiōis vel sacre scp̄ture positꝰ et imersus:vel sub ter
ra.i.sue terrestreitatis ⁊ mortꝭ memoria ꝑ cōsiderationē
sepultꝰ/fiet ꝑ cōstātiā et fortitudinē saxeꝰ:et ꝑ maturita-
tem ⁊ prudētiā pōderosus. Job.xxviij. In similitudinē
lapidis durātur aque. Uel dic ꝙ si q̇s ligneꝰ.i.iustꝰ et bo
nus/et ad fructificādū ꝑ bona opera aptꝰ/sub aqua deli-
ciaꝝ/⁊ sub terra tēporaliū negotioꝝ ⁊ diuitiaꝝ ponitur:
si ibi diu implicatꝰ dimittit̄/paulatim ꝑ obstinationē du

ratur:et in lapidē.i.in hoīem pctōꝛē/durū/crudelē et impium trāſformaꝛ. Job.xlj. Coꝛ eiꝰ indurabitur q̄ſi lapis.

litatem siluestrē dicit̄ redire: nisi iterū ignem ⁊ culturā sicut prius studeat adhibere. Sic vere qn̄q₃ fit ꝙ nos (dum tn̄ simus per cōtritionē accensi / ⁊ filix vitioꝝ nostroꝝ per cōfessionē succisa / ⁊ terra corporis nr̄i per satisfactionē exculta) sine alio exteriori plātatore seu doctore / sed solum dei gratia vineā virtutum concipimus ⁊ ꝓducimꝰ: et per triēniū .i. in fide sancte trinitatis vinū quod letificat angelos / hoc est bona opera ꝓducimus. Mar. iiij. Ultro enim terra fructificat. Uerūtamen sepe fit ꝙ vinea virtutum nostrarū in siluestreitatē vitioꝝ degenerat: nisi ignis contritiōis / correctiōis et dilectiōis / seu infernalis meditatiōis iteratus nos exurat: ⁊ discipline sarculus nos excolat: qꝛ breuiter hoc est verū: ꝙ nullus est ita bona vinea / nec ita sancta persona / qui syluestris ⁊ peccator infructuosus efficiatur nisi sancti spiritus / dilectionis / correctiōis et meditationis ignibus sepius cōburatur: et etiā nisi sepe per penitentiā et prelatorū visitationē et disciplinā colatur: vt sic virtus ipius spiritualiter renouetur. Ideo de tali multiplici igne dicebat dn̄s: Luce. xij. Ignē veni mittere in terrā et quid volo nisi vt ardeat? ¶ Hic ponit Geruasiꝰ ꝙ quidam homines certis temporibus in lupos transformātur: et ingluuiē lupinā induere predicant̄. ad qđ etiā facit v̄bū Isidori. cap. de transformatis: vbi dicit ꝙ quidā homines nō fantastica fictione / sed vera et formali transmutatione transmutant̄ in lupos. Geruasiꝰ hic ponit exēplū / et dicit ꝙ in Gallijs in Aruernia i dioce. Claromōten̄. quidā miles strenuꝰ dn̄s Reybaldus de Puleto / a nobili viro Pōtio de Capitolio / fuit exheredatus: qui vagus factus et ꝓfugus / vna nocte cū saltus lustraret / nimio terrore turbatꝰ / cum mentis alienatione in lupum vertitur / et infantes comedens / puectos v̄o dilacerās / ita debacchabat̄ in hoīes ꝙ multe domus patrie deserte ab incolis dimittebantur: tandem a quodam fabro lignario grauiter attētatus / ictu securis pede trūcatur: qui statim in hominē reuertit̄: ⁊ trūcatori suo gratias agit: asserens ꝙ rōne trūcationis predicte / a fato tante miserie fuerat liberatus. ⁊ subiūgit ꝙ tales quādo aliquod membrū perdunt / statim forma pristina humana induūtur. Et aliud exemplū ponit de quodā accola castri Luth: prope viuariū dictū Calcenarta: qui certo tēpore vestes suas ad pedem vnius montis dimittebat: et se diu in arena volutans / lupi formā induebat: et ore patulo ad predam protinꝰ inhiabat. Dicebat autē lupos ideo ore patulo incedere: qꝛ os non nisi cum labore et cum pedum auxilio possunt aperire: et propter hoc ipm tenent apertū: ne difficultas aperiendi possit periculi causa esse. Infinita alia sunt exēpla. nā et ego audiui a quodā Aruernigena: ꝙ dū quidā nobilis per quoddā nemꝰ transiret: et inuasus a lupo ⁊ duobꝰ lupellis patrē occidisset: tādē in exitu nemoris quandā vetulam inuenit / que illis lupis carnes ⁊ cibaria deferebat: que cū audisset ab alio ꝙ lupum occiderat / statim clamare cepit: et apprehensa / lupum suum maritū / et lupellos suos filios esse dicebat: quos tristis sors certis quibusdā temporibus in lupos transformare consueuerat. Igitur cum per hec ⁊ alia exēpla dicta mutatio appareat esse vera / non videt̄ ex toto reprobabile dictū illud: ꝙ scʒ alipia ponitur) femine in serpētes: Delphini vero in milites: qui homines mutentur in ciconias (vt supra. ca. de Ethiosicut alibi post dicetur. Aduerte tamē ꝙ Plin̄. lib. viij. cap̄. xxij. de naturali mūdi. Hist. istud repudiat: et miratur ista grecia credidisse: sed sicut ibidē dicit idē: Nullum tam impudēs mēdaciū / vt teste careat. De Nabuchodonosor etiā nō videt̄ impossibile ꝙ formā ⁊ figurā mutauerit: maxie cū ipse dicat. Daniel. iiij. Figura mea reuersa ē ad me / ⁊ optimates mei requisiuerūt me. Quis ergo ista videantur extranea rōni / possunt tamē humanis moribus adaptari. Et sic dico ꝙ per tales hoīes in lupum transeūtes possunt intelligi impij ⁊ tyranni / et maxie homicide ⁊ publici raptores. Dato enī ꝙ isti sint hoīes naturaliter / tamen lupi fiūt actualiter: ⁊ hoc quia isti tantā ingluuiem crudelitatis acciplunt / ꝙ nihil prorsus humanitatis / hoc est / rōnis ⁊ benignitatꝭ habere vident̄: quinimo q̄ɫtum ad mores / in lupos mutātur: et ad homines corporaliter occidēdos / vel temporaliter depredandos toto impetu cōuertūtur. Unde Tullius lib. de offic. iij. dicit sic. Quid interest vtrū ex homine quis in beluā se cōuertat: an sub hominis figura immanitatē belue gerat? Quasi dicat: nihil interest. Isti em̄ vestes virtutū dimittūt / et in arena diuitiarū per cōplacentiam se inuoluūt: et sic pro ipis acquirendis rapaces lupi fiunt. ideo bn̄ de talibꝰ dicit̄ Soph. iij. Principes eius in medio eius quasi leones rugiētes: iudices eius lupi. Quid ergo? certe talibus est vtile ꝙ membra eis trūcentur. i. ꝙ alique tribulationes a deo vel a mūdo ipis infligātur: vt in agnitionē sui ducti / iterū cōmutētur: et mores humanos / benignos et rationabiles q̊s pre crudelitate exuerāt / amplexētur. ij. Mach. ix. In agnitionē sui ductꝰ est / ꝑcussus a dn̄o plaga. vide infra. eo. ca. lxxij. §. iiij. ¶ In Galliarū Narbonen̄. ꝓuincia iuxta ciuitatē viēnā est vinea ad Episcopum viēnen̄. pertinēs: de cuiꝰ racemis nec canis nec porcꝰ nec aliud aīal gustare potest: et tamen facit vinū optimū: sicut dicit idem Geruasius. Ista vinea significat hypocritam: cuius racemi. i. fructus et operationes sunt ita male et pessime ꝙ nō sunt digne vt ab ipis canibus ⁊ porcis. i. pctōribꝰ debeant māducari. i. per complacentiā imitari: verūtamē sepe fit ꝙ tales bonū vinū. i. bonā doctrinam ꝓferunt: et ꝙ ad vtilitatē auditorum multa salubriter dicunt. ideo bene dicitur Mat. xxiij. Que dicunt facite / que autē faciūt / nolite facere. Uel dic ꝙ ista vinea est beata virgo: q̄ fructum suū scʒ Christū nobis protulit / qui vinū optimū. i. sanguinē suū vel suā doctrinā vel gratiā nobis tribuit. Istū ergo nō debet nec porcus nec canis. i. nec imūdꝰ nec inuidꝰ peccator tangere / nec in sacramento altaris ad eū appropinquare. Mat. vij. Nolite sanctum dare canibus. Uel dic ꝙ ista vinea est paradisus: cuiꝰ fructū nullus peccator comedit: ⁊ tamē vinū sue consolationis q̄ɫtum in se est / cūctis fūdit. Uel dic ꝙ ista vinea est bonus predicator / cuius fructū et opera canes et porci nunq̄₃ comedūt imitando: tamē vinū sue doctrine bene hauriunt audiendo. Eze. xxxiij. Audiunt sermones tuos: ⁊ non faciunt eos: in canticum oris sui vertunt eos. Uel dic ꝙ vinea est ecclesia: cuiꝰ racemos. i. cuius beneficia nō debent canes ⁊ porci. i. mali ⁊ immūdi comedere vel habere: vinū tamē doctrine qđ effundit / possunt percipere. ¶ In Gallijs in eodē ep̄atu viēnen̄. est fōs in quo si quid sordidū imiseris / statim scaturiginē suā mutat: et priorem locum suum deserit / vnde primitus emanabat: vt Ger. ait. Tales procul dubio debemus esse: quia si quis in loco in quo sumus / ⁊ in societate qua manemus / aliquid sordidū proiecerit. i. aliquid immūdum ⁊ ihonestū fecerit / statim debemꝰ locum mutare / ⁊ societatem illam immūdā dimittere: et ad aliū locū ⁊ cōsortiū qđ careat infamia ⁊ immūditia / nos trāsferre. j. Joan. iij. Translati sumus de morte ad vitā. ¶ Idē Geruasius dicit ꝙ in Narbonen̄. Gallia / episcopatu Lodon̄. est fons qui tēpore adaquādoꝝ pratoꝝ ad ꝓpinquū pratū irrigādū scaturit: postq̄₃ vero herba tonsa fuerit / non apparet amplius / sed arescit. Talis est fons penitētie: quia scʒ dum sumus supra pratū . i. dum viuimus in hoc mūdo / nos irrigat: at si per mortem tonsi fuerimꝰ / arescit ⁊ dispet: et ampliꝰ nos nō irrigat. Aq̄ em̄ dei gratie vel penitentie post mortem nō ꝓficit: sed solū dum sumus in statu merendi. i. dum viuimꝰ / nos infundit / et ad crementū bonorū operū nos imbibit. ¶ Itē in Gallijs i ꝓuincia Aruernie est castrū dictum Crest: vbi qualibet nocte die sabbati accidit vnū satis mirabile: quia scilʒ oēs feces aīalium mortuoꝝ ⁊ occisorum demōes de nocte exportant: et de ipsis imperceptibiliter locū mundāt. Sic vere in sabbato qđ est finis septimane / hoc est / in fine mūdi vel vite presentis / demōes secū fetidos immūdos ⁊ impios portabunt / ⁊ ab ipsis mundū purgabunt ⁊ mūdabūt. ¶ Itē idē dicit ꝙ in prouīcia Narbonen̄. in vico qui dicitur Aluiganus / sunt duo fontes quoꝝ vnꝰ nūq̄₃ bullit / aliꝰ vero penitus nihil coquit: et primus coquit / licet non bulliat: scđs bullit / sed nō coquit. Procul dubio simile quotidie accidit in negotijs huius mundi. Uidebis enim duos homines quoꝝ alter videbitur circa aliqđ negotium feruere et bullire / et pre sollicitudine pretēdet se mirabilia facere: qui tamen in veritate nihil faciet: nec aliquod negotiū cōplebit aut decoquet. Cōtra autē videbis alium / q̄ nihil videbit̄ facere / et q̄ vel non vult vel nescit ebullitionē facere / et feruorē sollicitudinis ostendere: q̄ tamē totū negotiū

comprobatur facere/ipmq; coquere ⁊ complere: et in oib⁹ moderari. Istud etiā patet de hypocritis et humilibus: q2 scz hypocrite videntur feruere ⁊ bullire per mirabilem deuotionem: non coquunt tamen seipsos per contritionē/aut dilectionem/vel per maturā cōuersionem aut discretionē. ecōuerso autē multi humiles exterius p deuotionē bullire non videntur: qui tamen in veritate fortius operant: ⁊ se p morū digestionem/alios vero per conuersationē/correctionem et predicationē melius decoquere dinoscuntur. Isti ergo duo fontes .i. duo genera personarū figurant Matth. xxj. in illis duobus filijs quib⁹ precepit pater ꝙ irent fodere in vineā suā: quorū vnus dixit: Uado/et non iuit. Alius vero dixit: Nō vado: sed iuit. iste tñ potius cōmendatur eo ꝙ patris mandatū impleuit. Sic pro certo multi in negotijs videntur dicere/vado/bullio/totū facio: qui tamen in rei veritate nec vadunt nec faciunt/nec dei mandatū exequūtur aut agunt. Matthei. xxiij. Dicunt eñ et nō faciūt. Alij vero videntur dicere/non vadā seu nō faciam/inqtū scz eorum opera non apparent nec vidētur: sed in veritate virtualiter operant. De quibus Seneca epl'a qdā pulchre loquitur. Mihi crede/q nihil agere vidētur/maiora agūt: humanaq; ac diuina simul tractant. Illi ergo qui nō vidētur facere/⁊ faciunt/a deo cōmendātur: at illi qui econtra videntur facere/⁊ non faciunt/a deo reprobant. ideo bene ꝯsulitur Mat. xxiij. Que dicunt/facite: que autē faciunt/ nolite facere. Uel dic ꝙ duo sunt genera correctorū: quidā eñ bullire/furere et austere reprehendere noscūtur: qui pcul dubio alios non bene coquūt/ emendant vel castigāt. Alij vero sine bullitione: strepitu vel furore/cū suauitate ⁊ beniuolentia castigant/ corrigunt et loquuntur: et sic alij per ipsos se melius decoquunt/et ad maturitatem et salutem deducūt. Quia breuiter plerūq; accidit ꝙ in coquēdo alios/et in eos corrigendo/et ad bonū cōuertēdo/ pl⁹ opatur prelati benignitas suauiter pertrāsiēs q̄ seueritas ferociter ebulliens. Quia etiam teste Greg. Quidā sunt qui p mansuetudinē cōuertuntur/ qui tamē inter tormēta forti⁹ indurātur. Uel dic de stultis: qui cum ebullitiōe et ira volunt oia facere: qui tamen ad intentū suum nō solent pspere attingere: prudentes vero mature ⁊ sine bullitura ⁊ strepitu facta sua faciunt: et isti melius decoquūt/et ad cōplementum sue intentionis facilius perueniunt. ideo bene dr Prouer. xv. Lingua sapiētum ornat scientiā: os fatui ebullit stultitiam.

11 ¶ In aruernia prouincia Galliarum dr esse fons cuius aqua ad vini tendit saporem. Sic vere aqua .i. doctrina bonoꝝ semp debet vinum sapere .i. aliquā spūalē cōsolationē inferre. Joan. ij. Gustauit Architriclin⁹ aquā factam vinum. Uel dic ꝙ aqua bonorum nrorū terrenorū debet esse vinum .i. consolatio pauperum et egenoꝝ.

12 ¶ In Gallia Belgica in ciuitate Parrhisiensi est vnum valde mirabile/scz cemiteriū sancti Innocētij: vbi nullū corpus sepelitur/ quin infra spatium nouē dierū oēs corporis ei⁹ carnes in terrā ꝯuertantur: ita ꝙ ossa nuda de fouea extrahantur. Unde plerunq; contingit quatuor vel quinq; corpora in eadem fouea simul poni: et statim post nouē dies amotis eorum ossibus/ ibidem alios mortuos intromitti. Istud autem attribuitur diuine potentie miraculo: que tam populose ciuitati/que reuera hodie potest dici (vt verbis Solini Carthaginem cōmendātis vtar) alterum post vrbem romā (immo super omnē aliam vrbem) orbis terrarum decus: voluit de cemiterio prouidere: cū alias facile non esset tantā hominū multitudinē sepelire. Alij vero conantur assignare rationem naturalē. Dicunt eñ ꝙ carnes hominis mortui/vel puluis factus ex ipsis/sūt mirabiliter corrosiue. Cū ergo tota terra illius cemiterij propt sepultorum multitudinē de carnibus humanis existat/hinc est ꝙ recentes cito corrodit ⁊ deuorat/ et in similitudinem sui mutat. Igitur moraliter exponendo dico ꝙ isti cemiterio sunt similes mundi raptores ⁊ principes ⁊ iudices impij ⁊ tyrāni: quia vcz omnes qui infra suum ambitū sepeliunt .i. qui infra suā iurisdictionē morant/isti p rapinas ⁊ exactiones corrodunt: ⁊ eoꝝ carnes .i. eoꝝ temporales substātias depredantur: ita ꝙ ossa .i. persone eorum pauperes et nude dimittūtur. Unde talib⁹ raptorib⁹ dicitur illud Mich. iij. Uiolēter tollitis pelles eorum desuper eis: et carnes eorum desuper ossibus eorum. Et que est ratio: p certo quia nulla res est magis corrosiua/ magis nociua vel lesiua q̄ caro humana mortua/ et in puluerē reducta .i. q̄ carnalis homo p peccatū mortuus/et per auaritiā et terrenoꝝ affectū in terrā mutatus ⁊ conuersus: q2 pro certo alios hoies per vsuras ⁊ exactiones corrodit/ et magis q̄ alia aialia ipsos impetit atq; ledit. Semel eni fuit petitū a quodam pho qd esset homini inimicissimum: q respondit: alter homo. Quia breuiter nullus homini ita inimicatur sicut homo. qui in terrā et puluerē per auaritiā cōmutatur. vnde de talibus potest dici illud Eze. xix. Leo factus est: et didicit capere predā/hoiesq; deuorare. Et hoc valde reprehēdit Eccli. xxviij. Homo homini conseruat irā: et a deo querit medelā. in hominē similē sibi non habet miam: et p pctis suis depcatur. ipse cū caro sit/reseruat irā: et propitiationē querit a deo. Quasi dicat: pro nihilo a deo sperat veniā/q alteri homini sibi simili facit nequitiā. Uel dic contra detractores: q cū sint p peccatū mortui/⁊ in se viles et terrei alios tñ solent rodere/et verbis detractorijs lacerare. Uel dic ꝙ mali balliui q̄q̄ per peccatum sint mortui: alios tñ mortuos .i. alios malefactores deuorant: ⁊ sic fit ꝙ mortui mortuos .i. mali malos rodunt/lacerāt et castigāt. Ut cōter etiam isti balliui sunt deteriores q̄ ipsi quos puniūt vt malefactores. Unde de quodā pho audiui ꝙ dū ppositus quidā duceret latronē ad suspendiū/ risit phus: dixitq;/ rideo ꝙ magnus latro ducit paruū latronē ad suspēdiū. Dimittamus ergo mortuos alios mortuos corrodere: ⁊ iuxta verbū dñi/mortuos sepelire mortuos suos. Mat. viij. Uel dic cōtra istos corrosiuos et rapaces/qui si aliquis in eoꝝ cemiteriū .i. in eoꝝ iurisdictionē vel patriā de nouo aliūde venerit/statim volunt eū rodere/molestare et pungere: et pro eo ꝙ aduena est/ ipsius carnē et substantiā rapinis et exactionibus deuorare: cū tñ ipsi deberent eos benigniter recipere/et eisdē nullatenus inuidere/⁊ ipsos plusq̄ alios diligere et fouere: iuxta illud Exo. xxij. Aduenā non cōtristabis/neq; affliges eū: aduene eni fuistis in terra aliena. Uel dic ꝙ nihil adeo corrodit et cōsumit carnē nostram .i. carnalitatē nostrā/sicut caro mortua .i. cōsideratio mortis hominū aliorū: quia sicut dicit Hiero. Nihil adeo valet ad domandū carnis vitia/sicut cogitare qualis est futura caro mortua.

¶ In dicta puincia frācie circa ciuitatē Parrhisieñ. abundanter inuenitur illa materia terre q̄ gypsus seu plastrum appellatur: q̄ cū sit lapis perlucidus/coctus in igne/in puluerē cū malleis diminuitur: qui quidē puluis inter mirabilia numeratur: pro eo ꝙ cū aqua distēperatus/in lutū cito/et post in lapidis duritiā imutatur: ita vt mirabilia edificia de eo fabricētur. Ista possunt allegari de multis/qui q̄uis qñq; per carnalitatē sint lutei: ⁊ per decoctionē auaritie puluerei: tñ fiunt qñq; per constantiā et fortitudinem lapidei atq; firmi: ita ꝙ de talibus potest edificium ecclesie constitui vel fundari. Uel ecōuerso ista possunt dici de alijs/ q sunt lutei et carnales/ et in fine ita fortiter per obstinationem durescunt/ꝙ quasi lapides duri fiūt: ita ꝙ ad ponēdū in edificio inferni vtiles sunt ⁊c̄. Uel gypsus est diuina gratia: q̄ in principio est debilis: postea vero fortis efficitur atq; firma: et q̄ ad modum gypsi est cementum pro edificio anime ꝯstruēdo. Sicut autē gypsus melius adheret rei infuse vel humide q̄ aride seu sicce/et melius etiā lapidee materie q̄ lignee: sic vere gra dei humidis ⁊ lachrymosis personis/ non indeuotis ⁊ aridis adheret: lapideis etiā et fortibus ⁊ constantibus/ponderosis et humilibus/ et inferiora loca et status petentibus adiungitur: a ligneis vero .i. leuibus et supbis sursum enatantibus/ et more ligni ad superiora ambitiose ascēdētibus seu anhelantibus disgregatur: nec eis aliqualiter colligatur: quia sicut dicitur .j. Petri. v. Deus supbis resistit: humilibus aūt dat gratiā.

14 ¶ In Gallia autem multe sunt puīncie: in quibus multa sunt mirabilia: sicut est puincia ⁊ Pictauia: sed de ipsis vide in suis titulis specialibus.

15 ¶ In illa Galliarum parte q̄ Britānia dicit/et que dudū Amorita dicebat/circa villā q̄ noiatur Falgeria Radulphi fertur esse quidam fons lacus seu fouea profunda: cuius ad experienda crimina mirabiles sunt virtutes. Si quis enim de homicidio vel alio crimine sit suspectus/statim ad purga

tionē admittitur/ si velit in dicta fouea se purgare. Proijci tur ergo nudus in foueā: ⁊ continuo si innocens fuerit/ fundū petit: et si nō extrahatur/ est in periculo summergendi. Si vero nocens est/ ad fundū non poterit descendere: imo quasi a fonte reiectus/ necesse habebit sup aquas natare. Istud potest exponi in bono et in malo. ī bono hoc pacto. Per istum fontē possum intelligere mundū istū: qui recte ꝓbationis locus est. Est enī illud diuine ꝓuidentie claustrū/ in quo nouitij. i. hoīes/ si bene se gerāt/ ad professionē angelice religionis admittūtur. Si vero male/ in tenebras exteriores ligatis manibus ⁊ pedibus expelluntur. Eccli. xxvij. Uasa figuli probat fornax. Igitur dico ꝙ si vis probare in isto fonte. i. in isto mūdo qui sint rei/ ⁊ qui iusti: ꝗ nocentes/ ⁊ qui innocētes: qui boni/ ⁊ qui mali: vide quos iste fons mūdus ad fundū ⁊ ad īfimū stati deijcit: ⁊ quos sursum in aqua bonorū terrenorū supuehit ⁊ extollit: ⁊ in altis gradibus sustinet atqꜫ nutrit: q꞉ reuera boni ⁊ innocentes hoīes tribulationes ⁊ submergiū patiūtur: ⁊ ad infimum paupꝑtatis statū cadere ꝑmittuntur: mali autē ⁊ nocētes a mūdo fouētur ⁊ sustinētur. Quādo tñ de hoc probationis lacu per mortē exiuerit: tunc a ꝓposito. i. a xp̄o in inferni patibulo suspendūtur: bonis vero qui primitus inferius descenderunt/ iustitie stola datur. Ideo bene dicitur Jaco. j. Beatus vir qui suffert tentationē: qm̄ cū probatus fuerit/ accipiet coronā vite. Uel dic ꝙ talis est curia mali iudicis in qua innocētes grauātur et submergūtur: nocētes vero liberātur ⁊ saluātur. Uel si vis dic ꝙ ista aqua est mūdi prosperitas: in qua. s. innocētes ⁊ iusti positi fundū per humilitatē petunt: mali vero sursum ꝑ superbiā ⁊ elationē se tollunt. Prepositus ergo infernalis istos tanqꜫ reos suspēdit: illos vero qui in humilitate vixerāt/ illesos abire ꝑmittit. Boni enī in ꝓsperis humiliātur: mali autē in superbiā efferūtur: ⁊ propter hoc post vite exitū illi liberātur: hi damnātur. De hac ergo probationis aqua videtur dn̄s dicere illud Judicū. vij. Duc populū ad aquas vt probē eos. Uel dic ꝙ ista aqua sigt mundi aduersitatē: in qua. s. vir bonus per timorē descendit ⁊ humiliatur: malus autē fluctuat et mouet. ⁊c. sicut supra. Uel dic ꝙ iste fons est deus: qui. s. innocētes in se recipit ⁊ retinet: malos vero euomit/ eijcit et abhorret. Idē autē dic de paradiso: vel etiā idē dic de aliquibus religionibus/ que. s. malos recipere ⁊ retinere nolunt/ bonos vero retinent ⁊ cognoscūt. Mat. xiij. Elegerunt bonos in vasa sua: malos autē foras miserūt. ¶ De muliere que sine quocūqꜫ cibo vel potu vixit plus qꜫ. xx. annis: que etiam nunc anno dn̄i. M.cccxlv. (sicut dicitur) adhuc viuit in Britānia minori prouincia Galliarū prope ciuitatē Tregoreñ. satis videt mirabile: maxime cū per tantū tp̄s nihil supflui a corpore emiserit: et maxime ꝑ secessum: ita ꝙ pellis ventris sui cū dorso (sicut dicit) est cōiuncta: hoc tñ excepto: quia qñqꜫ visa est lachrymari: que etiā dicit sibi impossibile esse posse comedere quocūqꜫ modo: ita ꝙ etiā semel in anno in minutissima quātitate vix potest recipere corpus Christi: que tamen his non obstantibus vultu leto et verbo facundo semꝑ viuere cōprobatur: sicut a multis prelatis et alijs fide dignis cognitum extitit et probatum. Cuius simile ponit Uincentius.

Capitulum. xxiiij. de Germania.

Germania est maxima regio Europe/ multas continens prouincias. In ista ꝑm Solinū est saltus hercinius: vbi quedam aues gignuntur q̄ pennis lucentibꝰ decorantur: in tātū ꝙ illaꝝ pennarū lūine tenebre illustrant: ita etiā (sicut ait) ꝙ incole de nocte ambulātes/ illarū plumaꝝ beneficio dirigunt. Sic in ecclesia vel religione fuerunt antiquitus aues lucentes. i. viri lucidi et preclari: quorū pēne exteriores. i. exteriores opationes ⁊ conuersationes ita per honestatem et doctrinā luxerunt/ ꝙ noctem huius seculi illuminauerūt: ⁊ illos qui ambulare ad paradisum volebant/ doctrinis ⁊ exēplis lucide direxerunt: ita ꝙ de talibꝰ dr̄ illud Mat. v. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opa vestra bona. Uel dic ꝙ iste aues sunt hypocrite: quorum cōuersationis pluma lucet ⁊c. ¶ In germania sunt bisontes aīalia indomita: et vri: et alia q̄ latissima habent cornua: que ab imperitis bubali nominātur. Expone sicut de bubalo: et vide de bobus germanicis capite de boue. ¶ In Germania sunt quedam animalia ad quantitatem mulorum: que alces dicuntur/ quoꝝ labrum superiꝰ ita est protensum ⁊ magnum/ ꝙ pasci et herbam comedere non valent/ nisi posterius retrocedant. Per labia intelligūtur verba. Quidā ergo sunt sicut alces: quia scꝫ labiū suū superius. i. iactātia ⁊ relatio verbalis ⁊ presumptio et supbia que sursum per elationē eos mouet/ ita est protensa et magna/ ꝙ per doctrinā et gratiam pasci non valent: nisi ꝑ humilitatem ad posterius. i. ad finis considerationē iterū retrocedāt: q꞉ pro certo nullus bene spiritualiter pascit/ nisi ad humilitatis semitā reuertatur. Ideo beatus Andreas Egee legitur dixisse: Si vis nosce mysteriū crucis/ accipe formā discipuli ⁊c. Uel dic ꝙ multi per ꝓmotiones ⁊ bñficia pascerent/ nisi per labiū suū nimis protēsum. i. per sua verba fatua ⁊ elata impedirent a pastu ⁊ promotione ⁊ lucro qđ poterant acquisisse. Unde Job. xv. Nunquid grande est vt consoletur te deus? Sed verba tua mala hoc ꝓhibent. Igitur necesse est retrocedere/ ⁊ ad humilitatē redire: et a processu ambitionis ⁊ elationis ⁊ fatue locutiōis cessare: si pastū quē appetimus/ volumus obtinere. Psal. Jordanis ꝯuersus est retrorsum. Uel dic ꝙ sepe fit dei ꝓuidētia ꝙ pastus ⁊ lucrū/ beneficiū vel officiū qđ volumꝰ/ melius acquiritur si a ꝓsecutione retrocedatur: ⁊ tāqꜫ per contēptum penitus dimittatur. Uel expone de retrocessu: sicut supra de boue. §. iiij. ¶ Scđꝫ Solinū ibidē/ in quadā insula Aphrice sunt quedam aīalia dictis alcibꝰ similia. Sed vltra ꝑmissa dicit ꝙ istud aīal habet genua inflexibilia sicut elephas: sed in illo rigore poplitū ita currit/ ꝙ nūqꜫ capitur/ nisi quando dormiendo arbori innititur/ occulte a venatore secate. Ista expone sicut supra de elephante. §. xviij. Plinius autem lib. viij. c. xv. dicit de vris/ alcibus ⁊ ⁊ bisontibus oīa supradicta. ¶ Succinū ꝑm Sol. nascitur in Germania ex quadam arbore simili pino: et est succinū quedam species electri: de quo vide supra. c. de Electro.

Capitulū. xxv. de Hispania.

Hispania. In capitulo de hispania nihil aliud mirabile dicit Soli. nisi ꝙ circa Ulyssipponem ciuitatem eque lasciuiunt mira fecunditate: ⁊ spirante vento Fauonio impregnātur: ⁊ sitientes viros aurarū spū maritantur. Dicit etiam Geruasius ꝙ in Cappadocia eque similiter concipiūt vēto: sed fetus vltra triennium nunqꜫ viuit: et etiā idem dicit Pliñ. li. viij. c. xlij. Tales sunt multe fatue mulieres: quas solus ventus ⁊ odor. i. solus auditus ⁊ fama virorum/ conceptu luxurie ⁊ male voluntatis impregnat: exemplo Helene: que Menelao rege viro suo absente/ fama Paridis audita/ cū ꝓ eo vidēdo ad insulā Cytheron se transferret/ ab eo fuit rapta. Uel dic ꝙ eque sunt bone anime: que scꝫ solo vento et flatu spūssancti concipiunt fetū boni propositi. Uel talis est beata virgo: que spū sancto concepit: ⁊ flatu sermonis angelici ꝑgnās fuit: et per trienniū. i. per. xxx. ānoꝝ spatiū ipse fetꝰ dei filiꝰ vixit. Uel dic ꝙ isti sūt hypocrite: qui fetum operū suoꝝ vento vanitatis et inanis glorie concipiunt. Sed pro certo tales fetus. i. talia sua vana opera parum durant/ ⁊ cito pereunt ⁊ desistunt: quia scđm Sene. Nihil qđ simulatū et fictum est/ potest esse diuturnum. ¶ Hispania est Europe prouīcia: infra cuius ambitum in regno Aragonie ī comitatu Cathalonie est castrū qđ dicitur cardona/ vbi sunt montes ⁊ lapides de sale/ ita duri et solidi/ ꝙ etiā cum instrumento ferreo difficiliter fodiuntur vel radūtur. Ibi ergo est vnum satis mirabile: q꞉ cum effodiendo salis fouea vel concauitas efficitur/ statim adueniēte pluuia repletur: et in salis substātiam cōmutatur: ⁊ sic mōtis substantia in integrum ⁊ quātitate et salsedine reparat. Dato enim ꝙ aqua pluuie sit dulcissima/ tñ ꝓpter montē salsum cui adiungitur/ efficitur salsissima: vt ait Gerua. ⁊ etiā ego hoc ipsum audiui a pluribꝰ Cathalanis. Per istum mōtē salis ego possum intelligere diuitias temporales: que scꝫ ad condiendū et moderādum dolores pauperū ordinātur. Quid ergo? Certe sic ꝯtingit ꝙ si montem et cumulum diuitiarum nostrarū dando elemosynas vel hospitalitatē ⁊ liberalitatem sectando minuamus/ veniēt de celo. i. a deo pluuie. i. beneficia ⁊ gratie: que nobis

taliter imittẽtur/ꝙ cumulꝰ possessionũ nostrarũ reditegra-
bitur/ ꝛ diuitiarũ nostrarũ quãtitas ad statũ debitũ redu-
cetur. Fit eñi vt cõiter ꝙ illa que alijs cõicamus/et in alio
rum vtilitatem expendimus/palã vel occulte a deo libera
lius recipiamus: ꝛ si inde pauperiores facti fuerimus/ad
prosperitatẽ iterũ reueniamꝰ. bene ergo dicit Lu.vj. Da-
te/ꝛ dabit vobis. Vel dic ꝙ iste mons significat diuinã sa
piẽtiã: de q̃ scꝫ quãto qs magꝭ hauserit/tãto ipm pluuia ce-
lestis.i.diuina gr̃a magis augebit. Vel allega de societa-
te: qꝛ dato ꝙ aliqs sit aqua pluuialis ꝛ dulcis.i. homo pec-
catoꝛ deliciosus ꝛ fluxibilis: si tñ mõti salso.i.psone sapiẽti
et contẽplatiue ꝛ moꝛibus excelse per societatẽ adiunctus
fuerit/ cito sapiens ꝛ salsus factus erit. Vel ecõtra potest
dici: ꝙ qñ homo dulcis ꝛ bonus sallis ꝛ amaris.i.pctõꝛibꝰ
sociatur ꝛ iungitur/statim p imitationẽ in similẽ amaritu-
dinẽ cõmutatur. Bene ergo dicit qui dicit: Cũ sctõ sctũs
eris: et cũ puerso puerteris. Unde.iiij.Regũ.iiij. Aia eius
in amaritudie est. ¶ Itẽ idẽ dicit ꝙ i cathalonia est mõs
canatũ altissimus/ ꝛ quasi inaccessibilis: in cuiꝰ summita-
te est lacus: cuius aqua est subnigra/ ꝛ fundus impscruta-
bilis: vbi mansio demonũ ab incolis ferk esse sub aqua ad
modũ palatij edificata. Unde fit ꝙ si modicũ lapidẽ in la
cũ ieceris/statim quasi offensis demonibus/tempestatẽ ꝛ
tumultũ audies ꝛ videbis. In huiꝰ ergo mõtis ꝯfinijs est
fluuiꝰ arenas trahẽs aureas. argẽti etiã sũt ibi minere/ ꝛ i
quadã eiꝰ particula est nix ꝛ glacies sempitña: ibi etiã cry-
stalli copia reperitur. Ibi(vt Geru.ait) dudũ accidit vnũ
mirabile. Quidã eñi agricola de villa proxima que dicit
Merchera Petrus de tabula nũcupatus/paruulã habe-
bat filiã que ipsum ppetuo eiulatu turbabat: qui iratꝰ ipãꝫ
demonibus cõmendauit: qui statim inuisibiliter affuerũt/
ꝛ puellã raptã in turbine abstulerũt. Septẽnio ergo decur
so/quidã viatoꝛ ad pedẽ montis transiẽs vidit hominẽ ce-
leriter decurrentẽ/et voce flebili pclamãtẽ: He me inquit
qui tanto pondere premoꝛ. Et reqsitus quis esset/respõdit
se in monte canatũ iam septenniũ sub demonũ cõmenda
tione trãsegisse: qui ipso quotidie pro vehiculo vtebantur.
Dixit etiã sub eadem cõditione esse puellam Petri predi
cti: et adiũxit ꝙ si pater ipsam in monte requireret/demo-
nes ipam libẽter restituerẽt. Quibus pdicto patri p dictũ
viatorẽ relatis/ is statim montẽ ascendit/ demones adiu-
rat vt filiã reddant: et statim repentino flatu filia prodit/
pcera statura/arida/tetra/ocłis vagis/hoꝛrẽdo aspectu: q̃
tandẽ paulatim extitit refoꝛmata. Non multũ vo post aliꝰ
quo pro vehiculo demones vtebãtur/simili patris attesta-
tione liberatus est: qui qꝛ raptus fuerat etatis ꝛ discretio-
nis maioꝛis/ fidelius que apud demones gerebãtur/exp̃s-
sit: asserens sub lacu esse palatiũ latũ/vbi demones cõue-
niebant: et qd per mundũ fecerant/suis maioꝛibus nũcia-
bant. Qꝛ aũt maledictio parentũ noceat filijs/vnũ aliud
pono mirabile: quod nup in Aruernia dicit accidisse. qui-
dã eñi dũ se induere nollet/ mater sua impcata est ei ma-
ledicendo ꝙ nunq̃ꝫ alias se induere valeret: quod et factũ
est: qꝛ statim verba pondus habuerũt. vestes eñi deposuit/
et extunc cõtinue ꝛ estate et hyeme nudus fuit: asserens ꝙ
et hyeme ꝛ estate neqꝫ maioꝛa caumata neqꝫ frigoꝛa susti-
nebat/ q̃ꝫ antea faciebat. Hoc mihi narrauit vnus abbas
meꝰ/ qui per clarũmontẽ trãsiens/dictũ hoiem post aialia
nudũ vidit/ipsumq̃ꝫ ad se conuocãs rei seriẽ inquisiuit. vi
de simile supꝛa.c.xix.de Ethiopia.§.j.de Nicolao dicto pi-
scis. Ista possũt allegari exẽplarit ꝙ parẽtes nullo modo
debent filios maledicere/ ꝛ maxime demonibus cõmen-
dare: ne foꝛte laxata diuine pmissionis habena, demones
ipsos rapiant: et eos saltẽ ad tẽpus indecenter affligant.
Nã et ego audiui in patria mea Pictauia in parochia de
fontanis prope ciuitatẽ Malleaceñ. semel accidisse ꝙ vir
quidã filiũ suũ iuuenẽ demonibus cõmendauit vel dedit:
diabolus vero visus est ipm in palude circũiacẽti submer
gere: et vix tam matre q̃ꝫ pluribus alijs ab opposito trahẽ
tibus/potuerũt puerũ de manu diaboli liberare. Nam si-
cut antiq̃tus benedictio parẽtũ solebat valere(sicut dici-
tur Eccl.iij. Benedictio patris firmat domos filioꝛum.)
sic econtra p̃sumendũ est ꝙ parentũ maledictio saltẽ tem-
poꝛaliter potest nocere. Igitur bene dicit Aplus ad Ro.
xij. Benedicite/ꝛ nolite maledicere. Vel si vis expone mo
raliter/ et dic ꝙ demones isti significãt tyꝛannos: qui sub
aqua fluxibilis prosperitatis habẽt palatia auro et argen
to circũsepta: in quoꝛũ lacu.i.in quoꝛũ possessionibus si qs
lapidẽ modicũ proiecerit.i.modicũ damnũ vel iniuriã eis
intulerit: statim tẽpestatẽ tribulationũ/rapinaꝝ ꝛ exactio
nũ ꝯtra se insurgere videbit. Isti ergo circũiacẽtes hoies
ꝛ mulieres ad onera ꝛ opa rapiũt/ꝛ eos kuiute opprimũt
ꝛ affligũt. Iaco.ij. Nõne diuites p potẽtiã opprimũt vos?
¶ Narrat idẽ aliud mirabile. dicit eñi ꝙ i quibusdã parti-
bus Hispanie.s. in Aragonia/singulis septẽnijs demões
solebãt habitatoꝛes inuadere/ et nõnullos acrociter suffo-
care. Unde accidit ꝙ quidã miles dictus Petrus latro/
de regno Aragonie/ quadam nocte cum suis cõmilitoni-
bus in aula iacebat: et alijs doꝛmientibus/ ipse solus vigi
labat. vidit ergo duos mauros hoꝛribiles domũ intrare/ꝛ
vnũ de militibus doꝛmientẽ iaculo percutere: cũq̃ꝫ vellet
aliũ similiter ledere: respondit vnus ex mauris/in illo mi
lite pro eo ꝙ illa die feniculum tetigerat/ ipsos potestatẽ
aliquam nõ habere. Ille vero miles qui percussus fuerat/
in auroꝛa euigilans/ꝛ doloꝛem sentiẽs/nullum tamẽ vul-
nus/sed solũ in oculo liuoꝛem inueniens/cum causam sui
doloꝛis audisset a Petro supꝛadicto/confessus est: et via-
ticum suscepit: et post paucos dies obijt. Qꝛ autem feni-
culus vel etiã quecũq̃ꝫ herba virtutem habeat naturalem
coercẽdi demones/mirabile est: verũtamẽ alludit ad hoc
vocabulũ gallicũ huiusmodi herbe/ quia scꝫ benedicta in
francia noiatur. Dic ergo ꝙ feniculus qui ocłos clarificat
significat fidẽ nostrã / vel etiã theologicã scientiã aut scri-
pturam: que scꝫ visum intellectꝰ clarificat ꝛ illustrat: quia
si quis feniculum fidei vel scripture gustauerit vel tetige-
rit.i.crediderit vel studuerit/ et ibi mentẽ suã p spem ꝛ de-
uotionẽ fixerit/a demonũ incursionibꝰ tutus erit. firmitas
eñ fidei ꝛ spei tutũ reddit hoiem a demonibꝰ/ipsumq̃ꝫ sal-
uat ꝛ liberat a suis tẽtatiõibꝰ ꝛ illusiõibꝰ. ideo bñ dr.j. Pet.
v. Aduersarius vester diabolus tanq̃ꝫ leo rugiens circuit
querens quẽ deuoꝛet: cui resistite foꝛtes in fide. Vel dic ꝙ
feniculus est diuina gratia: que sanat ocłos mẽtis nr̃e ꝛc.
sicut supꝛa. ¶ Item dicit Geruasius ꝙ cũ Karolꝰ magnꝰ s
Hispanias peruagaretur/oĩa idola paganoꝝ cõfregit/ex-
cepto vno qđ erat in terra Andalusia: qđ confringere non
potuit. Erat eñ imago erea sup altã colũnã lapideã in con
finio maris sita: que faciẽ vertit ad austrũ/ꝛ clauẽ i dextra
manu tenet. qđ idolũ Sarraceni Maumethem fabricasse
dicunt: et intus(sicut dicit)legionẽ demonũ inclusit: ꝛ sibi
tantã virtutẽ dedit/ꝙ nunq̃ꝫ frangi potuit. Cũ aũt christia-
nus appꝛopinquat/statim piclitatur: Sarraceni aũt a do-
rant/ꝛ ideo nõ moꝛiunt. Per istud idolum possunt intelli-
gi multi diuites vsurarij et tyꝛanni/qui scilꝫ mediantibꝰ et
suggerentibus demonibꝰ qui ipsos regunt/solent christia-
nos.i.bonos flagellare et tribulare: Sarracenos autem.i.
iniquos homines adoꝛatoꝛes suos ꝛ adulatoꝛes nõ solent
ledere/sed iuuare. Hi ergo per virtutem demonũ tãte vir-
tutis et potentie sunt/ꝙ nec Karolus magnꝰ.i.quicũq̃ꝫ bo-
nus prelatus potest eos fugare/vel ad bonũ inducere: nec
etiã pro voto coꝛrigere vel punire: ꝛ ideo isti sunt qui clauẽ
et regimẽ patrie poꝛtare videnk: et supꝛa mare mũdi positi
solũ austrum mundane psperitatis intuentur.

Capitulum.xxvj. de Ibernia.

IBernia est insula oceani/Britãnie maioꝛi cõ-
termina: bm Isid.lib.xiiij. ꝛ est in Ibernia qdã
lacus in quẽ si palũ infixeris/ pars q̃ est i terra
fixa/ ꝯuertik i ferrũ: ꝛ que est in aqua/ꝯuertik in
lapidem: que aũt exteriꝰ est / lignũ manet. Sic
vere in lacu huius mũdi si palus/hoc est anima/ figitur p
amoꝛem in terra.i.in amoꝛe tempoꝛalium / efficitur ferrea
per duritiã ꝛ incõpassionẽ. si in aquis deliciaꝝ mergik/effi
citur lapidea per inuerecundiã et obstinationẽ. Si autem
ab istis duobꝰ eximatur/in puritate ppꝛia pseuerat/nec in
partẽ oppositã transmutatur. Vel expone aliter ꝙ si sit in
aqua per deuotionẽ/in terra per humilitatẽ/ tunc efficitur
ferrea et lapidea per cõstãtie firmitatẽ. Si autẽ extra fue-
rit.s.sursum i aere p superbiã eleuata/ tũc lignũ remanet.i.
leuis per iactãtiã ꝛ superbiã/mollis p luxuriã/putribilis p

malam consuetudinē/frāgibilis per tentationē. Uel dic ꝙ talis palus seu virga est Christus: qui postq̄ in lacu vteri virginalis infixus fuit/statim conuersione mirabili triplex natura in ipo apparuit: q2 scʒ in vna ꝑsona lignū.i. diuinitas/lapis.i.aīa immortalis/ferrū.i.corpus ponderosum et graue habuit: ⁊ sic vna ⁊ eadē ꝟga sibi tres particulariter substātias vendicauit. Gen̄.xl. Uidebā ante me vitē ī qua erant tres ꝓpagines. Uel si vis/dic de trinitate personarū ⁊ vnitate in diuinis ⁊c̄. Uel de vna aīa cū tribus potētijs: vel vna ecclesia cum tribus saluādorū statibꝰ ⁊c̄. ¶ Ibernia regio est fertilis/ fructibus et frugibus opulenta/ quo ad celi sitū temperata. nā parum aut nihil excedit in frigore vel calore. fluuijs ⁊ fontibꝰ irrigua/pratis ⁊ siluis amena/gemmis ⁊ metallis fecunda: q2 inuenitur ibi iris lapis preciosus: qui soli oppositus/arcū in aere generat. ibi etiā gagates lapis ⁊ margarita cādida repit̄. Est ibi q̄dā īsula vbi mortuoꝝ cadauera nō putrescunt: ⁊ etiā alia vbi hoīes minime moriuntur: sed quando senio afficiuntur/exterius deportantur. Ibi nec serpens nec rana nec buffo nec aranea nec aliq̄d aliđ venenosum inuenitur: immo in tātū cōtrariat̄ venenis ipsa insula/ꝙ lana ⁊ vestimēta ouiū huius terre fugant omnia venenosa: verūtamē mare per quod in istam insulam deuenitur/est inquietum ⁊ vndosum/ ⁊ maxime a ꝑte Britānie: nec est nauigabile nisi paucis diebꝰ. Hec omnia Isido. Solinus autem de mirabilibus mūdi dicit ꝙ gens Ibernica est habitu singularis ⁊ inculta/ victu parca/animo seua/vultu ferox et torua / affatu aspera/ erga tamē suos liberalis et benigna. Talis est in omnibꝰ regio paradisi/scʒ in omnibus tēperata/fluuio deliciarum oīm irrigata. Psal. Torrēte voluptatis tue potabis eos. ⁊ iterū. Fluminis impetꝰ letificat ciuitatem dei. pratis etiā virentibus.i.exteriori pulchritudine/scʒ quātum ad dotes corporis decorata. ibi iris Christus/ Margarita candida beata virgo / et diuersi alij lapides preciosi.i. diuersi ordines beatorum inueniuntur. ibi ex quo cadauer nostri corporis post iudicium positum fuerit/nūq̄ per infirmitatem aliquam corrumpetur/nec amplius morietur. Mors enim non erit vltra. Apoca.xxj. Ibi nulla sunt venenosa.i. nullū genus hominum peccatorum. ibi non est rana loquacitatis: quia Uir linguosus nō dirigetur in terra illa. Nec aranea muscas capiens.i.cupidus vel auarus pauperibus insidiās. Ibi nullus serpens malitiosus: īmo lana sacre scripture et bonorum documentoꝝ que ab ouibus huius terre.s.ab apostolis et prophetis emanauit/⁊ nobis post eoꝝ obitum remāsit/venena diluit peccatorum. Sed vere anteq̄ ad istam insulam deueniamus/necesse est trāsire mare vndosum et periculosum.i.statum penitentie. Quod q2 propter vndas et fluctus tribulationum multi metuūt ingredi: ideo in istam insulam non intrabunt. Nam gens et populus huius terre/illi scilʒ qui per merita volunt ibi acquirere hereditatem eternā/debēt esse victu parci per abstinētiam/animo seui per iustitiam/et ad extraneos.i.peccatores affatu asperi per correctionē: erga tamen alios sibi cōsimiles.s.bonos/liberales per compassionem/ affabiles per doctrinam ⁊ eruditionem/⁊ benigni per amorem ⁊ dilectionē. Uox em̄ tua dulcis. Canti.ij. ¶ In Ibernia victores sanguinē bibunt illoꝝ occisorum de quibus triumphauerunt: et inde faciem suā liniunt/ſm Solinū. Sic raptores vel vsurarij sanguinē.i.substantiā temporalē aliorū vorant ꝯtra quos preualent: et de quibꝰ triūphant/et inde se liniūt.i.se delectant ⁊ parant. vnde Hier̄.ij. In alis tuis inuentus est sanguis pauperum. Uel dic de malis prelatis: qui multos occidunt vt habeāt sanguinē eorum.i.substantiā temporalem. Figura optima de muliere ebria sanguine martyrum iesu. Apoca.xvij. Uide infra in loco suo. ¶ Gerardus aūt in lib.suo de mirabilibꝰ Ibernie dicit ꝙ ista insula viuētiū/est in quodā loco Mononie: q̄ est Ibernie ꝓuincia. Ibi etiā est alia insula in quā nihil intrat femineū/quin ilico moriat̄: sicut de caniculis ⁊ catulis multoꝝ aīaliū est ꝓbatum. Aues etiā mascule in arboribꝰ insule residēt: femine vero ꝓteruolant. Sit̄e dicit esse in quodam cemiterio in ꝓuincia Ulconie. Dicit etiā insulā adiacere Anglie a ꝑte Septētrionali: vbi mulieres cōcipiūt quidē: sed nūq̄ ibi parere possunt: īmo necesse est ꝙ tēpore partus affecte doloribus/alibi/vt pariāt/ trāsueharit. Insulā vero vbi corpora nō putrescūt/ dicit Ibernie adiacere: vbi.s. dicit ꝙ cadauera sub diuo relicta / minime corrūpunt̄: et ideo hoīes mortuos sub diuo custodiūt: ⁊ ꝓauos ⁊ atauos recognoscūt. Dic ꝙ tales insule sunt ꝑadisus: vbi nihil femineū.i. nihil imperfectū pōt intrare. Apoca.xxj. Nihil coinquinatū intrabit in illā. vbi etiā nemo moritur aut putrescit: vt dictum est. Unde ista ꝓprie est insula viuentiū: quia vt ꝺr Sapiē.v. Iusti in ꝑpetuū viuent. ⁊ alibi. Credo videre bona dn̄i in terra viuētium. Uel dic ꝙ talis est religio: vbi viri.i.iusti ⁊ ꝑfecti viuūt: femine vero.i.imꝑfecti ⁊ luxuriosi apostatāt ⁊ recedunt. Contrarium vide de Amazonia supra eo.lib. ⁊ infra li.xvj. Exo.j. ibi em̄ masculi occidūtur/⁊ femine viuere ꝑmittūtur. De hoc autē ꝙ femine bene concipiunt/sed nō pariūt/dic ꝙ talis insula est mundꝰ: vbi multi bonū ꝓpositum ꝯcipiunt: qui nunq̄ parturiunt bonum actum: nisi forte alibi/scʒ ad religionis patriā trāsferant̄. Egredere ergo de terra tua ⁊c̄. Gen̄.xij.

Capitulum.xxvij.de India.

India est regio in oriēte latissima: vbi multe sūt insule auro ⁊ argēto ⁊ preciosis lapidibꝰ opulēte: que nobilissimis fluuijs est irrigata/⁊ arboribus semꝑ virentibus decorata. Ibi elephātes fortissimi: ibi monoceron bestia inuincibilis: ibi hebenū lignū: ibi cynamomū/piper/ et calamꝰ aromaticꝰ/ ibi diuersi lapides ꝑciosi: vt beryllus/chrysopassus/carbūculus/adamātes/margarite ⁊ vniones: ibi sunt mōtes aurei: quos propter dracones ibi existentes difficile est ⁊ impossibile adire: ibi reges potentissimi/ciuitates populosissime ⁊ famose: ibi bis in anno crescūt fruges/et ibi bis estas ⁊ hyems in quolibet anno circulant̄: sicut omnia narrant Isido. ⁊ Plinius: q̄ etiā dicit ꝙ India inter oēs mūdi regiones est maior/potentior/opulentior/famosior. ⁊ sicut dicit idem/Indoꝝ quidā tellurē colunt/ et quidā militiā capessunt: alij merces vendunt/alij emunt/alij regibus assidēt: alij respublicas gerūt/alij iudicia reddūt: alij religioni/alij scientie et discipline vacant: ⁊ sicut dicit idem Pli. lib.vij. in locis Indie vbi non sunt vmbre/⁊ vbi sol directe suꝑ capita transit/sunt homines stature maxime: videlʒ.v. cubitorum/et duarum palmarum: qui nec infirmitatibus exponuntur/nec capitis nec oculorum nec membrorū doloribus infestantur / nec ab immoderato calore solis eorū corpora ledunt̄/immo potius indurātur. Nam philosophi eorum ab ortu solis vsq̄ ad occasum solē intuentur immobilibus oculis / in calidissimis arenis cotidie commorantes. Ibi sunt arbores tante ꝓceritatis ꝙ sagittis nequeūt superari. Uñ dicit ꝙ sub vna ficu īdica possūt.c.milites se armare/et super singula internodia arundinum in fluuio nauigabili terni homines deferūtur. Ad quod etiam facit q̄đ dicit̄ in epistola Alexādri ꝙ in India iuxta fluuiū Odmā tales arundines erant ꝙ vnā de illis.xxx. milites vix portabant. Hec omnia ꝑtinent ad ecclesiam: que militat ⁊ triūphat. Hec em̄ ad orientē luminis gratie et virtutum/sciētie ⁊ discretionis est fundata: hec inter omnes mūdi regiones et sectas est potentissima quo ad hostis vincibilitatē: latissima quo ad charitatem: opulētissima quo ad gratiaꝝ vbertatem/populosissima et famosissima quo ad sanctorū multiplicitatem: ⁊ bonorum operum probitatem. Ideo.j. Paralip.xxij. Domus quā edificare volo domino/talis debet esse/vt in cunctis terre regiōibus nominetur. Ibi etiā sunt insule.i. diuersi status et religiones / que auro sapientie/argento eloquentie/et preciosis lapidibꝰ.i. diuersis virtutibus sunt replete. Hec enim nobilissimis fluuijs.i. predicatoribus irrigatur: arboribus etiam.i. comtemplatiuis per honestatem semper virentibus decoratur: elephantibꝰ fortissimis/et ex aspectu sanguinis ad prelium animatis.i. sacris martyribꝰ venustat̄. Ibi est Monoceron Christus inuincibilis: cuius fortitudo sicut rhinocerontis. Numeri xxiij. Ibi hebenum lignū preciosum ⁊ aromaticum sancte crucis: ibi cynamomum humilitatis et delectionis: piper feruoris et dilectionis: calamus aromaticus deuotionis ⁊ orationis. Ibi ebur castitatis: ibi beryllus (qui lites facit vincere) patientie ⁊ benignitatis: carbūculꝰ ardentis charitatis: margarita puritatis: ibi adamas cōstantie ⁊ firmi-

tatis. Ibi sunt montes aurei.i. viri excelsi et contemplati-
ui/auro.i.scientie lumine decorati/qui scz aurei sunt per lu
culentiam exemploꝝ:quos tamen dracones.i.detractores
in tantū circūeunt/ꝙ vix aurum bonorū exemplorū ab eis
reportatur. Ad litterā etiā ciuitates ꝛ reges ꝛ populi potē-
tissimi in hac India ecclesie ꝯmorant. Uel ciuitates sunt
collegia: vbi sunt ciuiū vnitates. Reges autem ꝛ rectores
sunt prelati. Ibi est etiā duplex estas ꝛ hyems: qꝛ in eccle-
sia est estas prosperitatis mundane q̄ztū ad bene ipsa vtē-
tes: et felicitatis eterne: vel estas gratie in presenti/ et glie
in futuro. Ibi etiā est duplex hyems .s. tribulationis mun-
dane/ꝛ dānationis eterne q̄ztū ad malos: prima culpe/ se-
cunda pene. Iudas in canonica: Arbores autūnales bis
mortue. Quidam etiā terrā excolunt ꝛc̄. ad litteram si vis.
Uel dic ꝙ tellurē corporis quidā excolunt per penitentiā:
alij militiā Christi vel etiā martyrij frequētāt: alij merces
doctrine in merces virtutū cōuertunt/ vt predicatores: alij
respu. regunt vt prelati: alij regibus.s. Christo et sctis assi-
dent/ vt cōtemplatiui: alij iudicant/ vt confessores et sacer
dotes: alij religioni ꝛ discipline vacant ad litterā. ibi enim
sunt philosophi.i. theologici doctores: q̄ solem.i. deū in rota
sua irreuerberatis oculis intellectus intuenꝶ: inquātū de
trinitate ineffabili determināt ꝛ loquūtur. Uel per istos in-
tellige beatos/ et maxime angelos: qui (sicut dr̄ Mathei
xviij.) semp vident faciem patris. Apoca. xxij. Serui eius
seruient ei/ et faciē eius videbunt. Uel isti sunt boni et cō-
templatiui in mūdo: qui licet sint in arenis calidissimis tri
bulationū: tamē oculum cordis a mane iuuētutis vsqꝫ ad
occasum senectutis tenent semp ad solē iustitie eleuatum
per desideriū et affectū. Ibi sunt homines stature magne/
ad magnitudinē scz quinqꝫ cubitorum/ quo ad quinqꝫ sen-
suū discretum vsum ꝛ habitudinē. ideo Baruc. iij. Statu-
ra magna scientes bellum. Uel per quinqꝫ cubitos intelli-
ge quiqꝫ que sunt in ecclia triumphāte: que sunt visio/ frui-
tio tentio/ Christi humanitatis contemplatio/ et sanctorū
societas vel cōsolatio vel cohabitatio ꝛc̄. Ibi nulla est vm-
bra obscuritatis/ sed directa visio solis Christi et sue diui-
nitatis. Isti nec ardore tribulationū/ nec infirmitate tēta
tionū ꝑpetuo afficienꝶ: qꝛ neqꝫ mors neqꝫ luctus erit vltra:
que prima abierunt. Apoca. xxj. Ibi etiam sunt arbores
ita alte.i. hoies ita in deum eleuati/ ꝙ a sagittis tētationū
amplius nequeūt superari. Figura Dan. iiij. de arbore at-
tingente celum ꝛc̄. Psal. Altissimū posuisti refugium tuū.
Ficus etiā sunt ibi que fructū bonoꝝ exēploꝝ/ folia aspera
durarum correctionū portant: scz predicatores: sub quorū
folijs et vmbra/ verbis ꝛ exemplis. c. christiani milites ar-
mis gratiarū et virtutū possent optime se armare. Ibi etiā
sūt arundines vacue.i. pauperes voluntarij: quibus initē-
tes.i. quos imitantes/ et in quorum orationib⁹ cōfidētes/
solent ad portum paradisi per huius vite fluuiū tutius na-
2 uigare. Prouer. xxxj. Facta est q̄si nauis institoris. ¶ In-
dia est regio calidissima/ maxima et opulētissima: vbi licet
sint multa bona/ tamen sunt multa mōstruosa/ et quasi in-
credibilia non videnti: prout dicit Isido. ꝛ Plinius. Nam
ibi draconū ꝛ vnicornium et elephantū est maxima multi-
tudo: ibi arbores tante altitudinis et proceritatis/ ꝙ sagit-
tis nequeunt superari. In montibus eius sunt quidā homi-
nes canina capita habentes: quidā etiā qui habent auer-
sas plantas/ positas.s. retro post crura: ꝯm Pliniū. ꝛ in pe-
dibus sunt octo digiti. Primi de ferarū pellib⁹ sunt induti
et venatione et aucupio tantū viuunt / et latrant ad modū
canis/ et aliter non loquūtur: et sunt in tanta multitudine
ꝯm Pliū. ꝙ. cxx. milia numerātur. Tales autē finxit se ha-
bere in suo exercitu quidam dux Longobardoꝝ: et ad ta-
lium formā quosdam milites parauit: et sic eorum timore
hostes superauit. Et in aliqua Indie parte sunt femine q̄
nūqꝫ pariūt nisi semel: ꝛ statim vt nati sūt/ canescūt infan-
tes. Sic vere in mundo isto qui ardore auaritie cōburitur/
sunt diuersa monstra.i. diuersa genera pctōꝝ. Ibi eñ sunt
dracones sitibundi per auaritiam: ibi vnicornes elati per
superbiā: ibi elephantes cum genibus inflexibilib⁹ per ob-
stinationē et crudelitatē: ibi arbores procere per diuitiarū
et peccatoꝝ multiplicitatem: in tantū scz ꝙ sagittis diui-
norum eloquioꝝ nequeūt penetrari per predicationē: quia

vere sunt multi ita supbi et obstinati/ ꝙ nulla sagitta corre-
ctionis vel predicationis vel diuini eloquij valēt a predi-
catoribus superari. Iob. xlj. Nō fugabit eum vir sagittari⁹:
in stipulā versi sunt ei lapides funde. Per illos aūt qui ca-
nina habent capita: intelligo vsurarios: qui caput intētio-
nis habent caninū per crudelitatem ꝛ auaritiā: quia.s. isti
more canis sunt insatiabilis appetitus. Isti eñ nō loquū-
tur vt homines: quia verba eorum non sunt pia vel ratio-
nabilia vt hominū/ immo sunt latratus canū/ quia scilz in-
hiant ad pauperes deterrendos/ et ad diuitiarū predā ca-
piendā. Ideo isti habent plātas auersas: quia scilz pedes
affectuū qui deberent tendere ad anteriora.i. ad spiritua-
lia et eterna/ in eis vertūtur ad posteriora et terrena. Uel
auersas plātas habere dicūtur: quia scilz partem superio-
rem pedum affectionum/ illā.s. que de spiritualibus debet
cogitare/ habent subtus: et partem inferiorem.i. affectionē
ad temporalia/ ei preficiunt et preponunt. Isti in pedibus
habent octo digitos: quia in pedibus.i. in fine vite sue spe-
rant venire ad octauam resurrectionis: vel ad octo beati-
tudines: cum proponant finaliter penitere. Isti de pellib⁹
ferarum vestiuntur.i. de diuitijs pauperum quos excoria-
uerunt: et hoc quia dentibus falsorum sermonū / et vngui-
bus excoriationū sunt armati. ad Hebreos. xj. Circuierūt
in melotis: et in pellib⁹ caprinis ꝛc̄. Uel si vis allega cau-
telam illius ducis: ꝙ scilicet vtile est in negotijs quādoqꝫ
aliqua que non sunt vera fingere et supponere: exēplo Da-
uid: qui finxit se esse furibūdum. ¶ In india vt ait Plini⁹ 3
quidam sunt homines quorum corpora solis ardoribus
non leduntur nec mollescunt/ sed potius indurantur. Sic
vere nec tu debes per ardorem tentationum.i. tribulatio-
num remolliri/ sed magis per ꝯstantiam indurari. Uel ex-
pone ecōuerso de illis qui in ardore tentationis vel tribu-
lationis positi non remolliuntur per contritionē ꝛ conuer-
sionem/ sed potius indurantur per obstinationem. Hiere. 4
v. Indurauerunt faciē suā supra petrā. ¶ Secūdum Pli-
niū/ in India sunt quidam homines qui nunqꝫ senescunt:
quia semper in etate media moriuntur. Alij sunt qui in iu-
uentute canescunt/ ꝛ in senectute nigrescunt. Alij sunt qui
statim nati cani efficiūtur / quoꝝ matres nō nisi semel pa-
riunt. Ibi etiam sunt homines qui carētes ore/ solum odo-
re viuunt arborum/ harumqꝫ lanugine vestiuntur: et malo
odore cito moriūtur. India est mundus vel ecclesia/ cani-
ties est maturitas morum: quia cani sunt sensus hominis
sicut dicitur Sapientie. iiij. Nigredo autem est infectio et
exustio peccatorum. Multi sunt ergo qui nō canescunt: qꝛ
vere multi sunt in mundo et ecclesia qui ad canitiē ꝛ ma-
turitatem morū nō perueniunt: et hoc quia iuuenes ꝑ pec-
cata et vitia moriūtur/ et semper in peccatorum nigredine
perseuerant. Alij etiam in iuuentute canescunt/ illi scz qui
bene incipiunt et mature/ sed pro certo in senectute nigre-
scunt: quia tunc degenerāt a pristina bonitate. Gene. xlij.
Deducentes canos meos ad inferos cum dolore. quia scz
acres in principio/ frāgūtur in fine. Alij etiam sunt qui ab
ipso ortu matris.i. a iuuentute morum canitiē trahunt et
amplectūtur: vt sanctificati in vtero: quia tales quasi a na-
tura sunt honeste vite. Illi autem qui os non habent/ sunt
pudici et verecundi: qui os detractionis/ adulationis ꝛ ia-
ctantie non habent: quia etiā vix audent loqui: et isti odo-
re arborum et florum viuunt.i. exemplo et fama bonorum
operum aliorum: quia scz bonum exemplum aliorū est eis
sicut odor qui a corpore bonorū operum resoluitur et ema-
nat: quo simplices nutriuntur. Et isti malo odore.i. malo
aliorum exemplo cito pereunt per peccatum. Uel odor est
deuotio et dulcis suauitas eternorum. Varijs odorib⁹ de-
lectatur cor. Prouer. xxvij. Que potissime vera sūt de sim- 5
plicibus: quos aliorum exempla et fama recreāt: infamia
vero ꝛ vitia cito grauant. ¶ Item dicit Solinus ꝙ in In-
dia vltra Palibotrā est mons maleus: in quo vmbre non
semper cadunt versus septentrionē/ sicut apud nos: immo
per medium annū/ tempore scilz estiuo/ vmbre tendunt ad
meridiem: alio vero dimidio anno/ scilz tempore hyemali
cadunt et tendunt versus aquilonem. Apud ipsos etiam
stelle que dicūtur septētriones/ que nobis perpetuo appa-
rent/ non videntur ibi nisi per. xv. dies in anno. Per istum

montem potest intelligi Christus: de quo dicitur in ps. Mons dei mons pinguis. Per vmbram possum intelligere bona eius / que scilicet ab ipso resultāt et emanant/ siue sint temporalia/siue eterna. per estatem intelligitur vita presens: per hyemem vero intelligitur tempus mortis. Dico ergo ꝙ mons maleus est Christus: qui in inferno malleat peccatores: qui pro certo dum durat estas presentis vite/solet vmbram beneficiorum ⁊ diuitiarum mittere ad meridiem.i.ad mūdi diuites ⁊ potentes: qui admodum partis meridiane luce prosperitatis fulgent: et ardore cupiditatis feruēt: quia sicut dicitur in psalm. Peccatores in seculo obtinuerunt diuitias. Tempore vero hyemis/scz post mortem/fit contrarium: quia vmbra hu9 montis.i.beneficia ipsius Christi versus aquilonem partem mundi frigidam.i.ad ipsos frigidos desolatos et pauperes mittuntur: et tunc paradisi refrigerium eis datur. Hec enim est diuine prouidentie mirabilis dispensatio: quia scilicet diuitibus solet vmbram bonorum suorum in vita ista concedere/et a pauperibus auferre ⁊ retrahere: tēpore vero mortis econuerso vmbram refrigerij sui pauperibus tribuit / et a diuitibus ipsam tollit. Ideo diuiti dicitur Luce.xvj. Fili/recordare quia recepisti bona in vita tua: et lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur/tu vero cruciaris. ac si diceret: Oportet vt bona cū malis compensentur.

6 ¶ In India secūdum Solinum/sunt quidam populi qui facillima insultatione velut equos transiliunt elephantos. Alij etiam ibi sunt qui syluestrem agūt vitam/et elephātes venantur: ipsisqꝫ perdomitis aut ad vehendum aut ad arandum vtuntur. Tales homines fuerunt apostoli: qui syluestri et austere vite fuerunt dediti: et virtutibus et meritis fuerunt maximi. Isti eñi elephantes.i.mundi principes per predicationem venati fuerūt/ipsosqꝫ equitauerunt.i.superauerunt: et per conuersionem ad fidem domuerunt: et terram proprij corporis arare per penitentiam docuerunt. Unde talibus potuit dominus dicere illud Job.xxxix. Nunquid alligabis rhinocerontem ad arādum loro tuo: aut confringet glebas vallium post te?

7 ¶ In India secūdum Solinum/sunt quidam populi quibus non placet aliquod animal occidere/nec carnes comedere. Plerisqꝫ (inquit) tātum piscibus aluntur/ et e mari viuunt. Tales sunt fratres predicatores ⁊ alij religiosi/in India.i.in ecclesia commorātes: qui scilicet vsum carnium et occisiones animalium abdicauerunt: et solum viuere de piscibus.i.de cibis quadragesimalibus decreuerunt. vnde.j.ad Cor.viij. Si esca scādalizat fratrem meum/non manducabo carnes in eternum.

8 ¶ Hic dicit Solinus ꝙ sunt quidam in India qui parentum viscera epulas habent: sed vide simile infra de Scythia.§.viij. Sunt etiam ibi quidam (vt ait) qui voluntarie mortem accersunt/rogis accensis/quādo senio fatigantur/se inijcientes. Istud potest allegari contra senes/qui nullo modo vellent mori: immo semper sperāt et optant magis viuere. Uel expone sicut infra titulo de Scythia.

9 ¶ Item Solinus dicit ꝙ in India sunt populi qui in arenis feruentissimis ab ortu solis vsqꝫ ad occasum contentis ⁊ apertis oculis orbem ipsius solis candentissimi contuētur: et in globo igneo secreta quedam rimantur: et in ipsis arenis alternatim nūc super vnum pedem/nunc super alium sustentantur. Tales sunt viri sancti/et tales sunt boni religiosi: quia in arenis sterilis paupertatis sunt fundati: et in feruore tēporalis aduersitatis positi: debētqꝫ solem iustitie Christum per contēplationem inspicere/et secreta sue maiestatis considerare ⁊ intelligere: et ĩ hoc opere ab ortu vsqꝫ ad occasum.i. a iuuentute vsqꝫ ad mortem manere. Alternis vero pedibus.i.nunc pede spei / nunc pede timoris se sustinere debent: et in arenis feruentibus mundi tribulationum recti stare. Duo enim pedes nostri sunt spes ⁊ timor: in qb9 alternatim standum est: nūc de superioribus/nūc de inferioribus cogitando. Quilibet ergo talis contemplatiuus potest dicere illud Job.xxxj. Uidi solem cum fulgeret: et lunam incedentem clare. Uel dic de beatis: qui solem Christum ⁊ orbem luminis.i.dei contemplantur: et cum duos pedes habeāt/scilicet intellectum ⁊ voluntatem / in his alternatim.i.nunc intelligendo nunc amando versantur.

10 ¶ In India secūdum Solinum homo quilibet plures potest habere vxores: sicqꝫ fiebat (sicut et apud antiquos mos erat) ꝙ morientium corpora cremabantur absqꝫ aliqua alia sepultura. Igitur de vxoribus hominis morientis/officiosior/castior ⁊ melior eligebatur: que ignem defuncti viri intrabat / et in signum castitatis cum viro suo seipsam cremabat: et sic cum eo quandam regionem viuentium accedere tunc credebat: cetere vero vxores que sic non faciebant / tanqꝫ ille que virum suum minime dilexerant/cū nota ⁊ infamia postea viuebāt: sicut dicit Soli. Quidam etiam amici cum mortuis se ponebāt/et eius ignis fieri participes ⁊ cum eo recedere cupiebāt. Unde etiam narrat Pliñ.libro.vij. ca.xxxvj. de Publio Catieno Philotino: qui patronum suum ita dilexit/ꝙ vidēs eum mortuum/in flammas vbi corpus ei9 cremabatur/se iniecit: et sic cum illo vitam finiuit. Solinus similia ponit de vxoribus Thracum. Addit aūt Pōponius ꝙ amici mortuoꝝ arma ⁊ opes iuxta ignem mortui ponūt. Parati (inquit Pōpo.) cum fato iacentis (si detur etiam manus) vel pacisci/vel decernere. Per ignem istum possum intelligere ignem purgatorij: in quo quilibet bonus pro maiori parte statim post mortem ponitur/ et (quātum ad aiam) sepelitur: ibiqꝫ a reatibus exuritur ⁊ purgatur. Eccli.ij. In igne ꝓbatur aurum ⁊ argētū: hoies ꝟo receptibiles in camino humilitatis. Quare ꝑ certo dico ꝙ illa vxor ⁊ ille amicus q̄ mortuum dū viueret dilexerūt/et sibi fidem ⁊ amicitiam seruauerūt/non debēt istum mortuum dimittere: sed in eūdem ignē secū intrare per cōpassiōem: penā quā patitur cogitare: et ipsam secum condolēdo mētaliter sustinere. Ruth.ij. Benedict9 sit a dño: qm̄ eam miam quā prebuerat viuis/seruauit ⁊ mortuis. Amici etiā ei9 per cōpassionem debēt cōburi/et armis orationum vel opib9 elemosynaꝝ cū fato diuine iustitie vel mortis decernere vel pacisci. Tūc eñi homo cum fato iacētis.i.cū morte vel cum purgatorio paciscit̄ aut dimicat: qñ per elemosynas satisfacit/vel per orationes pugnat. Esa.xxviij. Pepigimus fedus cū morte: et cū inferno fecim9 pactum. Uel dic ꝙ vxor est aīa: hu9 vir est xp̄s: q̄ igne passiōis fuit cremat9. Intret ḡ aīa et q̄libet xp̄i deuotus istum ignē dñice passionis/sibi officiose cōpatiēdo/et tormētoꝝ suoꝝ se participem faciēdo. Uel potest dici ꝙ qñ videm9 amicum nostrum ad ignem paupertatis ⁊ miserie peruenire/statim debem9 cum ip̄o eūdem ignē per dolorem ⁊ cōpassiōem intrare/et sibi cōdolere totis virib9: et eū si necesse est/armis ⁊ opibus adiuuare. Uel si vis allega cōtra multos: qui tūc amicis suis arma ⁊ opes offerūt/et ꝑ eis se velle facere mirabilia asserūt: quādo pericula transierunt: et quādo iuuare vel ꝓficere nihil ꝓsunt. Quādo eñ sciūt ꝙ impossibile est ꝙ casus de quo agitur se offerat: tūc iactant se facturos mirabilia si occurrat.

11 ¶ In India est quedam insula que dr̄ insula solis: tendēs versus deserta Carmanie: que semper rubet: et est omni generi animalium inaccessa. Quicqd eñ viuum in eam ingreditur/illico moritur. Talis insula est infernus: qui ignis ardoribus semper rubet. qui pro tāto insula solis dr̄: qr ibi sol iustitie Christus ardorem sue iustitie exequitur. Nullus ergo qui vita gratie viuat / hic recipitur: et hoc quia quisquis illuc intrauerit/necesse est ꝙ morte ꝑpetua pereat. Igitur cū homo qui vita gratie viuit/mortem ꝑpetuam non incurrat: restat ꝙ ad inferni insulam non accedat: qꝛqꝫ eius ingressum sibi dei iustitia interdicat: quia sicut dicitur Prouerbiorum.ij. Omnes qui ingrediuntur ad eam / scilicet inferni insulam / non reuertentur. Uel dic ꝙ talis insula est mala mulier: que carnalitate rubet/et cupiditate feruet. Ille ergo qui vita gratie vult viuere/ ad eam non debet accedere: nam qui eam frequentauerit / necesse est eum mortem culpe sentire.

12 ¶ Chelonophagi populi sunt Indie: qui per totum corpus preter faciem sunt hirsuti: qui carnibus testudinum nutriūtur:

et corijs piscium vestiuntur. Per istos intelligo diuites qui scȝ diuitiarum vellere sunt hirsuti. Corꝝ eñ pellis.i. exterior possessio multis diuitijs est hirsuta: sola vero facies.i. sola conscientia vel anima misera est atq; nuda/et virtutum diuitijs nõ vestita: nãq; hi quo ad corpus sunt diuites/quo vero ad animam pauperes ⁊ inanes. Apoca.iij. Dicis quia diues sum/et nullius egeo: cum sis miser ⁊ miserabilis/et cecus ⁊ nudus. Isti ergo carnes testudinum.i. pauperum substantias comedunt: et de corijs.i. diuitijs piscium.i. flebilium miserorum se vestiunt atq; viuunt. Ezech.xxxiiij. Lac comedebatis: et lanis operiebamini.

13 ¶ In India adhuc sunt multa mirabilia. Nam ßm Geruaſ. in epistola Alexandri ad Aristo. sunt ibi certa loca vbi hoĩes semper viuunt: vbi vite tedio affecti/necessario extra portãtur/vel ab amicis ⁊ parentibus occidũtur. Et ista est forte illa patria de qua dicit Aristo. ꝙ bonum est mactare patrem in treballis. Dicit etiam ꝙ sacerdotes qui poma arborꝝ solis ⁊ lune comedebant/quadringentis annis viuebant. Ista possum applicare ad ecclesiasticos/qui pro certo in ecclesia sine morte culpe semper per gratiam viuerent: dum tamen arborum solis ⁊ lune/hoc est Christi ⁊ beate virginis poma.i. bona exẽpla ⁊ documenta ⁊ opera per imitationem comederent: nisi proprij parẽtes ipsos morte culpe ⁊ pene necarent. Sed procul dubio filij ipsorum.i. nepotuli et consanguinei/ad quos scȝ ecclesiastici habẽt affectionem excessiuam/et pro quibus ditandis non dubitãt expendere patrimonium crucifixi/sunt causa ꝙ ecclesiastici per diuersa vitia moriũtur: et etiam ꝙ quãdoq; de ista patria.i. de ipso statu ecclesie efferuntur et expelluntur. Isti ergo mactant patrem in treballis/quãdo sunt occasio ꝙ parens eorum prelatus vel ecclesiasticus a diabolo spiritualiter mactetur/et vita gratie ⁊ glorie priuetur. Thobie.j. Occiderunt regem filij eius. Si vis expone predicta sicut in capit. de Ibernia/vbi simile inuenies.

14 ¶ Arbores solis ⁊ lune erãt due altissime arbores in desertis vltra oẽm habitationem hoĩm Indie: quarum altera soli/altera lune dedicata erat. Et arbor solis in mane oriente sole/et radijs eius arborem tangentibus/concutiebatur vsq; ad radices/et dabat responsa petentibꝰ. Similiter ⁊ arbor lune/vbi in sero a radijs lunaribus tãgebatur/vsq; ad fundamentum concussa/ad interrogata respondebat: sicut exemplificatur de Alexandro: qui ab arboribus istis audijt responsum mortis sue. Istas arbores seruabant ⁊ colebant quidam sacerdotes: qui erãt corpore grandes/dentes vt canes habẽtes/et aures maximas ⁊ pendẽtes/super arenas nudi iacẽtes / de amomo et lazere (quod de quadam ꝓpinqua sylua stillabat) necnon de pomis arborum viuentes / et nihil aliud comedentes/et tamen vitam suam diutissime protẽdẽtes. Usq; enim ad istas arbores penetrauit Alexander: et ab ipis tam mane q̃ȝ sero/tempus/modum ⁊ certitudinem mortis sue reportauit. Responsum enim ei fuit ꝙ infra annum Babylonem rediturus erat/et eam capturus: et ibi ab amicis suis veneno periturus: qđ ⁊ postea factum est. Ista sumpta sunt ex historia Alexandri. Per solem Christum/et per lunam beatam virginem intelligo: qui nunc sursum in celo morantur. Abacuck.iij. Sol ⁊ luna steterunt in habitaculo suo. Per arbores ipsorum intelligo ipsos angelos/soli et lune.i. xp̃o ⁊ beate virgini dedicatos. Nam pro certo isti sunt qui radijs solis et lune.i. gratia Christi et Marie illuminati ⁊ tacti/multa occulta alijs reuelauerunt et prophetauerunt: et ipsos predicando vel inspirando de his que ad mortem vel ad salutem ꝑtinent/docuerunt: pomaq; sua/hoc est bona documenta et exempla/et etiam beneficia temporalia suis cultoribus ⁊ imitatoribus prebuerũt. Dico ergo ꝙ sacerdotes ⁊ religiosi/qui spiritualiter sunt dedicati ad colendum solem ⁊ lunam ⁊ eorum arbores.i. Christum ⁊ Mariam/ ⁊ eorum sanctos/debent esse grandes per virtutũ ꝑfectionem: debent habere magnos dentes.i. acuta verba per predicationem ⁊ correctionem: debent habere aures lõgas per aliorum liberalem exauditionem: quia scȝ ipsi debent libenter audire pauperes elemosynam petẽtes: peccatores confiteri volentes: et quoscũq; iustitiam requirentes. debent insup in arena penitentie iacere per ꝓprie carnis macerationem: et solo amomo ⁊ lazere (que sunt species aromatice).i. aromatibus virtutum debent spiritualiter viuere per deuotionem. De pomis etiã arborum istarum.i. de beneficijs ecclesiasticis que ab istis arboribus.i. a sanctis ecclesiarum fundatoribus relicta sunt/debent viuere quãtum ad corpus sustentandum: et sic vitam gratie continuare debent per perseuerantiam et durationem. Sapiẽtie.iij. Iusti aũt in perpetuum viuent. Uel dic ꝙ iste arbores sunt eterne dignitatis eminentie/a quibus respõsa scripture venerunt: et in quibꝰ poma bonoꝝ paradisi crescũt. Illi ergo qui talia poma comedũt/et qui fructus eterne glorie percipiũt/non amplius morientur aut deficient. vnde Deut.xxxiij. legitur Ioseph fuisse benedictns de pomis ⁊ rore. dicit eñ: De pomis fructuum solis et lune/et de pomis collium eternorum. Uel ista possunt dici in principio sermonum/sic: Sicut arbores solis ⁊ lune antiquitus responsa non dabant/nec petentibus respondebant/nisi quãdo ipsos solis ⁊ lune lumen ⁊ radij tangebant/et corporaliter cõmouebantur: sic vere predicatores qui solis et lune.i. Christi et beate virginis sunt arbores / non possunt congrue alijs loqui ⁊ predicare/nec ipsos de his que ad salutem pertinent informare/nisi primo radijs ⁊ influentijs ipsiꝰ lune et solis.i. ipsius beate virginis et Christi donis et gratijs celitus illustrentur/et ab ipsis inuisibiliter moueantur. Est igitur ista illuminatio prius petenda/et vt habeatur/ad ipsos oratio propinanda ⁊c̃. Ad qđ etiam potest applicari de illuminationibus angelorum: quoꝝ scȝ superiores illuminant medios/et illi inferiores: nam medij nunq̃ȝ inferiores illuminarẽt nisi prius ipsi lumen a superioribus reciperent. Cum ergo predicator sit medius inter deum ⁊ plebem/necesse est vt primo a superioribus scȝ a deo ⁊ sanctis illuminationem gratie recipiat: anteq̃ȝ illuminationem doctrine auditoribus infundat. Rogabimus ergo vt xp̃s nos illuminet ⁊c̃.

15 ¶ Alexãder accepto respõso ꝙ Babylonem erat rediturus/ibiq; moriturus: non ꝓpter hoc omisit illuc ire: sed fatis eum ad mortem ducentibꝰ/fortune se voluit exponere: et tamen iuxta responsum arborum/vitam ibidem oportuit veneno finire. Cum eñ Babylonem obtinuisset/et ibi legatos de subiectione oĩm partium orbis accepisset/in gloriam elatus/inebriatus fuit: et responsis deorum oblitis venenum cum vino sumpsit/⁊ perijt. Ista possunt applicari ad occultam dei prouidẽtiam: que pro certo si quid ordinauerit/necesse est ꝙ eueniat: nec aliqualiter impediri poterit. Unde in nobis etiam sepissime percipimus ꝙ dato ꝙ sciamus nobis, in aliquo negotio non prospere successuꝝ: ⁊ dato ꝙ cognoscamus fatue agere/tamen spiritu ⁊ occulta dei prouidentia ducti/ illud facere non omittimus: quinimmo in fata nostra ruentes illud sepe facimus/vnde postea dolentes sumus. Exemplum habemus in Paulo: qui q̃uis a spiritu sancto didicisset se multa passurum in Hierusalem: illuc tamen contra omnium voluntatem iuit: vbi multa tribulamina sustinuit. Unde ipse dicit Actuum.xx. Alligatus spiritu vado in Hierusalem: que in ea ventura mihi sunt/ignorans: nisi ꝙ spiritus sanctus mihi protestatur quoniam vincula et tribulationes hierosolymis me manent.

16 ¶ Alexander in epistola ad Aristo. refert se vidisse in India multa mirabilia: et primum serpentes qui habent tria vel duo capita: quorum erat grossities vt vna grossa columna: et erecto pectore incedebant: et de ore linguas trisulcas emittebant: et veneno oculis scintillantibus / halitum pestiferum emittebant. Quia igitur caput in scripturis significat intentionem / pectus vero cogitationẽ/ lingua locutionem/oculus cognitionẽ: videtur charissimi ꝙ per serpentes istos possum intelligere quosdam nefarios peccatores/qui in mundo ceteris sunt peiores. Inueniuntur enim quidam pessimi qui habent plura capita.i. multiplices intẽtiones: et plures lĩguas.i. duplices

locutiones: qꝛ procul dubio in suis negotijs ꝛ malitijs perficiēdis plura capita cōstituūt.i.plures fines ꝛ vias intendūt:et si in vna deficiunt/ad aliam statim vadunt. Contra quos Eccli.iij. Ve ingredienti terram duabus vijs. In linguis etiam.i.in verbis ipsorum apparet duplicitas:et in omnibus falsitas ꝛ varietas:qꝛ nūc detrahunt/nunc applaudunt: nunc vnum in presentia/ aliud vero in absentia dicūt. Apocal.j. In ore eius gladiꝰ bis acutus. Isti ergo vadunt erecti per superbiam:oculi ꝟo sue subtilitatis venena scintillant per malitiam:halitus vero sui mali consilij et sue male fame inficit patriam. Job.xlj. Halitus eius prunas ardere facit. Nam mala fama maloꝝ et eoꝝ consilium malum ignem concupiscētie imittunt in animos auditoꝝ. Vel expone sicut lib.de animalibꝰ capi.de Angue:vbi agitur de Hydra quinqꝫ capitum:quam Hercules interfecit. ¶ Alexander inuenit in India vespertiliones columbis similes / habētes dentes qui arcus militum violabant. Apparuerunt sibi et mures ad quātitatem vulpium : quoꝝ morsu quadrupedia/sed non homines expirabāt. Sic in ecclesia sunt vespertiliones.i.hypocrite:qui lucem fugiunt veritatis/ et in publico non faciūt facta sua:qui procul dubio dentes.i.verba detractoria habēt:quibus arcus militum.i. actus hoīm bonoꝝ impugnant/et detractorie lacerant/ et eos diminuūt ꝛ obfuscant.ps̄.Filij hoīm/dentes eoꝝ arma ꝛ sagitte. Sunt etiam ibi mures vt vulpes.i.hoīes malitiosi ꝛ dolosi:q̄ quadrupedia.i.simplices destruunt: hoīes vero.i.personas rationabiles que suis sciunt obuiare malitijs/non offendunt. Vel dic ꝙ isti mures sunt demones:qui morsibꝰ tentationum suarum bene possunt tam bestias q̄ꝫ hoīes.i.imperfectos et perfectos mordere/et oībꝰ tentationem inferre: verūtamen hoīes.i. viri perfecti ꝛ discreti qui sciunt obuiare hmōi morsibus/per malos consensus ꝛ opera non pereunt:quadrupedes vero.i.simplices/qui quattuor affectionibus vehūtur/carnales scꝫ et bestiales/istis morsibus tentationum succūbunt. Vel dic ꝙ tales mures sunt balliui ꝛ vsurarij:qui non cessant rodere ꝛ rapere sicut mures . et quia isti non possunt hoīes.i.personas potētes ꝛ discretas inuadere/ bestijs tm̄.i.simplicibus et pauperibus se defendere nescientibus solent oīa auferre.j.Reg.xv. Pepercerūt pinguioribus Amalech : et quicquid vile ꝛ reprobum fuit/ demoliti sunt. ¶ Alexāder in finibus Indie circa Imaridem fluuium diluculo in cāpo patenti vidit hoīes more ferarum/pilosos toto corpore / nudos/ vndis potius q̄ꝫ terre assuetos/crudis piscibus viuentes ꝛ aqua. Hos cum vellet videre/subito se in fluuium immisere volatibus. Et forte isti sunt illi de quibꝰ dicit Soli.ꝙ ibi sunt siluestres quidam hirti corpora/caninis dentibus/stridore terrifico. Iuxta alium ꝟo fluuium qui odman vocatur/inuenit mulieres in fluuio habitantes/coloris niuei/capillis post terga diffusis:que ignaros natantes in flumine vel submergebāt ꝛ postea deuorabāt: vel portatos in arundineta(cum essent mirabilis affectus)venere exanimabant:ex quibꝰ Alexāder duas solūmodo cepit/ candidissimas/similes nymphis : relique vero se in fluuium immerserunt. Per istos hirtos(sicut.s̄.de Ethiopia) possunt intelligi diuites vsurarij : qui per diuitias hirsuti sunt/ꝛ caninis verbis ꝛ dentibus terrificis/et cōminatiuis stridoribus/pisces crudos.i.pauperes viuos comedunt ꝛ corrodūt. Per istas autem mulieres possum intelligere mulieres huiꝰ seculi delicatas/q̄ sunt ad lr̄am candide/et plus debito capillate : que etiam fatuos per fluuium huius vite natantes/quādo intra laqueos amoris sui possunt apprehendere : solent infra fluuium deliciarum submergere:carnes eoꝝ.i.temporalem substantiam corrodere:et in actibus venereis ipsos viliter exercere. Quid vltra: Pro certo tam hirsuti predicti/q̄ꝫ iste mulieres candide.i.tam vsurarij q̄ꝫ dn̄e moderne in flumine deliciaꝝ viuere querūt:et ibi continue perseuerare volunt. Sicut em̄ sensui apparet / sunt duo genera personarum que in delicijs volunt viuere:et extra deliciaꝝ fluuium non manere . ps̄ . Super flumina babylonis illic sedimꝰ. ¶ Inueni scriptum in libro de historia Alexandri que est in lingua gallica / ꝙ cum ad fines Indie versus oriētem iuisset: inuenit quoddam nemus pulcherrimum/ vbi puelle speciosissime habitabāt: que ex illa sylua nunqꝫ recedebant/sed ibi de odore arborum viuebāt. Si ꝟo arboꝝ vmbram exirēt/necesse erat ꝙ incontinēti perirent. Forte de istis loquitur Soli. dicēs capi. de India. Ad Gangis fontem qui accolunt/odore viuunt syluestrium pomoꝝ . Sylua ista potest significare statum religionis : vbi arbores odorifere.i.sancte persone antiquitus floruerūt : vbi ad viuendum puelle.i.sancte moniales ꝛ virgines se congregauerūt:et odore deuotionis nutrite/sub vmbra arboꝝ.i.sub exemplis sanctoꝝ et sanctarum que fuerūt ante eas/vitam honestam duxerunt. Sed procul dubio iam videmus vmbram bonoꝝ exemplorum multas tales puellas contēnere/et ambitum et clausuram sue sylue seu sui claustri dimittere/ꝛ foras exire ad domos parētū/et ad conuictum secularium transire : ideo necesse est multas per diuersa peccata perire: que tamen salue/pudice et integre permansissent/si ab vmbra ꝛ sylua claustralis obseruantie non exissent. Ideo bene dicitur de talibꝰ.j.ad Timo.v. Discunt domos circuire:non solum ociose/sed ꝛ curiose atqꝫ verbose loquētes que non expedit. Vel dic ꝙ vmbra arboris est memoria crucis:sub qua ꝓ certo qui per deuotionē manserit/ nunqꝫ mortis eterne periculis subiacebit : econtra ꝟo si quis istam vmbram.i.crucis deuotionem et memoriam dimittat/necesse est ꝙ mortꝫ pene ꝛ culpe periculis subiaceat. Dicat ergo illud Canticoꝝ.ij. Sub vmbra illius quem desiderabam sedi : et fructus eius dulcis gutturi meo. Vel dic ꝙ vmbra istarum arborum est ꝓtectio dei et sanctorum:in qua pro certo dum manserimus/et nos eorum tutele fiducialiter commiserimus/mortem culpe et pene non timebimus : econtra ꝟo si istam vmbram.i. in deo spem ꝛ fiduciam perdimus/in mortis eterne periculo statim sumꝰ. Ideo dicebat Esaias.xlix. Sub vmbra manus sue protexit me:et posuit me quasi sagittam electam. ¶ Item dicit in dicta historia ꝙ mortem Alexandri magnum prodigium precessit. Cum enim ab Indijs redijsset/et Babylonem in deditionem accepisset/ et oblitus responsi deorum/illuc proficisci proponeret/ contigit ꝙ quedam mulier peperit infantem qui superiꝰ vsqꝫ ad inguina erat homo / inferius vero diversoꝝ animalium erat capitibus circūcinctus. Erāt enim ibi leonum/ vrsorum/pardorū et draconum capita circūquaqꝫ: qualem formam Scyllam habere poete fingunt. Vocatus ergo interpres prodigiorum dixit Alexandro ꝙ prima pars in qua homo erat qui in bestiam finiebatur/ significabat ipsum moriturum in breui:pars vero inferior diuersa habens animalia / significabat principes suos post eius mortem inter se discordaturos. Si volumus/ per istud monstrum possumus intelligere ecclesiam vel religionem:quia hec a parte anteriori.i.in principio habuit formam humanam/inquantum ibi hoīes.i.persone rationabiles ꝛ iuste permanserunt ꝛ temperate. Sed vere nunc in suo posteriori decliui formam bestialem obtinet:inquantum personas carnales/brutales ꝛ bestiales habet : quia procul dubio antiquitus in eccl̄ia ꝛ religione solebat vigere religiositas ꝛ sanctitas/nunc vero viget carnalitas ꝛ appetituum brutalitas. Figurata ī ipsa ciuitate Babylonis:de qua dicitur Esaie.xiij. Non habitabit ibi vir:nec incolet eam filius hominis:sed habitabunt ibi dracones/pilosi ꝛc.expone si vis. Per illa aūt animalia intellige diuersa hominum peccatorum genera : qui scilicet nunc in ecclesia habitāt:quādo sancti inde deficiūt atqꝫ cessant. Sed adhuc quod peius est/aduerte ꝙ ista animalia erant crudelia / et inter se contraria ꝛ diuersa:ad denotandum ꝙ illi qui hodie sunt in ecclesia/dato ꝙ homines bestiales ꝛ ignorantes esse noscātur:ipsi tamen crudeles ꝛ feri inter se esse noscūtur/ꝛ discordes ꝛ contrarij inueniūtur. Unus enim cōtra alium per lites ꝛ controuersias/detractiones ꝛ inuidias repugnare ꝓbātur. Et hoc pro tāto:qꝛ quidam sunt leones.i. superbi/qui volunt eminētias:quidam vt vrsi dulcia diligentes/q̄ volūt delicias:quidā vt leopardi versipelles/

quivolũt cautelas ⁊ malitias: quidã vt inflãmati dracones scꝫ auari/qui ardent ad habẽdas diuitias. Quia em̃ ista animalia. i. isti animales habẽt cõtrarios appetitus necesse est ꝙ inter se habeãt controuersias et conflictus. vñ Dañ. vij. Quattuor vẽti celi pugnabãt ĩ medio mari. Uel dic ꝙ hoĩes multi vidẽtur hodie talia monstra esse: qui pro certo dato ꝙ in prima sui parte. i. in iuuẽtute sint hoĩes. i. iusti ⁊ rationabiles: in parte tamen posteriori scꝫ in senectute/fiunt bestie. i. irrationabiles ⁊ carnales: nec solum reputãtur vnum animal/sed plura: inquãtum non solũ apparet in eis vnũ vitium/immo multa: q̄ꝛ in ipsis inuenitur leo sup̄bie/draco auaritie/vrsus luxurie/et leopardus versipellis malitie. vnde Dañ. vij. Quattuor be- 21 stie grãdes ascẽdebãt de mari diuerse inter se. ¶ Geruasius ponit in libello suo non solum signa que fuerũt ante mortem Alexandri Macedonis/immo etiam signa que fuerũt ante mortem Julij Cesaris: et etiã signa que precesserũt mortem Caroli Frãcoꝝ regis. Dicit em̃ ꝙ mortem Caroli precessit frequẽs solis ⁊ lune eclipsatio: et in sole p. vij. dies cuiusdã nigre macule apparitio: portic⁹ sui palatij Aquensis vsq̄ ad fũdamẽta destructio: ipsi⁹ quoq̄ palatij frequẽs tremor/ et domoꝝ strepitus/et laquearium cõmotio: põtis Rheni per septem annos edificati subita inflãmatio: facis ardentis per aerem discursio: et ipsi⁹ Caroli ab equo casus: et sui teli per. xx. pedũ spatium ꝓsilitio: pomi aurei qđ erat supra aulam palatij per fulgur diruptio: et epigrãmatis basilice (cuius finis erat: Carolus princeps istius noĩs princeps) per fulgur abrasio. De Julio etiã Cesare dicit ꝙ parum ante mortem suã de statua ad laudẽ ei⁹ a Romanis sup̄ colũnam erecta/de noĩe eius/scꝫ Cesar/fulgur primam et capitalem litteram. C. abrasit: oẽs fenestre camere subito aperte sunt/et cetera multa que ponũtur ibi. Et breuiter ista possunt exẽplariter allegari ꝙ clades anteriores ⁊ minores significãt q̄nq̄ maiores ⁊ posteriores: q̄ꝛ dñs illis qui gloriose vixerũt/solet clades suas imminẽtes aliquibus signis ostẽdere: vt ad dei iudicia velit attẽdere. et cõtra futura infortunia patiẽtie clypeo se munire: q̄ꝛ sicut ait Grego. Minus feriũt iacula que preuidẽtur: et nos tolerabilius mũdi mala suscipim⁹/si cõtra hec per prouidentie clypeum munimur. Exẽplum etiam predictoꝝ habemus in Balthasar rege Babylonis: cui⁹ mortem nobile signum precessit: scilꝫ manus que scripturam in pariete 22 impressit. ¶ Narrat Odoricus in libello suo ꝙ opinio est apud oriẽtales ꝙ vestis facta de lana terre Abrae nunq̄ potest cõburi. Unde cũ in ꝓuincia Chanaam quidã fratres minores (vt asserit) in igne ponerẽtur/et diuina gr̃a non cõburerẽtur/dicebãt idololatre ipsos habere vestes de lana terre Abrae: et ideo non cõburi. Exuti g̊ in ignẽ iterum ꝓijciũtur: sed nec sic cõburũtur: immo dei munimine ꝓtegũtur. Qꝛ lana ouiũ terre Abrae ab igne ꝓtegat/potest ad penitẽtiam applicari. Abraam em̃. i. xp̃s in terra paupertatis et humilitatis natus/quasdã oues habuit/scꝫ sanctos eccl'ie primitiue: qui scꝫ ꝓpter simplicitatem oues fuerunt: sicut et ip̄e eis dicit Mat. x. Ecce ego mitto vos tanq̄ oues in medio lupoꝝ. Et lanam bonoꝝ operum ⁊ exẽploꝝ mirabilem habuerunt. Sic g̊ est ꝙ si de ista lana. i. de exẽplis sanctoꝝ nobis vestem ⁊ munimẽtum fecerim⁹ patiẽtie/pro certo nunq̄ igne tribulationis superabimur aut ardebim⁹: sed inde illesi mentaliter euadem⁹. Ignis em̃ tribulationis nõ superat quos vestis patientie roborat atq̄ firmat: q̄ꝛ q̄uis isto igne iustus corporaliter affligatur / mẽs tamen ei⁹ per peccatũ non leditur: nec ad inhonesta ꝓpter hoc inclinat̃. Et hoc potissime potest applicari ad illos sanctos q̄ de igne virtute diuina expediti fuerũt: ꝓpter hoc q̄ꝛ vestem patiẽtie et indumẽtum fidei/et ornamẽtum spei mẽtaliter habuerunt: sicut fuit beata Agatha/et Justina. Istos em̃ lana Abrae. i. xp̃i fides quam credebant: spes ⁊ fiducia quam in xp̃o habebãt: et obediẽtia ⁊ patiẽtia quas ad tolerandum oĩa pretendebãt/ab ignis corporalis incendijs defendebãt: et ignem etiam concupiscẽtie ⁊ impatientie in eis spiritualiter extinguebãt. Ideo dicebãt illud Eccl'iasti. Dñe/liberasti corpus meum a perditione ⁊c̃. sequit̃.

Et a pressura flãme que circũdedit me: ⁊ in medio ignis non sum estuatus. Uel dic ꝙ ista vestis est castitas/quã scꝫ Abraam. i. xp̃s suis ouib⁹ et discipulis commẽdauit. Ista est g̊ que ab inflãmatione luxurie defendit / et oẽm malam concupiscẽtiam in hoĩe extinguit. Idem dic de abstinẽtia: que non sinit corpus per concupiscẽtiam calescere: immo solet ip̄m a carnalitatis incendijs temperare: sicut apparuit de sanctis confessoribus: qui quia vestem abstinentie habuerũt/nunq̄ per luxuriam inflãma- 23 ti fuerũt. ¶ Sicut dicit idẽ Odoricus/in quibusdã partibus orientis habẽt solem pro sepultura. Dimittunt em̃ corpora mortua in campis: vbi immoderatus calor solis ip̄a destruit ⁊ consumit. Ad qđ facit Solinus: qui ait ꝙ apud Indos funerum nullus cultus. qđ etiam a pluribus audiui/ꝙ scꝫ cadauera non sepeliunt: sed ad solem vel ad bestias corpora mortuoꝝ dimittũt. Talis videtur esse sepultura aĩaꝝ in inferno: quia scꝫ ardor solis iustitie diuine ip̄as per tormenta taliter exurit: ꝙ eas dissipat et dirũpit. Unde de beatis dr̃ Apoca. vij. ꝙ non cadet sup̄ illos sol neq̄ vllus estus. Feris em̃. i. demonibus deuorandi proijciũtur: et nunq̄ in paradisi cemiterio tumulantur. Hiere. xxij. Sepultura asini sepelietur: putrefa- 24 ctus ⁊ proiectus extra portas hierusalem. ¶ In oriente (vt dicit idem/sunt mirabiles idololatre. Uñ dicit idem ꝙ in Polũbo ciuitate Indie adorãt bouem: et pre deuotione ex stercore ⁊ vrina bouis genas suas ⁊ faciem ⁊ etiã oculos inungunt. Habent etiam idolum aureum: cuius vna medietas est homo/et alia medietas bos: qđ eis loquitur: et q̄nq̄ sanguinem quadraginta virginum petit: que ei ꝓtinus immolantur. Alij etiã sunt (vt ait) qui idolum aureum maximum habẽt: ad qđ de diuersis Indie partib⁹ pro adoratione properãt: dũq̄ idolum super curru vehitur/multi se pre deuotione ante currum ꝓsternunt: et sic mortem ꝑ deo suo sustinẽt: quoꝝ corpora tandem in puluerem redacta alij pro sanctis reliquijs habent. Alius est etiam ibi ritus: quia quidam pro deo suo mori volẽtes/amicos suos conuocãt: qui q̄nq̄ cultellos ad collum suum pẽdẽtes / ip̄m cum cãticis ante idolum collocãt: q̄ statim clamãdo/Pro deo meo morior/de carnib⁹ suis sibi incidit: et in faciem idoli proijcit/et ex toto se percutit ⁊ occidit: corpus ꝓo eius ab amicis comburitur/et extũc sanctum ab oĩb⁹ reputatur. Istum errorem possum applicare contra balliuos ⁊ familiares idoloꝝ. i. magnoꝝ dñoꝝ: qui in mundo sicut dij coluntur ⁊ honorantur: et qui etiam pro parte hoĩes ⁊ rationales/et pro parte boues. i. bestiales ⁊ brutales inueniuntur. Qꝛ pro certo tales mali idololatre. i. mali familiares idolo suo. i. magistro solent ꝑ lenocinium virgines adducere: et pro ipso morti non solum spirituali / immo etiam temporali se exponere. Nam sepe accidit vt hi quo melius placeãt magistris suis/crimina ⁊ fatuitates cõmittant: propter que necesse est ipsos mortem culpe ⁊ pene interdum sustinere: dicentes illud p̃s. Propter te mortificamur tota die: estimati sum⁹ sicut oues occisionis. Uel dic ꝙ si isti fatui pro vanis idolis mortem libenter sustinent: multo fortius christiani pro suo vero deo loco ⁊ tempore pati 25 debent. ¶ In India ꝭm Odoricum/sunt multe prouincie vbi comedũt hoĩes. Unde cum quis in bello capitur/ nisi se redimat/ab eis manducatur. Unde etiã fit ꝙ mercatores ⁊ pirate solent ad istas partes homines ducere/ et eos illis impijs hoĩbus vẽdere: quos deinde emptos manducãt ⁊ vorãt. Istoꝝ aũt impioꝝ quidam (vt ait) nudi incedunt: et derident alios qui aliunde venientes vestiti vadunt: dicentes ꝙ deus hoĩem fecit nudum. Alij etiam (vt ait) facies canũ habent: qui etiam nudi sunt/ excepto hoc ꝙ circa verẽda tam viri q̄ mulieres vilem mappam tenent. Per istos hoĩes tam crudeles possum raptores intelligere/qui per rapinas solent hoĩes deuorare: sicut ad litteram videmus de multis impijs principibus ⁊ prelatis: quibus carnes hoĩm. i. substãtie subditoꝝ sunt cibus. Nam quicũq̄ ab eis deprehẽditur/et in eorũ laqueis aliqua causa ꝯcludit̃/ necesse est ꝙ pecunia se redimat/vel ꝙ penas miserabiles patiatur. Michee iij. Carnes ppl'i mei comederunt. Isti etiã mali iudices

Signum mortis Karoli magni

et prelati et principes solent suos mercatores habere/vt inferiores ⁊ balliuos/q̄ explorādo ⁊ discurrēdo solēt ꝯtra alios occasiones querere: et tādem detrahēdo ⁊ accusando/adulando ⁊ suggerēdo solēt magr̄is suis eos vēdere: et comedendos.i.exheredādos ⁊ depredādos exponere. qḋ etiā in religione de multis prelatoꝝ familiarib⁹ videmus: qui scꝫ secrete non cessant alios accusare ⁊ vendere: et sue vexationis ⁊ miserie causa esse. Curie etiā principum/adulatorib⁹ et alioꝝ vēditorib⁹ nūq̄ carēt: quinīmo semꝑ habēt isti magni aliquos mercatores secretos/q̄b⁹ credūt: et ad quoꝝ relationē alios comedūt atq̄ mordēt: qui etiā ab ipsis lucrū/ꝓmotiones et honores suꝑ alios reportāt: q: scꝫ prelati ⁊ dn̄i tales relatores pre ceteris diligūt ⁊ honorāt. Isti ergo vēditores debēt attēdere ad id qḋ precipit Deut.xxiiij. ꝙ homo qui accepto precio fratrem suū vēdiderit/mortis reus erit. Ideo bene dr̄ in ps. Vēdiderūt populum meū sine precio: et non fuit multitudo in cōmutationib⁹ eoꝝ. Sine precio aūt vēdi dicuntur: q: liber homo nunq̄ debite estimatur. In vēditiōe ꝟo multitudo nō dr̄ interesse: q: tales qn̄ alios accusant/semꝑ solēt cū dn̄is soli esse. Tales igit̄ hoīm comestores vestib⁹ virtutum ⁊ excusationum carere noscūtur/inquātum sua crimina ⁊ sue verecūdie cūctis sine operculo demonstrātur. Habēt etiā caninas facies/inquātum more canum esse mordaces ⁊ insatiabiles dinoscunt̄. Esa.lvj. [26] Canes impudētissimi nescierūt saturitatem. ¶ Scd̄m Odoricum/in India inueniūtur arbores que producūt mel. Plini⁹ etiā dicit lib.xij.c.viij.in fi. Onesicritum dicere in conuallibus Hircanie arbores esse que vocentur Occhi/ex quib⁹ mel defluat horis matutinis duab⁹. Dicit etiā idem lib.xvj.c.ix. ꝙ robora ferūt ⁊ viscū et mella: vt auctor est Hesiodus: cōstatq̄ rores melleos e celo cadentes non alijs magis insidere frondibus. Sūt etiam ibi arbores que ꝓducūt farinam ẜm eūdem Odoricum: q: scꝫ liquor ex ipsis exit/qui desiccatus ⁊ tritus vtilis farina fit. Alie etiā arbores sunt ibi que ꝓducūt venenum: a quo intoxicatus/vix liberatur/nisi humano stercore cū aqua bibito releuetur. Charissimi/per arbores possunt hoīes intelligi: iuxta illud Marci.viij. Video hoīes velut arbores. Igitur dico ꝙ de istis sunt aliqui qui diuersos fructus.i.diuersa opera diuersimode producunt: alij vcꝫ bona/et alij mala. Unde sic est ꝙ quidam producunt mel.i.deuotionis dulcorem: quidam vinum.i.bone doctrine liquorem: quidam farinam.i.elemosynarum saporem. Melle eñ deuotionis ipsoꝝ mētes dulcescūt: vino doctrine alioꝝ corda inebriātur: farina ꝟo ⁊ pane elemosynarum/egenoꝝ miserie releuātur. Et sic ratione istoꝝ eccl̄ia potest dici terra frumēti/vini ⁊ olei: de qua dicit̄ Deut.viij. Introducet te dn̄s in terram bonam/frumenti/hordei ⁊ vineaꝝ/terrā olei ⁊ mellis. Sed q̄d: pro certo cū istis bonis arborib⁹ semper est dare alias que producunt venenum: q: semper est Sathan inter dei filios: semper est Iudas inter apostolos: semper sunt mali aliqui inter bonos: q: ī ip̄a ecclesia vel religiōe semꝑ est dare ꝑsonas malas: quaꝝ fructus/verba/opera ⁊ exempla suis comestorib⁹.i.suis imitatorib⁹ vel etiam suis auditoribus ⁊ sectatorib⁹ sunt venena. Esaie.lix. Qui comederit de ouis eoꝝ/morietur. Sed pro certo cōtra oīa venena ⁊ nocumenta maloꝝ/remedium est/stercus humanum.i.vilitatem cōditionis humane per mētis considerat ōem recipere/ipsamq̄ incorporare ⁊ cogitare: vt sic hō possit a venenatiōe vitioꝝ/que ꝓpter fructus malos maloꝝ verboꝝ et operum alioꝝ incurrit/se vtiliter liberare: q: procul dubio quicūq̄ stercoreitatem ⁊ vilitatem humane fragilitatis cogitat/a venenis vitioꝝ se liberat atq̄ saluat. Vel si vis/per arborem intellige mūdum: per fructus ꝟo ipsius intellige diuitias/delicias ⁊ honores: a quoꝝ nocumēto liberat humane stercoreitatis consideratio. [27] Ideo dr̄ Thren̄.iiij. Qui vescebantur voluptuose/amplexati sunt stercora. ¶ Arbores q̄dā sunt in India/in imperio magni canis (qui summ⁹ est inter Tartaros/et in ciuitate Cambelech dn̄atur / que est in superiorib⁹ partibus Scythie/que cōiūgitur regionib⁹ Indiarum) que producūt oīa que ad vitam sunt necessaria. Tēpore eñ dn̄i Joannis pape.xxij. venerūt quidam legati nobiles hoīes Auenionem/ ex parte Christianoꝝ qui erāt in Cambelech/pro archiep̄o petēdo: qui de illis regionib⁹ inquisiti/mira de illis arboribus referebāt. Dicebāt eñ ꝙ ibi sunt quedam arbores/de quaꝝ corticib⁹ si incidantur/exit lac ita dulce sicut caprinum: de earum etiam ramis incisis stillat quidam liquor ad saporem vini albi: quem hoīes gratissime bibūt illic. Alie etiam arbores ibi sunt que emittunt gummi ad colorem sepi albi: de quo fiunt candele ad illuminādum. Alie etiam sunt ibi arbores que faciūt fructus sicut auellanas: intra quas inuenitur farina bona ⁊ vtilis ad edēdum. Ego etiam ab ep̄o Taurisiēsi audiui ꝙ nux Indica (arbor scꝫ illa q̄ istas nuces grossas procreat/de quib⁹ fiunt pocula dn̄oꝝ) non solum illos fructus/sed etiam succum de ramis suis sapidissimum producebat: de cui⁹ etiam cortice filata ⁊ parata/pāni fiebāt: quib⁹ pro saccis hoīes vtebātur. Tales arbores videntur esse in patria paradisi: q: pro certo pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus/angeli ⁊ sancti qui sunt ibi/producūt alijs animab⁹ lac dulcissime recreationis/vinum letissime consolationis/sepum.i.cādelas ⁊ luminaria clarissime cogitationis vel cognitionis/farinam splēdidissime refectiōis: vel etiam farinam.i.humanitatem Christi/ qui grano frumēti se cōparat: et vsum sue delectabilis visionis. Et ideo deus vt ad istam terram nos alliciat / dicit Esaie.lv. Uenite: emite absq̄ argento et absq̄ vlla cōmutatione vinum ⁊ lac. Uel dic ꝙ talis terra est eccl̄ia: vbi est lac cōpassiōis/sepum charitatis ⁊ dilectionis/vinum spei et cōsolationis/et farina sacre scripture ⁊ spiritalis refectionis. Ibi eñ sunt arbores.i.bone persone/que diuersa diuersimode ꝓducūt. Quidam eñ ꝓducūt lac/alios dulciter elemosynis nutriendo: exēplo Pauli/dicētis.j.ad Coꝛ.iij. Tanq̄ paruulis in Christo lac dedi vobis potum. Quidam etiam ꝓducūt vinum letitie benigne consolando: q: sicut in psalm̄.dr̄: Uinum letificat cor hoīs. Unde tales dicūt illud Prouer.ix. Bibite vinum qḋ miscui vobis. Alij etiam afferūt sepum conglutinatiuum.i.amorem ⁊ charitatem / se alijs confederādo: dicētes illud ps̄. Sicut adipe ⁊ pinguedine repleatur aīa mea. Alij ꝟo producūt farinam.i.sacram scripturam bene tritam ⁊ expositam/alios docēdo/et eis predicando.j.Reg.xxviij. Tollēs farinam miscuit ea/et coxit azima. ¶ Iste Odoricus dicit aliā regionem esse in India/que Panthen noīatur: in cuius riparijs inueniūtur [28] canne seu arūdines: in quaꝝ aliquib⁹ inueniūtur aliquādo quidam mirabiles lapides preciosi: qui tam eximie sunt virtutis/ꝙ qui eos secum portat/nūq̄ ferreo gladio penetret̄: quapropter (vt ait) hoīes isti paruulis suis pellem incidūt/et lapidem in plaga ponūt: que tādem consolidatur/et sic lapidem infra carnem includūt. Extunc ergo ferro inuulnerabiles efficiūtur: et sic virtute talium lapidum isti populi raro ab alijs superātur: immo cursores sunt in mari/et alios multotiēs depredātur. Habent tamen alij cautelam ꝯtra hoc: q: ipsos palis duris ⁊ acutis percutiūt et sagittis sine ferro feriūt: et sic non ferro/ sꝫ ligno ab eis se defendūt. De istis potes facere duos. §. Dic ergo ꝙ per cannam intelligo virginem gloriosam/ vel etiam lignum crucis: in quib⁹ pro certo reperitur lapis angularis xp̄s: in matre vcꝫ tanq̄ oriens/et in cruce tanq̄ moriēs. Per istos igitur hoīes/martyres ⁊ viros constantes intelligo: q: pro certo isti sunt q̄ ip̄m lapidem xp̄m per spem ⁊ fiduciam portauerūt: et per deuotionem ip̄m portādum pueris suis.i.suis auditoribus ⁊ subditis per p̄dicationem iniūxerūt: et sic pro certo cōtra ferrū.i. cōtra penas ⁊ vulnera/patiētiam ⁊ fortitudinem habuerunt: ita ꝙ vulnerari per impatiētiam/vel vinci per incōstantiam a tyrannis ⁊ eoꝝ tribulationib⁹ minime potuerunt. ad Heb.xj. Effugauerūt aciem gladij/extinxerunt impetum ignis/conualuerunt de infirmitate/fortes facti sunt in bello. Uel dic ꝙ lapis iste significat duram obstinationem: quam scilicet quidam ita sibi incorporāt/ ꝙ nullum ferrum.i.nullam correctionis duritiam formidant/sed contra eam fortius se indurant. Unde de ipsis dicitur Job.xlj. Quasi stipulam estimabit malleum:

et deridebit vibrātem hastam. Debet igitur prelatus nō ferrum/sed lignū.i.non seueritatis acutiē/sed benignitatis mollitiē adhibere/et sic ipos poterit superare/ipsosqꝫ corrigere/cōuertere ⁊ domare: qꝛ in personis obstinatis et induratis/conuertēdis ⁊ corrigēdis/magis solet benignitas ꝓficere/ꝗꝫ rigor ferreus aut seueritas. Ideo Seneca libro de clemētia dicit. Obiurgationi semper aliq̄d blandi cōmisce: meliꝰ em̄ penetrāt mollia ꝗꝫ aspera. Uel dic ꝙ isti ferro inuincibiles sunt demones/quos nullum ferrum.i.nulla humana potētia vincit. Habeamus ergo ligna.i.memoriam dn̄ice crucis: et sic pro certo cū istis lignis superabimꝰ quos per nostram potētiam nō valemus: qꝛ iste est de quo dꝛ Job.xlj. ꝙ ipe reputabit quasi
29 paleas ferrū. ¶ Dicit idem Odoricus ꝙ in ꝓuicia Mā ti sunt certa loca in quibus hoīes pro summa nobilitate reputāt/longos habere vngues. Unde etiā aliqui vnguē pollicis ita crescere ꝑmittūt ꝙ totā manum inde circūeunt. Nobilitas aūt mulierū est habere pedes paruos. Unde puellis paruis pedes a parētibꝰ ligātur/et nunꝗꝫ eis crescere ꝑmittūtur. Ungues qui sunt mēbroꝝ extremitates/significāt ꝑseuerātiam finalem: pedes ꝟo significāt affectionem seu cōcupiscētiā carnalem: qꝛ pro certo viris.i.prelatis et ꝑfectioribꝰ summa est nobilitas/longos vngues habere.i.diu in bono ꝑseuerare: mulieribꝰ vero.i.subditis ⁊ simplicibꝰ nobilitas est ꝙ ꝑuos pedes habeāt.i.ꝙ parum affectēt/et ꝙ modicū cōcupiscāt: quapropter vtile est ꝙ dum sunt iuuenes/vinculis dei mandatoꝝ et regularium statutoꝝ pedes affectuum ligatos teneāt: ne vltra debitū eis crescāt. Actuū.xxj. Tulit zonam Pauli: et alligauit sibi pedes. Zona em̄ Pauli sigt̄ statuta xp̄i vel prelati: cū quibꝰ debemꝰ pedes affectionū stringere/ne plus debito valeāt euagari. Uel dic ꝙ hodie nobilitas hoīm est/qn̄ habēt magnos vngues.i.magnā rapacitatē: mulieres ꝟo nobilem putāt strictā pedū
30 calciaturā. ¶ Dicit idem ꝙ in India est vna insula noīe Silan/vbi sunt multa aīalia fera: verūtamē illos de insula solū ledūt/alijs ꝟo forensibꝰ nunꝗꝫ nocēt. Tales debēt esse iudices: qꝛ scꝫ nūꝗꝫ debēt esse ita crudeles vel feri/quin magis debeāt se ostēdere fauorabiles forensibus ꝗꝫ vicinis/et plus extraneis ꝗꝫ ꝓpinquis: immo etiā in multis casibꝰ ꝓpīquos debēt ledere/vbi debēt forensibꝰ indulgere. Uel dic cōtra aliquos reges: qui ꝓpiquos et subditos rapinis deuorāt: extraneos ꝟo q̇ non sunt nec subditi nec familiares/diligūt ⁊ honorāt. Plerūqꝫ em̄ accidit ꝙ a multis vicini cōtēnūtur/et remoti ad eoꝝ seruitia admittūtur. Isti sunt de quibꝰ dꝛ Deut.xxxiij. Dicit patri ⁊ matri sue/nescio vos: et fratribꝰ suis/ignoro il-
31 los. ¶ In ista insula Silan/sunt aues ad similitudinem anserū/que habēt duo capita ⁊c. expone sicut.s̄. eodem de serpētibꝰ trium capitum: quos Alexāder in India vi-
32 dit.s̄.e.§.xvj. ¶ Item dicebat Odoricꝰ se fuisse i quodā templo idololatraꝝ: vbi erat maxima multitudo idoloꝝ et sacerdotū ipsis deseruiētiū. Cū aūt tēpus esset prādij apportabant sacerdotes cibos calidissimos ante faciem idoloꝝ: ipi ꝟo sacerdotes cibos postea comedebāt. Idola ista significāt mundi principes/q̇ sicut dij ab alijs honorātur. Per istos ꝟo sacerdotes intelligo ipsoꝝ familiares ⁊ adulatores/q̇ ipos colūt ⁊ eis famulātur. Istud est ergo verū ꝙ hodie multa sunt idola.i.multi fatui principes ⁊ diuites: corā quibus omni die apponūtur plurima cibaria.i.magni redditꝰ et ꝓuētus: sed pro certo isti non recipiūt nisi fumū.i.imaginationem ⁊ famā: qꝛ pro certo ipsi sacerdotes.i.ipsoꝝ familiares ipos cibos comedūt/emolumētaqꝫ recipiūt/et exinde satiantur ⁊ ditātur: ipsi ꝟo magistri eoꝝ corā quibꝰ solus fumus.i.solū diuitiaꝝ nomen transit/inanes et pauperes dimittuntur. Quod bene figuratum est Dan̄.xiiij. vbi dꝛ ꝙ corā idolo Belis apponebātur quottidie multa cibaria: ipe tamen Bel de ipsis non comedebat: sed turba sacerdotum ⁊ vxoꝝ suaꝝ (qui seruiebāt in tēplo) occulte de nocte veniebāt/et oīa deuorabāt. Sic ꝟe in tēplo.i.in domo principum ⁊ magnatū cibaria apposita.i.redditus ⁊ ꝓuētus non transeunt in vtilitatem ipsoꝝ/sed potius in cōmodum seruitoꝝ: qꝛ ipsi sui familiares solēt ⁊ se ⁊ vxores suas nutrire: ipe ꝟo Bel.i.ipi dn̄i solēt exinde cōmodum non sentire. Uel dic ꝙ ista idola sunt hypocrite: q̇ videtur esse/et non sunt: quoꝝ cibꝰ et nutrimētum est fumus.i.inanis glia/ et ipsis exhibitus honor vanus: qꝛ iste est qui ipsos delectat/et qui mētem eoꝝ reficit ⁊ confortat. Qd̄ etiā de superbis ⁊ vanigloriosis clericis ⁊ militibꝰ videmꝰ: qui de eoꝝ cibis.i.de eoꝝ laboribꝰ et operibꝰ non querūt nisi fumum.i.vanā gliam atqꝫ nomen. Apoca.xv. Impletum est tēplum dei fumo. Tēplum em̄ dei.i.eccl̄ia est tota plena hodie fumo suꝑbie ⁊ inanis glorie tam in seculo ꝗꝫ in
33 claustro. ¶ Item dicit idem ꝙ in quadā ciuitate que dꝛ Fuco/sunt galline magne/que non habēt pēnas/sed habēt lanā vt pecudes. Isti sunt boni religiosi ⁊ clerici: qui ꝓ certo nō habēt pēnas suꝑbie ⁊ elatiōis ad alte volādū ⁊ presumēdum: sed habēt lanam bonoꝝ exēploꝝ virtutū et documētoꝝ ad alios virtutibꝰ vestiēdū. Dan̄.vij. Ca-
34 pilli eiꝰ sicut lana mūda. ¶ Geruasiꝰ aūt dicit ꝙ in Arabia est castrum Filonie: vbi sunt galline nostris similes: sed q̇ eas prendere voluerit/corpus suū cōburet. Sic ꝟe qn̄qꝫ inuentūtur hoīes q̇ videtur esse galline.i.hoīes simplices ⁊ benigni/et qui penitus nihil habere de malitia videtur: verūtamen si ab aliquo cōprehēdātur vel reprehēdātur/vel aliquo ꝟbo vel facto tāgātur/statim ab ipsis per mala ꝟba comburitur ⁊ vexatur: qꝛ sicut dꝛ Prouer. xxvj. Uerba susurronis quasi simplicia: et ipsa ꝑueniunt ad intima cordis. Uel dic ꝙ gallina est pulchra mulier/ quā pro certo qui tāgere ⁊ associare voluerit/igne concupiscētie vel sue voracis ⁊ rapacis auaritie faciliter vstus erit. Esaie.xxxiij. Quis poterit habitare de vobis cum
35 igne deuorāte? q.d. nullus. ¶ Item dicit se in partibus orientis in terra que dꝛ terra Job/vidisse ꝙ mulieres quiescebāt/hoīes ꝟo filabāt ⁊ nebāt/et opera muliebria faciebāt. In alia etiā terra fuisse se dicit/vbi mulieres vinum bibebāt: viri aūt a vino abstinebāt. Cuiꝰ sile ponit Pōponiꝰ dudū fuisse i Egypto superiori: in qua (vt ait) femine forū ac negotia/viri pēsa ⁊ domos curabāt: ille humeris/hi capitibꝰ onera deferebāt. Sic ꝟe idem hodie inter multos cōiuges cōspicimꝰ: qꝛ mulieres viris dn̄ari/et viros effeminatos ꝓprijs vxoribꝰ famulari videmꝰ. Unde isti ꝓprie videtur filare/et se in muliebribꝰ officijs implicare: mulieres ꝟo vinum bonū potāt/vbi mariti eaꝝ ieiunant. Esaie.iij. Populum meū exactores sui spoliauerūt/ et mulieres dn̄ate sunt eis. Uel si vis per istos viros intellige p̄latos effeminatos/qui ꝑmittūt se a mulieribꝰ.i. ab adulatoribus ⁊ subditis ambitiosis ⁊ imbecillibꝰ gubernari. Qd̄ etiā generaliter ꝯtra muliebres ⁊ insufficiētes ꝑsonas posset dici: que viris sufficiētioribꝰ ambiunt
36 dn̄ari: cōtra illud Apl̄i ad Titū.ij. Docere mulieri non ꝑmitto: nec in virum dn̄ari. ¶ Item Odoricus dicit se fuisse in quadā parte chaldee/vbi viri erant pulcherrimi compti ⁊ ornati sicut mulieres ꝟo turpes: viri incedebāt compti ⁊ ornati/vna villi hic faciūt mulieres: femine ꝟo ibāt discalciate/sꝫ capitoballia cooperte: que etiā tricas non portabāt/sꝫ capillos sparsos habebāt. Est aūt (vt ait) cōsuetudo ipsis mulieribꝰ rogare ⁊ sequi viros/ipsis ꝟo viris se reddere eis caros. Ista cōsuetudo videt̄ hodie ad nostrū hemispherium deuoluta: qꝛ pro certo iam videmꝰ iuuenes nostros cōptos ⁊ ornatos incedere/fatuas etiā mulieres post viros currere: et versa vice mortaliū/ipsos ad actus venereos inuitare: exēplo vxoris Putifaris: q̄ oculos in Ioseph iniecit/et ipm̄ de carnali amore rogauit. Gen̄.xxxix. Exēplum etiā de Helena: que pro vidēdo paride iuuene pulcherrimo/ad insulam Cytherēam venerat/vbi ab eo fuit rapta. De multis em̄ iam nō est necessarium ꝙ rogētur: qꝛ vel ꝟbis vel signis alios rogare/et se eis offerre videntur. Gen̄.xlix. Filius accrescēs Ioseph/et decorus aspectu: filie discurrerunt super murum.

Capitulum.xxviij. de insulis in generali.

Insula ſm Isidoꝝ/licet maris fluctibꝰ circūquaqꝫ illidatur/ex hoc tamen nō consumitur/sed potius solidatur: et licet ex hoc aliquātulū exteriꝰ corrodatur/tn̄ ex hoc interiꝰ fortius et firmiꝰ adunatur: et quādo aque diluuio totaliter operitur/tūc per limi ⁊ terre cōportationem potius

augmẽtatur:et ꝓpter aque vicinitatem/ei⁹ substantiam subintrantem/fecũdior ꝛ viridior inuenitur. Sic ꝟe licet aĩa viri iusti fluctib⁹ tribulationum vndiq͂ feriatur/non tñ ex hoc dissoluitur: sed per cõstãtie firmitatem fortius roborat.ij.ad Cor.xij. Cũ eñ infirmor/ tunc fortis sum. Nam licet boni exteri⁹ quãtum ad corpus/tribulationũ fluctib⁹ corrodãtur/tñ ex hoc interi⁹ quo ad virtutes aĩe in seip̃is amplius et forti⁹ adunãtur: qꝛ ẜm Apłm.ij.ad Cor.iiij. Licet is qui foris est homo noster corrũpatur: is tamen qui intus est/renouatur de die in diẽ. Quãdo etiã insula.i.aĩa tribulationum fluctib⁹ totaliter operit/ tũc per sui cõsiderationem terra ꝛ limus humilitatis in ea cõgregatur/et sic semper per meritum augmẽtatur. Et qꝛ aqua circũiacẽs/hoc est aqua tribulationis/virtutis vel grẽ eam occulte ingreditur: ideo est fecũdior per opera ꝛ virtutes/et viridior ꝑ exteriorẽ lucidã honestatẽ.

Capitulum.xxix. de Iselandia seu Islandia.

Selandia est terra perpetua glacie condẽnata: mare eñ in ei⁹ littorib⁹ est congelatũ. Ibi sunt vrsi fortissimi/qui cũ vnguib⁹ glaciem frãgũt:et de sub aqua pisces extrahũt/quos mãducãt ẜm Isido. Glacies est ista vita multum fragilis: aqua inferi⁹ est mũdi ꝓsperitas. Ursi ergo.i.demones glaciem vite per mortem frãgũt:et inde de aqua deliciarum pisces/hoc est voluptuosos extrahunt/quos deuorant in inferno.

Capitulum.xxx.de Italia.

Talia Europe est ꝓuincia/multis nobilibus vrbib⁹ insignita/syluis/pratis ꝛ fluminib⁹ valde leta/et vt breuib⁹ cõcludam / bonis oĩbus opulenta. Omissis ꝗ multis mirabilib⁹ regionis isti⁹/de quib⁹ alibi in diuersis titulis dixi: hic inserit Soli.ꝙ in Italia sunt quidã cãpi q̃ lapidarij nũcupãtur: vbi fama est Iouem cum cõtra gigãtes pugnaret/lapides de celo pluisse:et gigãtes qui sibi rebellauerũt/oppressisse. Possibile est eñ ꝙ antiquitus gigãtes a deo lapidib⁹ ꝓpter suã supbiam fuerint ibidem oppressi:et ꝙ adhuc lapides illi maneãt. Gẽtilis ꝟo popul⁹ qui Iouem pro deo colebat/factũ istud ei⁹ potẽtie ascribebat. Isti forte sunt campi phegrei: quos idem Soli. in Italia dicit esse: de quib⁹ tñ idem dicit infra vbi agit de Macedonia/ꝙ ibi monstruosus gigãtũ exercitus est sepultus: quoꝝ adhuc mẽbra vltra humanum modum maxima per corrosionem fluminum eruũtur. Ibi etiam adhuc sunt lapides maximi / quib⁹ oppugnare celũ iidem mõstruosi populi conabãtur. Ad que satis facit historia turris Babylonis/per quã gigãtes celũ ascendere crediderũt: sicut dꝛ Geñ.xj. Moraliter ꝗ per gigãtes possunt intelligi mũdi principes ꝛ potentes: iuxta illud Geñ.vj. Gigãtes erãt sup terrã. Isti sunt potẽtes a seculo/viri famosi. Per celũ possum intelligere statum ecclie: vbi de⁹ spũaliter cõmoratur. p̃s. Dñs in celo sedes ei⁹. Iupiter aũt qui interpretatur iuuãs pater/sigt bonum prelatum qui nõ cessat subditos adiuuare. p̃s. Adiuuit pauperem de inopia. Igitur istud est verũ/ꝙ hodie gigãtes.i.mundi principes ꝛ potẽtes summe nitũtur celũ.i.religionem et eccliam impugnare:et ad eã et possessiones ei⁹ occupãdum lapides.i.sue crudelitatis duritiam aggregare/ et ipsa iura ecclie pro viribus vsurpare. Iupiter ergo.i. bonus prelat⁹ debet tales et taliũ audaciam reprimere/ et saxa.i.excõmunicationum ꝛ correctionum iacula contra eos pluere/et eos per seueritatem a sua malitia cohibere. Ezech.xiij. Dabo lapides pregrãdes ꝛc̃. Uel dic ꝙ isti significant pctõres: qui per malã vitã suã non cessant celũ et celestia impugnare: quos tãdem de⁹ per mortem delet/et saxis sue dure iustitie ipsos prosternit/opprimit et absorbet. Uel dic ꝙ impij qui nitũtur celũ destruere.i. eccliam/a deo finaliter destruũtur:et isto celo semp manente/ipsi cum sua posteritate ad nihilum deducuntur. Qd bene figuratur Geñ.xj. vbi gigãtes qui celũ per terram ascẽdere voluerũt/et ibi celebrare nomen suum statuerũt/a deo cõfusi ꝛ dispersi sunt: qꝛ pro certo dum mali celũ ecclie nitũtur occupare/et etiã bona ipsi⁹ vsurpare/ et ibi gliam suam celebrare: deus solet eos confundere/ et eoꝝ potẽtiam eneruare. Esa.xxvj. Terram gigãtum detrahes in ruinam. Uel dic ꝙ isti gigãtes fuerũt lucifer ꝛ socij sui/qui in cãpo paradisi cõtra Iouem deũ voluerũt pugnare/celũ et diuine equalitatis gliam vsurpare: dicẽtes Esaie.xiiij. Ascẽdam in celũ: similis ero altissimo. et ideo ipsos voluit dñs subuertere ꝛ delere. Esaie xiiij. Quo cecidisti lucifer ꝛc̃. ¶ Item dicit idem Soli. ꝙ in Italia in agro Faliscoꝝ fuerũt hoĩes qui Hirpi vocabãtur: quoꝝ pauce erãt familie: quoꝝ mira erat potẽtia cõtra ignes: nam in mõte Soracte / vbi erat tẽplum Apollinis / isti soli inter ignes ardẽtib⁹ lignoꝝ struibus exultabãt: ipsosq͂ tanq͂ sacros/ignes sacrificij non ledebant: quoꝝ deuotionem Senatus Ro. miratus/ipsos liberos effecit/et vacationem a cũctis munerib⁹ eis dedit. Dicit etiã idem Soli. ꝙ circa Cretam est insula que Carystos dꝛ: vbi sunt quedã aues que Carystie nominãtur: que impune ignes ingrediũtur/nec ab ignibus ledũtur. Carystie inquit aues ignes impune inuolant / carbasa quoq͂ in igne valent. Mihi aũt a quodam religioso viro qui oriẽtales incoluerat regiones/de pilis albis aliquid fuit datum: qui igne quidem accẽdebãtur/nunq͂ tñ consumebãtur. ille aũt qui dedit/hoc esse de lana Salamandre dicebat: mihi vero esse de pennis auium videbatur. Ad qḋ etiã facit qḋ idem dicit de duob⁹ iuuenib⁹ in Sicilia: qꝛ cũ ignis Ethne plus solito abundasset/et villam ꝓximam inflãmasset: duo iuuenes parẽtes suos de medio ignis extraxerunt/nihil ꝟo lesionis ex incẽdio senserũt. qḋ miraculum populi venerati/locũ illum campum pioꝝ noĩauerũt. Dicit etiã in Sicilia fuisse collem Uulcani: locũ vꝫ vbi erat ara deo ignium dedicata: vbi qñ acceptum erat sacrificium / ignis per se egressus in ara sarmẽta viridia imposita accẽdebat: flãmaq͂ circa aram epulãtibus alludẽs/et ad ip̃os vagabũda exiẽs/q͂uis eos tangeret/non ledebat. Ista possunt applicari ꝙ ignis tribulationis non habet potestatem in aliquib⁹ generibus personaꝝ: qꝛ pro certo illi q̃ sacri ꝛ innocẽtes habẽtur/sicut hirpi: illi etiã qui parẽtes suos adiuuãt/ et eis in necessitate opitulant/sicut iuuenes Siculi: illi insuper qui ad amorem celestium volitant ꝛ leuantur/sicut Carystie aues: illi nihilominus quoꝝ sacrificia.i.opera Uulcano deo ignis.i.deo principi charitatis accepta sunt / sicut Uulcano sacrificãtes: oẽs isti(dico)ignib⁹ tentationum et tribulationum nõ ledũtur: et q͂uis ab eis sepissime cõflagrẽt/in soliditate tñ cõstãtie positi/nũq͂ per malã concupiscẽtiam a tẽtatione/vel per impatiẽtiam a tribulatione grauãtur. Figura Dañ.iij. de trib⁹ pueris quos innocẽtes in igne positos incẽdiũ non grauauit: qꝛ incẽdio tẽtationis vel tribulatiõis non ledit/qui predictis virtutibus stabilitur. Esa.xliij. Cũ transieris ꝑ ignẽ/flamma nõ ardebit in te ꝛc̃. Uel dic ꝙ ignis sigt penã purgatorij a qua pro certo illesi finaliter exeunt illi q̃ predicta bona faciũt. Uel dic ꝙ talis ignis est ignis inferni: qui aduersus illos non preualet/quos virtualis sctitas fouet. Uel dic de igne cõflagrationis q̃ precedet iudicẽ in iudicio: q̃ bonos nõ inflammabit/malos ꝟo affliget ꝛ cremabit: iuxta illud p̃s. Ignis ante illũ precedet: et inflãmabit in circuitu inimicos ei⁹. Uel dic ꝙ primi illi qui sunt hirpi/ et illi qui Uulcano sacrificãt/significãt bonos qui in monasterio ecclie igni.i.deo(qui ignis consumẽs dꝛ)appropinquant. Tales eñ ab eo non leduntur/sed potius defendũtur/et eoꝝ opera ab eo acceptãtur. Uel dic ꝙ Uulcanus deus ignis.i.magister rapine ꝛ crudelitatis/significat principẽ impiũ ꝛ crudelem: illi ꝟo qui ei sacrificãt/ significant ipsoꝝ officiales ꝛ balliuos: qui sibi adulãtur et obtemperant/et illos qui sibi munera offerũt ꝛ presentant: quia procul dubio tales a suo igne.i.a sua crudelitate non leduntur/immo ista est que eis applaudit/et que eis in suis malitijs opitulatur. Cõstat enim ꝙ ignis vulcani.i.crudelitas vel curiositas mali principis vel prelati solet suis sacrificatoribus.i.suis adulatorib⁹ et munerũ collatorib⁹ parcere/ipsisq͂ applaudere ꝛ fauere/ꝛ eos nõ ledere/ſꝫ iuuare. Uel dic ꝙ iste ignis sigt seueritatem iustitie prelati: q̃ pro certo illos nõ solet per correctiõem ledere/ſꝫ magis dissimulare ꝛ applaudere: quos sibi fa-

crificatores.i.munerꝝ collatores se ꝑcipit habuisse. Contra quos Esaie.v.Ue qui iustificatis impium pro muneribus ⁊c̃.

3 ¶ In Italia fuerũt antiquitus quidam populi qui Marsi vocabãtur : quorꝝ erat priuilegium ꝙ a serpentibus non lederẽtur/nec a quibuscũ venenosis.qꝺ etiã Pliñ.asserit lib.vij.c.ij.vbi dicit ꝙ om̃i homini ꝯtra serpẽtes inest venenum/scꝫ saliua. De istis aũt Marsis (vt ait idem Soli.)non mirum:cũ a Circe venefica ⁊ incãtatrice(que per carmina hoĩes in bestias cõuertebat: vt ait Ouidi⁹:et sicut etiã innuit Aug.) illi populi descẽdissent. Nam (vt dicit idem Soli.)de auita potẽtia istis debebaꝫ seruitium venenorꝝ. Per istos possunt intelligi balliui ⁊ officiales principum ⁊ potẽtum:q̃ marsi a marte.i.a bello quod mouẽt cõtra pauperes/sunt vocati:et a Circe.i.ab incãtatore diabolo / q̃ incãtatione suggestionum suarꝝ mutat hoĩes in bestias/dum ipsos efficit bestiales/sunt spũaliter ꝓcreati. Per serpẽtes aũt intelligo malos principes ⁊ prelatos per venenũ malitie serpẽtinos:qꝛ pro certo dato ꝙ tales serpẽtes seu prĩcipes serpentini soleãt oẽs hoĩes infestare:Marsos tñ.i.balliuos et aduocatos suos non solẽt per rapinas ledere:sꝫ pott⁹ auxiliãte potẽtia circes.i.diaboli matris sue/isti solẽt talibus parcere ⁊ fauere. Nam ꝓ certo istud est hodie verꝝ ꝙ mali prĩcipes ⁊ prelati malos suos balliuos ⁊ aduocatos ⁊ vsurarios sustinẽt:nec ipsis officiunt/immo fauẽt. vñ Marci vlti. videꝫ dici de talib⁹. Eijciẽt demonia/serpẽtes tollẽt:et si mortiferꝝ quid biberint/nõ eis nocebit. Uel dic ꝙ marsi significãt adulatores:quos circe.i.incãtatrix adulatio generauit. Isti em̃ sunt quos mali nõ solent nocere/sꝫ potius adiuuare. Ideo dicit versificator. Si vis laudari/cupias charusq̃ videri: Discito adulari: qꝛ tales sunt modo chari.

4 ¶ Quis Italia multis bonis abũdet/multos tñ serpẽtes dꝛ ꝓcreare. Uñ etiã dicit Soli.ꝙ quidã populi q̃ dicebãtur Amyclei/a serpẽtum multitudine sunt fugati. Ad qꝺ facit ꝙ a quodam venerabili viro memoror me audijsse / ꝙ in Calabria seu Apulia cũ quidã miles fossata castri sui ꝓfundare vellet / ꝑforauit vsq̃ ad quasdã terre cauernas/que serpẽtib⁹ erãt plene: et tãdem facta inũdatione aquarꝝ : impletis fossatis/supernatauerunt serpẽtes:villãq̃ et castrum tam horrẽda multitudine impleuerũt/ꝙ oẽs incolas penitus fugauerunt/et habitationem ipsis ꝑpetuo negauerũt:ita ꝙ etiã nunc ꝑ castrum predictum nullus ꝑtransire põt/nisi de nocte/qñ serpẽtes cõtingit frigescere vel dormire. Per istos serpẽtes intelligo malitiosos hoĩes serpẽtinos/qui pro certo incolas patrie quã inhabitãt solẽt exheredare/ et de suis habitationibus multotiẽs effugare : et ibi loco eorꝝ per violẽtiam habitare.p̃s.Nutãtes transferãtur filij eius:et mendicẽt/et eijciãtur de habitationibus suis. Unde etiã qñq̃ cõtingit ꝙ quãdo aliquis miles vel dñs introducit in patriã suã/tales serpẽtes.i.malos familiares/quos primo in cauerna paupertatis ⁊ in fouea humilitatis inuenit/intãtum qñq̃ preualẽt inũdatione ꝓsperitatis fauẽte/ꝙ ⁊ castro ⁊ ciuitatib⁹ ip̃m priuãt:habitatoresq̃ exheredant atq̃ fugãt:et loco eorꝝ habitãt atq̃ manent:sicut de facto aliquãdo videmus ꝙ vsurarij ⁊ balliui villas ⁊ castra solent emere/et exinde ciues ⁊ dños amouere.qꝺ etiã in religione videmus : qꝛ illi quos prelatus circa se ⁊ castrum dignitatis sue posuit/quosq̃ de cauerna paupertatis erexit/solẽt qñq̃ cõtra ip̃m ⁊ suos subditos insurgere/et bona ipsorꝝ per malitiam occupare:qꝛ sicut scriptum est Hiere.ix. Ois frater supplãtãs supplãtabit.et inimici hoĩs domestici ei⁹.Matth.x. Uel dic ꝙ hodie castrum et ciuitas religionis ⁊ eccl̃ie/que dudum hoĩbus.i.ꝑsonis ratione vtẽtib⁹ fuit plena/nũc est plena serpẽtib⁹ venenosis.i.ꝑsonis inutilib⁹ et iniquis. Nunc em̃ mali hoĩes successerũt/q̇ bonos ⁊ rationabiles fugauerũt. Pone si vis figuram de babylone:de qua dicitur Esaie.xiij.ꝙ non habitabit ibi vir / nec figet ibi tentoria Arabs.sequiꝫ.Sed implebũtur dom⁹ eorꝝ draconib⁹ ⁊c̃. vide eam.

5 ¶ In Italia apud Rheginos cicade sunt mute:nec inueniũtur mute cicade/nisi ibi:quinimmo apud locrenses/qui vicini sunt/cicade vltra ceteras magis sonant. Causam aũt Gentilitas Herculi asscribebat:qui cũ ibi quiesceret / et cicade ip̃m clamãdo turbarẽt/iussit eas amplius nõ strepere:et ꝓpter hoc(vt aiũt)cõtigit in hoc loco mutas esse:sicut dicit Soli. Possibile em̃ fuit ꝙ Hercules qui se deũ fingebat/hoc arte diabolica vel mathematica fecerit:cũ esset astrologus valde prudẽs:intãtum ꝙ fingitur celũ capite sustinuisse/eo ꝙ celestem sciẽtiam dꝛ agnouisse:et sic gẽtiles populos errore vane credulitatis infecit. Per cicadas que gallice dicũtur sigales/possunt intelligi predicatores : q̃ pro certo vbiq̃ terrarꝝ debẽt esse canori ⁊ sonori.p̃s. In oẽm terrã exiuit sonus eorꝝ:et in fines orbis terre verba eorꝝ. Uerum hodie ciuitas Rheginorꝝ.i.eccl̃ia vel religio(que regit statum hoĩm aliorꝝ) habet cicadas mutas.i.predicatores q̃ nolũt vel nesciũt predicare. Esaie.lvj. Uniuersi canes muti/non valẽtes latrare. Hercules em̃.i.diabolus/qui se deũ voluit reputari:dicẽs Esaie.xiiij. Ascẽdam in celum:silis ero altissimo.qui dudum in cordibus pctõrꝝ requiescere solebat/videns ꝙ tales cicade.i.predicatores ipsum inquietabãt/et pctõres monendo ⁊ excitãdo/ipsi⁹ quietem ⁊ cõplacẽtiam impediebãt/iussit ipsos non strepere/nec sonum predicationis emittere:et sic isti Herculi.i.diabolo obedientes videntur quasi singuli muti esse/ et predicationis sonum non habere : vt sic quilibet eorꝝ possit dicere illud p̃s. Ego aũt tanq̃ surdus non audiebam:et sicut mutus non aperiẽs os suum. Uide alio modo expositum supra lib.vij.c.xviij.§.j.

6 ¶ Corsica est insula in mari Italico: vbi inuenitur quidã lapis dictus Catochites:qui tãte est quãtitatis ꝙ non tam gẽma q̃ cautes dici põt. Sed ei inest(inquit Soli.)velut de glutino lentiore nescio quid par atq̃ gummi : manusq̃ ipsum tãgentis simul coniũgere perhibetur. Nam si duas man⁹ lapide in medio existẽte cõiũxeris/vix ipsas ab inuicem amouebis. Et ideo(ꝓut idem dicit)Democritus contra magos isto lapide vtebatur ad ꝓbãdum nature occultã potẽtiam:qñ eis per disputationis certamina loquebaꝫ. Talis lapis est xp̃s/qui lapis angularis dꝛ:qꝛ pro certo illi qui isto medio cõiũgũtur/ inter se per charitatẽ fortiter colligãtur. Iste est em̃ qui glutino charitatis indiuit: et ideo illi qui sibi adherẽt per gr̃am/per charitatem inuicem coniũgũtur:nec diuidũtur hoĩes per discordiam/ nisi qꝛ carent isto lapide per nequitiam. Tali ꝗ lapide.i. xp̃i adiutorio ⁊ gr̃a ꝯtra magos.i.cõtra demones est vtẽdum:et ĩ tẽtationis certamine per deuotionem ⁊ orationem ad eũ recurrendum.ad Ephe.ij. Ip̃o summo angulari lapide xp̃o Iesu:in quo oĩs edificatio cõstructa crescit in tẽplum sanctum in dño. Uel dic ꝙ sigt̃ virum iustum:qui alios per cõcordiam cõiũgit:et eos in charitate ⁊ amore cõnectit.

7 ¶ Italia est latissima regio/in Europa sita:que antiquitus magna Grecia vocabaꝫ:in qua sunt multe particulares ꝓuincie:in quib⁹ sunt multa nobilia ⁊ stupẽda. Dicit ergo Geruasi⁹ ꝙ in Italia diocesi Taurinẽsi est monasterium Structuariense:in cui⁹ quodam cemiterio monachi singulariter sepeliũtur : in quo tale miraculum expertũ est : sicut a quodã religioso viro audiuit pluries idem Geruasi⁹ recitari: ꝙ scꝫ si post tres dies sepulchrum aperueris/nihil penitus de sepulto corpore/nec carnẽ nec ossa inuenies in eodem : et sic videntur illa corpora vel ex toto cõsumpta/vel alicubi inuisibiliter trãsportata. Ista pñt applicari ad sepulchrum ⁊ ad mortẽ xp̃i:qꝛ certe mors xp̃i ⁊ sepulchrũ ei⁹ sũt illa sepulchra ⁊ cemiteria ĩ quib⁹ monachi vel q̇cũq̃ viri religiosi et honesti debẽt ꝑ considerationem sepeliri/et per dñice mortis ⁊ sepulture memoriã mentaliter reponi.iij.Reg. xiij.Sepelite me in sepulchro in quo vir dei sepultus est. Et breuiter istud est sepulchrum in quo corpus Christi mortuum realiter fuit positum:sed ibi pro certo vltra triduum non permansit : quinĩmo transacto triduo nec os nec caro eius inueniri potuit:qꝛ per resurrectionem alibi fuit corpus eius translatum/inq̃ztum vite extitit restitutum.Marci.xvj. Surrexit:non est hic. Uel dic ꝙ ista sepulchra significant corda nostra:in quib⁹ dñs spũaliter sepelitur/qñ per spem ⁊ deuotionem ibi memorie cõmendatur.Sed pro certo ibi solum stat per spatiũ trium dierum spũalium/qui sunt spes/fides/charitas:vel con

tritio/confessio/satisfactio. Si vero istud triduum defue
rit: et ꝑ aliquod peccatum a nobis transierit/ tunc iste se
pultus in sepulchris nostroꝝ cordiū amplius nō erit: sed
protinus a nobis se absentabit: quia pro certo tunc no-
biscum desinit esse xp̄s/ quādo triduum trium ꝓdictarū
virtutum cōtingit a nobis deficere ⁊ abesse. Vñ dicitur
iiij. Reg. ij. Cum quesisset tribus dieb⁹/ nō inuenit He-
liam. supple post illos tres dies. Vel dic ꝙ istud cemite-
rium significat limbū patrū: vbi sepeliebanẜ eorum ani-
me ante xp̄i aduentum: sed ꝓcul dubio post triduū mor-
tis xp̄i nulli fuerūt ibi inuēti/ eo ꝙ a xp̄o inde fuerūt oēs
extracti/ ⁊ ad celi gloriam transportati: dicentes illud. j.
8 Joan. iij. Translati sum⁹ de morte ad vitam. ¶ Exem-
plum terribile esse circa Noricam Italie ciuitatē audi-
ui pro vero ⁊ pro centies experto narrari a quodam ꝓla-
to summe inter alios fide digno. Dicebat eñ inter mon
tes isti ciuitati proximos esse lacum ab antiquis demo-
nibus cōsecratum/ et ab ipsis sensibiliter inhabitatum:
ad quem nullus hodie preter necromanticos pōt acce-
dere/ quin a demonib⁹ rapiatur. Igitur circa terminos
lacus facti sunt muri qui a custodibus seruanẜ/ ne necro
mantici pro liberis suis consecrādis demonib⁹ illuc ac-
cedere permittantur. Est ergo istud ibi summe terribile
quia ciuitas illa omni anno vnum hoīem viuū pro tribu
to infra ambitum muroꝝ iuxta lacum ad demones mit-
tit: qui statim visibiliter illum hominem lacerant ⁊ cōsu-
munt: qd (vt aiunt) nisi ciuitas faceret/ patria tempesta
tibus deperiret. Ciuitas ergo annuatim aliquem scele-
ratum eligit: et ꝓ tributo illuc demonibus mittit. Istud
autem qꝛ alicubi non legi/ nullaten⁹ crederem/ nisi a tā-
to episcopo firmiter asseri audiuissem. Dic si vis allego-
rice ꝙ iste lacus significat infernum/ qui est locus ⁊ lac⁹
demonibus deputat⁹/ quo nullus accedit quin sit a de-
monibus deuoratus: et ideo murus mandatoꝝ dei cum
custodibus. i. cum ꝓlatis ⁊ ꝓdicatorib⁹ ibi poniẜ/ ad im-
pediendum ne illuc homines ꝑ vitia dilabanẜ. Iste est
ergo lacus qui hoīes viuos. i. animas que mori nequeūt
a Norica ciuitate. i. ab isto mundo pro tributo expetit:
quos ⁊ maxime sceleratos mundus sibi continue mittit
et damnandoꝝ aīas sibi soluit. ꝑs. Descendāt in infernū
9 viuētes. ¶ In Italia i ciuitate lande tale est miraculū:
ꝙ nūꝗ homo de illa ciuitate leprosus efficitur: imo si le-
prosus illuc venerit/ aut moritur/ aut cito sanatur. Sic i
ciuitate religionis vel ecclesie nō debet esse aliquis infe
ctus peccator vel hereticus/ imo si talis illuc ītrauerit/
10 aut debet per penitētiā sanari/ aut certe si noluerit/ de-
bet mori. i. realiter corrigi vel puniri. ¶ Unum aliud val
de mirabile dicit Geruasius ibi esse in Italia i ciuitate
Tridona. Dicit eñ ꝙ ista ciuitas Tridona dr/ eo ꝙ tri-
bus donis a deo specialibus decoraẜ. Nam (vt ait) in vi
gilia pasche cum iam hora baptismi euenit: scȝ eo tem-
pore qñ oēs in vigilia pasche vel pentecostes baptizan-
tur/ in fonte baptismi ebullit aqua perlucida/ et ad ba-
ptismum scaturiens lympidissima. hoc est primū donū.
Scdm est ꝙ si quis in fontibus ecclesie sancti Quintij
dicte ciuitatis baptizaẜ/ vita eius ad minus vsqꝫ ad an-
num. xl. prolongatur. Tertium vero est magis mirabile:
qꝛ si quis paterfamilias infra annū mori debeat: sꝫ sulc⁹
terre illius cum aratro scinditur/ sanguinem manat/ qd
sibi mortem esse ꝓpinquam ꝓsagit ⁊ demonstrat. Vñ in
ipsa ciuitate dicunt ab antiquis fuisse consuetum ꝙ pa-
tresfamilias bubulcos suos iurare faciūt ꝙ si terrā aran
do tale signū viderint/ suo dño protinus indicabūt. Ista
sunt tria dona/ a quibus dicitur Tridona: que nescio an
adhuc maneant: qꝛ pro certo valde sunt cordis auribus
admiranda. Charissimi per fontes ebullientes intelligo
lachrymas prorūpentes: quia pro certo circa pascha qñ
corpus xp̄i sumendū est/ fontes lachrymarum debēt in
nobis erumpere/ vt baptizare possint animā et mūdare.
Per annos. xl. intelligitur penitētia ⁊ status abstinentie
corporalis: qꝛ xp̄s/ Moyses ⁊ Helias tali dierum nume
ro ieiunarūt. Igiẜ dico ꝙ quotiens videm⁹ pascha. i. cor
poris xp̄i receptionē adesse. s. ab ipo ꝓncipio quadragesi
me fons lachrymarū debet i nobis bullire: in quo debe-
mus conscientiā baptizare: vt sic possim⁹ istum cibū di-
gnifice manducare. Tandem vero. xl. annis. i. per totam
quadragesimam vel in statu penitentie ⁊ abstinentie po
terimus per grām viuere: et dum in isto tempore seu sta
tu fuerimus/ mortem peccati nō habebimus formidare.
Unde de Helia dicitur. iij. Reg. xix. Ambulauit in forti
tudine cibi illius vsqꝫ ad montem dei. xl. diebus. Et sic
finaliter terra cordis nostri terrei ⁊ indeuoti sanguinem
debet fundere/ inqꝫtum. s. de xp̄i morte et sanguine debȝ
precipue cogitare: et hoc specialiter circa pascha: qñ vi-
dem⁹ patrisfamilias xp̄i mortem seu suppliciū immine-
re: qd potissimū debet esse qñ videmus bubulcos patris-
familias. i. predicatores ⁊ ꝓlatos per ꝓdicationē ⁊ corre
ctionem presenti tēpore nos arare. Igitur iste paterfa-
milias videẜ dicere illud Job. xvj. Terra terra ne operias
sanguinem meū. Vel si vis dic ꝙ terra fundens sangui-
nem/ mortē dñi sui propinquam denotat: quia ꝓ certo si
terra corporis nostri sanguinē carnalium deliciarū par-
turit/ mortē eternam nobis īminere demonstrat. Illi eñ
faciliter morte culpe ⁊ pene pereūt: et infra annum. i. in-
fra tempus diuine dispositiōis inferni mortem incurrūt:
in quorum terra. i. in quorum corpore sanguis. i. sangui-
nee ⁊ carnales delicie profluunt ⁊ cōcurrunt. Vñ Esaie
xxxiiij. Inebriabitur terra eoꝝ sanguine/ ⁊ humus eorū
adipe pinguium: qꝛ dies vltionis dñi/ ānus retributiōis
11 iudicij Sion. ¶ In Italia circa ciuitatem Viterbieñ.
est puteus semper e profundo bulliens/ ⁊ aquam feruen-
tissimam terribiliter euomens: in quem si equū proiece-
ris/ carne statim cōsumpta sola ossa extrahere valebis.
Audiui etiam ꝙ cathena ferrea ibi consumiẜ: ita ꝙ vsqꝫ
ad fundum dimissa multo minoris pōderis extrahitur.
hic magnum riuum euomens/ ripam habet vndiqꝫ lapi
deam: quinimo si per terram cultā sulculū feceris/ et de
isto riuo aquam duxeris/ infra modicum temp⁹ quicqd
ab aqua tangitur/ in naturam ⁊ duritiā saxeam cōuerte-
tur. Huius autē putei est tam vorax ꝓfunditas/ ꝙ quic-
quid i cum proijcitur/ absorbeẜ: ⁊ a nullo reficitur aut ī-
pletur: sicut etiam dicunt per quendā imperatorē tenta-
tum. Talis videtur esse infern⁹: qui igne incessabili bul-
liens/ consumit ⁊ adnihilat quicqd tāgit. equos eñ. i. lu-
xuriosos et supbos/ cathenas etiam. i. illos qui alios in-
cathenant/ tyrannos scilȝ taliter consumit/ ꝙ carnem. i.
delicias/ ⁊ pondus. i. reputationē et famā eis tollit. La-
pideam etiā naturam inducit/ inqꝫtum duritiam obsti-
nationis ⁊ desperationis efficit i damnatis hoībus per
quos trāsit. Job. xlj. Cor eius īdurabitur q̄si lapis. Vel
dic ꝙ iste puteus est luxuria vel etiam mala mulier: que
per mala desideria semper bullit: qꝛ carnem. i. substātiā
temporalem ꝯsumit: ossa vero. i. fatuorum corpora nuda
a diuitijs dimittit: in ipa etiam quicunqꝫ ferreus ⁊ fortȝ
homo pondus reputationis perdit: ⁊ lapideitatē obsti-
nationis acqrit. Vel dic de mundi prosperitate/ vbi bul
lit concupiscentia triplex/ que illos per quos trāsit/ facit
lapideos/ obstinatos ⁊ duros. Vel ista est mors/ que car-
nem consumit/ ossa dimittit/ pondus ⁊ famam tollit ⁊c.
12 ¶ Item Geruasi⁹ ait ꝙ in episcopatu Taurineñ. in de-
scēsu Alpium Apeninarum est lacus vnus in latiorem
amnem prorūpens: in quo (vt ait) ostensus est sibi beuer
seu fiber: qd est animal a parte anteriori gressibile/ a par
te vero posteriori desinit in piscem: et ideo necesse habȝ
a parte anteriori in terra stare/ a parte vero posteriori in
qua est piscis/ in aqua manere: et ideo istud animal in ri-
pa fluminis in decliui ipius littoris facit sibi cauernas.
Unde recordatur Bernard⁹ versificator: dicens. Mar-
tyr es/ et spolio nō leuiore beuer. De isto fac duos. §. vnū
scilȝ quomodo diuersas māsiones edificat: et hic expo-
ne sicut libro de animalibus. x. capitu. de Castore. §. iij.
alium autē de posteriori parte que aqua indiget: et hec
expone sicut ibidem. §. iiij. quia scȝ a simili castor habet
caudā de natura piscis/ et ideo iuxta aquas varias edi-
13 ficat māsiones ⁊c. vide ibi. ¶ In Italia post mortē Iu
lij Cesaris tres soles in oriente visi sunt in celo: qui cito
post in vnum corp⁹ solis coacti sunt/ significantes tria
dominia. s. M. Lepidi/ M. Antonij et Octauij cesaris

in monarchiam ipsius Augusti esse conflāda: vel potiꝰ
significantes ꝙ in breui erat vnius ⁊ trini dei fides vn-
diq; propalanda. Si vis autem scire qūo tres soles in ce
lo appareāt: vide Senecā lib. j. de naturalibꝰ questioni-
bus: vbi dicit ꝙ nubes cū sit quādoq; specularis/ imagi-
nem solis in se recipit/ ⁊ in aliam propinquā nubē specu
larem sibi oppositam imaginem transfundit: sicut ponit
exemplum de speculo vbi relucet imago: q: si eidem spe
culo aliud/ et illi aliud opposueris/ semper in q̄libet ima
ginem videbis. Nos igitur qui verum solem et eius re-
fulgentiam in nubibus videmus/ plures soles esse cre-
dimus/ et ipos plures in vnum credimus redire: quādo
ipsis nubibus euanescentibꝰ cum suis receptis imagi-
nibus/ solum verū solem in celo credimꝰ remanere. Ista
possunt applicari contra hypocritas. constat em̄ ꝙ in ce-
lo ecclesie est dare verum solem/ ⁊ nubeas ⁊ fictas ima-
gines solis. Per verum em̄ solem perpetuū et indefecti-
bilē possum intelligere viros iustos in claritate sācte vi
te ꝑseuerantes ⁊ perpetuos: sicut dicit̄ Eccli. xxvij. Ho
mo iustus in sapientia manet vt sol: stultus autem vt lu-
na mutatur. Per alios vero soles intelligo hypocritas:
qui pro certo nō sunt veri/ sed ficti ⁊ picti: et sole imagi-
nes ⁊ similitudines veri solis. i. hoīm iustorum ⁊ bonoꝝ.
Sed pro certo inter istos est magna differentia: q: licet
propter exteriorem similitudinē nō facile discernatur q̄
sunt veri: et qui sunt ficti/ paulatim tn̄ hypocrite ficti et
nubei per defectum perseuerātie euanescunt/ et a cepto
splendore bone conuersationis deficiunt: boni vero ⁊ iu-
sti semper in bono perseuerant ⁊ subsistunt: sicut in reli-
gione videmꝰ: vbi ficti apostatāt ⁊ recedūt: boni ꝟo per-
seuerant vbi sunt. Et idē de amicis cernit̄: q: sc3 veri soli
nobiscum manēt: ficti ꝟo deficere ⁊ euanescere cōprobā
tur. j. Joā. ij. Si fuissent ex nobis/ permāsissent vtiq; no-
biscum. Vel dic ꝙ cū antiquitus appareret in mūdo plu
res soles. i. plures dij: quoꝝ tn̄ vnus solꝰ erat verus: alij
aūt oēs ficti ⁊ vani/ sic factum est ꝙ idolis et fictis dijs
euanescentibus/ xp̄s dn̄s solus lucet. Esaie. ij. Eleuabi
tur dn̄s solus in die illa.

Capitulum. xxxj. de Judea.

1 Judea est regio Palestine: de qua dicit Plin.
ꝙ ibi erat Hierl'm/ ciuitas vrbiū orientis lon
ge clarissima. Solinus ꝟo dicit ꝙ in Judea
fuit ciuitas Hierosolyma: sed excisa est. Ju-
dea igit̄ ꝫm Solinū/ ē regio illustris aq̄s: vbi
est fons Callirhoe/ ⁊ Jordanis fluuiꝰ (vt ait) mire suaui
tatis: balsami vinea: ⁊ infamis asphaltites lacꝰ: de q̄bꝰ
oībus nihil ad p̄ns: cum in locis suis dixerim de eisdē.

2 ¶ Hic igitur dicit vnum valde mirabile de quadā gēte
Judee: que gens dicit̄ Essenorum. (Pliniꝰ aūt hec oīa
recitat sicut iste.) Dicit em̄ ꝙ interiora Judee versus oc
cidentem Esseni habitant: qui prediti memorabili disci
plina/ a ritu gentium vniuersarum recesserunt: maiesta-
tis prouidentia ad hunc morem destinati. pecuniā ne-
sciunt/ castitatem seruant/ de palmis viuunt/ nullus ibi
nascitur/ nulla ibi femina/ nec tamē deficit hominū mul
titudo/ nullus cum eis admittitur: q̄ꝫq̄ꝫ admitti summo-
pere desideret: nisi quem castitatis fides et innocentie
meritum prosequatur. Quinimo si quis q̄ꝫq̄ꝫ leuissime
culpe reus ad ipsos intrare voluerit/ diuinitus summo-
uetur. Itaq; per vniuersum spatium seculorum (incredi
bile dictu) eterna gens est/ cessantibus puerperijs. Cu-
ius primo Engada oppidum fuit/ sed iam excisum est.
Hec Solinus. Si hec vera fuerunt/ valde miror: q: scri-
ptura que in illis partibus fuit facta: de hoc non memi-
nit. Q: tamen in historia tripertita fit mentio ꝙ ab anti
quo apud Judeos fuerunt monachi mire perfectionis/
in solitudine philosophantes: sicut dicit Phil. nescio
si forte occasione istorum hec predicta dixerint et Pli-
nius ⁊ Solinus. Per istos possunt intelligi religiosi/ et
maxime mendicantes. Isti enim non habent filios aut
vxores: nec tamen deficit apud eos hominū multitudo.
Pecuniā debent horrere/ et castitatem seruare: de pal-
mis. i. diuinis scientijs debent viuere/ et hominum cul-
pabilium consortia non admittere: sed per perseuerantē
stabilitatem in gratia viuere ⁊ manere. Sapien. v. Justi
autem in perpetuum viuent. Vel dic ꝙ isti mendicātes
qui sunt eterna gēs/ et successiue sine defectu status sui
semper manent/ dicūt ꝙ nullus malus potest ad eos in-
gredi et manere: quinimmo (vt aiunt) illi qui mali sunt
apud eos/ diuinitus summouētur. Diuina enim proui-
dentia fit vel ꝙ tales se corrigant: vel ꝙ per apostasiam
exeant/ vel ꝙ etiam moriantur. Esaie. xxxv. Via sancta
vocabitur: non transibit per eam pollutus. Vel dic ꝙ ta
lis est patria paradisi: vbi nullus parit/ et vbi est eterna
gens: et quo nullus noxius ingreditur. Unde illi qui ibi
fuerunt noxij/ vt demones/ summoti diuinitus dinoscū-
tur. Esaie. lij. Non transibit per te incircuncisus aut im
mūdus. 5 ¶ Sicut dicit Geruasius/ antiquitas ponit ꝙ
lignum de quo facta fuit crux domini/ cum Salomon
tēplū edificaret/ fuit inuentū ita ineptū ꝙ nulli prorsus
vsui erat aptum. Si enim artifices ipsum alicubi locare
volebant/ semper ipsum aut nimis longum/ aut nimis
curtum inueniebant: et sic cum ad nihil ipsum aptum
iudicarent/ intactum dimiserūt. Regina vero saba q̄ de
finibus terre venit ad Salomonem: in spiritu vidit ꝙ in
illo ligno erat quidam occidendus: propter quem erat
iudeorum populus destruēdus: qḋ eidem Salomoni ꝓ-
dixit: qui hoc timens/ ipsum lignum sub terra profunde
abscondit: et in illo loco postea probatica piscina facta
extitit. appropinquante autem aduētu Christi/ lignum
in aqua supernatauit/ et exinde (vt aiunt) cepit motio q̄
descendente angelo facta fuit: ⁊ hoc lignum esse crucem
domini dicunt: q: isto ligno tādem reperto/ Judei inde
crucem dominicam fabricauerunt. Aiunt etiam istud
fuisse de ramo ligni vetiti quem Adam de paradiso se-
cum tulit: vel eum angelus paradisi custos vni de filijs
Ade plantandum tradidit: et sic idem lignum qḋ homi
nes damnificauit: salutem eorū per crucem domini re-
formauit: et vt vn̄ mors oriebat̄/ inde vita resurgeret/ or
dinauit. Vide si vis historiā in floribus sanctorum: ⁊ al-
lega ista si vis ad laudem crucis. Vel per istud lignum
dyscolos homines intelligo ⁊ peruersos: quos in religio
nis vel ecclesie templo video hodie abundare: qui pro
certo ad nullum vsum nec vtilitatem sunt congrui: siq̄
dem artifices templi/ hoc est prelati/ si velint de ipis ali
quid facere/ ⁊ ipsos ad aliquod opus faciendum consti-
tuere/ vel eis aliquid precipere/ nūq̄ꝫ istos aptos vel vti-
les reperiunt. Semper em̄ sunt vel nimis longi/ vel ni-
mis curti: quia semper sunt superflui vel diminuti: vel ni
mis intensi/ vel nimis remissi: et breuiter in actibus et
voluntatibꝰ suis inueniunt̄ sine mensura: nam aut plus
q̄ꝫ debeant vel minus semper agunt: quo fit vt in omni-
bus tanq̄ꝫ inutiles dimittant̄/ ⁊ nulli vsui/ officio vel exer
citio deputentur. Hiere. xiij. Ecce computruerat: ita vt
nulli vsui aptum esset. Isti ergo vident̄ valere ad Chri-
stum crucifigendum. i. ad bonos homines suis iniurijs
cruciandos. Sunt quippe tales fatui crux et flagellum
bonorum/ et afflictio ⁊ tribulatio sociorum. Johelis. ij.
A facie eius cruciabuntur populi. Vel si vis/ narra pre-
dicta historialiter ad cōmendationem crucis/ et ad ostē-
dendum ꝙ istud lignum quo fuimus damnati/ est illud
quo fuimus saluati: vt vnde mors oriebatur/ inde vita
resurgeret. Vel potest allegari ꝙ non est sciētia neq; cō-
silium contra dominū. Salomon em̄ abscondit lignum/
ne malum a regina Saba prenosticatum posset eueni-
re: adueniente tamen tempore deus aliter voluit ordi-
nare. 4 ¶ In Judea prope Nazareth ostenditur locus q̄
dicitur saltus domini: vnde Judei voluerunt ipsum ꝓ-
cipitare: vt dicitur Luce. iiij. Et ꝫm Geruasium ibi est
lapis in rupe quasi latibulum/ vbi rupes domino cessit/
et eum abscondit: ita ꝙ ibi adhuc apparet forma vesti-
mentorum eius impressa. Istud applica et dic ꝙ illi q̄-
bus dominus se cōmisit sub latibulo sacramēti altaris
scilicet sacerdotes/ debent vestimētorum suorum. i. cō-
uersationis sue per imitationem vestigia retinere: et ea
in se repsentare ⁊ habere. Job. xxiij. Vestigia eiꝰ secu-
tus est pes meus.

Capitulum. xxxij. De Libya.

Libya est regio Aphrice: cuius partes meridionales feruide sunt ⁊ deserte. Sunt eñ alique regiones in Aphrica vbi sunt tot dracones/leones et tigrides furiosi/ꝙ nullus mortalium illuc vadit/quin protinus deuoretur. Qđ maxime in regionibus feruidis ⁊ desertis accidit: vt in Libya ⁊ Ethiopia/nisi forte qui illuc accedũt/armis ⁊ viribus sint muniti. Sic vere in inferno (que regio ignis ardoribus est perusta) sunt tot dracones ⁊ leones.i.demones crudeles: ꝙ nullus peccator illuc descẽdit/quin protinꝰ deuoretur/nisi forte armis charitatis/gratie et virtutis optime sit munitus: vt sunt illi q̇ sunt in purgatorio: qui licet ab illis animalibus tueantur/ardorem tamen sentiũt regionis. Jone.iiij. Estuauit Jonas estu magno ⁊c̃.

Capitulum.xxxiij. De Liuonia.

Liuonia est regio in finibus Germanoꝝ: cuiꝰ incolaꝝ ritꝰ fuit mirabilis anteq̃ ad fidei cognitionẽ per Germanos cogerentur: quippe qui demonijs seruiebant: et cum aliqui eorũ moriebantur/corpus eorum sepulture nõ tradebant: sed facto igne maximo corpus ꝯburebant: oues et boues/seruos ⁊ ancillas cum eo incendebãt: et si p̃nceps erat/consiliarios ⁊ armigeros sibi adiũgebant: credentes ꝙ ille defunctus vna cum alijs sic perueniret ad quandam viuẽtium regionem. Charissimi/cemiterium in quo debẽt anime sepeliri/est paradisus. Sed pro certo mundus est sicut Liuonia: quia cum peccatores moriuntur/anime eorũ in paradiso non ponũtur: sed in igne permaximo sepeliuntur.s.in incendio infernali: vbi perpetuo comburuntur. In Tophet eñ sepelientur/eo ꝙ nõ sit alius locus ad sepeliendum. Hieremie.xix. Tophet interp̃tatur gehenna pauoris: hic est infernus: vbi est gehẽna ⁊ pauor sempiternꝰ. Sed boues et diuitie cũ eis comburentur/vt secum eas deferant ad infernum: quia ad maximam sui cruciationem/damnati habebũt suas diuitias secum.s.in memoria per remorsum cõsciẽtie. et ideo dicitur Sapieñ.xiiij. Etenim qđ factum est/cum illo qui fecit/tormenta patietur. Serui etiã ancille consiliarij et periti cum principibus inuoluuntur: quia diuite vel principe mortuo per impietatem et damnato/tota eius familia similiter moritur/ei consentiens et applaudens: quia princeps qui libenter audit verba mendacij/omnes ministros habet improbos. Prouerb. xxix. Et ideo quando finaliter moritur corporaliter/⁊ in igne inferni sepelitur: tunc ministri sui qui ei in voluptatibus applauserunt consulendo/exequendo/vel qũolibet adiuuando/ei in supplicijs adiunguntur: quia qualis rector ciuitatis/tales hi qui habitant in ea. Eccli.x. et ad Roma.j. Qui talia agunt/digni sunt morte: non solum qui ea faciũt: sed etiam qui consentiũt facientibꝰ.

Capitulum.xxxiiij. De Lithonia.

Lithonia est regio in Scythia: in qua tantum est de paludibus ⁊ de fecibus/ꝙ in estate vix potest capi: sed adueniẽte hyeme paludes et flumina congelantur: et sic illa regio peruia efficitur. nil preter hoc habet quo se tueatur. Sic vere in estate prosperitatis mundane Lithonia.i. status diuitum vix potest superari: quia per paludes deliciarum/per feces diuitiarum ab omĩbus se defendũt: sed adueniente hyeme mortis quando iste aque et paludes frigore tribulationis gelabuntur quãtum ad ipsos/ et eis penitus auferentur: tunc ab inimicis suis demonijs facile poterunt superari: quia preter lutum et feces diuitiarũ/munitiones alias gratiarũ ⁊ virtutum nõ habẽt. ideo poterit tũc dicere diabolꝰ illud Ezech.xxxviij. Ascendam ad terram absq̃ muro: veniã ad quiescentes habitantesq̃ secure: vectes ⁊ porte nõ sunt eis ⁊c̃.

1 Capitulum.xxxv. De Macedonia.

Macedonia est Grecie prouincia: in qua sunt montes altissimi/et in sursum erectissimi: q̃s gigantes vt celum ascenderent/dicũtur (ſm Solinum) antiquitus construxisse: atq̃ hi ita alti sunt ꝙ per Deucalionis diluuium/aque illuc minime pertigerunt. Ibi in cauernis adhuc inueniuntur teste conchyliorum ⁊ alia que mare expuere cõsueuit: in signum preteriti diluuij: ita (prout dicit idem) ꝙ licet illa loca sint in facie mediterranea/apparent tñ specie littorali. Per Macedoniam vbi rex extitit Alexãder/intelligo statum ecclesie: vbi Christus Imperator regnat. Per istos montes intelligo status perfectionis qui ibi sunt: quos gigantes.i.sancti patres fundauerũt. Igitur qui a diluuio damnationis et tentationis tutus esse desiderat: montes religionis et perfectionis ascendat: vbi per contemplationẽ sursum ad celestia se extollat. Licet enim mare.i.mundus vel diabolus ibi soleat ad tentandum ascendere: ⁊ redundantias malarum cogitationum ibi spuere/illos tamen qui sunt in cacumine contemplationis positi: nec potest tangere/nec nocere. ideo bene precipitur Genes.xix. Non maneas in omni circa regione: sed in monte saluum te fac. ¶ In Macedonia est mons Athos altissimus: qui ſm Solinum altior est q̃ vnde imbres cadunt. Quod ex hoc patet: quia in ara que in eius sũmitate est/nunq̃ cineres eluũtur: sed eodem quo relicte fuerint cumulo remanent. Et quod mirabile est (vt ait) vmbra istius mõtis vsq̃ in insulam Lemnon i forum oppidi Myrina porrigitur: qui tamen locus ab ipso monte p̄ sex ⁊ octoginta millia passuum elongatur. In summitate autem eius fuit oppidũ Acrothon: cuius accole Macrobij dicti sunt.i.longeui: p̄pterea ꝙ dimidio alijs vita sunt diuturniores. Iste mons significat paradisum: qui q̃uis sit ab insula huius mundi remotissimus/vmbra tamen.i.opinio fame sue ⁊ fides ⁊ credulitas de eodem peruenit vsq̃ ad nos. hic est enim locus vbi diutissime.i.perpetuo viuitur: et vbi cinis nostre humanitatis postq̃ ibi ascẽderit flatu nullius tribulationis destruitur/sed in esse perpetuo cõfirmatur. Sapieñ.v. Iusti aũt in perpetuũ viuent. 2

Capitulum.xxxvj. De Melo insula.

Melos ſm Isidorum est insula omnium insularum rotundissima: bonis omnibꝰ opulenta. Sic paradisus iocundus est/quia in celo Empyreo bonis omnibus fecundatur.

Capitulum.xxxvij. De regione Media.

Media est regio orientis prope Persidem: in qua est quedã arbor q̄ pomũ portat sũme odoriferum ⁊ venenis contrarium: que arbor spinosa est/et pomum eiꝰ summe amarum. Vnũ tamẽ in hoc est mirabile: quia arbor hec tante fecunditatis existit: ꝙ pomo vno collecto/statim aliud nascitur et consurgit. Aliud etiam est ibi mirabile: quia scilicet arbor hec non potest extra Mediam nasci: quia multi eam alibi transplantare voluerunt: sed (sicut dicit Solinus) beneficium terre Medie datum/resistente natura/alie terre vel patrie mutuare nequiuerũt. De ista etiam loquitur Plinius libro.xij.cap̄.iij. qui ſm omnia premissa/dicit similiter ꝙ hec arbor alibi q̃ in Media vel Perside generari neq̇t. Istud etiã pomũ/malũ assyriũ vocat: qđ ad anhelitũ ꝯferre predicat. Per Mediam intelligo ecclesiam/que dicitur Media/quia medium iustitie et temperãtie semper tenet: vel saltem tenere debet. Ezec.v. Ista est Hierusalem: in medio gentium posui eam. Arbor ista significat quemlibet virum iustum: qui scilꝫ per penitentiam est spinosus/et per bona opera fructuosus/intantum ꝙ vno fructu/hoc est bono vno opere emisso ⁊ facto/statim aliud per bonum p̄positum nascitur/et tandem per consensum et cõplemẽtum parturitur. Ista enim sunt poma.i.bona opera que per difficultatem sunt amara: veruntamen contra venena peccati sunt congrua et sana. Igitur in illa terra nulla est patria/nulla secta (preter Mediam.i. ecclesiam) q̄ tales arbores: scilicet viros iustos valeat cõtinere: quia istud beneficiũ sibi soli concessum/non possunt aliqui alterius secte mutuare. Vel dic ꝙ Media est religio: ⁊ expone per omnia sicut supra. Vel dic ꝙ tales arbores significant quosdam qui in aliena patria non proficiunt: sed solum in patrio solo sistere volũt/et vbertatem fructuum ⁊ bonorum suorum/hoc est/scientiarum ⁊ virtu- 1

tum alijs communicare nolunt. Prouer. v. Habeto eas solus: et non sint alieni participes tui. Uel dic ꝙ ista terra est beata virgo: que arborem Christum sola portare digna fuit: quod vtiq; natura naturans deus/ nulli alteri communicauit: que in bonis operibus ita fuit fertilis ꝙ nunq̄ destitit aut cessauit: odorq; istorum fructuum. i. operū suorū mirabiliter se diffudit: et q̄q̄ essent amara et difficilia/ et veneno hoc est peccato contraria/ gustus tamen sue deuotionis se in ipsis plurimum delectauit.

2 ¶ Caspie porte sunt in Media: que nihil aliud sunt q̄ quidam transitus manu factus ex transuerso montis Tauri: qui per rupes scissas per octo millia passuum ꝓtenditur: et ita strictus est/ ꝙ vix vni plaustro permeabilis inuenitur. Transitus ergo per istas portas in hyeme est difficilis: sed in estate est impossibilis. nam per vigintiocto millia passuum circunquaq; nec fons nec puteus reperitur. Tunc etiam tota illa via infinitis serpentibus lacessitur. Ab illis etiam rupibus exūdant humores affluentissimi: qui statim vt exiuerint/ in salem congelantur: et sic tot malis concurrētibus/ iter preterq̄ in hyeme denegatur: vt ponit Solinus. Per istas portas possum intelligere mundum: vel etiam mundi status: qui scilicet porte dicuntur/ quia per eos vite istius spatium necessario pertransitur. Ueruntamen multa pericula spiritualia sunt in isto transitu: et hoc plus in estate prosperitatis q̄ in hyeme aduersitatis et paupertatis. In ista enim prosperitatis estate tria precipua pericula vigent/ scz puteorū et fontium. i. bonorum spiritualium/ gratiarum scilicet et scientiarum carentia: propter quam surgit sitis. i. ambitio et auaritia: serpentum. i. demonum et malorum hominū abundantia: et aque salse. i. bonorum temporalium opulentia: que in sal conuertuntur/ inquantum ex eis nascuntur sitibunda desideria. Ista enim terra in portis et in transitu vite huius dum durat estas prosperitatis/ securum iter impediunt: que tamen ī hyeme aduersitatis cessant penitus et deficiūt. Tunc enim fontes bonorum spiritualium plus abundant: serpentes. i. demones minus tentant/ et mali homines et inuidi minus grauant: et sales bonorum temporalium minus obstant. Igitur plus valet ad transitū huius vite hyems q̄ estas: et plus aduersitas q̄ prosperitas: quia sicut Gregorius ait: Cum omnis fortuna timenda sit: magis tamen prospera q̄ aduersa.

3 ¶ Prope Persidem et Mediam est Seleucia prouincia quedam: vbi est quidā mons altissimus dictus Casius: de cuius vertice sol ante diem videtur/ hoc est quarta vigilia noctis: ita vt radijs dissipantibus caliginem/ illic nox/ hic dies cernatur: sicut dicit Solinus. Talis īquit ex Casio specula est/ vt lucem prius videas/ q̄ auspicetur dies. Ista eadem dicit Albertus de Caucaso monte: ꝭm Catholicon: vbi nox nunq̄ durat nisi per quatuor horas. Vide ibi. Talis mons videtur fuisse synagoga Judeorū et scriptura veteris testamenti: quia pro certo anteq̄ sol iustitie oriretur/ per fidē ibi videbatur et cognoscebatur: et durante nocte et caligine diuersorum errorum/ vel nocte. i. obscuritate et velamine legis antique/ anteq̄ scilz adueniret dies gratie/ et claritas vere fidei/ sol iste dei filius inde per sanctos patres videbatur/ et vēturus predicabatur. Unde ipse sol christus Joā. viij. de seipso dicit. Abraā exultauit vt videret diē meū: vidit/ et gauisus est. Et Esa. ix. Populus qui ambulabat in tenebris/ vidit lucem magnā: habitantibus in regione vmbre mortis/ lux orta est eis. Uel dic ꝙ iste mons est cōtemplatio vel scriptura: a qua pro certo in nocte ꝑsentis vite dies future claritatis cernitur: et in qua sol. i. eterne claritatis gloria per consideratione videtur/ anteq̄ realiter habeatur. Esa. xxxiij. Oculi tui videbunt hierusalē/ regionem opulentam/ tabernaculū fiducie &c. Forte mons iste est de quo loquitur quasi simile Pomponius. vide in eodē lib. c. lxviij. in fine.

4 ¶ In Perside sunt multa genera preciosorū lapidum/ scz achates/ pyrites/ solis gēma/ et alia multa: de quibus in libro de lapidibus iam dixi. Quatuor tamen dicit ibi Solinus esse lapides/ de quibus in tractatu lapidū non feci mentionē: videlicet: sagadam glossopetrā: calchophthongū: syderitē. Est ergo sagada iocundissime virens: que quadā ingenita spiritus efficacia/ sup meātes naues petit/ et ita eis tenaciter se adcorporat/ ꝙ nisi pars ligni abradatur/ egre separet. Ista autem apud Chaldeos in maximo honore habetur. Ista possent dici et exponi sicut de echeneide pisce: qui supermeātibus nauibus ita adheret/ vt ipsas retineat et arrestet. vide supra lib. ix. c. xxxiij. §. j. De isto etiam lapide dicit Solinus ꝙ non est facilis ad reperiendū/ nisi ipse se capessendū dederit. Per istum lapidē possum intelligere diuinā gratiam: que ꝭm veritatē a nullo potest reperiri et acquiri/ nisi ipsamet se dederit inueniri. Sicut enim dicitur ad Ro. xj. Si enim gratia/ iam non ex operibus: alioquin gratia iā non est gratia. Ueruntamen quādoq; fit ꝙ nauibus. i. peccatoribus per mare seculi nauigantibus se incorporat/ et se eis voluntarie adiūgit et donat: et tunc ipsos taliter stabilit et roborat/ ꝙ motum suorum vanoꝝ desideriorū arrestat/ et eos a cursu vitioꝝ impedit et retardat. Sic se videtur dedisse paulo: qui in ipso motu suorum malorū operum fuit conuersus/ in bono stabilitus/ et a cursu malorū operum arrestatus. ideo ipse dicit. j. ad Corint. xv. Gratia dei sum id quod sum. Uel sagada significat mundi diuitias: que nō se dant capessendas cuicūq;/ sed cui fortuna concessit. Fit eni quandoq; ꝙ nauibus. i. hominibus per mundum nauigantibus iste lapis. i. diuitiarū preciositas se adiūgit: sed pro certo sic ipsos et ipsorum mentes per malam complacentiā rapit/ ꝙ a profectu virtutū ipsos impedit: ita vt a virtuoso ꝓgressu totaliter cessent et desistāt. Ad Gal. v. Currebatis bene: quis vos impediuit? Uel dic idem de mala muliere/ vel de alia re quacūq; voluntatē immoderate et indebite delectāte.

5 ¶ Glossopetra est lapis persicus ad humane lingue similitudinē: qui lunis deficientibus de celo cadit ꝭm Solinū. qui ꝭm magos/ lunares motus dicitur excitare: vt dicit idem. Talis est spiritus sanctus: qui christo (qui est luna perfecta in eternū) deficiente/ et de mundo recedente quantū ad suam presentiā corporalem/ de celo cecidit atq; venit: et ad similitudinē lingue fuit/ inquantū apostolos loqui linguis varijs īformauit. lunares etiam motus fuit visus excitare/ inquātū ipsos aplos fecit velut lunaticos cum excessiuo feruore spūs predicare: quia sicut canitur/ illi qui eos audiebāt/ ipsos ebrios reputabāt: sicut dicitur Actuū. ij. et ideo canitur: Musto madere deputāt/ quos spūs repleuerat.

6 ¶ Calchophthōgus est lapis persicus: qui resonat velut era pulsata: qui si a casto homine portetur/ seruat vocis claritatem: vt dicit Sol. Talis est diuina gratia: que scz in predicante resonat/ inquantū ipsa mediante predicator melius verba format. Si enim caste et munde seruetur/ vox sue predicationis dulcior/ clarior et placētior inuenitur. Uel dic ꝙ iste lapis est beata virgo: que si per deuotionē portata fuerit/ vocem predicationis/ orationis et gratiarum actionis nostre gratam/ claram/ et deo et hominibus acceptabilem conseruabit. Canti. ij. Uox enim tua dulcis/ et facies tua decora &c.

7 ¶ Syderites lapis est persicus: qui nihil differt a cōtēplatione ferri. vnde maleficus est iste lapis: quia vbicūq; inferatur/ discordias excitat ꝭm Sol. Sic vere faciūt detractores/ falsi relatores et inuidi/ et adulatores: quia. s. isti vt cōiter sunt ferrei. i. frigidi et indeuoti/ duri et obstinati: et vbicūq; fuerint/ solent ꝑ sua mala verba discordiā facere/ pacē turbare/ et illoꝝ cū quibus loquūtur/ animos ad iracundiā excitare. ideo bene dicitur Ecci. xxviij. Susurro et bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes.

Capitulum. xxxviij. De Mesia.

MEsia est quedam Europe prouincia Pannonie contermina vel vicina: que intantū fertilis est/ ꝙ ab antiquis horreum cereris est vocata. Dicit ergo Solinus ꝙ in quadam parte istius regiōis nascitur quedam herba quā si oleum infectū fuerit vel immixtū: et ipso oleo incendiū fuerit excitatum/ nulla aqua poterit extingui/ sed potius augmentari. Solo enim iactu pulueris extinguitur/ alias inextinguibiliter cremat. Sic vere dico ꝙ in fertili Me-

sia.i.in statu diuitum/ qui abũdant/ inuenitur herba tẽporalium diuitiarum/ ⁊ oleum corporalium deliciarum: ex quibus simul iunctis ignis luxurie et auaritie gignitur: qui nullo artificio superatur. Si eñ isti igni aquã.i. satisfactionem adhibueris/ ipsum procul dubio non extingues: sed potius augmentabis. Patet: quia si auaro addas aquam fluxibilem bonorum temporalium/ luxurioso aquam delectabilium: eorum concupiscentia magis ardet: et amplius estuat atqꝫ feruet. Sapientie.xvj. Ignis in aqua supra virtutẽ valebat: et aqua extinguẽtis nature obliuiscebatur. Unicum est ergo remedium: scilicet puluerem nostre future resolutionis adhibere/ ⁊ in morte et puluereitate nostra cogitare: et talem puluerem.i.talem mortis memoriam isti igni apponere: et sic contra ipsum poterimus preualere. Sola eñ mortis et inferni consideratio est cõcupiscentie destructio. Bene ergo consulit Mich.j. In domo pulueris puluere vos conspergite. Uel dic ꝙ herba ista est sacra scriptura: cui si oleum diuine gratie adiungitur/ charitatis incendiũ generatur: quod nõ faciliter extinguitur/ nisi forte quando puluis terrenorũ bonorũ ꝑ auaritiã adhibetur. Diuitie enim quando plus debito diliguntur/ ignem charitatis et gratie extinguere dinoscuntur.

Capitulũ.xxxix. De Noerigia seu Norwegia.

Noerigia est regio frigidissima in aquilone/ carẽs frumẽto/ vino ⁊ oleo: vbi diuersa sunt aĩalia crudelia vt castores/ fibri ⁊ vrsi: vbi fructuũ et segetũ rarissima est annona propter frigus: et est ibi quidã fons vel lacus/ vbi omne coriũ immersum in lapidẽ induraꝝ. Hec regio est infernꝰ: qui in aquilone/ parte a sole remotissima.i.longe a lumĩe gratie et veritatis/ ⁊ a calore charitatis vel prosperitatis sita/ timoris ⁊ desperationis frigore ꝯgelatur. Ibi sunt bestie: hoc est/ crudelissimi demones: qui pctõres miseros deuorabũt: qui propter seuitiam ⁊ crudelitatẽ vrsis ⁊ castoribus cõparãtur. Castor enĩ licet carnẽ momorderit/ nunqꝫ tamen dentes laxat/ quousqꝫ ossa confringantur. Sic demones non tm̃ carnẽ/ sed etiã animã que subtus latet/ dissipant ⁊ confringũt. Ibi non est reperire oleum mie vel pietatis/ vinũ letitie vel iocũditatis/ nec frumẽtũ abũdantie vel satietatis. Ibi est fons scꝫ abyssi frigidissimus: vbi corium/ hoc est/ mollis ⁊ carnalis peccator ĩmersus/ in lapideã obstinationis ⁊ desperationis duritiam cõmutatur. In similitudinẽ lapidis durãtur aque. Job.xxxviij. Uel dic ꝙ noerigia est mundus ⁊c. vt.s̃.

Capitulum.xl. De regione Ophir.

Ophir s̃m glos.iij.Regũ.ix.est regio in India: vbi sunt montes aurei et multi lapides p̃ciosi/ et diuitiarũ omniũ plenitudo. Sed tanta est ibi leonũ/ pardorũ et tigridũ immanitas/ ꝙ eo accedere nullus audet: hoĩes tamen in mari existentes/ sibi contiguã terrã aureã a bestiarũ vnguibus effossam in suis nauibus recipiũt/ ⁊ cũ bestie veniunt/ mare intrant/ ⁊ euadunt: ⁊ sic exinde aurũ ad suas prouincias deferunt et deducũt. Ad prouinciã autẽ istã per longos maris rubri circuitus peruenitur/ ⁊ per insulã Asiongaber pertrãsitur. Sic vere in mundo sunt multe diuitie/ aurũ videlicet ⁊ lapides preciosi: sed quia leones et tigrides/ hoc est/ diuites/ raptores/ auari ⁊ superbi eas habent in custodia: ideo humanis vsibus nullatenus deputãtur: nisi forte fortuna ab eis auferantur. Uel dic ꝙ ista regio est paradisus: vbi est bonorũ omniũ plenitudo: ad quẽ nullus potest accedere/ nisi per maris rubri.i.per penitentie ⁊ passionis amare/ ⁊ rubei sanguinis iesu christi circuitũ ⁊ aspectũ. Uel ista regio est ecclesia: vbi sunt mõtes aurei sacre scripture: a quibus leones.i. doctores et expositores cũ vnguibus sui intellectus arenas aureas diuersarum expositionũ/ predicationũ ⁊ eruditionũ humanis vsibus aptauerũt: ⁊ sic mercatores.i. predicatores in mari penitẽtie existẽtes/ ad regiones diuersas/ hoc est parochias et ecclesias docẽdo et predicãdo ipsas montiũ effossiones.i.sanctorũ sciẽtias ⁊ doctrinas traijciunt et transportãt. Qui tñ vult de ophir.i.de ecclesia vsqꝫ ad hierusalẽ ⁊ terrã ꝓmissionis paradisi venire/ necesse est ipsum per mare rubrum passiõis christi memorie ⁊ amare penitẽtie circuire. Figura.iij.Reg.ix. et.j.Paraꝉ.x. vbi dicitur ꝙ Salomon rex hierusalẽ mittebat mercatores ⁊ nautas suos ꝑ mare vsqꝫ ĩ ophir vna cũ nautis ⁊ nauibꝰ regis Tyri: et exinde aurũ sibi deferebãt ⁊ lapides p̃ciosos/ pauos et simias/ et dentes eburneos/ ⁊ lignũ hebenũ. Sic vere rex illius que sursum est hierꝉ/ Salomon pacificꝰ Jesus xp̃s/ ꝑ mare pnĩe mittit nautas suos p̃dicatores: vt de ophir (que interp̃taꝝ ĩfernus).i.de ecclesia militãte/ q̃ multis tẽtationibus et tribulationibꝰ infirmaꝝ/ vsqꝫ in hierusalẽ triũphantẽ pauos.i.nobiles ⁊ curiosos/ simias.i.diuites ⁊ pctõres pilis diuitiarũ indutos ei deferãt ⁊ deducãt (inquãtũ isti ꝑ p̃dicationẽ cõuertuntur: et sic ad celeste palatiũ trãsferanꝝ) et vt etiã aurũ sapiẽtie/ ebur continẽtie/ lignũ hebenũ.i. memoria crucis et penitẽtie/ ⁊ lapides preciosi diuersarũ ꝟtutũ ꝑ mercatores ⁊ nautas hmõi.i.ꝑ sctõs vel predicatores/ vel etiã per angelos regi xp̃o superius in celesti hierusalẽ p̃sententur: que oĩa ab ipsis in mõtibus aureis sacre scripture in ophir hauriuntur. Isti tñ vadunt cũ nautis regis Tyri/ qui erat paganus: qꝛ pro certo cũ bonis p̃dicatoribus sunt/ vadũt/ et eis cooperãtur ph̃i et scie paganorũ. Uel dic ꝙ isti pagani sunt hyppocrite et mali: qui cõmixti sunt bonis/ et sunt serui diaboli regis Tyri/ q̃ interpretaꝝ timor vel angustia: ⁊ sigt infernũ: vbi angustia erit cũ ꝑpetuo timore ⁊c̃. vide infra.iij.Re.ix.

Capitulum.xlj. De Paradiso

Paradisus est quidã locus et quedã regio oriẽtis/ longo maris ⁊ montiũ interiectu a nostro habitabili separatus. Unde (sicut potest colligi ex dictis Basilij et Ambrosij in suis hexame. et Isido.lib.xv. et magistri historiarũ super Geñ.ij. et Damasceni et aliorum doctorum: iste est locus ceteris altior: quia attingit vsqꝫ prope globum lunarem: vt aiũt. Ceteris insuper clarior: qꝛ eo nubes non ascẽdũt. Ceteris itẽ pulchrior: qꝛ ibi arbores flores et folia nõ deponũt. Ceteris ditior: qꝛ ibi omniũ generũ arbores sunt. Ceteris tẽperatior: qꝛ ibi fontes ⁊ fluia semper fluunt. Ceteris tutior: qꝛ ibi hoĩes semper viuũt (vt patet de Enoch et Helia) et qꝛ muri ignei ipsum locũ circũeunt: et ip̃m etiã angeli custodiũt ⁊ defendũt. Ceteris fecũdior: quia ibi omniũ generũ fructus semꝑ adsunt: et maxime illi qui de ligno vite colligũtur/ qui viuere semper faciunt: et qui in ligno scientie crescũt: de q̇bus q̇ comederint/ cũcta sciũt. Pro certo talis paradisus videtur esse homo iustus. is enĩ ceteris est altior per contẽplationẽ/ clarior per discretionẽ/ pulchrior per conuersationẽ/ ditior per virtutũ cumulationẽ/ tẽperatior per prudentie moderationẽ/ tutior per vite gratie durationẽ/ per ignis charitatis accẽsionẽ/ et ꝑ angelicã tutelã ⁊ protectionẽ: fecũdior ꝑ bonorũ operũ documentorũ et exẽplorũ ꝓductionẽ. Iste enĩ paradisus/ hoc est/ viri iusti mẽs/ vsqꝫ ad orbẽ lune.i. vsqꝫ ad celũ per affectionẽ eleuaꝝ. In isto nõ ascendũt nebule carnaliũ desideriorũ: ꝓpter quod nulla obscuritate ignorantie obtenebraꝝ. In isto semper virent flores exemplorũ et folia honestorũ verborũ: ꝓpter quod ibi pulcherrime cõuersatur. In isto sunt fontes deuotionis/ cõpassionis et cõpunctionis: propter quod ab omni estu concupiscẽtie moderatur. In isto est conscientie puritas: murus igneus.i. charitas: Angelica custodia et societas: propter quod vita sue gratie in esse continuatur/ et a nulla hostis violentia impetitur: sed tutissime defensatur. In isto sunt fructus virtutũ et meritorũ: quibus fecunditas spiritualis augetur: ita ꝙ ibi est fructus scientie/ quo alij per ipsum docẽtur: et fructus vite/ hoc est/ eleemosyna: qua alij per ipsum a morte et fame liberanꝝ. Iste est ergo paradisus voluptatis: de quo dicitur Geñ.ij. Talis potissime paradisus fuit beata virgo: in qua dei filius voluit spatiari: et ibidem personaliter cõmorari. ideo Geñ.ij. dicitur: Plantauerat dñs paradisum voluptatis a principio: in quo posuit hominem quẽ formauerat. Uel dic per oĩa de ecclesia: vbi est claritas et veritas fidei: et vbi errorũ nebule nõ attingunt: et vbi etiã sunt arbores scientie.i. doctores: arbores vite.i.

sancti viri/exẽpla vite dantes/vel eleemosynis alios nu
triẽtes ⁊c̃.per oĩa sicut supra. vnde Eze.xxxj. Oĩa ligna
voluptatis erant in paradiso dei.Uel dic ꝙ talis paradi
sus terrestris significare potest paradisum celestẽ: vbi al
titudo honoris/pulchritudo decoris/claritas splẽdoris/
fecunditas valoris/tutela securitatis/ fructus volupta-
2 tis ⁊c̃. ¶ Paradisus celestis habet multas ꝓprietates:
que possunt hic ad ecclesiã applicari. In paradiso enim
quilibet est cõtẽtus gloria sibi data: ita vt alter alteri nõ
inuideat: nec officiũ suũ occupet aut turbet. Item est ibi
charitas inestimabilis/tranquillitas impturbabilis/cla
ritas inoffuscabilis/ eternitas indefectibilis/ securitas
ĩmobilis/et similia. Sic dic ꝙ in ecclesia debet esse cõtẽ
tatio sufficiẽtie: qꝛ quilibet debet esse contẽtus gl̃ia/gra-
du et statu suo. Itẽ charitas amicitie/claritas sapiẽtie/
incorruptio perseuerãtie/trãquillitas pacis et cõcordie:
3 securitas spei et fiducie/ ⁊c. similia. ¶ Infernus est re-
gio in terre medio/ſm aliquos in centro inferius consti
tuta. vnde nota ꝙ ceteris locis terrenis iste est capacior
seu insatiabilior/periculosior/crudelior/obscurior/arden
tior/dolorosior ⁊c̃. Sic vere pctõr/⁊ maxime auarus/po
test dici infernus insatiabilis: quia auarus diuitijs non
satiatur. Prouerb.xxvij. Infernus et perditio nunq̃ re-
plentur ⁊c̃. Abac.ij. Ipse quasi mors/ et non adimplet.
de inferno loquitur. et Seneca: Cupiditates crescũt dũ
replẽtur. Itẽ in inferno est crudelitas: qꝛ demones quos
capit infernus/sunt crudelissimi. sic illi quos capit auari
tia. Chryso. Fugiamus auaritiã: qꝛ crudelissima. Si enĩ
propriã famã negligit/ multo fortius alienã. Itẽ est ibi
tenebrositas. Sic in istis est tenebrositas ignorantie. pa
tet: quia in tenebris ⁊ occultis abscõdunt pecuniã/ et fa
ciunt cõtractus suos. Patet etiã eorũ cecitas/eo ꝙ mu-
nera tẽporalia eternis ꝑponunt. Ceci enĩ sunt/ ⁊ duces
cecorũ. Mat.xv. Itẽ est ibi timor. Sic in auaro: q̃ semp
timet perdere diuitias suas. Sen̄. Quantũ accessimus
ad successum: tm̃ accessim⁹ ad metũ. Item est ibi fetor.
Sic auar⁹ seruat oĩa quousq; feteãt et putrescãt. Itẽ est
ibi ardor. Sic in istis estus auaritie et iracũdie. Adhuc
ignis in domo impij. Mich.vj. Itẽ est ibi dolor: qꝛ ſm
Hiero. Simulata letitia mẽs intrinsecus auara torque-
tur. Item ꝯparatur inferno ratione noĩs. Tartarus enĩ
dicitur/quia oĩa turbata sunt: quia conturbat domũ suã
qui sectatur auaritiã. Prouerb.xv. Itẽ dicitur infernus/
eo ꝙ infra sit. Sic auaritia est infra terrã querens metal
la. Itẽ quia est ibi ignis. Mar.ix. Ignis eorũ non extin-
guetur. Item quia oĩbus pena. Sic auari maximas pe-
nas sustinent pecuniã acquirendo/seruãdo ⁊ perdendo.
Exemplifica quõ ab oĩbus prepositis ⁊ balliuis contur
bantur: et nota quomodo laborant. Psal. Laborabit in
eternũ: et viuet adhuc in finem.

Capitulum.xlij. De Pygmea.

Pygmea ſm Pliniũ est prouincia in India/cu
ius gens est parua/vix bicubitalis/ equitãs su
per arietes/ et in quarto anno generant: in se-
ptimo autẽ senescũt: ⁊ in estate collecto exerci
tu militant contra grues: et earũ oua frangũt
ne si pulli perficerẽtur/contra eos multiplicarentur ho-
stes. Sic aĩa super arietẽ. i. super carnẽ militat contra
diabolũ vel contra pctã: et ideo oua gruũ. i. carnis et de
monũ mala desideria ⁊ cogitationes debet primo extir-
pare: et si habet quatuor annos. i. quatuor cardiales vir-
tutes/generabit per bona opera: et qñ vlterius habebit
alios tres annos. i. tres virtutes theologicas/seniũ per-
fectionis attinget. Uide in tractatu de animalibus. c. de
Pygmeis/vbi posui satis plene.

Capitulum.xliij. De Pictauia.

ad mirabilia

1 Pictauia Galliarũ prouincia est: que q̃uis vi-
deatur mirabilibus carere: ego tñ qui de ista
patria natus sum/ scio ipsam in multis mira-
bilibus nõ minus alijs abundare. Et ideo cũ
dicat apl's ꝙ inuisibilia ꝑ visibilia cognoscun
tur/nõ vidẽtur mihi illa mirabilia que de alijs narrãtur
esse ĩpossibilia: cũ in partib⁹ meis ĩueniã equalia vel ma-
2 iora. ¶ Igitur dico ꝙ in oceano Aq̃tanico cui pictauia
continuatur/sunt aues que lingua illa dicũtur crauãs: q̃
nõ sunt posite seu fote. nascuntur enĩ de lignis abietinis
in mari et fractura nauiũ putrefactis. Nam circa hm̃oĩ
ligna ex aque ⁊ ligni corruptione quedam pustule quasi
glaree generãtur: que paulatim in auicularũ similitudi-
nẽ conuertunt: que per rostra ad ligna pendẽtes/penit⁹
vita carent q̃diu sic adherẽt arbori. Successione autem
tẽporis tenaculũ cui adherebãt rũpitur/et in aquã cadẽ-
tes viuificãtur/ et paulatim sumptis alis aues perfecte
efficiũtur: que magne ⁊ translucentes/carnes lympidis-
simas habere noscuntur: sicut ego possum ꝓhibere testi-
moniũ/qui comedi. Iste ergo aues licet a ligno putrido
oriãtur/naturã tñ ipsius nullatenus imitantur. Ista pos
sum applicare ad genus humanũ. constat enĩ ꝙ nos oẽs
de ligno putrido. s. Adã originẽ ducimus/et eidẽ ꝑ car-
nis propagationẽ adherẽdo/ sine vita grẽ/ĩmo cũ morte
originalis criminis nati sumus. Sed q̃d: ꝓ certo qñ in
mare ⁊ in aquã baptismi mersi fuim⁹/diuina gratia nos
viuificauit/ alis virtutũ dotauit/ ⁊ nigredine humilita-
tis ⁊ trãslucẽtia honestatis nos vestiuit/ et finaliter nos
ad paradisum volare fecit. vnde de muliere quam draco
ꝑsequebatur/dicitur Apoc.xij. ꝙ date sunt ei ale/⁊ vola
uit. quia mulier. i. humanitas que a dracone diabolo fue
rat persecuta/ alis virtutũ assumptis per baptismũ/ ab
eius impetu est saluata. Uel dic ꝙ lignũ est crux: in quo
pro certo aues. i. hoĩes spũaliter sunt generati: ⁊ mediã-
te mari penitẽtie vel baptismi vita diuine gratie ⁊ tãdẽ
glorie sunt dotati. Uel dic ꝙ istud potest exponi de mul-
tis qui licet sint originaliter a ligno putrido. i. a vili et
rustica plebe oriundi/q̃nq; tamen accidit ꝙ ipsi cadũt in
mare mũdane prosperitatis: vbi acq̃runt plumas. i. diui
tias tẽporales/et tunc pro certo mutãtur in aues. i. in su-
perbos: volũtq; fieri nobiles ⁊ milites: et primã suã ori-
ginẽ obliuiscẽtes/sursum per superbiã eleuãtur: et vola-
re cũ alijs auibus. i. cũ alijs nobilibus ad festa gloriant.
Date sunt illi ale aquile due/⁊ volauit. Apo.xij. Uel dic
ꝙ ista auis est homo: qui q̃diu ligno. i. mundo cõiungit
per desideriũ/ sine vita et mortuus inuenitur: qñ autẽ in
mari penitẽtie rupto tenaculo mali amoris submergit/
tunc in auẽ. i. in virum perfectũ spũaliter trãsformatur.
Uel potest exponi de bonis filijs: qui maloꝝ et putrido
rũ patrũ non imitãtur naturã. vide supra lib.j.c. de frigi-
3 ditate: vbi inuenies multa. ¶ De istis autẽ vel alijs simi
libus auibus narrat Geruasi⁹ aliter. Dicit enĩ ꝙ in Bri
tãnia maiori (que est Anglia) in comitatu Cantie ad cõ-
finia abbatie de Farrehiã in littore maris sunt arbores
parue ad salicũ quantitatẽ: ex quibus nodi more germi
nũ pullulant: qui tandẽ in auiculas transformant: q̃ ꝑ ro
stra pendẽtes ad arbores/tandẽ viuificate facta aliqua-
li sui cõmotione/quasi principio cõsummato/in mare de
cidunt: vel ꝑ aera volãtes libere abeunt ⁊ recedũt. Sũt
autẽ (vt ait) ad quantitatẽ anserũ paruuloꝝ/ pennis va-
rijs ĩtermixte. De istis nescio an eedẽ sint cũ prioribus:
quia possibile est ꝙ in natura sint due species auiũ tali-
ter generate. Igitur dico ꝙ talis videtur fuisse xp̃s: qui
scz sine carnis corruptione in parua arbore. i. in btã vir-
gine fuit genit⁹: ibiq; spũ sancto viuificat⁹: ⁊ in mare hu-
ius mundi per natiuitatẽ cecidit: vnde tandẽ per ascen-
sionẽ ad paradisum volauit. p̃s. Ascẽdit sup cherubin/et
4 volauit. ¶ In pictauia omni anno veniunt quedã aues
nigre cũ rostris longis rubeis et acutis: que ab incolis
corgalerãs in lingua gallica nominãtur: que in altis tur-
ribus nidificãtes/ in paucis locis eligunt sibi edes. In
turribus enim de Mallesiaco/de Cosdreio ⁊ de Clara-
ualle solẽt aues hm̃oĩ habitare: anno quolibet circa hye
mem recedere: et pullificationis tp̃e reuenire. In istis q̃
admiranda est ꝓuidentia: qꝛ ante aduentũ suũ duos vel
quattuor de socijs suis mittũt: q̃ q̃si exploratores veniẽ-
tes/⁊ vtrũ loca vbi nidificarũt bñ stent cũ diligẽtia ꝯtẽ-
plãtes/tandẽ ad alias redeũt/⁊ post modicũ totũ gregẽ
secũ deducũt: q̃ in estate pullos faciũt: ⁊ adueniẽte hye-
me q̃ se ꝯferãt nescit. Pulli istaꝝ sunt pigues ⁊ boni: an-
tiqui ꝟo valde sunt sicci/insipidi atq; duri. Iste aues fo-
las comedũt carnes. Uñ vidi aliq̃s q̃ in domib⁹ diuitũ

nutriebanť: q̄ ī dieb⁹ veneris ⁊ sabbati comedere pisces nolebāt: sed aut penit⁹ ieiunabāt/ aut quodā nature sensu lūbricos terre sub terra sentiētes/ cū suis rostris acutis mirabiliter extrahebāt: ⁊ inde q̄usq; carnes dabanť/ vitā miserā sustentabāt. Talis auis videť fuisse xp̄s: q̄r. s. iste de occultis regionib⁹ paradisi ad mundū istū venit: ⁊ ante se suos exploratores ⁊ nūcios. s. ꝓphetas misit: ⁊ sic ad mundū istū veniēs/ fideles ꝑ grām ⁊ ꝑ ꝑdicationē in mūdo pullificauit. Nā carnes. i. carnales ꝑ ꝯpassionē comedit: ⁊ ipos lūbricos. i. ipos pctōres de terra. i. de amore terrenoꝝ cum rostro. i. cū ṽbo suo rubeo ⁊ charitatiuo acuto ⁊ seuero extraxit: et tandē in ascēsione ad locū vnde venerat/ remeauit: dicēs illud Joan. xvj. Exiui a prē et veni in mūdū: iteꝝ relinquo mundū/ ⁊ vado ad patrē. Uel dic ꝙ tales significāt religiosos/ ⁊ maxie illos q̄ habitus portāt nigros. Isti em̄ oī anno ad capitula sua cōueniunt: ⁊ ꝓ ꝑparandis necessarijs aliq̄s ante se mittūt: post ṽo ad loca sua redeūt. Isti ḡ in altis turrib⁹ nidificant. i. in celo ꝑ ꝯtēplationē. Isti etiam pullos gn̄ant/ iuuenes. s. inducēdo ad suam religionē. Isti insimul viuūt per ꝯcordiā ⁊ dilectionē. comedūt carnes. i. carnales per flebilē ꝯpassionē: ⁊ cū rostris. i. cū ṽbis suis rubeis ⁊ acutis ⁊ charitatiuis ⁊ seueris lūbricos. i. pctōres de terra. i. de amore terrenoꝝ extrahūt ꝑ predicationē. sicci sunt et macilenti ꝑ carnis macerationē: nisi forte dū sunt iuuenes: q̄r tunc magis participāt carnalē impinguationē. Uel dic ꝙ isti sunt magni demōes: q̄ cateruatim ad nos veniunt/ ⁊ carnes. i. carnales ꝑ tentationē comedunt: et lumbricos. i. auaros de terra. i. de mundo ꝑ mortē extrahunt: ⁊ eos ī inferno deuorāt ⁊ ꝯsumunt. Deutero. xxxij. Deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Uel dic ꝙ in religione sepe fit ꝙ nouitij ⁊ iuuenes sunt senib⁹ ꝑ deuotionem pinguiores: senes ṽo iuuenib⁹ ꝑ obstinationem duriores: ⁊ per indeuotionē sicciores. Aduerte autē de istis auib⁹ (sicut a fide dignis audiui) ꝙ cū in quadā turri vbi nidificare ꝯsueuerāt/ hoīes vt meliorē eis pararēt locum/ quasdam cledas de virgis factas ibidē ꝑ modū solarij posuissent/ contigit ꝙ vna istaꝝ auiū inter virgas pedē imittēs caperetur/ et capta iniūcta ab incolis necaretur. Qd vidētes alie/ ⁊ hoc ex insidijs factū esse credentes/ et sibi ad iniuriā imputātes/ locū dimiserūt: et ꝑ plures annos a suo aduētu solito cessauerūt. Istud ergo applicari potest ꝙ nos si fuerim⁹ prudētes aues/ mundum istū/ vbi nidificare solemus/ quē. s. plenū insidijs et piculis esse cognoscimus/ et vbi q̄z plurimos perijsse et decetos fuisse videm⁹/ debemus q̄ztū ad affectū dimittere: ⁊ ad aliū locū/ vtpote ad religionē vel ecclesiā corporaliter: et ad paradisum spūaliter nos trāsferre. ps. Trāsibo vsq; in locū tabernaculi admirabilis/ vsq; ad domū dei. Quod tn̄ est cōtra multos siles colūbis: que in loco vbi oēs ꝑdecessores suos vident pullos amisisse/ vel captos fuisse/ ꝓpter hoc nidificare nō cessant ⁊c̄. vide. s̄. li. vij. c. de colūba. 5 ¶ In pictauia in mari prope monasteriū scti michaelis in eremo/ inuenta est q̄nq; vna auis q̄ ab incolis lingua gallica diciť Pes in ano/ gallice/ pied en cul: et hoc ꝓpterea q̄r ista auis in parte posteriori sub cauda vnū pedē ad modū anseris habet: quo ī mari sicut remigio se gubernat. Ista ergo ꝑ terrā nunq̄z ambulat. Aut em̄ ꝑ mare natat: aut ꝑ aera sursum volat. Nō eni habet pedes ad ambulandū: sed pedē vnū quo ad natandū vtitur. Igitur cū in scriptura ꝑ pedē intelligať affectio/ per volatū contēplatio/ per mare pn̄ia vel religio/ ꝑ ambulationē vero que in terra fit/ intelligať terrenoꝝ negocioꝝ administratio: possum dicere ꝙ auis ista significat mihi bonū religiosum: q̄ vnico pede. i. vnico affectu/ hoc est/ sola affectione et desiderio eternoꝝ debet esse cōtentus: q̄ circa posteriora. i. circa considerationē mortis debet esse munit⁹. Isto em̄ mediāte debet ꝑ mare pn̄ie se dirigere/ ad terram aūt. i. ad terrena bona ⁊ negocia nunq̄z debet accedere/ nec se in eis ꝑ auaritiā vel per administrādi sollicitudinē iplicare: sed solūmodo debet aut per contēplationē sursum ascendere ad celestia/ aut ꝑ regularē obseruantiā in mari pn̄ie transnatare. ideo tali videtur loqui dn̄s Mat. xviij. Bonū est tibi ad vitā ingredi debilem ⁊ claudū: q̄z duos pedes habētem mitti in ignem eternū.

6 ¶ In pictauia et etiā in multis partibus Galliarū aliqua sunt flumina in q̄bus dicitur e celo cadere māna. i. cōgregatio vermiculoꝝ alatoꝝ: qui sursum in aere/ quātum tenet spatiū fluminis ⁊ circa per vnū cubitum/ generātur: ⁊ certo anni tēpore dū sol est in virgine/ de aere cadentes ⁊ pluētes/ ipsis piscibus cibus efficiunť: verū dū cadunt/ viui sunt: sed postq̄z ceciderūt/ exanimātur ⁊ moriuntur. Unū tn̄ audiui mirabile ꝙ vbi papiliones isti cadunt/ si vnū in manu tua receperis/ et diligēter attenderis/ ipm̄ statim in tres vel quatuor multiplicari videbis: et primo parente in partes diuiso/ de qualibet particula vermē alatum reperies: quē/ postq̄z aliquantulū volauerit/ ad terrā cadere mortuū cito cernes. Aliqui ṽo dicūt ꝙ isti vermes quasi de profundo fluīs ebulliēdo nascuntur. Videť tn̄ magis verisiľe ꝙ superius sicut et alie multe impressiones in aere generētur. Pisces igitur fluminis istū cibū celitus sibi missum auide recipiūt: et in illo tp̄e pingues ⁊ sapidi valde fiūt. Piscatores etiā illos qui cadūt in littore/ congregāt/ ⁊ de ipsis hamos suos inescāt. Fluuius autē talis est māna in Pictauia. Sequana in Francia et Cāpania: Ligeris in Turonia: Ueronis in Tolosana prouincia. Talis vermiculus ꝓcul dubio fuit xp̄s: q̄ dicit in Psal. Ego sum vermis/ et nō homo. Nā iste sursum in sinu pr̄is genitus/ et in aere. i. in btā virgine de rore sancti spūs carne sumpta/ descendēs ad mūdi fluuiū/ homo factus/ ipsis pisciculis. i. pctōribus factus est in sacramēto altaris nutrimētū et cibus: dicēs Joā. vj. Ego sum panis viuus: q̄ de celo descēdi. Et iteꝝ. Caro mea vere est cibus. Iste em̄ tūc ad nos descendit/ q̄n sol dei fili⁹ signū ṽginis. i. sinū virgineū ꝑambulauit. Et illud ꝓcul dubio magis est mirabile: q̄r q̄zuis iste ṽmis sc; xp̄s in altari in plures ꝑticulas diuidať/ in qualibet tn̄ viuēs vermiculus. i. ipse xp̄s totus inueniť: qui diuisionis detrimēta nō sentiēs/ totus et integer in qualibet particula reperiť: sicut de cereo paschali canitur: ꝙ licet sit diuisus in partes/ mutuati tn̄ luminis detrimēta non nouit. Iste ergo postq̄z aliquādiu in mūdo circuiuit ⁊ volauit/ quo ad humanitatē mortuus fuit/ et pisces. i. fideles donis et ṽtutibus īpinguauit: quē vtiq; debemus in altari auide ⁊ deuote recipere: et etiā piscatores. i. ꝑdicatores debent hamos verboꝝ suoꝝ ad alliciendū pisciculos pctōres/ cibo isto spūaliter inescare. ps. Tu das escā illoꝝ ī tp̄e opportuno.

¶ Unū mirabile est in Pictauia: 7 quod q̄r videť incredibile/ nullaten⁹ recitarē/ nisi vulgatū et expertū a fide dignis audirē. Est em̄ prope castrū quod diciť Mirabellū/ oppidū paruulū/ q̄d lingua gallica Puytalle/ latine vero scissuspodius nuncupať: cuius dn̄s cū progenie sua sup serpētes dicitur mirabile dominiū habuisse. Unde fit ꝙ si dn̄s dicti loci ad locū quantūcūq; serpētibus plenū accesserit/ et alte clamando ꝙ de loco recedant/ ex parte dn̄i de podioscisso ꝑceperit/ nullus vnq̄z ibi amplius serpentē videbit: quinimo tunc recedētes inueniuntur: et facto edicto ibidē amplius non moranť. Istud procul dubio nō crederē/ nisi a cūctis vulgatū et creditū esse scirē: et nisi etiā in scripturis siľia reperirē: sed q̄r Soľ. et Plinius de Marsis ⁊ psillis maiora recitant: ideo ad ista credendū me necessario inclinant. Ista possunt applicari de exorcismis ecclesiasticis quia si sacerdos exorcismos sacramētales fecerit/ et serpentibus. i. demonibus ꝙ recedant ab homine precepe rit/ ipsi pro certo statim fugiēt: et verba execrationis vel cōiurationis ecclesiastice sustinere non valentes/ hominem si se eis per peccatū nō subiecerit/ in pace et quiete dimittent. Quilibet enim sacerdos virtute clauiū habet coercendi demones ꝑtātē: iuxta illud Lu. x. Ecce dedi vobis potestatē super serpentes et scorpiones/ et super omnē virtutē inimici. Unde audiui narrari ꝙ diabolus qui quandā monialē in specie viri cognoscebat/ et eam de monasterio clausis ianuis extrahebat/ postq̄z de parentum voluntate consecrata fuit/ ipsam tangere non valebat: et tamen eidem a longe apparebat/ et apostatare inducebat. Cognito ergo ꝙ diabolus esset/ penituit/ et virtutem consecrationis agnouit. ¶ In illa parte picta 8

uia que dicitur santonia/ inuente sunt aliquando Nereides: que sunt pisces formā humanā habentes. Unde audiui ꝙ in oceano iuxta territoriū quod dicitur Aruntū/ tales pisces inueniunt: q̄ capti pro miraculo reseruātur. De quo etiā videtur recordari Plini⁹ dicens li. ix. Nec pauciores iquit in santonū littore. Sequitur: Nereides vero multas. Et ibidē dicitur ꝙ sub diuo Augusto plures in littore apparuere Nereides exanimes. Igitur potest dici ꝙ iste Nereides formā mulierū habentes/ ratione tamen humana carentes/ significant malas mulieres: que solum formā humanā et non rationē videntur habere/ inquantū nunq̄ volunt actus rationis facere/ sed in aquis deliciarū cum piscibus .i. carnalibus residere. Item sicut a fide dignis audiui/ in santonia prope Subisiam est cemiteriū sancti Amani: cuius satis est mirabilis cōditio: qz scz si quis de illa parochia moritur: cum sepulchrū eius effoditur/ nunq̄ mausoleū reperitur: verūtamen si aliquis extraneus sit sepeliendus/ statim ꝙ in cemiterio cauare inceperis/ a casu mausoleū preparatum inuenies. Atq̄ ita cemiteriū illud extraneis sepulchra preparat/ que tamen a ciuibus suis abscondit ⁊ occultat. Ista possunt applicari ꝙ magis debemus fauere extraneis q̄ propinquis: quia pro certo ceteris paribus/ magis debemus peregrinis et extraneis beneficia impendere q̄ ciuibus atq̄ notis: et hoc quia ciues meli⁹ possunt sibi necessaria prouidere: extranei vero magis noscūtur q̄ alij indigere. ideo bene precipitur Deutero. x. Uos ergo amate ꝑegrinos. Uel dic ꝙ isti cemiterio sunt similes multi: qui extraneos stipendiant et honorant/ ipsosq̄ secum habere gloriātur et amant: ciues vero notos et familiares contemnūt/ et dare eis seruitia vel officia nunq̄ volunt. familiaritates eñ conteptū parit: et illa que de nouo veniunt animus magis diligit: diuturna vero etsi pluris valeant/ vilipendit. Cuius tamē contrariū docet sapiens. Eccl. ix. Non derelinquas amicū antiquū. nouus enim non erit similis illi.

Capitulum. xliiij. De prouincia.

Prouincia est pars galliarū superior/ ꝓpe Italiā: que antiquitus gallia Narbonensis est dicta. Ista ergo vsq̄ ad introitū Italie protēditur/ et versus Lugdunensem Galliā taliter dilatatur/ ꝙ etiam ciuitas Uienneñ. in Narbonensi prouincia computatur: vt Plinius lib. ij. de naturali historia. c. iiij. dicit. Est ergo Gallia Narbonensis illa portio galliarū que nunc dicitur Prouincia/ cū suis adiacētibus: in qua procul dubio sunt multa mirabilia a natura creata: que ad mores redacta/ sunt ad salutem animarū vtilia atq̄ sana. Igitur ꝭm Geruasiū in Prouincia in ciuitate Arelateñ. fuit antiquitus ante christi aduentū valde nefandus ritus: quia omni anno tres iuuenes de cōmuni emebantur et pascebantur/ et in fine anni kalendis decēbribus immolabantur: ⁊ sanguis super populum aspergebatur: et sic pro salute populi sanguis innoxius fundebatur super arā que inter duas columnas altissimas erat posita in suburbio vrbis/ loco qui antiquitus rocheta dicebatur. Trophinus aūt christi discipulus regem et populū conuertit: et hunc ritum detestabilē amouit: et sanguinē fundendū pro populo/ christi sanguinē intelligendū monstrauit. De isto autem ritu videtur Plinius recordari. li. vij. c. ij. vbi ait. Nuperrime trans Alpes hominē immolari/ gentiū earum more solitū. Charissimi q̄uis iste esset horror et error paganorum/ potuit tamen esse figura diuinorū sacramentoꝝ. Per istos enim tres iuuenes intelligo christū: qui tres iuuenes .i. triplex iuuenis potest dici: cum triplicis sit nature/ inquantū continet animā/ corpus/ et diuinitatē. Hic ergo pro salute populi fuit immolatus/ et aspersione sui sanguinis populus a criminib⁹ expiatus: quia sicut dicitur ad Heb. ix. Omnia pene ī sanguine mundātur: et sine sanguine non fit remissio peccatorū. ¶ Item Geruasius dicit ꝙ in prouincia Aqueñ. castro quod dicitur Baldimentum/ est rupes rubea instar corallij rubei: cuius fragmenta si fuerint accensa/ diuturnum lumen prebent: et quādiu materia durauerit/ semper lucēt: et ponit hic de Asbesto lapide: qui semel accensus semper ardet: de quodā etiam candelabro in templo veneris quod semper ardebat. Sed de hoc vide cap̄. de Asbesto. Adhuc ait Geruasius ꝙ hic sunt quidam cerei quos refert antiquitas a beata virgine cum domio presentatos in templo: qui continuo ardentes nunq̄ consumuntur. De candela etiam beate Marie Atrebateñ. dicitur ꝙ q̄uis sepissime accendatur/ nullatenus minoratur. Legi etiam in chronicis ꝙ tempore Henrici secundi imperatoris Rome fuit inuentum corpus Pallātis gigantis integrum: quod plus q̄ mille annis sub terra fuerat/ nec propterea corruptum: imo contra muros vrbis erectum ad murorum cacumina attingebat. In latere autē vulnus habebat ad latitudinem quattuor pedum/ et habebat epitaphium inscriptū. Hic iacet Pallas filius Euādri: quē lancea Turni militis interfecit. Fuit autē Euāder de primis Rome fundatoribus. In capite ergo sepulchri inuenta est lucerna/ que nulla aqua/ nec vento aut liquore aliquo extingui poterat. Phus autem quidā suum ingeniū probare volens/ lapidem de subtus perforauit/ et statim subintrante aere lumen extinxit. Per talia lumina charissimi possunt intelligi viri iusti: qui exēplis et doctrinis illuminant totū mundū. Mat. v. Uos estis lux mundi. quia pro certo sancti qui in igne charitatis fuerunt accensi/ lumen et lucerna totius mundi fuerunt: qui in templo dñi reluxerunt/ et ad caput gigantis mortui christi (qui duplicis substantie gigas dicitur) per sue mortis memoriā iacuerūt: sicut de apostolis et ṗmis ecclesie fundatoribus potest dici: quos nec aqua carnalitatis/ nec flatus fauoris seculi/ vel motus cuiuscūq̄ aduersitatis potuit extinguere: quin semper studerēt ad dirigendū populū in viam salutis/ lumen veritatis et fidei ꝓstare. Prouer. xxxj. Non extinguetur in nocte lucerna eius. Uel si vis/ dic ꝙ q̄uis aliqs sit lucerna inextinguibilis/ et in bono continue ꝑseuerans/ et contra impetus et flatus tribulationū et tentationū/ necnon cōtra liquores carnaliū delectationū lumen fidei et gratie/ lumēq̄ doctrine et sapientie/ lumen etiam bonorū operū ⁊ exemplaris apparentie semper seruans: cōtingit tamen ꝙ vbi aer inanis glorie et ꝓsumptionis in lampadē sui cordis ingreditur/ totū lumen virtutū suarū quo ad deum extinguitur/ ⁊ obscurus reperitur. Qui eñ de virtutibus suis gloriatur inaniter/ ipsas procul dubio perdit/ et tenebrositatē vitiorū incurrit. bene ergo monet dñs dicens: Uide inquit ne lumen quod in te est/ tenebre sint .i. vide ne inanē gloriā et superbiā de lumine virtutū concipias et sic eas in tenebras vitiorum conuertas. Uel dic ꝙ multi sunt in hoc mundo per prosperitatē lucidi/ et in statu suo ita solidi/ ꝙ lumen sue glorie non potest destrui vel extingui: verūtamen quando lampas corporis sui per mortē perforabitur/ tūc lux sue prosperitatis penitus extinguetur. Prouer. xxiiij. Lucerna impioꝝ extinguetur. ¶ Itē idem Geruasius dicit ꝙ circa ciuitatē Grationopolitanā est prioratus sancti Michaelis de Canusa/ in pendulo cuiusdā ardui montis/ omnibus ventis expositus: vbi est refectoriū spatiosum: in cuius propatulo est grandis fenestra ad modū ianue facta/ et ad illuminandū totam domū ordinata. Dato ergo ꝙ ruant spiritus procellarū/ ⁊ per istius fenestre mediū transeant/ ita vt domū totam cōcutiāt/ si tamen in eius medio candelā de quauis materia ⁊ cuiuscuis quātitatis accēsam posuer:/ nullo flatu cōcutiet/ sed ad lucendū magis tunc accendet. Si vero intus intra domū retracta fuerit/ extinguitur que in ipo ventorum strepitu nullatenus mouebatur. Ista possunt exponi de multis qui contra fortes tribulationes sunt fortiores q̄ contra debiliores: quia multi sunt qui excessiuo flatu venti .i. morti et horrende aduersitati quando in necessitate sunt positi/ melius resistūt/ q̄ in domū suā retracti/ et paci ⁊ prosperitati redditi/ modico flatui/ hoc est modice tribulationi. Et multi sunt qui melius resisterent/ et minus lumen gratie et fidei perderent/ si pro fide in fenestra mortis ponerentur/ et procella tormentorum a tyrannis vrgerentur/ q̄ si intra domum .i. in sua domo et patria minoribus aduersitatū flatibus vexarē=

tur. Exemplū de sancto Bonifacio martyre: qui domi ma
nens cum domina sua concubuit: qui tandē ad martyriū
tractus/ gloriosus pro Christo occubuit. Isti ergo lucerne
nō abstulit lumē suum aduersitas/ qđ in domo sibi abstule
rat prosperitas. Allega Prouerb. illud predictū: Nō extin
guetur in nocte lucerna eius. Uel dic ꝙ ista fenestra signi-
ficat aperturam plagarū Christi: in qua pro certo q̄ꝫdiu q̄s
per compassionē ⁊ deuotionē morabitur/ tādiu lucerna vir
tutum suarum nunq̄ꝫ tentationū flatibus extinguetur. Si
vero inde recesserit/ ⁊ istum locū dimiserit/ cito lux sue gra
tie deperibit. Prouerb. xiij. Lucerna impiorū extinguetur.
Uel dic ꝙ q̄ꝫdiu fuerimus in fenestra. i. q̄ꝫdiu nos reputa-
bimus esse in ingressu virtutum/ et nondum introiuisse do
mū. i. ad amoris diuini meritum/ q̄ꝫdiu dico erimus in isto
timore et humilitate/ tādiu ꝑ certo lux diuine gratie apud
nos perseuerabit. Si vero intra domū positos nos iudice-
mus: ⁊ de dei amore plus debito speremus/ tunc lumē gra
tie per presumptionē perdimus/ et tenebras culpe ⁊ future
miserie incurrimus. Unde Job. xviij. Lux obtenebrescet
in tabernaculo eius: ⁊ lucerna que super eum est/ extingue
tur. Unde Apostolꝰ adhuc se reputabat esse in atrio/ et nō
in domo: cum dicebat ad Philip. iij. Sequor autem/ siquo
modo comprehēdam. sequit̃. Fratres/ ego me non arbitror
4 comprehendisse. ¶ Item dicit Geruasius ꝙ in prouincia
in villa que dicitur Bariolis/ tēporibus illis erat nux que
alijs frondentibus/ et fructus ac folia emittentibus/ sicca
vsq̄ꝫ ad vigiliam natiuitatis beati Joannis manebat/ nul-
lamq̄ꝫ fructificandi speciem pretendebat: illa vero nocte ⁊
folijs ⁊ fructibꝰ induebatur/ ita vt ab alijs differre nō vide
retur. Uidebatur enim nascenti precursori applaudere/ et
ob ipsius honorem se folijs ⁊ fructibꝰ adornare. Tales au-
tem nuces adhuc in multis partibus dicūtur esse: de qui-
bus difficile esset rationem reperire. Ista possent applica-
ri ad cōmēdationem glorie precursoris: cuius sanctitatem
etiam arbores insensibiles protestātur. Et potest etiam ap
plicari ad mores: q2 quilibet peccator debet esse talis nux
quia pro certo dato ꝙ alijs per honestatem frondētibus/ ⁊
per bona opera fructificantibus/ ipse siccus et indeuotus/
sterilis et infructuosus remanserit: quādo tamen ipse videt
festum beati Joannis/ vel Christi/ vel cuiuslibet sancti in-
stare/ statim se debet ad deum cōuertere/ folia honestatis
induere/ fructus bonorum operum emittere: et se in mori-
bus tam celeriter innouare/ ꝙ tarditatē possit bonis ope-
ribus compensare/ et se alijs nucibus. i. iustis hominibus
conformare. Uel breuiter dic generaliter ꝙ illi qui tardius
veniunt ad penitentiam/ vt qui diu stant in siccitate pecca
ti/ vel etiam in siccitate senectutis/ debent compensare bo
nis operibus tarditatē: vt sic possint ad tantam perfectio-
nem peruenire/ ad quantam illi qui in bono suam exercue
rant iuuentutē: vt sic tantum consequantur a deo in senio
quantū illi qui bene fecerunt a iuuentutis principio: iuxta
illđ Matth. xx. vbi dicit̃ ꝙ ita bene habuit denariū qui ve
nit vltimus/ sicut ille qui venit primꝰ. Exemplo etiā beati
Pauli: qui vltimo conuersus fuit: et tamen de bonis operi
bus nihil alijs minus fecit: sicut etiam ipse dicit. ij. ad Co
rin. xj. Nihil existimo me minꝰ fecisse a magnis apostolis.
5 ¶ In prouīcia circa ciuitatē Auenionē est villa que dicit̃
Thorū. Hic (vt ait Geruasius) erat lutum ita attractiuū/
ꝙ si quodcūq̄ꝫ lignum aut quācūq̄ꝫ solidam materiam aut
manum aut pedem cuiusuis animalis infixeris/ nulla vi/
nullove artificio sine succisione extrahere poteris. Ego
etiā audiui ab illis qui in illo loco fuerunt/ ꝙ si in dicto bi-
tumine/ quod forte nunc vel arena vel alia terra tectum
est/ cannam vel baculū immittas/ ipsum libentissime reci-
piet: et si vis/ vsq̄ꝫ ad summitatē subintrare ꝑmittet: postq̄ꝫ
vero intrauerit in profundū/ si extrahere volueris/ hoc qua
cunq̄ꝫ vi/ modo vel artificio non valebis. Unde etiam de
cannis immissis et nunq̄ꝫ extractis fit ibi aliquando ma-
gnum nemus. Plinius vero lib. ij. cap. xcviij. dicit multa
talia esse loca. Unde dicit ꝙ ad aras mutias in velente/ ⁊
apud tusculanum/ et in sylua ciminia loca sunt in quibꝰ in
terram depacta non extrahūtur. Tale bitumē videtur esse
auari: quia pro certo isti optime ⁊ delectabiliter bona alio-
rum recipiunt/ sed nihil amplꝰ dimittere aut restituere vo
lunt: quia si aliquid fraude vel rapina vel vsura habuerint/
illud amplius non dimittunt. Hiere. xlviij. Omnes que ce
perunt/ tenent: nolunt dimittere. Uel dic ꝙ tale bitumē est
mala mulier/ vel luxurie peccatum: in qđ est facile subin-
trare: sed postq̄ꝫ quis ibi per malum amorem infixus fue-
rit/ nō est facile resilire. Sola enim incisio. i. sola mors ipm
liberat/ quem mala mulier sui amoris laqueis incathenat.
Ideo in persona mulieris dicitur Cātico. iij. Inueni quē
diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam. Uel dic ꝙ il-
lud bitumē est infernus: ad quem facilis est descensus: sed
reuocare gradum/ nedum difficile/ sed etiam impossibile.
psal. Infixus sum in limo profundi: et non est substantia.
¶ In diocesi valentina in cōfinijs prouincie est turris epi 6
scopi Ualentini in castro dicto Liurione/ plurimū excelsa:
que nocturnum custodem nō admittit: quinimo si aliquis
ad vigilandum ⁊ custodiēdum ibi de nocte remanserit/ in
mane se sentiet ad pedem turris depositū/ et ibi sine timo-
re ⁊ damno se inueniet delatum. Tales turres vidētur esse
seculi dignitates: q2 q̄ꝫuis sint alte ⁊ eminētes/ ⁊ etiā q̄ꝫuis
videantur esse solide et fortes/ nihilominus nullus ibi in
nocte mortis manere permittitur: immo quicūq̄ꝫ ibi in die
presentis vite permanserit/ quādo tamē ad noctem mortis
peruenerit/ statim depositus inde erit: ita ꝙ vbi non aduer
tet/ inferius in sepulcro ⁊ forsitan in purgatorio vel in infer
no detractū et depositum se videbit. Ideo superbis loqui-
tur Esaias. xiiij. Quomodo cecidisti lucifer: qui mane orie
baris? Corruisti in terram/ qui vulnerabas gentes/ qui di-
xisti: in celum ascendam: super astra celi exaltabo solium
meum. sequitur. Uerūtamen in infernū detraheris/ in pro-
fundum laci. Uel dic ꝙ ista turris significat proteruos re-
ligiosos et clericos: qui de custode et vigile. i. de bono ⁊ di-
ligēte ꝓlato nō solēt curare: sed potius ipsum solēt depone-
re/ et assumpto regimine spoliare: dicentes illud Luce. xix.
Nolumus hunc regnare super nos. Uel etiam dic ꝙ tales
turres sunt multa seculi officia/ que fere suapte natura vi-
dentur habere ꝙ nullus custos/ prelatus vel magister pos-
sint in eis remanere: quinimmo vbi non aduertunt/ se in-
ueniunt depositos esse. ⁊c̃. Luce. j. Deposuit potentes de
sede. Uel dic ꝙ turres. i. mundane dignitates non admit-
tunt hodie nec recipiunt vigiles aut custodes. i. viros dili-
gentes et bonos: sed potius pigros et deliciosos: quinim-
mo tales inde deponūtur/ nec ibi viuere permittunt̃. Alio
modo audiui de ista turre: videlicet ꝙ custodes nocturni
quādiu vigilant/ nihil timent: si vero dormierint/ ad ripam
propinqui fluminis se depositos in mane reperient. Istud
ergo de prelatis potest dici: quia ꝗ se si in turri ecclesie sibi
commissa per diligentiam non vigilent/ sed in delicijs tor-
pescant ⁊ dormiant/ inde deponi merentur. Si vero sint di
ligentes et vigiles/ ibi manere sine molestia comprobātur.
Ideo Apocalyp. iij. Esto vigilans/ et confirma cetera que
moritura erant. Si ergo non vigilaueris/ veniā ad te tanq̄ꝫ
fur/ et nescies. ¶ Itē audiui ꝙ in ciuitate Uienneñ. est tur 7
ris quā demones fundauerunt totam integram. Narratur
autem (nescio an vera narratione) ꝙ cum in illa turri quē-
dam clericum inimici sui quibꝰ inuisus erat/ inclusissent/
de nocte facta demonū inuocatione/ Uiennam se ⁊ turrim
portari fecit: que adhuc ibi integra perseuerat. Istud signi
ficat ꝙ turres. i. alti principes et potentes/ qui clericos. i.
res ecclesiasticas iniuste detinent/ a diabolo portabuntur
a sua patria in aliam. i. de mundo ad inferos transferentur.
Ad litteram etiam tales ecclesiasticarū rerū predones vi-
demus terras et possessiones vendere/ et tandem locum ⁊
terram pre paupertate mutare. Job. xiiij. Mons cadens
defluit/ et saxum transfertur de loco suo. ¶ In prouincia in 8
diocesi Aqueñ. est quoddam castrū quod dicitur Noth: in
quo magna rupes est: quā si digito modico impuleris/ to-
tam ad facilem motum duxeris: si vero totum corpus aut
infinita plaustra boum admoueris/ immobilis perseuera-
rate: vt Geruasius dicit. Plinius vero simile videtur reci-
bit: dicens libro. ij. capi. xcviij. ꝙ iuxta harpaza oppidum
Asie cautes stat horrēda/ vno digito mobilis: eadem si to-
to corpore impellat̃/ resistens. Istud potest applicari ad of
ficium correctionis. Sunt enim multi ad modum rupium
duri et obstinati/ et ad omne malum ponderosi et inclin-

ti: qui tamen si digito tangãtur.i.si ostensiue et manuducti ue benigniter tractentur/et suauiter ⁊ sine violentia a prelato vel predicatore vel confessore arguãtur ⁊ corrigantur/ statim mouentur ad bonum: ⁊ a duritia sui propositi remo uentur: si vero cum toto suo conatu ⁊ impetu/adhibitis sci licet violentis punitionibus ⁊ exasperationibus ipsos mo uere ⁊ corrigere cõtenderint/nihil proficiunt: qꝛ magis ac magis indurati/in suo malo proposito stabilius ⁊ obstinatius radicantur. Magis ergo proficit digitalis ⁊ benigna monitio/ꝙ̃ humeralis et impetuosa correctio. ideo prelati qui magis vtuntur austeritate ꝙ̃ benignitate/reprehendũ tur a dño: Matthei.xxiij. dicente ꝙ ipsi alligant onera gra uia ⁊ importabilia humeris hominũ/digito autem suo nolunt ea mouere. Ac si diceret ꝙ melius est digito monitionis mouere: ꝙ̃ grauibus oneribus homines fatigare. Uel dic de hominibꝰ qui contra fortes tribulationes preualẽt: ⁊ contra leues minus cõstant.

9 ¶ Unũ notabile dicit Geruasius ꝙ in diocesi Nasioneñ. est castrum dei Jouis/qđ in quadam valle vndiqȝ altis montibus circũsepta positum/ vsqȝ ad tempora Caroli magni nullus venti flatus ꝙ̃ꝙ̃ leuissimus intrauerat: propter qđ ipsa vallis que glebam habebat fertilẽ/in se penitus sterilis erat: ⁊ omni humano cõ modo inutilis permanebat. Uerum causam sterilitatis reperiens vir sanctus Cesarius Arelateñ. Archiepiscopꝰ mare Põticum adijt/⁊ chirothecam vento maris impletã cõ strinxit. Accedensqȝ ad dictam vallem inutilem/chirothecam contra quẽdam scopulum iniecit: vẽtumqȝ perpetuũ in Christi nomine emittere eum iussit: sicqȝ factũ est ꝙ rupes facto foramine per scissuram vẽtum semꝑ eructat: quẽ Pontanum ventum/quasi a ponto diuinitus illuc translatum/vulgus appellat. Certos autem habet terminos ille ventus/quos nõ transgredit̃. Unde illi qui in valle ab ipso flagellãtur/si extra vallem exeant/ ab eius impetu liberantur. Terra autem illa virtute flatus facta est salubris et fecunda/que vsqȝ ad Caroli magni tẽpora fuerat infecunda. Hic ꝙ ista terra significat genus humanũ: qđ scilꝫ nullum fructum bonorum operum antiquitus producebat: immo propter peccatum Ade ⁊ propter carentiam boni flatus.i. sanctispiritus/qui ipsam donis ⁊ gratijs nõ perflabat/sterilis spiritualiter permanebat. Esa. xlvij. Uenient tibi simul duo hec: sterilitas ⁊ viduitas. Sed qđ? Pro certo episcopus noster Christus huic sterilitati compatiẽs/de mari paradisi ad scopulum huius mundi ventum.i. spiritũsanctum attulit/ipsumqȝ suꝑ corda fidelium spirare iussit: ⁊ sic mediante eo vallem humani generis donis ⁊ gratijs fecũ dauit: dicens illud.iiij. Regũ.ij. Sanaui aquas has: et nõ erit vltra in eis mors neqȝ sterilitas.

10 ¶ Item idem Geruasius dicit ꝙ mirabile est ꝙ aqua maris aliquando constringatur in glaciem/aliquãdo condẽset̃ in salem. A parte em̃ septẽtrionis mare propter intensa frigora cõgelatur: a parte vero meridiei mare ꝓpter calores intensos in salem inspissat̃. ⁊ sic vult cõcludere Geruasiꝰ ꝙ impossibile est oceanum in circuitu nauigare: ⁊ hoc (vt ait) qꝛ aqua eius in meridie calore densatur: in aquilone vero frigore cõstringitur ⁊ congelatur. Plinius vero lib.ij.c.lxix. Naturalis historie alterius est opinionis/et ostendit quomodo Oceanus fuit totus diuersis tẽporibus nauigatꝰ. Dicit enim ꝙ aliqui ex Hispania in Ethiopiam pro mercaturis nauigant: alij vero de Ethiopia in Indiam transfretãt: et sic isti per partes orbis torridas transmeãt. Dicit etiã quosdam fuisse qui de India in Germaniã tempestate appulerunt. Et cõstat de Germania in Hispaniam nauigijs iri posse: et sic (vt ait) est possibile totum circuitum oceani nauigasse. Dimissa ergo ista disputatione/solũmodo moralizemus verba Geruasij/⁊ dicamus ꝙ valde est periculosum et difficile transire oceanum huius vite fluctuose: nam quia ibi viget frigus indeuotionis/qđ quosdam per obstinationem congelat: viget etiam ibi in alijs calor concupiscentie/auaritie et ambitionis/qui quosdam per parcitatem condensat/et in salsam amaritudinẽ salis eos mutat: ideo difficile est ibi tute sine peccato viuere/et inter tot impedimenta est quasi impossibile virtualiter nauigare.ij.ad Cori.xij. Periculũ in mari.

11 ¶ Item dicit idẽ ꝙ in prouincia in castro de Pinolen est aqua lympidissima: q̃ ꝙ̃uis omnia decoquat/nunꝙ̃ tamen bullit. expone sicut supra cap. de Gallia.§.x. vbi inuenies de fonte cuius aqua non bullit/et tamen coquit: et de alio cuius aqua bullit/et tamẽ non coquit.

12 ¶ Item ponit Geruasius de vermiculo quo tinguntur preciosi panni: et dicit ꝙ in prouincia in aliquibus maris confinijs est arbor in lingua illa dicta Quas/cuius cortex/fructus/flores et folia carissime venduntur: et est ad quantitatem dumi/ cum folijs pungitiuis: circa cuius radicem circa mensem Maij generãtur quedam pustule molles/⁊ humore rubeo plene: q̃ rore celi inibi generant̃: ⁊ inde magistraliter ne humor defluat/euellũtur/⁊ ad solem siccantur/⁊ postea in corio consuuntur. Circa vero estiuale solstitium in vermiculos conuertũtur/⁊ de sanguine illorum vermium color qui vermiculus dicit̃/efficitur: de quo (qđ mirũ est) nullus pannus lineus tingitur/sed solũ in re que de re animata excerpitur/vt in serico vel in lana/color eius imprimit̃: qui color vermiculus appellatur a vermibus. Reuera per istum vermiculum possum Christi purpureũ sanguinẽ intelligere: ⁊ per vermẽ possum ipsum Christum spiritualiter annotare: qui etiam dicit in ꝓs. Ego sum vermis/⁊ nõ homo: opprobrium hominũ/⁊ abiectio plebis. Igitur dico ꝙ de arbore paradisi fuit assumpta pustula roris celestis.i. ipse dei filiꝰ benedictus: qui calore sancti spiritus excoctus/positus fuit in corio vteri virginalis: vbi sine virili semine per beatam incarnationem in vermẽ.i. in mortalem hominẽ est mutatus: quia sicut dicit̃.ij. Reg.xxiij. Ipse est sicut tenerrimus ligni vermiculus. Sanguis igitur istius vermis fuit extractus per passionẽ/vt exinde tingeretur aĩa per passiõis diuine meditationẽ: et coloraret̃ ⁊ ornaretur per virtutũ oĩm perfectionem: sicut dicebat illa beata Agnes: Sãguis eiꝰ ornauit genas meas. Sed vnum est aduertendũ ꝙ iste preciosus color/hoc est tinctura sanguinis Christi/et sue compassionis/nõ adheret lino vel canabi.i. affectioni ⁊ conuersationi malorum insensibiliũ et mortuorũ/sed solum adheret lane vel serico/ que de rebus animatis excerpuntur.i. vesti ⁊ conuersationi iustorum per gratiam viuificatorum. Nam sola lana.i. sola affectio vel conuersatio viri iusti/ animati et viuificati per gratiam/ virtute Christi sanguinis spiritualiter coloratur: mali vero obstinati et spiritualiter mortui conuersatio/ virtute huius sanguinis nullo pacto immutatur. Ideo de iusto dicitur Genes.xlix. Lauabit in vino stolam suam/et in sanguine vue pallium suũ.

13 ¶ Gratia premissorum Geruasius recitat de vermibus qui sericum faciũt. Dicit enim ꝙ isti vermes sunt a principio quasi semina sinapis: qui in vere pannis inuoluti/in sinu dominarum et virginum tenentur/⁊ caloris beneficio viuificantur/⁊ in vermiculos transformantur: qui folijs mori expositi/ipsa statim rodere incipiunt: et super tabulam expansi/ cito in vermiũ grossitiem crescunt. Adueniente ergo tempore operandi/ continuantes ieiunium/sericum ex se et ex suis visceribus conficiunt/ ⁊ circa se exinde globũ faciunt/ et in eius medio se includũt. Post pauca vero tempora instar papilionum alati/globum serici penetrãt/et dum auolare parant/masculi feminis se copulant/sicqȝ triduo caudatim in estu sue libidinis perseuerant/qui ambo moriunt̃ pariter ⁊ expirant: masculus autem primo moritur: postea autem femina moriendo semẽ emittit: vnde eo (quo dictũ est) ordine generatio tãdem crescit. Proiectis ergo cadaueribus semen generationis recipitur/⁊ vsqȝ ad veris tẽpora reseruatur. Uincẽtius vero hunc vermẽ videtur vocare lanificum vel bombycem: qđ idem est: ⁊ inde facit titulũ. De isto etiã verme physiologus meminit: qui vermes istos bõ byces vocat. Hec aũt miscere hoc loco nolui: qꝛ supra in libro de animalibꝰ/de bombyce ponitur. Per istud semẽ qđ non est de natura humana/⁊ tamẽ per calorem humanum transformatur in vermẽ/intelligo dei filium benedictũ: qui de sui diuinitatis natura nihil habebat humanũ/imo ipse ab eterno fuit semen celeste et diuinum. Istud ergo semen patris in tẽpore veris/ vtpote ĩ martio/fuit in sinu hũano/ in gremio scilꝫ vteri ꝟginalis positũ: vbi diuina ꝟtute fuit sicut ĩ terra aliena/ĩ vermẽ.i.ĩ hoĩeꝫ trãsformatũ: ⁊ ad lucẽ huiꝰ aedũ folia mori.i. cibos exteriores mortales/⁊ ad lucẽ huiꝰ ... ris editũ ⁊ emissũ/ita ꝙ ꝓprie de isto semine dei p̃ris poteramꝰ dicere ipsi p̃ri illđ Geñ.xv. Scito ꝙ peregrinũ futurũ

sit semē tuum in terra non sua. Iste ergo vermis Christus vbi vidit tempus faciendi opus salutis humane/ieiunium et abstinētiam cōtinuauit. Matth.iiij. Cum ieiunasset.xl. diebus.ꝛc. Et de ore suo telam ꝛ sericum doctrine euangelice propinauit. Tādem amore vxoris sue/scilꝫ anime christiane/mortem subijt: ꝛ semen filiorum dei per gratiam generauit: ita ꝙ fideles possunt dicere illud Ioā. viij. Semē Abrae sumus: et non seruiuimus vnꝗ. Uel dic ꝙ per istos vermes intelligo vsurarios ꝛ auaros: qui pro certo in principio sunt sicut semen sinapis.i.parui/ pauperes ꝛ minuti/ et de humili plebe nati/ ꝛ more sinapis ad acciptēdū rusticos ꝑ nasum (iuxta vrbanum vocabulum) preparati. Sed pro certo in sinu hominū.i. in curia magnatum/ per fomentum alicuius persone: et per sustentamētum alicuius prelati vel principis/ isti quādoqꝫ in statu crescunt/ et vermes grossi.i.magni iudices ꝛ officiales/ vel etiam vsurarij diuites fiunt/ qui omnia folia.i.omnes possessiones aliorū vsuris ꝛ rapinis corrodunt. Isti etiam quādoqꝫ ieiunant/ ꝛ vix ad saturitatem comedere volunt: et sic habitaculū sericū.i. domos plenas diuitijs sibi construunt/ ꝛ tandem alati papiliones.i.nobiles ꝛ milites fieri volūt: seqꝫ postea cum ad plenum ditati sunt/ in libidine exercere contendūt: ꝛ in delicijs viuere proponunt. Sed vere cito venit mors tēporalis et eterna/ per quā gaudia cuncta perdunt. Semen autem suum improbum/ scilꝫ malos parentes ꝛ filios deserūt post se: qui simili modo post parētes suos folia mori.i.pauperum possessiones diripiunt ꝛ consumūt. Ideo tam de patribus ꝗꝫ de filijs potest dici illud Esaie.j. Ue genti peccatrici/ populo graui iniqtate/ semini nequā/ filijs sceleratis. Uel dic ꝙ multi sunt qui licet diuina ꝟtute geniti/ ad gradum alicuius perfectionis producti / folijsqꝫ sacre scripture pasti fuerint/ ieiunijsqꝫ intēderint/ et per predicationem sericum.i.multa bona documenta ex ore suo emiserint/ ꝛ tādem alijs contemplationis receptis sursum ad celum per affectionem euolare proposuerint: fit tamē quādoqꝫ ꝙ cum feminis per luxuriam se copulant/ ꝛ sic vitam gratie/ fame ꝛ glorie perdunt/ ꝛ per culpam ꝛ eternam miseriam se occidunt et necant: et semen malorum exemplorū alijs tribuūt et propinant. et ideo dicit Augustinꝰ: Nihil adeo virilem animū ab arce cōtemplationis eijcit/ sicut femine blandimenta. Uel dic ꝙ bombyx que quandovult operari/ totum stercus de ventre suo eijcit/ ꝛ tunc ad solem corpus eius lucescit/ et tanꝗ textor industrius/ vt melius operi vacet/ tūc comedere renuit/ significat bonum religiosum: qui stercora diuitiarū debet de ventre sue affectiōis per contemptū eijcere: ꝛ per honestam cōuersationem lucescere/ ieiunio ꝛ orationi intendere/ sericum virtutum contexere/ et sic alijs contemplationis receptis/ spirituali generationi.i.predicationi vsqꝫ ad mortem vacare ꝛ intendere: exemplo Christi: qui post ieiunium iuit ad predicādum. Matth. ꝛ Luc.iiij. Uel dic ꝙ bombyx que sepelit se in filis suis/ vt melior renascatur/ ꝭm phisiologū/ est vir humilis: qui in hoc mundo se sepelit et recolligit in seipso/ vt tādem in resurrectione alatus ꝛ glorificatus renascatur in paradiso. Uel dic ꝙ iste est bonus scholaris: qui folia mori.i. scientias sapientum debet per studiū rodere/ ꝛ ĩ filis.i.ĩ libris suis se debet per studium inuoluere ꝛ abscondere: ꝛ vt melius addiscat/ aliquotiens ieiunare: et sic per acquisitionē scientie poterit alatus et fortificatus/ alijs etiā beneficiorū dotatus ad patriam reuenire: et si necesse sit/ vxorē accipere/ ꝛ generationi vacare. Figura de Iacob: Gene.xxx. ꝛ deinceps: qui in terra aliena diuitias et vxores seruiendo Laban acquisiuit: ꝛ ad parentes postea diues rediuit. Or pro certo scholaris qui seruiendo Laban/ hoc est doctoribꝰ/ in terra aliena moratur/ vxorem.i.sciētiam acquirit/ ꝛ diuitijs cumulatur: ꝛ sic gaudens ad propria reuenire cōprobat. Apoc.xij. Date sunt ei ale due aquile/ vt volaret. Due enim ale sunt scientia ꝛ diuitie: que per studium acquiruntur. Uel dic ꝙ bombyx que moritur generando/ ꝛ eius femina pariendo/ significat hereticos et malos suggestores/ et eorum subditos sequaces ꝛ auditores. Isti enim dum generant.i.dum male docent/ suggerūt et predicant/ per culpam ꝛ mortem eternam moriuntur: femine vero.i.sequaces ꝛ auditores finaliter tunc pereunt/ dum verba concepta pariunt.i.dum mala talium documenta exequūtur. Qd etiam de quibuscunqꝫ malis suggestoribus potest dici: quia doctor ꝛ discipulus/ et preceptor ꝛ executor dampnātur. ad Rom.j. Quoniam qui talia agunt/ digni sunt morte eterna: non solum ipsi/ sed qui eis consentiunt.

14 ¶ Adhuc gratia premissorum (licet sim extra materiam prouĩcie) occurrit mihi qd dicit Odoricus: videlicet ꝙ circa montes Caspios sunt quedā loca vbi nascuntur pepones maximi: in quorum medio bestiola ad modum chirogrilli nascitur: que vna cum pepone matre sua cibus incolis efficitur. Talis bestiola est Christus: qui sine virili semine in vtero peponis.i.virginis matris natus/ in sacramento altaris fuit hominibus cibus factus. Ioan.vj. Caro mea vere est cibus.

15 ¶ Dicit Seruasiꝰ ꝙ in prouincia est insula lirmensis: vbi pollet religio monachorum: in quā insulam nullus penitus vermis intrat. Sic vere dico ꝙ nullus vermis inuidie vel cogitationis ꝑuerse debet intrare in locum vel collegiū vbi solitum est religiosos ꝛ monachos habitare.

16 ¶ Secūdum Serua. in prouincia est quidam fons perlucidus: in quem si lapidem vel lignum vel aliquā huiusmodi materiā proieceris/ statim de fonte pluuia ascendet: qua te totum aspersum ꝛ humectatum videbis. Talis fons est beata virgo/ vl' etiā Christus/ vel quilibet sanctus: quia procul dubio si in ipsos aliquem lapidem.i.aliquam oratione vel deuotionem proijcimus/ vel si pro ipsis eleemosynā vel peregrinationem/ aut aliud bonū opus facimus/ statim pluuia sue gratie veniet: a qua nos humectatos sentiemus. Geñ.ij. Fōs egrediebatur irrigans superficiem terre. Uel dic ꝙ talis fons est homo impatiens: quia si ipsum lapide alicuius displicētie percusseris/ statim ipsum cōtra te insurgere/ ꝛ te verbis iniurijs nitētem sūmergere videbis: ita ꝙ tu poteris dicere illud ꝓs. Super me confirmatus est furor tuus: ꝛ omnes fluctꝰ tuos induxisti sup me.

17 ¶ Item Seruasius dicit ꝙ in prouincia in dioceß. Aqueñ. in castro Pōtenes tempore suo erat nux que a cornice ferebatur plātata: ꝛ cum alie nuces fructificabāt/ hec globum instar pomi vel pinee faciebat: quo fracto sex vel septem aut decem nuclei quādoqꝫ inde eliciebātur/ et intra inueniebātur. Talis nux videtur esse crux: quā cornix nigra.i. Iudeorū populus plantauit ꝛ erexit: qꝛ pro certo fructus eius/ scilꝫ Christus / multos nucleos.i.multas virtutes in seipso continuit. Unde si vis habere sex nucleos.i.sex opera misericordie/ vel septē morales virtutes/ vel decem mādata legis/ omnia in illo fructu poteris reperire. Dañ.iiij. Fructus eius nimius: ꝛ esca vniuersoꝝ in ea. Uel dic ꝙ arbor est ecclesia: fructꝰ eius est vir iustus: q̇ de nucleis ꝛ de lignis spiritualibus.i.virtutibꝰ plura cōtinet/ et exemplariter exhibet.ꝛc. sicut supra. Uel dic ꝙ nuclei ecclesie sunt religiones ꝛ collegia: intra que multe continētur persone.ꝛc. Uel ista nux est paradisus: in qua vnus fructus deus multos ministrat nucleos.i.diuersam multitudinem premiorū.

18 ¶ Item Seruasiꝰ dicit ꝙ in prouincia ad confinium vrbis Massilieñ. arbor erat que ad modum fabe siliquas faciebat: sed in ipsis siliquis nihil preter lapides continebat: ita vt tibi fructꝰ expectanti/ lapides ferret. Adhuc etiā intellexi esse in prouĩcia tales arbores. Dictū est tamē mihi ꝙ iste silique sunt comestibiles: fructus tamē interiores duri sunt/ ꝛ lapidei ꝛ infrangibiles. Pro certo tales sūt multi: qui exterius in apparētia vidētur habere siliquas.i. videntur pretendere aliqua bona signa producendi bonorum operum bonos fructus/ vtpote quia habent bona verba vel bona virtutū principia: sed pro certo cōtrarium est: quia si ipsos aperire et inuestigare volueris / nihil boni in ipsis inuenies aut videbis preter lapides duros.i. preter obstinationem mentis / preterqꝫ dura verba et opera/ quibus lapidant socios et vicinos. Unde de talibus potest dici illd Esa.v. Expectaui vt faceret vuas/ fecit autē spinas. Uel dic ꝙ ista arbor est mundus: qui pro certo promittit tibi delectabiles diuitiarum et deliciarum fructus: quos in suis siliquis.i.in suis statibus et officijs supponit esse contentos: sed pro certo si tu diligenter inuestigare volueris/ illa que in talibus siliquis.i. mundi statibus et officijs contenta sunt / non fructus sed lapides / non bona sed mala/ non delectabilia sed grauia esse videbis. Unde breuiter mundus est ille a quo nos petimus cotidie panem/ et ipse

nobis porrigit lapidem. Luc.xj. Quis autem ex vobis pa
trem petit panē/nunqd lapidē dabit illi? Vel dic ꝙ ista ar=
bor est diabolus/vel etiā fortuna: qui beatulis suis videnť
multa promittere/ꝛ obtinenda suggerere: cuius tamē con
trarium solent reddere: quia diabolus promittit fructus
bonorum temporaliū/ꝛ finaliter ipse dat lapides tormēto=
rum spiritualiū et infernalium. Luce.xj. Pro pisce serpen=
19 tem dabit illi. ¶ Hic Geruasius ad ostēdēdum brutorum
naturalem industriā/ꝛ quādam ratiōis apparētiam/ponit
exemplū de quodā coruo: qui talem discretionē habebat/
ꝙ hostiles insidias explorabat/ꝛ transuolatis montibus si
quid repentinū aut insidiosum viderat/loquēdo castri dño
referebat. Pecuniā autē quā inter rupes occultauerat/ad
aleam ludētib⁹ mutuabat. Hic ergo cū dominā castri cui=
dam nimis esse familiarē comperisset/ post multas denun
ciationes dñe factas / ad vltimū adulteriū prodidit: adul=
ter vero coruū sagitta petijt ꝛ occidit. Simile autē audiui
de auicula alia/que adulterū occultatum ī domo domino
subito veniēti prodidit. De alia etiam audiui ꝙ dño suo re
uelauit ꝙ domina vnam anguillā comederat: quo dña in=
dignata/caput auis depilauit: ꝛ propterea auis nunꝙ̄ am=
plius loqui voluit. Post multū vero tēporis cum quidā cal
uus domū intraret/auis incepit cū eo loqui/ ꝛ petere vtrū
de anguilla locutus fuerat / cū capite etiā depilatus esset.
Audiui etiā ab homine fide digno ꝙ in diocesi Leodieñ.
apud quēdam qui vendebat ceruisiam seu godallam/erat
auicula optime loquens. Cum ergo in vase vbi facta erat
ceruisia/cattus submersus fuisset/auicula in aurib⁹ veniē=
tiū ad emēdū/cepit tātū et tādiu clamare chat/chat/chat/
ꝙ homines rem perceperūt: propter qꝺ indignata dña do=
mus auiculā in latrinā proiecit: et desup stercorauit: ita ꝙ
totam auiculā inquinauit. Auicula vero tādem de latrina
exiens/ꝛ super domos per villam fugiēs/vidit gregē vac=
carum que ducebātur ad pascua: ꝛ cum inter eas esset vna
que iacēdo fuerat ꝑmerdata et fedata/auicula cepit iuxta
eam volitare: et recordās qualiter pro eo ꝙ de ceruisia vel
godalla locuta fuisset/in latrina fuerat demerdata / cepit
iuxta vaccam clamare: vacca/vacca/tu locuta fuisti de go
dalla. ꝛ hec sepius ꝛ sepi⁹ replicauit. Gallice: vache/vache/
tu as parle de la godalle. In his ergo apparet industria
bestiarum. Ista possunt applicari ꝙ malum est aliquando
dicere veritatem: ꝛ ꝙ melius est multa sub dissimulatione
transire/ꝙ̄ de personis maioribus veritatem dicere. Dato
enim ꝙ aliquis coruus.i.aliquis familiaris vel seruus bo=
nus ꝛ fidelis dño existat/insidias ꝛ ꝑicula sibi dicat: nō est
tamen tutum de alijs maioribus sibi loqui: qꝛ vbi non ad=
uertet/sagittam alicuius accusationis contra ipsum proij=
cient/ita ꝙ ipsum a statu et gradu suo si possint/deijcient/
vel forsan interficiēt. Scriptū est enim: Mors ꝛ vita in ma
nu lingue. Prouer.xviij. ꝛ Amos.v. Oderunt in porta cor=
ripientem/ꝛ loquētem perfecte abominati sunt. Unde au=
diui ꝙ cum in templo idolorum quidam thesaurū suum di
misisset/ꝛ latro quidam surripuisset/ꝛ vnum idolum furem
dño detexisset/propter qꝺ idem fur idolo caput fregisset/et
alius ab alio idolo veritatē de quodā furto requireret/no=
luit respōdere/sed solum hoc sibi dixisse fertur: Malum est
(inquit) loqui/malū est tacere/tempora mala sunt: qꝛ siqs
verum loquitur/caput ei frāgitur. Ideo Apostol⁹ ad Gala.
20 iiij. Inimicus factus sum vera dicēs vobis. ¶ In prouin
cia diocesi Nasioñ. circa castrum dictum terciculē/ est la=
cus alte profunditatis: vbi ad modum prati excreuit cru=
sta desuper/que omni anno herbam proferens/restibus ad
littus trahitur/ ꝛ inter plures coheredes per partes secta
et diuisa/tandem libera dimissa iterum in vnum pratū re=
iungitur ꝛ vnitur: vt ait Geruasi⁹. Ego autē de isto prato a
religiosis viris mirabili⁹ audiui: videlꝫ ꝙ vbi particula pra
ti diuisa fuerit/pro voluntate cuiuscūqꝫ per lacum trahi po
terit: et desuper bos aut ouis ad pascēdum ac si esset in ter
ra/poni poterit. Cuius etiam simile audiui esse in Gallia
circa Narbonā: vbi est lacus profundissim⁹ sicut puteus: ꝛ
ibi crusta sustinens animalia. ꝛc̄. Si etiam de illa particu=
la aliqua glebula extracta/vsqꝫ ad aquā penetreť/et cana=
bis pro madefaciendo / vel aliquid aliud infra ponatur/et
desuper cum exinde extracta glebula foramen obstruatur/
quomodocunqꝫ dicta particula prati tracta fuerit/ semper
illud qꝺ in aqua sibi subiecta positū est/ secū trahit. Et qꝺ
valde mirū est/si plures manipulos canabis ibi posueris/
ipsos amoto cooperculo ordine quo positi sunt/a foramine
exire videbis. Per pratum istud in lacu fluctuans/ eccle=
siam intelligo vel religionem fluctuantem in mundo. Per
particulas vero prati / personas particulares ipsius. Per
manipulos autē intromissos intelligo peccata in corde in=
terius occultata. Igitur si aliquā particulam / hoc est/per=
sonam aliquā per diabolū contingat a suo toto/hoc est/ab
vnitate ꝛ cōmunitate ecclesie vel religionis per peccatum
vel per odium aut apostasiam aut heresim separari/ ꝛ me=
diante resti improbe volūtatis vndiqꝫ per mundi lacū de=
uehi ꝛ deduci/ꝛ ad littora bonorum terrenorum adduci et
trahi / vt scilꝫ herba virtutum que in ipso est/possit ab ipso
diabolo defalcari/et bestijs.i.carnalibus vitijs depascen=
da exponi/procul dubio ipa particula.i.ipsa persona debet
ad pratum dimissum.i.ad societatem ꝛ cōmunitatem reli=
gionis vel ecclesie a qua fatue recesserat/ per penitentiā re
uenire: et per pacem ꝛ cōcordiam cum illa se iterum vnire:
dicens illud Matthei.xij. Reuertar in domū meam vnde
exiui. Uerum quia diabolus tali homini tradit manipu=
los canabis sui.i.diuersa vitia ꝛ peccata/que intus in eius
cōscientiam immittit/ꝛ desuper os per cōfitendi verecun=
diam ei claudit/et sic ipsum fasciculū peccatorū quocunqꝫ
vadat/secum ab ipso trahi facit: ideo debet talis penitens
foramē oris apertum habere/et receptos manipulos.i.in=
tromissa peccata/eo quo ipsa receperat ordine/per cōfessio
nem emittere/et distincte vnum post aliud explicare/et se
ab eis vacuare/ꝛ diabolo qui ipsa sibi cōmiserat/ restitue=
re/et se ipsis nequaꝙ̄ amplius onerare: dicens ipsi diabo=
lo illud Matth.xx. Tolle qꝺ tuum est: et vade. Bonus em̄
debitor debet reddere qꝺ recepit. sic bonus peccator debet
confitēdo diabolo dimittere qꝺ sibi tradidit ꝛ cōmisit. Qꝺ
bene potuit figurari Ioā.viij. vbi mulier adultera accusa=
toribus vno post alium exeuntibus / post scripturā dñi quā
faciebat in terra / remansit sola: ꝛ a Christo extitit absolu=
ta. Sic vere adultera cōscientia postꝙ̄ vitia a quib⁹ apud
Christum accusatur/vnum post aliud in confessione exiue
runt/solet libera manere/et absolutionis beneficiū a Chri=
sto vel a sacerdote Christi vicario reportare. Et aduerte ꝙ
isti accusatores inceperunt a seniorib⁹ exire. In quo nota=
tur ꝙ maiora ꝛ antiquiora vitia sunt prius confitenda. exē=
plo Esau: qui erat deterior/et tamē exiuit prim⁹ de ventre.
Geñ.xxv. Uel dic ꝙ istud pratum significat hominē gratū:
qui manipulos.i. beneficia que a deo vel a ꝓximo recipit/
debet per gratiarū actionem rependere/ et ipsa suo ordine
suo benefactori ostēdere et referre: et si necesse sit/ipsa resti
tuere/et pro viribus compēsare: iuxta illud Matthei.xxij.
Reddite ergo que sunt Cesaris Cesari: ꝛ que sunt dei deo.
21 ¶ Adhuc idem Geruasius ait ꝙ in prouincia Aqueñ. cir
ca castrum podij Michaelis est pratū qꝺ vbi primo passu
tetigeris/totum pratū mobile reddes: ipsumqꝫ vsqꝫ ad suas
extremitates contremiscere facies. Incole ergo venien=
tibus predonibus solent illic animalia sua ponere/ predo=
nes vero motione prati perterriti nō audent animalia in=
uadere. similia etiam loca dicit esse in mōtibus Ualentiñ.
Plinius etiam lib.ij.c.xcvj. dicit esse locum in Gabinensi
agro non procul a Roma/q̄ ad ingressum ferme per.cc.iu=
gera tremit. De Calamine etiam insula mobili que est in
lydia/dicit ꝙ bello mitridatico multorum ciuium fugien=
tium illuc facta est salus. ꝛc̄. Tale pratum videť esse mun
dus: in quo nihil est stabile: sꝫ cūcta sunt mobilia ꝛ fluxibi=
lia sine statu. Quia igitur mundi incole.i.demones bona
sua temporalia in mobili huius mundi varietate collocāt/
deberent predones.i.auari timere/et ab istorum bonorum
occupatione et acquisitione abstinere: quando scilꝫ omnia
mobilia et corruptibilia esse spectāt: quia pro certo sapiēs
qui mobilitatem temporalium considerat / territus profe=
qui cessat/et ad ipsorum obtentum per desiderium nō an=
helat. psal. Mouebuntur oīa fundamenta terre. ¶ In pro 22
uincia in castro Rochamaura ꝺm Gerua. erāt q̄dā species
vitiū/que ab īcolis vocanť brumestes/racemos grossiores
ceteris faciētes. Ibi ergo botri florēt, ꝛ ꝑducūt racemos vt

cetere vinee: sed vbi ad vigiliā beati Joānis/ scꝫ in estiuali solstitio peruētum est/ nec flos nec fruct⁹ in eis apparebit: immo quicqd in eis ad fruct⁹ pertineat/ euanescit. Tales sunt mundi diuites: qꝛ nunc vidētur florere/ et in diuitiarū fructibus abūdare: quādo vero estiuale solstitium. i. estus ⁊ ardor diuini iudicij apparebit/ tūc in istis nihil de diuitijs videbitur/ īmo flos sue glorie ⁊ fructus sue opulentie penitus disparebit. psal. Dormierūt somnū suum/ scilꝫ mortis: [23] et nihil inuenerūt viri diuitiarum in manibus suis. ¶ In prouincia ꝺm Gerua. qua Italiam respicit/ via estatis breuiori/ sed periculosiori/ vallis est dicta lentuscula: in cuius apice siquis clamauerit/ aut tussierit/ seu aliqd dixerit/ statim ex altis rupibus nix coagulata descēdit/ ⁊ descēdendo aliam niuem secum trahens infinito cumulo transeuntes obruit/ ⁊ ad profundā abyssum deiectos prosternit. Multe autem tales vie dicūtur esse in alpibus illis in varijs locis site. Talis vallis videt̄ esse mundus: qꝛ pro certo si aliquis contra altas rupes. i. contra mundi prelatos vel principes aliquo casu clamet vel tussiat/ vel de eorū violētia ⁊ iniquitate loquatur aut conquerat̄/ vel aliqđ verbum murmuret seu dicat/ statim ab ipsis niuibus. i. accusatoribus/ impositionibus ⁊ tribulationib⁹ opprimitur/ ⁊ per exactiões ⁊ vexationes deponitur et cassatur. Oportet ergo vt tales inferiores in patientia transeant/ et ꝙ de tyrannis et principibus nihil dicant: ꝙꝫ de eorum iniurijs ⁊ vexationibus nunqꝫ clament: de quo etiam ipsi tyranni gloriari vidētur/ dicētes cum rege Assyriorū illud Esaie. x. Uniuersam terram ego cōgregaui: nō fuit qui moueret pēnam/ ⁊ aperiret os ⁊ ganniret. Uel ista possunt applicari de silētio: quomodo illi qui supflue ⁊ nō vt debent loquūtur/ ira dei desuper opprimuntur. Ideo Amos. v. Prudens in tēpore illo tace- [24] bit: quoniā tēpus malum est. ¶ Scđm Geruasiū/ in puincia sunt multi fontes qui estate feruēte scaturiūt: in hyeme vero siccātur: cuius simile dicit Plini⁹ lib. ij. c. cvj. ꝙ trans Apeninū in agro pitinate est fluuius Nouanus: qui oībus solstitijs torrens est/ ⁊ bruma siccat̄. Idem etiā dicit esse in Casinate de fluuio scatebra: qui semp in estate est abūdantior. Ista possunt applicari ad multos quib⁹ plus proficit prosperitas qꝫ aduersitas: qꝛ in estate quādo fructus abundant. i. in prosperitatis tēpore/ isti sunt abūdantiores ⁊ aqs virtutum plentiores: in bruma vero. i. in hyeme/ hoc est in aduersitatis tempore isti sunt siccioꝛes/ ⁊ aquis clemētie ⁊ cōpunctionis ⁊ deuotionis indigētiores: qꝛ multi sunt qui melius sciunt viuere ⁊ vti prosperitate qꝫ aduersitate: qꝛ in prosperis per gratiarū actionem ⁊ per temperantiā virtutibus abūdant: in aduersis vero per impatientiā vel p obstinationem se a virtutib⁹ priuāt. Ideo tali anime videt̄ dñs loqui Canti. ij. dicens: Jam hyems transijt/ imber abijt et recessit: surge amica mea/ et veni. Uel dic ꝙ tales fontes sunt boni diuites: quia in estatis tēpore sicco quādo terra indiget humore. i. in tēpore pauptatis et caristie/ quādo humor bonorum temporaliū deficit/ magis debēt fluere ⁊ elemosynarū irriguis abūdare/ qꝫ tempore hyemali. i. qꝫ tēpore abundantie: quādo terra. i. status pauperum nō solet taliter indigere/ et quando vbiqꝫ videmus temporaliū flumina redūdare: qꝛ pro certo viri prudentes tempore abūdantie diuitiarū suarum aquas retrahunt/ ⁊ quodāmodo siccitatis ⁊ parcitatis similitudinē ostendunt: tempore vero caristie abūdanter effundunt/ ita ꝙ siccitatem pauperū temperant elemosynis et infundunt. Et breuiter est certum ꝙ omnis homo magis debet esse beneficus alijs tēpore indigentie/ qꝫ tempore abūdantie. psal. Tu exurgēs dñe misere- [25] beris syon: quia tēpus miserendi eius. ¶ In prouincia in comitatu Aqueñ. villa de campis/ in territorio Argentino ꝺm Geruasiū/ est fons mirabilis: qui repētina ebullitione scatet/ et post modicum cum respicitur/ locus scaturiginis nō apparet/ ita ꝙ vbi primo fontem videras/ ibi nec solum vestigium fontis videbis. Et qđ magis est mirabile/ (sicut ait) si signum baculi vel pali pro nota dimiseris/ nec baculum nec palum/ nisi forte post septem vel octo dies/ et sub eodē casu inuenire poteris. Simile dicit esse de insula fortunata: que pdita vocatur: qꝛ quādo querit̄/ nō inuenitur: a casu vero quādo nō queritur/ reperitur. Per istum fontē intelligo quosdam quos videas subito et ex insperato apparere/ et in mūdo aquis diuitiarū abundare: quos etiam videbis postea subito disparere/ ⁊ fluxū sue fortune ita inopinate perdere/ ꝙ de ipsis et eorū gloria vix poteris vestigiū inuenire. Istud videm⁹ de istis principium officialibus et alijs similibus: quos contra omnē rationem a casu ⁊ fortuna quandoqꝫ videmus ad alta officia promotos late ⁊ lete fluentes/ et diuitijs abūdantes. Uertas autē oculos/ ⁊ videbis ꝙ fortuna que ipsos adduxerat/ eos retrahit/ omnē aquā psperitatis in eis desiccat ⁊ subtrahit: ⁊ acsi nō fuissent/ vestigia sue glorie de medio mūdi tollit: ita vt nec baculum quidē/ nec palum. i. aliqd modicum de ipsorū diuitijs derelinquat. Tales ergo possunt dicere illud Sapiē. v. Nos nati continuo desinimus esse/ ⁊ virtutis nullum signū valuimus ostendere. Uel allega simpliciter de vita humana: que vbi fluere videt̄/ subito solet decedere/ ⁊ nullū vestigium in mūdo post se relinquere: quinīmo alias/ scilꝫ ī die iudicij/ subito ex insperato habebit resurgere/ et de loco ad locum mirabiliter se immutare. Allega vt supra. Uel allega istud pro illo cōmuni infortunio: quo fit vt si aliqd cum diligentia queras/ vix inuenias: postea vero vbi non quesieris/ a casu reperias. ⁊c. Uide supra de eodem de fortunatis insulis. ca. xxij. ¶ Itē ꝺm Gerua. in prouincia Ebredu- [26] neñ. in castro de Barlem/ est fons cuius potu sanātur gutturosi. Est autem gutturositas inflatura gutturis. quia in montibus Burgūdie/ et etiam circa montes Pyreneos in Uasconia cōtingit ꝙ propter excessiuam frigiditatē aeris et aquarum/ guttura inflātur incolarum/ et ita etiam dilatantur/ ꝙ quandoqꝫ ad similitudinē taurorum cum quadā pellis dependentia deformiter extendūtur. Per tales gutturosos/ supbos intelligo: quorum guttura per indignationem et superbiam sunt inflata. cuius tamen cōtrarium precipitur Leui. j. vbi dicit̄: Uesiculā gutturis ⁊ plumas proijciet. Igitur dico ꝙ fons iste potest humilitatē/ timoreꝫ et mortis memoriā/ vel etiam sacram significare scripturam cuius potus ⁊ haustus solet gutturis stomachationē/ iraꝫ et superbiam attenuare. Uel dic ꝙ gutturosi sunt detractores et oblocutores: quorum guttur latum est ad mala verba promēdum: ꝺm illud psal. Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant. Fons ergo iste dei gratiam vel prudētiam significat: que talium gutturum latā loquacē capacitatē sedat. Uel dic ꝙ fons iste est abstinētia: que capacitatē gutturis et ventris reprimit/ et gule ingluuiem restringit. Bibamus ergo istum fontem: iuxta illud Hiere. ij. Prohibe pedem tuum a nuditate/ et guttur tuum a siti. ¶ Occasione premissorū/ recordor me in ciuita- [27] te Auenione in prouincia quādam auem marinam vidisse albam: que guttur latissimū ad modum paleartij bouis habebat: ⁊ vnū gobellū plenū vino aperto ore recipiebat ⁊ glutiebat: vinū vero retinebat ⁊ bibebat/ ⁊ gobellū protin⁹ euomebat. Ista possunt dici contra gulosos: qui scilꝫ guttura habent latissima ad vina et cibaria glutiendū: totum enim quicqd apponit̄/ solent bibere et recipere/ et vasa vacua dimittere et reijcere. Hiere. xliij. Reportauerunt vasa sua vacua. Uel dic ꝙ iste est bon⁹ auditor: qui vinū doctrine sibi oblatum recipit: de vase vero. i. predicatore qualis fuerit/ nō attendit: quinīmo si nō placēt sibi mores ipsius/ ipsum retento vino doctrine reijcit et dimittit: iuxta illud Apli. j. ad Tessa. v. Omnia probate/ qđ bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos.

Capitulum. xliiij. de Sabea.

Sabea est regio Arabie: vbi thus ⁊ optima myrrhe species generatur: vbi fenix auis ⁊c. omnia vt supra de Arabia. Sabea ergo est ecclia. ⁊c. Figura. iij. Regū. x. vbi regina Saba venit ad Salomonē audire sapiētiam suam: et attulit ei aurum ⁊ argētum ⁊ diuersa aromata: ⁊ mirata fuit de nobilitate palatij Salomonis/ de ordine ministrorū/ et de ciuitate Hierusalē ⁊ templo. Ista est gētilitas: que regina fuit Sabee. i. illarum terrarum que nūc sunt ecclesia dei. Sed hec venit ad Salomonē. i. ad Christū per fidem: et attulit sibi aurum philosophice sapientie/ argētum eloquētie/ aromata moralis sanctimonie. Et quādo fuit in Hierusalē. i. in fide ecclesie/ mirata est tēplum sacre scripture/ vel etiā paradisi: ordinē seruorum/ hoc est prophetarum/ apostolo-

rum/martyrum/confessorum.⁊c̄. hec vide plenius in libro vltimo.iij.Regum.x.

Capitulum.xlv.de Saxonia.

Saxonia est prouīcia nobilissima in Germania herbis ⁊ graminibus/armētis ⁊ pecudibꝰ/fontibus ⁊ fluminibꝰ/metallis ⁊ lapidibus/fructibus ⁊ frugibus referta:castris/ciuitatibꝰ/rupibus atqꝫ mōtibus roborata. Nam iuxta montē vbi cuprum fodit̄/est alius mons vbi redolēt lapides sicut ambra. In mōtibus etiā eius est maximus cōcursus vrsorum/ceruoꝝ/⁊ animaliū ceteroꝝ:⁊ ideo ibi multa venationum genera exercent̄. Sic in ecclesia sunt gramina virētia honestatis/greges simplicitatis/flumina sciētie ⁊ veritatis/metalla seu lapides patientie/cōstātie ⁊ firmitatis/fruges ⁊ fructꝰ bone ⁊ virtuose operationis ⁊ probitatis/ciuitates ⁊ castra diuine et angelice protectionis/mōtes ⁊ rupes religionis et cōtemplationis:in quibꝰ mōtibus religionū effoditur cuprū qđ resonat.i.boni predicatores/lapides etiā redolētes.i.perfecti ⁊ morigerati hoīes/quorum redolet bona fama. In mōtibus etiā altis.i.in mōtibus dignitatū et honorum ecclesie circūeunt multe fere.i.multa genera hominū peccatorū:et ideo ibidē multa genera venationis et predicationis a venatoribus.i.predicatoribus exercentur. Deutero.viij. Eius lapides ferrū sunt:⁊ de eius mōtibus eris metalla fodiūtur. Trāseo:qꝛ illa sunt nimis cōmunia.

Capitulum.xlvj.de Sardinia.

Sardinia est insula ī mari mediterraneo/ad modum hoīs figurata/primo enim stricta est/secūdo lata/tertio stricta ⁊ lōga. Nā in lōgo.cxl.miliaria durat:⁊ ī lato tātūmodo.xl. Ibi nō est serpens nec lupus/nec aliud venenosum/excepta quadā herba que dicit̄ apium risus: seu herba sardonia:q̄ ridendo perimit comedētes. Ibi sunt fontes calidi/oculis dantes sanitatē/furibus autem cecitatē: si scilꝫ sacramēto dato/oculos aqua tetigerit:vt oīa dicit Isidorus. Hec est ecclesia: que ad modū humani corporis est in mūdi huius pelago situata. nam p̄mo stricta fuit ꝓpter credētium paucitatem.s.in capite quātum ad aplo̅s ⁊ martyres: in quibꝰ sicut in capite fuit visus discretiōis/gustus deuotiōis/sensus compassiōis/motus bone operationis.⁊c̄. Secūdo dilatata est per credētium multitudinē/⁊ etiam per latitudinem charitatis/⁊ hoc quātum ad brachia/scilꝫ confessores et doctores:q̇ sicut brachia fuerūt eccl̄ie defensores. Ideo Gen̄.xxiiij. Soror nostra paruula es:crescas.⁊c̄. Hester.x. Fons paruus creuit in fluuium magnū. Tertio autē prolōgatur quātum ad durationē/sed tamē coarctatur quātum ad dilectionē/⁊ quātum ad fidei discretionē. Figura optima Dan̄.ij.de statua cuius caput fuit aureum: quia principium ecclesie aureum fuit/scilꝫ per malleationē/purgationem/et martyrij tolerationē. Brachia.i.confessores fuerūt per predicationē erei: sed pedes.i.nos alij sumus terrei ꝑ incompassionē/⁊ ferrei per indeuotionē. In hac autē insula nō est lupus.i.diabolus/nec alia bestia venenosa/scꝫ eiꝰ angeli:vel lupus.i.populus paganorū: aut serpens.i.populus Iudeoꝝ/nec aīalia venenosa.i.mali christiani. Isti em̄ nō sunt de numero ecclesie/inquantum per peccatū ab ea sunt eiecti. Esa.xxxv. Nō erit ibi leo nec mala bestia. Per herbā aūt sardoniā ītelligo spem vite eterne:q̄ ridere fecit martyres: et ideo risus apium dicit̄:qꝛ boni qui sunt apes mel gratie deferētes/de tribulatiōibus mūdi ridēt/et eas vilipendūt. Et licet per eam vel eas aliquotiēs moriūtur/tamen ridendo et gaudēdo equanimiter patiūtur. Job.v. In vastitate ⁊ fame ridebūt.et ad Roma.v. Gloriamur in tribulationibus ⁊c̄. Per fontem calidū intelligo fontem penitentie ⁊ cōfessionis:in quo oculus intellectus a peccatorum albugine abluitur ⁊ sanatur per calorem compūctionis ⁊ contritionis. Uel per illos fontes intelligo ardorē tribulationum:in quo boni sanātur:sed fures.i.mali totaliter excecātur:scilꝫ desperādo.⁊c̄. Uel per fontem intelligo sciētiam vel scripturā:que bonos iuuat: hereticos autē et malos excecat. que etiam gentiles per fidem illuminauit/⁊ a cecitate errorum curauit:fures vero.i.iudeos obscurauit ⁊ excecauit. Sap̄.ij. Excecauit eos malitia eorum. Uel etiā significat mūdi prosperitatem:que bonos non ledit: fures autem.i.malos ⁊ auaros occidit.

Capitulum.xlvij.de Scythia.

Scythia tam Asie q̄ꝫ Europe est prouincia. Superior em̄ est in Asia/attingēs ab oriēte vsqꝫ ad meotides paludes/et fluuium magnū tanaim: inferior vero Scythia est in Europa: et ab illo fluuio vsqꝫ ad vltimos fines Dacie protēditur. Teste autē Plinio/Perse Scythas vocāt sacas. Et ideo credo ꝙ Scythia est illa aquilonaris regio ab India incipiens quā Tartari occuparunt: vbi magnus Chan dominatur:⁊ in qua ciuitas magna Chābelech situatur: que cathaym vulgari lingua appellat̄. Utcūqꝫ ergo sit/Scythia maxima est regio/multis barbaris nationibus occupata: sicut etiam colligit apostolus ad Coloss.iij.dicens. In ecclesia nō est barbarus neqꝫ Scytha:sed Christus idem in omnibus. Mores ergo quorūdam hominū/qui varias scythie regiones habitant/recitabo:et ad spiritualem intellectum pro viribꝰ applicabo. ¶ Teste ergo Solino: Neuria Scythie est prouīcia: vbi fluuiꝰ Borysthenes permeat:de quo dictū est supra.cuius incole certis estatis temporibus transfigurātur in lupos: deinde exacto spatio qđ huic sorti attributum est/in pristinam faciem reuertūtur. His populis Mars est deus: et pro simulachris enses colunt:de ossibus vero hominū ignes sacrificiorum faciunt: et pro victimis homines cedūt. Hec Pomponius. Plinius etiam facit mētionem de his. Tales enim mores habuisse neuros apud Solinū comperio:si tamē ipsos adhuc habeāt/ignoro. Multe enim nationes que antiquitus fuerūt barbare/nunc facte sunt ciuiles et domestice: sicut de gallicis reperio:qui antiquitus fuerunt ferocissimi: qui tamen nūc sunt ciuilissimi. Igitur per istos neuros possunt intelligi sicarij et latrones:qui cum sint homines a natura/in lupos tamē mutantur/inquātum in lupinam rabiem immutātur/et in mores crudeles et beluinos efferātur. Job.xxx. Mutatus es mihi in crudelē.⁊c̄. Hi ergo Martem et enses.i.bella ⁊ arma pro deo videntur colere: ⁊ in nullo alio spem habere. Marti enim.i.bellice crudelitati immolāt homines: et de illorum ossibus.i.de eorum occisione accendunt sue crudelitatis ignes. Qđ etiam generaliter cōtra homines armorum dici potest:qui in occisione solent delectari: et plus in gladio q̄ꝫ in deo gloriari/et magis ac magis ad crudelitatis incendium inflāmari. Osee.xiij. Immolate homines vitulos adorantes. ¶ Gelonia Scythie erat prouincia Neurie proxima: cuius incole quando hostes poterant superare/solebāt excoriare/et de eorum cutibus sibi vestes/et equis suis tegmina facere: et sic solebant ad terrorē suorum hostium se ornare: ⁊ cutibus hostium cū capillo vti solebāt pro baltelibus: vt ait Plinius libro.vij.c.ij.qui ipsos anthropophagos vocat:et supra Borysthenē flumē ꝑ iter decē dierū dicit habitare:ſm Isigonum Niceensem. Per istos intelliguntur raptores nobiles ⁊ potentes: qui geloni dicti sunt:quia quātum ad deum per indeuotionem gelidi sunt et tepentes/⁊ quātum ad proximū cunctis subditis et simplicibus inimici sunt: et impugnant singulos tan̄q̄ꝫ hostes: quia isti vt cōmuniter hoīes iustos ⁊ simplices odiūt: et per rapinas ⁊ exactiones ipsos impetūt et inuadūt. Prouerb.xxix. Uiri impij oderunt simplicē. Isti ergo tales hostes suos/hoc est/subditos simplices ⁊ paupēs atqꝫ iustos solent per rapinā excoriare/⁊ cute ⁊ pilis bonorum tēporalium spoliare:et exinde se et equos suos ad litterā adornare:vel equos.i.vxores suas:vel se et equos qui ipsos portāt ⁊ sustinent/scꝫ aduocatos/cōsiliarios ⁊ balliuos induere ⁊ ditare. Job.xxiiij. Nudos dimittūt hostes/vestimēta tollētes. Unde Michee.iij. Comederūt carnem populi mei et pelles eorum desuꝑ excoriauerūt et ossa eorum cōfregerūt. Ab istis enim tyrānis caro.i.substātia immobilis/pellis.i.bona mobilia/⁊ ossa.i.tota tēporalis fortitudo quā habent alij/comedit̄:et tota sibi acquirit̄/⁊ ab eis vsurpat̄. ¶ Sarmate populi sunt inferioris scythie:qui a paludibꝰ Meotidis vsqꝫ in Germaniā ſm Pomponiū protendūtur: quorū mos (vt ait) fuit antiquitꝰ mirabilis. Nam apud eos easdem artes exercebāt femine quas viri:ita vt ne quidē a militia vacarent:quinimo viri pedites/femine equites militabant. ferro nō dimicabāt/sed quos laqueis intercipere po

terant/trahēdo conficiebant. Iste etiā vt nubiles fierent/ nō expectabant etatē/sed apud eos virgo nubilis dicebat/ que virgo manens hostem occidisset. Talis patria videtur spiritualiter esse mūdus: q2 reuera ibi vidētur femine.i.pso ne effeminate ⁊ insufficiētes equitare/⁊ in altis officijs militare: viri vero.i. viriles persone ⁊ virtuose peditant/⁊ inferius in statu infimo perseuerant. Eccl's.x. Vidi seruos in equis/⁊ principes ambulantes quasi seruos super terram. Igit tales femine.i.nostri effeminati diuites/milites/ domini et magistri/ ferro nō dimicant viriliter contra hostes pugnando/vel seueram iustitiam faciendo/sed potius laqueis.i. fraudibus ⁊ machinatiōibus pugnant/simplices opprimēdo/virgines rapiendo/vsurando/ fraudādo. Esa. iij. Mulieres dominate sunt eis. Isti ergo nō in etate moralis maturitatis gloriantur/sed tunc se reputāt nubiles.i. laudabiles/quando ipsi sic virgines.i.steriles in virtutib9/ aliquem in laqueis occiderunt.i.fraudum astutijs circunuenerunt. Vel si vis allega illud contra malas et virgines ⁊ mulieres: que viris suis volunt esse superiores/et contra alios crudeliores/⁊ ad iniurias proniores: exēplo Jezabelis. Unde Eccli.xxv. Breuis omnis malitia super malitiā mulieris. vide infra.c.lvj. ¶ Agathyrsi sunt scythie populi qui corpora sua solent cerulo tingere et pingere/et tam crines ꝙ pellem cerulo colorare: et hoc (vt ait Soli.) non sine differentia: quia quanto quis alijs in statu et gradu prefertur: tanto amplius tingit/et potius coloratur: in tātū ꝙ minus tingi apud ipsos humilitas reputatur: sicut dicūt Plinius ⁊ Solin9: ⁊ cuius simile etiā ponit Pomponius. Sic multe mulieres vt pulchriores appareant/ quādoq3 se pingunt/tingunt et fardant: exemplo Jezabelis: de qua dicit iiij. Regū.ix. ꝙ ipsa liniuit oculos suos stibio: vt Jehu regi pulchrior appareret: qui tamen eam cōtempsit/ ⁊ canibus deuorādam exposuit. In quo notādum ꝙ illas que se pingunt ⁊ tingūt/canes infernales finaliter comedūt/nec etiā illis placent/quibus placere credunt/⁊ quorum occasione hoc faciunt. Hiere.iiij. Si pinxeris stibio oculos tuos/frustra componeris: cōtempserunt te amatores tui. Et breuiter hodie que nobilior est/magis pigitur: ⁊ apud ipsas que minus est picta/ humilior reputatur. Vel per talem picturam intelligimus hypocritarū fictionem: qua agathyrsi.i. simulati religiosi vtunt: q quāto alios statu ⁊ gradu preeūt/ tanto magis hypocrisi depinguntur. Hiere.xij. Nunquid auis discolor factus sum Israeli? nunquid auis tincta per totum? Vel potest dici generaliter cōtra curiosos: qui vestibus ⁊ ornatib9 volūt esse colorati ⁊ picti. ¶ Anthropophagi sunt scythie populi: quibus (teste Solino) execrandi cibi sunt humana viscera. Quē morem impie gentis prodit terrarum adiacētium tristissima solitudo. Finitime eñ nationes longe ab isto populo recesserūt: ⁊ terram desertam versus ipsos/eorum metu/vsq3 ad seres per spatia longissima dimiserunt. Tales populi sunt detractores/⁊ humane carnis.i. humane vite diffamatores et voratores. Isti eñ dentibus sue detractionis carnem humanā.i. vitam ⁊ famā hominū deuorant: et ideo necesse est ꝙ alie nationes.i. alij homines ipsos caueant: ⁊ ne ab eis deuorentur ⁊ diffamētur/ ipsos solos ⁊ solitarios deserant ⁊ dimittāt et ab eis fugiāt et recedant. Ad litteram enim societates talium cauētur/ ⁊ solitarij ab alijs dimittūtur. Johel.ij. Post eum solitudo deserti: nec est qui effugiat eū. Vel potest dici de diuitib9: qui hodie soli habitāt: terras etiā circūiacentes occupant: ⁊ iuxta sua domicilia vicinos fugant: qui etiā metu sue crudelitatis/qua pauperes deuorant/ ab ipsorum vicinia se elongant. Allega vt supra. ¶ Albani scythie sunt populi: apud quos sunt canes fortissimi/de caniculis et tigrib9 nati: qui albani dicūtur/eo ꝙ albo crine ⁊ alba oculorū pupilla nati sunt. Et ideo ꝓm Solinū ⁊ Pliniū meli9 de nocte ꝙ de die videre perhibētur. Isti canes mūdi sapiētes figurāt: apud quos canis insatiabilis.i. ardor auaritie est fortissimus: q p fictam innocētiam albi sunt: et tamē clarius in nocte.i. per turbulēta mūdi negocia/ꝙ in die spiritualiū actionum iudicant atq3 cernūt. In spiritualibus enim bonis et in his que ad salutem pertinēt/sunt ignorātes: in nocturnis vero tēporalibus clarissime sunt vidētes: dicētes illud ps. Nox illuminatio mea i delicijs meis. ¶ Essedones populi sunt qui teste Soli. inter anthropophagos (de quibus supradictum est) numerātur: qui carnib9 humanis vescūtur. Essedonum eñ mos est parētum suorum funera cantibus prosequi/et proximorū corpora congregatis cetibus laniare/⁊ mixta carne pecudum/dapes facere: capitum etiam ossa auro incincta in poculorum ministerium tradere ⁊ habere. Ad qđ etiam facit qđ dicit frater Odoricus in libello suo de mirabilibus orientis: vbi ait se in quādam terram venisse/vbi talis mos erat ꝙ quādo quis infirmabat/filius eius ab idolo petebat si pater suus de illa infirmitate moritur9 erat: quem vbi moriturū cognoscebat/legis sacerdotē vocabat: patrem ad locum deputatū ferebat: quem sacerdos gladijs detrūcabat/⁊ coctum in lebete filio ⁊ congregatis amicis comedēdum prebebat: filiusq3 patrem sic honorare credebat: inquātum ne a vermibus sub terra comederetur/īpedire se dicebat. De craneo vero capitis patris calicem faciēs/extunc ex eo in honorem patris bibebat. Ista possunt applicari cōtra quosdā in parētes ⁊ proximos crudeles: vt qui de parētum funeribus solēt gaudere/⁊ proximorum ⁊ parētum carnem.i. tēporalem substātiam per rapinam comedere/et ad instinctum idoli sui.i. auaritie (que est idolorum seruitus) ipsos diripere ⁊ vorare. Auari enim nec patri nec proximo parcunt/sed vna cum suis vxoribus et amicis carnem sue substātie temporalis diripiunt ⁊ assumūt. Hiere.xix. Unusquisq3 carnes amici sui comedet. Vel dic ꝙ isti sunt detractores: qui pro certo parētes suos.i. prelatos/alios etiam proximos.i. socios ⁊ amicos solent dentibus detractionū laniare: et si contingat ipsos suos parentes esse in aliquo defunctos.i. defectuosos ⁊ infirmos/solēt ad eos deuorādum et fame sue detrahēdum alios congregare/ et in eorum capitib9 bibere.i. super eorum capita obloqui ⁊ ludere/⁊ sua conuenticula ⁊ conuitia contra eos cū suis complicibus celebrare. psal. In me psallebant qui bibebāt vinum. Sicut ad litteram videmus in ecclesia ⁊ religione: vbi detractores ad detrahendum prelatis ⁊ socijs solēt vacare/et ad hoc suos cōplices aggregare. Ezech.v. Patres comedent filios in medio tui: et filij comedent patres suos. ¶ Scythotauri populi sunt Scythie: qui pro hostibus solent aduenas cedere/ et dijs suis extraneos immolare: teste Solino. sicut etiam dicit idem: Scytharum interius habitantium asperior est ritus. Specus enim incolūt/ amant prelia/interemptorum sanguinem e vulneribus ipsis bibunt: et de capitibus inimicorū/non amicorū/ vt Essedones/pocula moliuntur. Numero cedium honor crescit: quarum expertē esse/apud eos ꝓfanum est. haustu mutui sanguinis fedus ineunt et componūt: exemplo inqt Medorum: apud quos inter Alyathē lydium et Astyagē Medie regē/hoc pacto firmata sunt iura pacis. Ista possunt applicari cōtra belligeros ⁊ crudeles/ ⁊ maxime contra sicarios ⁊ latrones: q aduenas ⁊ extraneos solent victimare ⁊ occidere/⁊ ad litterā (sicut dicit) sanguinem occisorum pro acuenda crudelitate bibere: numero cediū gloriari: et inexpertem earum degenerē reputare. Multe enim sunt hodie nationes in quibus viri belligeri quanto plures occiderint/tanto magis se reputant gloriosos: et illum qui nullum occiderit/vilem ⁊ degenerem esse putant. Vel dic ꝙ tales significant impios balliuos principum et potentum: qui prelia ⁊ seditiones diligunt/aduenas ⁊ pauperes opprimunt/sanguinēq3 sue temporalis substantie bibunt ⁊ hauriunt: et quanto plures oppresserint tāto melius fecisse se credunt. Numeri.xxiij. Non accubabit leo nisi rapuerit predam/⁊ sanguinē occisorum bibat. Et sanguinē propriū inter se.i. suam substātiam temporalē cōmunicāt/et inuicē federa ⁊ amicitias ineunt: ⁊ sic haustu mutui sanguinis/cōtra oēs alios se cōfederāt ⁊ coniungūt. vnde Luce.vj. Peccatores peccatorib9 fenerātur/vt recipiant equalia. ¶ In Scythia sunt quidā ppli dicti Axiace: qui nec aliena mirantur/nec sua diligūt. Alij etiā populi sunt ibi dicti Scytharche: qui vsu auri argentiq3 dānato/se a publica auaritia vindicarunt. In Europa etiā apud quos celi cardines esse credunt/⁊ extimos syderum ambitus/locus est dictus Pterophoros/quē incolūt gens beatissima/qb9 est celi aura clemētissima ⁊ salubris/nihilq3 habens noxij flat9: quibus nemora sunt domus/et arborum fructus cibus. Isti

discordiā nesciunt/egritudinē nō sentiunt/innocentiā oēs
custodiunt/mortē non timent/sed omnes volūtarie ipsam
subeunt ⁊ accersunt. Illi enim qui nimiū antiquātur/volū
tario interitu castigāt obeundi tarditatem. Habent enim
in mari promontoriū ad qd̄ vadunt/et primo bene satiati/
vncti ⁊ delibuti/precipites in mare cadere se permittunt:⁊
hoc genus sepulture optimū esse credunt. Ista possunt ap-
plicari ad populū ecclesie primitiue: qui procul dubio fuit
gens beatissima:q̄r vsu auri ⁊ argenti damnato/pauperta-
tem elegerunt/auaritiā fugerunt/ nec aliena cupierūt/nec
ꝓpria dilexerūt. Audierūt enī Christū dicētē: Matth.xix.
Si vis ꝑfectus esse/vade ⁊ vende oīa que habes:⁊ da pau
peribus. Istis quidē ad litterā fuit celi summa clementia:
ipsosqꝫ aura spūssancti salubriter inspirauit: ⁊ ideo nullam
vitiorum egritudinem habuerūt:⁊ syluas pro domibus ha
buerunt:sicut in eremitis patuit. Discordiam nescierūt:et
innocētiam seruauerūt:vt patuit in confessoribus: ⁊ mortē
volūtarie susceperūt:sicut patuit in martyribus. Se enim
oleo letitie perungebant/ se sacramento eucharistie satia-
bant:⁊ sic ad mortem leti ⁊ volūtarij properabāt: et in ma-
re.i.in tormētorum amaritudinē pro dn̄o se ponebant:sicut
apparuit in Eleazaro:de quo dicit̄.ij. Macha.vj.ꝙ glorio
sam mortem plusqꝫ odibilem vitam eligēs/volūtarie ibat
11 ad supplicium. ¶ In finibus Scythie est iugū rhipheum:
vltra qd̄ est quedā regio assiduis obsessa niuibus/damna-
ta pars mundi: ⁊ a rerum natura in nubē eterne caliginis
mersa:ipsisqꝫ aquilonis conceptaculis rigentissima. Sola
enim terrarum nō nouit vices temporū:nec a celo aliud ac
cipit/q̄ꝫ hyemem sempiternā. Ista regio potest significare
infernum:vbi est nix frigus et hyems sempiterna:q̄r gran-
do/nix/glacies/spiritus procellarū/pars calicis eorū: sicut
dicit̄ in psal. Damnata enim pars mūdi est/et ad litteram
vicissitudinē diei ⁊ noctis non percipit:et a celo.i.a deo ni-
hil aliud q̄ꝫ hyemē perpetuam et eternam caliginē seruat.
Job.x. Terra tenebrosa ⁊ operta mortis caligine: vbi vm-
bra mortis/et nullus ordo/sed sempiternus horror inhabi-
tat. Uel dic ꝙ talis est peccator obstinatus:q̄ noctu igno-
12 rantie ⁊ gelu perpetue indeuotiōis arctatur. ¶ Arimaspi
dicunt̄ quidam populi Scythie cōmorantes in loco dicto
Gesglitron:qui vno oculo in fronte dicunt̄ insignes:qui in
rhipheis mōtib⁹ dicūtur smaragdos custodire:⁊ pro ipsis
cōtra Gryphes pugnare:⁊ eos ne in vsum hominū veniāt
preseruare. Unde fit ꝙ Gryphib⁹ rapientib⁹ ⁊ Arimaspis
custodientibus/isti lapides vix habētur/et in vsus hominū
difficulter veniunt. Per istos lapides intelligo diuitias tē
porales/per gryphes aues ferocissimas intelligo raptores
principes et crudeles/per Arimaspos autē vsurarios infi-
deles:quorum scꝫ oculus mētis est in fronte/inquātum cor
eorum et intentio semꝑ tendit ad bona presentia que sunt
ante:carent vero oculo dextro.i.discretione bonorum para
disi/⁊ oculo sinistro.i.consideratione tormētorū inferni: sed
habent vnicum oculum in fronte.i.solam cōsiderationem
ad presentia bona mundi. Dico ergo ꝙ smaragdi.i. diui-
tie temporales ad vsus hominū.i.pauperum et rationabi-
lium raro veniunt: q̄r gryphes ⁊ arimaspi.i.raptores ⁊ vsu
rarij ipsas inter se diuidunt/et propter hoc etiam pugnam
aliquotiens inuicem faciunt ⁊ incurrunt:ipsasqꝫ taliter ab
alijs custodiunt/ꝙ nulli preter eos ipsas accipiunt ⁊ acqui
runt. Prouerb.v. Habeto eas solus:nec sint alieni partici-
13 pes tui. ¶ In Scythia est quedam insula quā incolūt qui
dam populi qui hippopodes nominātur:qui teste Solino/
formā humanā habentes/in pedes equinos desinunt. Ta-
les sunt quidam qui per totum corpus sunt hoīes.i.per to-
tam vitam sunt boni/et ratione vtentes:exceptis pedibus
senectutis. Sed vere quādoqꝫ fit ꝙ illi qui in tota vita sua
fuerant hoīes.i.iusti/in pedibus.i.in fine fiūt equi.i.bestia-
les ⁊ impij/superbi et immundi;figurati in statua Dan̄.ij.
que caput habuit aureum/⁊ pedes habuit partim testeos
⁊ lutosos/partim ferreos atqꝫ duros. Ad denotandū ꝙ isti
partim sunt lutei ⁊ immūdi/partim ferrei et obstinati ⁊ su-
perbi.vnde talibus senibus dicitur Ezech.xxiij. Sicut flu
xus equorum:fluxus eorum. Ideo bene dicit psal. Nolite
14 fieri sicut equus ⁊ mulus:quib⁹ nō est intellect⁹.⁊c̄. ¶ Qr
in Scythia sint phanisij qui maximas habent aures/vide

cap.de faunis.§.vij.

Capitulum.I.de Scotia.

Scotia est regnum in finibus Britānie maioris/ 1
in quo teste Geruasio / est stagnum in qd̄ ocea-
nus fluit omni die: ⁊ dum aduenit/a stagno ta-
liter absorbet̄/ꝙ propter excrescētiam ipsius sta
gni margines non mergūtur: verum cum aqua
decreuerit/ad modum montis aquas absorptas euomit:⁊
hoc in tanta copia/ꝙ etiam margines tunc submerguntur.
Hic igitur est vnum mirabile: q̄r si tunc homines recta fa-
cie prope astent/tāta aspergine profundūtur/ꝙ mirum erit
nisi pereant:si vero dorsum ad stagnum verterint/nihil ti-
ment. Ista possunt cōtra multos dici:qui scilꝫ nullo modo
volunt respici vel videri: quia scilꝫ dum nequitias suas pa
leuitatē simplicitatis. Loca vero maritima.i.illi qui sunt iuxta fluct⁹ mundanoꝝ negocioꝝ/ montuosa etiā.i.illi qui sunt in altitudine dignitatū ⁊ officioꝝ/faciliter tales terremotus incurrūt/ipsosq̧ tentatio/tribulatio ⁊ dānatio de leui destruūt ⁊ subuertūt.ps. Fundamēta montiū cōturbata sunt ⁊ cōmota sunt:qm̄ iratus est eis. ¶ Itē scd̄m eūdē li.ij.c.lxxxix. Terremotus causa est terrarū nascētiū ⁊ crescētiū ⁊ pereuntiū. Nā quādoq̧ per terremotū insule noue efficiunt̄ et generant̄: et exēplificat de Nea/Alone/Thera et therasia/⁊ plurib⁹ alijs. Item qn̄q̧ p terremotū que insule et terre firme fuerāt/submergunt̄:⁊ exēplificat de illa terra de qua dicit Plato ꝙ ipsam mare Atlanticū nūc occupat: ⁊ de alia ciuitate q̄ vna cū poplo suo submersa est. ibidē.c.xc. Item qn̄q̧ insule terre firme efficiunt̄/⁊ ipsi terre solide adiungunt̄:⁊ exēplificat de zephirio/Antisa et alijs multis. Itē quādoq̧ de istis terris firmis insule ꝓcreant̄/⁊ ab ipis terris solidis disiūgunt̄: et exēplificat de prochyta insula:q̄ prouolutis montib⁹ fuit facta. Item qn̄q̧ p terremotū ipsi mōtes ad terrarū planitiem equātur: et exēplificat de mōte Epopo in sinu cāpanie: q̄ repēte flāma ex eo emicante/cāpestri planitie adequat⁹ est. De multis ergo locis et terris exēplificat Pli. in quibus fecit mirabilia terremotus.ponit etiā exēpla infinita de ciuitatib⁹ et terris a diuersis maris partibus ⁊ diuersis terremotib⁹ absorptis vel factis:que ponere longū esset. Igit̄ oīa ista possunt referri ad ꝓuidētiā dei occultā:q2.s.tūc terra q̄ est īmobilis cōcutit̄ ⁊ mouet̄/qm̄ ipse de⁹ inuariabilis ⁊ stabilis p suā occultā ꝓuidentiā ad faciendū aliq̄d inclinat̄.ps. Terra mota est:et em̄ celi distillauerūt. Dico ḡ ꝙ p terremotū i h̄ mūdo multa mirabilia fiūt:q2 scz spūaliter cōsiderando/qn̄q̧ noue insule.i.noui fideles fiūt/⁊ surgunt p fidē:vel p penitentiā cōuertūtur. Qn̄q̧ etiā ipsa ꝓuidētia pmittente/illi q̄ iā facti erāt/⁊ qui diu in fide ⁊ morib⁹ pmāserant/a mari.i.a diabolo vel pctō submergunt̄/⁊ p damnationē destruunt̄. Qn̄q̧ illi qui terre.i.eccl'ie p fidē/vel deo p charitatē ꝯtinui ⁊ cōiūcti fuerāt/inde p schismata diuidūtur:et i diabolicas insulas cōuertunt̄:sicut sunt schismatici:qui in sectas varias distinguunt̄:⁊ dato ꝙ aliquādo mōtes.i.viri alti in sciētijs ⁊ gradibus ecclesie fuerint/in mare tm̄ pcti aliqn̄ p hereses deuoluunt̄/ ⁊ p dānationē finalit̄ submergunt̄.ptz de arrio. Quandoq̧ vero ecōuerso illi q̄ insule diaboli ⁊ diuisi a terra.i.a deo ⁊ eccl'ia p schismata fuerāt/p fidē iterū eis iūgūtur:q2 vt breui⁹ concludā/oīs noua ⁊ totalis hoīm ꝯuersio vel obstinatio ⁊ dānatio/oīsq̧ diuisio vel reunio a terremotu diuine ꝓuidentie oritur: ⁊ ab ipo actiue vel passiue instituit̄ ⁊ causat̄. Ideo bene d2 ad Roꝫ.xj. In ipso et p ipm ⁊ cū ipso oīa sunt. Idē autē fit tēporaliter:q2.s.in mūdo fit ꝙ terremot⁹ fortune ⁊ ꝓuidētie diuine quosdā de nouo ad statū ꝓsperitatis qui nūq̧ alias ibi fuerāt eleuat:quosdā vero qui diu felices fuerāt/ex toto submergit ⁊ depaupat. Quosdā aūt qui mōtes alti ⁊ in statu suo firmi fuerāt/in mari tribulationū situat/ipsosq̧ submergit ⁊ adnihilat:alios vero qui diu insule.i.in fluctib⁹ tribulationū vixerāt/i terras firmas mutat: ipsosq̧ roborat ⁊ trāquillat.fit etiā ꝙ iste terremot⁹ quosdā q̄ mōtuosi.i.alti diuites ⁊ supbi sunt/mediāte flāma tribulationū alijs.s.vicinis adequat:⁊ oēm stat⁹ excedentiam eis trūcat.vn̄ Eze.xxix.dicit̄ de egypto q̄ diu regnū altissimū fuerat/ꝙ erit regnū humile inter regna cetera:⁊ nō eleuabit̄ supra nationes. Uel si vis expone nō solū de psonis/imo ⁊ de generib⁹ vl' parētelis hoīm:quoꝝ cōtinue vna surgit/alia perit.⁊c̄.sicut.s̄. Un̄ Eccl's.j. Generatio aduenit/⁊ gn̄atio preterit:terra autē ineternū stat. Uel si vis expone istud vltimū de die iudicij: vbi.s.emicāte flāma ignis cōflagrationis mōtes vallibus equabūtur/⁊ oīa ad planitiem reducent̄:sicut dicit̄ Baruc.v. Cōstituit dn̄s humiliare oēm montē excelsum/⁊ rupes perennes/⁊ ꝯualles replere in equalitatē terre. Uel dic si vis ꝙ licet hō aliquis mons.i.supbus ⁊ presumptuosus existat/⁊ alijs altiorem/nobiliorē ⁊ sufficientiorē se credat/ꝓpter qd̄ sup alios se extollat/⁊ ab eoꝝ societate ⁊ equalitate se diuidat ⁊ seiūgat:nō restat nisi ꝙ flāma charitatis ipm alijs adequet/et familiarē ⁊ socialē faciat. Uel flāma tentationē significat: que ꝓ certo tales ꝓsumētes de suis virib⁹ humiliat/ipsosq̧ alijs adequat ⁊ assimilat:tumorē supbie sedat:quādo.s.ipa tētatio ad sui cognitionē ipos reuocat. Utile est ergo talib⁹ qn̄q̧ flāma tētationis tangi/vt seipsos cognoscētes possint alijs coequari/et p humilitatē a tumore supbie tēperari/⁊ alijs cōformari:vt sic alij possint eis dicere illd̄ Esaie.xiiij. Et tu vulnerat⁹ es sicut ⁊ nos:nr̄i sil'is effect⁹ es. ¶ Scd̄m Pli.li.ij.c.xcv. Alique sunt scrobes/specus/cauerne seu lacus q̄ mortiferi sunt intuētib⁹.exhalāt em̄ vapores et spirit⁹ pestilētes:q̄ subito exanimāt tales spūs haurientes. Dicit ḡ ꝙ iuxta soractē locus est qui auib⁹ ⁊ nullis aīalib⁹ alijs est periculosus:⁊ ipis si desup volauerint/mortifer ⁊ dānosus. In sinuessano etiā agro puteolano sunt q̄dā scrobes mortifere oīb⁹ aīalib⁹ ꝓter hoīem:homini ꝟo qn̄q̧. Itē in hirpinis(vt ait)loc⁹ est quē q̄ intrāt/moriunt̄. In hierapoli ꝟo in Asia sil'r est q̄dā locus q̄ oīb⁹ intrātib⁹ est mortifer: ꝓterq̧ sacerdoti matris deoꝝ. Per talia loca intelligere potes loca/psonas ⁊ negocia q̄ hoī spūaliter sunt dānosa:sicut.s.est mūdus/mala mulier/luxuriosus/heretic⁹/et alia sil'ia. Ab istis em̄ cōtinue exhalāt ⁊ exeunt q̄dā spūs pestilētes.i.male tētatiōes ⁊ suggestiones/ꝟba ⁊ inductiōes/aīas spūalit̄ occidētes: ⁊ ideo breuiter q̄sq̧s talia mala negocia vel psonas frequētat aut sequit̄/ p diuersa vitia necessario morit̄. Aues etiā q̄ clare vidēt.i.mūdi sapiētes ibi multoties pereunt/vbi alia aīalia.i.mūdi simplices p vitia nō succūbūt. Et breuiter solus hō/sol⁹ sacerdos matris deoꝝ.i.illi soli q̄ more hoīs pfecta ratiōe regunt̄/illi etiā q̄ matri deoꝝ.i.ecclesie genitrici sctōꝝ/ vel beate virgini regine angeloꝝ deuotissime famulant̄/possunt ista pericula euadere:⁊ p debitū regimē ⁊ cautelas necessarias talit̄ faciūt ꝙ in istis periculis nō succūbūt:q2 ꝓ certo illos culpa vitioꝝ nō superat quos ratio discrete gubernat/et q̄s deuotio sacrat. Allega sicut vis. Igit̄ dicam⁹ isti mr̄i deoꝝ beate ꝟgini: Sub tuū presidiū ꝯfugim⁹ sctā dei genitrix.⁊c̄. ¶ Teste eodē ibidē/ apd̄ delphos i illo nobilissimo apollinis oraculo spec⁹ erat fatidic⁹: cui⁹ exhalatiōe temulēti ꝓcinebāt futura. Sic vere in oraculo apollinis christi.i. i fide eccl'ie fuit antiq̄t⁹ spec⁹ ꝓfunde humilitat; vn̄ spūsctūs exhalās/ ꝓphetas ad ꝓdicandū futura mouebat. Un̄ illd̄: Spūsctō inspirati/locuti sunt ꝓphete. ¶ Pli.li.ij.c.xcvij.noīat multas insulas tā in mari q̧ in lacub⁹ semp mobiles: de q̄b⁹ supra dixi li.viij.c.j.§.xxiiij.⁊.xxv. Inter cetera tm̄ ipse dicit esse in Tarqnensi lacu magno Italie duas isulas q̄ vēto p lacū circūferunt̄. Unū tm̄ ipse dicit satis mirabile: ꝙ.s.iste insule p ventū mutant̄ in formā nūc rotūdā/nūc triquetrā:nūq̧ ꝟo in q̄dratā. Sic vere pctōres in mundi lacu instabiles et mobiles existūt/⁊ ꝯtinue p vētū vanitat; vel diabolice suggestiōis mouent̄ ⁊ discurrūt/⁊ diuersas formas varietatis induūt/⁊ cōditiōes suas varie circūducūt.vnū tm̄ deficit:q2.s.nūq̧ possunt formā q̄dratā cōstātie ⁊ pfectiōis acq̄rere/seu etiā quadraturā q̄ttuor ꝟtutū cardinaliū obtinere. Uel dic ꝙ etiā i religiōe multi sunt q̄s flat⁹ ꝓlati vbi vult cōuertit ⁊ mutat: excepta tm̄ quadratura q̄ttuor ꝟtutū cardinaliū:quā ꝓ posse suo nullaten⁹ eis donat:q2 ꝓ certo q̄dā sunt q̄ ad oīa mūdi negocia semp inueniunt̄ mobiles ⁊ parati/nūq̧ tm̄ velūt fieri ꝟtutib⁹ ⁊ morib⁹ q̄drati. Hiere.xiij. Nō poterit; bonū facere:cū didiceritis malū. ¶ Pōponi⁹ in descriptiōe asie minoris refert ꝓpe coricō opidū mōtē eē a sūmo vsq̧ deorsum hiatu grādi pforatū:q̄ siluis vmbrosis pēdētib⁹ ⁊ riuis susurrātibus p angustū descēsum mille quigentoꝝ passuū p vmbras amenissimas introeūtib⁹ pulchrū ac mirificum dat aspectū: vbi cū ad intima vētū est/sonit⁹ cymbaloꝝ diuinit⁹ crepitātiū audit̄/⁊ tādē i ꝓfundo igēs amnis subito apparēs/⁊ subito se abscōdens cōspicit̄:vltra ꝟo spatiū est magis q̧ vt progredi q̄sq̧ ausit horribile:⁊ ideo incognitū. Iste ergo specus(vt ait)sacer/⁊ a dijs habitari est credit⁹: nihilq̧ habēs nō venerabile. Unde videt̄(vt ait)alicui numini cōsecrat⁹. Satis vero ꝓpe ait aliū specū esse Typhoneū appellatū: vbi icole cubile typhonis gigāt; fuisse ferūt: qui angusto ore pressus/⁊ assidua nocte suffusus/non facile perspicit̄:q̄ ita est pestifer et nociuus/ ꝙ q̄cquid in eū viuū immittit̄/cōtinuo exanimat̄ et moritur. Per ista duo loca possunt ꝓprie intelligi paradisus p pͥmū: ⁊ infern⁹ p scd̄m. Constat em̄ ꝙ paradisus in empyreo posit⁹/speciē montis obtinet:in quo sylue diuitiarū/deliciarū ⁊ scientiarū/⁊ vmbre eminentiarū abūdant:⁊ in quo oīs amenitas manet:q̄

[Margin: 4, 5, 6, 7, 8]

oēm delectationē cōtinet: ⁊ hoīm aspectū delectat/recreat atq̄ fouet. Ista est tñ veritas: ꝙ accessus ⁊ introitꝰ est difficilis ⁊ angustꝰ: et ꝑ arctitudinē penitētie cōstrictꝰ: qꝛ sicut dicit Matth. vij. Arcta est via q̄ ducit ad vitā. Verūtamē postq̄ homo illō introierit/ statim cymbalū gaudij ⁊ letitie sempiterne audiet: fluuiū immēse diuinitatis videbit: q̄ sibi scd̄m merita se subtrahet vel ostēdet: locūq̄ impscrutabilē et incognitū. s. ipam eterne ⁊ diuine sapiētie secretā abyssū ibi reperiet: quā nullus vnq̄ hoīm ad plenū cognoscere valet. ad Ro. xj. O altitudo sapiētie ⁊ sciētie dei: q̄ incōprehēsibilia sunt iudicia eiꝰ: ⁊ inuestigabiles vie eiꝰ. ⁊ sic ꝓ certo istū locū cognoscet eē sūmo numini deo sacratū: ⁊ a diis. i. a sctis ⁊ ab angelis frequētatū. Sed ꝓe aliꝰ locꝰ infernū significat: vbi Typhon gigas. i. lucifer mō cubat: quē nox et tenebrosa obscuritas semꝑ obūbrat: vbi q̄cq̄d intromittit/ ꝑ eternā dānationē interimit atq̄ necat: et cuiꝰ cōditionis sit (qꝛ nullꝰ inde reuertit) q̄libet hoīz nūc ignorat. Ista est ḡ illa terra tenebrosa/ ⁊ opta mortꝭ caligine: de qua fit mētio Job. x. ⁊ illa de q̄ dꝛ Prouer. ij. Vsq̄ ad iferos semite illiꝰ: oēs qui ingrediunt/ nō reuertent/ nec apphendēt semitas

[9] vite. ¶ In eodē cap. dicit idē Pōponiꝰ ꝙ in vrbe Pōpeiopoli ostendit arati poete tumulꝰ: ob h̄ solū memorabilis: qꝛ nescit quare saxa ibi iacta dissiliāt. Hec ḡ allegari possunt ꝙ ꝑ istū tumulū vl' ꝑ istū poetā tumulatū possunt obstinati ⁊ in vitiis sepulti hoies denotari: qꝛ reuera saxa iacta. i. correctiones ⁊ tribulatiōes ꝯtra eos a deo/ ꝓlatis ⁊ p̄dicatoribus imissas/ solēt reijcere/ ⁊ ipas nō admittere: sed ꝯtra iaciētes iniuriose reflectere/ et nullatenꝰ retinere. Prouer. ix.

[10] Qui arguit derisorē/ ipe sibi iniuriā facit. ¶ Itē dicit Pli. li. ij. c. xcviij. ꝙ ī agro harpano frumētū satū nō nascit. Sic vere multi sunt ita pessimi/ ꝙ si ī eis frumētū doctrine sane seminaueris/ nūq̄ tñ fructū bonoꝝ operū ab ipis reportare valebis: qꝛ. s. mali auditores ad modū istiꝰ agri frumētū ꝟbi

[11] dei recipiūt: fructū tñ bonoꝝ opeꝝ nūq̄ reddūt. ¶ Itē idē ibidē dicit ꝙ ī agro crustumino fenū natū ibidē noxiū ē: alibi ꝟo salubre. Tale fenū sūt mlti: q. s. in pr̄ia in q̄ sūt nati/ vl' ī religiōe/ societate vl' eccl'ia vbi sūt p̄mitꝰ ꝓcreati/ sūt q̄nq̄ nociui/ fatui atq̄ mali: q̄ tñ si alibi trāsferant/ oī malitia deposita salubres ⁊ boni efficiunt: et in ꝑsonas bonas ⁊ vtiles trāsmutant. Isti ḡ plus valēt in aliena pr̄ia q̄ ī sua: ⁊ ī scd̄a eccl'ia q̄ ī p̄ma. Vtile est igit talibꝰ se trāsferre/ ⁊ de loco ad locū vl' de ecclesia ad eccl'iam se mutare: qꝛ. s. sepe fit ꝙ q̄s in sua patria inter amicos nō corrigit/ q̄ in terra aliena vbi caret fautoribꝰ/ castigat. Gen. xij. Egredere de terra tua ⁊

[12] de cognatiōe tua: ⁊ veni ī terrā quā mōstrauero tibi. ¶ In fine istius scd̄i libri ponit Pli. mensuras totius orbis: sicut priꝰ posuerat viā nauigādi oceanū. Antiqui em̄ magna diligētia laborauerūt vt scirēt quāta eēt orbis lōgitudo/ latitudo/ sublimitas/ et ꝓfundū: ⁊ ideo mēsuras geometricas habuerūt: ⁊ partim ꝑ celestē scientiā/ partim ꝑ geometriā/ oīm terrarū pticularit/ ⁊ ipsiꝰ orbis gñalit certas mēsuras ⁊ spatia didicerūt. Verū qꝛ scire mensurā circuitꝰ orbis terre est īpossibile/ ꝓ eo ꝙ maior pars terrarū est coopta aq̄s: ideo ponit vnū exēplū valde mirabile ad sciēdū quomodo spissitudo terre ⁊ vsq̄ ad centrū ꝓfunditas fuit scita. Dicit em̄ ꝙ cū Lydnus geometer obijsset/ ⁊ post paucos dies heredes sui eiꝰ visitarēt sepulchrū/ inuenerūt ibi eplam noīe Dionysiodori/ alteriꝰ. s. sūmi geometre/ ad superos scriptā: vbi continebat ꝑuenisse eū a sepulchro ad infimā terrā per spatiū. xlij. mil. stadiorū: qd̄ interpretātes geometre dixerūt epistolā a medio terre missam: ex quo consecuta cōputatio est/ vt circuitus globi terre ducentoꝝ quinquagintaquinq̄ millium stadioꝝ esse deprehenderet: scd̄m harmonicam rationem: que cogit rerū naturā sibiipsi congruere. Hic ergo expliciunt mirabilia de secūdo lib. Plin. scd̄i.

Capitulū. lxviij. de mirabilibus in arborū specie.

[1] ARborū multe sunt stupēde cōditiones. vnde nota fm̄ Pli. lib. xij. c. vj. ꝙ in India sunt mirabiles arbores: quas Macedones q̄ fuerūt cū Alexandro in Indijs/ prodiderūt: quarū q̄dē naturas et genera dixerūt: sed noīa tacuerūt. Dicit igitur ibi esse arborē noīe palā: lōgitudine triū cubitoꝝ/ latitudine duoꝝ: cuiꝰ folia alas auiū imitant: ex cuiꝰ fructu ⁊ cortice exprimit succꝰ admirabilis dulcedinis: et hoc in tāta copia (sicut ait) ꝙ de succo vnius pomi possunt quattuor hoīes satiari. Dic moraliter ꝙ tales sunt vel debēt esse contēplatiui ⁊ ꝑfecti: qꝛ ꝓ certo isti habēt tres cubitos ī altū. i. fidē sancte trinitatꝭ: duos ī latū. i. dilatationē duplicis charitatis: folia. i. cogitatiōes ⁊ verba ad formā alatarū auiū ꝑ altitudinē affectionis ⁊ locutiōis. qꝛ. s. boni more auiū. i. angeloꝝ ⁊ sanctoꝝ semꝑ de sublimibꝰ cogitāt ⁊ loquūt. Joā. iij. Qui de terra est/ de terra loquit: et q̄ de celo est/ supꝛ oēs est. Succū vero debet emittere dulcē. i. doctrine suauitatis ⁊ dulcis eruditiōis. Can. iiij. Fauꝰ distillās labia tua. Vel dic ꝙ iste est Christꝰ: q̄ habuit tres cubitos. i. triplicē naturā in vna ꝑsona: scꝫ diuinitatē/ aīam/ ⁊ corpꝰ: duos vero habuit in latitudine cubitos: qꝛ. s. ipse se dilatauit ad bonos ⁊ ad malos. ⁊c̄. sicut. s̄. ¶ Itē sicut dicit idem ibidē: est vna [2] alia arbor siṁis p̄cedenti/ q̄ portat poma dulcissima: ⁊ tamē comedētibꝰ nociua/ ⁊ ītraneoꝝ valetudini infesta. De hac autē precepit Alexāder ne q̄s suorū tangeret. Talis arbor est mūdus: qꝛ ꝓ certo dato ꝙ ipse habeat aliquā similitudinē bonitatis/ ita ꝙ poma ⁊ fructꝰ eius. s. delicie diuitie ⁊ honores sint delectabiles atq̄ dulces: qꝛ tamē intranea. s. mētem ⁊ affectionē solēt ledere/ precepit Alexāder. i. Christus imperator noster ne aliq̄s de exercitu fideliū istos fructꝰ. i. mūdi bona ꝑ affectionē tangeret/ et ab eoꝝ amore quilibet abstineret: dicēs ꝑ Joānē. j. Joā. ij. Nolite diligere mūdū: neq̄ ea q̄ sunt in mūdo. Vel dic ꝙ tales fructꝰ dulces sunt dulcia verba adulatoꝝ/ luxuriosoꝝ/ herticoꝝ/ ⁊ siṁa: qꝛ vere q̄uis isti videant bonis arboribꝰ. i. bonis hoībus siṁes/ ⁊ eoꝝ etiā verba similitudinē bonitatis ⁊ amicitie pretēdāt/ ipsa tñ suis auditoribꝰ et gustatoribꝰ sunt noxia. ⁊c̄. sicut. s̄.

¶ Itē dicit idē ꝙ in India sunt arbores de quibꝰ Indi fa [3] ciunt sibi vestes. Vnde ait vbi supra ꝙ in bactris arbor est siṁis terebintho cuiꝰ poma amygdalis minora/ mire suauitatis existūt: de cuiꝰ folijs tritis ⁊ paratis vestes sibi faciūt lineas ⁊ cōponūt. Dicit idē etiā ibidē. c. xj. ꝙ in India circa insulā Tylō est arbor dicta gossāpinus quadā vestita lanugine/ de q̄ fiūt linthea indicis p̄stātiora. Dicit etiā ibidē in Arabia arborē esse dictā cynā folio palme similē/ de q̄ incole faciunt sibi vestes. Dicit insuꝑ ibidē. c. x. ꝙ in insula Tylo sunt lanigere arbores: ⁊ hoc miro modo. faciūt enim quosdā fructꝰ ad quātitatē cucurbitarū: q̄ maturitate rupte ostēdunt lanuginis pilas: de quibꝰ fiūt linthea p̄ciosa. Vocat autē malū cotoneū ille fructꝰ. et sequit. c. xj. Sic inquit Indos arbores sue vestiunt. et hoc (sicut apparet) qꝛ aliq̄n de folijs/ aliq̄n de lanugine/ aliq̄n de fructibꝰ vestes texuntur. Pli. etiā li. xv. c. xiiij. dicit ꝙ etiā apud nos q̄dā arbores in folijs suis quātulācūq̄ lanuginē gerūt: que alijs gētibꝰ lana est. Ego etiā audiui ꝙ cortices nucis indice texunt ī saccos. Charissimi folia in scriptura significāt opa: vestes autē q̄ ex talibꝰ cōponunt ⁊ fiūt/ significāt ꝟtutes ⁊ merita. Igit dico ꝙ arbores significāt viros sctōs/ in terra. i. in ecclesia per fidē radicatos/ odore sctitatis diffusos/ lanugine seu lana charitatꝭ ⁊ bone affectiōis vestitos/ folijs ꝟboꝝ ornatos/ ⁊ fructibꝰ bonoꝝ operū opulētos. Mar. viij. Video hoīes sicut arbores. Isti sunt a quoꝝ affectibꝰ/ sermonibꝰ ⁊ opibus lane. i. bona exēpla ⁊ documenta colligunt: de q̄bꝰ fideles faciunt sibi vestes virtutū ⁊ meritoꝝ: q̄bus eoꝝ aīe vestiunt/ et spūaliter adornant. ps. Astitit regina a dextris tuis ī vestitu deaurato. Vel dic de pijs hoībus: qui de fructibꝰ et folijs diuitiarū suarū faciūt indis. i. hoībꝰ paupibꝰ vestimēta. Matth. xxv. Nudus erā/ ⁊ cooperuistis me. Vel dic ꝙ cū cucurbita sacre scripture aperit ⁊ exponit lana sacre doctrine et erūpit: de q̄ iusti ꝟtutibꝰ induunt. ¶ Scd̄m [4] Pli. li. xij. c. viij. Cōtermina est Indis gēs ariana: apd̄ quā est frutex pestilens/ raphani folio: lauri odore: quā tāq̄ sibi pestilentē vitāt equi. Iste em̄ frutex pene ꝑuauit Alexādrū eq̄tatu q̄n p̄mo Indias introiuit. Per froticē q̄ est apd̄ gētē arianā/ possum ītelligere arrianoꝝ doctrinā et heresim pestilētē: q̄ ꝓ certo eq̄s. i. fideles ⁊ disciplinatos ipiꝰ Alexādri. i. ipsiꝰ impatoris nostri xp̄i q̄n p̄mū Indias. i. mūdū intrauit/ hoc est dictu/ in p̄ncipio eccl'ie q̄si ex toto destruxit/ ⁊ ꝑ errores varios inuenenauit. Exo. xv. Equū ⁊ ascēsorē ꝓiecit ī mare. Equū dico. i. fidelē: ascēsorē autē. i. fidē: sicut apparuit ad litterā: qꝛ tūc preter Ambrosiū mediolanēsem et Hilariū Pictauen̄. et alios paucos/ quasi nulli erāt episco

pi q̄n essent heretici/⁊ specialiter arriani. Equi igit̃.i.fideles debēt istum fruticem.i. arriane gentis ꝑfidiam deuitare/et ab eoꝝ hereticis erroribus declinare. Abac.j. Leuiores ꝑdis equi eius.supp.ad fugiendū. Uel dic ꝙ iste frutex significat malā mulierē: qꝛ pro certo ista est q̄ equos.i.carnales et luxuriosos(de quibꝰ dicit̃ Esa.xxxj. Equi eoꝝ caro/⁊ nō spūs)inuenenat ꝑ luxurie feditatē:quapropter Alexāder Christus equitatū militie christiane ꝑ tales herbas venenosas.i.malas mulieres q̄si ex toto amittit/inquantū per peccatū luxurie cotidie ipsos perdit.j. Paralipo.xviij. Subneruauit oēs equos curruū eoꝝ. Uel per istam herbā intelligere possum bona mundi:que ꝑ supbiam et auaritiā inuenenāt.⁊c̄.sicut.s̄. Uel per istam herbā intellige quodcūqꝫ volueris pctm̄.⁊c̄. ¶ Item idē ibidē dicit ꝙ in India 5 spina quedā est cuius succus oculis instillatꝰ cecitatē oībꝰ aīalibus infert. Est etiā ibi herba precipui odoris/referta minutis serpētibus: quorū ictu ꝓtinus moriendū est. Sic vere in mundo isto sunt spine.i.diuitie/ quarū succus.i.gustus/delectatio ⁊ affectꝰ suos excecant possessores:quādo.s. oculū cordis tangūt. Ideo bene cauēdum ne oculꝰ cordis tangatur/dato ꝙ diuitiarū copia habeat̃.ps. Diuitie si affluant/nolite cor apponere. Sunt etiā in isto mundo herbe odorifere/referte tamē serpētibus.i.hypocrite cū odoribus bone fame:pleni tamē criminibus ⁊ venenosis iniquitatibus:ad quos dū quis ꝓpter odorem sue fame incaute trahitur/ab eoꝝ serpētibꝰ.i.ab ipsorū vitijs/malitijs ⁊ iniquitatibus enecatur. Uel dic ꝙ circa herbas odoriferas.i.circa bonos q̇ sunt in religione vel ecclesia/semꝑ est dare serpentes.i.malignosos inuidos ⁊ detractores.⁊c̄. Uel dic ꝙ herba que in cordibus maloꝝ multū fragrat/significat bona mūdi. Inter ista tñ habitant serpētes.i.demones/aīas diuersis vitijs occidētes. Deut̃o.viij. Ibi erat serpēs flatu 6 vrens. ¶ Itē lib.xij.c.ix.dicit idē ꝙ in ꝑsico mari arbores sūt q̄ suꝑ arenā sine infixione nudis radicibꝰ stātes:⁊ more polyporū ipsis arenis adherētes:cōtra fluctus maris resistūt imobiles: ⁊ dato ꝙ estu maris omni die operiant̃/ꝙqꝫ in terra nullatenꝰ radicent̃ / quodā tamē nature miraculo cōtra fluctꝰ stare immobiles cōprobātur. quasi simile videtur ponere lib.xvj.c.ij. dicēs ꝙ in germania sunt quidā maris refluxus qui lacus faciūt/ circa quos sunt arbores protense ⁊ alte:que suffosse fluctibꝰ/ vel ꝓpulse flatibus vastas cōplexu radicū insulas auferūt:atqꝫ ita librate stantes/nauigant ingentiū armamētis ramorū. Unde quādoqꝫ factū est ꝙ classis romana ꝑ eiusmodi lacū nauigās/delonge videns erectas nauigātes arbores/terreret̃. Sic ergo patet ꝙ alique inueniunt̃ arbores q̄ sine radicatiōe stāt infra fluctus: alique autē que sine radicatione stant ⁊ natāt suꝑ fluctus. Ista possunt mihi significare duo genera ꝑsonarū:q̄ q̄uis nō sint ꝑ virtutē ꝑseuerantie/ꝑfectionis et cōstantie multimode radicate/ nec in se fortiter stabilite/ tñ quasi ex quodā miraculo īueniunt̃ stare/⁊ ꝯtra fluctꝰ tribulationū/ in lacu mūdi cōsolationū erecti ad deū ꝑmanere:iuxta cōsiliū Apl̃i.j.ad Corin.x. Qui stat/videat ne cadat. et.j.ad Cori.xvj. State/viriliter agite.⁊c̄. Primi ergo sunt simplices ⁊ timorati:secūdi vero sunt prudētes ⁊ eruditi. Simplices em̄ dato ꝙ radicatione magne cōstātie careant/ita tamē fit ꝙ quādo fluctibꝰ tentationū ⁊ tribulationū operiunt̃ et impellunt̃/solent arenis future mortis ꝑ considerationē et humilitatē taliter adherere/ꝙ cōtra vitia imobiles ꝑseuerant:sicut de Thobia dicit̃ Thob.j.ꝙ dato ꝙ alios videret idololatrare/ipse tamē immobilis iudicij timore ꝑmansit:iuxta illud.j.ad Corin.xv. Stabiles estote et imobiles. Prudētes autē viri i ipso lacu mūdane ꝓsperitatis positi/ et ibi ꝑ mūdana negocia fluctuātes/fortune flatibꝰ circūpulsi/ꝑ grām solent exurgere/et erecti sursum ad celestia ꝑ affectū/ per lacum seculi nauigare. Istud autē fit qꝛ in ipa aqua mūdane ꝓsperitatis per affectū nō se ꝓfundant/ sed ibi quasi per cōtemptū supnatant : et qꝛ tunc radices desideriorū suoꝝ equalitate iustitie taliter librant / ꝙ sine casu peccati in ipsis fluctibꝰ perseuerāt.ps. Nos aūt surreximꝰ/ 7 et erecti sumꝰ. ¶ Itē Pli.li.xij.c.xj.dicit ꝙ i Tylis est q̄dā arbor albe spine similis: portans florē roseū:qui flos noctu cōprimitur ⁊ claudit̃:in ortu ꝟo solis aperit̃:in meridie vero totaliter dilatat̃. Incole autē istam arborē que sic claudit ⁊ apit florē suū/dormire asserūt. Sicut etiā dicit idē pli. lib.xiij.c.xvij.in egypto est herba lothos: de qua siccata et tonsa incole faciūt sibi panem:cuius flores ad solē aperiūtur:⁊ sole occidēte cōprimūtur/et folijs cōtegunt̃. Ista expone per oīa sicut de helitropia.i.de solsequio supra lib.xij. ¶ Sicut dicit idem/ quedā sunt arbores que vno loco vi- 8 uunt/alio vero loco viuere nequeūt: qꝺ cōtingit quandoqꝫ plāta se mutari fastidiente: quādoqꝫ ipsius plante imbecillitate translationē nō sustinēte:quādoqꝫ celo inuidēte:quādoqꝫ solo repugnāte. Ecōtra autem cōstat ꝙ quedā plante translatione proficiunt: et melius in alieno q̄ꝫ in ꝓprio solo viuūt. Unū tamē dicit hic incredibile.s.ipas arbores alibi transferēdas exorari/ ⁊ precibꝰ inclinari vt alibi viuāt atqꝫ trāsmigrēt. A solo etiā qꝺ ipas habet recipere/dicit posse impetrari vt alienas arbores alat/aduena sqꝫ recipiat. Quis istud vltimū supstitiosum aliqualit̃ videat̃.s.ꝙ arbor ⁊ terra audiāt verba precū: possum tñ dicere ꝙ tales significāt duo genera personarū:qꝛ scilꝫ quidā sunt q̄ nunq̄ꝫ ad aliud solum.i.ad alienā patriam volūt trāsire/sed in suo solo ⁊ patria semꝑ ꝑsistere/nec alibi lucrum querere: sed ibi iugiter residere:sicut sumus cōmuniter nos alij pictauiēses/nō attendētes ꝙ nō est ꝓpheta sine honore nisi i patria sua:nec attendētes ꝙ deus Abraam futurū in gētē magnā/in alienam patriā misit/ipsiqꝫ terram propriā interdixit. Gen̄.xij. Egredere de terra tua.⁊c̄. Istud autem cōtingit ex nostra imbecillitate/vł ex fastidiosa volūtate/vł ex celi.i.dei indignata cōtra nos bonitate. Ecōuerso vero quidā sunt q̄ ad partes remotas se transferūt/⁊ in patria sua viuere nesciūt vel nō possunt:alibi vero translati ꝓficiunt ⁊ ascēdūt: sicut apꝺ Lemouicēses cotidie perpēdimꝰ: q̊s his tꝑibꝰ in alienis ꝓuincijs ⁊ patrijs magnificos videmꝰ. Nos ḡ sumus sicut arbores/q̇ rogari volumꝰ vt trāsferamur/ipi vero solū alienū rogare videt̃ vt ibi recipiant̃/⁊ viuere ꝑmittant̃. In his igit̃ ipsos cōmēdo:nos ꝟo tanq̄ꝫ ignaros suꝑ oīa repꝛhēdo. Ipsi em̄ vident̃ sentire cū Seneca ꝙ omne solū patria est viro forti: et non ꝙ mollisꝰ ossa cubent manibꝰ tumulata suoꝝ. Job.xxix. In nidulo meo moriar.⁊c̄. Uel dic ecōtra ꝙ multi sūt qui in terra ⁊ patria dulci ⁊ fertili nutriti/alibi trāsferri ⁊ vagari nō volunt:qꝛ scꝫ ipsis bona patrie sue sufficiūt. Alij vero ecōtra sterilitate ꝓprie patrie ꝯpulsi/alibi necessario victū querūt. Uel dic ꝙ quidā sunt quibꝰ sufficit locus/statꝰ/gradus/officiū/bñficiū in q̄ vocati et ꝑmo nati sunt/nec ꝑ ambitionē alibi trāsferri volūt. Ideo etiam istis necesse est quādo ad aliena officia ⁊ dignitates debēt trāsferri/ꝙ rogent̃/et quasi inuiti illuc trahant̃/et ad prebendū cōsensum ab alijs inducant̃:dicētibꝰ.s.illꝺ Esaie.iij. Uestimētum tibi est:priceps noster esto. Alij autē ambitiose volunt trāsferri/et de beneficio ad beneficiū trāsmutari:ita ꝙ ipm solū alienū.i.aliena collegia rogare nō cessant/ vt eos recipiāt ⁊ admittāt: similes Absaloni:qui.s.dicebat.ij.Regū.xv. Quis me cōstituat iudicē suꝑ terrā/vt ad me veniāt gētes/⁊ iuste iudicē.⁊c̄. ¶ Scꝺꝫ Pli.lib.xvj.c.xlv. Alique 9 sunt arbores q̄ in terra gigni nō possunt/⁊ i arboribꝰ nascūtur. Quū em̄ suam sedē non habeant/in aliena viuūt:sicut exēplificat de visco ⁊ de pluribꝰ herbis. Uiscū em̄ est frutex qui in arboribꝰ delectis seminibꝰ nascit̃: ita ꝙ arbor adnata alteri vocitat̃:qꝺ tñ in terra seminatū nullatenꝰ generat̃. Circa istū fruticē duo sunt mirabilia. Unū qꝛ si nascat̃ in arbore q̄ folia mutat/ solet et ipse decidere. Si vero nascat̃ in arbore que folia sua seruet/dicit̃ ipsi stabiliter inherere. Aliud mirabile est qꝛ semē eius rimis arborū impꝛessum nō potest fructificare/ nisi ꝑmo in vētre auium/et maxime palumbi vel turdi fuerit maturatum. Cum autem ab auibus comestum/ et aliquādiu in vētre seruatum maturum redditur/tūc frutex inde faciliter generat̃. Suꝑ oīa aūt preciosum est viscū qꝺ crescit in robore vel in quercu:qꝺ scilꝫ vulgus cōtra morbū caducum valere dicit: nam (vt ait idem Pli.) quicq̇d robori adnascitur/de celo missum creditur:⁊ signum esse ꝙ arbor illa a deo eligatur. Tāti ergo honoris iste frutex apud antiquos fuit/ꝙ in eiꝰ collectione ⁊ sectione duo tauri albissimi immolarentur: lignum in sago albo reciperetur: sacerdos in veste alba cum falce aurea ipsum colligere teneretur: populus vero vt donū suum deus prosperum faceret precabātur. Arbitrātur etiā(vt ait)isto fru-

tice fecũditatem cuicũq; sterili aiali dari: et cõtra venena perhibẽt remedio esse: sicut idem ibidẽ dicit. Per istũ fruticem arboribus insitũ ꝛ adnatũ possum intelligere filiũ dei homini adiunctũ et incarnatũ / ꝛ maxie ipsi robori seu quercui. i. ipsi robuste ꝛ solide beate virgini a deo celit⁹ impressum. Iste eñ frutex dei fili⁹ fuit pͥmo semẽ in vẽtre auis. i. in corde Gabrielis: quãdo. s. ibi fuit digest⁹ / et p os ei⁹ redditus / ꝛ a vẽtre animi sui prodit⁹ verbaliter ꝛ emissus: et in ipsam arborẽ. i. virginẽ per incarnationẽ insitus et imissus. Ipsum etiã alie aues. s. prophete decoxerãt / ꝛ de eo pphetãdo ipm vł etus fidẽ in se multipliciter maturauerãt. Iste ergo sic insit⁹ humanit⁹ creuit: ꝛ qui in terra. i. in terrenis ꝛ corruptis mulierib⁹ nasci nolebat / in arbore. i. in erecta et electa virgine nat⁹ fuit: ipseq; qui pprĩã sedẽ humanit⁹ nõ habebat (q. s. filius hois nõ habet vbi caput suũ reclinet) in ipsa arbore. i. in virgine beata corporaliter sedẽ sumpsit. Esaie vlti. Celũ mihi sedes est: terra autẽ scabellũ pedum meorũ. quasi dicat: celũ. i. celestẽ arborẽ. s. virginẽ elegi: terram autẽ. i. corruptas mulieres cõtempsi. Ex quo apparet ꝙ istud robur. i. istam robustã virginẽ de⁹ elegit / ꝛ sibi specialiter dedicauit. ps. Elegit eam de⁹ / et preelegit eã. Iste ergo sic insit⁹ / cõtra morbũ caducũ. i. cõtra pctm (qd in infernũ facit cadere) valuit: ꝛ inde hoies liberauit: propter qd dicit Iaco. j. In mãsuetudine suscipite insitũ verbũ: qd potest saluare aias vestras. Iste est ergo qui a deciduis decidit / ꝛ in pseuerãtibus psistit: q. s. quãdo homo p pctm folia virtutũ perdit / iste frutex Christ⁹ solet sibi deficere / ꝛ ab eo cadere. Quãdo vero est in hoie iusto / qui. s. folia virtutũ et virorẽ grẽ custodit / tunc solet iste viscus Christ⁹ cũ ipso remanere p grãm. Lu. xxiiij. Mane nobiscũ dñe. Iste est ergo pro quo colligẽdo ꝛ habendo tauri albi. i. puri ꝛ innocentes martyres fuerũt occisi: sacerdotes. i. cõfessores alba veste castitatis ꝛ puritatis fuerũt vestiti: saga vero alba. i. corda munda p innocentiã fuerũt parata / ꝛ puri affect⁹ p mũditiã dealbati: q. s. tales possunt istũ in sacramẽto altaris vel alias digne colligere / et ipsum secum p grãm retinere. Apoc. xix. Exercit⁹ qui in celis sunt / sequebant eũ in equis albis. Nullus eñ Christũ digne colligit aut recipit / nisi qui albus ꝛ mũdus est / ꝛ qui in sago albo pure ꝛ mũde cõscientie ipm ponit. Unde bene ꝯsulit Eccl's. ix. dicẽs: Omni tẽpore sint vestimẽta tua candida. et sic pro certo iste venena vitiorũ destruit / ꝛ fecunditatẽ virtutũ tribuit ꝛ concedit: dicens illud Geñ. xxxj. Xx. diu fui tecũ / oues tue ꝛ capre non fuerunt steriles. Uel dic ꝙ viscus iste significat quosdã bonos religiosos: q. s. in terra. i. terrenorũ amore seminare nolunt / nec ibi quidẽ radicẽ desideriorũ figere / nec ibi crescere nec manere. Cũ igit isti hic non habeant pprias sedes / necesse est ꝙ incolãt alienas: quapropter i arbore. i. alta celi mãsione sibi sedem faciunt / ibiq; mẽtaliter resident atq; viuunt: dicẽtes cũ Aposto. ad Heb. xiij. Nõ habemus hic manentẽ ciuitatẽ / sed futurã inquirimus. Uel dic si vis de paupib⁹ auaris: q qꝛ pprias nõ habẽt sedes seu possessiões / ideo occupãt alienas: ita ꝙ etiã arbores. i. altas et nobiles potentiũ ꝛ nobiliũ mãsiones emũt / acqrũt et vẽdicãt tanq; suas: iuxta illud Iosue. xvij. Ascende in siluã / ꝛ succide ibi spatia in terra pherezei. sicut ad litterã videmus de vsurarijs ꝛ balliuis. ¶ Scdm Pliñ. lib. xiij. c. x. in Egypto iuxta memphim gen⁹ est spine cuius folia facili tactu cadũt: sed qd mirũ est / iterũ renascũtur: ꝛ sic videt ꝙ ista arbor virtutẽ seminariã habeat in folijs: qd est rarũ. Folia sunt verba: q scꝫ p stultiloquiũ faciliter decidũt: ꝛ vbi nõ sperat / quãdoq; pullulant / ꝛ magnã turbam spinarũ. i. magnã copiã malorꝝ generãt ꝛ producũt. ¶ Item scdm eũdem ibidẽ. c. xvij. Lothos est arbor insignis circa Syrtes: quã aliqui dicũt esse idẽ qd Celtin: ꝛ ipsam Italie familiarẽ: ꝛ ab inde allatã forsitan sed terra mutatã. Ista igit arbor fruct⁹ habet dulces intãtũ ꝙ inde lothos. i. obliuio appellat: et hoc qꝛ hospitib⁹ per partes illas trãseuntib⁹ / ppter fruct⁹ sui copiã ꝛ dulcedinẽ / patrie pprie obliuionẽ inducit. Bacce eñ eius ad cibos in dolijs condiunt: de quib⁹ in Aphrica qñq; exercit⁹ pasti narrant. De baccis etiã ei⁹ vinũ exprimit mulso sile: qd p decẽ dies posse durare probat. Lignũ autẽ eius nigrũ est / ꝛ valet ad tibias instrumẽta musica faciẽdas. Sic igit quodãmodo mirabile nõ videt si hospites occasione huius arboris patriã obliuiscãtur: de qua cibũ / potũ / ꝛ iubiliũ assequũtur. Charissimi nos oẽs sumus hospites in hoc mũdo: qꝛ nostra patria est paradisus. Unde i episto. Didimi regis Brachmanarꝝ ad Alexandrũ dicit: Nos nõ sumus incole huius mũdi: sed aduene: nec in hũc mũdum venim⁹ / vt in eo nobis liceat cõsistere: sed transire. Arbor ista significat mundũ: qui scilꝫ habet fruct⁹ diuitiarũ / vinũ deliciarũ / cãtus et tibias inaniũ letitiarũ. Quid igit? Pro certo multi sunt qui qꝫuis in hoc mũdo debeãt esse hospites / ꝛ qꝫuis habeãt alibi. s. in celo patriã opulentã / ista tamẽ arbor cũ suis fructib⁹. i. iste mũdus cũ suis delectabilib⁹ obliuionẽ pr͞ie paradisi in ipsis generat / ipsosq; secũ trahẽs et retinens in amore suo eos taliter vĩculat / ꝙ paradisi memoria eos priuat: ita ꝙ isti peregrinationẽ pro patria eligunt / ꝛ paradiso seculũ anteponũt / nec curãt ad patriã paradisi redire: imo cũ ista lotho obliuifera volũt cõsistere ꝛ manere: cũ tamen deberẽt dicere illud ps. Si oblit⁹ fuero tui hierusalẽ: obliuiscat mei dextera tua. Uel dic ꝙ ista arbor est Christ⁹ seu paradisus vel etiã religio: qꝛ p certo q bene cõsiderãt quãte sunt iste spũales diuitie / delicie ꝛ letitie / patriã suã. i. mũdum obliuiscunt / et cũ illa arbore viuere delectãtur. Ideo bene dicit aie christiane illud ps. Audi filia ꝛ vide ꝛ obliuiscere populũ tuũ / ꝛ domũ patris tui / ꝛ cõcupiscet rex decorẽ tuũ. ¶ Item idẽ ibidẽ. s. lib. xiij. c. xxij. dicit ꝙ Enonymus est arbor lauro similis in folijs / ferẽs siliquas: in qbus est granũ quadrãgulũ: qd est letale aialibus. Talis est hereticus: q. s. in apparẽtia et cõuersatione lauro. i. bonis silis esse videt: qꝛ. s. grana doctrine sue male sunt aialibus. i. simplicibus venenosa. ¶ Plini⁹ allegãs Alexandrũ Corneliũ dicit ibidẽ esse arborẽ dictã eonem: ex qua fuit facta argo / nauis Iasonis: cuius lignũ nec aqua nec igne poterat corrũpi: sicuti nec viscũ. Sed Pli. istã arborẽ nulli alteri cognitam qꝫ illi Cornelio esse dicit. Expone si vis sicut de lignis sethim. s. li. xij. de arboribus littera s. ¶ Scdm Pli. li. xiij. c. xxiiij. Cytisus est frutex qui in spinis serit: ꝛ ibi ad modum visci in spinis ipsis crescit et adnascit: ipsisq; miro modo inserit: ꝛ maxie i spina regia q est i terra Babylonis. Mirũ (vt ait) qꝛ iste frutex eadẽ die qua serit / germinat / arboreq; celerrime occupat. In ortu autẽ canicule serit / et p cõdiẽdis vinis ab incolis reseruat. Charissimi spina q est arbor inculta vt cõiter / significat virginẽ gloriosam: q reuera nunq; p iniqtatũ exercitiũ fuit culta: iuxta illud Ezech. xxxvj. Illa terra inculta facta est quasi hort⁹ voluptatis. potissime autẽ ista dicit spina / qꝛ de iudeorꝝ pũgitiuo ꝛ austero populo fuit nata. Regia autẽ dicit / qꝛ fuit de stirpe regia procreata. Unde canit: Regali ex pgente exorta maria refulget. In ista ergo spina fuit seminat⁹ Cytisus frutex paruus. i. Christ⁹ humilis bñdictus: q scꝫ ibi adnat⁹ / adiunct⁹ ꝛ incarnat⁹ fuit / ibiq; psonaliter se iniecit. Iaco. j. Suscipite insitũ verbũ. Unum ergo mirũ fuit hoc inter alia: qꝛ scilꝫ eadẽ die qua fuit seminatus per Gabrielis verbũ / ꝛ p spũs sancti mysteriũ: eadẽ dico die / imo eodẽ momento fuit germinat⁹ ꝛ factus p corporis cõplementũ. In eodẽ eñ instãti fuit corpus ei⁹ de purissimis sanguinib⁹ factũ / lineatũ et organizatũ / ꝛ aia rõnali viuificatũ / ꝛ a psona filij dei assumptũ. j. ad Cori. xv. In momẽto in ictu oculi i nouissima tuba. Iste est g quo vina. i. mũdi sciẽtie condiunt / ꝛ ad saporẽ debitũ reducunt. Uel dic ꝙ istud semẽ est verbũ dei: qd p certo statim debet in nobis p bona pposita germinare / ꝛ p bona opa pullulare / ꝛ maxie si sim⁹ spine regie. i. p penitẽtiã spinosi / et p christianã religionẽ regij: iuxta illd. j. Pe. ij. Uos estis genus electum / regale sacerdotiũ / ꝛ gẽs sancta. ¶ Itẽ vt dicit idẽ ibidẽ. c. xxvj. ꝛ vlti. in mari qñq; nascuntur arbores. Rubeũ etiã mare et totus ocean⁹ indicus plenus est siluis. nõ habent eñ alia ligna. Unde etiã noiat ibi multos ꝛ varios frutices q in maris nascunt littorib⁹ infra aquã: ꝛ etiã de arborib⁹ q latitãt in pfũdis aquarꝝ: qꝛ qdã glãdes ferũt: sicut a naufragãtibus est relatũ. Inter cetera autẽ exẽpla q ponit / ipse dicit ꝙ vltra colũnas herculis in profundo maris inuenitur frutex ad similitudinem palme cum frõde ad similitudinẽ porri. inuenitur ibi etiam alius frutex similis lauro ꝛ thymo. qui tamẽ frutices si de aquis extrahantur / siccati sole in pumicem conuertuntur. Dicit etiã in mari rubro viuere siluas / laurum maxime ꝛ oliuam /

10 11 12 13 14 15

⁊ quũ pluat/fungos: qui sole tacti/in pumicē conuertũtur. Dicit etiam milites Alexandri de maris profundo fruticē extraxisse/qui statim vt siccatꝰ fuit/in salem conuersus est. Dicit etiam in ꝓfundo nasci iuncos: qui dũ erãt in aqua/ erant virides atq̃ molles: extracti vero ⁊ siccati efficiebantur lapides. Et breuiter/in multis partibus Indie in ipsis arenis dicit nullã arborem crescere/nec spinã quidē preter eam que vocaꝫ sitiens: et hanc rarã admodũ: in mari vero propinquo dicit sub aqua frutices pullulare. Alias etiã arbores asserit ab eisdē in profundo visas semꝑ folia retinentes. Et breuiter/sic est ꝙ in ꝓfundo maris inueniũtur frutices qui q̃ʒdiu in aqua sunt/ligna sunt: quãdo ṽo extrahũtur/aut lapides aut sal aut pumices fiũt: ita ꝙ sub aqua sicut ligna plicãtur: extra vero siccata tanq̃ʒ vitra franguntꝫ. Unde etiã dicit ꝙ talibus fruticibus remi nauigãtium aliquoties arrestantꝫ. Moraliter per mare intelligo religionē/ vel etiam mundi amarã paupertatē et tribulationē. per locum extra aquã et aerem intelligo seculi regionē. i. mundi prosperitatē et cõsolationem. Igitur dico ꝙ in mari. i. religionis amaritudine inueniuntꝫ arbores. i. hoĩes / qui q̃ʒdiu ibi sunt/sunt ligna. i. molles/pij/obediẽtes/⁊ teneri: extracti tamē ⁊ ad secularia negocia expositi/⁊ calore cupiditatis siccati/efficiuntur lapidei/salei/pumicei. i. incõpatientes/impij/fragiles/⁊ ad cadendũ in peccatũ proni/per obstinationē et crudelitatē duri. Job. xlj. Cor eius indurabiꝫ quasi lapis. ita ꝙ sepevidemus ꝙ illi q̇ in ꝓfundo maris. i. in religionis vel tribulatiõis amaritudine positi/erãt oliue per pietatem/lauri per virentē honestatē/palme per victorie cõtra vitia strenuitatē/ iunci per gracilem humilitatē/ extracti inde exterius ad mũdi cõsolationes/ promotiões et negociationes/fiunt sal per sitibũdam auaritiã/fiunt lapis per obstinationē et duritiam/ fiũt pumices ꝑ suꝑbiam et leuitatē/fiunt etiam frãgibiles per fragilitatē et incõstãtiam. Magis ergo valet talibus status ĩferior q̃ʒ superior/ tribulatio q̃ʒ consolatio/claustrum q̃ʒ seculum/ pauꝑtas q̃ʒ vbertas/salum q̃ʒ solũ: vt sic talis dicat illud Ezech. xxvj. Perfecti decoris ego sum: ⁊ in corde maris sita. Uel dic ꝙ hodie in arenis. i. in sterilitate indie. i. religionis/non inueniuntur arbores. i. viri ꝑfecti/nisi sole spine sitiẽtes. i. detractores/cupidi et auari: et tamē in mari. i. mũdo inueniũtur bone arbores. s. oliue/lauri/⁊ iunci. i. viri pij/misericordes/ et iusti: q̃ pro certo plerũq̃ʒ accidit ꝙ meliores inueniantur in seculo/q̃ʒ in claustro: ⁊ inter seculares/q̃ʒ regulares. Baruc. vj. Bestie meliores sunt illis. Uide si vis de corallio li. de lapidibꝰ: ⁊ expone sicut ibi. s. li. xj. ¶ Itē ibidē diciꝫ ꝙ ĩ q̇busdã ꝑtibꝰ maris rubri circa littora sunt arbores altissime/q̃ habẽt folia laurea/flores violaꝝ/baccas colore ⁊ odore ad similitudinē oliuarũ/ folijs nũq̃ʒ deciduis: q̃ cũ estu Oceani oĩ die operiuntꝫ: ita ꝙ ad earũ cacumina nauigia alligantꝫ: q̃ tamē ipsis aquis nõ obstantibꝰ viuere cõprobãtur/nec ab ipso mari ipsas cotidie ⁊ quasi pro medietate tēporis contegente/aliqualiter extinguuntꝫ. Sic vere iusti in mari tribulationũ solent viuere/⁊ ibi ꝑ gratiã residere. ꝑs. Multe tribulatiões iustorũ. qua pro certo dato ꝙ mare cũ suis fluctibus. i. tribulationũ amaritudo cũ suis casibꝰ/seu diabolus cũ suis tentationibꝰ ipsos cotidie operiãt atq̃ʒ tegant/contra ipsos tamē nõ preualent/nec gratie viroribus eos priuãt: q̃ pro certo cõtra eos qui sunt laurei ĩ folijs verborũ per honestatis virorē/qui sunt violacei in floribꝰ affectionũ per puritatis virorē/qui sunt sicut oliue in baccis et fructibus operationũ per pietatis dulcorē/qui sunt iocũdi odoris per famositatis fragrantiã/et quorũ folia virtutum semꝑ manẽt per firmitatis perseuerãtiã: mare tentationũ vel tribulationũ nunq̃ʒ preualet: sicut apparuit de martyribus ⁊ sanctis: nec ipsos per pctm̃ diruit aut absorbet. ad tales ergo debemꝰ naues nr̃as. i. aĩas ꝑ fiduciã ligare/et ad eos per spem ⁊ deuotionē astrĩgi: et eorũ auxilio nos firmare. vnde Eccli. xv. Firmabiꝫ in illo/et non flectetur.

Capitulũ. lxix. de mirabilibus in herbarũ natura.

1 Herbe etiam nõ carent mirabilibꝰ. Unde nota ſm Pli. lib. xiij. c. xviij. in partibus Egypti esse ⁊ crescere in aqua quẽdam florem qui diciꝫ scapus: cuius in hoc est conditio mirabilis/quia vespera mergi ĩ aquis incipit/et vsq̃ʒ ad mediã noctem semꝑ paulatim ampliꝰ et ampliꝰ se submergit: ita ꝙ sic profundaꝫ in aqua/ꝙ homo cũ manu ipsum non inueniat nec attigat: et tũc rursum incipit paulatĩ vsq̃ʒ ad solis ortum cõsurgere/⁊ in ortu solis emergere/⁊ florem suũ altē extra aquã vndiq̃ʒ dilatare: ⁊ q̃ʒdiu sol lucet/se suꝑ aquã solis aspectibꝰ presentare. Talis flos videꝫ significare aĩam deuotã/ipsi soli iustitie Christo familiarē ⁊ amicã: q̃ ꝓ certo quãdo accidit ꝙ iste sol Christꝰ sibi occidit/⁊ ab ipsa per peccatũ se subtrahit/vtpote quãdo fit ꝙ aliquo casu pctm̃ incurrit: ⁊ ad noctem spiritualē tenebrarũ attingit: ista debet se in aqua lachrymarũ profundare/et ibi ꝑ verecundiã et contritionē occultare/et a statu et cõspectu hoĩm se ꝑsonaliter absentare: ⁊ quãto nox peccati est ꝓfundior/tãto debet aquã lachrymarũ profundius subintrare: q̃ sicut diciꝫ Matth. xviij. Isti expedit vt suspẽdaꝫ mola asinaria ĩ collo eius: ⁊ submergaꝫ in profundũ maris. Mola eñ significat põdus diuini timoris: submersio vero ĩ mare/designat amaritudinē lachrymosi doloris: q̃ scʒ aĩe peccatrici expedit vt mola diuini timoris ꝑmaꝫ/et vt in lachrymarũ amaritudine immergaꝫ. Sed q̇d: Pro certo quãdo solis ortꝰ. i. infusio gratie dei appropinquat/tũc cõcepta spe venie debet ipse flos. i. ipsa penitẽs aĩa per desideriũ ad eum appropinquare: ita ꝙ quãdo iam ꝑ grãm sibi lucet/ ipa aĩa venie restituta sibi aduenienti debet mẽtaliter obuiare/⁊ seipam sibi exponere: ⁊ ad eius seruitiũ promptã ⁊ expositã presentare: ⁊ folliculos suarũ affectionũ ad eum ꝑ charitatē ⁊ desideriũ dilatare: dicẽs illud ꝑs. Paratũ cor meũ: cantabo et psalmũ dicam. Uel dic ꝙ iste flos est diuina gratia: qui pro certo q̃ʒdiu sol iustitie Christus elõgatus fuit a mũdo/ scilʒ ante aduẽtum dñi/dum nox infidelitatis durabat/ab ipso mũdo etiã se absentauit: verũ vbi ortus est sol iustitie ꝑ beatã incarnationē/ortus etiã est flos gratie ꝑ suorũ donorum diffusionē: ⁊ sic factũ est ꝙ flos iste. s. gratia quã nullus primitꝰ poterat attingere/ in huiꝰ solis aduẽtu oĩbus se voluit exhibere: coram oĩbus se dilatare: et cũctis eam habere volẽtibus ꝑsentare. Uel si vis dic de diuina scriptura: q̃ prius erat occulta/ita ꝙ ꝑfecte tangi nõ poterat nec haberi: nũc ṽo facta est manifesta. j. Joan. j. Uita manifesta est.

2 ¶ Ibidē/scilʒ naturalis historie lib. xix. c. j. diciꝫ ꝙ in desertis indie adustis sole/vbi nõ cadũt imbres/inter diras serpẽtes/vbi assuescit viuere ardẽdo/ nascitur quoddã genus lini qđ mirabilis est nature. Uestimẽtum eñ ex ipso confectum nõ comburiꝫ/imo si sordidũ fuerit/in igne sordes cõsumũtur: ipsum vero multo magis q̃ʒ aqua mũdatur. vnde Pli. dicit ibidē: Uidimus (inquit) mappas sordibꝰ exustis splẽdescentes igni/magis q̃ʒ possent aquis. Rarũ est inuẽtu/⁊ preciosarũ margaritarũ preciũ equat. Rufum a principio habet colorē: sed tãdem in igne splẽdescit. Duo autē mirabilia de isto dicuntꝫ: q̃ quũ antiquitꝰ corpora morientiũ cõburerentꝫ/cinisq̃ʒ tãdem in vrna loco tumuli reconderetur/e lino hoc fiebant tunice funebres. i. sudaria mortuorum. Corpus eñ sic vestitũ sudario illeso in igne comburebaꝫ: cinisq̃ʒ eius intra dictũ sudariũ cõtentꝰ seruabaꝫ: ⁊ separatꝰ et diuisus a lignorũ cineribꝰ integre tenebaꝫ. Aliud autē est miraculũ: q̃ sicut Anaxilaus author est/arbor que illo pãno circũdatur/surdis ictibꝰ potest scindi: ita ꝙ ictus scindẽtium a circũstantibus nõ audiꝫ. Greci autē (vt dicit idem) istud lignũ asbestinũ vocant. Reuera tale linum videtur esse virtus spei/vel etiã virtus fidei: que. s. in desertis indie ardore solis cõbustis. i. in ardore tribulationũ inter diras serpẽtes. i. inter ipsas seuitias tyrãnorum principaliter habet locũ: vbi. s. ardendo desiderijs viuere cõsueuit. Ista est eñ quã nõ potest ignis tribulationũ vicere vel cõsumere: quinimo facit eam amplius splendere ⁊ albere: sicut apparuit in martyribꝰ: quorũ spes ⁊ fides nõ fuit ignibus tribulationũ absorpta/nec a diris serpentibus. i. a crudelibus tyrãnis extorta/sed cõsumptis vitiorum sordibus/si que in eis erant/clarior est effecta. Fides enim et spes istorum in ipsis suis tribulationibꝰ amplius splenduerũt: et vnde videbantꝫ cadere/potius increuerũt: sicut bene poniꝫ in historia triꝑtita de Juliano imꝑatore apostata: qui cũ vellet nomē Christi extinguere/nolebat ꝑ tribulatiões contra fideles ꝓcedere: sciens qm̃ fides Christi in tribulationibꝰ solet crescere/et splẽdidior apparere. Uñ etiã diciꝫ ꝙ qñ a sãctis

reprehendebatur/patiēter ferebat:nec eis molestiā infere-
bat. Unde breuiter ista virtꝰ pōt dicere illꝺ .ij. ad Coꝝ.xij.
Cū infirmoꝛ / tūc fortis sum. Ista ergo ad duo summe va-
let.s.ad cōtinēdos cineres mortuoꝝ ne dilabātur : quod fit
per spem ⁊ fidē future resurrectiōis. Itē ad surdos facien-
dum ictus tribulationū/ne per impatientiā ⁊ q̄rimoniam
audiātur:qꝺ fit in sectione arboꝝ.i. in aduersitate sanctoꝝ/
et in verberibus sue afflictionis: qꝛ pro certo viri sctī q̄ lin-
theo spei et fidei sunt inuoluti/dato ꝙ tribulatiōibꝰ secen-
tur/non solent per impatientiā et q̄rimoniā sonū emittere/
sed ac si essent surdi/cūcta per patientiā sustinere. Unde in
hymno canitur. Cedūtur gladijs more bidentiū / nō mur-
mur resonat:nō q̄rimonia:sed corde tacito mens bn̄ ꝯscia/
ꝯseruat patientiā. Sic ergo dico ꝙ fides ⁊ spes in igne tri-
bulationū nō cōsumūtur/sed ꝓficiūt:cineres em̄ mortuoꝝ
in ipa mortis cōbustione vsqꝫ ad resurrectionē custodiunt/
vel custodiendas credūt: ⁊ in sectione.i.in tribulationibus
iustoꝝ clamorē impatiētie audiri vel fieri nō permittūt: si-
cut ad plenū dicitur de sctīs qui istis virtutibus fuerūt or-
nati:ad Hebreo.xj. Sancti per fidē vicerūt regna:extinxe-
rūt impetū ignis: obturauerūt ora leonū:effugauerūt aciē
gladij. Sequit̃. Acceperūt mulieres de resurrectiōe mor-
tuos suos. Alij distenti sunt / nō suscipiētes redemptionē:
vt meliorē inuenirēt resurrectionē. Alij ludibria ⁊ verbera
experti/insup et vincula ⁊ carceres. Uel dic ꝙ tales fuerūt
eremite ⁊ sctī ecclīe fundatores : qui scꝫ in desertꝫ ardētibꝰ
penitentie ⁊ cōtritionis sine imbre tꝑalis cōsolatiōis viue-
re didicerūt:inter diros serpētes.i.iter mūdi tyrānos cru-
deles habitauerunt:in igne aūt et asperitate tribulationis
virtute spei leti ⁊ splendidi et sine turbatione fuerūt : ibiqꝫ
sordes ⁊ vitia ꝓpria cōsumpserūt. Isti etiā cineres illoꝝ q̄
igne ⁊ ardore mortis cōsumpti fuerāt/in se ꝑ cōtinuā mortꝫ
memoriā seruauerūt:et arbores q̄ secabātur.i. paupes qui
tribulatiōibꝰ vrgebātur/per cōsolationē inuoluerūt/iposqꝫ
verbis ⁊ exēplis suis in patientia firmauerūt:et sonos q̄ri-
moniarū nō emittere docuerūt/sed ipos ictus suarū tribu-
lationū surdos et inauditos facere instruxerūt. Istis ergo
videt̃ dicere dn̄s illud Esa.xliij. Cū ambulaueris ꝑ ignē/
nō ꝯbureris: ⁊ flāma nō ardebit in te. Ipsi aūt possunt di-
cere illis quos consolantur/illud Esaie .l. Eoꝝ dn̄s dedit
mihi linguā eruditā : vt sciam sustentare eū qui lassus est.
Uel dic ꝙ istud linū est mundicia castitatis : q̄ in igne tri-
3 bulationis seruatur et splendet. ¶ Scd̄m Pliniū natura-
lis mūdi historie lib.xxiiij.c.xvij. Magi et illi qui magos
insequuti sunt.s. Pythagoras ⁊ democritus/quasdam her-
bas mirabiles in suis voluminibus posuerunt / et de ipsis
effectus mirabiles narrauerūt. Unde ait idem Pythago-
ras ꝙ menais herba est q̄ decocta cū vino valde valet ꝯtra
venena. ꝓtinꝰ em̄ sanat ictus serpentū/si vulnera foueant̃.
Mirum est tamē ꝙ ista herba que cōtra venenū ꝓficit/est
se tangentibus venenosa : quia si ista herba in terra effusa
fuerit/et aliquis desup vestigiū impresserit/ vel ea respꝑsus
fuerit/aut eā tetigerit:īsanabilit̃ venenatꝰ erit. Mōstrifica
inquit natura veneni/preterqꝫ cōtra venena. Sic videt̃ de
aconito. vide infra eo.ca.lxxiij.§.xvij. Ista possūt applicari
cōtra hypocritas:qui in se sunt venenosi et mali: tamē va-
lent contra vitioꝝ venena: qꝛ scilꝫ isti verbis ⁊ exēplis/pre-
dicatiōibus ⁊ doctrinis a morsibus serpentū.i. a tentatio-
nibus demonū alios sanant: verūtamē si quis eos respexe-
rit.i.si quis secreta facta eoꝝ inquisiuerit/ et eos tetigerit/
et imitatꝰ fuerit:ipsum spūaliter inficient ⁊ occidēt. Uene-
nati ergo sunt isti preterqꝫ cōtra venenū:quia.s.isti sunt qui
vitiose ⁊ venenose viuunt:et tamen venena vitioꝝ p̄dicā-
do/docendo ⁊ loquēdo annihilant et cōsumūt. Ideo bene
precipit̃ Matt.xxiij. Que dicunt facite:q̄ autē faciūt/ no-
lite facere. Uel dic de Paulo: qui venenū primo fuit oībꝰ/
et in alijs venenoꝝ et vitioꝝ extitit ꝓductiuus:postea sa-
natiuus.ad Rom.v. Ubi abūdauit delictū: ibi superabū-
dauit et gratia. quod etiā videmus de multis doctoribꝰ: q̄
mira remedia cōtra vitioꝝ venena dicunt ⁊ docēt: eorum
tamē opera et exēpla q̄ mala sunt/alios inuenenāt. Matt.
xxiij. illud predictū: Dicūt em̄ et nō faciunt. Ita ꝙ de istis
potest exponi illꝺ predictū: Ubi abūdauit ⁊c̄. qꝛ.s. vbi abū-
dauit delictū q̄tū ad vitā/abundauit gratia q̄tum ad do-
ctrinā:quia breuiter aliqui habēt doctrinā/⁊ non vitā : ali-
cōtinebat. Amphitheatrū erat edificiū ligneum: quod ad
ostētationē. M. Scaurus in edilitate sua fecit: quod erat
edificiū pensile ⁊ versatile: vbi ad videndū ludum gladia
torum / populū romanū cum magistratibus sedere facie-
bat: ipsumꝫ in sede instabili mirabiliter cōuoluebat. Alia
fuerunt valde mirabilia opera: vt patet scꝫ de montibus
suffossis et subtus nauigatis: de aquis a remotis partibus
ad montes ductis: et de templis et domibus in vrbe mira
biliter edificatis. De horto etiam pensili / et de templo di-
ane mirabili mirabilia ponit / que longum esset ponere / ⁊
etiā moralisare: quapropter de istis nolui aliter tangere:
quū non sit intentio mea de hominū fatuis vanitatibus /
sed de nature mirabilibꝰ ad mores aliquid applicare. De
Labyrintho vide supra lib. xv. c. ix. vbi agitur de dedalo ⁊
de creta. de Obeliscis dic ꝙ isti sunt viri contēplatiui: qui
sunt colūne per fidei firmitatem / lapidei per perseuerātie
stabilitatem / integri per innocentiam et sanctitatem / ere-
cti per contemplationis sublimitatem. De Pyramidibus
autem que solum ad vitandum ocium populi fiebant: po-
test dici ꝙ melius est facere aliquid inutile / ꝙ̄ ociovacare.
Unde de quodam priore audiui ꝙ in diebus festiuis famu
los suos faciebat de loco ad locum lapides portare / ⁊ iterū
reportare / absꝫ quacunꝫ necessitate: ne ipsos ociosos esse
contingeret: iuxta illud Eccli. xxxiij. Mitte seruū in opera
tionem / ne vacet. Multa enim mala docuit ociositas. De
amphitheatro instabili et vertibili dic ꝙ talis est incerta
et instabilis fortuna: in qua quasi totus populus romanꝰ
.i. totus mūdus sedet: et cum qua fluctuat et se mouet. Nā
quia sedi instabili innititur / necesse est ꝙ mentaliter dila-
batur / ⁊ ꝙ fluctuando de loco ad locum voluatur. Grego.
Si labenti inheremus / necesse est vt cū labente labamur.
Unde etiam Plinius dicit de ista sede vbi supra: Super
omnia iquit furor victoris orbis populi sedere ausi in tam
infida instabiliꝫ sede. ¶ Pliniꝰ vbi supra facit mentionē
de basilica pauli / et de templo pacis: et tamen non decla-
rat q̄d erant. Erat aūt templū pacis illud quod in summa
pace que erat tempore Augusti / fuit factū: quod tunc ex
toto cecidit / cum virgo dei filium parturiuit. De mirabi-
libus autem huiꝰ templi dicitur ꝙ ibi erat imago impera-
toris / et imagines omnium regum terre qui romano im-
perio obediebant. Statim autem cūm aliquis rex contra
imperatorē repugnare intēdebat / imago eius in isto tem-
plo contra imaginem imperatoris se vertebat: sicꝫ illius
rebellionem romani per suam imaginem cognoscebant: et
ipsum ex insperato misso exercitu opprimebant. Istud aūt
templum mirabile dicitur a virgilio virtute mathesis fa-
bricatum fuisse: ſm Uincentiū. Istud autem inter septem
mundi mirabilia fuit primum. Ecclesia ⁊ religio potest p-
prie dici templum pacis. j. ad Cor. iij. Templum dei san-
ctum est: quod estis vos. in quo scilꝫ imago imperatoris. i.
figura / imitatio et representatio Christi debet vigere. q̄d
etiam imaginem nostram. i. exteriorem conuersationē de-
bet continere: que scilꝫ ad imaginem perfectionis Christi
debet faciem vertere / inquātum se debet ei moraliter con-
formare / ⁊ istam moralem eius imaginem in se virtualiter
et exemplariter presentare. Matthei. xxij. Cuius est ima-
go hec et superscriptio? Dicunt ei: cesaris. Reddite ergo q̄
sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo. Igitur istud est ve-
rum ꝙ q̄diu aliq̊s rex. i. aliqua persona q̄ per rationē se de-
bet regere / viuit in pace et quiete cum impatore suo Chri-
sto: tam diu imago sue cōuersationis ad eius imaginem ⁊
conuersationem respicit: et eidem se conformat / et impres-
sionē sue imitationis in se (prout est possibile) representat.
ad Romanos. viij. Conformes fieri imaginis filij dei. Si
vero accidat ꝙ imperatori nostro Christo per interiora vi
tia rebellemus / sibiꝫ aduersarij efficiamur / et nos ei op-
ponamus: statim pro certo imago nostra exterior nr̄e men
ti interiori se conformabit / et statim imagini imperatoris
.i. perfectioni Christi dorsum vertet / et ab eo declinabit:
quia procul dubio istud est certum / ꝙ quocunꝫ mens ver-
titur / imago mentis / scꝫ conuersatio se vertit: ⁊ cum a deo
peruertitur / statim et ipsa nostra conuersatio se ab ipsius
conuersatione peruertit. Hiere. ij. Uerterunt ad me dor-
sum / ⁊ non faciem. Uel dic ꝙ qn̄ aliqui alicui se opponunt /
tunc etiam ipsorū imagines. i. eorum subditi / cōsanguine
et amici sibiinuicē cōtradicunt: quia scꝫ ex rebellione prin
cipalium sequitur rebellio et controuersia subditorū ⁊ alio
rum etiam amicorū. ¶ Rome fuit antiquitus statua cu-
prea cuius scriptura talis erat: Calendis Martij oriente
sole habebo caput aureū. Cum igitur nullus sciret inter-
pretari quid hoc esset / post multa tempora quidam astute
notauit ꝙ vmbra statue ꝑtendebatur in ortum solis calē-
dis Martij: et fodiens ibi thesaurū auri permagnū inue-
nit. Ista statua significare potuit genus humanū: cuius
scꝫ caput realiter fuit christus. j. ad Corin. xj. Uolo autem
vos scire ꝙ oīs viri caput christus est: caput autē mulieris
vir. Istud autem caput aureum dicitur / pro eo ꝙ christus
fulgore sapientie predotatur. Statua igitur nostra / scꝫ hu-
mana natura / a principio habuit sacram scripturā: que scꝫ
prophetans dicebat ꝙ in futuro tempore caput aureum
habitura erat. i. ꝙ ipse dei filius (qui totus est aureus ⁊ pre
ciosus) caput ipsius / carnem assumēdo / esse debebat. Ad
literā autem istud accidit calendis Martij: quia ī Mar-
tio est facta incarnatio christi: et tunc factus est dei filius
caput mundi. Tunc enim vmbra. i. humilitas istius capi-
tis / scꝫ filij dei / terram nostre mortalitatis tetigit: ⁊ sic the
saurū paradisi hominibus declarauit: quia reuera quum
sol. i. dei filius vmbrā beate incarnationis super statuam
humane nature fecit / tunc thesaurus gratie et glorie (qui
hactenus latuerat) hoībus datꝰ fuit. quod vtiꝫ in vmbra
horologij Achab fuit figuratū: vbi vmbra solis in horolo-
gio retrocedens / salutis regis israel fuit signum. Sed de
hoc vide loco suo īfra Esa. xxxix. vt sic ista statua in statua
Nabuchodonosor figuretur: cuius caput fuisse aureū nar-
ratur. Dan. ij. Quia pro certo natura humana caput au-
reum habuit / cum deus pater de auro paradisi. i. de dei fi
lij incarnatione / ipsius humani generis caput fecit. Can.
v. Caput eius aurum optimum. Uel dic ꝙ si vmbram. i.
exempla capitis nostri christi bene notauerimus / thesau-
rū omniū bonorū ibi inuenire poterimus. ¶ Sicut patet
ex multis antiquorū scripturis / antiqui solebant thesau-
ros suos in terris ⁊ sub montibus reponere: et ne forte ab
hominibus raperētur / solebāt eos arte mathematica mi-
rabiliter incantare. Unde etiam Josephus dicit ꝙ Salo
mon thesauros multos tali modo in templo recondidit:
quorum tria milia talenta auri Joānes hircani filius hu
ius cōmenti non ignarus leuauit. Herodes autem qui de
tali scientia nihil sciuit / dum de thesauris predictis aliq̄d
presumptuose surripere voluit / ignis de subtus erūpens
plures de suis satellitibus consumpsit. Narrat igiť Gui-
lielmus ꝙ dudū tempore Goberti pape / q̄ in arte mathe-
matica summus erat / in campo martio prope Romā fuit
vna statua ferrea vel erea / que digitum protēdebat: in cu-
ius capite scriptū erat: hic percute. Istā ergo statuā mul-
ti percutiēdo lassauerant: quia aurum intra latere spera-
uerant. Gobertus ergo locum vbi vmbra digiti in meri-
die protendebatur / notauit: et de nocte locum effodiendo
aperuit: et sibi et cubiculario qui laternam portauit la-
tum ingressum solitis artibus patefecit: qui tandem au-
ream regiam inuenerunt: que aureos parietes habebat:
aureos milites / et regem aureum cum regina aurea / et mi
nistros aureos continebat. In interiori vero parte domus
erat carbunculus perlucidus: qui totam regiam illustra-
bat. In cōtrario vero angulo stabat puer cum arcu exten-
so / qui sagittam directam cōtra carbunculū tenebat. Sic
igitur fiebat ꝙ cum aliquis de illis infinitis thesauris vo-
lebat tangere / videbantur omnes ille imagines contra eū
impetū facere / et in ipsum horrendo strepitu prosilire: qui-
bus Gobertꝰ territus / necesse habuit vacuus retroire. Cu
bicularius vero cultellum vnum mirabilis operis ⁊ preciſ
surripuit: sed statim cunctis imaginibus se mouentibus ⁊
fluentibus / puer qui tenebat arcum / sagittam in carbūcu-
lum iecit: et eo extincto / tenebras induxit. Cultellum igiť
cubicularius deposuit / et ductu laterne vna cum Goberto
recessit. Dic si vis ꝙ istud palatium aureum significat pu-
rum cor et sanctum. parietes aurei sunt virtutes cardina-
les. altitudo istius est spes / latitudo charitas / longitudo fi

des/cultellus scindens est timor dei/carbunculus illuminans est discretio/thesaurus abundans significat gratias ⁊ virtutes/rex aureus est intellectus/regina aurea est voluntas/milites et ministri sunt potētie sensitiue:sagittarius autem diabolus est. Igitur dico ꝙ quandoqꝫ sub terra.i.in homine humili inuenitur palatiū aureum.i.cor sanctū/lympidū et sincerū:in q̊ vtiqꝫ rex ⁊ regina aurei.i.intellectꝰ etvolūtas puri ⁊ sctī recūbūt:in quo etiā milites ⁊ ministri aurei.i.inferiores sensitiue potentie sctē et mūde seruiunt: in q̊ thesauri aurei.i.ỽtutū ⁊ meritoꝝ copie abūdāt qꝺ etiā carbunculus discretiōis illuminat: ⁊ quod cultellꝰ diuini timoris scindit ⁊ secat.Sed quid:ꝓ certo si cōtingat ꝙ caro vel mūdus cultellum diuini timoris nobis surripiat / statim presto est diabolus vt sagittam tentationis emittat/⁊ carbunculum discretionis vel charitatis extinguat:noctemqꝫ culpe vel ignorātie introducat: qꝛ pro certo cum cultellus diuini timoris surripitur/restat vt discretionis lumen/et dilectionis carbunculus extinguatur:⁊ ꝙ totum cordis palatium obscuretur. Scriptū est eñ Eccli .j.ꝙ principium sapientie timor domini: et ꝙ per timorem domini declinat omnis a malo.Cōtra raptorem vero istiꝰ thesauri.i.contra quēlibet tentatorem deberēt nostre imagines.s.intētio/volūtas/et alie aīe potētie insurgere/⁊ thesaurū creditū defendere:dicēdo illꝺ cōe.Qui nr̄a tollit/inimicꝰ est.et illꝺ etiā.ij. ad Cori.v.Nolumꝰ spoliari/sed superuestiri. Uel dic ꝙ rex regina milites et ministri aurei sunt xp̄s ⁊ btā ỽgo/ martyres ⁊ sctī:q̄ i palatio eccl̄ie p̄ncipanꝭ: vbi.s.carbūculꝰ charitatis/lumē gr̄e vel fidei/cū sagittꝭ tētationū ꝓpter surreptionē cultelli.i.diuini timoris extinguiꝭ ⁊ auferꝭ. Uel dic ꝙ iste imagines q̄ nolebāt thesaurū sibi surripi/ ⁊ tñ cū essent auree/ fructū seu vtilitatē nesciebāt ex illo ꝯsequi/significāt auaros:q̄ cꝫuis ꝓpꝭ parcitatis sue miseriā nec velint nec audeant de auro suo aliq̄d expēdere/nec exinde vtilitatem consequi vel habere:ipsum tamen solent ardenter diligere/et cum diligentia custodire: et si quis eum surripit/ contra eum fremere/ et cum impatientia se mouere:ita ꝙ sagittarius qui tenet arcum.i. iracundia/lumen gratie et discretionis in eis extinguit: et tenebras culpe et ignorantie in talibꝰ introducit. Job.xxxix. Auferetur ab impijs lux sua.Uel dic ꝙ rex est christus:regina Maria: milites sancti et apostoli:ministri angeli:qui scꝫ in palatio cordis debent per deuotionē manere:quia si ibi sint/non permittent aliquem tētatorem thesaurū virtutum nostrarum exinde surripere ⁊ auferre: quinimmo per speciale adiutoriū statim sentiemus istos contra raptores .i.contra tentatores spiritualiter se mouere:dicentes illud ij.ad Corinth.v.Nolumus expoliari/sed superuestiri.Uel dic ꝙ iste permagnus thesaurus qui tamen ita erat fascinatꝰ et incātatꝰ/ ꝙ nullus eū poterat habere/ nisi sciret arte mathematica se iuuare/sicut supra dictum est de Joanne hircani filio et Herode/significat thesaurum glorie paradisi:qui reuera est thesaurus incantatus: quia scꝫ ipsum non accipit quicūqꝫ appetit: quia sicut dicitur Matth.vij. Non omnis qui dicit mihi domine domine/intrabit in regnum celorum.quinimmo multi eum conati sunt etiā presumptuose querere / qui flamma inferni cōcremati / vacui iussi sunt remanere.Qui enim istum thesaurū habere desiderat/necesse est ꝙ prophetiam sapientie habeat:⁊ ꝙ scientiam mathematicam et celestem.i. celestiū notitiā non postponat. ¶ Aliquando statue insensibiles ⁊ mortue vi-

7 dentur hominibus esse viue: sicut apparet in horologijs ⁊ multis alijs operibus mechanicis : in quibus vel ratione ponderis proportiōabiliter adequati/vel venti occulte interius insufflati/vel ratione argenti viui occulte in imaginibus infra inclusi/imagines quādoqꝫ mouentur/ita ꝙ viuere cum mortue sint/vidētur. Istud potissimum apparet in thesauris antiquorum. Solebant enim antiqui thesauros suos in palatijs sub montibus infodere:et in palatioꝝ introitu telum vel pontem vel pauimentum ereū cōcauū et argento viuo plenum construere : vbi cū quis primo pedem ponebat/totum pondus interioris argenti viui ad illam partem fluebat:⁊ sic imagines scꝺm diuersas proportiones mouebat.Uidebantur ergo serpentes cōtra intrātem aperto ore currere ; ministri baculis percutere/sagittarij trahere:quod tamen totum per occultum argentum viuum poterat euenire. Sic igitur homo territus et commēti ignarus retrocedebat / et thesaurum intactum dimittebat.Unde de quodam monacho Barchinonēsi narratur in Uincentio ꝙ dum Italiam percurreret/ ⁊ vltra quendā mōtem perforatū esse thesauros Octauiani populus assereret:duodecim cōites assumpsit:et cū fili glomere in illis opacis itineribus se inIecit : et in quolibet miliario palum fixit. Erat autem alta via/et a leua precipitiū/ et subterlabens fluuius:qui ad exitum vlteriorem peruenientes inuenerunt stagnum placidū/⁊ desuper pontem ereum/ ⁊ vltra stagnum viderunt equos et equites de auro solidos/⁊ thesauros alios infinitos.Unus ergo eorū dū pontem trāsire parat/mox vbi ponti pedē impressit/ statim ex altera parte ꝓduxit rusticum ereū cū ereo malleo:qui vndas ꝑcutiens ita obnubilauit aera/vt diem et celum contegeret . statim vero ꝙ pes a ponte retrahebatur/pax erat:et rusticus tollebatur:et serenitas reddebatur . Territi igitur recesserunt: et preter patinā argenteā quam inuenerūt/ nihil de tantis opibus reportauerunt:quinimmo alias reuertentes/vlteriorem exitū clausum a demonibus inuenerūt. Multi aūt tales thesauri sub montibus esse dicunꝭ:qui ad antichristi tempora reseruantur:sicut de quodā qui thesaurū somniauerat/legitur ꝙ diabolus dixerit sibi ꝙ illum thesaurū habere non poterat:quia magister eoꝝ lucifer ipsum ad antichristi tempora reseruarat. In apulia etiā circa neapolim dicūtur esse sub mōtibꝰ palatia thesauris incantatis referta. Uerūtamē sciendū est ꝙ diabolꝰ qn̄qꝫ talibus illudit/et thesauros fictitios eis ostēdit: ⁊ sic in erūna ⁊ sollicitudine eos ponit:sicut nuꝑ in vasconia dꝛ contigisse de quodā qui cōcauitatem rupis intrās/palatiū aureum cū thesauro infinito reperit:quē quedā puella seruabat:q̄ se fuisse cuiusdā regis Uasconie filiam asserebat:et ꝙ pr̄ eius ipam ad thesauri incātati custodiā posuerat:⁊ virtute annuli quē portabat/iā mille quingētis ānis sine cibo ibi vixerat.Cum igitur ille (ne locus scireꝭ)foramē mōtis lapidibꝰ obstruxisset/et multis tēporibus aliquē qui sciret thesauros discantare quesisset/et neminē inuenisset/tandē regi frācie negociū reuelauit:qui mōtē cū magnis sumptibus fodi fecit.Sed quia inūdatio aquarum concauitatem illā fecibus repleuerat/ nihil oīno vtilitatis aut ỽitatis īuenit . Diabolus eñ solet aliqñ illis illudere/ quos videt ad res suꝑstitiosas ⁊ vanas animū applicare. Istud igiꭍ vltimū poteris cōtra demonū illusiones allegare:quomodo.s.diabolꝰ solet auaroꝝ mentes illudere vel fraudare .qꝺ etiā quotidie videꭍ facere:qꝛ scꝫ spem acq̄rēdi thesauros solet fatuis inspirare: q̄ tñ post multos labores solent inanes ⁊ pauꝑes manere . Eccl̄s.v. Auarꝰ nō replebiꭍ pecunia:⁊ qui amat diuitias/fructꝰ nō capiet ex eis. Illud aūt p̄mū de illis imaginibꝰ q̄ videbāꭍ viue/cum essent mortue/pōt optime applicari cōtra hypocritas:qꝛ ꝓ certo hodie sūt multi q̄ carēt sensu ⁊ vita spūali: (sensu dico deuotiōis et ꝯpassiōis/ motu ỽo bone operationis:⁊ hoc qꝛ nō habent vitā gr̄e/ ⁊ charitatiue dilectionis. Exo.xv. Fiant imobiles q̄si lapides) ⁊ tñ mediāte argento viuo.i. mediāte flexibili hypocrisi q̄ occulte latet i ipis/ipi videnꭍ vitā spūalē habere/ ⁊ motu bone operatiōis vigere. Qꝛ eñ ventꝰ inanis gl̄ie/vel pondꝰ auaritie / vel argentū viuū hypocrisis vel malitie tales diuersimode mouet ⁊ agitat/ideo hō q̄ eos nō cog̊scit/ipos viuos.i.bonos spūales ⁊ sctōs putat. Istis ꝗ dꝛ Apo.iij. Nomen habes ꝙ viuas/et mortuꝰ es.Uel dic cōtra quosdā q̄ sine causa magnā famā habēt in mūdo:qꝛ.s.dato ꝙ ipi sint insensibiles et mortui.i. igrātes ⁊ ceci/ipi tñ mediāte argēto viuo occulto.i.mediāte pecunia ⁊ occultꝭ mūeribꝰ sciūt taliꭍ facere/ꝙ ad magna officia ⁊ bn̄ficia ipos videmꝰ se mouere:ita ꝙ iā viui ⁊ sufficiētes ⁊ potētes eo solo qꝛ sūt diuites/eē videnꭍ:q̄ tñ nisi argētū viuū.i.diuitias hērēt/viles ⁊ mortui putarenꭍ. Ulgꝰ enim illos hodie viuos existimat/quos argētum replet et satiat : licet mors.i.culpa ⁊ meritorum insufficiētia in veritate eos premat. Apoca.iij. Dicis quia diues sum:et nullius egeo:cum sis miser et miserabilis et pauper/cecus et nudus. Uel dicas ꝙ talia palatia significare possunt domos et curias prelatorum et magnatum:vbi procul dubio multe sunt hodie statue.i.ignorātes ꝑsone in diuersis offi-

cijs constitute: que tamen auree dicuntur/pro eo ꝙ auro et diuitijs cumulate noscūtur. Iste ergo sunt que nullam habent prorsus constantiam: quia pro certo vbicūq; pondus argenti viui .i. copia nummorum eos impulerit/ statim istarum statuarum affectio se mouebit. Si ergo istos mouere a virtute iustitie volueris/ non restat nisi ꝙ pontem per quem itur ad ipsos .i. procuratorem prorenetam vel etiam vxorem muneribus tangas/ ⁊ ꝙ argenti pondere ipsos voluas: q2 procul dubio statim omnes imagines currere videbis/ moueri: et ad te et tua petita inclinari. Ubi enim pondus argenti senserint/ eo confestim solent currere/ et a stabilitate iustitie protin9 se mouere. Nulla enim est turris tam solida/ quin mangonellis argēteis faciliter sit cōmota. ps. Mouebuntur omnia fundamēta terre. [8] ¶ Uirgilius fecit antiquitus ignē inextinguibilem: ad quem quicūq; volebat/ se calefacere poterat: erat tamen ab opposito ignis quidam puer qui arcum extensum cum sagitta tenebat: qui scz talem scripturam in capite cōtinebat. Qui me percusserit/ ego traham. Accidit ergo quadam die ꝙ quidā stult9 scripturā legens statuā percussit/ ⁊ statim arcu distento sagitta ad ignem volauit: et ignem alias inextinguibilem extinxit. Sic vere deus quandoq; in aliqua ciuitate religionis/ ecclesie vel patrie/ ignem charitatis succendit: ita fortē et firmum ꝙ nulle aque delectationum/ nulli flatus tentationum/ nullus motus tribulationū ipsum possunt extinguere vel turbare. Cantico. viij. Aque multe non potuerūt extinguere charitatem. Iste est eīn ignis de quo ipse deus ait. Ignem veni mittere in terram: et quid volo nisi vt ardeat? Sed q̇d? Pro certo ibi est inuenire aliquas statuas .i. aliquos malos litigiosos ⁊ verbosos/ ad sagittādum alios per iniuriam paratos: qui reuera videtur semper alijs dare minas ꝙ si a prelato aliquo corrigantur vel percutiantur/ sagittam detractionum/ iniuriarum/ appellationum et dissensionum emittēt: et ignē charitatis destruent et extinguēt: sicut ad litteram de dyscolis religiosis videmus: quos scz superior suus non potest ita modicum percutere vel corrigere/ quin statim nitantur ignem charitatis extinguere/ et pacē ⁊ concordiam perturbare/ et longis verbis ⁊ cōtentionibus totū collegium molestare. ps. Arcum suum tetēdit ⁊ parauit illum: sagittas suas ardentibus effecit.

Capitulum. lxxiij. De Venenoꝝ mirabilib9.

[1] Venenose res sunt infinite: que ꝑ certo possūt inter mirabilia cōputari. Unde nota ꝙ Plin. de naturali histo. lib. ij. ca. cvj. dt ꝙ in berosso taurorum colle tres sunt fontes sine remedio et sine dolore mortiferi. potatoribus eīn suis dolorem in moriēdo non inferūt: et tñ sine remedio ipsos perimunt ⁊ occidunt. Sic ꝓcul dubio in hoc mūdo tres sunt fontes venenosissimi .i. tria vitia principalia .s. tres concupiscentie/ vel tria mundi bona: que triplici concupiscentie sunt obiecta. Fons primus est superbia vite: cuj9 aqua ⁊ materia sunt scientie et eminentie. Fons secundus est concupiscētia oculoꝝ .s. auaritia: cuius aqua et materia sunt diuitie. Fons tertius est concupiscentia carnis .i. luxuria: cuius aqua ⁊ materia sunt carnales delicie. Et breuiter/ isti sunt fontes qui sine dolore occidūt quia scz superbus nō inuenit dolorem: sed potius cōplacentiam in eminētijs: auarus in diuitijs: luxuriosus in delicijs. et ideo isti sine remedio moriuntur: q2 cū nō doleāt/ nō precauēt: et sic ad inferos cum gaudio detrahūtur. Iob. xxj. Tenent tympanū et citharam/ et gaudent ad sonitum organi. Ducūt in bonis dies suos: et in puncto ad inferos descendūt. Iste autē sunt tres lācee quas infixit Ioab in corde Absalon ⁊c. vide infra lib. xvj. ij. [2] Reg. xviij. ¶ Item idem ibidem ait ꝙ ī Ethiopia sunt quidam qui Athon montē incolunt/ q̇ de vipinis carnibus viuunt: quapropter nec vestes nec corpora ipsorum alia aīalia noxia tangunt. Quia eīn nutriti sunt veneno ideo timent noxia alia si cōtingerent sua corpora venenata. Sic vere sunt multi in hoc mundo ita venenati et pestiferi/ et veneno malitiarum et iniquitatū nutriti: ꝙ nullus audet eos tangere/ nec in aliquo molestare: sicut videmus de detractoribus: quorū malitiam/ verba/ pūctiones/ iniurias ⁊ venenosas diffamationes omnes timent: et ideo ipsos tangere/ associare/ vel etiam corrigere aut punire nō audent: sed poti9 ipsos fugiunt atq; cauent. Ista etiam in mundo videm9 de malitiosis predonibus/ balliuis et aduocatis: quos nemo audet molestare vel tangere: ius suum ab eis repetere/ pro eo ꝙ veneno malitiarum nutriti/ tangētes .i. iniuriantes vel se corrigentes solent accusando/ diffamando/ vel alias inuenenare. Ideo bñ docet Nūe. xvj. vbi dicit: Recedite a tabernaculis hoīm impiorū: et nolite tāgere que ad eos pertinent. Uel dic ꝙ tales venenosi et infames peccatores/ qui viperis .i. peccatis nutriti sunt/ cunctis tangentibus .i. cunctis societatem suam frequentātibus/ spūaliter venenosi sunt/ et ipsorum per mala exempla/ verba et opera infectiui. Non est ergo tutum tales tangere/ et societatem illorum diligere/ nec etiam vestes conuersatiōis per imitationem aliqualiter attrectare: q2 sicut dr Eccli. xiij. Qui tetigerit picem/ inquinabit ab ea. [3] ¶ Itē ſm Pli. naturalis historie mūdi lib. xxxj. c. ij. multi sunt fontes venenosi/ quorum aqua potantes enecat: qui tñ pisces nutriunt non venenosos. Istud tamē fallit in styge: cui9 aqua in Achaia vel Arcadia e saxis fluens statim interficit potatores: que paruulos nutrit pisciculos qui ſm Theophrastum comedentibus sunt letales: qđ scz nūq; in alio genere mortiferorum fontium reperitur. Sic vere cum diuerse sint aque .i. diuerse res fluxibiles mundi/ que scz anime nō bene viuenti sunt mortifere et nociue/ et mortis culpe occasionaliter inductiue/ sicut sunt diuitie que causant auaritiā/ delicie luxuriam/ mundane scientie superbiam: cōmuniter tamen accidit ꝙ in talibus aquis inueniuntur aliqui pisces .i. aliqui homines predictis bonis bene et discrete vtentes: scz boni et iusti/ et alijs per mala documenta ⁊ exempla nullaten9 venenosi: quia scz bene possunt haberi mundi diuitie cū largitate et charitate/ delicie cum temperātia ⁊ frugalitate/ mundi scientie cum iustitia ⁊ humilitate. Sed procul dubio vnus est fons venenosus qui habet etiam pisces necessario venenosos: scz sciētia heretica vel necromantica. Ista enim nō solum est in se infectiua/ vel mortis anime causatiua/ immo pisces .i. heretici ibi nutriti/ alios ipsos comedentes .i. ipsos audientes vel imitantes corrumpunt/ et per errores inficiunt ⁊ occidunt/ inq̄ztum scz vitam anime/ fidem et charitatem eis subtrahunt atq; tollunt. Apo. vij. Multi hominū mortui sunt ex aquis: quia amare facte sunt. [4] ¶ Aliquando accidit ꝙ fontes non venenosi venenosos pisces portant. Unde ibidem dicitur ꝙ in Armenia est fons nigros habēs pisces: de quibus qui comederit/ enecatur. quod etiam circa Danubij exortum esse dicitur/ quousq; veniatur ad fontem alueo appositum/ vbi id genus mortiferorū piscium terminat. Simile esse dicit ī lydia in stagno nympharum. continent enim iste aque (q̄zuis de se non sint venenose) pisces mortiferos/ ⁊ comedentibus venenosos. Tales fontes sunt ecclesia/ religio/ scientia theologica ⁊ canonica: que scz sunt fontes boni et sani/ ⁊ nō venenosi aut mali: quia pro certo dato ꝙ ista sint in se vtilia atq; bona/ continent tamen pisces .i. homines et subditos nigros ⁊ infames et peruersos/ suis malis dictis ⁊ exemplis alijs venenosos. Cōstat enim ꝙ multi sunt ecclesiastici ⁊ religiosi/ multi etiam canoniste et theologi/ qui mortis exempla et documenta alijs solent dare/ et sic vitam gratie solent eis tollere/ et mortem vitiorū occasionaliter inferre: quia quicunq; istos infames et nigros exemplariter imitando comedunt/ mortem vitiorum incurrunt. Esa. lix. Qui comederit de ouis eorum/ morietur. [5] ¶ Sicut ponit Plinius lib. xxxj. ca. ij. in fine: Multi inueniuntur fontes venenosi et mortiferi. Unde dicit ꝙ fons lycos hominem tertio die occidit/ qui de eo biberit. De alio etiam fonte mane bulliendo erumpēte dicit ꝙ aues que inde biberint/ moriunt. Alius est fons circa Thessalica tempe/ cui9 etiā visus intuētes terret:

cuiuſqꝫ aqua es ⁊ ferrum corrodit: quem tamen fontem siliqua ſiluestris cingere dicitur/que purpureo flore ſemper florere p̄dicatur. In Macedonia iuxta ſepulchrum Euripidis fōtes duo ſunt/quorum vnus ſaluberrimi eſt potus: aliꝰ mortiferi. Tales fontes ſunt multi mali: qui ſcꝫ verbis ⁊ exemplis inuenenant audientes/et ſocietatem eorum frequentātes: et maxime tales ſunt heretici et detractores/qui ſcꝫ omnia corrodunt ⁊ mordēt/et intuentes obſtupefaciunt atqꝫ terrent. Eccli. ix. Terribilis in ciuitate ſua homo linguoſus. Iſti tamen flore purpureo .i. honeſta ⁊ ficta conuerſatione cincti dicūtur/inquā tum boni apparere/et non eſſe conātur: vt eorum detractionibus plus credatur. Vel dic ꝙ tales fontes ſunt mundi delicie: que etiam aues .i. contemplatiuos occi-

6 dunt: vel etiam male mulieres ⁊c̄. ¶ Secūdum Pliñ. libro. xi. ca. liij. multa ſunt animalia/quoꝝ flatus ⁊ tactus ſunt alijs venenoſa. Unde dicit ꝙ aīe leonis virus graue: vrſi peſtilens. Credo autem ꝙ per animam intelligit anhelitum vel flatū. Unde ſequitur ꝙ illa que anhelitu leonis tanguntur/a nulla fera alia amplius manducantur. Carnes etiam que ab ipſo afflate ſunt/facilius ⁊ citius computreſcunt. Per leonem poteſt intelligi diabolus/hereticus vel luxurioſus: quia ſcꝫ iſti habent flatus venenoſos .i. v̄ba/ſuggeſtiones ⁊ documenta periculoſa et dānoſa. ſi enim aliquam beſtiam .i. aliquam perſonam afflauerint/vel ſuis inductionibꝰ ad malum inclinauerint/ipſam corrumpunt/et etiam aliorum corruptiuam faciunt: ita ꝙ nulle fere .i. nulli viri ſapiētes tales ſic corruptos aut ſic afflatos aſſociant ſeu tangūt: quia pro certo periculoſum eſt tangere/frequētare vel aſſociare illos qui ab hereticis vel luxurioſis vel etiā a demonibꝰ ſunt afflati/et malis ſuggeſtionibꝰ inuenenati. Tales eñ parati ſunt ad corruptionem/⁊ ad alioꝝ ſe tāgētium vel cōmunicantium leſionem. Eccli. xiij. Qui tetigerit picem:

7 inquinabit ab ea. ¶ Item idem ibidem ait ꝙ quedam ſunt animalia que de ſe ſunt innocua: que tamen ex poſt facto fiūt alijs venenoſa. Unde ait ꝙ veſpe ſerpēte auide veſcuntur: quo alimēto mortiferos ictus faciūt. Apri etiā in Pamphilia et in Cilicie montibus ſalamandras comedunt: et q̄uis ſapore vel odore differre propter hoc ab alijs non videntur/ſe tamen comedentes inuenenāt et occidūt. Et breuiter iſtud eſt verum ꝙ illa que venenis paſcuntur/ſunt alijs venenoſa: ſicut etiam ſupra dixi de dracone qui comedit ſcorpiones. Sic procul dubio dico ꝙ illi qui comedunt .i. qui ſibi incorporant per malas concupiſcētias et per imitationes ſalamandras ⁊ ſerpētes .i. perſonas venenoſas/et peſtiferas doctrinas/ſcientias/delicias ⁊ diuitias/alijs venenoſi fiūt: ipſos quoqꝫ ſuis malis conſortijs/colloquijs ⁊ exēplis inficiunt ⁊ corrumpunt: ſicut patet de illis qui ſerpentibus ⁊ ſalamandris .i. hereticis veſcuntur/et eorum ſcientijs imbibuntur: qui q̄uis venenoſi et mali nec in ſapore vite/nec in odore fame appareant/eoꝙ malitias ſuas per hypocriſim palliant: alij tamen ab eis corrumpuntur. Eſaie. lix. Qui comederit de ouis eorum/morietur: et quod confo-

8 tum eſt/erumpet in regulum. ¶ Item idem ibidem ait ꝙ ſcythe volētes irremediabiliter hominem occidere/ſolent ſagittas ſuas ſanie vipere ⁊ ſanguine humano inūgere: et ſic leui tactu ſolēt hominem irremediabiliter venenare. Per iſtos ſcythas intelligo proditores: qui ſcilꝫ ſcythe dicuntur/quia ſcire volunt quicquid ab alijs fit aut dicitur. Per ſanguinem humanum q̄ eſt amicus nature/intelligo amicitie fictionem. Per ſaniem vero vipere/intelligo malitie et nequitie nocumentum et deceptionem. Quid ergo? pro certo quādo ſcythe .i. proditores omnia ſcire volentes volunt aliquem irremediabiliter vulnerare/ipſumqꝫ deſtruere/ſubuertere vel nocere: ſolent ſagittas verborum ſuorum partim in ſanguine humano .i. in ficta amicitia intingere/et cum eis ſaniem vipere .i. malam intentionem ⁊ iniquā deceptionem ⁊ proditionem adiungere: vt ſic venenum vipereum malitie ſue poſſit cum ſanguine amicitie ſimulate faciliꝰ recipi/et ad cordis intima penetrare. Sic igitur homo a talibꝰ ſub ſpecie amicitie venenatur/decipitur/⁊ ſine remedio perturbatur. Iſta etiam facit ſuo modo diabolus: quia ſub fictione alicuius boni ſolet venenum peccati infundere/et ſic ſagitta tētationis animam irremediabiliter vulnerare. Quilibet ergo talis deceptor dicere videtur illud Deute. xxxij. Inebriabo ſagittas meas ſanguine. et ſequitur. Fel draconum vinum eoꝝ: et venenum aſpi-

9 dum inſanabile. ¶ Aliqua ſunt animalia que venena comedunt/et tamen venena ſibi non nocēt: nec ipſa etiam animalia propter hoc alijs venenoſa fiunt: ſicut patet de ceruo/qui comedit ſerpentes: de capone/qui tranſglutit buffones/et alijs multis ſimilibus. eſt enim in eis natura tam efficax ⁊ tam fortis/ꝙ ipſa venena poteſt digerere/et omnem malitiam exinde tollere/et ipſa in nutrimētum competens tranſmutare. Et ſic dicit Plinius vbi ſupra/ꝙ anima .i. flatus elephantis ſerpentes extrahit: et ceruorum vrit: et inde etiam ipſa venenoſa multa remedia in ſe continēt: que nullam veneni malitiam habent: immo contra venena proficiunt atqꝫ valent: ſicut patet de Buffone/in cuiꝰ capite Crapaldina lapis precioſus inuenitur: qui contra venena opitulari ⁊ proficere predicatur. Igitur per animalia domeſtica ⁊ bona intelligo bonos ⁊ ſanctos doctores: per ſerpētes v̄o intelligo paganos philoſophos/⁊ ſcientiarum gentilium profeſſores. Dico ergo ꝙ elephātes/cerui ⁊ galli .i. viri fideles et boni ſciunt de ipſis ſerpētibus ⁊ buffonibus .i. de philoſophis ipſis ⁊ gentilibꝰ vtilitatem ſuam facere/ipſoſqꝫ et eorum ſcientias in cibum aſſumere/et venenum male interpretationis vel corrupte opinionis tollere/et in bonum nutrimentum ſane doctrine ⁊ ſapientie commutare: quia pro certo dato ꝙ tales buffones .i. antiqui philoſophi venenoſi per infidelitatem fuerīt/et per multos errores mundum inuenenauerint: inueniūtur tamen in capitibus ſuis multi lapides precioſi .i. multa bona documēta ⁊ exempla/multaqꝫ moralia dicta ⁊ facta que ad ſalutem ſunt vtilia/et venenorum .i. criminum dānatiua. De talibus ergo debent bona ⁊ vtilia recipi: mala vero et inutilia refutari. Matth. xiij. Elegerūt bonos in vaſa ſua: malos autem foras miſerūt. Vel dic ſi vis generaliter ꝙ prudens homo de ipſis ſerpētibus .i. peccatoribus ſcit vtilitatem ſuam facere: et eorum venenoſa dicta et exempla que ab ipſis comedit ⁊ accipit/in bonum ſuum

10 nutrimentum ⁊ documētum mutare. ¶ Scd̄m Pliñ. naturalis hiſtorie mundi lib. xxviij. ca. iij. mirum eſt ꝙ quedam ſunt hoim generationes que a natura reſiſtunt venenis: ſicut ſunt Marſi in Italia: Pſilli in Aphrica: Oblongenes in Cypro inſula. De Pſillis aūt et Marſis dictū eſt ſupra. c. de Italia et de Ethiopia. Nam (vt a Plinio precedenti capitulo dicitur) marſoꝝ cantu ſerpentes contrahuntur/etiam in nocturna quiete. Habēt enim ſerpētes (vt ait idem ibidem) intellectum ad incantationes cauēdas. Ad quod etiam concordat ſcriptura in Pſalmo vbi dicitur. Sicut aſpidis ſurde et obturantis aures ſuas: que non exaudiet vocem incātātium ⁊c̄. Et ideo (vt ait) cum populus Marſorum dominium habeat in ſerpētes/ſolent cantum iſtorum hoim perpendere/et eo audito contrahi ⁊ timere. Per ſerpentes intelliguntur viri prudentes. Matthei. x. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes. Per marſos v̄o ⁊ eorum cantum intelligo demones/et eorum ſuggeſtiones: luxurioſos/et eorum fabulationes: adulatores/et eoꝝ deceptiones: quia pro certo quicūqꝫ prudēs homo debet incantationes talium perpendere/et pro viribus cauere ⁊ fugere: et ne decipiatur/attendere: et auditis cantibus ⁊ incantationibus talium marſorum .i. demonum/adulatorum/vel hereticorum/vel etiam vetularum lenonūqꝫ et luxurioſorum/debet ſeipſum contrahere/et ſignum diſplicentie oſtendere: dicens illud Amos. v. Aufer a me tumultum carminum tuorum: cantica lire tue non audiam. quia breuiter cauēde ſunt ⁊ non audiēde demonum ſuggeſtiones a fidelibus: hereticoꝝ predicationes a ſimplicibus: adulatoꝝ blanditie a principibus/luxurioſoꝝ et maxime vetularum ſeductiōes a iuuēculis mulieribꝰ. ¶ Item idem

ibidem.l.li.xxviij.c.iij.dicit ꝙ familia Oblongenū in Cy-
pro nunq̄ a serpentibus ledebatur: quinimmo tantā habe
bant contra venenum repugnātiam/ꝙ sudore eorum ⁊ sali
ua cōtra venena medebātur. Unde ait ꝙ quidam legatus
Cyprorum ex hac familia Hexagon nomine/a consulibus
Rome in dolium plenum serpentibus coniect⁹ est: experi-
menti causa: nihil sibi serpētibus nocentibus/sed linguis
circūmulcentibus. Per istam familiā insule Cypri possum
intelligere ciues insule paradisi.s.deum/ angelos atq; san-
ctos: quia pro certo isti sunt qui super serpentes.i.super de
mones potestatē habent: ita ꝙ nunq̄ timent eorum ferita-
tem. Istud autē probatū est in legato dei patris.s.in Chri-
sto: qui in romā.i.in mūdum missus/dolium plenum serpē
tibus scz infernum demonibus intrauit: quorum venenosa
malitia sibi nocere nequiuit: sed eum illesum abire permi-
sit: immo etiam quasi linguis mulcendo virtutem sue diui
nitatis in multis (sicut in euangelio legitur) p̄dicauit. Uel
dic ꝙ tales dei patris legati fuerunt sancti cōfessores: qui
scilz in dolio huius mundi inter serpētes.i.inter demones
et tyrānos vixerunt/ipsosq; per peccatum et tormētum nō
occiderūt/sed potius amicabiliter ipsis per suam sanctita
tem blanditi fuerunt: qđ bene apparuit in illis p̄cipibus
qui primitiuas religiones ⁊ ecclesias sub sanctis cōfessori
bus dotauerunt. Luce.x. Ecce dedi vobis potestatem cal
candi super serpētes et scorpiones.⁊c̄. Sudor ergo suorum
operum et laborum/saliua suorum dictorum et verborum/
contra venena vitiorum sunt remedia/ his scilicet qui ipsa
exemplariter accipiunt atq; gerunt. Uel dic ꝙ sancti isti
etiam dato ꝙ cum venenosis ⁊ cum peccatoribus viuerēt/
et omni die venenosa opera et dicta biberent/nunq̄ tamē
ex hoc lesi fuerunt: sed sani et illesi manserunt. Marci vlti
12 mo. Si mortiferum quid biberunt/non eis nocebit. ¶ Itē
dicit ꝙ Tentyri in insula nili nascentes tanto sunt crocodi
lis terrori/ꝙ eorum vocem fugiant. Sic vere crocodili de-
mones timent sanctos/⁊ maxime viros humiles/in insula
sapientie/ penitētie et religionis clausos/ adeo vt vocē sue
orationis/laudis/ gratiarum actionis vel cōfessionis susti
nere nequeant: sed ab ipsa potius fugiant et recedant: di-
centes illud Geñ.ij. Uocem tuam audiui domine/⁊ timui:
eo ꝙ nudus essem. Uel etiam dic de malis/qui voces bo-
13 norum et documenta formidant. ¶ Unum dicit Pliñ. vbi
supra satis notabile. dicit enim ꝙ illi populi predicti scilz
Marsi/Psilli/Oblōgenes et Tentyri non solum tactu ve
nena eximunt/immo etiam suo aduentu venenatos adiu-
uant/⁊ eorum dolores leniunt. Dicit etiam ꝙ in illis qui a
scorpionibus ⁊ serpentibus percussi sunt/etiam postq̄ sunt
sanati/solet quedam virtus contra venena remanere: qua
scilicet fit ꝙ alia animalia venenata nō audent eos tange
re vel nocere: et sic (vt ait) ꝙ venena cōtra venena remedia
solent esse: sicut exemplificat de illis qui a scorpionib⁹ per-
cussi sunt: qui ampli⁹ a crabronib⁹ / vespis aut apibus nō
ledūtur: quinimmo (vt ait) aqua lotionis manuum talium
sic a venenatis percussorum/⁊ postea sanatorum/solet per-
cussos et inde aspersos alleuiare: et q̄z plurimū adiuuare.
Econtra vero ibi dicitur ꝙ illi qui nunq̄ fuerunt serpētum
vel canis dentibus lesi / suo introitu vel aduentu vulne-
ratorum a serpentibus vulnera aggrauant/ ⁊ dolores eorū
acuunt et augmentāt. Ista possum generaliter allegare ꝙ
quando aliquis est vulneratus ictibus venenatis.i.tenta-
tionibus/aut tribulationibus huius mundi / vtile est ei et
consolabile ꝙ ab illis qui potestatem habent super tenta-
tionum et tribulationum venena.i. a sanctis viris visite-
tur/et personaliter videatur. Uisitatio enim/aduentus seu
interuentus bonorum est cōsolatio infirmorum/et salus et
releuatio peccatorum. vnde Actuū.xvj. Uisis fratribus cō
solati sunt eos. Item istud est certum ꝙ illi qui aliquan-
do p̄ucti et percussi sunt a venenatis.i.a tentationibus et
tribulationibus venenosis/ et inde per penitētiam sunt sa
nati/solent exinde contra venenum peccati quādam virtu
tem cōcipere/⁊ ex ipso veneno peccati quo inuenenati fue
rant/contra peccata remedia vendicare: quia scilicet sepe
fit ꝙ tales conuersi contra venena peccatorum fiunt reme
dia: q̄si scilicet aqua qua lauauerunt manus suas in peni

tentia/⁊ qua mndauerunt opera sua: alij infirmi et pecca-
tores / qui scilicet venenatis tentationibus sunt percussi/
exemplariter lauant vulnera seu vitia propria: quia breui-
ter/istud est verū ꝙ illi sunt ad curādum vitia magis sani/
qui vitijs similib⁹ fuerūt p̄cussi: sicut apparuit de Paulo.
vñ ad Heb.ij. Per hoc em̄ ꝙ probatus ⁊ tentatus est/didi
cit et his q̄ tentātur auxiliari. Ecōtra vero istud etiā est ve-
rū/ꝙ illi q̄ puncturas ⁊ inuenenationes vitiorū nunq̄ susti
nuerunt/non solent percussis ⁊ peccatoribus prodesse/ nec
eis compati vel cōdolere: sed potius austeritate sua in suo
accessu et aduentu ipsos amplius affligere et vexare: quia
pro certo illi qui vitia vel tribulationes non sunt experti/⁊
nūq̄ a cane vel serpente diabolo criminaliter sunt percus-
si/sunt alijs delinquentibus nimis duri: quod potissime in
religione experitur: vbi illi qui nunq̄ ceciderunt/ tanq̄ fra
gilitatis proprie inexpertes/ alios atrociter persequūtur:
sicut patet de visitatoribus et prelatis: qui aduentu suo fa-
ciunt miseros plus dolere: non aduertentes ꝙ Petrus id-
circo cecidit/vt alijs disceret condolere: iuxta illud Eccli
xxxj. Intellige ex teipso que sunt p̄ximi tui. Item istud est
certum/ꝙ illi quos scorpio diabolus/caro vel mundus vi-
tio aliquo percussit/⁊ inde per penitētiam sanatus extitit/
non solet alijs venenatis et tentatiōibus amplius ledi: q̄r
scz scit melius se a talibus tueri: quia sicut dicit Seneca in
Prouer. Cautio est in reliquum lapsus anterior. ¶ Sicut 14
dicit Plinius ibidem: vestis que funere.i.cadauere ser-
pentis tangitur/nūq̄ a tineis corroditur. Sic vere ille vel
illa cuius conscientia peccatum aliquādo habuit / tineas
malarum cogitationum vel tētationum melius precaue-
bit: ita ꝙ de ista dicitur Matthei.vj. Ubi neq; erugo neq;
tinea demolitur. ¶ Item idem ibidem ait ꝙ si quis pas- 15
sione que Cardiaca dicitur/moritur/cor eius nūq̄ in igne
crematur. Idem etiam dicit de corde illius qui perijt ve-
neno. Corda enim talium nō cōburuntur/licet in ignis in-
cendio collocentur. Unde ait ꝙ cor Germanici Cesaris in
igne cremari non potuit: quare cū Uitellius de morte Pi-
sonem coargueret / ac si ipsum veneno occidisset: econtra
ipse morbum Cardiacum fuisse allegauit: et sic a suspitio-
nis periculo se saluauit. Simile vero de corde venenato di
cit Rasis in quodā libro suo quem fecit de occultis virtuti
bus mēbroꝝ animaliū: vbi additur ꝙ cū cor hominis vene
no pereuntis non comburatur/ si.ix. annis in igne tenea-
tur/continue conuertetur in lapidem / qui valet mirabili-
ter contra omnia venena/fulmina/tonitrua/dat victoriam
in bellis. Unde ait ꝙ Alexander talem lapidem super se
ligatum portabat: verum cum quodam die illum depone-
ret/⁊ exutis vestibus se in Euphrate fluuio balnearet/ad-
fuit serpens quidam qui morsu dictum lapidē surripiens/
ipsum in Euphratē expuit: inuidens ꝙ tantam haberet po
tentiam in venena. Hec Rasis. Cardiaca est tremor cor-
dis/et significat seruilem timorem. Uenenum vero signifi-
cat inuidiam: que vitā gr̄e tollit p̄ odiū ⁊ rancorē. Ista ergo
sunt duo vitia que cor in quo sunt / per charitatem inflam-
mari non sinūt: timor scilicet ⁊ liuor. De timore.j. Ioā.iiij.
Timor nō est in charitate: perfecta em̄ charitas foras mit-
tit timorem. De inuidia dicitur ibidem ꝙ qui non diligit/
non habet charitatem. Quia procul dubio cor illud nunq̄
charitate vel deuotionis feruore cremat̄/quod timore de-
sperationis turbatur/et quod veneno inuidie ⁊ malitie vi-
tiatur. Cor enim bonorum dicitur ardere/sed non cor ma-
lorum. Luce.xxiiij. Nonne cor nostrū ardens erat? Uel dic
ꝙ illum amor dei et Christi non accendit/quem venenum
peccati mortalis inuenenat et occidit. Uel dic si vis/ad il-
lud quod dicit Rasis/ꝙ quando cor veneno peccati mor-
tuum/igne contritionis vel fortis tribulatiōis calescit/sepe
fit ꝙ in lapidem.i.in virtutem et constantiam durescit: ita
ꝙ tale cor lapis preciosus efficitur: a quo venena omnium
vitiorum superantur: bella tentationū vincuntur: et eterne
dānationis fulgura et tonitrua/seu fulgura terribilis iudi-
cij euaduntur. patet in Paulo: qui etiam de se dicit ꝙ vbi
abundauit delictum/ibi superabundauit ⁊ gratia. ad Ro-
ma.v. Or tamē sepe cōtingit ꝙ homo in flumine delicia-
rum plus debito se balneat/et vestes virtutū abijciens in

mundanis delicijs se delectat/serpens diabolus istū lapi-
dem seu istud bonum cor sibi per peccatū subtrahit/ et sic
potestate quā habebat contra venena/ipm spoliat atq₃ pri
uat. Osee.vij. Effraim columba seducta/non habens cor.
Unde diabolus dicit talibus illud Ezech.xxxvj. Auferam
cor lapideum de carne vestra:et dabo vobis cor carneum.
Uel dic ꝙ cor istud significat Christū: qui dicit cor in cor-
pore ecclesie/ cui vitam gratie administrat: mortificatꝰ tñ
fuit per venenum malitie iudeorū. Lapis etiam preciosus
factus est/inquantum ipse dicitur lapis angularis omniū
spiritualiū edificiorū. Istum ergo si Alexander.i.vir iustus
secum portauerit per deuotionem/ipse pro certo cōtra ve-
nena/fulmina ⁊ tonitrua.i.cōtra omniū tribulationū ⁊ ten-
tationum genera preualebit.q₂ tamen interdum contingit
ꝙ talis homo deuotus in fluuio deliciarum ⁊ mūdane pro-
speritatis per complacētiam se balneat/serpens diabolus
sibi insidians/istum lapidem seu cor lapideum.i.deuotio-
nem ad Christū sibi per peccatū subtrahit:et sic contra ve
16 nena potentiā sibi tollit.ps. Cor meū dereliquit me. ¶ Itē
ibidem lib.xxj.c.xiij.dicit ꝙ in multis mundi partibus in-
ueniuntur venenata mella:qđ (sicut ait) accidit ex veneno-
sis floribus e quibus fiunt. vnde ait ꝙ in ponto quibusdam
annis mella sunt venenosissima/ ratione florum cuiusdam
herbe dicte egolethron:que est etiam vexatio iumētorum:
quia scilʒ si ver humidum fuerit/apes noxium virus susci-
piunt de hac herba. In eodem etiā ponto est aliud genus
mellis qđ ab incolis menomenon.i.insanum vocatur/pro-
pter insaniā quā inducit: qđ vtiq₃ euenire creditur e flore
rhododēdri herbe:qua scatent ⁊ abūdant sylue patrie. Un
de etiam gens illa cū de certa tributa Romanis prestaret/
mella quoniā erant exitialia/nō vēdebat. In Perside etiā
⁊ mauritania cesariensi Getulie cōtermina faui venenati
gignūtur. Hic autem dicit Pli. pulchra verba. O (inquit)
quid sibi voluisse naturam his arbitremur insidijs? sequit.
Quid sibi voluit/ nisi vt cautiorē/minusq₃ auidum faceret
hoiem? q.d. Ista est ratio quare mella venenata formauit.
Reuera sic videtur cōtingere in moribus: q₂ pro certo mul
te sunt apes.i.multe psone q̄ faciūt ⁊ q̄ habent mella.i.ver
ba dulcia ⁊ blanda/ venenata tamen.i.deceptoria ⁊ corru-
pta: sicut videmꝰ de luxuriosis/hereticis et iniquis: qui cū
dulcedine verborū suorum venenum peccati vel corruptio
nis inferunt:et sic auditores inuenenant et corrūpunt.j.ad
Corin.xv. Corrumpūt bonos mores colloquia praua. Q₂
enim tales sunt soliti de herbis ⁊ arboribus corruptis.i.de
malis personis flores exemplorū accipere: ideo solēt mella
venenata.i.verba mala facere/cū quibus solent simplices
intoxicare: sicut de luxuriosis exēplificat sapiēs Prouer.v.
Fauus distillans labia meretricis: et nitidius oleo guttur
eius: nouissima autē eius amara velut absynthiū: et acuta
tanq₃ gladius biceps. Uel dic ꝙ talia mella sunt doctrine
poetarum ⁊ philosophoꝝ: que q̄uis videant dulcia ⁊ dele-
ctabilia: constat tamē ꝙ contineāt multorū errorum vene-
na. Igitur si tales rationis tributum soluāt.i.si taliū scien-
tie fidelibus deseruiant/ cera accipienda est / et non mel-
la.i.illa que vera sunt/ et non falsa: et illa que vtilia sunt/
non vana. Unde Apostolꝰ: Omnia probate: qđ bonum est
tenete.j.ad Thessa.v. Uel etiam si vis/per talia mella in-
telliguntur mundi delicie/diuitie et scientie: que q̄uis vi-
deantur fatuis dulcia/in se tamē continent vitiorum vene
na. Cōstat enim ꝙ diuitie occasionaliter in se continēt aua
ritiam/delicie luxuriam/scientie presumptionem/eminen
tie eleuationem. Talia igitur mella.i.mundi bona que vt
cōmuniter consistunt in delicijs/diuitijs/scientijs/poten-
tijs et eminentijs/natura naturans deus hominibus fieri
venenosa permittit: et in ipsis permissiue fortune insidias
ponit: vt scilicet homo magis sit circūspectus ⁊ cautus ad
omnia precauendum/et de singulis dubitandum: meliora
accipiendum/deteriora cauendum: et nō auide et effrena-
te in bona mundi irruendum/et indiscrete omnia deuoran
dum. sicut enim scriptum est Prouerb.xxviij. Beatus ho-
mo qui semper est pauidus. Ideo bene consulitur Eccli.
xxxiij. Super mensam magnam sedisti? non aperias fau-
cem tuam ibi prior. q.dicat: nō oportet auide in mēsam mū
di bonorum irruere: sed inter assumpta distinguere/⁊ qua-
si dubitando de singulis/venenorum.i.vitiorum ibi laten-
tium malitiā precauere. Genesis.ij. De ligno sciētie boni
et mali non comedes.⁊c̄. Uel dic ꝙ apes que non sunt ve-
nenose/faciunt aliquando mella venenata. Sic vere viri q̄
de se sunt boni/dicunt quādoq₃ vel ratione solatij vel alias
verba dissoluta et inutilia et inepta ⁊c̄. sicut in sequenti ca.
17 ¶ Apes habēt aculeum venenosum. in ore enim ferūt ve-
nena q̄uis in fructificando sint animalia vtilia atq₃ bona.
et sicut dicit Pliñ. vbi supra: Mirum est apes venena por
tantes ore fingentesq₃ non mori: sed causa est (vt ait) q₂ dña
rerum natura hanc dedit repugnātiam apibus contra ve-
nena: vt scilʒ a veneno (q̄uis ipsum habeant) non ledātur:
sicut contra serpentes Psillis marsisq₃ inter homines. De
populis autem Psillorum ⁊ Marsorum qui non timēt ve-
neni potētiam/ alibi dictum est.s.eo.§.x. Si vis/per apes
intellige quosdam qui habent mala verba/dissoluta/⁊ ali-
qualiter periculosa/ita ꝙ in ore videntur habere maleficia
vel venena: ipsi tamen in se boni sunt/et faciunt bona mel
la.i.bona opera atq₃ iusta. Cōplures enim sunt quorū ver-
ba venenosa vidētur/et tamen eorum opera vtilia compro
bantur. sciunt enim veneno peccati repugnare/et cum ipo
veneno quod quodāmodo portant in ore / sciunt innocen-
tiam custodire: sicut cotidie videmus de multis tam viris
q₃ mulieribus: qui q̄uis sint in animo boni/sunt tamen in
sermonibus dissoluti. dicit enim glos. canonis ꝙ per aduer
bia demeremur vel promeremur/ nō per nomina: quia sci-
licet intentio facit meritum vel demeritum: vt quando res
fit aduerbialiter/scilʒ bene vel male/ non nominaliter/ sci-
licet bonum vel malum: vt est in proposito: quia talis locu-
tio non fit male/licet sit mala: et per consequēs suū non in-
18 uenenat portatorē. ¶ Aconitum est herba venenosissima/
que alio modo dicit Cammaron/ Scorpion/ theliophonō/
Pardalianches.⁊c̄.⁊ nascit circa heracleam Pōticam: fo
lia habens quattuor tm̄/cucumeri similia. huius tanta est
veneni malitia/ꝙ si genitalia cuiuscunq₃ animalium gene
ris tetigerit/die eodem infert mortem. Mures etiam solo
odore eius moriūtur a longe. Istud autem in eo mirum est
ꝙ istud venenum veneno scorpionum obuiat/⁊ in potu da-
tum cum vino hominem a veneno scorpionis liberat atq₃
sanat. Est enim eius natura vt hominē occidat/nisi inue-
nerit in homine qđ perimat. Mirum (inquā) exitialia per
se ambo cum sint duo venena/in homine cōmoriuntur/vt
homo supersit: sicut dicit Pliñ. vbi supra. et addit: Ista au
tem (inquit) si quis ab homine excogitari potuisse credit/
ingrate deorum itelligit munera. Uide simile de Menais
de supra cap.lxix.§.iij. Per corpus ergo hominis possum
intelligere corpus ecclesie militātis: per venenum scorpio-
nis intelligo malitiam vsurariorum et aliorum malorū in-
feriorum: per aconitum autem intelligo nequitiam et rapi
nam malorum superiorum. Igitur sic est ꝙ aconitum.i.ve-
nenosi superiores/scilicet rapaces principes/iudices ⁊ offi
ciales/solent naturaliter impugnare ⁊ impetere venenum
scorpiōis.i.alios malos inferiores/ videlicet vsurarios ⁊ la
trones: sicq₃ fit ꝙ dum mali superiores contra tales male-
factores intendunt/ corpus in quo sunt.i.patriam cui pre-
sunt / quandoq₃ in pace dimittunt : immo pacificam eam
reddunt/inquantum scorpionum istorum veneficium inde
tollunt. Utile est ergo ꝙ tales mali superiores inter subdi-
tos inueniant quem iuste puniant/quia alias in ipsum cor
pus.i.in ipsos bonos subditos deseuirent. Uel ista possunt
dici de diuersis tyrānis sibi iuicē inimicis: q̄ ꝯtra se inuicē
solēt pugnare/⁊ alter alterum aliquotiēs destruere. Here.
xlvj. Fortis impegit i fortē: ⁊ ambo pariter ceciderūt. et sic
per suā absentiā solent hoiem.i.simplices subditos in pace
dimittere/et patriā alter ab altero liberare: qui tamē si con
cordes essent/⁊ vnus eorū superesset/ipsos inferiores rode-
rent/et p rapinas varias venenarēt. Igit bonū est ꝙ mali
inter se pugnent/et se occidāt ⁊ perimāt/vt boni in pace di
mittant et viuāt: vt sic eoꝝ mutua occisio sit alioꝝ pax ⁊ sa
lutꝭ occasio. Uide figurā ad hoc ifra li.xvj.ij. Para.xx. In
fine Hester. Impij vna die ad iferos descendētes pacificū
reddāt regnū. Uel dic ꝙ aconitū qđ hoiem iterficit nisi fit

veneno scorpionis pmixtum/sigt venenosos iudices et
balliuos/auaritia ₇ iniquitate corruptos: qꝛ pro certo ta
les solent hoĩes in quibꝰ sunt.i.subditos quibꝰ presunt/
per rapinam occidere: et veneno malitiarum suarum vi-
ta sua.i.temporali substantia spoliare: nisi forte ipsos sen
serit venenum scorpionis.i.cautelas ₇ malitias habere/
et vitijs ₇ iniquitatibus abundare. Malos enim ₇ vene
natos inferiores balliuos ₇ aduocatos non solent lede-
re/sed eos in pace dimittere / et ipsos diligere et fouere:
et vt similiter in casu simili sustineantur ab ipsis / solent
eos ꝯtra alios sustinere. vnde Luce.vj. Peccatores pec
catoribus fenerãtur/vt recipiãt equalia. Uel potest dici
ꝙ nullum malum est adeo magnũ/quin valeat ad aliud
bonum faciendum: qꝛ etiam vnus malus valet ad alium
malum repellendum/et ad sue malitie repugnãdum: si-
cut de balliuis ₇ aduocatis videmus. Unde libro.xxvij.
de naturali mundi historia capi.iij. Aperta (inquit) pro-
fessione patet nullum quidem malum sine aliquo bono
dicere. Uel dic ꝙ ista duo mala significant malum pene
et malum culpe: quia scilꝫ pena ꝗ̃uis videatur venenosa
et aspera/est tamen maioris veneni/scilꝫ culpe consum-
ptiua ₇ sanatiua: quia scilicet penitẽtia culpam perimit/
et contritio delictum tollit.

Capitulum.lxxiiij.de Monstris.

1 Monstra preter iam dicta multa sunt in natu-
ra. Unde nota ꝙ Cyclopes fuerunt populi
monoculi/qui in Sicilia habitauerunt. Et qꝛ
Sicilia habet mõtes perpetuo igne flammã-
tes: ideo isti populi fulmina Jouis fabricare
a poetis ficti sunt: vt ait Geruasiꝰ. Tales etiã dicti sunt
a Solino Arimaspi: de quibus supra titulo de Jtalia.c.
de Faunis: libro de animalibus/et alijs similibus satis
dixi. Dic tamen si vis ꝙ isti sunt demones: qui scꝫ duos
oculos habere debuerant: vnum scꝫ quo velint bonum/
alium quo intelligant verum: sed vnum istorum/scꝫ noti
tiam veri sibi retinuerunt; alium ꝓo penitus amiserunt/
scꝫ amorem boni. Jsti igitur in regione ignea.i.in infer-
no morantur: et Jouis.i.dei fulmina fabricant/inquan-
tum suas seueras sententias exequuntur: iuxta illud ps̃.
Misit in eos iram indignationis sue: indignationem et
iram ₇ tribulationem/immissiones per angelos malos.
2 ❡ Sagittarius dicitur esse quoddam animal ex homi-
ne ₇ equo mixtum: in vultu terribile/et in sagittãdo pre-
cipuum: qualem scꝫ legitur rex Mennonie in exercitum
Troianorum adduxisse: qui etiam Grecis multis terro-
rem noscitur incussisse / ipsum tamen Achilles occidit:
et de ipso viriliter triũphauit. Tales videntur esse mul-
ti: qui scilꝫ partim homines.i.rationales/partim equi.i.
bestiales esse noscuntur: qui profecto alios sagittare non
cessant: verbisqꝫ et iniurijs/detractionibus ₇ tribulatio-
nibus inquietant ₇ molestant. Unde etiam de verbis et
iniurijs talium dꝛ in ps̃. Sagitte potẽtis acute cum car-
bonibus desolatorijs. Hos ergo Achilles.i.bonus pre-
latus debet percutere: et ne alios plus noceant/tollere
3 vel auferre. Prouer.xij. Uerte ipsos/et non erũt. ❡ An-
thropophagi sunt homines qui humanis carnibus ve-
scuntur: et cum diuersi sint in diuersis mundi partibus/
sunt tamen quidam homines siluestres in quadam con-
ualle magna in Scythia iuxta Jmaum mõtem in regio-
ne que vocatur Abarimon: qui pedes transuersos post
crura habent: eximie sunt velocitatis: passimqꝫ cum fe-
ris vagantur: qui scꝫ in alio celo.i.in alio aere/extra scꝫ lo
cum illum spirare nequeũt: et ideo ad exteros reges mi-
raculi gratia portari non possunt. Unde nec ad Alexan-
drum magnum petractos Beton itinerum eius mensor
prodidit: sicut Plinius lib.vij.ca.ij.ponit. Jstud potest
allegari cõtra multos: quorum pedes.i.affectiones sunt
peruerse: et semper ad nociua ₇ inutilia retrouerse. non
enim ad partem anteriorem.i.ad bona spiritualia ₇ eter
na aspiciunt: immo ad posteriora/scꝫ ad temporalia ₇ ad
vitia (que postponi debent) pedes.i.affectus animi sui
retrouertunt. ps̃. Conuertisti pedes meos retrorsum.
Tales ꝗ̃ veloces sunt per precipitem celeritatem/quam
scilicet habent in actibus suis: et cum feris.i.peccatori-
ribus vel malis mulieribus vagantur per improbam so
cietatem. Marci.j. Tentabatur a sathana: eratqꝫ cum
bestijs. Jsti etiam in suo celo.i.in sua patria in qua nati
sunt/scilicet in mundo volunt viuere et spirare: et extra
istam patriam/scilicet in religione vel ecclesia non pos-
sunt viuere: nec labores ₇ abstinentias que ibi sunt/susti
nere. Spiritualiter etiam a mundo non peregrinantur:
nec in alieno celo ₇ solo.i.in paradiso per contemplatio-
nem minime morantur: et ideo pro certo isti non sunt di-
gni ꝙ Alexandro et alijs regibus / hoc est ipsi Christo
et sanctis suis et angelis presententur. Uel exponi po-
test de illis qui ita sunt deliciosi/ꝙ nec pro studio/nec alꝭ
patriam suam volunt exire / sed ibi semper viuere/et de
exterioribus factis seculi nihil scire. Tales ergo qui pa-
triam suam tantum diligunt / et qui alibi viuere vel ma-
nere nolunt vel nequeunt/vix nunqꝫ ad perfectionem ve
niunt: nec coram regibus et magnatibus digni presen-
tari sunt. Bene ergo dicitur Luce.xiiij. Nemo propheta
4 acceptus est in patria sua. ❡ Sicut ponit ibidem Pliñ.
scilicet libro.vij.capi.ij.(et allegat authorem Calliphã-
tem) quidã populi q̃ vocantur Androgyne/supra Nasa-
monas ₇ cõfines illis Maclias commorantur: quorum
mirabilis est conditio. Sunt enim duplicis substantie (si
cut ait) masculе scilicet ₇ femelle. Nates enim ₇ coxe in-
ter se coherẽt: et ex vna parte sunt femine/ex altera viri.
Aristoteles autem adijcit (sicut dicit idem) ꝙ istis popu
lis est mamma dextra virilis/et altera muliebris. Ad il-
la autem videtur alludere confictio fabule de herma-
phrodito: in qua supponitur ꝙ de quodam iuuene et iu-
uencula in lacu Salmacide vna persona fuit facta: que
pro medietate erat vir/et pro medietate femina. Ad lit-
teram autẽ hermaphroditi monstra sunt in natura/per-
sone scilicet vtrũqꝫ sexum habẽtes/virilem ₇ muliebrem
conditionem in genitalibus pretendentes. Jsta viden-
tur allegabilia contra quosdam qui sunt duplices/varij
et inconstantes: quia pro certo multos in hoc mundo vi-
demus qui videntur duplicem sexum (loquendo morali
ter) habere: quia scilicet in parte dextra ꝓsperitatis sunt
viri: quia dum sunt in prosperitate/ipsi se iactant esse vi-
ros stabiles ₇ constantes: sicut patet de ingenerosis mi-
litibus: qui cum sunt ad mensam vel ignem/mira dicũt/
et mirabilia se facturos opera/si necessitas accideret/as-
serunt: et sic in parte dextra viri sunt/et mamillas viri-
les.i.verba constantia secum ferunt: sed pro certo in sini
stra aduersitatis sunt femine: quia scilicet si aduersitas
ingruerit/isti sunt feminis debiliores/et per fugacem in-
cõstãtiam timidiores/₇ ad tolerãdum aspera molliores.
et breuiter isti qñ nihil habẽt pati/viri esse vidẽtur: qñ ꝓo
pati necesse est/femine cõprobãtur. Hiere.xxxj. Femina
circũdabit virum.i.femineitas in talibus preualet virili
tati. Uel dic ꝙ tales sunt homines duplices ₇ verbales:
qui scilicet in dictis/promissis et factis nullam constan-
tiam habent: immo nunc viri/nunc femine apparẽt. ver-
tas enim eos ad quam partem volueris / nũqꝫ in eis eũ-
dem sexum.i.eandem constantiam videbis: quinimmo
si nunc in vno proposito vel negotio viri constantes ₇ sta
biles esse credantur/voluas te ad partem oppositam: et
mulieres.i.vani / inconstantes et debiles esse reperiun-
tur: sicut ad litteram de falsis amicis/proditoribus/adu
latoribus et alijs inconstantibus reperimus. Mamme
etiam talium.i.vbera ipsorum lactãtia pro parte sunt vi
rilia/et pro parte feminea.i.pro parte bona ₇ constantia/
scilicet quando promittunt: pro parte vero defectibilia
et feminea/scilicet quãdo reddunt. Tales ergo sic dupli
ces a deo maledicuntur Eccl̃i.ij. vbi dꝛ. Ue duplici cor-
de: et homini ingredienti terram duabus vijs. Uel dic
ꝙ tales q̃ sunt duplices / et tamen non sunt nisi vna per-
sona/significant personas charitatiuas et maxime con-
iuges / se per charitatis vinculum diligentes: qui licet
duo sint quantum ad sexuum varietatem / sunt tamen

vnum quantum ad cordium vnitatem: quia sicut dicitur Geñ.ij. Erunt duo in carne vna. Uel dic ꝙ tale monstrum ĩ natura fuit xp̃s: qui scꝫ in parte fuit femineus.i. humanus/in parte vero virilis extitit. Allega vt supra.

5 ¶ Sũt in India (vt dicit idem ibidem) choromãde/homines siluestres/hirtis corporibꝰ/oculis glaucis/sermonis horrẽdi/dentibꝰ caninis. Sic ꝟe sunt inter nos quidam siluestres ⁊ seculares hoĩes/nulli familiares aut sociales: quia scꝫ verba habent per detractionem horrida/corpora per malam conuersationem hirsuta/dentes per mordacitates ⁊ rapinam caninos/⁊ oculos per inuidiam glaucos.

6 ¶ Eudoxus author est ſm Pliñ.lib.vij. ca.ij.ꝙ in pte meridiana Indie quidam sunt viri q̃ plantas habẽt cubitales: femine ꝟo coꝝ plantas habent valde modicas: ita ꝙ ex hoc struthopodes appellãtur. Per viros intelligo ecclesiasticos ⁊ prelatos/et alios litteratos: per feminas ꝟo subditos ⁊ laicos/et homĩes simplices ⁊ ignaros. Igitur dico ꝙ plante seu pedes.i. affectiones viroꝝ.i. hoĩm in seculo maioꝝ et superiorum/hodie sunt valde longe. extendũt eñ se ad appetenda oĩa bona mundi: scꝫ ad diuitias per auaritiam: ad delicias per luxuriam: ad eminẽtias per superbiam. Figurati ĩ angelo Apoc.x. qui habebat vnum pedem super terrã: et alium super mare. Ac si dicat ꝙ cupidi affectãt ⁊ cupiũt omnia que sunt in maribus ⁊ in terris. Femine aũt.i. simplices sunt in pedibus.i. affectibus diminuti: nesciũt eñ ipsos extẽdere ad dilectionem eternoꝝ/ sed tñ hic iuxta se ad desiderium terrenoꝝ.

7 ¶ Pliñ.lib.vij.c.ij. circa fi. dicit ꝙ sunt gentes in Ethiopia que Menismini appellantur/ que viuũt lacte illoꝝ animalium que cynocephali dicũtur: que scꝫ totũ corpus habent humanum/preter caput qđ est caninum. Istos enim cynocephalos sicut greges ouium ꝓ lacte habẽdo nutriũt: mares tñ (vt ait) occidũt/ et de ipsis aliquos preterq̃ sobolis causa viuere nõ permittũt. Dic si vis ꝙ tales gẽtes sunt moderni principes et prelati: qui scꝫ ad hoc solum cynocephalos.i. subditos suos pascũt ⁊ regũt/vt de lacte sue temporalis substãtie viuãt: et ideo mares qui lac non habẽt.i. religiosos ⁊ bonos a quibꝰ lac munerum non recipiũt/nolũt secũ tenere/nec etiã in suis dignitatibus/officijs ⁊ beneficijs promouere: sꝫ potius eos solent occidere.i. tribulare/ledere et grauare. Femellas vero que lac habẽt.i. diuites/licet ignaros ⁊ femineos/dum tamen lac munerum offerant/ solent diligere ⁊ fouere/et in suis beneficijs ponere/et in suis officijs/domibꝰ et curijs retinere. Geñ.xxv. Isaac diligebat Esau/eo ꝙ de venationibus eiꝰ vesceretur. Si vis magis/scꝫ quõ hodie mares occidũtur/et femine reseruãtur: vide.s̃.eo.lib.ca.de Amazonia circa fi. et vide lib. de piscibꝰ.ca.j.§.vlti.

8 ¶ Itẽ idem ibidẽ ait ꝙ in desertis Aphrice hoĩm q̃dã species obuie fiunt/ et subito ab oculis euanescũt. Talis aũt videtur fuisse ille cornutus homũtio qui apparuit beato Antonio ĩ deserto: de quo superiꝰ dixi.c. de Egypto. Sic ꝟe in solitudine huiꝰ mũdi multi videntur subito apparere/et subito disparere. Isti sunt (loquẽdo spũaliter) hypocrite: qui vidẽtur subito facere mirabilia/et in statu ꝑfectionis apparere/⁊ aliquid magnum esse: sed pro certo subito deficiũt/et in ficta sua ꝑfectione non durãtes/subito euanescũt: iuxta illđ Señ. Nihil qđ simulatum ⁊ fictum est/potest esse diuturnum. Tẽporaliter etiam hoc videmus de illis. qui subito per ꝓsperitatem crescũt/et subito per infortunia euanescũt: sicut sunt illi de quibus dr̃ in ps̃. Uidi impium superexaltatum ⁊ eleuatum sicut cedros libani: transiui/et ecce non erat.

9 ¶ Item idem ponit multa mirabilia circa partum. Cõtingit eñ sepe nasci fetus parẽtibꝰ dissimiles ⁊ monstruosos/et alteriꝰ speciei: que in natura ꝓdigia reputantur. Sic igitur aliquãdo nascitur puer cum duplici sexu: sicut supra dixi de Androgynis. Aliquãdo visus est nasci puer qui a natibꝰ sursum duplex erat: sicut etiã de duabus puellis in Aquitania: et de alijs duabꝰ in Normannia visum fuit: que sibi inuicem loquebãtur: et vna ante aliam aliquãdiu mortua/ ab altera necessario portabatur: sicut ponit Uincẽ. cuiꝰ simile etiam ponitur in de naturali historia lib.vij. Ego etiam semel in Italia audiui visum fuisse hoĩem ab vmbilico inferiꝰ duplicem / et quasi a latere corpus vnum pendere formatum diminutum et inutile. Pliñ. etiam ponit hic capi.iij.ꝙ quedam mulier serpentem peperit inter initia Marsici belli: alia vero in Thessalia peperit hippocentaurum / hominem scꝫ equo mixtum: sicut Claudiꝰ cesar scribit: qui eadem die qua natus est/interijt. Audiui etiam a venerabili viro Massiliensi episcopo ꝙ quedã mulier massilie locustam ma- 10 rinam parturijt: et muliere pre dolore moriente/locusta integra ⁊ completa in eius matrice mortua est inuenta. In exercitu etiam Xerxis (cuius multitudo erat quattuor mille militum armatorum / et quattuor milium nauium/que tamen omnia a paucis grecis sunt deuicta) equa vna (secũdum Orosium) vulpem peperit: quod fuge ⁊ destructionis exercitus illiꝰ signum fuit. Istis etiã temporibus nostris dicitur ꝙ in castro quodam Gallie Lugduñ. visa est vacca puerum parturijsse: et quidam qui suspectus habebatur de coitu/ꝓpter hoc aufugisse. Audiui etiam a quodam religioso fide digno relatum ꝙ suis temporibus in quibusdam partibus galliaꝝ prope fines Italie quedam nobilis puella cum vrso ludens/tãdem cum ipso concubuit/et ab vrso impregnata/et postea viro data/filios peperit: quos non a marito/sed ab vrso se genuisse tandem compuncta confessa fuit. Illi vero filij ferocissimi hoĩes fuerunt. Cũq̃ illa dña secũdum cõsilium confessoris vrsum fecisset occidi/et filij venientes inuenissent eam tristem/et compulsa causam tristitie pãdisset: cũq̃ vrsum patrem suum esse audissent/et ipsum interfectum viderent/post illum religiosum confessorem cucurrerunt/et eum vbi vrsus occisus fuerat/occiderũt. Fiunt ergo circa humanam parturitionem multa ludibria: et quãdoq̃ (sicut visum est) contingit ꝙ ab hominibꝰ generantur bruta/et a brutis generantur humana. Ad quod etiam facit quod Pliñ. dicit lib.vij.ca.ij. quosdam viros Indorum cum feris coire/et inde semiferos partus esse. Ista autem ⁊ similia quando generantur/solent illis apud quos fiunt/semper protendere mala: sicut dr̃. Per genitores in scriptura intelliguntur prelati ⁊ predicatores: quia scꝫ prelati generant homines/ipsos de nouo in ecclesiam introducendo/et ibi promouendo: predicatores vero generant fideles/ipsos ad fidem ⁊ penitentiam conuertendo.j.ad Coꝝ.iiij. Per euangelium ego vos genui. Per illos vero qui generantur intelligo eos qui per ipsos in ecclesiam introducũtur/et qui ad fidem vel penitentiam conuertuntur. Ista ergo est regula ꝙ partus non est semper similis generanti: nec ille qui conuertitur aut promouetur/semper est similis predicanti/ vel etiam promouenti: quinimmo sepe contingit ꝙ brutum generat hoĩem.i.ꝙ malus prelatus vel predicator generat/promouet ⁊ cõuertit bonam personam: sicut patet de hypocritis/qui mali sunt ⁊ brutales: q̃ tamen auditores suos/dum eis bene predicant / faciũt virtuales. et de malis prelatis/qui q̃nq̃ dãt beneficia viris bonis: quia sicut dicitur Ioã.j. De Nazareth potest aliquid boni esse. Et ideo bene dr̃ Matth.xxiij. Que dicũt/facite: que aũt faciunt/nolite facere. Aliquãdo ecõtrario fit ꝙ homo parit brutum: et hoc est quãdo prelatus vel predicator est bonus/rationalis ⁊ humanus: ille vero qui promouetur/vel auditor cui predicatur / dum sibi nõ credit vel obedit/efficitur malus/brutalis/carnalis ⁊ iniquus. Et breuiter/de illis qui hodie parturiuntur ⁊ conuertuntur/et ab hominibus vel a brutis.i.a bonis prelatis et predicatoribus vel a malis in ecclesia introducuntur ⁊ promouentur/vel ad fidem seu religionem seu ad penitentiam generantur/quidam sunt sicut serpentes per malitiam: quidam sicut vulpes per fraudulentiam: quidam hippocentauri per carnis lasciuiam: quidam duplicis sexus per inconstantiam: quidã duplicis cordis per masculam combinationem: et quidam feri et vrsini per seuitiam/et per detractionis et rapine molestiam. Sic igitur hodie in ecclesia et a prelatis / et a predicatoribus monstra generantur / et diuersi peccatores diuersimo-

de inducuntur. Boni etiam quandoqꝫ procedunt a malis: mali etiam aliquotiens eliciuntur a bonis. Vel dic ꝙ brutum est diabolus: qui quãdo cohabitat cum femina .i. cum voluntate humana/ solet ibi monstra .i. vitia et mala opera generare: et sic serpentem auaritie/ vulpem malitie/ hippocentaurum .i. motum luxurie/ hermaphroditum inconstantie/ cum alijs monstris ⁊ vitijs solet huiusmodi mulier voluntas hominis parturire. ps. Concepit dolorem/ ⁊ peperit iniquitatẽ: lacum aperuit/ ⁊ effodit eum ⁊c̃. ¶ Sicut dicit Orosius/ Palephatus in libro incredibilium narrat de Minotauro in Creta genito: ꝙ dudum inter Cretenses et Athenienses durissimũ fuit certamen: Cretenses tamen vicerunt: et de Athenis nobiles secum duxerunt: et ipsos ad comedendum Minotauro dabant: et inde illam horrendã bestiam nutriebant. Erat autem Minotaurus (ẜm Orosium) fera humana/ vel homo ferus. Veruntamen sicut dicit Ouidius: Theseus tunc cum alijs nobilibus forte captus/ missus est vt a Minotauro deuoraretur: sed Minotaurum occidens/ meruit vt a periculo saluaretur. Sed de hoc vide diffusius in Ouidio libro Methamorphoseos. Dic si vis ꝙ Minotaurus significat infernũ: cui pro certo Cretenses .i. demones dabãt nobiles Atheniensiũ .i. patriarchas et sanctos patres/ pr̃icipes fidelium ad deuorandum/ ⁊ ad secum in carcere detinendum. Esaie .ix. Nobiles eius interierunt. Veruntamen Theseus .i. xp̃s ad ipsum missus de eo triumphauit/ ipsumqꝫ superauit et prostrauit: et se et alios de eius faucibus liberauit: et per resurrectionem exinde salijt et reuenit: dicens illud Ozee .xiij. Ero mors tua o mors: morsus tuus ero inferne. Vel per Minotaurum intellige diabolum seu mortem ⁊c̃. sicut supra.

Capitulum .lxxv. De Prodigijs.

Prodigia retroactis temporib⁹ facta sunt plurima. Unde nota ꝙ ibidem dicitur: scꝫ de naturali historia mundi lib. ij. ca. lxxxv. ꝙ in terremotu mirabile prodigium semel contigit .s. in Mutinensi agro sub L. Martio et Julio sexto coss. Duo enim montes de locis suis moti/ contra se inuicem concurrerũt/ et maximo strepitu assultantes recedentesqꝫ/ fumo flãmaqꝫ in celum ascendẽte/ animalia exanimauerunt/ et villas medias destruxerunt: spectante magna viatorum familiarium et romanorum eq̇tum comitiua. Reuera tale bellum possum⁹ videre quotidie. In vno em̃ loco vel patria sunt quandoqꝫ duo mõtes .i. duo alti homines/ vel aliqui duo superbi pr̃icipes vel magnates: qui scꝫ intus in cordibus suis terremotu superbie concutiuntur/ et igne ire ⁊ auaritie cõmouent̃: et sic sepe fit ꝙ inter se bellum cõmittunt/ seqꝫ inuicem cum exercitibus suis concutiunt/ flammamqꝫ crudelis occisionis/ et fumũ infamie de se emittunt/ et sue glorie denigrationis: vel etiam fumum superbie/ inanis glorie et elationis de se emittunt/ et adiacentes villas ⁊ pecudes ad litteram destruunt et subuertunt/ et alter alteri⁹ patriam depauperant ⁊ comburunt. Ideo bene dicitur Prouer. xxviij. Regnantibus impijs ruine hominum. ¶ Aliud valde mirabile narrat ibidem Plinius: ꝙ scilꝫ tempore suo imperãte Nerone/ in Marrucino agro Vectius Marcellus eques romanus res ipsius Neronis procurans/ agros habebat quadam via publica intermedia distinctos/ in quibus erant ex vna parte prata/ et ex alia oliueta: sic vero actum est virtute mirabili/ ꝙ dicta prata ⁊ oliueta sedes suas mutauerint: et non obstãte via media prata vbi oliueta/ et oliueta vbi prata fuerant/ transmearint: qđ scꝫ idem videtur supponere fuisse factum per violentiam terremotus. Ista etiam recitantur in chronicis plurium doctorum: et etiam bellum de duobus montibus supradictum. Per ista duo predia q̃ in diuersis locis erant sita/ possum intelligere pauperes et diuites. Prata enim que in sinistra sunt/ et in quibus multi tribuli sunt ⁊ cardui/ pauperes significant: oliueta vero que pinguedinem olei portant/ diuites et impinguatos significant. Magna enim est hodie distinctio et diuisio inter istos/ et magnum chaos inter vtrosqꝫ firmatum: quia scilicet diuites sunt modo in statu prosperitatis/ pauperes vero in statu aduersitatis. Via enim publica .i. fortuna istos diuidit ⁊ dissociat ⁊ disiungit: veruntamen terremotus mortis ⁊ iudicij veniet qui istos alternatim mutabit ⁊ vertet: et sic fiet ꝙ prata .i. pauperes q̇ nunc sunt in parte sinistra aduersitatis/ mutabuntur ad dexteram perpetue prosperitatis: econtrario autem oliueta .i. diuites qui nunc sunt in dextra .i. ꝓsperitate/ mutabuntur in aliam partem vie fortune: scilicet in sinistrã eterne aduersitatis: et sic fiet quadam permutatione mirabili ꝙ illi qui sunt ad dextram/ ad sinistram: et qui ad sinistram/ ad dextram locabuntur. Sicut enim videm⁹ ꝙ si quis duos habet/ vnum a dextris/ et aliũ a sinistris/ si contingat ipsum conuerti/ ille qui erat sibi dexter/ fit sinister: et q̇ sinister/ efficitur dexter: sic vere domina fortuna que tunc mutabitur et voluetur/ de pauperibus faciet diuites/ ⁊ de diuitibus pauperes. Figura ad hoc de Jacob ⁊ duob⁹ filijs Joseph: scꝫ Effraim et Manasse: quorum vnus posit⁹ fuerat ad ipsius Jacob dexteram/ et alius ad sinistram: sicut dicitur Geñ. xlix. quia scꝫ ipse Jacob cancellauit manus: et dextram posuit super sinistrum: et sinistram super dextrum. Sic vere Jacob .i. dominus in morte ⁊ iudicio manus mutabit ⁊ cancellabit: et sic diuites quos nunc habꝫ in prosperitatis dextera/ sub sinistra aduersitatis locabit: pauperes vero qui nũc in aduersitatis sinistra latitant/ sub eterne prosperitatis dextra ordinabit: sicut dicitur Matth. xxv. Ponet oues quidem a dextris: hedos autem a sinistris. ¶ Item idẽ ibidem: scilicꝫ de naturali historia mundi libro .ij. c. cvj. dicit sic: Amnes retrocedere/ et nostra vidit etas: sicut factum est (vt ait) temporibus Neronis principis. Sed quia Plinius dicit se posuisse vbi de rebus Neronis tractauit/ ideo non ponit hic aliud. Potest tamen exponi ꝙ flumina sunt viri iusti: qui continue fluunt per bona opera ad mare paradisi: sed pro certo isti quandoqꝫ inueniũtur retrocedere per peccatum/ et per tedium et imperseuerantiam a cepto bono proposito retroire: sicut ad litteram patꝫ de apostatis et falsis amicis et quibuscunqꝫ inconstantibus: qui scꝫ a religione/ fidelitate et bono proposito sepissime retrocedunt/ et a cursu bono resiliunt et desistunt. Unde de fluuio Jordane dicitur in p̃s. Mare vidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsum. Vel dic econuerso ꝙ fluuius est peccator: qui continue fluit ad peccatum: qui tunc videtur retrocedere/ quando ipsum contingit a cepto malo proposito ad penitentiam resilire. Vel dic ꝙ fluuius est mortalis homo: q̇ continue fluit ad mortem/ sed finaliter retrocedet quando in die iudicij reuiuiscet. ¶ Licet Plinius nõ credat homines mutari in lupos (sicut supra dixi cap̃. de Gallia) recitat tamen lib. viij. ca. xxij. ꝙ Euantes inter auctores Grecie non spretus tradit Arcades scribere ꝙ in Arcadia erat quoddam stagnum vltra quod hoies forte ducti transibant: seqꝫ in arena voluebant: et se in luporum effigiem transformabant: et sic per nouem annos perseuerabant. in quo tempore si carnem humanam non gustassent/ ad statum pristinum reuertebãtur/ et pristinis vestibus ẜm Fabium vestiebantur. Et addit ꝙ Copas qui olympionica scripsit/ narrat quẽdam dictum Demarchum nomine/ de extis cuiusdam pueri quem Arcades sacrificauerant Joui lyceo/ comedisse: et in lupum mutatum fuisse: et sic decennio permansisse: tandem vero iterum asserit ipsum hominẽ factum fuisse: et in victoria Athletica olympie victorem postmodum extitisse. Ista etiam dicit Augustinus .xiiij. lib. de ciuitate dei per ordinem Varronem dicere: et ꝙ ideo Arcades tale nomen attribuerunt Joui lyceo et Pani lyceo/ eo scilꝫ ꝙ homines ibi vi diuina in lupos mutarentur: quia lycos grece/ lupus latine interpretatur. Superaddit etiam idẽ ibidẽ de alijs mutationibus: scilicet de mutatione sociorum Ulyssis in porcos per Circen famosissimam: de mutatione etiam sociorum Diomedis in aues: de quibus deo dante dicemus quando moralizabimus fabulas. et

de tribus stabularijs que hospites suos in caseo dato
veneficio/in iumenta vertebant/et ipsos oneri suppone
bāt/⁊ tandē expleto opere/ipos ad pristinā figurā redire
permittebant. Hec quemadmodum Plinius/ sic ⁊ Au-
gustinus repudiat. Dicit tamen ꝙ si factum est/hoc so-
lum specietenus/non veraciter a demonibus fuit factū.
Miror tamen quomodo Plinius ista impossibilia repu
tet: qui feminas mutari in viros superius dicit. De Au-
gustino autem ꝙ corpus realiter mutari deneget/mirā-
dum est: q̄ scilicet super genesim ad litteram virgas ma
gorum non facietenus/sed realiter per quedam occulta
semina dicit in serpentes mutatas. Quid enim facilius
aut virgam in serpentem mutari/aut corpus hominis ⁊
non mentem in bestiam realiter transformari? Pro opi-
nione tamē August. facit illud quod narratur ꝙ quibus-
dam videbatur filiam suam mutatam esse i equam: qui
ad beatum Hilarionem ipam adducentes/ vt oratione
sua figuram humanam sibi redderet: Respondit vir san
ctus/se filiam et nō equam videre: orationeq̄ fusa/ima-
ginatio de oculis parentum euanuit / et puellam non
equam/sed feminā reduxerunt. per quod patet ipsam fi-
guram esse in oculis hominū/et non in re: in specie ⁊ ap-
parentia/non in existentia. Contrarium autem videtur
fundare quod dicit Heliādus lib. xiij. vbi dicit sic: Me-
mini me (inquit) adulescentulum audisse a nōnullis ꝓ
vero narrari in patria Beluacensi ꝙ dum vxor cuiusdā
rustici lauaret sibi caput/idem rusticus quosdam articu
los manuū pueri ex ore vomuit: de q̄ etiam rustico fama
erat ꝙ conuertebatur in lupum: quā famam factum qđ
accidit/confirmabat. Hec igitur nec negando nec affir-
mando/ possumus moraliter exponere ꝙ stagnum istud
fluctum ⁊ fluxum mūdi ⁊ seculi negocioꝝ significat. ps.
Posuit desertum in stagnū aquarum. Puer vero q̄ Jo-
ui lyceo sacrificatur/religiosos ⁊ ecclesiasticos designat
qui seipsos dedicant et sacrificant ipsi deo. Mat. xviij.
Sinite paruulos venire ad me. Per tres stabularias au
tem possunt tres mundi concupiscentie designari: apud
quas quasi necesse est omnē hominē hospitari. ad Heb.
xj. Peregrini ⁊ hospites sunt super terram. Igitur dico
ꝙ ista tria sunt quibus mediātibus homo in lupum mu-
tatur/inq̄ꝫtum scꝫ mores lupinos ⁊ bestiales per crude-
litatem ⁊ immūditiam imitatur: scꝫ stagni mūdanorum
negociorum transnatatio et immersio: pueri deo sacrifi-
cati. i. ecclesiasticoꝝ depredatio et comestio: et apud sta-
bularias. i. apud mundi diuitias/delicias/et eminētias
hospitatio. Quicunq̄ em̄ per stagnum mundi negocio-
rum ductus sorte fortune transiuerit/⁊ se ibi implicaue-
rit: quicunq̄ etiam ad comedendum exta pueri. i. ad ra-
piendum substantias ecclesiasticorum se assuefecerit: q̄-
cunq̄ apud stabularias. i. apud mundi diuitias vel de-
licias hospitatus fuerit: necesse est ꝙ habeat formam lu-
pi per imitationem induere/et more lupi ad crudelita-
tem ⁊ auaritiam inhiare. Sopho. iij. Judices eius lupi.
et more iumentorum per ignorantiam hebetari: et per
immunditiam luxurie maculari. Johel. j. Computrue-
runt iumenta in stercore suo. Quid refert em̄ (dicit Tul-
lius) vtrum ex homine quis in beluam se cōuertat/an in
hominis figura immanitatē belue gerat? Isti sunt igit
qui articulos puerorū quotidie euomūt/quando scꝫ bo-
na ecclesiasticoꝝ suis sequacibus tribuūt/⁊ exinde con-
uiuia ⁊ stipendia sua soluūt. Veruntñ talis lupina condi
tio cessaret/si stagnum mūdi fluctuū renatarent: et si ab
esu carnium humanarum. i. a rapina et excoriatione ho
minum abstinere vellent: et ad decimū annū. i. ad obser-
uationem decē mādatorū attingerēt: tūc inquā ꝓcul du
bio figuram humane cōditionis recuperarent: et vestes
virtutū quas perdiderant/rehaberēt: ⁊ sic in Nabucho-
donosor figurarentur: qui prius mutat⁹ fuit in bestiam
propter summā crudelitatem et superbiam: sed tandem
penitēs figuram humanā reassumpsit. j. Reg. x. Muta-
5 tus est in virum alterū. ¶ Aliqñ inuentum est aīal sine
corde. Vñ teste Pli. lib. xj. ca. xxxvij. ⁊ teste etiam Tullio
de diuinatione/dum primū Cesar dictator i sede aurea
sederet/et aruspices sacrificarent/inuēta est hostia sacri
ficij cor nō habere: et facta est contētio inter augures/
vtrum aīal sine corde inueniri potuit/an ad tempus sibi
defuerit. Dicit etiam idem Pli. ꝙ Gaio Mario cū imo-
laret Vtice/cor extis est inuentū defuisse. Gaio etiā ṗnci
pi semel defuit illo mense quo veneno peremptus exti-
tit. Ista tñ ad consequētiam deducenda nō sunt/pro eo
quia (sicut credo) nō a natura prouenīūt/sed a demoni-
bus ipsis fiunt: qui scꝫ ab ipis augurū sacrificijs corda
subtrahūt vel adimūt. Istud potest exponi de mūdi pec
catoribus: qui scꝫ ipsis demonib⁹ immolant: q2 pro cer-
to corda. i. cordata constātia in eis deficere comprobat.
Diabolus em̄ cor. i. virtutem ⁊ cōstantiam et audaciam
eis subtrahit/⁊ omnē spiritualem fortitudinem eis tol-
lit. Ozee. vij. Effraim columba seducta/nō habens cor.
6 ¶ Item idem ibidē ait ꝙ aliquādo inuenitur i aīali cor
duplex. Vñ ait ꝙ M. Marcello cum perijt ab Hāniba-
le/cor in sacrificio nō fuit inuentū: sequenti vero die in-
uentum est duplicatū. Dicit etiam Pliñ. vbi supra ꝙ in
Paphlagonia perdices bina corda habēt: et contra na-
turam aīalium/duplici corde pollent. Tales sunt homi
nes malitiosi et proditores: quia scꝫ isti nunq̄ sunt con-
tenti vnico et simplici corde. i. simplici intentione et vo-
luntate/quinimo semper habent cor duplicatum. i. intē-
tionem duplicē ⁊ biformem: quia scꝫ vnū meditātur ap-
parenter/aliud latenter: vnū pretendūt/ aliud intendūt:
vnum cor vident habere/aliq̄d ad finem q̄ supponit sup-
ficialiter faciēdo: aliud tñ habēt / ad aliū finē qui ab eis
occulte intendit/totum negociū realiter ordinādo. Igit
de hypocritis duplicibus/proditorib⁹ ⁊ similibus dicit
Eccli. ij. Vel duplici corde. ⁊ hoc q2 sicut dicit Eccli. iij.
Cor qđ ingreditur duas vias/nō inueniet requiem. Vel
dic ꝙ quedam sunt aīalia que duo habēt corda/sicut ꝑ-
dices in Paphlagonia: quedam habent duas linguas/
sicut vituli marini. Sic vere multi duplex habent cor. i.
duplicem intētionem/⁊ duplicem linguam. i. duplicem
loquutionem. sunt em̄ inconstātes ⁊ duplices tam in co
gitando q̄ꝫ in loquēdo. Vñ Jaco. j. Vir duplici aīo incō
7 stans est in oībus vijs suis, et Eccli. v. Probatur pecca
tor in duplici lingua. ¶ Aliqua sunt loca vbi pecora fel-
le carent: sicut est Euboea. In naxo vero est contra: q2
ibi habent fel pregrande geminūq̄. De iecoribus etiam
dicit idem ibidem ꝙ rane que rubete dicunt/duplici ie-
8 core predotātur. sed de hoc vide in ca. de buffone. supra
lib. x. ¶ Inter mirabilia etiam que in extis fiebant/vnū
recitat hic Pli. s. lib. xj. ca. xxxvij. Dicit enim ꝙ die qua
Pyrrhus rex perijt/cum per exta aīalium sacrificatorū
deorum volūtatem aruspices inq̄sissent/capita hostiarū
precisa super pauimētum repserunt/⁊ sanguinem suum
proprium lambebāt: et sic mortem Pyrrho regi īminere
in proximo tali prodigio portendebāt. Sic vere dico lo-
quendo spiritualiter/ꝙ signum ꝙ Pyrrhus rex debꝫ pe-
rire. i. ꝙ aliquis debeat per eternam damnationē mori/
est qñ de sacrificio qđ ipse offerre debet deo: scꝫ de inte-
riori mente sua/caput. i. intentio repit super terram/⁊ lā-
bit sanguinem per carnalitatem ⁊ luxuriā. Quando em̄
caput intentionis nostre per peccatū preciditur/⁊ tunc
circa terrena repit per auaritiam/et sanguinem suum. i.
proprium peccatum per complacentiam lambit/vtpote
quia sibi placent propria scelera/et in eis delectatur: tūc
vere signum est ꝙ Pyrrhus. i. peccator spiritualiter oc-
ciditur ⁊ damnat. Job. xxxix. Pulli eius lambūt sangui
nem. Vel dic ꝙ capita abscissa sunt mali capitanei ⁊ ma
li principes et prelati: q̄ pro certo quādo a corpore suo. i.
a subditis suis per odium abscindūtur/tunc ad lābendū
eorum sanguinem. i. emūgendum eorum temporalē sub-
stantiam cōuertuntur. iij. Reg. xxj. Lambuerūt canes
sanguinem Naboth. Vel dic ꝙ capitanei nostri quando
per peccatum a corpore suo mystico. i. a statu gratie sunt
abscissi/solent repere per auaritiam/⁊ sanguinem lambe
re per luxuriā. Vel dic de schismaticis: qui a corpore ec-
clesie precisi/in proprio sanguine. i. in propria damnatio
ne delectari videntur/⁊ proprias immūditias lambere

et diligere ꝯprobātur. Figurati in Holoferne Judith.xiiij. 9 quē inuenerunt in suo sanguine volutatū. ¶ Scdm̄ Plin. lib.xvj.c.xxxiij. Dudum in aliquibus arboribus facta sunt ꝓdigia et miracula. Unde ait ꝙ visum est multas arbores cecidisse/et sponte postea se leuasse: sicut dicit esse factū in Cimbricis bellis: vbi q̄dā vlmus in luco Junonis in arā procidit et procubuit: q̄ cacuminibus sublatis/ iterū ꝑ se ⁊ sponte releuata fuit: protinusq̃ floruit. qđ signū victorie romanis quiritibus extitit: ita ꝙ ex tunc maiestas populi romani cōualuit et surrexit. Silr̄ narrat de quadam salice in Philippis. Quis ista videantur miranda (sicut etiam est illud quod idē recitat ꝙ in sacrificijs inuētū est aīal corde carere/⁊ capita abscissa repere/⁊ similia) cōstat tamē ꝙ in ipīs paganoꝝ sacrificijs demōes opabant/ vt ista dijs attribuētes/in suis erroribus tenerentur. Expone tamē si vis ꝙ talis arbor fuit Christus: qui scilicet voluntarie vsq̃ ad arā crucis se inclinauit: ⁊ inde ꝑ resurrectionē et ascensionem sponte cū sibi placuit se erexit: ita ꝙ per glorificationē corporis clarū et floridū se ostendit: et ex tunc romanꝰ populus.i.status eccl'ie Romane maiestatē assumpsit/⁊ quirites.i.fideles et fideliū militia de hostibꝰ triūphauit. Iste est em̄ qui (sicut dicit Joan.x.) potestatem habuit ponendi animā suam/et iterū sumendi eā. Iste est de quo dr̄: Justus vt palma florebit ⁊c̄. Uel si vis dic de iusto: qui aliqñ 10 cadit per peccatū/ resurgit tamē per gratiā/ floret per virtutem et scientiā. ¶ Sicut dicitur in libro de naturali historia mundi.xvij.c.xxv. Tēporibus antiquis multa signa ⁊ prodigia in arboribus facta sunt. Unde dicit in arboribꝰ mutatiōes mirabiles esse factas. Uisum est em̄ (ait) ꝙ olea mutata est in oleastrū/ficus et vua facientes fructꝰ albos/ in nigrū: sapor dulcis in acerbū. Inuentum est etiā malū punicū fructū nō in ramis/sed in stipite tulisse: vites vuas sine folijs produxisse: et oleas baccas habentes/folia amisisse. Inuentū est oliuā ex toto crematā/iterū reuixisse: ⁊ ficus a locustis corrosas iterū germinasse. Inuentū est etiā Laodicee ꝙ xerxis aduentu platanꝰ fuit in oliuā mutata. Neronis etiam tempore olíueta et arua via publica intermedia/in loco alterū alterꝰ sunt trāslata: sicut fuit etiā supra dictū. Iterū inuentū est ficum in lauro fuisse natā/et in aris et statuarum capitibus arborē procreatam: sicut hec et alia recitat Aristander grecus in suo volumine talibus referto ꝓdigijs. C. etiā Epidiꝰ romanus in cōmētarijs suis arbores asserit loquutas fuisse. Et sic patz ex arboribꝰ ꝓdigia multa esse/et quedā earum bona/⁊ quedā mala significare. Reuera tales ꝓdigiose mutationes quotidie inueniūtur in nobis: quia pro certo dulces mutant in acerbos: albi in nigros: boni in malos: olee que sūt fructifere/ in steriles oleastros.i.viri pij in impios et indeuotos: quia proh dolor / quotidie per pctā varia boni in malos/iusti in impios ꝯuertūtur. Psal. Cōuersi sunt in arcū prauū. Ecōtra autē pro certo debet fieri: quia scz mali in bonos debēt per penitentiam conuerti/et per morū mutationē transformari: quia scz platanus sterilis.i.homo peccator ⁊ sine bonis operibus debet oliua .i. vir pius et fructuosus fieri/et bonis operibus fecūdari: quia si contingat oliuā vel ficū.i. aliquem virū iustū ꝑ ignē cupiditatis cremari/ vel a locustis.i.demonibus/tyrannis et tribulationibus corrodi/iterum debet per penitētiā reuiuiscere/⁊ per bona opera germinare/vuas et baccas.i.bonorū operū fructꝰ tenere ⁊ habere/folia vero verborū dimittere/⁊ de operibus q̄ȝ de sermonibus plus gaudere: quia ꝓcul dubio vir iustus debet folia.i.v̄ba.s.iactantiam/magniloquentiā ⁊ similia dimittere/fructum vero.i.opera retinere. quod est ꝯtra illos qui minus habet curā de opibus q̄ȝ de verbis. Mat.xxiij. Dicunt em̄ ⁊ nō faciūt. Dato em̄ ꝙ cōtra naturā statꝰ ⁊ officij alicuiꝰ sit ꝙ debeat esse virtuosus / vtpote q2 est statua vel laurꝰ/hoc est dictu ꝙ est simplex/ insciꝰ ⁊ statualis / vel viridis ⁊ curiosus/laureꝰ ⁊ supficialis: in isto tñ debet crescere ficus bone opatiōis/⁊ arbor virentis cōuersatiōis: et sic iste erit arbor loquēs ꝑ grarū actionē/et de loco ad locū se mutās ꝑ moralē cōuersationē.j.Reg.x. Mutatus est in virum alterū. Uel dic ꝙ Platanꝰ vmbrosa significat deū: q̄ antiquitꝰ fuit mūdo tenebrosus ⁊ durus: tñ per beatam incarnationē fuit in oliuā mutatꝰ/ qñ de seuero factꝰ est mansuetus et pius. Uel dic ꝙ cōtra naturā laurus portat ficū/ qñ btā virgo ꝓtulit xp̄m: qui alterius erat nature. Uel dic ꝙ arbor mirabilit' loquit'/qñ peccator ⁊ obstinatus cōfitet'/ vel deū laudādo testat'. Mat.ix. Loquutꝰ est mutus/⁊ admirate sunt turbe. ¶ Itē ibidem lib.xviij.c.xviij.etiam dr̄ 11 ꝙ in frugibꝰ qñq̃ ꝓdigia visa sunt. Anno em̄ quo hannibal supatus est.i.sub Pub. Elio ⁊ Cn. Cor. cōsulibus/frumēta in arboribus nata ꝓdūtur: qđ scz victorie romanoꝝ cōtra hānibalē signū fuit. Sic vere qñ hānibal.i.diabolꝰ fuit a populo Romano.i.a deo ⁊ angelis supatus.i.ꝑ incarnationē ⁊ crucē/in arboribus.i. in Christi fidelibus vise sunt fruges virtutū crescere/ ⁊ frumenta bonoꝝ operum apparere. Arbores em̄.i.hoīes a p̄ncipio steriles fuerūt/et tamē contra naturam ⁊ cōsuetudinem/fruges si frumenta.i.virtutes et merita portauerunt. Uel dic ꝙ quando frumentū creuit in arbore.i.qñ Christus ꝯtra naturā natus est e virgine/tūc pro certo hānibal diabolus supatus est in cruce. Psal. Ualles abundabunt frumēto. ¶ Pli.li.ij.c.lix.inter 12 ꝓdigia et miracula recitat ꝙ illis bellis Romanorum que Cimbrica sunt vocata/armorū crepitus et tube sonitus a celo auditi sunt: tertio vero cōsulatu Marij arma celestia ab ortu occasuq̃ inter se currentia visa fuerūt. De quibus etiam prodigijs facit Augu. in lib. de ciuita. dei mentionē. Istud applica ꝙ non solum in terra.i.in statu laicorū/ imo etiam in celo.i.in statu ecclesiasticorū solēt qñq̃ bella fieri cōcursus et sonitus litium et contentionū ibi audiri: et ad magnū scandalū mortalium/arma celestia.i. ecclesiastica litigia possunt quotidie experiri: quia etiam ipsi scholares hodie ⁊ clerici armis more seculariū volunt vti/⁊ alter cōtra alterum preliari. Uñ Apoc.xij. Factū est preliū magnū in celo ⁊c̄. Applica per modum figure/⁊ vide eā infra.xvj. 13 apo.xij. ¶ Ualde magnū prodigium recitat Orosius āno ccclxxxiiij. ab vrbe condita contigisse. Dicit em̄ ꝙ accidit Rome q̄dā horrēda pestis/qua biennio perseuerante /homines vtriusq̃ sexꝰ morbis varijs interibāt. Romanis ergo ꝓ morbo sedādo remedia a dijs petētibꝰ / subito in medio vrbis terra dissiluit: vastoq̃ proruptu inferna hiantia subito patuerūt. Dijs ergo respōdentibꝰ ꝙ hians illa terra seu horrēda vorago sibi dari aliquē viuū hoīem expetebat / ac si sibi nō sufficeret pestilētia mortuos deuorasse/nisi etiam aliquos viuos suis faucibꝰ exhauriret: Marcꝰ Curtiꝰ vir eques armatꝰ cōi cladi cōsulens/improbis terre faucibus se iniecit: et sic terre ⁊ inferis ꝓ populo satisfecit: et cessante peste/terra iteꝝ se reclusit: illūq̃ viuū eqtē in suis visceribꝰ sepeliuit. qđ quidē Aug. li. de ciui. dei satꝭ tāgit. Ista possūt applicari ad passionē xp̄i. Cōstat em̄ ꝙ a p̄ncipio totus populus hūanꝰ pcti pestilētia lāguebat/⁊ spūaliter ⁊ tpaliter moriens ad inferos descēdebat: ꝓpter qđ populꝰ Romanus.i.populꝰ fidelis sctōꝝ patrū sacrificare dijs.i. deo et angelis nō cessabat: sed ꝓ certo talis pestilētia cessare nō poterat/quousq̃ aliq̄s hō viuus.i.sine pctō / xp̄s scz ad inferos descēderet: ꝑ cuiꝰ sacrificationē culpe ⁊ pene pestilētia quiesceret ⁊ cessaret. Nā quousq̃ eques viuꝰ.i. xp̄s filiꝰ dei viui mediāte equo suo.s.cruce ipī terre ⁊ inferis sacrificaret/⁊ corpꝰ eiꝰ in terrā/⁊ aīa eius ad inferos veheret/necesse erat ꝙ pp'lus moreret/et pcti pestilētia vexaret: quapropter iste eques xp̄s viuū in inferos se iniecit/ et sic deos placauit/⁊ deo patri satisfecit: ita ꝙ mors peccati ⁊ inferni dānatio tūc cessauit: ipse vero ꝓ oībus se obtulit / et mortē pro populo tolerauit. Esaie.liij. Ipse vulneratꝰ est propter iniquitates nr̄as ⁊c̄. et Joan.xviij. Expedit vt vnꝰ moriatur ꝓ pplo/⁊ nō tota gens pereat. Uel dic ꝙ talis eques dr̄ esse quilibet prelatꝰ: q2 scilz vtilitatem cōem debet vtilitati priuate preferre/⁊ ꝓ liberatiōe populi nō debet mortis periculū exhorrere. ad Rom.ix. Optabā ego anathema fieri pro fratribus meis.

¶ Parrisijs apud Claudium Cheuallon/in via Jacobea sub Sole Aureo: mēsis Martij die.xij. Anno dn̄i Millesimo quingentesimo vigesimoprimo.


C·CHEVALLON